Mulier, & vir adulterio quandoque tenetur. 58.10
virginitas mente corruptis amittitur. 570. 66. 68. & 340. 10
virginitatem ſemel amiſſam Deus non poteſt ſuſcitare. 570. 67
virginitas replet Paradiſum nuptiæ terram 329.10
virginitatem profeſſus non debet coniugatos vituperare. 559.11
virgines in honore apud gentes. 540.12
Virgo Maria Glorioſiſſima, quod non fuerit in peccato concepta. 260.7
Modis pluribus publica vis illata dicitur. 51.7
vis publica, & priuata quomodo inferatur. 51.1
vis priuata qualiter inferatur. 51.8
vi publica qui teneantur. 51.9
vim non facit qui vtitur iure ſuo. 55.11
vim vi repellens non tenetur de vi aliqua 55.13
vi tenetur qui aſſociat, accommodat homines, vt vis fiat. 52.14
ubi pœna luenda ſit. 52.17
vi de poſſeſſione eiectus agit criminaliter, & ciuiliter. 55.22
vim paſſa non tenetur de adulterio. 59.37
vi eximere non dicitur quis illum, qui in ius non potuit vocari. 98.35
vis ceſſante dolo punitur. 98.36
viſitans epiſcopus monaſteria, quæ debeat obſeruare. 516.25
viſitatores quid in viſitatione curare debeant. 384.6
viſitans monaſterium, quid ſeruare debeat. 385.13
viſitantes quo numero equorum, & perſonarum vti debeant. 385.17
viſitantes ſumptuoſas epulas non quærant, ſed ſint contenti oblatis. 385.18
viſitantes aliquid ſtipendij de licentia epiſcopi accipere poſſunt. limita. 385.20
viſitatores monialium, quid curare debeant. 385.29
viſitationes cur fieri debeant. 384.1
viſitatio facienda eſt ab archiepiſcopis, & epiſcopis. 384.3
viſitandi munus poteſt committi præsbyteris. 384.4
viſitatio ſaltem ſemel in anno eſt facienda. 384.5
viſitatio intra clauſuras qua ſeruata forma ſit facienda. 386.35
viſitator qualis eſſe debeat 385.7
viſitator poteſt monachos delinquentes facere corrigi. 385.8
viſitator ſi commode ad loca accedere non poſſit, poteſt clericos ad locum congruum conuocare. 385.9
viſitator diffamatos ordinarijs debet denunciare notoria crimina punire. 385.10
viſitator culpam priorum viſitatorū poteſt inquirere. 385.11
viſitator poteſt confeſſiones ſubditorum audire, & abſoluere 385.12
viſitator ſubditos ſumptibus grauare non poteſt. 385.15
viſitator vltra vnam diem in vna baſilica non debet commorari. 385.18
viſitator venationibus incumbere non debet. 385.19
viſitatores debent acquieſcere inquiſitioni factæ in viſitatione. 386.33
viſitatores impediens ipſo facto incurrit excommunicationem. 386.34
vita ſacerdotum non eſt conſideranda, ſed quæ decent, & miniſtrant. 278.29
vitæ rectitudo ſine conuerſione ad Dominum non proficit non baptizato ad ſalutem. 286.23
vitia quando mentiuntur eſſe virtutes. 569.43
vitia omnia reuocantur ad tria capita, & quæ 305.15
vnitatem eccleſiæ tenere firmiter, & vindicare debemus. 223.11
vnitas eccleſiæ per ſimilitudines probata, & contra hæreticos firmatur. 223.12.13
vocatus ad ſynodum non veniens illius preceptis non obtemperans ab eo diſcedens ante finem excommunicatur. 33.30
vocatus ad maiorem iudicem non eſt contumax coram minore. 97.22
vocatus tenetur comparere, vbi dubitatur de iuriſdictione iudicis vocantis. limitatur. 97.23
vocatus ad munera compellendus. 446.86
vocatus ad munus appellat. 447.101
Defuncto vocato pendente appellatione expirat iniuncti muneris quæſtio. limitatur. 447.102
voluntatem mutatam qui dicit probare debet. 116.7
voluntas in maleficijs pro opere reputatur. 269.44
voluntas remuneratur non opus. 569.46
votum ſolemne, quod dicatur. 333.103
vota quando impediant matrimonium. 333.104
votum continentiæ in muliere non velata impedit matrimonium. 333.106
votum vbique emiſſum impedit nuptias 333.108
votum Virginis in Beata Virgine quomodo conceptum. 337.3
votum continentiæ, & religionis quando ſit cauſa ſeparationis. 341.20.26
votum quando iure can. vel ciuili emitti poſſit. 341.31
votum ſequutis nuptijs ante copulam an poſſit emitti. 341.22
votum an poſt copulam poſſit emitti. 341.23
vouentes continentiam non poſſunt alio matrimonio iungi. 332.78
vouentes religionem quando nuptias iterare poſſunt. 347.55
vox in veritate excutienda plurimum valet. 124.9
vox teſtis obſeruanda, & ſigillatim interrogandus. 124.58
urbs admittit omnes iudices etiam Ciues. 77.55
urbes & loca, quibus Patriarchæ, primates Archiepiſcopi, & Epiſcopi reſidere debent etiam ante aduentum Chriſti ſtatutis fuere. 381.15
uſura omni iure etiam ciuili prohibita. 66.1
uſura quando permiſſa, & quando non. 66.2
Actione iudicati veniunt etiam vſuræ ex mora. 161.16
uſuræ rei iudicatæ ex mora debentur. 161.17
uſuræ contractus cum vſuris rei iudicatæ debentur. limitatur. 161.18
uſuræ non debentur de pecunia, quæ fiſco reſtituitur ab eo, cui in fraudem fiſci fuerat ſolutus. 395.10
uſuræ non debentur pro fructibus debitis iudicis officio. 595.23
uſuræ dotales non debentur pro augumento dotis 395.25
uſuræ non debentur ex cauſa liberalitatis. 395.26
uſuræ fiſcales quando debeantur. 403.9
uſuræ ex liberalitate non debentur. limitatur. 327.22
uſurarius infamis. 48.18
uſurarius reus uſurarum tenetur edere 99.12
uſurarij manifeſti, quomodo ſint ad pœnitentiam admittendi. 303.37
uſurpans ius patronatus excommunicatur 33.46
uſus tintinnabulorum Moyſi præcipitur, & quare. 552.4
utens nomine prætoris de falſo tenetur 66.35
utilitas publica vtilitati priuatæ præfertur. 12.46
utilitate publica exigente ſemper ius redditur. 69.9
utilitas deducendarum coloniarum varia. 419.4
uxores dignitate maritorum fulgent. 17.7
uxores duas ducens, homicida, & contrahens in gradu prohibito excommunicatur. 33.55

Vxores

Vxores reorum maieſtatis dotem ſuam recipiunt.51.13
uxorem ducens clericus, vel monachus priuatur.202.33
uxorem poteſt ducere clericus infra ſubdiaconatum. 202.34
uxor eundem de baptiſmo non debet ſuſcipere.287.13
uxorem occidens qua penitentia mulctandus.308.45
uxorem adulteram non dimittens qua penitentia afficiendus.309.53
Duas ducens vxores adulterio tenetur.58.20
Alloquens cum vxore alicuius poſt tres denunciationes de non alloquendo adulterio tenetur.58.21
uxores diligendæ à uiris, & è contra ſubiectæ viris.310.6
uxorem habens ducens aliam inſciam an prima mortua poſſit ſtare cum ſecunda.332.70
uxorem habens, vel maritum non poteſt alteri nubere.332.75
limitatur.76.77
uxor ſi libidinis cauſa ducatur, & ſtudiò agatur ne liberi procreentur committitur peccatum, nec meretur nomen coniugij, ſed concubinatus.336.156
uxor quatenus poſſit a viro corrigi, & coerceri.337.7
uxorem ducere, vel ei debitum reddere quomodo procedat in clericis.338.13
uxorati quomodo poſſint ordinari.338.14
uxor non eſt reddenda viro agenti ad reſtitutionem, niſi idonee caueat de bene tractanda.339.7
uxor quando poſſit petere, vel retinere res ante nuptias donatas reſoluto matrimonio.345.18
uxor clerici nec eo mortuo poteſt nuptias iterare, declaratur.347.26
uxor pro marito decurione non conuenitur.441.75

F I N I S.

TRACTATVS
DE IVRE PVBLICO,
SIVE DE LEGIBVS,
& Magiſtratibus, Sæcularibus, & Eccleſiaſti cis.

DE IVDICIIS PVBLICIS, ET PRIVATIS,

DE REBVS VTIQVE SAECVLARIBVS,
& Eccleſiaſticis Pontificis, Imperatoris, & Fiſci,

De re militari, & Ciuitatum, de muneribus, & honoribus; In quibus vniuerſum ius publicum ſeculare, & Eccleſiaſticum conſiſtit.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Iuris ſignificationes plures, & variæ.*
2 *Ius eſt ars boni, & æqui.*
3 *Ars eſt collectio, & ordo præceptorum.*
4 *Iuris præcepta generaliſſima, quæ, & ligant oẽs in conſcientia.*
5 *Iuris præcepta ſpecialia, quæ.*
6 *Ius aliud publicum, aliud priuatum.*
7 *Ius publicum in quibus conſiſtit.*
8 *Lex in genere quid ſit.*
9 *Leges circa quæ verſantur.*
10 *Ius, & lex differunt, & quomodo.*
11 *Legem quid fecit.*
12 *Legis virtus, quæ.*
13 *Ius totum in quibus conſiſtat.*
14 *Legibus, quæ accidant, & cui referantur.*
15 *Ius legis ferendæ ad quos ſpectet.*
16 *Leges, de quibus rebus, ferendæ.*
17 *Leges non in ſingulos, ſed in omnes latæ.*
18 *Legiſlationem, quæ præcedere debeant.*
19 *Leges ad ſimiles caſus, quando extendendæ, ſupplendæ, ſeu interpretandæ.*
20 *Interpretari leges, & Canones quis poſſit.*
21 *Interpretatio legum quomodo facienda.*
22 *Conſuetudo non extenditur.*
23 *Neceſſitati, quod ſeruit, & tempori non extenditur.*
24 *Priuilegium non extenditur.*
25 *In rebus dubijs ſeruandum eſt verbis.*
26 *In dubijs ſententia benignior tenenda.*
27 *Conſuetudo in interpretandis legibus attenditur.*
28 *Leges priores declarant poſteriores.*
29 *Et è contra, niſi contrariæ ſint.*
30 *Fauore alicuius ſtatuta contra non interpretanda ſunt.*
31 *Lex vtilis Reipublicæ extendenda.*
32 *Beneficia Principis pleniſſimè interpretanda.*
33 *Verba legum cum effectu accipienda.*
34 *Lex etiam ſine ratione ſubſiſtit.*
35 *Lex vim cogentem habet.*
36 *Leges non facilè mutandæ, ſed iudicandum ſecundum eas.*
37 *Scientia legum quomodo adipiſcenda.*
38 *Scire leges quid ſit.*
39 *Iuris prudentia quid ſit.*
40 *Sacerdotes iuris iuriſprudentes ſunt.*
41 *Obſeruantia, & inobſeruantia legum, quæ; & peccatum mortale inobſeruantia legum.*
42 *Iniuſtitia non eſt omne, quod fit contra leges.*
43 *Leges æquæ ſint, vel iniquæ, nil refert.*
44 *Leges diuino iuri contrariæ non ſeruandæ.*
45 *Recedere à legibus, quando liceat.*
46 *Species derogat generi.*
47 *Ceſſante ratione legis ceſſat lex.*
48 *Ius perſonale alios non ligat.*
49 *Pactis priuatorum derogatur legibus.*
50 *Lex non trahitur ad cauſas præteritas.*
51 *Conſuetudo non trahitur ad præterita.*
52 *Conſuetudo interpretatiua retrotrahitur.*
53 *Lex nondum inſinuata non ligat.*
54 *Lex derogata non ligat*
55 *Diuino iuri non poteſt derogari.*
56 *Mutatio iuris, lite pendente non afficit.*
57 *Papa, Imperator, & Auguſta legibus ſoluti ſunt.*
58 *Lapſis iuris ignorantia ſubuenitur.*
59 *Ius finitum, non infinitum eſt. Opiniones iuris infinitæ ſunt.*

De Iure, & legibus in genere.
Tit. I.

DE Iure publico dicturi, de Iure, & legi-
bus in genere, in primis eſt differẽdum.
1 † Iuris autem variæ ſunt ſignificatio-
nes, l. penult. & vlt. ff. de iuſt. & iur. Ali-
quando enim ius accipitur pro lege, ali
quando pro ſententia, & decreto quã-
uis duro, & iniquo, vt in dictis legibus,
& in l. proſpexit 12. in princ. ff. qui, & à
quib. & in l. ſupellectile 3. §. final. ff. de ſupellect. legat. & ſi
jus dictum ſit, quia iuſtum in diſtinct. 1. cap. ius generale, §.
ius autem aliquando pro poteſtate, ſeu facultate à lege cõ
ceſſa, vel pacto acquiſita agendi aliquid, vel faciendi, ita
enim iter actus, via, vſusfructus ius dicitur, §. 1. inſtit. de ſer
uit. præd. §. 1. inſtitut. de vſufr. & ita actio ius dicitur perſe-
quendi in iudicio, quod ſibi debetur, §. 1. inſtit. de act. Ali-
quando ius accipitur pro loco, in quo ius dicitur dicta l. pe
nult. §. alia ſignificatione, ff. de iuſt. & iure. Aliquando ſu-
mitur pro neceſſitudine, cognatione, vel affinitate dicta l.
2 vlt. ff eod. D. Thom. 2. 2. q. 57. artic. 1. Hoc autem loco † ius
nihil aliud eſſe profitemur, quàm artem boni, & æqui, vt
dicitur in l. 1. §. 1. vbi præclarè Bud. poſt alios, ff. de iuſtit. &
iur. & latiſſimè Ioann. Bolognett. poſt rubr. ff eod. in tract.
de multipl. ſignificat. & differ. iur. & fact. Impia enim eſt
iuſtitia, quæ humanæ fragilitati non nouit ignoſcere, ideſt,
quæ artem hanc boni, & æqui ignorauit. Ideo vidit Deus
figmentum noſtrum, & miſertus eſt noſtri, vt huius artis
3 Magiſter. † Ars autem hæc eſt collectio, & ordo præcep-
torum ad aliquem finem vtilem vitæ humanæ Ariſt. lib. 5.
moral. c. 10. & c. 1.

Cum autem ius, ars illa boni, & æqui iuſtitiæ præcepta contineat à iuſtitia quoque, & à iuſto nomen deſumpſit, l. 1. in principio. & §. 1. ff. de iuſt. & iur. & dict. §. ius autem, quemadmodum cæteræ artes denominantur à rebus, cuius artes ſunt, ac pręcepta tradũt, vt Aſtronomia ab Aſtris,

Arithmetica à numeris, & aliæ artes, atque ſcientiæ à re-
cuius artes, atque ſcientiæ ſunt, & denominari ſolent, vt ar-
guit Plato lib. 7. Minos, vel de lege, vbi Ficinus, & D. Tho.
4 in 1. 2. q. 90. art. 1. & ſeq. & 2. 2. q. 120. Iuris † præcepta ge-
neraliſſima quidem tria numerantur, videlicet honeſtè vi
uere, alterum non lædere, ius ſuum cuique tribuere, §. iu-
ris præcepta inſtit. de iuſt. & iur. quæ continentur præcep-
to diuino, quod tibi non vis, alteri ne feceris, de quo in Euā
gelio Matth. 7. & in diſt. 1. in princip. Hinc eſt, quod omnis
lex iuſta, ac legitimè lata, quia participat de lege diuina,
atque æterna, ligat omnes ſubditos in conſcientia, & om-
nes iudices, ad obſeruantiam ſecundum D. Thom. in 1. 2.
quæſt. 96. art. 5. & 6. & quæſt. 95. artic. 1. & infra num. 36. 41.
& 43. cum pluribus citatis in Syntagma comm. opin. loco
5 ſecundo, tit. 3. c. 1. ver. lex, vel conſtitutio. † Specialia verò
iuris præcepta plurima ſunt, & illa partim naturalia, par-
tim ciuilia. §. 1. & tot. tit. inſt. de iure nat. gent. & ciuil. Quæ
quidem præcepta omnia concernunt actus iuſtitiæ cōmu-
tatiuæ, nec non diſtributiuæ, de quibus per Ariſt. lib. 8. Eth.
c. 7. & per D. Thom. 2. 2. q. 58. art. 11. & q. 61. per tot. & infra
per totum opus. Nam quot leges ſunt, regulæque iuris cir-
ca ambas, tot ſunt iuris præcepta l. 1. ff. de legib. l. de quibus
& l. penult. ff. eod. l. 2. in princ. & in §. ſed & Philoſophus,
ff. eod. Cum autem omnes leges ad hominum vtilitatem
referantur, vtilitas verò ita partim publica ſit, partim pri
6 uata, inde euenit, vt † & ius aliud publicum, aliud priuatū
appellatur §. huius ſtudij inſtit. de iuſt. & iur. l. 1. §. 1. ff. eo-
dem diſt. 1. c. penult. & 19. q. 2. cap. duæ ſunt. Publicum ita-
que ius eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ, & totius orbis
ſpectat. Priuatum, quod ad ſingulorum vtilitatem perti-
net. Duaren. eod. tit. c. 3. & 4. & d. § fin. Inſtit. de iuſt. & iur.
7 & dicta l. 1. §. 1. ff. eod. † Publicum ius conſiſtit in legibus,
Magiſtratibus, iudicijs tum publicis, tum priuatis, in re Ec
cleſiaſtica, & Religionis, Pontificis, Imperatoris fiſci, in re
militari, Ciuitatum, in muneribus denique, & honoribus,
in quibus omnibus publica Orbis vniuerſi vtilitas repoſi-
ta dignoſcitur, vt conſtat apud D. Thom. in 1. 2. quæſt. 95.
art. 4. & per tot. quæſt. & quæſt. 97. art. 4. & in dicta l. 1. §.
1. vbi Iaſ. poſt alios, de quibus ſingulis ordine infra dicen-
dum eſt.
8 Lex † itaque in genere definitur, vt ſit commune præ-
ceptum, Virorum prudentum cōſilium, delictorum, quæ
ſponte, vel ignorantia contrahuntur coercitio com munis
Reipublicæ ſponſio, l. 1. ff. de legib. Ariſtot. lib. 10. Moral. c.
9. & in prooemio Rethor. ad Alexandrum, & cap. 1. & 2. D.
Thom. in 2. 2. quæſt. 90. art. 2. & ſeq. Polyanthea in verb. lex.
Illius enim vſus coercitio eſt humanæ audaciæ & nocendi
facultatis diſt. 4. c. 1. & ſeq. 4. 5. c. non fruſtra. Hæc enim de-
finitio cauſalis eſt, continet enim legis cauſam efficientem,
materialem, formalem, atque finalem. Inquit enim I. C. lex
eſt commune præceptum, hiſce verbis exprimitur genus,
ſeu forma legis. Nam leges nihil aliud ſunt, quam præcep-
ta iuris, artis boni, & æqui, de qua D. Thom. 2. 2. q. 120. &
Bud. vbi ſup. & Duaren. ff. de iuſt. & iur. c. 2. Inſuper ait Vi-
rorum prudentum conſultum. Quibus verbis denotatur
cauſa legum efficiens, ſcilicet viri prudētes, penes quos eſt
Reipublicæ adminiſtratio, & legum condendarum pote-
ſtas. Deinde ſubdit Delictorum, quæ ſponte, vel ignorantia
contrahuntur coercitio. Quibus verbis materia ſimul, & fi
9 nis legum deſignatur. Nam † verſantur leges, cū circa con
tractus hominum, tum circa delicta, eſtq; hic finis, & vſus
legum, vt delicta coerceantur, hoc eſt, vt ſuum cuique tri-
buatur, nemo ab altero lædatur, & ſic ſocietas ciuilis cōſer
uatur, diſt. 4. ca. 1. cum ſeq. 23. q. 5. c. nō fruſtra. Huc perti-
nent, quæ Ficinus, noſter ex Platone lib. 7. in Minoem, vel
de lege, & lib. 34. de legib. profert, & quæ perorant Demo
ſthenes contra Timocratem. Demum dum ſubdit commu
nis Reipublicæ ſponſio, aliam legum efficientem cauſam
denotat, ſcilicet publicum Populi conſenſum. Concordat
l. de quibus 32. ibi. Nam cum ipſæ leges, & l. penult. ff. de le
10 gib. † Ius autem, & lex differunt, quemadmodum ars, &
præceptum, vt dixi in tract. de different. in verbis, & le-
ges differunt. Siquidem, vt dixi, leges nihil aliud ſunt, quā
iuris præcepta, ius verò ars boni, & æqui, quod habet ſua,
in quibus conſiſtit, præcepta, quas leges vocamus, accipien
do ius pro lege per metonymiam, continens, ſ. pro conten-
to, ſeu effectus pro cauſa. Nam ex lege ius ſumitur, hoc eſt
poteſtas aliquid agendi, vt iam dictum extat. Omnem au-
11 tem † legem, aut conſenſus fecit, aut neceſſitas cōſtituit, aut
conſuetudo firmauit, l. 1. ibi communis Reipublicæ ſpon-
ſio, ff. de legib. l. humanū 8. C. eod. l. 2. in princip. & §. ſed &
Philoſophus, ff. eod. l. ergò 40. ff. eod. Tholoſanus notat, de
benef. c. 1. nu. 2. ver. atque in pulchrè d. l. de quib. § inueterā
ta, ff. de legib. §. ſine ſcripto inſt. de iur. nat. gen. & ciui. l. ſed
ea, quæ 35. cum l. ſeq. ff. de legib. l. 1. C. quæ ſit longa cōſuet.
12 l. leges 3. C. eod. l. diuturna, ff. de legib. & † legis virtus eſt
imperare, vetare, permittere, & punire, l. legis 6. ff. eod. vbi
Bud. diſt. 3. c. priuilegia, §. officium cum ſeq. D. Th. in 1. 2. q.
92. art. 2. & cū in præteritū quid indulget, in futurum illud
idem vetat, l. cum lex 22. ff. de legib. & Nouel. c. 147. 148. &
163. vbi tributa præterita ſubditis remittuntur, c. quoties à
populis, c. exigunt, c. donatū, §. fi. 1. q. 7. & cū quid permittit,
nolens præcipit, ideoq; non committitur contra legem, ſi nō
fiat, quod permiſit, c. hac ratione, §. fi. 32. q. 1. c. vlt. §. fi. diſ. 4.
13 c. vlt. 14. q. 1. Syntagm. com. opin. loc. 2. & 4. c. 1. & ſeq. † To
tū autē ius conſiſtit, aut in acquirēdo, aut in conſeruando,
aut in minuendo, aut enim hoc agitur, quēadmodū quid
cuiuſq; fiat, aut quēadmodū quis rē ſuā, vel ius ſuum con
ſeruet, aut quō alienet, aut amittat. Primi generis ſunt oēs
actiones, quibus id, quod amiſimus, vel quod nobis debe-
tur, perſequimur, ſiue reales, ſiue perſonales illæ ſint, ex cō
tractu, vel ex delicto deſcendentes. Secundi generis ſunt
omnes exceptiones, in integrum reſtitutiones, quibus re-
ſcinditur id, quod, ad minuendum ius noſtrum pertine-
bat. Item interdicta vti poſſidetis, & vtrobi.

Poſtremi generis ſunt capitis diminutiones, captiuitas,
alienationes, & c. l. vlt. ff. de legib. & nos affligunt, quoniam
acquiruntur cum labore, poſſidentur cum timore, & amit
tuntur cum dolore, vt conſiderauit Card. Bellarm. de aſcen
ſione mentis in Deum gradu 3. ver. agnoſcis ne, vt nō ſint
tanti facienda ſecundum eam.
14 † Legibus præter hæc accidūt legiſlatio, cuius cauſā Deo
attribuit Plato li. 34. de legib. Dialog. 1. & li. 7. Minos, vel de
lege, & Cic. li. 1. & 2. de legib. Per Deū enim legū cōditores
iuſta decernunt Prou. 8. & ſecūdū S. Iacob. epiſt. 2. vnus eſt
Legiſlator, et iudex Deus. Legū accidit interpretatio, et ſup
pletio, legis ratio, & confirmatio, mutatio, cognitio, atque
ſcientia. Demum legis accidit obſeruatio, de quibus ſingu-
lis ordine agendum eſt.
15 Quod itaque † ad legiſlationē attinet, eſt præmittendū,
quod quāuis olim legū ferendarū poteſtas penes Populū
eſſet, inde ad Senatū, ad Prætores, ad Plebē pertinēs, l. 2. ff. de
orig. iur. Duaren. li. 2. diſp. c. 19. tamen quēadmodū iure an-
tiquiſſimo penes ſolos Reges erat, ita iure nouiſſimo ad ſo-
los Sūmos Pontifices, & ſolos Imperatores deuolutā eſſe l.
ſi Imperialis 11. in fi. C. de legib. c. translato 3. de conſt. No-
uel. c. 6. §. ſed et ſic Nouel. c. 131. in princ. & Nouel. c. 83. §. ſi
verò Eccleſiaſticū. & Nouel. 123. in princ. & ab illis conceſ-
ſa eſt Regibus, Principibus, & alijs habentibus regalia, &
iura Imperij, l. fi. C. de legib. l. 1. ff. de conſtit. Princ. l. 2. ff. de
orig. iur. c. conſuetudo diſt. 1. Surd. conſ. 152. Menoc. in cōſ.
604. Card. Bellarm. de laic. c. 1. Vel ab eis aliter ſunt acqui-
ſita reſpectu ſupremæ poteſtatis, & iuriſdictionis d. l. 1. &
l. ideo, ff. de conſt. Princ. l. humanū, & l. fi. C. de legib. cū al-
legatis per Maſtril. de Magiſtr. li. 3. c. 3. nu. 27. & in Syntag.
16 com. opin. loco 2. tit. 2. † Leges aūt ferēdæ ſunt de his, quę
frequenter, non quæ raro accidunt, l. iura 3. vbi Budæus l.
ex his 4. ff. de legib. l. ea, quæ 64. ff. de regu. iur. l. antiqui 3. in
fi. ff. ſi pars hæred. petat. nec de præteritis, ſed de futuris,
quāquā in legibus ferendis caueri poteſt, vt ad præteritos
quoque caſus extēdantur, l. leges 7. C. de legib. l. vlt. §. fi. C.
de legit. hæred. l. ſancimus 18. C. de ſacroſ. eccl. l. vlt. in fi. C.
eo. Nouel. c. 113. §. ad hæc, & illud, l. de vſuris 27. C. de vſur.
17 cum ſimilib. † Leges inſuper non in ſingulares perſonas,
ſed generaliter ſunt conſtituendæ, l. iura 9. ff. de legib. Ari-
ſtot. libro 5. Moralium, ca. 10. & libro 5. Rethoricæ, cap. 1.
D. Thom. 2. 2. quæſtione 96. artic. 1. & quamquam plures
extent, tum leges, tum conſtitutiones Principum in ſingu-
las perſonas conceptæ, attamen ſunt generaliter accipien-
dæ, atque intelligendæ in omnes perſonas. l. ſi Imperialis
18 11. in princ. C. de legib. † Illud denique de legiſlatione no-
tandum eſt, non aliter à Summo Pontifice, vel Imperatore
legem vniuerſalem eſſe promulgandam, niſi prius proce-
rum Sacri Palatij, & Senatus deliberatione habita, com-
muni conſenſu approbata fuerit, tunc demum authorita-
te principali, l. humanum 8. C. de legibus. l. vniuerſa 7. §. 1.
nal. C. de diuerſ. reſcript. diſtinctione 15. capitu. 1. 2. & 3.
§. primo, auth. quomodo oporteat Epiſcopos, aliter enim
pro-

Digitized by Google

promulgatæ, vt plurimum non recipiuntur, & obſoletæ
19 permittuntur, vt pluries vidimus. Quoniam autem † leges,
& Senatuſconſulta ita ſcribi non poſſunt, vt omnes caſus,
qui quandoque inciderint, comprehendantur, ſufficit, ea,
quæ plerunque accidunt, contineri, & ideo de his, quæ pri
mò conſtituuntur, aut interpretatione, aut conſtitutione
optimi Principis certius ſtatuendum eſt, l. neque leges 10.
& l. non poſſunt, ff de legibus. Plato libro 16. de Regno fo-
lio mihi 216. & libro 34. de legibus. Dialogo 1. & ſeq.

Et cum in vno aliquo caſu ſententia eorum manifeſta
eſt, is, qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atque
ita ius dicere debet. Nam quoties lege aliquid vnum, vel
alterum introductum eſt, bona occaſio eſt, & cætera, quæ
tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel
certa iuriſdictione ſuppleri, dicta l. non poſſunt 12. cum l.
ſequent. ff. de legib. l. 2. §. his legibus, ff. de origin. iur. l. 2. §.
ſed quia diuinæ, C. de veter. iur. enucle. l. de quibus 32. ff.
de legib. l. ideo 27. ff. eodem exemplo, l. vlt. C. de inoffic. do-
nat. l. vt tantum 14. §. 1. ff. de ſeruo corrupto, l. illud quæſi-
tum 32. ff. ad legem Aquil. l. quia actionum 11. ff. de præ-
ſcript. verb. l. quoties 22. ff. eodem l. 2. §. quamquam, ff. de
aqua. pluu. arcend. actio. cum ſimilib. latè adductis in gloſſ.
ſtat. Vrb. c. 89. lib. 2. & in Syntagma comm. opin. iuris loco
ſecundo, tit. 3. cap. 5. & 6. latè de materia Turza. opin. 176.
idem reg. 13. & 106. Villal. D. 194. Viu. opin. incipien. alimẽ
20 ta, & dos, & incipi. Filius vltra & ſtatutum Ciuitatis. † Iſta
autem interpretandi, & ſupplendi, nec non extendendi le-
ges, facultas ſoli Imperatori iure nouo eſt reſeruata, l. 1. C.
de legib. l. 9. in fine, l. cum de nouo 10. l. ſi Imperiali 11. §. cũ
igitur vſque ad finem legis, C. eod. l. 2. §. ſed quia diuinæ
res, C. de veter. iure enucl. Nouell. c. 143. in princ. quod ex-
tenditur etiam ad ſtatuta, authoritate Principis facta, vel
confirmata, vt in libro ſtatutorum Bald. per Sigiſmundũ
conſtructo in verb. interpretatio, numer. 12. ver. ſtatutum
interpretatur municeps, exceptis tamen Canonibus Eccle
ſiaſticis, in quibus ſi quid ambiguitatis emergit, hoc Sum-
mo Pontifici, Synodo, vel Concilio ſacerdotali definiẽdum
remittitur, l. omni 6. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. priuilegia 12.
§. 1. C. eod. c. vlt §. quamquam 25. q. 1. gloſ. in c. poſſeſſor de
reg. iur. in 6. §. quoniam in proœm. Clement. licet in aliqui-
bus caſibus ideo Principi ſæculari remittatur, vt notauit
Aufrer. de poteſt. ſæcular. in Eccleſiaſt. reg. 4. limit. 47. ver.
laicus Princeps, vt declaratur infra tit. 31. numero 33. Sed
21 † in legibus interpretandis hæ potiſſimum regulæ tradi
ſolent, vt in primis à ſimilibus ad ſimilia, vt dixi, proceda-
tur, & vbi eadem eſt ratio ibi; Idem ius conſtituatur dicta
l. non poſſunt 12. cum l. ſequenti, ff. de legib. cum alijs alle-
gatis per nos in allegata glo. ſtat. Vrb ca 89. lib. 2. quod ta-
22 men diſtinctione non caret. Nam † conſuetudo contra ra-
tionem iuris introducta ad ſimiles caſus produci non de-
bet, l. quod vero 14. l. quod non 39. ff. de legib. l. quod con-
tra 138. ff. de reg. iur. ca. quæ à iure 28. de reg. iur. in 6. cum
23 alleg. in d. gloſſ. col. 704. nume. 10. Idem † dicendum de eo,
quod propter neceſſitatem receptum eſt, & tempori tan-
tum ſeruit, l. quæ propter 122. ff. de reg. iur. c. in argumen-
tum 78. de reg. iur. in 6. & c. quod pro remedio 1. q. 7. cap.
ordinationes. §. quamuis, c. cum in cunctis de elect. c. in cau
ſis 19. de ſent. & re iud. nec non, & de priuilegio certis per-
ſonis indulto l. 2. C. de legib. c. decet 16. ca. indultum 17. de
24 reg. iur. in 6. Præterea † in rebus dubijs melius eſt verbis e-
25 dicti ſeruire, & in ambigua voce legis, ea potius † accipien
da eſt ſignificatio, quæ vitio caret, quæque rei gerendæ a-
ptior eſt, l. in ambigua 19. ff. de legib. l. quoties 67. ff. de reg.
26 iur. l. in ambiguo 3. ff. de reb. dub. ſed, & † in dubijs ſem-
per benignior ſententia eſt præferenda, l. benignius 18. & l.
nulla 25. ff. de legib. l. ſemper 55. ff. de reg. iur. l. ea, quæ 152.
in fine, ff. eod. exemplo, l. non ſine ratione 5. § quamuis, C.
de bon. quæ liber. & l. per fundum 11. ff. de ſeruit. ruſt. præ-
27 di. † Conſuetudo quoque in legibus interpretandis, atten
denda, quippe quæ optima eſt legum interpres, l. ſi de in-
terpretatione 37. cum l. ſeq. ff. de legibus. l. ſemper 34. ff. de
reg. iuris. l. cum de lanionis 18. § optimum ergo, ff. de inſtr.
leg. exemplo, l. ſuppellectile 3. § fin. ff. de ſuppel. legat. De-
cian. conſ 51. num. 50. & ſeqq. lib. 2. eſt enim etiam & diui-
ni iuris optima interpres vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudo
glo. in c. perniciosſus 13. de celebrat. miſſar. & in c. in aliqui-
bus 52 §. illæ quippe de decim. & c. cum ſint 18. in verb. ad
conſuetudinem eod. tit. Decian. conſ. 44. num. 13. lib. 2. & §.
2 & 3. inſt. Canon. de iure diuino conſuetud. &c. D. Thom.
2. 2. q. 97. artic. 3.

28 Sed & † leges priores, quamuis mutatæ, & obſoletæ ad
poſteriores leges declarandas, & interpretandas trahi poſ
ſunt, l. non eſt nouum 26. cum l. ſeq. ff. de legib. & diſt. 7. ca.
fuerunt §. paulatim. Viu. opinio. incip. ſtatutum vltimum.
29 Item † leges poſteriores in prioribus interpretandis, niſi
contrariæ ſint, ſunt adhibendæ, l. ſed & poſteriores 28. ff.
eod. ſic enim iura fideicommiſſorum, quæ tempore ſunt
poſteriora, pertinent ad legatorum iura tempore priora
§. ſed non vſque inſti. de legat. & l. 2 §. ſit igitur. ibi, & ſi
quid tale, & §. vbi autem, C. comm. de legat. Sic conſtitutio
Imperatoris Antonini tempore poſterior pertinet ad ius
moribus conſtitutum de donationibus inter virum, & vxo
rem prohibitis diſtinguendum, l. cum hic ſtatus 32. §. ait
oratio, ff. de donat. int. vir. & vxor. & exempla ſunt Iuriſcõ
ſultorum veterum Commentarij ad edicta Prætorum, &
Senatuſconſulta, ad leges 12. tabularum. Item conſtitutio-
nes Principum, quibus veterum edicta, atque Senatuſcon
ſulta declarantur, diſtinguuntur, & latius extẽduntur, vel
reſtringuntur. Proinde in dicta l. 28. I. C. ad eam confirman
dam ſubijcit. Idque multis argumẽtis probatur, ideſt eius
paſſim multa exempla, quamquam multi legendum pu-
tant, probetur, quæ tamen lectio, licet habeat ſuam ratio-
30 nem, mihi quidem non probatur. Inſuper ea, † quæ in ali-
cuius fauorem conſtituta ſunt, aduerſus eum non ſunt in-
terpretanda l. quod in fauorem 6. C. de legib. l. nulla iuri.
25. ff. eod. l. plures 18. in fine, C. de fid. inſtr. exemplo l. Car-
bonianum 3. §. Diuus etiam Adrianus, ff. de Carbon. edic. l.
non eo minus 14. C. de procur. l. cum hi. 8. §. eam tranſactio
nem, ff. de tranſact. l. contra 28. in princ. ff. de pact. ca. quod
31 ob gratiam 61. de reg. iur. in 6. & † lex vtilis Reipublicæ ex-
tendenda, & adiuuãda eſt interpretatione, l. hoc modo 62.
ff. de condit. & demonſtrat. quemadmodum aliàs quoque
fauores ampliandi ſunt, & odia reſtringenda, c. odia 15. de
32 reg. iur. in 6. † Beneficium etiam Summi Pontificis, & Im-
peratoris, debemus quam pleniſſimè interpretari, l. benefi
cium, ff. de conſtit. c. olim 16. & c. Abbate 25. de verb. ſigni-
fic. c. cum dilecti 6. de donat. exemplo l. 2. C. de bon. vacan.

23 Poſtremò † verba legum cum effectu ſunt accipiẽda, vt
aliquid operentur, l. ſi per alium 5. §. docere, ff. ne quis eũ,
qui in ius l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iur. Gabr. li. 3. de locat.
concluſ. 3. num. 2. & ſeq. ſed & plures aliæ huiuſmodi regu
læ proponentur infra lib. 2. ca. 19. & plures affert Duaren.
de iudic. & vbi quis, C. de var. iud. præceptis.

34 Quod autem ad legum rationes attinet, ſciendum † non
omnium, quæ à maioribus conſtituta ſunt, rationem red-
di poſſe, ideoque rationes eorum, quæ conſtituũtur, inqui
ri non oportere, alioquin multa ex his, quæ certa ſunt, ſub-
uerterentur, l. non omnium, & l. ſeq. 21. vbi glo. ff. de legib.
Nam multa iure ciuili contra rationem diſputãdi pro vti-
litate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus proba
ri poteſt. Nec tam propter rationem legum, quã propter
authoritatem conſtituentium legibus obtemperandum eſt,
quemadmodum Iulianus quoque ait, ipſas leges nulla alia
ex cauſa nos tenere, quam quod iudicio Populi receptæ
ſint, l. de quibus 32. ff. de legib. c. in iſtis 3. §. leges inſtituũtur
35 diſtinct. 4. & D. Thom. in 1. 2. quæſt. 90. artic. 1. & † vim ha-
36 beant cogentem, teſte Ariſt. 10. Ethic. c. 9. Præterea † leges
facilè mutandæ non ſunt, neque diſtinguendę, niſi id eui-
dens vtilitas, vel æquitas expoſcat, l. 2. C. de crim. ſacril. l.
minimè 23. ff. de legib. l. & ſi 143. ff. de reg. iur. l. 2. ff. de con-
ſtit. Princip. c. cum omnes 6. de conſtit. c. non debet 8. de cõ
ſanguin. & affin. diſt. 4. c. erit §. fin. cum c. ſeq. item c. ne in-
nitaris 5. de conſtit. c. ſi quis ſuadente, §. committunt 17. q.
4. Iſias cap. 24. D. Thom. 1. 2. quæſt. 96. art. 4. & q. 97. art. 2.
& 4. ſed iudicandum eſt ſecũdum eas, vt in citatis iuribus,
& l. nemo de ſenten. & interloc. omn. iud. c. in iſtis dicta di-
ſtinct. 4. alioquin teſte Cicer. de Inuentione. Poteſtas dabi-
tur peccandi, dum intelligent iudices, non ex lege, in qua
iurati ſunt, ſed ex arbitrio iudicare, id ipſum iure iurando
promittunt, l. rem non nouam, C. de iudic. & non tollitur
lex per non vſum, neque per vſum contrarium ſine ſcen-
tia Principis. Iaſ. in l. de quibus, num. 33. ff. de legibus. Alex.
conſil. 136. numero 15. libro 2. Abb. in c. 1. num. 4. ver. vnde
ibi. de tregua, & pace. Præpoſit. in cap. in iſtis, §. leges, nu-
mero 3. verſ. niſi dato. diſtin. 4. Rot. diuer. in recentioribus
deciſ. 197. & 213. par. 1.

37 Quod ad † cognitionem, atque ſcientiam legum atti-
net, eius adipiſcendæ modus ab Imperatore Iuſtiniano
præſcribitur talis, vt primo leui, & ſimplici via, deinde di-
ligentiſſima, atque exactiſſima interpretatione tradantur
§ his igitur inſtit. de iuſtit. & iur. ſed Imperatoris conſilio
pauci vtuntur, incipiunt enim à deciſionibus, à Conſilijs, à
tractatibus, & Inſtitutionibus, & Digeſtis nunquam viſis,
nec auditis Magiſtris in Scholis ordine præſcripto ſtatim
ſe pro Aduocatis, & Procuratoribus venditant, & ad Ma-
giſtratus, & dignitates arduas, & difficiles aſpirãt, & per-
ueniunt, turbatis ordinibus non ſine publico damno con-
tra allegata infra titul. 3. & 4. Parentes etiam hac de cauſa
obiurgatione digni ſunt, qui nolunt liberos ſuos ſeuera le-
ge proficere. Primum enim ſicut omnia, ſpes quoque ſuas
ambitione donant: Deinde cum ad vota properant inordi
natè, etuda adhuc ſtudia in forum propellunt, & legum
ſcientiam, qua nihil eſſe maius contitentur, pueris inducũt
adhuc naſcentibus. Quod ſi paterentur labore gradus fie-
ri, vt ſtudioſi iuuenes lectione ſeuera mitigarentur, vt ſa-
pientiæ præceptis animos componerent, vt verba atroci
ſtylo effoderent, vt quod vellent imitari, diu audirent, ſibi
nihil eſſet magnificum, quod pueris placeret: iam illa grã-
dis ſcientia haberet maieſtatis ſuæ pondus, & iuuenes non
38 deriderentur in foro. † Scire autem leges, non eſt earum
verba tenere, ſed uim, ac poteſtatem habere, l. ſcire 17. ff.
39 de legib. † In legum cognitione iuris prudentia conſiſtit,
quæ definitur, quod ſit diuinarum, atque humanarum re-
rum notitia, iuſti, atque iniuſti ſcientia, iuſtum, atque iniu-
ſtum leges definiunt. Ergo iuris prudentia, eſt legum ſcien
40 tia, qua prædit i Iuriſconſulti vocantur, † meritò iuris ſa-
cerdotes appellandi, iuſtitiam, namque colunt, boni, & æ-
qui notitiam profitentes, æquum ab iniquo ſeparantes, li-
citum ab illicito diſcernentes, bonos non ſolum metu pœ-
narum, verum præmiorum quoque exhortatione efficere
cupientes, veram Philoſophiam non ſimulatam affectan-
tes, §. 1. inſtit. de iuſt. & iur. l. 1. ff. eod. c. 1. diſtinct. 1. c. omnis
4. diſt. & hæc omnium dicitur Regina, mortalium, & im-
mortalium ſecundum Pindarum relatum per Platonem
lib. 24 Gorgias, vel de Rethorica fol. mihi 353. & lib. 31. de
Repub. Dialogo 4. fol. 583. & ſecundum Budæum in l. 2. ff.
de legib. & olim non fuit quæſtuaria, vt obſeruauit idem
Budæus in l. 1. ff. de iuſt. & iur. & probatur infra lib. 2, titu,
58. num. 10.
41 Reſtat † legum obſeruatio, in qua iuſtitia cernitur, quæ
eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuẽ
di, §. 1. inſtit. de iuſt. & iur. Bud. in l. iuſtitia 10. ff. eod. cuius
contrarium eſt iniuſtitia, qua quis aduerſus leges commit
tit, idque duplici ratione contingit, contra legem, & in
fraudem legis. Contra legem facit, qui id facit, quod lex
prohibet, l. contra legem 29. cum l. ſeq. ff. de legib. In frau-
dem verò legis facit, qui ſaluis verbis legis, ſententiam eius
circumuenit dicta l. contra, & l. non dubium 5. C. de legib.
& alijs modis, de quibus apud Alexand. ab Alexand. libro
quinto. Genialium dierum cap. 14. fraus enim legi fit etiam
vbi id fit, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, & quod
diſtat ſcriptum à voluntate, hoc diſtat fraus ab eo, quod
contra legem fit l. fraus 30. ff. de legibus, vbi Budæus, dicta
l. non dubium 5. C. eodem exemplo l. ſi quis 3. §. is autem,
in fine, & l. item ſi filiusfamilias 7. §. mutui dationem, ff. ad
Macedonia. & vtrumque commiſſum eſt peccatum mor-
tale, quia leges obligant in foro conſcientiæ ad obſeruan-
tiam, ita vt contrafacientes legibus mortaliter peccent Al-
ciat. in cap. cum contingat, numero 99. de iureiuran. Felyn.
in cap. 1. de conſtitut. & in capit. nam concupiſcentiam in
principio, vbi etiam Abb. numero ſecundo. Decius nume-
ro 9. & 10. eodem titulo. Roland. de inuent. parte vltima,
quæſtione 24. numero ſecundo. Syntagm. commun. opin.
loco ſecundo, titulo 3. cap. 1. alios citat, & Demoſthen. in
priori oratione contra Ariſtogitonem dicit, eum propter
multa ſunt leges ſeruandæ. Tum potiſſimum, quia inuen-
tum, & donum ſunt Deorum immortalium. Idem firmat
Card. Bellarminus de Gemitu Columbæ lib. 2. c. 1. per tot.
poſt D. Thom. in 1. 2. quæſt 96. artic. 4. id referens ad verum
Deum.
42 Porrò † non omne, quod contra leges fit iniuſtitiæ eſt a-
ſcribendum. Nam ſi ab eo lata ſit lex, qui eius ferendæ po
teſtatem non habuit, impune ei non paretur. l. 2. ff. de de-
cret. ab ordin. faci. l. humanum, C. de legib. c. Eccleſia 10. de
conſtit. & c. cum acceſſiſſent 8. eod. D. Thom. in 1. 2. q. 96.
art. 4. in fine, niſi forte is, qui legem tulit, communi errore
pro legitimo legiſlatore fuerit habitus, l. Barbarius 3. ff. de
offic. Prætor. Villalo. B. 7. vel lata à non habente poteſta-
tem, ab habente fuerit confirmata d. ca. 8. & 10. de conſtit.
43 † Illud non intereſt leges æquè ſint, an iniquæ l. non om-
nium 20. cum l. ſeq. ff. de legib. l. ſi ita 51. §. fina. ff. ad legem
Aquil. l. 2. C. de crim. ſacrileg. l. proſpexit 12. ff. qui, & à qui-
bus. Nam de lege ipſa. An iuſta ſit, iudicare non licet ſecun
dum D. Tho. in 2. 2. quæſt. 120. art. 1. ſed ſecundum legem
eſt iudicandum, vt in d. art. 1. & ſuperius ſub numer. 41. &
36. fuit comprobatum, & probat Ariſtot. lib. 1. Rethor. ca.
1. ver. illud autem, & Imperator in §. 1. inſtit. de offic. iudi-
cis, & in l. 1. & toto tit. C. de pœna iudic. qui malè iudic. &
in auth. iuſiurandum, quod præſtat ſub finẽ, col. 2. ca. 1. de
ſentent. & re iudic. in 6. gloſſ. vltima in c. hoc etiam 2. quæ-
ſtio. 6. & nos in tract. de tutela lib. 3. quæſt. 1. ſub nume 54.
Sed hæc poteſtas D. Thom. in 1. 2. quæſt. 95. art. 1. & q. 96.
art. 4. & ſeq & 97. art. 4. & q. 90. art. 1. Ius facit etiam error,
& Prætor ius reddere dicitur, etiam cum iniquè decernit,
relatione ſcilicet facta non ad id, quod Prætor ita fecit, ſed
ad illud, quod Prætorem facere conuenit, l. penult § Præ-
tor quoque, ff. de iuſt. & iur. l. ſuppellectile 3. §. fin. ff. de ſup
44 pellect. legat. cum allegat. in princip. Planè † leges diuinæ,
ſeu naturali iuri contrariæ impunè poſſunt negligi, quia ci
uilis ratio diuina, vel naturalia iura non poteſt corrumpe-
re, licet ipſa mutationibus ſubiaceat vnà cum legibus ſuis,
l. vbi repugnãtia 48. ff de reg. iur. l. in bello 12. §. factæ, ff. de
capt. §. ſed & naturalia de iure natur. gent. & ciuil. l. eas ob-
ligationes 8. ff. de capit. dimi. §. fin. inſtit. de legit. agnat. tu-
tel. l. iura 8. ff. de reg. iur. l. 2. ff. de vſufruct. ear. rer. quæ vſu
conſum. c. quo iure. §. fin. cum cap. ſeq. diſtinct. 8. cap. 1. ſe-
quen. & vlt. diſtinct 9. c. ius naturale diſtinct. 1. cap. 1. §. na-
turale diſtinct. 5. cap. vlt. §. naturale, ergo diſtinct. 6. cap. vl-
45 tim. de conſuetud. Sed † & à legibus nobis recedere licet,
quoties exceptione aliqua defendimur, quæ exceptio, &
ſpeciali iure ſubſiſtat, & cauſæ propoſitæ inſit, l. in his 15.
ff de legib. l. ius ſingulare 16. ff. eodem l. 1. in fine, ff. de reg.
iur. capit. 1. in fine de reſcript. dicto §. ſed naturalia ibi. Ea
verò quæ inſtit. de iur. natur. gent. &c. l. conſtitutiones 4. ff.
de conſtit. Princip. l. de quibus, §. final. ff. de legib. capit. in
iſtis, §. leges verſic. ſicut enim diſtinct. 4 & eadem diſtin-
ctio. cap. vltimo, §. hæc etſi, cap. quis ignoret 22. q. 4. Nam
46 in omni iure † ſpecies generi derogat cap. generi 34. de re-
gul. iur. in 6. l. in toto 80 ff. eodem. alioquin in re dubia me-
47 lius eſt verbis edicti ſeruire. † Ceſſante quoque legis ra-
tione in caſu aliquo, plerunque ipſa quoque lex ſolet ceſ-
ſare, authoritate ſcilicet eius, qui iuriſdictioni præeſt, in-
teruenientе 1. q. 7. cap. quod pro remedio. 9 q 1. ca. ordina-
tiones, §. quamuis, & per allegata ſuperius verſic. inſuper
ea, quæ in alicuius fauorem, & Tiraquell. de ceſſante
cauſa.
48 Item † ſi ius ſit non generale, ſed ſpeciale, vel perſona-
le, alios, præterquam quorum ius eſt, non obligat l. ſecun-
da. C. de legib. argum. l. 3. C. eodem. & l. ſi Imperialis, C.
eodem. l. in omnibus 68. & l. priuilegia 15. ff. de regul. iuris.
cap. vltimo §. item Hieronymus 25. quæſtione 1. capit. non
exemplo 26. quæſt 2 ca. priuilegium 7. cap. quod alicui 74.
de reg. iur. in 6. cap. ſanè 9. de priuileg. l. 1. §. final. ff. de con-
49 ſtit. Princip. & † pactis priuatorum, non rarò ipſis legibus
derogatur, l. nec ex Prætorio 17. l. contractus 23. ff. eodem
l. in emptionibus 43. ff. de pact. l. vltima, §. final. C. de tem-
50 por. & reparat. Sed † & ſi cauſa, de qua quæritur, ipſa
lege antiquior ſit, ſub ea conueniri non poteſt, niſi fortè
nominatim in lege cautum ſit, vt & ad præteritos caſus
extendatur, caſusque præteritus in iudicium non fuerit
deductus eo tempore, quo lex ferebatur, l. leges 7 C. de le-
gibus, l. vltima. §. final. C. de legitim. hæred. Nouell. conſtit.
73. §. obiter con. 75. conſt. 115. in principio, con. 113 § ad
hæc. exemplo l. ſancimus 18. in fine, & l. vltima in fine C. de
ſacroſanct eccleſ. cap. cognoſcentes 2. & cap. vltimo de cõ-
51 ſtit. cap. dilectus 5. vt lit. pendent. Quod † idem eſt de ſta-
tutis, conſtitutionibus, & conſuetudinibus Bald. in l. ſi de
interpretatione, & in l. de quibus, numero 48. ff. de legi-
bus. Roman. conſilio 252. numero 3. ver. cæterum. Alexan.
conſ 88. num quinto, libro ſexto, per tex. in dicta l. leges 7.
52 Verum † ſi ſint ſecundum ius, vel ius commune decla-
rent, trahuntur ad tempus publicati iuris, l. non dubium,
C. de

Digitized by Google

C.de legib. Bart.in l.omnes populi,num.44.ff.de iuſt. & iu te.Alex.conſ.6.num.5.lib.1.conſ.7.nume 4.lib.2. Alberic. de ſtatut.in princip.q.2.& 9. Coſta de retractionibus in c. 9.caſ.9.per tot. Præterea † lex, quæ nondum inſinuata eſt, vel à cuius inſinuatione nondum duo menſes præterierũt, neminem conſtringit Nouell.ca.66.§.ſancimus, ſed & lex de publicis cauſis lata valere prohibetur,niſi Præfecto Prætorio prius fuerit inſinuata Nouel.152.dãtes operam, &c. † Lex quoque alia lege, vel conſuetudine poſteriore abrogata perdit vim ſuam, niſi ius naturale ſit, vel diuinum, † hoc enim,vt dictum eſt,nulla lege ciuili, vel poſitiua poteſt immutari per allegata ſuperius ver. planè leges diuino,& infra tit.num.62.& in §.2.inſtit.Canonica de iur. diuin.ſed & † mutatio iuris,lite pendente,ſuperueniens, vel negotio, de quo agitur iam commiſſo nihil operatur, vt iã extat firmatum in Nouel.115.in princ. † Summus Pontifex,Imperator,& Auguſta ciuilibus,non autem diuinis, ac naturalibus legibus dicuntur eſſe ſoluti,l.Princeps 31.ff.de legib.vbi Bud.c.vlt.§.his ita reſpondetur 25.q.1.c.1.& ſequentib.diſt.10.& infra tit.4.num.25.Surd.deciſ.13.nu.9. Digna tamen vox eſt maieſtate regnantis ſuis, quas tulit legibus alligatum, ſe Principem profiteri,l.digna vox 4. C. de legib.l.ex imperfecto 23. ff. de legat.3.l.ex imperfecto 3.C.de teſtamen.§.final.inſt.quib.mod.teſt.infir.diſt.9.c. iuſtum 2.

Iuſtitia in ſe virtutes complectitur omne.

Huc pertinent verſus Claudiani hi.

In commune iubes ſi quid, cenſerve tenendum.
Primus iuſſa ſubi: tunc obſeruantior æqui,
Fit Populus,nec ferre vetat, cum viderit ipſum
Authorem parere ſibi. &c.
Regis ad exemplum totus componitur Orbis.

Et quæ dixit Ariſtot.lib.5.moral.c.1.

Deinde † iuris ignorãtia lapſis quibuſdam ſubuenitur, vt minoribus 25.annis fœminis,& alijs,de quibus in l.1.& tot.tit.ff.de iur.& fact.ignor.toto titu.ff.de minor 25.ann. & ff.ad Macedon.& ad Velleia.in l.1.cum l.ſeq.& tot.titu. ff.de in integr.reſtit. Illud poſtremo hoc loco notandum, quod † ius finitum eſſe,& poſſit, & debeat l.2.ff.de iur.& fact.ignor.§.igitur inſt.in proœ.quod tamen de legibus,nõ de regulis iuris,neque opinionibus Iuriſconſultorum accipi debet,hæ enim & infinitæ ſunt,& incertæ,l.nõ poſſunt 22. cum plurib.ſeqq.ff.de legib.& Senat.Conſ.Cic.lib.1.de legib.de quibus Iabolenus dicit, omnem definitionem in iure ciuili periculoſam eſſe: rarum enim eſſe,vt ſubuerti nõ poſſit l.omnis 203.ff.de reg.iur.cum alleg.per nos in tract. de tutela,& cura lib.3.q.1.& de condit.& demonſtr. parte 1.cap 1.

S V M M A R I V M.

Ius naturale,gentium,& ciuile,quod.
Ius Prætorium.
Obligationes actiones,exceptiones aliæ ciuiles,aliæ Prætoriæ.
Ius ciuile,aliud ſcriptum,aliud non.
Conſuetudo vim legis obtinet.
Conſuetudo Vrbis vbique vim obtinet.
Error ſicut ius,ita conſuetudinem facit.
Conſuetudo erronea non oſtenditur.
Conſuetudo quomodo probetur.
Iuris ſcripti ſpecies ſex.
Lex quid eſt.
Actiones certæ,& ſolemnes inſtitutæ.
Plebiſcita, quæ.
Senatuſconſulta,quæ.
Magiſtratuum edicta, quæ.
Honorarium ius, quod.
Principum placita, quæ.
Reſponſa prudentum, quæ.
Interpretandi iuris poteſtas, penes quos.
Principum conſtitutiones aliæ generales,aliæ ſpeciales,& quæ.
Canones in ſpiritualibus præferuntur legibus.
Imperator Canonibus ſe ſubmittit.
Res iudicata ius facit.
Reſcripta Principum ius faciunt.
Reſcriptum à quocunque impetratum valet.
Excommunicatus reſcriptum non impetrat.
Lite pendente,non impetratur reſcriptum.
28 *Reſcriptum contra ſententiam nullum.*
9 *Reſcriptum ſurreptitium nullum.*
30 *Reſcriptum ſine die,& Conſule nullum.*
31 *Reſcriptum authenticum eſſe debet.*
32 *Reſcriptum contrà publicam vtilitatem.*
33 *Reſcriptum fiſco damnoſum,nullum.*
34 *Reſcriptum delatorium valet.*
35 *Reſcriptum commune ambobus prodeſt.*
36 *Reſcriptis præſcriptio non obijcitur.*
37 *Supplicatio pro reſcripto quomodo formanda.*
38 *Falſum narrantis pœna, quæ.*
39 *Reſcriptum vim conteſtatæ litis habet, & præſcriptionem interrumpit.*
40 *Reſcriptum retorquetur contra impetrantem.*

De Iure, & legibus in ſpecie.
Tit. 2.

IAm de iure,& legibus in genere diximus,nunc de iiſdẽ in ſpecie eſt dicendum. Præterquam autem, quod ius aliud publicum eſt,aliud priuatum, vt ſupra ſuit oſten-
1 ſum,ſunt & aliæ iuris diuiſiones. Nam † aliud naturale dicitur,aliud gentium,aliud ciuile l.1.§.priuatum, ff de iuſt. & iur.§.fin.inſt.eod.c ius autem 6.diſtin.1. de quibus egregiè Budæus ibi,& in l.ius ciuile.ff.eod.Ariſtot.lib.5.moral. ca.7.& D.Thom.in 1.2.q.94 95.& 96.& in 2.2.q.57. art.2. & 3.& nos in diuiſionibus vtriuſque iuris diuiſ.1.& Duaren.de iuſt & iur.c.5.& eſt textus in diſtinct.6.c.vlt. in fin. Item aliud verſatur circa perſonas, aliud circa res, aliud circa actiones, l.1.ff. de ſtat.homin.§.fin. inſtit.de iur.nat. gent.& ciuili. Ius naturale non ſolis hominibus proprium eſt, ſed & omnibus animantibus etiam brutis, cuius iuris eſt maris, & fœminæ coniunctio, liberorum procreatio, & educatio,l.1.§.ius naturale,ff.de iuſt.& iur.§.1.inſt.eod. quod ius nullo iure ciuili,vt dictum eſt,poteſt immutari c. ius naturale 7.diſtinct.1. Gentium ius ſoli humano generi, & quidem omni, non etiam cæteris animantibus commune eſt,l.1.§.fin.ff.de iuſt.& iur.l.omnes populi 9 ff. eodem §.ius autem inſtit.de iur.& nat.ca.ius gentium 9.diſt.1.Cuius quidem iuris eſt,erga Deum Religio,erga parentes, & Patriam pietas, & obſequium, iniuriæ propulſatio, bella, ſeruitus,manumiſſio, & contractus quamplurimi inde introducti cernuntur, de quibus nonnulli leguntur in l.2. & in tribus ſequent.ff.de iuſt.& iur.in §.ius autem inſtitu. de iur.natur.& in dicto ca. ius gentium 9.diſtinct.1. ius ciuile eſt ius proprium, cuiuſque Ciuitatis,vel Populi,quod neque in totum à naturali, vel gentium iure recedit, neque per omnia ei ſeruit, l. ius ciuile 6.ff.de iuſt.& iure, itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium,id eſt ciuile efficimus,l.omnes 9 ff.de iuſt.& iur. §.ius autem ciuile inſtit.de iur.natur.l.ius ciuile 6.ff.de iuſtit.& iure c.ius ciuile 8.diſtinct.1 Hoc ius ciuile mutabile eſt,iureque naturali poſterius D.Thom.in 1.2.q.97. quoniam hoc cum ipſo genere humano rerum natura prodidit,quo Patres noſtri vixere ſine alia, quam lege naturæ in primis ætatibus ante diluuium diſtinct.6.c.fin.in fin. Nam vt Cicero inquit,in lib.1.& 2,de legib. Lex cum natura, ac ſimul cum mente diuina orta eſt,& ſecundum Dauid.Pſalmo.118. eſt lucerna pedibus noſtris, & ſecundum Salomonem Prouerb 6.lex eſt lux. Illud verò tunc eſſe cœpit,& ante, & poſt diluuium tempore Cain, Lamech, Enoch, & Moſis, & tale nomen accepit cum & Ciuitates condi, & Magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt d.cap. fin. l.1. §.fin.ff.de iuſtit.& iure.§.ſingulorum in fine, inſtit. de rer. diuiſ.cum alijs allegat.ſupra titul.1.ver.planè leges, & per nos de different.in verb.ius naturale infra libro 4. titul.21. quod & ante diluuium tempore Cain,Lamech, Enoch, & aliorum factum fuit,vt probat Moſes in Geneſi 4. & dicitur in dicto titulo 21.Hinc Plato in lib.34.de legibus. Dialog.1. ipſarum legum principium neſcire, ſed antiquiſſimum eſſe profitetur,& Doctor.in diſtinctione 6. cap. non eſt in fine, id referunt ad tempora Caini, prout refertur etiam in §. 2. inſtitut. iuris Canonici de iure diuino, vbi gloſſ. ius itaque ciuile ex vnaquaque Ciuitate appellatur; velut Athenienſium,Romanorum, &c. ſed quoties non addimus nomen, cuius ſit Ciuitatis, ius ciuile Romanorum ſignificamus, §. ſed ius quidem inſtitut.

10.

2 de iur. natur. † eſt autem ius hoc aliud Prætorium, aliud
non prætorium, quod poſterius retinet nomen gene-
ris, & ciuile appellatur, l. ius autem 7. ff. de iuſt. & iur. vnde
3 † obligationum, & actionum, nec non & exceptionum aliæ
ciuiles dicuntur, aliæ prætoriæ, ſeu honorariæ §. omnium
inſtit. de obligat. & §. ciuiles eod, §. hæc exempli. in fine in-
ſtit. de except. & tot. tit. ff. de obligat. de prætor. ſtipul. de
4 actio. & de except. Item † ius ciuile aliud eſt ſcriptum, a-
liud non ſcriptum. Non ſcriptum dicimus, quod vſus ap-
probauit, aliàs conſuetudo appellari ſolitum, §. ſine ſcrip-
5 to inſtit. de iure nat. † obtinet enim vim legis conſuetudo,
l. de quibus 32. §. inueterata, ff. de legib. l. ſed et ea 35. cum
l. ſequen. D. Thom. 2. 2 q 97. artic. 3. l. 1. & l. leges, C. quæ ſit
long. conſuetudo, etiam contra ſcriptas Romanorum le-
ges, vt in allegatis iuribus, & ca. 1. §. legum Romanorum in
vſib. feud. tit. 1. de feudi cognit. lib. 2. & vt egregiè explicat
Budæus in l. ius ciuile in fine, ff. de inſtit. & iur. Duaren, in
tit. ff. de legib. c. 11. & 12. & §. 2. & 3. inſtit. Canon. de iure di-
uino, ſed contra ius diuinum non vtique §. hæc tamen. inſt.
Canon. eod. tit. Cucchus inſtit. de conſuetud. numer. 42. &
ſeq. & in Polyantea in verb. conſuetudo, vel niſi lex ſcripta
conſuetudine poſterior extet contraria l. 2. C. eod. l. de qui-
bus in princ. ibi, quæ non ex ſcripto deſcēdunt, ff. de legib.
Vel niſi per ſordes, & gentium magiſtratus ſit introducta,
§. nunc verò ibi, neque angarijs. Authentic. vt nulli iudi-
6 cum, Vel niſi alterius loci ſit, non eius vbi allegatur. † Con
ſuetudo tamen Vrbis Romæ etiam in cæteris Imperij Ci-
uitatibus debet obtinere, quoniam Roma communis pa-
tria dicitur l. 1. §. ſed & ſi quæ leges, C. de veter. iur. enucl. §.
fin. inſtit. de ſatiſ. l. ſed licet 12. ff. de offic. Præſid. l. Roma
33. ff. ad municip. l. in Orbe Romano 17. ff. de ſtat. homin.
Illud ſanè non intereſt, vtrum ratione, an errore conſue-
7 tudo ab initio ſit introducta. Nam † error quoque, vt di-
ctum eſt, facit ius l. ſupellectile 3. §. final. ff. de ſuppl. legat.
8 Huiuſmodi tamen † conſuetudo erronea ad ſimiles caſus
non eſt producenda, l. quod verò 14. ff. de legib. l. quod con
tra 185. ff. de regul. iur. exemplo l. dudum 14 C. de contrah.
9 empt. Cum autem dubitatur an † conſuetudo ſit, cauſis
aliquot iudicialiter, & rebus ſimiliter iudicatis, probanda
eſt l. cum de conſuetudine 34. ff. de legib. Res enim perpe-
tuò ſimiliter iudicatæ conſuetudinem inducunt, ac pro-
bant l. nam Imperator 38. in fine, ff de legib. Quod tamen
debet intelligi de conſuetudine contra legem inducenda,
non autem præter, & ſecundum leges, quoniam iſta etiam
ex actis extraiudicialibus introducitur Cynus in l. 2. C. quę
ſit longa conſuetudo, numer. 10. Bart. in l. diuturnam, ff. de
legib. Bald. conſ. 210. num. 1. lib. 2. Caſtr. in l. de quibus nu.
11. ff. de legib. Viu. opin. 162. Turza. opin. 9. & 153. Villalo c.
184. Soarez c. 282. Rot. in Nonantulana bonorum 18. & 22.
Martij 1591. coram Mantic. & in Burgen. Abbatiæ 4. De-
10 cembris 1592. coram Penia. Decia. conſ. 51. lib. 2. † Iuris ſcri
pti ſpecies ſex potiſſimum numerantur, lex, Plebiſcitum,
Senatuſconſultum, Principum placita, Magiſtratuum edi
cta, & Prudentum reſponſa § ſcriptum inſtit. de iur. nat. l.
ius autem 7. ff. de iuſt. & iur. l. 2. in princip. vſque ad §. poſt
originem, ff. de origin. iur. c. 1. & ſeq. diſtinct. 2. Nam ab ini-
tio Vrbis Romæ legum ferendarum poteſtas penes Reges
tantum erat, vt diximus in titu. 1. poſtea verò Regibus eie-
ctis, & conſtitutionibus eorum abrogatis, leges 12. tabula-
rum conſcriptæ ſunt, & à Populo approbatæ, quæ ad pri-
mam ſpeciem pertinent, vt patet in l. 2. ff. de orig. iur. Nam
11 † lex eſt, quod Populus Romanus Senatorio magiſtratu
(veluti Conſule) interrogante conſtituebat, §. ſcriptum ibi
12 lex eſt inſtit. de iur. natur. Eodem ferè tempore † actiones
compoſitę ſunt, quibus inter ſe homines diſceptarent, quas
actiones ne Populus, prout vellet, inſtitueret, certas, ſolem-
neſque eſſe voluerunt dicta l. 2. §. deinde, ff. de orig. iur. Po-
ſtea cum Plebs cum Patribus in diſcordiam veniret, ſibi pe
13 culiaria iura conſtituit, quæ † Plebiſcita vocantur, quæ
tandem pro legibus quoque communiter placuit obſer-
uari, §. deinde cum eſſet, §. plebiſcitum inſtit. de iur. natur.
Eſt igitur Plebiſcitum, quod Plebs plebeio magiſtratu (ve-
luti tribuno) interrogante conſtituebat d. §. Plebiſcitum,
Cuius generis ſpecies eſt lex Aquilia l. 1. §. final ff. ad legem
Aquil. quæ autem poteſtas quantumque ius aduerſus reli
quos Magiſtratus, Tribunis plebis Romæ fuerit, docet
Alexand. ab Alexand. lib. 1. Genial. dierum c. 3. Plebiſcita ſe-
14 quuta ſunt † Senatus Conſulta, cum enim auctus eſſet Po-
pulus Romanus in eum modum, vt difficile eſſet in vnum
conuocari legis ſanciendæ cauſa, æquum viſum eſt, Sena-
tum vice Populi conſuli dicta l. 2. §. deinde, quia; Senatus
Conſultum igitur eſt, quod Senatus iubet, atque cōſtituit,
§. Senatuſconſ. inſt. de iur. nat. vimque legis habet l. nō am
bigitur 9. ff. de legib. l. 1. C. de Senat. Conſul. Cuius Senatus
Conſulti ſpecies plures ſint, ſcilicet Macedonianum, Vel-
leianum, Trebellianum, & alia, de quibus in ff eodem tem
15 pore, & † Magiſtratus iura reddebant, & vt ſcirent Ci-
ues, quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſeque
præmunirent, edicta proponebant, quæ ius honorarium
conſtituerunt dicta l 2. §. eodem tempore, ff. de orig. iur. l.
ius autem 7. in fine, ff. de iuſt. & iur. §. Pretorum inſtit. de
16 iur. nat. † Honorarium dicitur, quod ab honore Prætoris
venerat; aliàs prætorium dictum l. 2. §. eodem tempore,
cum alijs mox citatis. Eſt igitur ius honorarium, ſiue præ-
torium, quod Prætores introducebant, adiuuandi, vel ſup
plendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia propter publicam
vtilitatem, idemque quaſi viua vox eſt iuris ciuilis, l. ius au
tem l. nam & ipſum 8. l. ius 11. §. nec minus. ff. de iuſt & iur.
Huius iuris honorarij portio eſt edictum Curulium. §. Prę
torum in fine, inſt. de iur. natur, & aliæ ſpecies, de quibus in
§. ſed iſtæ quidem cum ſeq. inſtitut. de actio Nam & hi de
quibuſdam cauſis edicta proponebant, vt eſt edictum de
venditionibus rerum, ex quo actio proficiſcitur redhibi-
toria, de quibus in l. 1. & tot. titu. ff. de ædilit. edict. & C. de
ædilit. act. Sed & quid ſit lex, quid plebiſcitum, Senatuſve
Conſultum, quid Prætorum edicta, vel reſponſa pruden-
tum, præclarè docet Alex. ab Alex. lib. 6. c. 23. Genial. die-
rum. Nouiſſimè autem euenit, vt (vi, & armis ſingulari im
petio per Iulium Cæſarem arrepto) neceſſe eſſet Reipubli
cæ voluntate coacta, omne Imperium ſuum, & poteſtatē
17 in eum conferre, † & ideo quod Principi placuit, legis ha-
bet vigorem. Quodcumque ergo Imperator per Epiſtolā
conſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto præcepit, le
gem eſſe conſtat. Vnde Principum placita, & conſtitutio-
nes pro lege haberi cœperunt §. ſed quod Principi inſt. de
iur, natur, l. in princ. ff. de conſt. princ. l. prætor ait 3. §. Diuus
Adr. ff. de ſepulchro viol. legibus autem latis cœpit, vt na-
turaliter euenire ſolet, vt interpretatio deſideraret pruden
tum authoritatem, neceſſariamque diſputationem fori.
Nam ante leges laborabatur cum malo, legibus latis labo
ratur cum remedio mali propter illarum multitudinem,
diuerſitatem, vel contrarietatem, ſeu iudicum ignorantiā,
cauillationem, perfidiam, vel propter alia iudicum vitia,
de quibus luculenter apud Alex. ab Alex. lib. 5. Genial. die-
rum ca. 14 vnde conſtitutum eſt, vt eſſent, qui iura publicè
interpretarentur, quibus à Cęſare ius reſpondendi datum
eſt, qui Iuriſconſulti appellantur, quorum omnium ſentē-
tiæ, & opiniones eam authoritatem obtinebant, vt iudici
18 ab ijs recedere non liceret. † Sunt igitur reſponſa pruden-
tum nihil aliud, quam ſententiæ, & opiniones eorum, qui-
bus permiſſum erat, iura condere, atque interpretari, l. 2.
§. his legibus, & l. Maſſurius Sabinum, ff. de orig. iur. §. re-
ſponſa inſt. de iur. natur. de quibus Duaren. lib. 2. diſputat.
19 c. 11 Sed hæc † iuris interpretandi poteſtas ſoli Summo Pō
tifici, & ſoli Imperatori nouo iure conſtat, fuiſſe reſerua-
ta, vt ſupra in tit. 1. dictum eſt. Vnde iure nouo tam condi-
tor, quam interpres legum ſolus Summus Pontifex, & ſo-
lus Imperator exiſtimabitur, c. inter alia, §. vt igitur de ſen
tent. excomm. §. 1. authen. de raptor. mulierum. Quodcum-
que ergo Pontifex, vel Imperator per Epiſtolam conſti-
tuit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto præcepit; legem
eſſe conſtat, hæc ſunt, quæ conſtitutiones appellantur §.
ſed & quod inſt. de iur. natur. l. 1. in princ. ff de conſtit. Prin
20 cip. de quibus Duaren. eod. tit. ca. 1. 2. & 3. † Quarum aliæ
quidem generales, quæ proculdubio omnes tenent ſubie-
ctos, nec ijs derogatur per aliquam legem municipalem l.
Prætor ait 3. §. Diuus Adrianus, ff. de ſepulchro viol. l. 3. C.
de legib. l. ſi Imperialis 12. C. eod. & decretales Epiſtolæ, de
quibus in Decretalibus Summorum Pontificum. Per Deū
enim omnes regnant, & legum conditores iuſta decernunt
Prouerb. 8. Vnus eſt enim Legislator, & Iudex Deus D. Ia-
cob. 2. Plat. de legib. lib. 34. Dialogo 1. & lib. 7. Minos. vel de
lege, & omnis lex deriuatur à lege ęterna, in quantum par
ticipat de ratione recta D. Thom. in 1. 2. quæſt. 93. articul. 3.
Aliæ verò ſunt perſonales, quæ perſonam non tranſgre-
diuntur, nec ad exemplum trahi poſſunt, quas priuilegia
vuca-

Digitized by Google

vocamus, §. ſed & quod Inſt. de iur. natur. l. 1. §. fin. ff. de cõ
ſtit. l. 2. C. de legib. Quæ quidem probantur vel per ſcriptu
ram originalem ipſorũ priuilegiorum, vel per teſtes depo-
nentes de illorum vſu. Rota diuerſor. in recentioribus par.
2. deciſ. 148. Horum quædam cauſæ ſunt, quædam perſo-
næ, quæ cauſæ ſunt ad hæredes tranſeunt, quæ perſonæ
ſunt, non tranſeunt ad hæredes. l. priuilegia 156. ff. de reg.
iur. l. in omnibus 68. ff. eod. exemplo l. ex pluribus 41. ff. de
admin. tutor. & l. tempus 29. ff. de re iudic. Quæ omnia cõ-
petunt directè etiam Summo Pontifici in Prouincijs ſibi
temporaliter ſubiectis non aliter, quam ipſi competant
Imperatori, vt multis authoritatibus probat Cardin. Bel-
lar. de Rom. Pontif. lib. 5. c. 9. per tot. Lancellotus, & Cuc-
chus in eorum inſtitutionibus Canonicis lib. 1. per ſex titu-
los. Præter hactenus enumeratas iuris ſcripti ſpecies, ſunt
etiam eiuſdem generis † ſacri Canones, qui pro ſalute ani-
marum definiti, & conſtituti à Summis Pontificibus legi-
bus omnibus etiam Imperialibus, & opinionibus Theolo-
gorum, atque ſanctorum dictis, & ſcripturis præferuntur
diſtinct. 20. in princ. c. 1. 2. & per tot. & ibi gloſſæ omnes, &
diſtinct. 50. c. ſi ille 58. §. nemo Bal. in auth. ad hæc numero
4. & ſeq. C. de vſur. Alex. in l. 1. num. 31. ff. ſi cert. pet. & in-
fra lib. 3. tit. 73. in fin. Hinc Dantes in Purgatorio canti 16.
cecinit ita de Canonibus legibus.

Onde conuenne legge, per fren porre:
Conuenne Rege hauer, che diſcerneſſe.
Della vera Cittade almen la torre.

Viuius in verb. conſuetudo non ſoluendi num. 3. & in
toto orbe Chriſtiano ab omnibus Chriſti fidelibus ſunt
ſeruandi c. non licet cum c. ſequ. diſtinct. 10. † Quibus, &
ipſi Imperatores ſemetipſos ſpontè ſubmiſerunt, & vlte-
rius ab omnibus in vniuerſo orbe Chriſtiano degentibus
firmiter obſeruari mãdarunt in §. 1. Auth. quomod. opor-
teat Epiſcopos, §. ſi verò Eccleſiaſticum Authen. vt clerici
apud proprios Epiſcopos, §. 1. Auth. de eccleſ. titul. §. vt au-
tem, Authen. de ſanctis epiſcopis, l. omni 6. & l. priuilegia
12. §. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. † Res iudicata ius quidem facit
inter eos, inter quos iudicatum eſt, ſed vim generalis legis
non obtinet, l. nemo iudex 13. C. de ſent. & interloc. niſi Im
perator ipſe ſententiam tulerit, l. ſi Imperialis 11. C. de le-
gibus, quod intelligi debet ſecundum conditiones, l. 3. C.
eod. de qua ſupra, vel ſæpius in cauſis ſimilibus ſimiliter ſit
iudicatum. hinc enim conſuetudo introducitur, l. nam Im-
perator 38. in fine. ff. de legib. Turza. opin. 9. Viu. opin. in-
ip. iudex in iudicando, & alibi ſupra dictum eſt. Hoc loco
† de reſcriptis quoque Principum dicendum, quę quam-
uis non ſemper faciant ius vniuerſale, ei tamẽ cauſę, in qua
impetrata ſunt, ius facere præſumuntur, l. 2. C. de legib. l.
ſacrilegijs. C. de diuerſ. reſcript. l. 2. C. de crim. ſacrileg c. 1.
cum ſequentibus diſtinct. 19. c. 1. & c. ſi decreta diſtinc. 20.
Duaten. de conſtit. Princip. cap. 4. Cucchus inſtit. Canonica
de reſcript. cum alijs per nos alleg. in glo. ſtat. Vrb. cap. 43.
lib. 1. † Nec intereſt, ſeruus, an liber ſupplicando reſcriptũ
impetrauerit l. vniuerſis 6. C. de precib. Imper. offer † ex-
communicatus verò reſcriptum impetrare non poteſt, ni-
ſi de cauſa excommunicationis, vel de appellatione proſe-
quenda c. 1. de reſcript. in 6. & c. vlt. de except. † lite tamẽ
pendente ab vno litigatorum reſcriptum impetratum, à
iudice attendendũ non eſt, quamuis ab Imperatore iudex
datus, vel de plano iudicare iuſſus ſit, niſi diligentia in iu-
dicando, vel quid ſimile per reſcriptum præcipiatur, quo
forma iudicandi iudici non præſcribitur, §. omnis autem
Auth. de iudic. & vt nullar. §. & propterea, & §. ſi verò dũ
§. eam autem iuſſionem, quæ non diſponit Auth. in medio
litis non fieri ſacras formas c. Imperiali 25. q. 2. ca. cauſam
quæ de teſt. l. 2. C. vt lit. pend. Gabriel. lib. 2. de iudic. con-
cluſ. 4. cum alijs alleg. in dicta glo. ſed † neque contra ſen-
tentiam latam reſcriptum impetratum valet, quamuis ſup-
plicatio ante ſententiam Principi fuerit exhibita, niſi forrè
contra ſententiam à Præfecto prætorio latam reſcriptum
fuerit impetratum l. ſententijs 3. C. de error. aduoc. l. 1. &
§. qui autem, C. vt lit. pend. l. qui licitum 3. C. eod. l. vlt.
C. quom. & quand. iud. l. impetrata, C. de ſent. reſcind. nõ
poſſ. l. 1. C. de ſenten. Præfect. prætor. Sed † nec illud reſcri
ptum valet, quod precibus, quæ vel falſæ ſunt, vel non om
nem rei geſtæ narrationem contineat impetratum eſt, l. ſi
quis 29. ff. ad l. Cornel. de falſ. l. 2. C. ſi contra ius. Villal. l.
23. Quamuis executio eo reſcripto mandetur, lege & ſi
quarto, C. ſi contra ius, vel alioquin iuſta ſit cauſa im-
petrantis, leg. etſi 5. C. eodem, niſi cognitio tantum iudici
per illud reſcriptum ſit delegata, lege prima, Cod. eo-
dem, & iudices, qui prohibent preces, falſitate redargui
mulctantur, l. puniri 4. C. eod. c. ſi quando 5. de reſcrip. ſed
& reſcriptum vitiatur ob clauſulam hanc ſi preces veri-
tate nitantur; in eo omiſſam, l. fin. C. de diuer. reſcript. e di
30 cendi, §. vniuerſa 25. q. 2. † ſine die, & Conſule reſcripta o-
miſſa nullius ſunt momenti, l. ſi qua C. de diuer. reſcript.
Idem dicendum de ijs, quibus quæſtoris annotatio ſubie-
31 cta non fuerit, §. 1. Auth. vt diuinæ iuſſiones & c. † Authen-
ticum quoque reſcriptum, non exemplum eius à iudice
attendendum, l. ſancimus 3. C. de diuer. reſcript. Manda-
tum etiam ſine ſcripto inſinuatum vires nullas habet l. 1.
C. de mand. Princip. d. c. dicenti §. ſancimus, c. cum in iure
31. de offic. deleg. Idem dicendum, ſi in cauſis publicis, &
vniuerſitatum reſcriptum impetratum eſt, negotio in cõ-
ſiſtoriu prius non ſolemniter tractato l. humanum 8. C. de.
32 legib. l. vniuerſa 7. §. fin. C. de diuerſ. reſcript. Sed & † con-
tra ius, vel vtilitatem publicã reſcripta elicita nullius ſunt
momenti, niſi fortè nemini obſint, & proſint impetranti, l.
vltima, C. ſi contra ius l. 1. C. de Senat. Conſul. l. nec 3. C. de
precib. imper. offer. l. reſcripta 7. C. eod. c. iubemus §. reſcri
pta 16. q. 3. cap vlt. §. illud verò 25 q. 1. c. reſcripta cap à re
damnoſa c. dicenti 25. q. 2. c. paſtoralis 8. de fide inſtrum.
33 † Idem dicendum eſt de reſcripto, quod fiſco eſt damno-
ſum d. l. 3. C. eod. Item de eo, quo alicui exceptio datur, vel
denegatur, niſi fortè dilatoria non peremptoria exceptio
reſcripto alicui detur, vel denegetur, l. 2. C. eod. l. 5. C. eod.
34 † Planè is, cui dilatoria exceptio reſcripto conceſſa eſt, ca-
uere tenetur creditori, die veniente debitum iri ſolutum:
qua cautione omiſſa reſcripto non iuuatur, dicta l. 5. ſanè
35 † reſcriptum ab vno in communi cauſa impetratum, al-
36 teri quoque ſocio prodeſt, l. 1. C. de diuer. reſcript. † tem-
poris etiam præſcriptio reſcriptis obijci nequit, l. 2. C. de
37 diuer. reſcrip. & infra lib. 2. tit. 48. num. 127. in fin. † ſuppli
catio autem ad impetrandum reſcriptum ita formari de-
bet, vt ea tantum contineat, de quibus inter partes dubita-
tur, nec inſtrumentorũ exempla inſerenda, ſed vis eorum
exprimenda eſt l. inſtrumentorum 8. C. de precib. Imper.
38 offeren. c. ad audientiam 11. de reſcriptis, is verò † qui fal-
ſum precibus inſeruit, non ſolum reſcripto impetrato nõ
iuuatur, ſed etiam falſi pœna coercetur, l. ſi quis 29. C. ad l.
Cornel. de falſ. l. etſi 5. in fi. C. ſi contra ius. de reſcriptis de-
39 nique & illud notandum, † quod habent vim legis con-
teſtatæ ad interrumpendam annalem præſcriptionem, l.
40 1. & fin. C. quando libel. Principi datus. Et quod † contra
impetrantem retorquentur, l. 1. & tot. tit. ff. quod quiſque
iuris Aluar. Valaſ. conſult. 25. per tot. Et hæc dicta de iure
naturali gentium, & ciuili ſufficiant, de alijs dicetur infra.
Hactenus ergo de iure, & legibus tam in genere, quam in
ſpecie dictum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratuum ſecularium ratio.*
2 *Viri probi in magiſtratum ordinandi.*
3 *Infames ordinandi non ſunt.*
4 *Ordine ad tempus mori ordinantur.*
5 *Maioribus interdictus minores aſpirat.*
6 *Rei publicæ criminis non ordinantur.*
7 *Filijs infamia patris non præiudicat in magiſtratibus conſe-
quendis.*
8 *Serui ab omni dignitate arcendi.*
9 *Serui ad dignitatem admiſſi liberi fiunt.*
10 *Liberti à dignitate arcentur, non eorum filij.*
11 *Iudæi à dignitatibus arcentur.*
12 *Hæretici vtique.*
13 *Hæreticorum fautores à dignitate arcentur.*
14 *Decurio, qui non eſt, alias dignitates non adipiſcitur.*
15 *Negociatores à dignitatibus arcentur.*
16 *Pauperes à dignitate arcentur.*
17 *Patriæ adminiſtratio nemini danda.*
18 *Debitores Reipublicæ ab honoribus arcentur.*
19 *Obligatus ad ratiocinia dignitates eccleſiaſticas non conſequi-
tur.*
20 *Cohortales, & eorum filij non admittuntur ad honores, & di-
gnitates.*

21 *Du-*

Digitized by Google

21 *Dupſici honore nemo fungitur.*
22 *Honorem ſubſtinenti munus non imponitur, non è contra.*
23 *Potentes extranei, nec eorum cognati in magiſtratum eli-
gendi.*
24 *Tempore magiſtratus finito, in eo non continuatur. & ab eo fit
immunis.*

De Magiſtratibus in genere. Tit. 3.

1 MAgiſtratuum † ſæcularium ratio proponitur in c.
non fruſtra 18 & ſequent ib. 23. quæſt. 5. vſque in
finem, & miniſtri Dei ſunt Rom. 13. & Dij vocan
tur Pſalm. 82. Ioan. 13. 34. 35. Petr. 2. 10 Quibus, in primis
(quod attinet ad iuſtitiam diſtributiuam, de qua per D.
Thom. 2. 2. quæſt. 61. & contrà quam qui committit, vel
omittit, peccat mortaliter, teſte eodem D. Tho. 2. 2. q. 63.
art. 1. & 2. & q. 185. art. 3. & teſtibus alijs citatis infrà libro
2 3. tit. 8. num. 1.) accidit ordinatio. † Ordinandi autem ſunt
in magiſtratum viri probatæ vitæ, & qui gerendis magi-
ſtratibus ſunt idonei, l. ſancimus, C. ad leg. Iul. repetund. l.
1. in fine, C. de off. mag. off. Nouell. c. 8. §. quapropter, ibi
celſitudinis tuæ Nouella. c. 161. §. nos autem ibi ſancimus,
vt illi magiſtratum gerant, qui & bona exiſtimatione no-
ti ſunt, & in exercenda iuſtitia, plurimum repoſuerũt ſol-
licitudinis. Quod nec Aulicus, nec iuueras feciſſe potue-
runt, & ideò non ſunt ordinandi in magiſtratum per ea,
quæ citat Afflict. de conſtit. lib. 3. rubr. 38. de noua militia,
& infra lib. 2. tit. 4. num. 7. & ſeq. Quilibet enim, teſte Pla-
tone lib. 2. de fortit. ad ea eſt idoneus in quibus ſapit, & te-
ſte Ariſt. lib. 8. Polit. c. 6. Impoſſibile eſt, vel certè admodũ
difficile, vt qui ipſa opera non tractat, peritè valeat iudi-
care, & teſte Spiritu ſancto in eccl. 38. vnuſquiſque in arte
3 ſua ſapiens eſt. Ideoque † ignaris, imperitis, famoſis, indi-
gnis notatis, quibus ordine, vel honore interdictum eſt, vi-
tæquè improbatæ viris portæ dignitatum non patebunt,
vt probatum eſt, & diſponitur in l. 2. C. de dignit. l. 1. C. de
infam. l. 1. C. de his qui non impletis ſtipend. c. penult. de
reg. iur. in 6. multos citat Garcia de benefic. par. 7. c. 8. per
tot. Hinc dantes in Purgatorio cantilena 16. affirmans eſſe
leges diuinas, & humanas, ſed defectu magiſtratuum non
ſeruari, cecinit ita.

Le leggi ſon: ma chi pon mano ad eſſe?
Nullo: però che'l paſtor, che precede,
Rumnar può: ma non hà l'vnghie feſſe.

Vt optimi, & periti ſint eligendi, vt ſecundum leges iu-
dicent, atque decernant, ac decernere poſſint Plato lib. 34.
de legibus dialogo 9. Ariſtot. lib. 6. Politic. cap. 8. Si tamen
4 † quis ad tempus ordine motus ſit, tempore finito in ordi
nem redire poteſt, l. generaliter 3. ff. de decurio. l. 2. §. 1. ff.
eod. l. ad tempus 5. eod. l. 1. C. de his, qui in exil. dan. Dum-
modò nõ mitiorem ſententiam acceperit, duriore dignus.
vel ad altiorem ordinem, quam quo motus fuerit aſpi-
ret, dicta l. generaliter. l. ordine 15. ff. ad municipal. d. l. 5. ff.
5 de decurionib. l. 2 C. de his qui in exil. Sed nec † is, cui ma-
ioribus honoribus interdictũ, minus honores petere pro-
hibetur l. relegatorum 7. § fin ff. de interdic. & releg. Nec
tamen eorum vacationem, etſi infamis ſit, habere permittitur
6 dicto §. fin. & l. 1. C. de infam. Prætereà † reos alicuius pu-
blici criminis ad nouos honores ante cauſam finitam ad-
mitti non oportet: quamquam dignitas illis propter rea-
tum interim auferenda non eſt l. libertus 17. §. in quæſtio-
nibus, ff. ad municip. l. Lucius 21. §. antepenult. ff. eodem, l.
reus 7. ff. de muneribus l. 1. C. de reis poſtulatis, l. reos crimi-
nis, C. de infamib. lib. 10. Garcia vbi ſupra numer. 6. Planè
reus poſt annum, quam delatus eſt, ſi cauſa nondum fini-
ta ſit, honores petere non prohibetur, & primos retinet,
niſi per ipſum ſteterit, quo minus cauſa intra annum fuerit
expedita d. l. 7. Bart. in d. l. 1. C. de reis poſtul. Idem dicen-
dum eſt, ſi accuſator nullus exiſtat, vel is, qui accuſarat de-
ſtitit, l. reſcripto 6. §. ſi quis accuſatorem, ff de muneribus,
7 † filijs quoque impedimento ad honores eſſe non debet,
ſi pater in reatu ſit alicuius criminis. l. & qui 3. §. quod pa-
ter, ff. eod. l. 2. §. nullum, ff. de decurio. Nam teſte Menãdro
citato per Plutarch. de tranquill. Niſi ipſe fetas præ te, ni-
hil es paſſus mali. Quid enim, inquit, ad te pertinet id, quo
neque animus, neque corpus tangitur tuum?

8 † Serui ab omni dignitate arcentur: Item coloni origi-
narij Cæſaris l. vlt. C. qui militare poſſ. l. 1. C. de agricol. &
9 mancip. Planè † ſi Dominus ſeruum in dignitate morari
patiatur, dominio eius ſimul, & iurepatronatus priuatur,
ſeruuſque exinde liber, & ingenuus efficitur, d. l. vlt. C. qui
10 militare poſſ. † Libertis quoque omni honore, & dignita-
te interdicitur non tamen libertorum filijs, l. libertorum 9.
C. de dignitatibus, l. 1. C. ſi ſeruus, aut liber. l. 1. C. ad l. Vi-
11 ſcell. † Iudæis honores adipiſci Imperator verus, & Anto
12 nius permiſerant: Imperator tamen Iuſtinianus tam † Iu-
dæis, quam hæreticis omni honore interdixit, vt tamen à
muneribus, quamuis honori adhærentibus, non eſſent ex-
cuſati, l. 1. §. fin. ff. de decurio. Nouell. c. 45. l. omnes 49. C. de
decurionib. l. generaliter 3. §. fin. ff. eod. Quod & facit Sũ-
mus Pontifex c. nemini in fine cum c. ſequent. 17. quæſt. 4.
13 & quoad hæreticos † id extendit etiam ad eorum fauto-
res, receptatores, & liberos in c. caueтur, & in c. quicumq;
§. hæretici, & c. ſtatutum 15. de hæretic. in 6. Surd. in conſ.
14 122. nu. 9. & infra lib. 2. tit. 5. lib. 3. tit. 109. Porrò † qui de-
curio nõ eſt, duumuiratũ, vel alijs honoribus fungi non po
teſt, quia decurionum honoribus plebei fungi nõ poſſunt,
15 l. honores 7. §. is qui, ff de decurionib. † Negociatores quo-
que, & alias artes viliſſimas exercentes ab omni honore,
atque militia prohibentur, l. ne quis 6. C. de dignit. l. ſi co-
hortalis 12. §. 1 C. de cohortal. l. 1. in princ. C. de præpoſ. a-
16 gent. in rebus l. 1. C. negociatores ne militent. Idem † etiam
de pauperibus prorſus exhauſtis ſtatuitur l. reſcripto 6. in
princ. ff. de muner. & honor. Ariſtot. lib. 4. Politic. c. 11. &
17 infra lib. 2. tit. 5. num. 35. & ſequen. Sed & † patriæ ſuæ ad-
miniſtratio nulli, ſine ſpeciali Principis permiſſu demã-
danda eſt l. vltima, C. de off. Rector. Prouinc. c. ſi quis ſua-
18 dente, §. committunt in fin. 17. q. 4. † Debitores quoque
rerum publicarum ad honores admitti non debent, niſi
prius de eo, quod Reipub. debent ſatisfecerint, ſed eos de-
mum debitores rerum publ. accipere debemus, qui ex ad-
miniſtratione Reipub. reliquatum debent l. reſcripto 6. §.
debitores. ff. de muner. & honor. & §. ſed eos demum: Cæ-
terum ſi non ex adminiſtratione publica ſint debitores,
ſed aliunde, non ſunt in ea cauſa, vt honoribus arceantur;
niſi fortè ex pollicitatione debeant, quæ recuſari non po-
19 teſt d. l. 6. §. ſed etſi ex. Ius verò Canonicum † neminem
admittit ad dignitates eccleſiaſticas, qui obligatus ſit ad
quæcumque etiam priuatorum ratiocinia, vt infra libr. 3.
20 tit. 2. † Cohortalibus inſuper, eorumque liberis in tali cõ-
ditione ſuſceptis omni dignitate interdicitur, l. cohortalis
12. C. de cohortal. l. quiſquis 14. C. eod. l. nullum 13. eod. l.
21 ſi quis 13. de offic. Rector. Prouinc. † Nemo duplici hono-
22 re ſimul fungi poteſt, & † honorem ſubſtinenti munus
imponi non poteſt, munus tamen ſubſtinenti, honor po-
teſt deferri, l. honorem 10. ff. de muner. & honor. l. 1. §. ult
quoque, C. de præpoſ. agent. in rebus l. his quibus 5. C. qui
23 militare poſſunt. † Potentes vero extranei, horumque co-
gnati in magiſtratum vrbis Romæ eligendi non ſunt cap.
fundamenta 17. de elect. in 6. quod & ſtatuto vrbis cautũ
24 eſt. Is quoque † qui aliquem honorem, vel magiſtratum
geſſit, tempore finito, eum continuare prohibetur, & ab
eo etiam per aliquod tempus immunis euadit, l. ſi quis tã
52. C. de decurionibus l. vltima, §. ſanè, C. de muner. & ho-
nor. l. vltra 4. C. eod. l. 1. C. de potior. Ariſtotel. lib. 6. Politic.
c. 2. de qua re latius infra dicetur ſuo loco lib. 4. tit. 21. & ſe-
quentib. & plura referuntur in Polyantea in verb. magi-
ſtratus.

SVMMARIVM.

1 *Ordo in diſtribuendis honoribus ſeruandus, & à minoribus ad
maiores procedendum.*
2 *Potioribus interdum honores dandi.*
3 *Indignus inferiore indignior ſuperiore eſt ordine.*
4 *Iuriſperiti iudices eligendi ſunt.*
5 *Minores 25. annis non eliguntur.*
6 *Surdus, & mutus non eligendi.*
7 *Cæcus retinet, non eligitur.*
8 *Fœmina non eliguntur.*
9 *Magiſtratus eligit Imperator.*
10 *Magiſtratus gratis ordinari debent.*
11 *Ius iurandum præſtandum per magiſtratus.*
12 *Magiſtratus, qui emunt, vendunt.*

13 Co-

Codicillos confirmationis ſuſcipiunt magiſtratus.
Librum mandatorum debent ſuſcipere electi.
Celeriter ad officium proficiſci debent.
Ambitus conuicti pœna.
Ambitus ceſſat in Principe.
Magiſtratus à Principe vendi poſſunt.
Magiſtratus vendi Reipublica non expedit.
Roma orbis Domina, quando magiſtratus ſecundum merita dabantur.
Abſurdum eſt, uenales eſſe magiſtratus.
Illicitum eſt moraliter uendere magiſtratus.
Dignitas emptoris, licitum non facit illicitum.
Ambitus, & ſimonia pares.
Conſuetudo eſt, quod poſſint uendi honores.
Conſuetudo uendendi officia toleratur, tribus concurrentibus.
Officia iuriſdictionem non habentia ſine illis tribus requiſitis vendi poſſunt.
Officia an poſſint peti, oblatis precibus.
Magiſtratus petentes ſunt repellendi.
Præſumptio de ſe eſt filia ſuperbia.
Magiſtratus peti poſſunt, ordinibus non turbatis.
Magiſtratus uiſ[i]e appetunt boni, & docti.
Magiſtratus uirum oſtendit.
Ambitioſorum uitia quæ.
Magiſtratus delatos multi reſpuerunt.
Homines facilè inuehunt contra magiſtratum.
Magiſtratus multis malis agitatur.
Conditio miſera adminiſtrandi ciuitatem.
Magiſtratus onus eſt.
Magiſtratus mentis eſt tempeſtas.
Exemplum Plutarchi, & Regis.
Conſilium Demoſthenis.
Ad Rempublicam ut ad ignem accedendum.
Magiſtratus ſine ambitu accetandi.
Ciuitas non eſt ſine magiſtratu.
Publica utilitas priuata præfertur.
Magiſtratus propter quietem propriam non reſpuendi.
Politicum regimen à Deo inſtitutum.
Reſpublica non eſt deſerenda.
Detractans ſuſcipere magiſtratum, delinquit.
Boni ad magiſtratum adigendi carceratione.
Excuſatur à magiſtratu ex cauſa.

De ordine, in diſtribuendis magiſtratibus, ſeruando. Tit. 4.

ORdo † in honoribus, & officijs diſtribuendis ſeruā-
dus, & gradatim honores deferendi atque à mi-
noribus ad maiores procedendum eſt l. vt grada-
tim 11. ff. de muner. & l. honor. 14. §. gerendorum, ff. eod.
l. C. de muner. patrimon. Huc pertinent quæ affert fra-
ter Ioan. Sanctæ Mariæ de Republica, & Politica Chriſtia-
na c. 12. & c. 9 & ſequentibus, & ita ordinibus non turba-
tis, Chriſtiana Reſpublica oſtēder ſe in omni negotio ſuis
hoſtibus, qui hodie multi ſunt, terribilis, vt Caſtrorum a-
cies ordinata. Is igitur gradu antecedet, quem ſtipendia
longiora, vel labor prolixior fecerit anteire, l. 2. C. de offic.
magiſtr. offic. lib. 1. C. eod. l. Tyrones, C. de Tyronibus, l. 2.
§. illud, C. de primicer. leg. vnicuique 7. C. de proxim. ſacr.
ſcrin. l. 1. C. de agent. in rebus l. 1. C. de Caſtrenſiarijs, l. pri-
micerius 5. C. de offic. præfect. vrb. Hoc idem comprobat
Liuius lib. 2. Decad. 4. increpans iam ædilitatem, præturā-
que faſtidiri, nec per honorem gradus, documentum ſui
dantes nobiles homines tendere ad Conſulatū, ſed tran-
ſcendendo media, ſumma imis continuare, quod & no-
ſtris temporibus eſt in vſu, uel potius quod nunc eſt, ſem-
per fuit, nec potuit legibus prohiberi. † Interdum tamen
honores, & munera non gradatim, ordine dicto, ſed po-
tioribus quibuſque iniungenda ſunt; puta ſi is, qui ordine
præcedit, non ſit idoneus, tunc ordine inferior, magis ido-
neus ei eſt præferendus d. l. vt gradatim l. honores 7. ff. de
decurionib. Idem dicendum, ſi is, qui ordine, & tempore
vincitur, laborum comparatione ſuperior ſit, vel ſi is, qui
tempore prior eſt, honorem oblatum recuſet, aut alias id,
quod præſtandum eſt, præſtare nolit, l. vnicuique 7. C. de
proxi. ſacro. ſcrin. & §. illum tamen. His autem omnibus
exſtantibus, poſterior tempore, ſolo Principis reſcripto nō
debet adiuuari. l. 2. C. de offic. magiſtr. offic. Adiuuatur ta-
men, profitente Principe, omnia adeſſe, & ſi non adſint;
Hinc Plato, & ibi Ficinus noſter lib. 3 r. de iuſto dialogo 6.
dixere, leges quamuis optimas, abſque probatiſſimis ma-
giſtratibus mortuas eſſe, è contra magiſtratus optimos eſ-
ſe leges viuas, vt optimi ſemper ſint eligendi pro legum
vita, & ita bene merenti virtuti, datur præmium condi-
3 gnum. Is autem, † qui indignus eſt inferiore ordine, indi-
gnior eſt ſuperiore, l. qui indignus 4. C. de Senator. l. rele-
4 gatorum 7. §. fin. ff. de interdic. & relegat. † Sed & cum de
iudicibus eligēdis agitur, iuriſperiti præferendi ſunt. Imò
non niſi iuriſperitus iudex ordinandus Nouell. cap. 82. in
5 princ. † Minores quoque 25. annis ad Rempublicam ad-
miniſtrandam, vel honores non ſunt admittendi, annus ta-
men 25. cæptus hoc caſu pro impleto habetur, hoc enim
in honoribus fauoris cauſa conſtitutum eſt. l. ad Rempub.
6 8. ff de muner. & honor. l. 2. §. fin. ff. de iure immunit. † Sur-
dus quoque, & mutus, ſi in totum non audiant, aut non
loquantur, ab honoribus ciuilibus, non etiam à muneribus
7 excuſantur. l. honores 7. § 1 ff. de decur. † Cæcus retinere
quidem acceptum magiſtratum, adſpirare autem ad no-
uum penitus prohibetur, l. 1 §. quamuis, ff. de poſtulan.
8 † fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus, & publicis remotæ
ſunt, & ideo nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum ge-
rere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, l. 2. ff. de regul.
iur. Clar. in §. feudum, quæſt. 73. verſ. ſed quæro, de hac re
9 infra ſuo loco plura etiam dicimus. † Porrò magiſtratuum
creandorum poteſtas olim quidem penes populum Ro-
manum fuit, poſtea verò ſolius Imperatoris eſſe cæpit, l. 1.
in princ. ff. ad leg. Iul. de ambitu Nouell. cap. 82 §. ſi quis.
10 † Magiſtratus autem gratis ordinari debent, nihil enim ab
ijs pro ordinatione exigendum, preterquā quod codicillo-
rum, vel iuſſionum nomine dandum eſt, hoc quid, & quā-
tum ſit, Imperator deſignauit Nouell. c. 8. in princ. & fin. §.
à ſpectabili, & Nouell. c. 161. in princ. col. vnicuique 7. §. il-
lum tamen, C. de proxim. ſacr. ſcrin. l. ſi quis 11. C. eod. l. 1.
§. fin. C. de off. Præf. Affricæ l. 2. §. fin. C. eod. & §. cum verò
de præſidum d. Nouella c. 8. c. principatus 1. q. 1. Clar. in §.
11 ſimonia, verſ. præterea quæro, num. 4. † Iuſiurandum au-
tem in magiſtratum ordinatus præſtabit, quod nihil pro
ea dignitate, vel officio conſequendo dederit, nihil in ma-
giſtratu accepturus ſit à ſubditis, præterquam quod legi-
timum, conſtitutis ex publico annonis contentus futurus,
l. ſancimus 6. C. ad l. Iul. repet. d. Nouell. c. 8. §. ad eum ita-
que, §. iuſiurandum. §. ſcriptum huius. Auth. vt iudices ſi-
ne quoquo ſuffragio, & Auth. iuſiurandum, quod præſta-
tur ab ijs, & in glo. ſtatuti Vrbis c. 7. lib. 1. c. ſancimus 1. q.
7. c. vt officium 11. §. ſtatuimus de hæretic. in 6 tales enim,
12 † qui magiſtratus non emunt, ſed gratis ad eos ordinan-
tur, credendum eſt, quod non vendent, & piè, ac iuſtè ad-
miniſtrabunt. Nam qui eos emunt, & vendere neceſſe ha-
bent. Diuus Thom. in opuſc. 21. ad Duciſſā Barbant. vbi cū
officium ſub mercede; & emptione illorum ſublata, peri-
tiores, & magis idonei, non diuites ordinabuntur. Auth. de
13 mandatis Principum c. 1. §. oportet. † Magiſtratus inſuper
ordinatus codicillos ab Imperatore ſuſcipiet, quibus ei or-
dinatio confirmetur, dicta Nouell. conſt. 8. Auth. vt iudi-
ces ſine quoquo ſuffrag. § Qui verò adminiſtrationem ſu-
ſcipiunt, cap. 1. de maior. & obed. in extrauag. Io. 22. l. 1. in
princ. ff ad l. Iul. de ambitu Nouell. c. 82. §. ſi quis. Budæus
in reliquis adnotationibus ad Pandec. ex lib 47. Digeſtorū
14 fol. 85. plura dicit de Codicillis iſtis: † ſed & librum man-
datorum, ex quo quid ſui officij ſit futurum, cognoſcat.
Quem librum etiam ſimul ac Prouinciam ingreſſus in Me
tropoli eccleſiaſticis, & nobilioribus eius Ciuitatis inſinua-
bit, eiuſque exemplum in omnibus Ciuitatibus publice
proponet, d. Auth de mandat. Principum. Nouell. c 17. §.
15 ſimul ac verò. † Celeriter autem ad officium, cuius habe-
nas ſuſcepit, debet proficiſci. Nouell. c. 95. Auth. de admi-
16 niſtratoribus §. illud autem omnibus. † De ambitu verò
conuictus, ſiquidem magiſtratum municipalem, vel ſacer
dotium ambierit, centum aureis mulctabitur, l. 1. ff. ad leg.
Iul. de ambitu, ſi tamen alium eiuſdem criminis reum cō-
uicerit in integrum reſtituitur, attamen pecuniam nō re-
17 cipit d. l. 1. † In cæteris magiſtratibus ambitus crimen ceſ-
ſat, cum eorum ordinatio penes ſolum Principem ſit, & ad
eius curam pertineat, non ad populi fauorem. d. l. 1. ff. ad l.
18 Iul. de ambitu. Hac ratione nonnulli opinati ſunt. † poſſe
Principes

Principes magiſtratus, & officia vendere, quia in eis non habet locum lex Iulia de ambitu d.l.1. Afflict.c.1.num.66. Quæ ſint regal.poſt Cyn.in l.1.C.ad leg.Iul. de ambitu, & alios, quos citat Paris de Put. de ſyndicatu de offic.ſyndicator.§.& primo videndum per tot.,Clar.in §.ſimonia,nu.
19 4.† Omnes tamen affirmant, quod id facere minimè debeant, neque Reipublicæ expediat ob multa mala, quæ indè ſequuntur ita Innoc. Abb.Ioan.Andr. & cæteri in c.1. & 2. Ne prælat. vices ſuas, Caietanus in verb.officiorum ſæcularium venalitas Sot.de iuſt.& iur. lib.3. quæſt.6.art. 4.in reſponſ.ad ſecundum in 2.concluſ.Gregor. Valent. in ſecundam 2. D. Thom.q.7.diſput.5.princ.2.quæſt.5. in fine,ver.tertio dico, aſſerens id communiter eſſe illicitum, & plurima Reipublicæ incommoda indè oriri, & addu-
20 citur † exemplum de antiqua Roma, quæ vniuerſa dominabatur orbi, quando officia publica ſecundum merita diſtribuebantur, poſtmodum ſubiecta eſt, & interijt, quando venalia facta fuere, vt cecinit Petronius Arbiter ita.

Venalis populus, venalis curia patrum:
Eſt fauor in pretio. ſenibus quoque libera virtus.
Exciderat, ſparſiſque opibus conuerſa poteſtas.
Ipſaque maieſtas auro corrupta iacebat, & cætera.

Et Lucanus lib.1.ita.

Hinc rapti faſces pretio, ſectorque fauoris
Ipſe ſui populus, lethaliſque ambitus vrbi.
Annua venali referens certamina campo.

Et in oratione ad Cæſarem de Republ. ordinanda, inquit orator. Verum hæc, & omnia mala deſinent, ſi neque magiſtratus, neque honores, neque alia vulgò capienda venalia erunt; Quod antea dixerant Plato in lib.8. de Re-
21 pub.& Ariſt.in lib.2.Politic.c.9.quo loci † turpem, & abſurdam eſſe aſſerunt, conſtitutionem, ex qua Principatus venduntur, & regna venalia ſunt, & Nero, teſte Tacito libro 13.Annal.cum optimæ ſpei iuuenis eſſet, curiã ingreſſus, egregia multa eſſe facturum promiſit, & inter alia nihil in penatibus ſuis venale, aut ambitioſum permiſſurũ, ita vt moraliter loquendo, iniquè venduntur, cum iſta frequentius emant ambitioſi, cupidi, immeriti, & ignobiles,
22 & in hoc ſenſu dixerunt Caietan.& Sot. † quod in praxi eſt illicita venditio, ideſt moraliter, & Diuus Gregor.in Epiſt.110.lib.7.inquit, quod per hoc aliud agitur, niſi vt nulla de actu probatio, nulla ſollicitudo de moribus, nulla ſit de vitæ diſcuſſione, ſed ille ſolummodo dignus, qui pretiũ ſuffecerit, æſtimetur, & in Epiſt.114.eod.lib.inquit, vbi non merita, ſed pecuniæ ſuffragantur, reſtat, vt nihil ſibi puritas, nihil ſibi defendat induſtria, ſed totum auri profanus amor obtineat. Hinc Summus Pontifex in c.Principatus 1. quæſt.1.inquit, Principatus, quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit, etiam ſi moribus, atque actibus nõ offendit, ipſius tamen initij ſui pernicioſus eſt exemplo, & difficile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio, & pulchra ad propoſitum adducit Petrus Gregor Tholoſ. ex matre mihi coniunctus de Republ.lib.2.c.6.num.14.& ſeq.Sot.de iuſtit.& iur.lib.3.quæſt. 6.art.4.Michael Vlcur.de regimine mundi par.4. quæſt.1.
23 Didac.lib.3.variar.c.19.numer.6. Nec † emptoris dignitas ſufficit, quin iuſta dici poſſit hæc venditio, quoniam quæ ab iniquo proficiſcuntur principio, deteriorem ſolent exitum ſortiri d.c.Principatus Cald.inſt de inoffic.teſtam. c. 2.num.12. Nam ſicut prouiſi virtus, & ſanctimonia ſimoniacam collationem, aut electionem non iuſtificat tot. tit. de ſimon.etiam ſi facta ſit ab ipſo Papa, quia iure diuino, cui & ipſe ſubeſt, legitur prohibita vt Matth 10.vbi gloſ. ordin. Actn.8. Diuus Thom.in 4.ſenten.diſtinct.25.Didac. in reg.peccatum in 2.par.§.8.num.9.ver.& licet, cum alijs citatis in ſyntagma com.opin. loc.1. tit.5. c.3. & infra libro 3.tit.111.& 112.ita nec illam iuſtificat dignitas, ſufficientia, mores, integritas, & indoles probata per pecuniã magiſtratus obtinentis ſecundum eum. Maſcard.de probat.
24 concluſ.1132.num.39.Franciſ.Marc.deciſ.749.Nam † vitium ambitus procedit à pari, cum ſimonia omni iure dãnata, c. lege Iulia, & c.fin.1.q.1.gl. in verb.conſuetudinem, c.1.de magiſtrat. & c.accepimus, in fine de purga. Canon. glo.in l.1.ff.ad leg. Iul.de ambitu gloſ.in l.Baſius. C.de nutilegul.lib.11. vbi Io.de Plat. Abbas in c.de multa de præbend.num.53.Socin.conſ.146.num.2. lib.3. Rebuff. de ſalar.tax.in.glo.1.art.1.num.11. in 3.tomo conſt. Franc.Marc. d.deciſ.749.Contra ambitum illorum, qui appetunt magiſtratus, pluribus legibus à Romanis obuiam itum eſt, vt recenſet Alex.ab Alex.lib.3.Genial dier.c.17.& a Summis Pontificibus, vt conſtat in eorum cõſtitutionibus, quæ plu-
25 rimæ ſunt. † Contrarium tamen de conſuetudine in Principe receptum eſt, vt per Zaſium de feudis ſol.23. Bald.in c.1.de feud.March.& in c.ſi inter pares, §.1.de lege Corra-
26 di. † quæ poteſt tolerari in temporalibus, non in ſpiritualibus, concurrentibus tribus requiſitis, videlicet quod vendantur perſonæ dignæ. pretium ſit moderatiſſimũ, & fiat ex magna neceſſitate, cui non poſſit alia commodiori via ſubueniri, ita ex communi omnium Theologorum dixit Aragon.de iuſtit.& iur.q.63.art.2.col.fin. Silueſtr.in ſumma in ver.dominium. quæſt.4. & ver.reſtitutio il 3.quæſt. 5.par.4.& ver.dignitas, q.2.ex iuriſtis Bald. quem omnes ſequuntur in l.Barbarius in 1.lect.col.2.ver.veniamus nũc. ff de off.prætor.& in c.1.Quæ ſint regalia, & in cap.1. §.ad hæc, de pace iuram.firman. Summa Corduben. q.13 4. vbi citat Didac.& alios. Nauar.in manual.confeſs c 25.num.7. pro quibus faciunt allegata infra lib.4 tit.32. de rebus Ciuitatum. Verum requiſita hæc deſiderantur in officijs publicis habentibus iuriſdictionem.& iuſtitię adminiſtrãdæ rationem. Nam ſicut hæc vendi prohibentur a iure, vt in Auth. vt indices ſine quoquo ſuffrag. §.hæc autem omnia S. li. in l.1.C.ad l.Iul.de ambitu Bart.& cæteri in d.l.Barbarius,
27 ff.de offic.prætor.Boſs. de ambitu in princip. † itaque alia iuriſdictionem non habentia, ſed nudum miniſterium, vt ſunt tabellionatus, ſcriptoriæ, actoriæ, & ſimiles poſſunt ſine illis requiſitis alienari, & locari, l.1. §.1.& l.tones, §.1. ff.de pollicitat.l.hoc iure.ff.de donat.vbi Bart & Caſtrenſ. Salicet.in l.1.num.3.C.ad l.Iul.de ambitu Caſtren.in l.omnimodo §.imputari.C.de inoff.teſt. Rip.in l.in quartã, numero 193. ff.ad leg.Falcid. Iſern.in tit. quæ ſint regalia in verb.poteſtas. Afflic.num.7.& in c.1.de feudo Guard.Guglielm.de Benedictis in repet.c.Raynutius, ver.duas habẽs filias, num.58.Caualc.deciſ.25.num.9.& ſeq.& numer.38 par.2. Talia enim officia ſunt potius oneris, & ſeruitutis quam iuriſdictionis, & honoris. Oldrad.cõſil.75. Andrea loco citato.

Ex ſupradictis circa ordinẽ in magiſtratibus diſtribuen-
28 dis ſeruandum dubitare contingit. † An ſit licitũ à Principe, oblatis precibus, illos petere? & licitum eſſe, ait text.in l.5.ff.ad l.Iul.de ambitu §.nos igitur, col.3.Auth.de defen. Ciuit.§.illud videlicet, col.2. Auth. vt indices ſine quoquo ſuffr.Bart.in l.Barbarius, num.2.de off.prætor. Abb. in c.a. tuam, de ætat.& qualit. Didac.pract.quæſt.libr.1. c.1.q.1.a. in eo ceſſat ambitus, vt ex dict.l.1.ff ad l.Iul.de ambitu ſupradictum eſt, ſed illos concedere non conuenit, l.2. in fin. ff.de orig.iur. Ariſtot.lib.2.Politic.c.7.ver.inſuper. Ficinus in Platonẽ lib.3.de Repub. dialogo 1.fol.mihi 530. & dialogo 7.fol.620.& eſt text.in l.1.ver.quædam enim, ff.de va
29 ri.& extraordin.cognit. Quinimo † magiſtratus petẽtes, ſunt ab illis repellendi, cum ita de ſe nimis præſumant, d.l. 1.& l.meminiſſe. ff.de offic.Proconſ.Guglielm. de Bened. in c.Raynutius in verb.duas habens filias numero 60. &
30 † præſumptio eſt filia ſuperbiæ, vt ibi per eum, Lucas de Penna, & Ioannes de Platea in l.neminem, C.de ſuſcept.libro 10.& mortaliter peccant, vt docuit D.Tho.2.2.quæſt. 131.art.1.& ibi Caietan.& q.185.art.1. licet enim ita ſe eſſe dignos exiſtiment, tamen ratione alterius dignioris efficiuntur tales indigni. Caiet. ibi Nauar.in manual.confeſs. c.23.numero 14.& hæc eſt doctrina Chriſti in Matth.11.in Luc.14.Paul.ad Gal.6.Menoch. libr.2. de arbitr.centur.5. caſ.401.& 402.Sed id procedere nonnulli aiunt in his, qui honores, & magiſtratus ambiunt, & immoderatè appe-
31 tunt. Nam † ſi quis non eo modo, ſed decenter, non turbatis ordinibus, eos appetat, virtute ſe dignum reputans, diuinoque ſemper nixus ſuffragio, æquè, & iuxta iuris diſpoſitionem eos adminiſtrare proponens, vt ſic ad virtutũ perfectionem peruenire poſſit, tunc erit permiſſum magiſtratus appetere moribus, & virtutibus, quæ in deſiderante operantur. D.Thom. & cæteri relati. Oldrad.in dicta l. Barbarius, ff.de offic.prætor. Salvc.in l.1.C.ad l.Iul.de ambitu Caſſan.in cathol.glor.mundi par.1.conſiderat 60. ait rex.in l.2.C.de offic.rector prouinc.& in l.contra publica, vbi Lucas de Penna in fin.C.de re milit.lib.12 Archid.in c. 1.48.diſtinct. Dec.in c.cum in cunctis, in princ. & num.20. de elect. Abb.in cap.venerabilem, col.7. eod. Menoch. d. caſu 401.num.4.Ariſt.lib.5.Politicor.c.9.& lib 4 & lib c.4. in fine.

Digitized by Google

32 in fine. † Quid enim proximis ſuis (inquit Plutarchus in
præcept. Reipubl. gerendæ) prodeſſet donum iuſtitiæ ſciẽ-
tiæ, & patientiæ ſibi à Domino datum, ſi caruerit magi-
ſtratu, & officio, aut alio inſtrumento, quibus illa ad eorũ
Reipublicæ commodum exercere valeat, & quo pacto
virtutis perfectionem expetere diceretur, ſi inſtrumen-
tum, aut munus conſequi non expeteret, quo illam parti-
bus, proximiſque ſuis communicare poſſit? Hinc ortum
33 Biantis illud adagium; † magiſtratus virum oſtendit, de
quo per Ariſtot. lib. 5. Politic. cap. 1. Amod. de ſyndicatu in
proœm. num. 2. Et propterea reprehendimus (inquit Ari-
ſtot. citato loco cap. 4.) ambitioſum hominem, atque ho-
noris appetitioni vacantem illum, qui plus, quam opor-
tet, & vnde non oportet, honorem appetit, hunc quia, ne
ob res quidem honeſtas honoribus affici vult, in quibus,
vt ait paulo poſt, nimium eſt, atque parum in his eſt, &
medium, ad honores magis, quam oportet, affectantur. &
minus fit, ergo vt affectentur, vt oportet, & cum hac intẽ-
tione, & hac moderamine peti poſſe affirmat frater Ioan-
nes Sanctæ Mariæ in tractatu de Republica, & Politica
Christiana cap. 25. aliter verò petentes ſunt repellendi, vti
mala intentione intemperantes, & ambitioſi ſecundum
34 eum, & colligitur ex Polyantea in verb. ambitio. † Ambi-
tioſus enim ſemper eſt pauidus, ſemper attentus, ne dicat,
quod diſpliceat, humilitatem ſimulat, honeſtatem menti-
tur, affabilitatem exhibet, benignitatem oſtendit, ſubſe-
quitur, & obſequitur, cunctos honorat, vniuerſis inclinat,
frequentat curias, viſitat optimates, aſſurgit, & amplexa-
tur, applaudit, & adulatur, vt nil vilius ambitioſo homine,
& ideo prorſus repellendus Innoc. de vilitate conditionis
humanæ, multos hic, qui talia faciunt, digito demonſtra-
ſe videor. Ego autem neminem hic nomino, quare iraſci
mihi nemo poterit, niſi qui ante de ſe hæc voluerit confi-
teri, & de iſtis dixit Spiritus ſanctus Eccleſ. 19. Eſt qui ne-
quiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo, & in
Pſalm. 10. inclinauit ſe, & cadet, vt dominetur pauperum,
& illi quamuis conſequantur, quos prætendunt magiſtra-
tus, non ideo illos obtinent à Deo propitio, ſed irato. Mul-
ta enim Deus, teſte Diuo Auguſtino, concedit iratus, quæ
negaret propitius, prout dixit etiam Diuus Iacob. 4 à 3. &
35 D. Thom. 2. 2. quæſt. 83. artic. 16. † Delatos autem ſibi ho-
nores, & magiſtratus multi reſpuerunt, vel ſaltem diu ſe
ab illis excuſarunt, & poſſent multa adduci exempla. Ni-
hil enim difficilius eſt, quam alijs bene præeſſe, opuſque
magnum, & arduum imperare, vt per Tacit. libro primo,
eamque inter omnes artes viuendi, & regẽdi ampliorem,
& ſuperiorem eſſe dixerunt D. Thomas libro 2. de regim.
Princip. c. 15. D. Gregor. Nazianz. in Apologet. & D. Chry-
ſoſtom. in poſteriorem epiſt. ad Corinth. ſerm. 15. Nam in-
36 ter omnia animalia † homo maximè, & moribus varius,
& voluntate diuerſus in Rectores ſuos magis, quam pecus
vllum in paſtorem ſuum inſurgit. Hinc ſapientes exiſti-
mant, valdè præclarum eſſe, Vrbem condere, multo præ-
clarius conditam inſtituere, longè verò præclariſſimum
inſtitutam rectè gubernari, quod ſpectat ad magiſtratus,
& multum difficile reputatur, licet enim magiſtratus mul-
tis, & principalibus colatur honoribus, & publicis accla-
mationibus, de quibus in l. iuſtiſſimos 3. C. de off. Rector.
& Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffr. auth. vt nulli iudi-
37 cum, & auth. de iudic. cum alijs citatis in tit. ſequen. † mul-
tis tamen malis, & incommodis agitatur, gaudium furun-
culi inſtar habet latenti inflammatione micans, nec liberũ,
& tranquillum ſpiritum ducit, multaque horrenda, aſpe-
ctu videre multa tangere, ex alienis miſerijs moleſtias ca-
pere cogitur, vt inquit Plutarc. in Problem. & in præcept.
regend. Reipubl. [illegible], quod nedum res ipſæ tantum
publicæ adminiſtratæ, ſed & ſingula magiſtratuum verba
notantur, victus quoque, vel domus, ipſa familia, vxor,
cubile curioſius inquiri ſolet. Hinc Cicero pro P. Sextio,
poſtquam curas, onera, laboreſque nõ paucos Principum,
& magiſtratuum enarrauerat, inquit. Hanc ego viam, iu-
dices, ſi aut aſperam, atque arduam, aut plenam eſſe peri-
culorum, atque inſidiarum negem, mentiar, præſertim cũ
id non modò intellexerim ſemper, ſed etiam præter cæte-
38 ros ſenſerim. Et pro Flacco inquit. † O conditiones miſe-
ras adminiſtrandarum Ciuitatum, & prouinciarũ, in qui-
bus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia vitupera-
tionum, vbi ſeueritas periculoſa eſt, liberalitas ingrata, ſer-
mo inſidioſus, attentatio pernicioſa, frons omnium fami-
liaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blandi-
tiæ apertæ, venientes prætores expectant, præſentibus in-
ſeruiunt, abeuntes deſerunt, & ideò maxima cum ratione
39 in iure noſtro † officia, & magiſtratus onus rectè quidẽ,
non autem beneficium nuncupantur, lege munerum, ff. de
muner. & honor. Auth. in ſuini ad. quod præſt. ab his in prin
cip. Menoch. de arbitr. libro primo, quæſt. 41. numero 3. &
Tacitus lib. 1. ann. inquit, Tiberius valdè diſſerebat de ma
gnitudine Imperij, ſolam Diui Auguſti mentem tãtæ mo-
lis capacem, ſe in partem curarum ab illo vocatum expe-
riendo, didiciſſe, quam arduum, quam ſubiectum fortu-
næ, regendi cuncta, onus, & D. Gregor. in Paſtorali, inquit,
maximum afferre oneris, & laboris magiſtratum, cũ aliud
40 non ſit, niſi † tempeſtas mentis, in qua cogitationum pro-
cellis ſemper nauis cordis quatitur, huc, & illuc incessanter
impellitur, vt per repentinos exceſſus oris, & operis quaſi
per obuiantia ſaxa frangatur, & quod hic eminet omnes
plus mœroribus afficit, qui in honoribus gaudet iuxta tex-
tum in cap. nemo 13. diſtinct. & ſuccedens in honore, ſuc-
cedit etiam in onere, capit. aduerſus de immunit. eccleſ. &
41 † Plutarchus, cum iudex eligeretur, renuit, inquiens, qua-
re ipſe iudicato, qui ſtatim ſim ab alijs iudicãdus, & idem
in apophet. refert. Quendam Regem, cum ipſi porrigere-
tur diadema, retento illo aliquandiu in manu dixiſſe. O
nobile magis, quam fœlix donum, quod ſi quis penitus cõ
gnoſcat, quam multis periculis, ſollicitudinibus, ac miſe-
rijs ſit refertus, ne humi quidem iacentem tollere digna-
42 retur. Quod † pariter idem dixit de magiſtratibus, & tri-
bunalibus de Demoſthene, qui adoleſcentes ad ſe adeun-
tes monere ſolebat, ne ad Rempublicam ſe conferrent, af-
firmans, ſi duo viæ eſſent ab initio poſitæ, vna, quæ ad Rẽ-
publicam, altera, quæ ad interitum apertè ferrent, eſſent-
que manifeſtæ, illam potius elegerim, quæ ad interitum
ferret. Nam ſi male adminiſtrauero, Deos, ſi benè, ciues
43 habebo iratos, & ob id † Antiſthenes interrogatus, quomo
do ad Rempublicam accedendum, reſpõdit, vt ad ignem,
neque nimis propè ne vraris, neque lõgius, ne frigeas. Ta-
44 men † quando magiſtratus quantumuis magni ſine ali-
quo vitio ambitus nobis deferuntur, non ſunt ſine iuſta
cauſa reſpuendi, ex cauſa enim iuſta coram deferentibus
propoſita, excuſandi ſumus, vt ſuo loco dicetur, & dixi-
mus in glo. ſtatut. Vrb. lib. 3. cap. 38. Itaque qui nullam ha-
bet iuſtam excuſationis cauſam, debet illos ſibi delatos ac-
ceptare, & gerere, & huius ſententiæ fuit Ariſtot. libro 4.
Polit. cap. 4 & libro 6. cap. 8. & ſi iurauit quis illos non ſu-
ſcipere, ſi delatos ſuſcipiat, quia illicitum fuit tale iuramẽ-
tum, non incidit in periurium, poſtea acceptando, vt pro-
batur infra libro 2. tit. 35. numer. 6. & 7. Nam Deus in Luc.
citato cap. 14. dixit. Vade, & recumbe in nouiſſimo loco, in
quo vnuſquiſque debet ſedere, & ſpectare Dominum di-
centem Aſcende ſuperius, & obedire, teſte D. Auguſtino
in Sermone de communi vita clericorum, & D. Thom. 2. 2.
quæſt. 185. artic. 2. & Dantes in inferno cantilena 3. opina-
tus eſt, tales in mundo ſine cauſa reſpuentes oblatas di-
gnitates, & nihil agentes, ſed in otioſa vita torpentes eſſe
miſericordiæ, & iuſtitiæ Dei indignos, & ob id ibi damna-
tos, inter quos, inquit, vidiſſe quendam, qui magnum ſibi
delatum magiſtratum reſpuerat ibi.

Poſcia ch'io v'hebbi alcun riconoſciuto
Guardai, e vidi l'ombra di colui
Che fece per viltate il gran rifiuto.
Incontanente inteſi, e certo fui,
Che queſt'era la ſetta de cattiui
A Dio ſpiacenti, ed a' nemici ſui.

Et multi credunt, Dantem intellexiſſe de Eſau, qui pri-
45 mogenituram repudiauit. † Ciuitas enim abſque magi-
ſtratibus eſſe non poteſt, nec rectè ſine iis, quæ pertinent
ad rectum ordinem, & ornatum adminiſtrari, & Ficinus
in Platon. de Republ. vel de iuſto dialogo 1. & Cicero libr.
tertio, de legibus, inquit, quod magiſtratibus opus eſt, ſine
quorum prudentia, ac diligentia Ciuitas eſſe non poteſt,
quorum deſcriptione omnis Reipubl. moderatio conti-
netur. Etſi bonorum, ac prudentum ea ſit natura, &
conditio, quod quieſcere, & obedire potius, quam im-
perare alijs malint, nec honorum cupiditate flagrant,
tamen debent illos ſuſcipere magiſtratus, quos Prin-
ceps, vel populus ratione publicæ vtilitatis deferre; om-
ni pri-

46 ni priuata vtilitate, & quiete poſthabitis, cum † publica
vtilitas ſit ſemper præferenda priuatæ, & nemo naſca-
tur tantum ſibi ſoli, ſed etiam patriæ ſuæ commodis, &
vſui, lege prima, ff. de ventr. in poſſeſſionem mittendo,
l. poſtliminium, §. filius, ff. de capt. & poſtl. reuer. & Cicero
de offic. 4. ita inquit. Nullum eſt periculum, quod ſapiens
pro ſalute Patriæ vitandum arbitretur, &c. & lib. 1. de hac
eadem re diſſerens, hoc idem firmat. Et quod attinet ad
47 magiſtratus Eccleſiaſticos, quod † non ſint propter quie-
tem propriam reſpuendi dixit D. Proſper. de vita contem-
platiua lib. 3. c. 28. ibi videndum eſt, vtrum iuſtè faciant il-
li, &c. & D. Auguſtinus citato loco. Oportet enim (inquit
Ariſt. lib. 6. Polit. c. 5.) publicorum publicè exercitationem
fieri, & ſimul non debet quiſque, ciuus ſe ſuum æſtimare,
ſed omnes Ciuitatis, particula enim Ciuitatis vnuſquiſque
eſt, cura autem ſingularum particularum reſpicere nata
eſt ad curam totius. Et Deus magiſtratum inſtituit, vt ſit
48 vindex in ira ei, qui malè agit ad Roman. cap. 13. † Deus
enim in Populo ſuo regimen etiam ciuile conſtituit, ac po-
liticam poteſtatem, vt in Exodo 18. Deuter. 1. & 34. in Io-
ſue 7. D. Auguſt. de Ciuitate Dei lib. 4. & 5. & ideo iudices
à Deo poſiti vocantur Dij. Deuter. 22. & 28. & Pſalmo 81.
vbi Genebrardus poſt Diuum Auguſtinum antedicta ra-
tione, vt ſint vindex in ira ei, qui malè agit, vt probatur in
c. non fruſtra 18. & ſequentibus 23. quæſt. 5. vſque in finē.
Quæ quidem politica poteſtas cœpit in Adamo, & poſtea
ſecuta eſt in alijs, vt probatur infra lib. 4. titu 16. & quam-
uis odia, inuidias, ſeditiones, impoſturas, calumnias, alia-
que incommoda experiri, interdum magiſtratus neceſſe
habeant, vt docuit Cicero pro Sexto, pro Flacco, & lib. 1.
offic. Platea in l. cornicularij nume. 1. C. de appatir. Præſe.
49 Prætor. lib. 10. Et ego in me non ſemel expertus ſum; † Nō
ideo tamen Reſpublica deſerenda eſt, cum à Summo Deo
boni magiſtratus defendantur, & protegantur. Hinc ſum-
50 ma cum ratione promulgatę ſunt leges, vt † ſi quis Magi-
ſtratus in municipio creatus, munere iniuncto fungi detre-
ctet, per Præſidem munus agnoſcere cogendus ſit reme-
dijs, quibus tutores quoque cogi ſolent, tutelæ munus in-
iunctum ſuſcipere, l. ſi quis Magiſtratus, ff. de muner. &
honor. l. ſi quemquam, C. de epiſc. & cleric. ibi, vt quæra-
tur cogendus, l. ex omnibus, & l. ſi ad Magiſtratum, C. de
Decurio. lib. 10. Lucas de Penna in l. contra publicam in fi-
ne, C. de re milit. lib. 12. vbi ſubdit, quod crimen commit-
tit, qui recuſat ſuſcipere dignitatem, quæ per alios exerce-
ri non poteſt, ſecundum Abb. in cap. venerabilem, col. 7. de
51 elect. Imò † & per carcerationem, & bannum poſſunt cō-
pelli gloſ. Bald. & Salic. in l. Præſes, C. de ſuſpec. tutor. Ang.
Alex. Roman. & alij in l. dotem, ſeu in l. liberta, ff. ſolut. ma
trim. & in l. vt iudicare, §. iudicandi, ff. de muner. & honor.
Roman. in ſing. 188. Dec. in l. inuitus, & ibi Cagnol. & in l.
inuito, ff. de regul. iur. Caſſan. in Cathal. glor. mundi par. 2.
confider. 32. Vinius deciſ. 144. & à propria domo poſſunt
extrahi, l. plerique, ff. de in ius vocan. vbi Socin. nume 24. d.
l. ex omnibus domibus, vbi Platea, C. de Decurioni. l. eum,
qui ff. de iuriſd. omn. iudic. Alex. ad Bart. in d. §. iudicandi,
& Plato de Repub. lib. 1. inquit, quod ſi neque pecunia,
neque honore ducti boni homines imperare nolunt, opor
tet, neceſſitatem imponere. Quia iudicare, & magiſtratum
gerere, publicum munus eſt, l. quippe, ff. de iudic. l. nun-
quid, ff. ad Trebel. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 2. nu. 21.
& vt dicit Ariſtot. lib. 2. Politic. cap. 7. oportet volentem, &
non volentem ad Magiſtratum aſſumere, ſi dignus ſit eo
Magiſtratu. Et aduocatus cogitur magiſtratum ſuſcipe-
re, nec poteſt ſe aliquo modo excuſare, vt dixit Ioā. de Pla-
tea in l. in filijs, num. 2. C. de Decuri. lib. 10. & in l. ſemel, in
fine, C. de re milit. lib. 12. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 369.
52 † Alij enim poſſunt ſe aliqua iuſta cauſa excuſare, vt dixi
in allegata gloſ. ſtat. Vrb. lib. 3. ca. 38. & patebit infra lib. 4.
tit 44. 45. & 46. vbi de muneribus, & honoribus, ac de illo-
rum excuſationibus latè agitur. Hinc Epictetus in Enchi-
ridion c. 21. monet, quæ dantur, accipienda, quæ negantur
non appetenda, inquit enim. Memento, ſic in vita verſan-
dum tanquam in conuiuio. Si quid, circumferendo, ad te
peruenerit, porrecta manu, partem modeſtè capito. Præ-
terit? Ne detine. Nondum adeſt? Ne longè appetitum
extendito; ſed expecta, dum ad te perlatum fuerit. Sic er-
ga liberos, ſic erga coniugem, ſic erga magiſtratus, ſic erga
diuitias ſi affectus fueris, aliquando dignus eris conuiuio
Deorum. At verò ſi oblata etiam non acceperis, ſed deſpē
xeris, non conuiuia Deorum modò, ſed & Imperij conſors
eris. Sic enim cum facerent Diogenes, Heraclitus, & ſimi-
les meritò diuini, vt erant, ita & dicebantur. Et Chriſtus
omnium verè Magiſter in Matth. 11. præcipit ita, dum de
ſe veriſſimè dixit. Diſcite à me, qui mitis ſum, & humilis
corde? & in Luc. 14. Vade, & recumbe in nouiſſimo loco.
Et quod dixit, fecit. Veniens enim in hunc mundum, na-
ſcens recubuit in præſepio, & moriens in cruce, & dum vi
xit, pauperior fuit non ſolum hominibus, ſed etiam ani-
mantibus brutis. Nam vulpes foueas habent, & volucres
Cœli nidos. Luc. c. 9. ipſe autem non habuit, vbi caput ſuū
reclinaret, & illud recumbe in nouiſſimo loco, ſignificat,
quicumque tu ſis, & quantuſcunque ſis, exiſtima te ſem-
per vltimo loco dignum. Nam ſi quis exiſtimat, ſe aliquid
eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit, teſte D. Paulo ad Galatas
6. & hæc vera doctrina, non placet ambitioſis, & auaris.

SVMMARIVM.

1 *Officia Magiſtratus, quæ.*
2 *Conſuetudo inducta, & preſcripta quid recipiendi vltra taxam ſportularum non valet.*
3 *Magiſtratus non debent lædere ſubditos.*
4 *Emere in Prouincia ſubdita non poſſunt.*
5 *Donationes accipere non poſſunt.*
6 *Aedificare, vxorem ducere non poſſunt.*
7 *Lites quanto citius debent terminare.*
8 *Mandata Principum debent exequi.*
9 *Tributa debent exigere, publica loca reparare, à Prouincia non diſcedere.*
10 *Defendere debent ſubditos.*
11 *Eccleſias debent defendere, & malos ad bonum cogere.*
12 *Deponere officium quando debeant.*
13 *Diſcedere a Prouincia, quando debeant.*
14 *Coercendi, quibus legibus ſint magiſtratus.*
15 *Coercendi, quibus caſibus ſint magiſtratus.*
16 *Magiſtratus tenetur etiam pro miniſtris.*
17 *Hæredes magiſtratus tenentur pro eo.*
18 *Corrumpens magiſtratum punitur.*
19 *Pœna extra ordinem irrogatur magiſtratui.*
20 *Innocentem ſi necaueris pœna.*
21 *Actio contra magiſtratum, quando, & quamdiu competat.*
22 *Delicta magiſtratus coercentur, virtutes laudantur.*
23 *Litem ſuam, qui fecit, punitur.*
24 *Dolus malus iudicis quis ſit.*
25 *Imprudentia iudicis punibilis.*
26 *Pater filij nomine non tenetur.*
27 *Hæres iudicis corrupti non tenetur.*
28 *Corrupti iudicis, & corrumpentis pœna.*
29 *Mutationes Regnorum, quare contingunt.*

De officijs, ac delictis Magiſtratus. Tit. 5.

1 PVblici † magiſtratus initi officia hæc ſunt. Ne quid
vltra annonas, & ſportularum quantitatem legibus
definitam à ſubditis accipiant, l. lex Iulia 7. §. fin. ff. ad
leg. Iulia. repetund. l. 1. in fine l. §. fin. C. eod. §. nullo quoque
auth. de iudicib. l. in ſacros 11. § modum, C. de proximis ſa-
cror. ſcrin. l. 1. §. ſportulas, C. de offic. Præfect. Prætor. l. 3. &
4. C. ad leg. Iul. repet. l. 6. §. fin. ff. eod §. domus, §. adeo, §. illo
ſcilicet, § ſed neque, §. ad eum itaque, §. cæterum Nouella.
co. 8. vt iudices ſine quoquo ſuffragio, §. oportet. Nouella
c. 17. §. obtemperantem Nouella c. 88. & Nouella co. 134. vt
nulli iudicum per tot. l. qui 7. C. de offic. Rector. Nam &
iure diuino nihil vltra ſtipendia recipere à ſubditis poſſūt,
vt legitur in Exodo c. 33. Deuter. 16. Prou. 15. Iſa. 33. Pſalmo
54. & Samuel ab hoc illatocrimine ſe purgat lib. 1. Regū
c. 12. Cardin. Bellarm. de offic. Princip. ca. 19. & Ioannes S.
Mariæ de Republica, & Politica Chriſtiana, c. 19. latè exa-
gerant contra iudices, munera recipientes, & cōtra huiuſ-
modi iniquum vſum, vel potius ſordidum abuſum, peſſi-
ma enim res eſt apud mortales omnis abuſus, vt probatur
in Polyantea in verbo, abuſio, abuſus, & in verb. acceptio
2 perſonarum. Et † nullus ideo poteſt quocunque tempo-
re, vel quocunque modo eorum ſtatutam ſtipendiorum
quan-

quantitatem excedere, vt in allegatis, & in d.l.1. §.ſportulas, C.de offic. Præfec. prætor. Nec poteſt quis conſuetudine contraria ab anteceſſoribus introducta, vel forſan præſcripta iuuari, quia introduci, ac præſcribi prohibetur, §. nunc verò, ver. neque angarijs. Nouella c.134. vt nulli iudicum, ſed & de his Plato libro 34. de legib. Dialogo 9. & aliqua diximus in glo. ſtatut. Vrb. lib. 2. c. 44. & adſunt conſtitutiones ſuper reformatione tribunalium vrbis Summorum Pontificum Pij IV. & Pauli V. idem iudicibus vrbis
3 ſub pœna excommunicationis præcipientes. Item † officium eorum eſt, ne ſubditos lædant authen. vt differentes
4 iudices. Ne † quid in Prouincia, quam adminiſtrãt, emant, vendant, vel conducant, niſi fortè vel ſpecialiter hoc eis ab Imperatore fuerit conceſſum, vel victus quotidiani gratia quid emerint, vel denique bona eorum paterna ab alio diſtrahantur, hæc enim emere non prohibentur, l. non licet 46. ff. de contrahend. emption. l. quod contra 8. ff. ad l. Iul. repetund. l. 1. C. de contract. iudic. l. aufertur 46. §. quid à Præſide. ff. de iure fiſci, l. qui officij 62. ff. de contrah. empt. l. ſolet 6. §. non verò, ver. & quod mandatis, ff. de offic. Pro-
5 cõſulis Turzan. regula 60. Sed † nec donationes in ea Prouincia, quam adminiſtrant, à ſubditis accipere poſſunt. Nã vt ſ cecinit Petronius Arbiter.

Quid faciant leges, vbi ſola pecunia regnat,
Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt?
Ipſi, qui Cynica traducunt tempora cæna,
Non nunquam nummis vendere verba ſolent.
Ergò iudicium nihil eſt, niſi publica merces
Atque eques in cauſa, qui ſedet, empta probat.

Hinc Xenij nomine quid offeratur, neque tamen omnia Xenia, neque omni tempore, neque ab omnibus accipient, ſed & eſculentum, & poculentum dono datum accipere non prohibentur, l. plebiſcito 18. ff. de offic. Præſid. l. quod contra, ff. ad l. Iul. repet. l. ſolet 6. §. non verò, ff. de offic. Proconſ. & legati, c. ſtatutum 9. §. inſuper vt gratis de reſcript. in 6. prout non prohibentur accipere donata ratione voti, & ob nuncium publicæ lætitiæ, ſi immodica nõ ſint, l. 1. C. de oblatio. votor. & l. 1. C. publicæ lætitiæ, item ſobrinis proprioreve gradu cognatis dona accipere poteſt, dummodo non ob turpem cauſam accipiat, l. 1. §. fin. ff. ad l. Iul. repetun. l. lex Iulia 7. §. apparet, & in principio. ff. eod. Nam nec quæuis mecchanica, teſte Vitruuio de Architectura, lib. 1. c. 1. in muneribus accipiendis debet habere animum occupatum, multo minus iuſtitia maxima inter omnes virtutes, & ſacris literis prohibitum eſt munera accipere, vt probat Bellarminus de offic. Princip. libro 1.
6 c. 19. & ſupra num. 1. Præterea † in ea Prouincia, quam adminiſtrat ædificare non poteſt, neque vxorem ducere, l. 1. C. de contract. iudic. l. aufertur 46. §. quod à Præſide in fine, ff. de iure fiſci, l. Præfectus 64. in fin. ff. de ritu nuptia.
7 Conſiſtunt inſuper † officia magiſtratus in cauſis ſubditorum cognoſcendis, & litibus quanto citius dirimendis, §. omnem, auth. de litigioſis, & Nouell. 17. §. ſtudio ſibi ſit, vt cauſas cum ſumma æquitate, §. 1. Auth. vt differentes iudices, §. oportet. §. ſit ſibi quoque, auth. de mandat. Princip. c. inceſtuoſi, c. Regum, c. non ſolum, cap. non eſt, c. qui malos, c. Rex debet 23. quæſt. 5. Clar. §. fin. quæſt. 73. numero
8 tertio. † In mandatis Principum inſinuandis, & exequen-
9 dis, §. & hoc verò iubemus, c. 3. auth. vt nulli iudicum. † In tributis exigendis, & ſuſcipiendis, § coges autem, c. 3. auth. de mandat. Princip. & auth. de tributis, §. eos autem. auth. vt iudices ſine quoquo ſuffr. & auth. de publ. tributis, de qua re alibi ſuo loco dicetur. In habitationibus publicis habitandis, reparandis, reparandis, & conſeruandis, l. nulli 14 C. de offic. Rector. prouinc. In eccleſijs conſtruendis, & reſarciendis Dauid 2. Samu. 7. Salamon. 1. Reg. 5. Ioſ. 2. Paralip. 36. Eſdr. 6. & à Prouincia ſibi demandata nõ recedendo ſine licentia, l. 15. C. de dignitat. l. iubemus 18. C. eo. §. nunc verò, c. 1. auth. vt nulli iudicum, §. iubemus auth. de tributis, §. nulli quoque, auth. vt iudices ſine quoquo
10 ſuffrag. Deinde † conſiſtit eorum officium in ſubditis defendendis, & diſciplina conſeruanda. § eos autem, auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. & canonibus ſupra citatis. Itẽ
11 † in eccleſijs defendendis, c. dicat, §. fin. cum c. ſequent. & c. res autem 23. q. 5. & in malis ad bonum cogendis, quod attinet ad diſciplinam conſeruandam 23. q. 6 per tot. & infra lib. 3. tit. 109. Debent etiam amplecti veram religionẽ, illamque procurare, & promouere exemplo. nu. 27. Ioſue 3. Reg. 2. Paralip. 16. 25. 26. 33. 34. 35. Eſdr. 1. 2. & 3. Abolere idolatriam Aſa 1. Reg. 15. 25. 26. Ezechias 18. Ioſias 23. Dan. 14. 21. 23. Curare vt pura, & ſincera doctrina tradatur, ac propagetur. Reg. 17. 26. Ioſaphat 2. Paralip. 17. Dani. 3. Ezechias 2. In pietate vera, & religione ſana maiorum exempla imitari Aſa 1. Reg. 15. Ioſaphat 2. Paralip. 17. Ezechias 2. Reg. 18. eſſe nutritium eccleſiarum, & ſcholarum Geneſ. 47. Num. 7. exemplo pietatis, honeſtatis, & iuſtitiæ, ſubditis præire, exemplo Geneſ. 47. Paralip. 18. & 19. Reg. 10. Ceremonias diuinitus inſtitutas vna cum ſubditis ſanctè obſeruare: exemplo Reg. 2. 26. 27. 35. Paralip. 30. Ezec. 31. De rebus agendis, & adminiſtrandis os Domini conſulere, vt Num. 27. 20. 21. 22. Subditos ad feriam pœnitentiã, & orationem edictis cohortari, exemplo Ioſaphat 2. Paralip. 20. Ezech. 32. viros pios, ac bonos in auxilium gubernij aſſumere exemplo Exodi 18 Reg. 2. 34. 35. Paral. p. 19. Prius cognoſcere cauſam, quam ſententiam ferre, exemplo Iud. 20. Ioſ. 19. & 20. Reg. 3. 23. & 24. Inire fœdus, & colere amicitiam, & pacem cum vicinis gubernatoribus exẽplo Geneſ. 21. 27. Paralip. 19. Reg. 5. Dimicare pro libertate aduerſus ſeditioſos, ac publicos hoſtes exemplo Geneſ. 4. 8. Iud. 3. 28. Reg. 18.

12 Finito † autem magiſtratu, is, qui eum geſſit, ante ſucceſſoris ſui aduentum, adminiſtrationem non deponat, l. 1. §. adminiſtrationem C. vt omnes iudices, l. meminiſſe, ff. de off. Proconſ. l. 1. C. de offic. Præfect. auguſt. Nouell. c. 95. §. deponet: exercitum poſtquã ei in prouincia ſucceſſum ſucceſſori tradet, ipſeque diſcedet, l. 3. ff. ad l. Iul. Maieſt. l. 3. ff.
13 eo. Ita tñ vt † poſt depoſitã adminiſtrationem quinquaginta dies in Ciuitate aliqua celebriore cõmoretur, actiones que ſubditorum ſi quos fortè læſit excipiat, l. 1. C. vt omnes iudices, §. neceſſitatem habente, auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. 1. auth. de adminiſtrator. Quo tempore elapſo, poſtea præſcriptione tutus eſt, Clar. §. fin. q.
14 51. ver. hac etiam. † Coercentur autem delicta magiſtratus in primis lege Iulia repetundarum, qua tenentur ij, qui in magiſtratu, poteſtate, curatione, vel quo alio officio publico poſiti, pecuniam illicitè acceperunt, ff. ad l. Iul. repetũd. 1. q. 1. c. iubemus, c. penult. & vlt. item c. cum ab omni de vita, & honeſt. cleric. Clar. §. fin. quæſt. 68. numero 30. &
15 quæſt. 73. num. 2. puta † ſi à ſubditis vltra quantitatem legibus definitam, quid acceperit, l. ſancimus 6. C. ad l. Iulia. repetun. l. omnes 3. eod. l. eadem, l. 6. §. fin. ff. eodẽ, id enim eis etiam diuino iure prohibetur, vt fuit probatum ſupra, numero primo, ver. nam & iure diuino. Si ob iudicãdum, vel non iudicandum, decernendumve, vel quo magis, aut minus quid ex ſuo officio facerent, l. lege Iulia, 3. ff. eodẽ. Idem dicendum ſi ob militem legendum, mittendumve ob accuſandum, vel non accuſandum, l. 6. § lege Iulia. ff. eod. Ob iudicem arbitrumve dandum, mutandum, iubendumve vt iudicet. ob hominem in vincula publica conijciendum, vinciendum, vinciriue iubendum, vel ex vinculis dimittendum. ob hominem condemnandum, vel abſoluendum pecunia, vel quid aliud ſit acceptum, vel ob litem æſtimandam, iudicium faciendum, vel non faciendum, l. lex Iulia 7. ff. ad l. Iul. repetund. Sed & lege Iulia repetundarum tenetur, qui delatum publicum accepto tulerit, & qui in magiſtratu conſtitutus innocentem interfecerit, vel ob interficiendum hominem pecuniam acceperit, dicta l. 7. §. fin. Qui munus publicè mandatum, accepta pecunia rupetit, l. vltima, ff. ad l. Iul. repetund. Denique qui aliquid accepit ob aliquem in magiſtratum ordinandum, l. ſancimus 6. C. eod. Auth. vt iudic. ſine quoquo
16 ſuffr. † Hæc omnia accuſationem ex lege Iulia repetundarum inducunt, etiamſi non ipſi, qui in magiſtratu ſunt, ſed miniſtri eorum, & qui in eorum ſunt cohorte, comitesve iudicum tale quid commiſiſſe dicantur, l. 1. ff. ad l. Iul repetund. l. Comites, ff. eod. l. 1. C. eod. pro qua quidem lege adſunt plures, & Demoſthenis, & Ciceronis orationes, in Verrem, & alios Prouinciarum, & Ciuitatum expi-
17 latores. † Daturque ex hac lege, & in hæredes actio intra annum dumtaxat a morte eius, qui arguebatur, l. 2. ff. ad l.
28 Iul repet. l. 2. C. eo. l. vlt. ff. ad l. Iul. pecul. Sed † & aduerſus eum, qui turpiter pecuniam dedit quadruplũ actio cõpetit, quemadmodũ, & in accipientem, l. ſancimus 6. §. fin. C. ad l. Iul. repet. l. 1. in fi. C. eodem. Clar. §. fin. q. 73. ver. iudex.
19 2. Planè † hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur, & plerumque vel exilio, vel quadruplo, vel

etiam durius, prout admiſerint, leg. lex Iulia 7. §. final. ff. ad
30 leg. Iul. repetun. Clar. vbi ſupra. Quid enim † ſi ob homi-
nem iudicandum pecuniam acceperint, vel licet nõ accepe-
rint, calore tamẽ inducti interfecerint, vel innocentem, vel
quem punire non debuerunt, capite plecti debent, vel cer-
tè in inſulam deportari, vt plerique puniti ſunt d. l. 7. §. fin.
31 † Competit autem ex cauſis ſupra enumeratis actio tam
in adminiſtratione, dato delinquente, quàm poſt admini-
ſtrationem depoſitam leg. iubemus quarta in fine C. ad
leg. Iul. repetun. d. authent. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag.
Poſt depoſitam tamen adminiſtrationem intra annum
dumtaxat leg. vnuſquiſque C. eodem; lege verò Iulia repe-
tundarum damnatus teſtimonium dicere, iudex eſſe, & po
ſtulare prohibetur leg. eadem leg. ſexta §. hac lege ff. ad l.
Iul. repetun. alienatio verò magiſtratui cõtra hanc legem
à ſubditis facta, ipſo iure non valet, reſque alienata vſuca-
32 pi nequit leg. quod contra 8. ff. eodem. † Præter legem au
tem Iuliam repetundarum, & alijs legibus, & conſtitutio-
nibus magiſtratuum delicta coercentur, & virtutes lau-
dantur, vt videri poteſt in leg. iuſtiſſimos 3. C. de offic. Re-
ctor. & in dict. authen. vt iudices ſine quoquo ſuffragio in
leg. qui ordinatiam 7 C. de offic. Rector. & in Nouell.
conſtit 17. §. oportet vt qui purè, &c. 86 82. 124. 134 & 161.
33 ſed & ad delicta magiſtratus etiam refertur, † ſi iudex li-
tem ſuam fecerit: quo caſu peculiaris prodita eſt actio,
qua litis æſtimatione punitur iudex, qui tale quid commi-
ſiſſe dicitur. Litem autem ſuam iudex tunc facere dici-
tur, cum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit
leg. filius familias, 15. §. iudex ff. vbi quis agere, vel con-
ue. deb. capitulo primo de ſenten. & re iudica. 11. quæſt. 3.
capitulo temerarium capitolo ſi quis. capitu. nolite §. fina.
cum capitulo ſequent. capitulo primo de ſenten. & re iu-
dic. Villalo. A. 155. Soarez A. 182. Viu. opin. incipien. iudex
34 tenetur. † dolo malo videtur facere, ſi euidens eius argua-
tur gratia, vel inimicitia, vel etiam ſordes, quo caſu veram
æſtimationem litis præſtare cogitur dicto §. iudex, ſed &
35 ſi † per imprudentiam ſine dolo malo iudex contra leges
pronũciauerit, nihilominus in factum actione tenetur, ſed
hoc caſu, in quantum de ea re æquum religioni iudicantis
viſum fuerit, ſubſtinebit leg. vltima ff. de extraordinat. co-
gnit. leg. ex maleficio quarta §. ſi iudex ff. de actio. & obli-
gatio. §. primo inſtitu. de obligatio. quæ quaſi ex delict. na-
ſcun. Barto. in quæſt. nona incip. iudex per imperitiam, &
nos de tutela, & cura libro primo titulo octauo nume-
ro octauo in fine. Clar. §. final. quæſtio. 83. numero ſe-
36 cundo. † Si filius familias iudex litem ſuam fecerit in
tantam quantitatem tenebitur, quæ tunc in peculio fuit,
cum ſententiam dicebat d. leg. ſi filius familias 15. in princ.
Pater ſanè filij nomine non tenetur §. ſi filius familias in
37 fine inſtitutio. de obligatio. quæ quaſi ex delict. † ſed nec
hæres iudicis corrupti leg. Iulianus 16. ff. vbi quis agere,
38 vel conueniri † Planè iudex, qui perperam iudicauit pe-
cunia corruptus, præter pœnam ſuperius expoſitam, ſiqui
dem pedaneus ſit, à Præſide cura ſubmouetur, aut in exi-
lium mittitur, aut ad tempus relegatur leg. ſi quis 38. §. iu-
dices ff. de pœnis. Is autem, qui iudicem corrupit, corrum
pendumuè curauit ex lege Cornelia de falſis tenetur leg.
prima §. ſed & ſi quis ff. ad leg. Corne. de ſalſis leg. qui duo-
bus 21. ff. eodem, & quandoquidem ciuiles, & temporales
pœnas euaſerint, non deerunt diuinæ, quæ horrendè, & ci
tò apparebunt in eis; quoniam iudicium duriſſimum his,
qui præſunt, fiet. Audite ergo Reges, & intelligite iudices
terræ, ita monet nos Deus in libro Sapient. capitulo ſexto,
vt diligatis iuſtitiam, & ne Regnum à gente in gentem
transferatur propter iniuſtitias, & iniurias, vt dicitur in
39 Eccleſiaſti. 10. † Multi quidem, ijque magni nominis viri,
cum viderent nota ſemper orta, & adaucta eſſe Regna;
eadem deinde quaſi maturitatem ſuam aſſequuta, conſe-
nuiſſe, ac tandem prorſus interijſſe; idque non ſine magnis
cladibus generis humani factum eſſe; magno ſtudio, ſum-
maque contentione, cauſas harum mutationum in Impe-
rijs, diligentius inquirere, inueſtigare, atque perſcrutari co-
nati ſunt. Vt enim totius mundi machina, & omnium in
ea rerum creatio, ac conſeruatio oſtendunt, & comprobãt,
nec caſu factas, aut creatas res eſſe, nec ſine numinis æter-
ni, & omnipotentis præſidio, & auxilio conſeruari, ita in
hac ipſa imperiorũ conſtitutione, ac mutatione, cuiuis ob-
uiam eſt, caſu, aut fortuito regna nec cõſtitui, nec firmari,

nec denique transferri, vt & infra libro tertio titulo 11. de-
monſtrauimus. Quis enim exiſtimet tantas clades, quæ ge-
neri humano, vel in Regnorum conſtitutionibus, vel de-
ſtructionibus illatæ ſint, & contigerint fortuito, etiam ca
ſu accidiſſe? Quis etiam non deplorabit, & conqueretur
tur horrendas confuſiones, quæ in Imperijs ſemper fue-
runt, & non negaret, vt faciebat ille Damis epicureus apud
Lucianum in dialogo, Iuppiter tragœdus, Dei prouiden-
tiam, quam nos firmiter credimus. Vt de Romano ſolum
imperio dicam; quanto ſanguine illud partum, & acquiſi-
tum eſt? quantis deinde bellis ciuilibus Sillæ, Marij, Cinnę,
Cæſaris, Pompei, Bruti, Antonij conquaſſatum, & pertur-
batum? Quantis denique irruptionibus Gothicis, Vanda
licis, Hunnicis, Arabicis, Turcicis diſſutum, ac diſciſſum?
Ita vt veram eſſe querelam, quæ apud Ouidium extat, res
ipſa declaret.

Sic omnia verti
Cernimus, atque alias aſſumere pondera gentes
Concidere has.

Item.

Summiſque negatum eſt.
Stare diu.

Aiunt Scipionem, capta Carthagine, ſpectantem incen-
dium illachrymaſſe, ac dixiſſe: Deplorandam eſſe fortunæ
inconſtantiam in rebus humanis; ſe non modo dolere vicẽ
Carthaginis, quę olim florens virtute, opibus, & imperio,
nunc ſpoliata incendio pereat, ſed etiam de Romanæ Vr-
bis fato cogitare, quæ aliquanto poſt ſimili calamitate ſit
peritura: quia nulla imperia perpetua ſint, & fuit verum
eius vaticinium, quia tandem perijt illud imperium, vt eſ-
ſet Roma perpetuum Eccleſię Dei domicilium.

La quale, e'l quale (a voler dir lo vero)
Fur ſtabiliti per lo loco Santo,
V' ſiede il ſucceſſor del maggior Piero.

Vt cecinit Dantes in inferno cantilena ſecunda, & vt in
lib. 3. titul. 11. deductum eſt infra. Harum itaque mutatio-
num, & variationum in imperijs cauſam Plato, qui ſapien-
tiæ laudem præ cæteris Philoſophis aſſequutus eſt, ponit,
quia in generatione iungitur ſeſquitertiæ quinarius; hoc
eſt, ſicut ſeſquitertia ratio diateſſaron, quæ eſt imago opti-
mæ reipublicæ aucta ſecundum ternarij perfectionem,
nõ producit retinẽtia ſuę originis iuſtam ſymphoniam, & ſua-
uitatem, ſed puras diſſonantias; ita & optima Reſpu-
blica, cum peruenit ad ſui auctionem, non retinet ſuum
naturalem ſtatum ab initio conſtitutum; ſed prorſus con-
traria producit deſtruentia harmoniam ipſius, nempe le-
ges, & totam imperij formam. Per harmoniam enim præ-
cipuè Platonem depingere leges, rerum publicarum faciẽ
conſtat ex Ariſtotelis ſect. 19. Proble. 28 Et vt numeris ipſis
res pręcipua & magis clara fiat, cõponatur ratio ſeſquiter-
tia, quę eſt diateſſaron, ter; & prodibit dupla ſuper decem
partiens vigeſimas ſeptimas, quæ conſiſtit inter duos cu-
bos nempè 64. & 27. Cadant igitur inter eos duo, medio lo
co, porportionalia, hoc modo 64. 48. 36. 27. conferantur au
tem primo tres numeri quicumque medio exempto; &
habebimus rationem, quæ eſt ſemiditoni cum diapen-
te. Conferantur poſtea extremi numeri 64. & 27 & habe-
bimus rationem, quæ eſt diapaſon, cum ſemiditono. Ho-
rum, igitur duorum modorum, vt violenta inter ipſos diſ-
ſonantia conſideretur, aſcendamus primo per ſeptimam
ex ʃ vt, in F. fa vt. Poſteà ex hoc per decimam aſcendamus
vſq; ad excellentes in Aa la mi re. Simul igitur ſonantibus
horum trium locorum vocibus audiemus dirum vlulatũ,
imò clamores Lapitharum, & Centaurorum, inter ſe diſſo-
no, vario, ac deformi iurgio certãtium. Hæc tanta diſſonã
tia non tantum à Muſicis, ſed etiam ab omnibus cantorib.
malè audit, Diſtat enim a ʃ vt, decima ſexta. Diligenter igi-
tur conſideretur, has duas diſſonãtias non ſimpliciter per
ſe eſſe diſſonas, ſed etiam inter ſe tanquã duo peſſima ma-
la contraria acerrimè pugnare; quia maxima pugna, ſtre-
pitu, & tumultu omnes tonus ſcalæ cum diateſſaron op-
timæ harmoniæ, non modò non audiuntur, ſed prorſus
obruuntur, & intereunt. Ita (ait Plato) prorſus fieri in opti-
ma Republica, quæ naturali modo perfecta, ſecundum
ternarium, quum aucta eſt, profert ſibi contraria, quæ in-
ter ſe violentiſſimè pugnantia, faciunt mutationes, &
totales mutationes legum, & imperiorum afferunt. Cum
autem hi numeri 64. & 27. proferant eas diſſonantias,
mul-

multiplicentur inter ſe ſimul, tum eum producunt numerum annorum, quo iſta contraria, euertentia leges, & ſtatus Rerumpublicarum exiſtunt, nempè 1728. annos. Horum partem ſubtriplam ſuper tripartientem octauas, tribuunt mutationibus principatuum, nempè 512. annos: cubum ex octo, ad quæ duodecim habent ſeſquialterā rationem: hoc eſt, duodecim habent ſe ad octo, vt tria ad duo: quæ eſt ratio vitudi, & geſtientis diapente. Status igitur, & leges conſtituunt, cum principibus hanc exhilarantem ſuauitatem diapente, dum Principes manent ſimplices numeri, hoc eſt ſubiecti legibus: vt binarius multis modis eſt ſubiectus ternario. Cum verò fiunt ſolidi, hoc eſt, negligentes legum, contemptoreſque omnis diſciplinæ, ſua tantum quærentes, nec ſtatum publicum augentes turbāt hanc concinnam, & viuificam diapente ἁρμονίαν qua turbatione ſibi interitum acceſſunt vltrò, ſicut octonarius repræſentans Princeps, dum nullum alium numerum, niſi ſe ter auget, procreat eum numerum, quem Plato conſtituit euerſorem Principatuum. Habet enim hæc ratio celeriores mutationes, quam ratio ſeſquitertia legum, vt conuenit diapente: Quod vehementius ferit, & eſt excitatius, quam diateſſaron. Quod & ſi eſt dulciſonans, aliquanto tamen remiſſius, & languidius ſonat. Talis eſt legum, & Reipublicæ, ſi non accedat Heroicus quidam zelus magiſtratuum, qui eſt viua vox legum, conſtituens diapente ἁρμονίαν ita vt hoc modo ex diapente, & diateſſaron conſtituatur vna quædam perfectiſſima, & abſolutiſſima ἁρμονία, omnes alias complectens, nempè ſuauiſſimum diapaſon omnis diſſonantiæ expers. Superior verò numerus inuenitur quoque, ſi numerus τόπτυμενος, ſeu diagrāmatos, fiat ſolidus: hoc eſt ſi duodecim, quæ numerāt aream prioris quadranguli, cubicè multiplicentur. Hoc modo ſimpliciter procedit Ariſtoteles, & primo quidem ipſe Plato, qui tamen poſtea alium videtur modum ſubiungere, cum ſcilicet à numeris laterum pro ratione, quam habēt ad vnitatem, progreditur vſque in quintum locum hoc modo.

	1	
4.		3.
16.		9.
64.		27.
256.		81.
1024.		243.

Hi numeri omnes aggregati cum vnitate etiam procreant 1728. quem numerum conſtat Platonem tribuere totalibus legum mutationibus ex tota illa ſpeculatione, quam habet de duratione mundi, quem ſex mille annis duraturum, ex Elia commentati ſunt Rabbini, quos recenſent Genebrardus in princ. ſuæ Chronol. illoſque deludit, quod tam frigidis coniecturis talia, vt prophetica proferre nitantur. Alij decem millia ex propheta Abachuc, dū, inquit, opus tuum, Domine, in medio annorum viuifica, illud in medio annorum notum facies, cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis affirmantes in medio mundi curſu Deum ſe hominibus oſtendiſſe, vt aduentus eius æquè ab vtriſque ſæculorum diſtaret extremis, vt recenſet Marſilius Ficinus de Chriſtiana Religione cap. 16 ſed tempora Deus viderit temporum temperator, cum nec Angelis quidem illa pateant, vt conſtat verbis Chriſti in Mat. 13. 22. 24. 32. in Matth. 25. 13. Act. 1. 13. quibus vt non ſimpliciter inficiantur aliqua poſſe eſſe argumenta, quibus mundi impendens ruina declaretur (nam nonnulla ſcripturæ protulerunt) ita docemur non eſſe ſtudioſius inquirendum in dies, horas, & momenta, quæ Deus poſuit in ſua poteſtate.

Alij hanc ipſam mutationum in Imperijs, regniſque cauſam à motuum cæleſtium ratione, noniſque Copernici ſpeculationibus deducunt. Exiſtimant enim, omnes monarchias, omniaque regna, & cœpiſſe, & adaucta eſſe, cū centrum eccētrici in aliquo inſigni loco parui circuli fuit: in cuius circumferentia ab ortu in occaſum cētrum eccentrici mouetur. Sic, cum Solis maxima eſſet eccentricitas, Romanum imperium ad Monarchiā declinaſſe, & quēadmodum illa decreuit, ita & hoc tanquam conſeneſcēs defeciſſe referunt. Sic cum centrum dicti eccentrici ſolis perueniret ad quadrantē, terminumque mediocrem, lata eſt lex Mahometica & aliud magnum imperium exortū, quod velociſſimè ad motus rationem creuit. Iam itaque in centum annis, cum minima futura eſt eccētricitas, hoc quoque imperium ſuam conficiet, abſolue tque periodū, vt iam circa iſta tempora in ſummo ſit faſtigio, à quo æquè velociter, Deo volente, lapſu grauiore ruet. Centro deinde eccentrici ad alterum terminum mediocrem perueniente, ſperamus adfuturum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Nam hoc in loco circa creationem mundi fuiſſe tradunt, quæ ſine erudita, & ingenioſa computatio, & mutationis cauſæ non multum à dicto Eliæ diſcrepat, qui mundum ſex millibus annorum duraturum vaticinatus eſt ſecundum iam relatos Rabbinos, quo tempore duæ feræ reuolutiones peraguntur Ex quo apparet, paruum hunc circulum à centro eccentrici deſcriptum, rotam illam fortunæ Dei miniſtræ eſſe, cuius circumactu Mundi monarchiæ initia ſumunt, atque mutātur, in quo circulo ſummæ totius hiſtoriæ mundi mutationes inſcriptæ conſpiciuntur, & apparent. Aliundè hanc ipſam variationem, & mutationem deriuat Cardanus, vir de Aſtronomia, & naturæ inueſtigatione benemeritus. Refert hic mutationum harum in Imperijs, regniſque cauſam ad extremam caudæ viſæ maioris ſtellam. Hanc enim, cum Roma conderetur vrbi verticalem fuiſſe oſtendit, & docet, quæ deinde poſtquam receſſit, & à vertice declinauit, Romanum quoque Imperium paulatim labi, & attenuari cœpit, eadem deinde ſtella, cum verticem Baizantinū occuparet, imperium eò pariter deuenit, ac tranſtulit, & prout iterum, vel deflexit, vel acceſſit, ita ſedem Romani imperij conſtituit, & firmauit, donec tandem Germanis ſtella hæc verticalis facta, imperij Romani molem ad eos perduxerit. Hæc quidem, etſi ingenioſè, ac acutè dicūtur, harum tamen inſignium mutationum in Imperijs cauſæ, non ab aſtris ſolummodo, nec ab alijs antedictis tanquā ſecundis cauſis petendæ ſunt, aut deducendæ. Verum ab ipſo Deo Optimo Maximo, vt infra libro 3. tit. 11. deductum eſt. Hic enim regna conſtituit, atque deſtituit, & bonos ideo, vel malos gubernatores excitat teſte D. Auguſtino de Ciuitate Dei lib. 4. c. 33. & 34. & lib. 5. c. 1. & ſequent. Quod multa teſtantur dicta prophetica Daniel 2. Illius eſt ſapiētia, & maieſtas, ille tempus, & horam mutat, ille Reges repudiat, & conſtituit Pſalm. 126. Niſi Dominus cuſtodierit Ciuitatem &c. Pſalm. 142. Qui dat ſalutem Regibus, & Salomon. Vt oculus videat, & auris audiat, Deus dat vtrumque, & D. Paulus ad Rom. 13. Quæ ſunt poteſtates à Deo ordinatæ ſunt, Prouerb. 6. libra, & pondus, iudicia Domini ſunt. Sic diuinitus excitati, & adiuti fuerunt Dauid, Salomon, Ioſaphat, Ezechias, Ioſias, Nabuchodonoſor, Cyrus, Conſtantinus, Theodoſios; Carolus Magnus, vt & imperia reſtituerent, & eccleſiā adiuuarent. Sicut quoque excitati ſunt, & adiuti diuinitus, vt Imperia, & diſciplinam reſtituerent, etiamſi doctrinam de Deo ignorarent, Themiſtocles, Ariſtides, Alexander Macedo, Fabius Marcellus, Scipio, Paulus Aemilius, Cęſar. Nam & hi, quoque res generi humano ſalutares geſſerunt, & politias mediocres erexerunt, & conſtituerunt, vt fecerunt antea, & poſt alij plures; Quemadmodum quoque regna, & imperia ob impietatem, auaritiam, & libidines, aliaque ſcelera euertuntur, & mutantur. Nam ob ſcelera, & libidines gubernantium Troia periit cum eius Imperio, Sodoma deleta eſt, Thebes, Athenæ, Sparta, & omnes ferè Ciuitates Græciæ. Plurimi Reges tragicis caſibus interierunt, vt Aegiſtus, Clytemneſtra, Macedonici Reges ferè omnes, Archelaus, Philippus, Alexander, Demetrius, Ptolomæi, Tarquinius, decemuiratus ob Claudij libidinem, & Cæſares plurimi. Sic quoque tota tribus Beniamin deleta eſt propter ſtupratam vxorem Leuitę, & innumera alia extant exempla. Neque miſera hæc calamitas, & deuaſtatio Troiæ ſolum communis, & ſuo authore contenta fuit, ſed pœnæ per omnes familias vagatæ ſunt, mutationemque regnis Aſiæ, Græciæ. & Latij attulerſit vt veriſſimum dictum conſtet, vbi delirant Reges, plectuntur Achiui. Nimirum ſi Prouerb. 25. dicatur. Aufer impietatem de vultu Regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius. Prouerb. 28. Propter peccata terræ, ſæpè mutantur Principes, & propter virum prudentem, atque intelligentē diuturna erunt Imperia. Eſaiæ 3. Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus 33. Væ qui prædaris, quoniam ſpoliaberis.

Prouerb.28. quando iuſti exaltantur, Regnum eſt gloria, quando exurgunt impij, fiunt mutationes Lyrach.10. Regnum agente in gentem transfertur propter iuſtitiam Michex 3. Audite Principes: Propter vos Principes, & Sacerdotes Sion quaſi ager arabitur, & Hieroſolyma, erit aceruus lapidum Zachariæ 11. ſuper paſtores irritatus eſt furor meus. Prouerb.28. Rex iudicans in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Item cum ceſſat prophetia, diſſipabitur populus Sapientiæ primo Malitia euertit ſedes potentum Leuitic.18 omnis anima, quæ facit has abominationes, delebitur, 1. Regum 2. glorificantes me, glorificabo. Hæc de officijs, nec non de delictis Magiſtratuum dicta ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Merum imperium quid.*
2 *Mixtum Imperium quid.*
3 *Iuriſdictio quæ.*
4 *Iubere quid ſit.*
5 *Imperij quæ ſunt, municipalis Iudex non facit.*
6 *Imperij eſt cauſæ cognitio.*
7 *Officium Ius dicentis quale.*

De Iuriſdictione. Tit. 6.

MAgiſtratui accidunt Imperium, iuriſdictio, digni-
tas, & alia quædam, de quibus nunc in hoc titul.
dicetur: Imperium autem aut merum eſt, aut
1 mixtum. † Merum Imperiũ eſt habere gladij poteſtatem
ad animaduertendum in facinoroſos homines, quod etiã
2 poteſtas appellatur. † Mixtum eſt Imperium, cui etiam iu
riſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſſione conſi-
3 ſtit. † iuriſdictio eſt etiam Iudicis dandi licentia leg. Impe-
rium 3. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. leg. Iubere 4. ff. eod. &
eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iudi-
candi, & æquitatis ſtatuendæ. vt deduximus in gloſſ. ſtatu-
ti vrbis lib. 2. cap. 155. col. 288. numer. 20. de qua Duarenus
eod. tit. & Villa. l. 161. & differt a Iudicis officio Villa. l. 166.
4 † Iubere cauere, prætoria ſtipulatione, & in poſſeſſionem
mittere, imperij magis eſt, quàm iuriſdictionis dicta leg.
5 iubere. Ea autem, † quæ Imperij magis ſunt, quàm iuriſ-
dictionis, magiſtratus municipalis facere non poteſt leg.
ea, quæ 26. ff. ad municipal. Hinc illud, vbicumque cauſæ
cognitio eſt, ibi Prætor deſideratur leg. vbicumque 105. ff.
6 de reg. iur. † Eſt enim cauſæ cognitio Imperij magis, quàm
iuriſdictionis dicta leg. ea, quæ 26 §. Magiſtratibus l. dies
4. §. ſi fortè ff. de damno infecto dicta leg. vbicumque la
2. ff. de offic. eius & libellum non deſiderat, vt ex dictis Iu-
ſibus, & in leg. nec quicquam 9. §. 1. ff. de offic. proconſul.
7 † Ius dicentis officium latiſſimum eſt. Nam & bonorum
poſſeſſionem dare poteſt, & in poſſeſſionem mittere: pu-
pillis non habentibus tutorem conſtituere; Iudices litigan-
tibus dare leg. 1. ff. de iuriſdict. leg. Imperium 3. ff. eodem,
ſed & de iuriſdictione plura afferuntur in Syntagma com
mun. opin. Iuris loco 12. titul. 2. & apud Duarenum citato
loco cap. 1. 2. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio poteſt delegari.*
2 *Delegatus, quæ poſſit facere.*
3 *Mixtum Imperium iuriſdictioni cohæret.*
4 *Iuriſdictio ſine coercitione non eſt.*
5 *Iuriſdictione mandata quid datum ſit.*
6 *Actio iuriſdictionis defendendæ, quæ competit.*
7 *Iuriſdictioni obedire qui debent, & qui non.*
8 *Modus Iuriſdictionis defendendæ datur.*

De Iuriſdictione delegata. Titul. 7.

1 IVriſdictio † autem mãdari alteri poteſt, quo caſu is, cui
mandata eſt Iuriſdictio idem iuris habet, quod is, qui
mandauit. Ideoque Iudicem quoque dare poteſt leg.
1. in princip. & §. qui mandatam ff. de offic. eius leg. cum
Prætor 12. § 1. & §. is quoque ff. vbi quis agere, vel conue-
niri capitulo ſanè 11. de offic. delegati Bolognett. in di-
cto §. qui mandatam. Mandare tamen iuriſdictionem
ſibi mandatam alijs non poteſt, quoniam proprium ni-
hil habet, ſed eius, qui mandauit, iuriſdictione vtitur di-
cto §. qui mandatam, vbi Bolognett. numero 5. explicat,
quid ſit proprium alicuius, & ideò numero ſexto dicit
delegatum non poſſidere ſibi iuriſdictionem, ſed dele-
ganti, quia proprium nihil habet, vt in textu, vt probat
Bolognett. ibi, & numero 12. ſed & ea quæ Imperij ſunt,
mandata iuriſdictione non transferuntur leg. nemo po-
teſt 70. ff. de regul. iur. leg. vltima. In princip. ff. de offic.
eius leg. more 5. cum leg. ſequen. ff. de iuriſdict. leg. à Iudi-
2 ce 5. C. de iudic. Villal. l. 164. Itaque † is, cui iuriſdictio
mandata eſt conſilium exercere non poteſt, nec alienatio-
nibus rerum minorum decretum interponere, niſi fortè
Princeps, vel Præfectus prætorio iuriſdictionem Præſidis
Prouinciæ defuncti, vel abſentis alicui mandauerit leg. 2.
ff. de offic. eius leg. ſecunda ibi Decretum etiam C de offic.
3 eius, qui vicem alicuius obtinet. † Mixtum autem Impe-
rium, quod iuriſdictioni cohæret ad eum, cui mandata eſt
iuriſdictio, pertinet leg. mandatam 5. in fine ff. de offi. eius
leg. 1. §. verius eſt ff. eodem, & in princip. leg. ſi quid. 11. ff.
de offic. Proconſ. quia cui iuriſdictio data eſt, ei quoque
conceſſa eſſe videntur, ſine quibus iuriſdictio explicari nõ
poteſt. leg. ſecunda ff. de iuriſdict. leg. mandatam 5. in fine
4 ff. de offic. eius quoniã † iuriſdictio ſine modica coercitione
nulla eſt d. leg. final. in fine ff. eodem Duarenus eodem ti-
tulo capit. 7. & 8. gloſſ. in d. leg. cui 2. in verbo. non potuit
ff. de iuriſdict. dicto capitulo ſanè quia capitulo præterea
quinto capitulo paſtoralis 28. capitulo ex litteris 29. & ca-
pitulo ſuſpicionis 39. de offic. delegati. In cauſa etiam, quę
ſpectat ad vtilitatem Reipublicæ is, qui vice præſidis pro-
uinciæ adminiſtrat. poteſt cognoſcere leg. 1. C. de offic. eius
5 ſed & † mandata iuriſdictione cognitio quoque de ſuſpe
ctis tutoribus tranſit. Item ius dandi bonorum poſſeſſio-
nem: item miſſio in poſſeſſionem damni infecti, aut ven-
tris, aut legatorum ſeruando. nam leg. cognitio 4. ff. de offi.
6 eius. Poſtremò † iuriſdictionis defendendæ cauſa peculia-
ris introducta eſt actio aduerſus eum, qui ius dicenti non
obtemperauerit, leg. 1. in princip. ff. ſi quis ius dicenti non
7 non obtemp. † Is autem ius dicenti obtemperaſſe non vi-
detur, qui quod extremum eſt in iuriſdictione non fecit,
veluti ſi quis rem mobilem vindicari à ſe paſſus non eſt,
ſed duci eam, vel fieri paſſus eſt. Cæterum ſi & ſequentia
recuſauit, tunc non obtemperaſſe videtur dicta leg. 1. §. ſa-
nè Planè ceſſat hæc actio, ſi Duumuiro ius dicenti obtem-
peratum non ſit dicta leg. 1. ibi non tamẽ duumuiris, item
ſi is, qui non obtemperat, iuriſdictioni ius dicentis non ſit
ſubiectus leg. contumaciæ 53. §. fina. ff. de re iudic. ſed hæc
exceptio admittenda, cum non poſſit dolo carere, qui im-
perio magiſtratus non obtemperat leg. non poteſt 59. ff. de
regulis iuris. Nec etiam diſtinguitur. Vtrum reus, an
actor ius dicenti non obtemperauerit leg. prima §. non ſo-
lùm ff. ſi quis ius dicenti. Sanè ſi procurator, tutor, vel
curator ius dicenti non obtemperauerit, ipſe punitur, non
Dominus, vel pupillus dicta leg. prima §. ſi procurator.
In hæredem etiam non obtemperantis hæc actio non da-
tur, cum ſit pœnalis dicta leg. prima § final. ideoque ne-
que poſt annum competit. Hoc autem iudicium non ad
id, quod intereſt, ſed quanti ea res eſt concluditur dicta §.
7 final. † Modus autem coercendi, ac defendendæ iuriſdi-
ctionis præſcribitur in capitulo Pontificali ſecundo de of-
fic. delegat. in ſexto in capitulo ſanè 11. & in capitulo pa-
ſtoralis 28. eodem titulo. De diſtrictione Eccleſiaſtica, ſeu
excommunicatione adhibenda cauetur in capitulo primo
de officio delegati. De arbitraria pœna cauetur capitulo
dilectus 11. de pœnis. De officio illius conſeruatorum
cauetur in capitulo primo, & vltimo in princip. & §. vt au-
tem de officio delegati. In ſexto Item tuetur armis, legi-
bus, & proceſſibus Baldus in Margarita Innocent. ver. iu-
dex tuetur Aufrer. de poteſt. ſecul. in Eccleſiaſt. caſu 35. fol.
422. & nos in gloſſ. ſtat. Vrb. lib. 2. capitulo 99 & infra li-
bro 4. titulo 16.

SVM-

SVMMARIVM.

Ordo dignitatum in optione, ac ſeſſione ſeruandus.
Prior inter plures eiuſdem dignitatis quis ſit.
Viri fœminis eiuſdem dignitatis præferuntur.
Liberi claritatem dignitatum parentum tenent.
Nepotes vtique aui dignitate ornantur.
Filia vtique dignitate patris ornatur.
Vxores dignitate maritorum fulgent.
Dignitas ſceleribus amittitur.
Dignitatem impetrans maiorem, non amittit minorem.
Reuerentia ſuperioribus ab inferioribus debetur.
Iudices ab iniuria defendendi.
Magiſtratuum Romanorum origo, & nomina.
Dictator equitum magiſtri Reges.
Tribunus plebis.
Aediles.
6 *Quæſtores ærarij, & parricidij.*
Decemuiri.
Tribuni militum.
Conſules ex plebe etiam.
Prætor vrbanus, & peregrinus, & alij.
Præſtores prouinciarum, & alij.
Cereales, & alij.
Poſt magiſtratus Iuriſconſulti ſequuntur.

De dignitate, ac reliquo iure magiſtratus. Tit. 8.

Dignitatum † ordo ſeruandus, l.1. C. vt dignitatum ordo, c.1. de maior. & obed. c. ſtatuimus 15. codé Dec. in conſilio 141. Pro Domino &c. eſt autem hic dignitatum ordo, vt primo loco habeantur hi, qui in actu poſiti illuſtres peregerint adminiſtrationes. Secundo veniant vacantes, qui præſentes in comitatu illuſtris inſignia dignitatis cingulum meruerunt; tertium verò ordinem obtinent, quibus abſentibus cingulum illuſtris mittitur dignitatis. Quartum honorariores, qui præſentes ab Imperatore ſine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti ſunt. Quintum, quibus abſentibus ſimiliter ſine cingulo mittuntur illuſtris inſignia dignitatis. Sedet adminiſtratores quidem, & Comites rei priuatæ omnibus vacantibus honorarijs anteponi cenſemus. Vacantes autem poſt adminiſtratores venientes, non omnes omnibus iam honorarijs credimus præponendos; ſed eos vacantes illis honorarijs, qui ſimilem adepti ſunt dignitatem, vt præfectus prætorio, non quæſtorius præfectorio præponatur, parique modo quæſtorius quæſtorio non vacans. Comes theſaurorum, vel comes rei priuatæ honorario quæſtori, vel magiſtro officiorum præferatur. Et inter adminiſtratores illi etiam numerantur, quibus illuſtribus in ſacro Conſiſtorio cunctis aliquid ordinariæ dignitatis commiſſum eſt peragendum, Verbi gratia ſi vacanti magiſtro militum belli cura committatur, lege ſecunda, C. vt dignitatum ordo. Præterea † in vno, eodemque genere dignitatis prior eſſe debet is, qui prior dignitatem eſt conſecutus, dicta lege ſecunda, l.1. C. de Conſulibus, lege 1. in fine, C. de præfect. prætor. l. ſecunda, C. eodem, libro 7. in fine, C. de præpoſ. ſacri cubil. l. ſecunda, § illud præcipuè. C. de primicerio, l. vlt. C. de priuileg. cor. libro 12. Gabr. libro ſexto, de maiorit. & obed. concluſ. 1. cap. 1. de maior. & obed. Rota diuerſ. in recentioribus, par. 2. deciſ. 26. per totam. Niſi maior ſit gradus dignitatis illius, qui poſtea ordinatus eſt, cap. ſtatuimus 15. eod. dicta l.1. C. de Conſulibus, §. quod ſi quis, vbi glo. Planè ſi quis prior conſul poſteriori conſuli, eidemque patricio poſthabitus patriciatum poſtea cõſequatur vinci eum oportet, qui prior meruit patriciatum, poſtquam iſte honore patriciæ dignitatis decoratus eſt d. §. quod ſi quis Viuius opin. incip. Doctoratus numero 28. eſt igitur ſedes prior ante prouectis, locus conſpectior, decernendi, loquendique facultas antiquior, cui eſt ſplendor adepti magiſtratus vetuſtior, lege prima, C. vt dignitatum ordo l. vltima, C. de priuileg. cor. libro 12. Sed & † in vno, eodemque genere dignitatis viri fœminis præferuntur, immo vit præfectorius fœminæ
quamuis conſulari præfertur, quia maior dignitas eſt in
4 ſexu virili, lege prima, ff. de Senator. Planè † liberi quoque
eorum, qui in aliqua ſunt dignitate, claritatem generis
retinent, adeo vt quamuis parentes dignitatem amiſerint,
liberis tamen quæſita dignitas auferenda non ſit, nec
diſtinguitur. Verum naturales ſint liberi, an adoptiui in
poteſtate, an emancipati, exemptis adoptiuis rurſus emancipatis,
l. prima, C. de dignitatibus, l. filiam 9. ff. de Senator.
l. Senatoris 5. ff. eodem, lege ſexta, eodem l. liberos 10. ibi
ſiue naturales, ff. eodem, l. emancipatum 7. in princip. & §.
ſed & ſi quis, §. fin. ff. eod. ſed & ſi alij inferioris ordinis in
adoptionem dati ſint, dignitatem tamen patris naturalis
retinent, l.6. ff. eodem. Nec etiam obſtat, licet poſt mortem
patris, vel antequam pater eam dignitatem nactus, nati
ſint, l. Senatoris 5. in fine, ff. eodem, l. ſi Senator 11. C. de di-
5 gnitat. ſed † & nepotes aui dignitatem retinent, dummodo
ex filijs, non ex filiabus ſint nati, l. liberos 10. ff. de Sena-
6 tor. Planè † filia ex clariſſimo patre nata nubens inferioris
ordinis viro dignitatem paternam amittit, & aſſumit
conditionem mariti, l. mulieres 13. C. de dignitatibus. Sed
& nati, poſtquam pater dignitatem amiſerat, priſtina
dignitate patris non fruuntur, niſi antequam pater dignitatem
amiſerit, fuerint cõcepti, dicta l. ſeptima, § ſed & ſi
quis, ff. de Senator. Quemadmodum liberi dignitate pa-
7 rentum, ita quoque † vxores dignitate maritorum ſuorum
fruuntur, niſi ſoluto matrimonio alijs inferioris ordinis
nupſerint, tunc enim priſtinam dignitatem amittunt,
& ſequuntur conditionem poſterioris mariti, lege
mulieres 13. C. de dignitat. l. fœminæ 8. ff. de Senator. lege
vltima, C. de incolis. Interdum tamen ex indulgentia
Principis prioris mariti dignitatem retinent, l. nuptæ ta,
8 ff. de Senator. Porrò † dignitas amittitur etiam ſi quis in
dignitate poſitus eſt, furtis, ſceleribuſque ſe maculauerit,
l. iudices 12. Cod. de dignit. Si factus ſit periurus, l. quoties
17. C. eodem, & infra libro ſecundo, titulo trigeſimo-
quinto, in fine. Si ſine Commeatu, vel vltra abfuerit, lege
ſecunda, §. hos autem, C. de primicer. lege ſi quis 3. C.
de domeſtic. & protector. l. ſecunda, C. de Commeatu, l. ſi
9 quis 3. C. eodem. Planè † ſi miſſionem ab officio impetrauit,
vel ad maiorem dignitatem peruenerit, prioris dignitatis
priuilegia non amittit, l. maior 3. C. de dignit. lege
prima, C. de primicer. l. Decurionibus 5. C. de ſilentiarijs,
& decur. l. iubemus 4. §. final. C. de proxim. ſacror. Scrin.
l. proximos 8. C. eodem, l. Principes 6. C. de principibus
agent. in rebus, & nos in tractatu de condition. & demonſtration.
parte prima, capit. 86. numero tertio. Poſtremò
ſunt & alia magiſtratuum iura, quæ ex illorum dignitate
eis debentur.

10 Nam † ſuperioribus ab inferioris gradus hominibus reuerentia
debetur, & ab ijs, qui illorum iuriſdictioni ſubiecti
ſunt obſequium, nec iniuria, qui in magiſtratibus
poſiti ſunt, affici debent, lege potioris 5. Codic. de offic.
Rector. l. ſecunda, C. de offic. diuer. iudic. l. vltima, C. eodem,
l. ſecunda, C. de offic. Rector. cap. apud, capit. dicat
11 23. quæſt. quinta. Imò † ſunt ab omni iniuria defendendi,
l. ius Senatorum, C. de dignit. Poſſunt vti vehiculo, lege
prima, C. de honorator. vehic. Habent & immunitates,
& priuilegia aliqua circa ſportulas, & litis expenſas, circa
ſatiſdationes, circa tormenta, & alia plura, de quibus
infra ſuis locis. Antequam autem de ijſdem in ſpecie di-
12 cam, † ſpecies magiſtratuum Romanorum, & quo ordine
quis magiſtratus introductus ſit, breuiter referam. Ita-
13 que † ab initio vrbis Romæ Reges omnem poteſtatem
habebant, de quibus plura referuntur in ſyntagma communium
opin. iuris loco 2. titulo ſecundo, & ſequentibus, &
per Valentinum Forſteri hiſtoriæ iuris ciuilis, libro primo,
capitulo ſexto, & ſequentibus: ab ijs ſecundum locum
obtinebant tribuni celerum, qui æquitibus præerãt.
Regibus poſtea eiectis Conſules bini ſuffecti ſunt, penes
quos ſummum ius vti eſſet, lege rogatum eſt. Hiſce ad
cenſus agendos non ſufficientibus, cenſores conſtituti
ſunt. Deinde cum crebra orirentur bella interdum re exigente,
placuit maioris poteſtatis magiſtratum conſtitui,
quem Dictaturam vocabant quod ius, quæuè poteſtas Dictatoris
Romæ, & extra fuerit, & à quibus dici, & quanto
tempore debuerit, tradit Alexand. ab Alex. libro quarto,
Genial. dier. capit. 23. & libro ſexto, capit. 24. & Va-

lentinus Forſteri libro primo, cap.18. hiſtoriæ iuris ciuilis.
His autem dictatoribus magiſtri equitum iungebantur,
quomodo Regibus celerum Forſteri c.18. Poſt hæc facta
eſt ſeceſſio plebis à patribus. Vnde plebs ſibi peculiarem
14 magiſtratum creauit, quem † tribunos plebis appellabāt.
De horū poteſtate tradit Alex.ab Alex. libr.5. Genial.dier.
cap.2.& Valentinus Forſteri hiſtoriæ iuris ciuilis libro 1.c.
18.& 19.& 20.item alium, qui ædibus præeſſet, in quibus
15 omnia ſcita plebs deferebat. Vnde † ædiles dicti. Hinc
qui ærario populi præeſſent, quæſtores ærarij ſunt creati.
16 Item alij, qui capitalibus rebus præeſſent † quæſtores par-
ricidij nominati. Poſtea iubente populo omnes magiſtra-
17 tus ſe abdicarunt, & † decemuiri conſtituti ſunt, quibus
tādem ob iniuſtitiam ſuam partim in carcere necatis, par-
tim in exilium actis, rurſus Reſpublica ſuum ſtatum rece-
18 pit Forſteri vbi ſupra cap.22.& 23.Poſt hos † Tribuni mi-
litum partim ex plebe, partim ex patribus conſulari pote-
ſtate creati ſunt vario numero. De quorum poteſtate tra-
dit Alex.ab Alex.citato cap.2.libro 5. Gen.dierum, & Va-
lentinus Forſteri hiſtoriæ iuris Ciuilis libro 1.cap.24. Tan-
19 dem etiam ex plebe † Conſules creari cœperunt, & vt ali-
quo pluris patres haberentur, placuit duos ex patribus
conſtitui, qui ædiles curules appellabantur. Cumque Cō-
ſules auocarentur bellis finitimis: ius in Ciuitate reddendi
20 cauſa † prætor creatur Vrbanus primum, deinde pere-
grinus. Hinc cum eſſet neceſſarius magiſtratus, qui haſtæ
præeſſet, centumuiri litibus iudicandis conſtituti ſunt: cō-
ſtituti ſunt eodem tempore, & quatuor viri, qui curā via-
rum agerent, & triumuiri monetales æris, argenti, auri
flatores, & triumuiri capitales: item quinque viri noctur-
21 ni: captis deinde prouincijs. † Prætores prouinciales con-
ſtituti ſunt, quibus Cornelius Sylla quatuor prætores ad-
iecit defendendarum legum cauſa, quas ipſe tuliſſet: puta
de falſo, de parricidio, de ſicarijs, & de iniurijs. Hinc Iu-
lius Cæſar adiecit duos Prætores, & duos ædiles, qui fru-
22 mento præeſſent, † Cereales dictos. Ita duodecim Præto-
res, & ſex ædiles ſunt creati. Diuus deinde Auguſtus ſede-
cim Prætores conſtituit: Diuus Claudius duos Prætores
adiecit fideicommiſſarios. Quoties autem Prætores profi-
ciſcebantur, vnus relinquebatur, qui ius in Ciuitatem di-
ceret. Is vocabatur Præfectus Vrbi. Hi ſunt magiſtratus
Romani, quos longa ſerie refert Pomponius in l.2. ff.de o-
rig.iur. quod idem faciunt Hottoman. & Valentinus vbi
ſupra, & ſi præter hos, & alij quidam in iure deſcribūtur,
23 de quibus titulo ſequenti dicetur. † Poſt magiſtratus Iu-
riſconſultos quoque celebriores, idem Pomponius enu-
merat, quorum Catalogum ponit Hottoman. & Valent.
Forſter. in hiſtoria iuris Ciuilis, & nos quoque in ſequen-
tibus ad operis perfectionem. Sed & Alciatus de magi-
ſtratibus, ciuilibuſque, & militaribus officijs, nec non &
de dignitatibus ciuilibus, & militaribus in Oriente, & in
alijs Imperij Romani partibus pluribus affert. In libr. de
magiſtratibus per tot. & Duare.lib.2.diſput.c.1.

SVMMARIVM.

1 *Imperator inter ſæculares dignitates primus.*
2 *Imperator quomodo mundi Dominus.*
3 *Papa beneficiorum omnium Dominus.*
4 *Sacerdotium, & Imperium maxima Dei dona.*
5 *Translatio Imperij à Græcis ad Germanos.*
6 *Imperator in ſpiritualibus Papæ ſubeſt directè.*
7 *Rerum Imperatoris priuilegia.*
8 *Statua Imperatoris habet priuilegia.*
9 *Senatores qui.*
10 *Conſulares fœminas, quæ.*
11 *Conſules quæ facere debeant.*
12 *Præfecti prætorio qui & eorum poteſtas.*
13 *Præfecti Vrbi qui, & eorum poteſtas.*
14 *Quæſtores qui, & eorum poteſtas.*
15 *Prætores Vrbani qui & eorum poteſtas.*
16 *Præfecti vigilum qui, & eorum poteſtas.*
17 *Aediles qui, & eorum poteſtas.*
18 *Proconſules & legati qui & eorum officium.*
19 *Aedes ſacras, & opera publica cuſtodienda.*
20 *Proconſul prouinciam non debet onerare.*
21 *Munera quomodo debeat iudex accipere.*
22 *Poſtulantium ordo dandus eſt.*
23 *Aduocati patienter audiendi.*
24 *Aduocatus dandus non habenti.*
25 *Opprimi patientia neminem oportet.*
26 *Proconſul ſine libello & de plano procedit.*
27 *Portam Romæ ingreſſus imperium deponebat.*
28 *Legatus Proconſulis qui, & eius poteſtas.*
29 *Præſides qui, & eorum poteſtas.*
30 *Præſes in prouincia maius omnibus imperium habet poſt Prin-
cipem.*
31 *Præſes extra prouinciam priuatus eſt.*
32 *Præſes prouinciam pacatam debet continere.*
33 *Præſes malis hominibus purgatam prouinciam reddere de-
bet.*
34 *Præſes lucri cupidus non debet eſſe.*
35 *Facilis in adeundo iudex debet eſſe.*
36 *Conſuetudo Romana in prouincijs non attendenda.*
37 *Tributa debet cuſtodire, ne deficiant.*
38 *Diſciplina publica cuſtodienda.*
39 *Lites finiri debent.*
40 *Negociationes licitæ non ſunt prohibendæ.*
41 *Iniurijs nemo vexandus.*
42 *Fines ſuæ prouinciæ nemo excedit.*
43 *Præſidum diuerſarum prouinciarum officia.*

De Magiſtratibus in ſpecie.
Tit. 9.

1 INter † magiſtratus autem Romani Imperij primum
locum obtinet Imperator, in quem lege Regia omnis
populi poteſtas translata eſt, qui dicitur legibus ſolu-
2 lutus eſſe, † mundique Dominus, ſcilicet quoad iuriſdi-
ctionem, & Imperium, gloſ.in capit.venerabilem 34.in
verb.in Germanos de electio. & in ſyntagmate commun.o-
pinio.iuris loco 2.titulo primo, cum pluribus ſequent. Pe-
regrinus de iure fiſci, libro primo, tit.2.nume.40. Vill.4.5.
Gabr.libro quinto, de acquirend.rer.domin.concluſ. 3. nō
quoad dominium rerum, quæ ſunt ſingulorum, vt proba-
tur ſupra tit.1.verſ.quod itaque Bartan l.prima, numero
ſecundo, ff.de rei vendic. & in l.fin. numero ſecundo, C.in
quibus cauſis libro 11.l.bene à Zenone, C.de præſcrip.ubi
Doctor.l.leges, C.de legibus.item is.§.1.in fine, ff.de rei ven
dic.l.huius, ff.de euict.cum ſimilibus. Nec ideò ei licet rem
alterius auferre, niſi ex publica cauſa, ſoluto illius precio.
Pariſ.in conſilio primo, numero 107. & ſequent.libro pri-
mo.Potrius concluſ.14.& 15. libro primo, concluſ. Quod
3 non procedit in Papa quoad beneficia, † qui poteſt ea au-
ferre vni, & alteri dare ſine cauſa, ſed controuertitur apud
Potrium vbi ſupra ver.Nota non procedere, apud Gabr.
libro quinto, de acquiren.rerum domin.concluſ. 3. apud
Viuium opin.incip.Imperatores, & in Syntagma commu.
opin.iuris loco 1.capit.ſecundo, tit.quinto, & loco ſecun-
do, cap.primo, latè agitur, & dicitur Vicarius Dei in tem-
4 poralibus Viuius opin.ante dicta, verſ.Imperator.† Maxi-
ma enim in omnibus ſunt dona Dei à ſuperna clementia
collata, Sacerdotium, & Imperium, illud quidem diuinis
miniſtrans: hoc autem humanis præſidens, ac diligentiam
exhibens ex vno, eodemque principio vtraque proceden-
tia humanam exornant vitam, §.1. Authen vt quomodo
oport.epiſ. Fecit enim Deus duo magna luminaria in fir-
mamento Cœli, luminare maius, vt præeſſet diei, & lumi-
nare minus, vt præeſſet nocti, vtrumque magnum, ſed al-
terum maius. Ad firmamentum igitur Cœli, hoc eſt vni-
uerſalis Eccleſiæ fecit Deus, duo magna luminaria, ideſt
duas inſtituit dignitates, quæ ſunt Pontificalis authoritas,
& Regalis poteſtas, ſed illa, quæ præeſt diebus, ideſt ſpi-
ritualibus maior, quæ verò carnalibus minor, vt quanta
eſt inter Solem, & Lunam, tanta inter Pontifices, & Reges
differentia cognoſcatur, cap.ſolitæ 6.de maior.& obed.ca-
pit.ſi Imperator.11.diſtinctio 96. Stephan. Aufrer. in Cle-
ment.prima, quæſito 1.2.& 3. de offic. ordin. & ita intel-
lexit Dantes in purgatorio cantilena 16. ibi, dum ita ce-
cinit.

Soleua Roma, che'l buon mondo feo,
Duo Soli hauer, che l'vna, e l'altra ſtrada
Facean vedere, e del mondo, e di Dio.

5 De Imperatoris electione, nec non de illius iuramento
præſtando cauetur in cap. venerabilem 34. de elect. & in
Clement.

Digitized by Google

6 Clement. 1. de iureiur an. & quod † ſit minor, procedat ab
Eccleſia, & in ſpiritualibus directè, in temporalibus indire
ctè ſubſit Papæ, ipſemet profitetur in d. §. 1. Authen. quo-
modo oporteat, & de ſtatut. & conſuetud. poſt lib. feudo-
rum in princ. & probatur in d. c. ſolitæ, & in d. Clement. 2.
& in extrauag. commun. vnam ſanctam de maior. & obe-
dien. Doctor. in c. grandi de ſupplen. neglig. Prælat. & in d.
c. ſi Imperator 11. diſt. 96. hoc idem probant Aufret. & Vi-
uius vbi ſup. fuit enim Imperium à Papa diuiſum ob negli
gentiam Græcorum Imperatorum in partibus occidenta-
libus, & translatum ad Germanos, & ab eodem Papa fue-
runt deputati electores, vt in d. cap. venerabilem, & hodie
extincto orientali Imperio reſidet in eo ſolo ſumma totius
Imperij Romani, De hac translatione Imperij multa erui-
ditionis, ac veritatis hiſtoriæ plena tradit Card. Bellarm.
& alij plures, & translatio hæc facta fuit in Carolum Ma-
gnum Pipini filium anno Domini 801. per Leonem III. vt
in Chronicis Euſebij, Genebrardi, & aliorum, & vt dicit
glo. in d. c. venerabilem in verb. tranſtulit, & probant Car-
din. Bellarmin. citato loco lib. 1. & Platina in vita eiuſdem
Leonis III. Pontificis, Peregrinus de iure fiſci lib. 1. tit. 2. nu-
mero 11. & Baronius in annalibus Eccleſiaſticis antedicti
7 anni 801. † Rebus autem Imperatoris eadem priuilegia,
quę & fiſci rebus competũt, quod & de rebus vxoris eius,
ſiue Auguſtæ cauetur, l. fiſcus, §. fin. ff. de iure fiſci, l. benè 3.
§. ſed ſcimus, C. de quadr. præſcript. de quo & plura dicen
8 tur infra lib. 4. De † ſtatua autem, & imagine Imperato-
ris nonnulla legibus cauta ſunt, quæ cognoſcere, licet ex l.
2. & tot. tit. C. de ſtat. & imagin. ex l. capitalium 28. §. ad ſta
tuas, ff. de pœnis ex l. 4. 5. & 6. ff. ad leg. Iul. Maieſt. ex l. 1. C.
qui ad ſtatuas confug. ex glo. noſtra ad ſtatut. Vrbis lib. 2.
c. 72. & lib. 3. c. 6. & infra lib. 4. tit. 38. Quæ quidem conſue
tudine ſublata dicit Clar. in §. fin. quæſt. 30. Poteſt punire
ſubditum de crimine, vbicumque commiſſo Vin. d. opini.
Imperatores vet. & ex iſta ratione. Non tamen poteſt ab-
dicare Imperium Villal. P. 222. & vltra illud. Nec poteſt
alienare bona Imperij, vel ſuæ dictionis Villal. P. 291. in ad-
dit. nota iſtam cum addit. Fichard. prima Gabr. lib. 3. de iu
re quæſito non tollendo concluſ. 5. num. 48. & ſequẽtibus,
& concluſ. 8. & de acquirend. rer. domin. concluſ. 3. nu. 12.
& 13. etiam præſtito iureiurando, c. intellecto 33. de iureiu
rando. De iudicio Imperatoris diſputari non oportet, 17.
q. 4. c. ſi quis ſuadente, §. committunt, l. 2. C. de crimine ſa-
crilegij.

De Senatoribus, & Conſularibus illud notandum eſt,
9 quod † Senatores accipiendi ſunt, qui à Patricijs, & Con-
ſularibus vſque ad omnes viros illuſtres deſcendunt, cũ
hi ſoli in Senatu dicere ſententiam poſſunt, l. vlt. §. fin. ff. de
Senator. & ibi Budæus præclarè. Senatores autem licet in
Vrbe domicilium habere videantur, tamẽ & ibi, vnde o-
riundi ſunt, habere domicilium intelliguntur, l. Senatores
10 11 ff. eodem. † Conſulares fœminas dicimus Conſularium
vxores, non etiam matres, l. 1. ff. de Senatorib. Cardinales
hodie Senatorum obtinent, & locum, & priuilegia, vt in-
fra lib. 3. tit. 16. & probat Stapletanus de magnitud. Rom.
Eccleſ. lib. 2. cap. 13. De Conſulibus, quorum, vt dictum eſt,
11 duo creabantur, † illud maximè in iure cauetur, vt modus
ſit expenſarum, quæ occaſione Conſulatus profundeban-
tur, l. 2. 3. & 4. C. de Conſul. de quibus. & in gloſſ. noſtra ad
Vrbis ſtatuta c. 15. lib. 1. & cap. 4. lib. 3. Horum poteſtas, ius,
atque dignitas traditur ab Alexan. ab Alex. libro 3. Genial.
12 dierum, & Duaren. eod. tit. † Præfecti Prætorio proximũ
ab Imperatore locum obtinent. Nam vt Dictatores ſibi
adiungebant magiſtros militum principalis curæ militiæ
gratia, ita Imperatores, qui quaſi perpetui Dictatores ſũt
ad ſimilitudinem Magiſtrorum militum Præfectos Præ-
torio ſibi eligebant, data eis pleniori licentia ad diſciplinæ
publicæ emendationem, l. 1. in princip. ff. de offic. Præfect.
Prætor. vbi Budæus, & Duarenus. Ab his enim appellari
non poterat dicta l. 1. §. His cunabulis, & ferendi leges po-
teſtatem habebãt, l. 2. C. eodem. Iudices remouere, & alios
ſubrogare illis erat permiſſum, l. ſi quos 3. C. eod. Reſcri-
pta quoque de oneribus iniunctis ad Præfectum Præto-
rio prius pertinebant, l. vltima, C. eod. vbi Duarenus, capit.
1. 2. & 3.

13 Præfecti † Vrbi, qui fuerint, & propter quam rationem
ſint conſtituti, ſupra dictum eſt ex l. 2. §. quoties autem, ff.
de origin. iur. Ad horum iuriſdictionem pertinebant om-
nia crimina non ſolum in Vrbe, ſed intra Italiam quoque,
non tamen vltra centeſimum milliarium commiſſa, d. l. 1. in
princ. & §. initio eiuſdem, ff. de offic. Præfect. Vrbi. l. vlt. ff.
eod. Budæus in rubrica, & Duarenus. Sed militum crimi-
na ad Præfectum Vrbi non pertinebant, l. 1. in fine, C. de of
fic. Magiſtr. milit. Cura quoque ſeruorum ad ipſum perti-
nebat ſi durius à dominis tractarentur, vel ad obſcœnita-
tem compellerentur, vel ancillæ proſtituerentur, l. 1. §. 1. &
§. quod autem, ff. de offic. Præfec. Vrb. Contra quoque ſi
dominus de ſeruo ſuo conquerebatur, Præfecti Vrbi no-
tio erat, idem ſi patronus de liberto, d. l. 1. §. ſi quis ſeruum,
& §. ſed & patronos, & §. cum patronus. Item ſi tutores,
vel curatores malè in tutela, vel cura verſari dicebantur
ad notionem Præfecti pertinebat d. l. 1. §. ſolent. Item ſi in-
terdicto, vnde vi, aut quod vi, aut clam agebatur d. l. 1. §.
ſed & ex interdicto. Item vt nummularij facerent ſuum
officium, eius erat curare d. l. 1. §. præterea: ſimiliter adiri
ab argentarijs, & aduerſus eos poterat, & in pecuniarijs
cauſis, l. 2. ff. de offic. Præfect. Vrb. Item cura carnis, & an-
nonæ ad ipſum pertinebat, l. 1. §. cura carnis, ff. eod. l. 1. C.
eod. Item cura quietis publicæ, & diſciplinæ ſpectaculorũ
dicta l. 1. §. quies. Et ſi qui illicitum Collegium coiſſe di-
cebantur, apud Præfectum Vrbi accuſabantur d. l. 1. §. fin.
Pertinebant etiam ad iuriſdictionem Præfecti Vrbi om-
nia corporatorum genera, vniuerſique ciues, ac popula-
res. At prouinciales è Prouincijs ſuis auocari non poterãt,
quamuis in Vrbe crimen aliquod commiſiſſent, l. omnia
4. C. de offic. Præfect. Vrbi. l. 2. C. eod. l. 1. §. initio, ff. eodem.
Habebat autem Præfectus Vrbi ius relegandi, & deportã-
di in inſulam, quam Imperator aſſignauerat. Et Vrbe, &
qualibet alia ſolitarum regionum, item negociatione, pro-
feſſione, aduocationibus, & foro tam ad tempus, quam in
perpetuum interdicere poterat, item ſpectaculis; & ſi
quem relegabat ab Italia, ſubmouere eum etiam à Prouin
cia ſua poterat d. l. 1. §. 1. & §. penult. Sed de huius officio,
ac poteſtate tradit Alexand. ab Alex. lib. 6. c. 20. Genial. die-
14 rum. De † quæſtoribus in iure hæc maximè habentur. Pri-
mum quidem, quod origo creandi quæſtoris antiquiſſima
eſt, & ante omnes ferè magiſtratus: dicti autem quæſto-
res ſunt à quærendo, ſeu inquirendo, quaſi inquiſitores, vt
conſtat ex dictis ſupra titu. 8. propè fin. & ex l. 1. ff. de offic.
quæſtor. vbi Budæus de ijs habetur etiã apud Platonem li.
3. 4. de legibus. Dialog. 6. verſ. Quæſtores, & apud Ariſtot.
lib. 6. Politic. c. 8. vet. edi. & alios, erant autem varia quæſto-
rum genera, alij enim ærarij erant quæſtores, alij parrici-
dij, ſeu capitalium rerum, alij, qui Candidati Principis di-
cebantur, qui Epiſtolas eius in Senatu legebant, l. 2. ff. de
origine iuris, & dicta l. 1. ff. de offic. quæſtor. Creabantur
autem quæſtores tam patricij, quam plebei. Eratque hic
magiſtratus ingreſſus, & quaſi primordium gerendorum
honorum, ſententiæque in Senatu dicendæ dicta l. 1. in fin.
& infra lib. 4. tit. 5. nume. 5. Sine ſubſcriptione, & expreſſo
conſenſu Imperatoris, ordinatio quæſtorum nullius erat
momenti. Nihil ab ijs pro ordinatione dabatur, eratque
ſalarium eorum annuum decem librarum auri, aſſeſſoris
eorum centum ſolidorum, apparitorum trecentorum tri-
ginta, vt in tabella, de qua in auth. vt iudices ſine quoquo
ſuffrag. vbi Quæſtores non leguntur, & nihil ideo ab eis
dabatur, vt in §. §. ante dictam tabellam poſitis, & in §. ma
ximè, & §. propterea auth. de quæſtoribus, ſolebant autem
quæſtores ſortiri prouincias, exceptis ijs, quos candidatos
Principis appellatos dixi. l. 1. §. ex quæſtoribus, ff. de offic.
quæſt. & cura minoris laterculi ad quæſtores pertinebat l.
2. C. eod. l. 13. & vlt. C. de proxim. ſacror. ſerin. lib. 12. l. 5. in
fine, C. qui milit. poſſ. Imperator quoque Iuſtinianus no-
uum genus quæſtorum inſtituit, qui de peregrinis inquire-
rent, & eos, qui ſine cauſa in Vrbe morarentur, eijcerent,
& mendicantes validos coercerent. Ad hos etiam perti-
nebant cauſæ iniuriarum, occaſione conſuetudinum exor-
tæ: item falſi cauſa, illiſque maximè fuit iniunctum, ne
quid, vel ipſi, vel ipſorum apparitores à ſubditis accipe-
rent, vt ex Auth. de quæſtore per tot. latius dicitur. Sed &
qui quæſtores Romæ, & quor, qualiſque poteſtas, & mu-
nus erat, aut iuriſdictio, docet Alexand. ab Alexand. lib. 2.
c. 2. Genial. dier. & Budæus in rubrica de quæſtoris officio,
15 & Duarenus. De † Prætoribus Vrbanis ſupra dictum eſt.
Erant etiam & Prætores ſingularum prouinciarum, pe-
nes quos tam armorum, quam legum erat poteſtas. Dicti
autem

autem ſunt Prætores, quod cæteris omnibus præirent, &
præponerentur. Vnde & ea loca, in quibus publicè magi-
ſtratus, vel ius reddere, vel habitare ſolebant, prætoria di-
cebantur, vt ex Nouella c.24. clarius dignoſcitur, & con-
ſtat apud Ioan. c.18. Quamquam autem, vt ſupra in præce
denti tit. oſtenſum eſt, octodecim Prætores olim in Vrbe
fuiſſe, tamen Coſtantinopoli ex conſtitutione Impet. Va-
lent. & Martiani, non niſi tres Prætores creabantur, non
extranei, ſed incolæ eius Vrbis, adeo vt nec clariſſimi qui-
dem, vel ſpectabiles viri ex prouincijs ad præturam Vrbis
vocarentur, l.2. C. de offic. Prætor. l.1. C. de prætoribus. Ad
prætorum autem iuriſdictionem pertinebant cauſarum
cognitiones, & in quibus decretum interponebatur, l. vbi-
cumque 105. ff. de reg. iur. l.1. C. de offic. Prætor. Cognoſce-
bant etiam de rebus tam ciuilibus, quam militaribus, vt
ex d. Nouella c.24. apparet. Erat demum hic magiſtratus
annalis. Prætorum denique in Vrbe non erat vnum ge-
nus: alius Vrbanus dicebatur, alius peregrinus, alius fidei-
commiſſarius, &c. vt patet ex ijs, quæ ſupra de origine ma-
giſtratus poſuimus, de quibus plura non indigna recen-
ſent Hoctom. de Magiſtrat. & Valent. Forſter. in Hiſtor. iu
ris ciuilis. Hiſce Imperator Iuſtinianus adiecit Prætores
16 plebeios, quos veteres Romani † Præfectos vigilum, Græ
ci noctium Præfectos appellauerant, vt colligitur ex l.2. ff.
de orig. iur. & ex Nouella c.13. Quorum officium Impera-
tor Iuſtinianus ibi deſcribit. Quo autem tempore primũ
Prætores creari cœpere, & quod ius, quæve illorum pote-
ſtas fuerit, docet etiam Alexand. ab Alex. lib.2. Genial. die-
rum. c.15. & Duarenus eod. tit. Quæ autem Præfecti vigilũ
iura fuerint antiqua, hic exponam. Nam apud vetuſtio-
res incendijs arcendis triumuiri præerant, qui ab eo, quod
excubias agebant, nocturni dicebantur, interueniebant
nonnunquam ædiles, & Tribuni plebis, erat autem fami-
lia publica circa portas, & muros diſpoſita, quæ inde ſi
opus eſſet, euocabatur. Fuerunt & priuatæ familiæ, quæ
incendia, vel mercede, vel gratia extinguerent Deinde Di-
uus Auguſtus maluit per ſe huic rei conſuli, pluribus vno
die incendijs exortis. Nam ſalutem Reipublicæ tueri nulli
magis credidit conuenire, nec alium ſufficere ei rei, quam
Cæſarem. Itaque ſeptem cohortes opportunis locis conſti
tuit, vt binas regiones Vrbis vnaquæque cohors tueretur,
præpoſitis eis tribunis, & ſuper omnes ſpectabili viro, qui
Præfectus vigilum appellatur l.1. cum duabus ſequent. ff.
de offic. Præfect. Vigil. Iuſtinianus mutauit ei nomen, &
eum Prætorem plebeium appellauit in Nouella cõ.13. Hic
per totam noctem vigilare tenebatur, & oberrare calcea-
tus cum hamis, & dolabris, vt curam adhiberet: omnes
inquilinos admonere, ne per negligentiam aliquam incen-
dij caſus oriretur: præterea vt aquam vnuſquiſque in cœ-
naculo haberet, l. nam ſalutem 3. §. ſciendum, ff. de offic.
Præfect. vig. Cognoſcebat autem Præfectus Vigilum de
incendiarijs, effractoribus, furibus, raptoribus, & recepta-
toribus, niſi ſi qua tam atrox, tamque famoſa eſſet perſo-
na, vt Præfecto Vrbi remittenda ſit, ſed de capitalibus cau
ſis, vtputa ſi quis dolo incendium feciſſe diceretur, nihil
ſua authoritate poterat. Nam ſi quid huiuſmodi euene-
rat Præfecto Vrbi referre tenebatur, vt de memoratis cau
ſis celſiore ſententia iudicaretur d.l.3. §. cognoſcit, l.1. C. de
offic. Præfect. vigil. fuſtibus, & flagellis caſtigabat eos, qui
negligentius ignes habuiſſent, aut ſeuera interlocutione cõ
minatus fuſtium caſtigationem remittebat, dicta l.3. §. co-
gnoſcit l.4. ff. eod. vbi Duarenus. Poſt Præfectum vigilum
17 † de ædilibus eſt dicendum, de quibus adeſt Græca conſti
tutio in l.3. ff. de via publ. Hi curam gerebant per Vrbem
publicorum itinerum, vt complanarentur, neve flumina
damnum darent ædibus, & vt ponticuli eſſent quocum-
que loco opus eſſet. Curæ item habebant, vt ſi priuati pa-
rietes, qui in publicam viam ferunt, ruinam minarentur,
ædium Domini, eos, vt oportet demolirentur, ac repara-
rent, quod niſi feciſſent ius mulctandi eos habebant. Pro-
curabant etiam, ne quis publica itinera perfoderet, aut ag-
geribus congeſtis obtueret, neve quid in publico itinere
exædificaret. Præterea vt ante ſuas quiſque ædes publicas
vias repararet, repurgaretque aquagia, quæ ſubdio ſunt,
ita quidem ne quid impedimento eſſet, quominus iretur
ageretur. Quod ſi qui in conductis ædibus habitant, quod
ædium Dominus eis non reparet, ipſi reparauerint, com-
putent ſumptus in mercedem. Procurabant inſuper ne
quid ante officinas propoſitum eſſet, præterquam ſi fullo
veſtimenta ab excoctione ad auram tectearet, vel faber ro
tas exponeret, vt tamen ita collocarent, ne impedimento
eſſent, ducendo vehiculo. Sed nec rixati in itineribus, ne-
que ſtercora proijcere, neque morticinia, aut pelles iactare
permittebant, vt ex d.l.3. colligitur, de quibus Hoctom. de
Magiſtrat. & Valent. Forſter. in Hiſtor. iuris ciuilis, & Ale-
18 xan. ab Alex. lib.4. c.4. Genial. dier. † De Proconſulis, & le-
gati officio nunc eſt dicendum. Hic pleniſſimam iuriſdi-
ctionem in prouincijs habebat, omniumque partes, qui
Romæ quaſi magiſtratus, vel extra ordinem ius dicebat,
ad ipſum pertinebant l. ſi in aliquam 7. §. fin. cum ſequent.
ff. de offic. Proconſ. & legat. & ideo maius Imperium in ea
Prouincia habebat omnibus poſt Principem, nec quicquã
eſt in Prouincia, quod non per ipſum expediretur, niſi for-
tè fiſcalis pecuniaria cauſa eſſet: hæc enim ad procurato-
rem Principis reſpiciebat, melius fecerit, ſi abſtineat d.l.7.
in fine, & in l. nec quicquam 9. in princ. ff. eod. Proconſu-
laria etiam inſignia, Proconſul habebat ſtatim, atque Vr-
bem egreſſus eſſet, quod & Papæ legatis competit, & iu-
riſdictionem exercere poterat, non tamen contentioſam,
antequam Prouinciam eſſet ingreſſus, ſed voluntariam, vt
manumitti apud eum poſſent tam liberi, quam ſerui, & a-
doptiones fieri l.2. in princ. ff. eod. Poterat quoque Procon
ſul iuriſdictionem ſuam Legato mandare, dummodo
Prouinciam eſſet ingreſſus l.4. §. poſt hæc, ff. eod. l. ſolet 6. §.
ſicut autem, ff. eod. Si tamen antea mandatam poſtea in-
greſſus ratam habuerit, conualeſcebat dict. §. poſt hęc, ſed
etſi neceſſariam moram Proconſul in itinere patiebatur,
legato qui maturiſſimè in Prouinciam peruenturus erat,
poterat mandare nondum ingreſſus, l. aliquando 5. ff. eod.
Ea tamen, quæ ſunt meri Imperij Proconſul, nec extra, nec
intra Prouinciam mandare poterat l. ſolet 6. in princ. ff. co-
dem. Sicut autem mandare iuriſdictionem, vel non man-
dare in arbitrio erat Proconſulis, ita adimere mandatam
iuriſdictionem ei licebat, non tamen inconſulto Principe
d.l.6. §. ſicut. Antequam autem fines Prouinciæ ſibi decre-
tæ Proconſul ingreſſus erat, edictum de aduentu ſuo mit-
tebat, continens aliquam commendationem ſui, ſi qua ei
familiaritas eſſet in Prouincialibus, vel coniunctio, & ma-
ximè excuſans ne publicè, vel priuatim ei occurrerent, eſ-
ſe enim conueniens, vt vnuſquiſque eum in ſua patria ex-
cipiat d.l.4. § antequam. Rectè autem, & ordine faciebat,
ſi edictum deceſſori ſuo miſiſſet, & ſignificaſſet, qua die fi-
nes eſſet ingreſſurus, plerunque enim incerta, & inopinata
turbant prouinciales, & actus impediunt d.l.4. §. rectè, ff.
de offic. Proconſ. Hunc morem edicti mittendi Imper. Iu-
ſtin. videtur ſubſtuliſſe, dum quadam conſtitutione, ita in-
quit. Illud omnibus prædictum volumus, vt quem quiſ-
que magiſtratum ſuſcepit, eum tueatur, neque facti eius
magiſtratus ſucceſſores, cum longius adhuc à Prouinciæ
finibus abſunt, edicta, vt vocant, de aduentu ſuo mittant
Nouella c.95. Porrò prouinciam ingreſſus, illud etiam ob-
ſeruare tenebatur, vt per eam partem prouinciam ingre-
deretur, per quam ingredi moris erat, item obſeruare te-
nebatur, in quam primum Ciuitatem, vel veniret, vel ad-
plicaret. Magni enim faciunt Prouinciales ſeruari ſibi con-
ſuetudinem, & huiuſmodi prærogatiuas d.l.4. §. ingreſſus
etiam. Cum verò in aliquam celebrem Ciuitatem, vel Pro-
uinciæ caput perueniſſet, pati tenebatur, commendari ſibi
Ciuitatem, laudeſque ſuas non grauatè audire, & ferias
ſecundum morem, & conſuetudinem, quæ retrò obtinuit
dare l. ſi in aliquam in princ. ff. de offic. Proconſ. & legat.
ſed & quæ poteſtas Proconſulis foret, quive erant Procon-
ſules, & an idem iuris, quod Conſules, haberent, tradit Ale
19 xand. ab Alex. lib.2. Genial. dier. c.27. & Duaren. eod. titu.
c.1.2. & 3. † Ædes etiam ſacras, & opera publica circum-
ire inſpiciendi gratia, an ſarta tecta eſſent, & quæ eſſent,
vel an aliqua refectione indigerent, & ſi qua cępta eſſent,
vt conſumarentur, prout vires eius Reipublicæ permitte-
bat, curabat, curatoreſque operum diligentes præponere,
miniſteria quoque militaria, ſi opus erat, ad curatores ad-
20 iudicandos dare tenebatur d.l.7. § ædes. Obſeruare, & il-
lud † Proconſul oportebat, ne in hoſpitijs præbendis one-
raret Prouinciam, l. obſeruare 4. in princip. ff. eod. vbi Bu-
dæus. Neque ſtatores ſuos habere poterat, ſed iure eorum
milites miniſterio in prouincijs fungebantur d.l.4. §. nemo.
Proficiſci autem Proconſulem melius erat, ſine vxore, ſed
& cum

Digitized by Google

& cum vxore poterat dicta l.4. §. proficiſci. Quod tamen
vxor deliquiſſet ab ipſo Proconſule ratio, & vindicta exi-
gebatur dicto §. proficiſci. Quoad † Xenia Proconſuli ob-
lata attinet iubebatur obſeruare prouerbium hoc. Neque
omnia, neque quouis tempore, neque ab omnibus. Nam
valdè inhumanum eſt, à nemine accipere, ſed paſſim viliſ-
ſimum, & per omnia auariſſimum, l. ſolet 6. §. non verò, ff.
de offic. Proconſ. vbi Budæus. Quod de omnibus magi-
ſtratibus in genere ſupra extat probatum titu. 5. Præterea
Proconſul non niſi ſex faſcibus vtebatur, l. Proconſules 14.
ff. eod. † Ordo quoque poſtulantium à Proconſule obſer-
uari videbatur, ne fortè dum honori poſtulantium locus
daretur, vel improbitati cederetur, mediocres deſideria
ſua non proferrent, quia aut omninò non adhibuerint, aut
minus frequentes, neque in aliqua dignitate poſitos aduo-
catos ſibi proſpexerint, l. 9. §. obſeruare, ff. eodem. Sed &
† circa Aduocatos audiendos patientem Proconſulem eſ-
ſe oportebat, cum ingenio tamen, ne contemptibilis vide-
retur, nec ideo diſſimulare, ſi quos cauſarum concinnato-
res, vel redemptores deprehenderet d. l. nec quicquam 9.
§. circa Aduocatos. Eos quoque ſolos pati poſtulare, qui-
bus per edictum eius poſtulare permittebatur dicto §. cir-
ca ibi eos. † Aduocatos quoque petentibus tenebatur in-
dulgere, plurimumque fœminis, & pupillis, vel aliàs debi-
libus, vel iis, qui ſuæ mentis non ſunt, ſi quis eis peteret, vel
ſi nemo eſſet, qui peteret, vltrò eis dare debebat dicta l. 9.
§. Aduocatos quoque. Sed & ſi quis per potentiam aduer-
ſarij non inuenire ſe aduocatum diceret, æquè oportebat
ei aduocatum dare dicta l. 9. § ſed & ſi quis. † Cæterum op-
primi aliquem per aduerſarij ſui potentiam non oportet,
hoc etiam ad inuidiam eius, qui Prouinciæ præeſt, ſpectat,
ſi quis tam potenter ſe gerat, vt omnes metuant aduerſus
eum aduocationem ſuſcipere dicta l. 9. §. cæterum, de qua
re, & nos in glo. ſtat. Vrb. ca. 19. lib. 5. † Ea quoque, in qui-
bus cauſæ cognitio conſiſtit, & decretum interponendum
erat, Proconſul ipſe inquirere, & audire tenebatur ſine li-
bello dicta l. 9. §. vbi decretum. De plano quoque expedire
poterat hæc, vt obſequium parentibus, & patronis, liberiſ-
que patronorum exhibere iuberet, comminari etiam, &
terrere filium à parte oblatum, qui non (vt oportet) con-
uerſari dicatur, poterat de plano ſimiliter, & libertum non
obſequentem emendare, aut verbis, aut fuſtium caſtiga-
tione dicta l. 9. §. de plano, & nos in glo. ſtat. Vrb. c. 78. lib. 2.
In ſumma omnia Præſidum officia communia obſeruan-
da quoque erant à Proconſule dicta l. 9. §. final. & vſque in
aduentum ſucceſſoris omnia agere eum oportebat, nec
legatum ſuum ante ſe dimittere poterat, l. meminiſſe 10. in
princ. & §. fin. ff. eod. † Portam verò Romæ ingreſſus im-
perium deponebat l. Proconſul 16. ff. eod. Proconſulis † le-
gatus à Proconſule mandatam iuriſdictionem habebat,
ipſe nullam propriam habens l. legati 13. ff. de offic. Pro-
con. Merum itaque imperium, & animaduerſionem non
habebat, l. 1. §. vetus, ff. de iuriſdict. & ſupra titul. 7. Ideo-
que apud legatum Proconſulis nemo manumittere pote-
rat, nec adoptare, nec etiam erat apud eum legis actio, l. &
legati 15. ff. eod. Dandi tamen iudicis ius habebat, & tuto-
res dare poterat l. legatus 12. ff. eod. & ſupradicto titul. 7.
Cauſas etiam criminales quemadmodum, & ciuiles audi-
re poterat, ſed cum eſſet ſententia in iis contra eos feren-
da, eos ad Proconſulem tranſmittebat l. 1. C. de offic. Pro-
conſ. l. ſolet 6 in princ. ff. eod. & ſupra d. tit. 7. Item legatos
non oportebat Principem conſulere, ſed Procõſulem ſuũ,
& is, ad conſultationem legatorum reſpondebat dicta l. 6.
§. legatus, ff. eod. De huius legati Proconſulis iuriſdictio-
ne, atque poteſtate multa tradit Alexan. ab Alex. lib. 6. Ge-
nial. dier. c. 3. vbi etiam explicat, qui fuerint legati Conſu-
lum, vel Prætorum, quæve iuriſdictio, aut illorum pote-
ſtas ſit, quod facit etiam Budæus in rubrica, & in legibus,
quas declarat, & Duarenus eod. tit. c. 3. Nunc † de Præſide
Prouinciæ eſt agendum. Primum Præſidis nomen genera-
le eſt, eo quod, & Proconſules, & legati Cæſaris, & omnes
Prouincias regentes (licet Senatores eſſent) Præſides ap-
pellabantur. Proconſulis appellatio ſpecialis eſt, l. 1. ff. de
offic. Præſid. Omnia autem prouincialia deſideria, quæ Ro
mæ varios iudices habent, ad officium Præſidum pertinẽt
l. de omnibus 10. ff. de offic. Præſid. Et in homines ſuæ Pro-
uinciæ Præſes imperium habet, dum in prouincia eſt; nam
ſi exceſſerit, priuatus eſt. Habet interdum imperium, &
aduerſus extraneos homines, ſi quid in alium manu com-
miſerint. Nam & in mandatis Principum eſt, vt curet is,
qui Prouinciæ præeſt, malis hominibus purgari Prouin-
ciam, nec diſtinguitur, vnde ſint l. Præſes 3. ff. de offic. Præ-
ſid. In officiales Præfectorum curſum publicum lanian-
tes, & praua contra vtilitatem publicam molientes, vindi-
candi Præſes habet poteſtatem, ita vt Præfectos de eorum
culpa faciat certiores l. Imperator 4. C. de offic. Rector.
Prouinc. Sed & alij quamuis militiæ decorati, & proprijs
iudicibus deputati, tribunorum, & criminum occaſione iu-
riſdictioni Præſidis ſubijciuntur, nec in iſtis cauſis vocati
fori præſcriptione vti poſſunt §. volumus autem auth. vt
iudices ſine quoquo ſuffrag. & §. quod autem, & auth. vt
omnes obediant, &c. §. Artipiat, & §. 1. & per tot. Nam
30 † Præſes Prouinciæ in ea, cui præeſt prouincia maius om-
nibus poſt Principem imperium habet, iuſque gladij illi
competit, & in metallum dandi poteſtas ei permiſſa eſt, l.
31 Præſes 4. l. illicitas 6. §. penultimo, ff. de offic. Præſid. † Si ta-
men prouincia exceſſerit priuatus eſt. vt diximus l. præſes
3. ff. eod. non autem abdicando Imperium amittit l. lega-
32 tus 20. ff. eod. † Officia autem Præſidis ſunt, vt in primis
curet, vt pacata, atque quieta prouincia ſit, quam regit l.
congruet 13. ff. eod. l. Præſes 3. in fine, ff. eod. Nouella c. 17.
§. deinde conueniens, quod non difficilè obtinebit, ſi ſollici
33 tè agat, † vt malis hominibus prouincia careat, eoſque
conquirat. Nam & ſacrilegos, & latrones, plagiarios, fures
conquirere debet, & prout quiſque deliquerit in eum ani
maduertere, receptoreſque eorum coercere, ſine quibus
latro diutius latere non poteſt d. l. congruet, & alijs mox al-
legatis iuribus. Præterea æquitatem in ſubditis conſerua-
34 re debet, & † neque lucri, neque alicuius affectionis cauſa
in alteram partem concedere dicto §. quod autem Auth.
vt iudices, &c. §. & hoc peruenit Auth. vt nulli iudic. obſer
35 uandum eſt, & illud, vt † in adeundo facilem ſe præbeat,
ita tamen vt contemni ſe non patiatur. Vnde mandatis a-
dijcitur, ne Præſides prouinciarum in vlteriorem familia-
ritatem prouinciales admittant. Nam ex conuerſatione
æquali contemptio dignitatis naſcitur. Sed & in cognoſcẽ-
do, neque excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat,
neque precibus calamitoſorum illachrymari oportet; id
enim non eſt conſtantis, & recti iudicis, cuius animi motũ
vultus detegit, & ſummatim ita ius reddere debet, vt au-
thoritatem dignitatis, ingenio ſuo augeat l. obſeruandum
36 19. ff. de offic. Præſid. Nouel. c. 8. § oportet igitur. † Roma-
nam autem conſuetudinem Præſes prouinciæ attendere
non debet, l. ſed licet 12. ff. eod. cum vt diximus, illa ſit ſo-
lum ſeruanda intra centeſimum ab Vrbe milliare. Porrò
37 † tributorum quoque exactio, & ne fiſcus aliquid detri-
menti accipiat ad curam Præſidis in Prouincia, cui præeſt,
pertinet. Nouella con 8 §. eos autem, alias auth. vt iudices.
38 Item vt † diſciplina publica cuſtodiatur, & ſubditi conſer
uentur illæſi. §. quoniam verò auth. vt nulli iudic. Suo quo-
39 que periculo † Præſes controuerſijs tam ciuilibus, quam
criminalibus per ſententiam ſuam finem imponet, & ne
humiliores à potentioribus opprimantur, prouidebit, &
ne illicita miniſteria, vel ſub ſpecie tributorum illicitæ exa
ctiones ſubditis extorqueantur, curabit. §. nunc verò ibi,
neque verò angarijs, & ibi, & omnes, quæ moræ Auth. vt
nulli iudic. l. illicitas 6 §. 1 ff. de offic. Præſid. & §. ne poten-
40 tiores l. moderatores 11. C. de offic. Rector. Sed † neque li
cita negociatione aliquos prohiberi, neque prohibita exer
ceri, neque innocentibus pœnas irrogari prouidebit dicta
41 l. 6. §. ne licita. † Nec tenuis vitæ homines ſub prætextu
aduentus officiorum, vel militum, lumine vnico, vel breui
ſupellectili ad aliarum vſum translatis iniurijs vexentur,
Præſes Prouinciæ prouidebit. Ne quid ſub nomine militũ,
quod ad vtilitates eorum in commune nõ pertinet à qui-
buſdam propria ſibi commoda iniquè vindicantibus com
mittatur Præſes Prouinciæ prouidebit, dicta l. 6 §. & ne te-
42 nuis vitæ. Illud quoque obſeruandum eſt Præſidi, † ne fi-
nes Prouinciæ ſuæ excedat, niſi voti ſoluendi cauſa, dum
tamen abnoctare ei non liceat. Item ne Romam ſine iuſſu
Principis proficiſcatur, l. illud 15. ff. de offic. Præſid. l. nullus
9. C. de offic. Rector. prouinc. Complura alia Præſidis offi-
cij ex alijs diuerſis locis annotare licet Nam in l. 2. ff. de of
fic. Præfect. proponitur in loco adoptionum in l. Præſes 5.
ff. eod. in loco tutelæ in l. illicitas 6. in princ. ff. eod. in actio-
ne, quod metus cauſa in l. Præſes 7. eod. in loco de ædific.
pri-

Digitized by Google

43 priuatis,& in alijs legibus. Sunt item præter hæc † & alia
officia ſpecialia Præſidum certarum prouinciarum,vt pu-
ta Proconſulis Aſiæ, Præfecti Prætoriorum Africæ, Procó-
ſulis Cappadociæ,vt in proprijs eorum locis, & authen.vt
iudices ſine quoquo ſuffrag. De Præfecto Auguſtali eſt,l.
2.C.de offic. Præfect.Auguſt.l.1.eod.& l.1. ff. eod.de Pro-
conſule Aſiæ, ac eius officio proponitur in l.2. C. de offic.
Proconſ. De Vicario Aſianæ prouinciæ Præſide Phrygiæ
pacatianæ,ac illorum officijs proponitur in §. illud tamen
decernimus.Auth.ſupra citata.De Præfecto Prætoriorum
Aſiæ proponitur in l.1. C. de offic. Præfect. Prætor.l.2. C.
eod.De Proconſule Cappadociæ in Nouella c.30.De Pro-
cóſule Paleſtinæ in Nouella con.103. De moderatore Ara-
biæ in Nouella c.102. De quatuor Præſidibus Armeniæ c.
31.De moderatore Helleſponti in Nouella c.28. De Præſi-
de Piſidiæ in Nouella 24.§. inuenimus , & in Nouella con.
145.De Prætore Licaoniæ tractatur in Nouella con.25. De
Prætore Thraciæ in Nouella c.26. De Prætore Paphlago-
niæ in Nouell.c.29. De Prætore Siciliæ in Nouella cõ.104.
De Iuridico Alexandriæ in l.1.ff.de offic.Iurid. Alex.l.2.ff.
eod.l.1 C.eod.De Comite Iſauriæ in Nouella c.27. De Co-
mite Orientis in l.1.C.de offic. Comit. Orient. De Comite
Galatiæ primæ in Nouella c.8.§.hoc ipſum. De veſtitu Cæ-
ſaris habetur infra lib.4.titu.15. & de veſtitu aliorum ma-
giſtratuum poſt Cæſarem plura refert Maſtrillus de Ma-
giſtratibus lib.5.c.2.num.10. & ſequentibus,vbi num.26.
dicit,Magiſtratibus , Iuriſconſultis , & Aduocatis togam
conuenire,ſed & de Vicarijs,Adiutoribus, apparitoribus,
& miniſtris magiſtratus,ac iudicum eſt dicendum.

S V M M A R I V M.

1 *Vicarij conſtitui prohibentur.*
2 *Vicariorum poteſtas,qua.*
3 *Apparitores,& miniſtri iudicum quot.*
4 *Apparitores,qui conſtituendi.*
5 *Infideles milites non debent conſtitui.*
6 *Tabularij Scribæ,& alij milites non eligendi.*
7 *Negociatores milites non eligendi.*
8 *Apparitores,ſeu milites neminem lædant.*

De Vicarijs, Adiutoribus, Apparitoribus,& miniſtris magiſtratuum , ac iudicum in genere. Tit. 10.

1 VIcarij † regulariter fieri , ac conſtitui prohibentur
§.nulli Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. l.nullũ
10. C. de offic. Rector. Prouinc. Nouella c.134. No-
uella 128.Per Oſdroenam autem, & Meſopotamiam Pro-
uincias conceduntur. Nouella c.134.Item exigente neceſſi-
tate d. Nouella c.134.in princ.& §.ad hæc,& Nouel.c.128.
Vel niſi iudex , ſeu magiſter Ordinarius nondum in Pro-
uinciam venerit d.c.128.§.ad hæc prohibemus.Sed neque
nomen , neque ordinem Vicarij, ſi aliqua neceſſitate mit-
tantur habere debẽt d. Nouella c.134.§.Quod ſi neceſſitas.
2 † Poteſtas autem dignitas , officium , & relationes talium
Vicariorum,qui mittuntur,proponitur.in Nouella c.128.
in l.1.C.de offic. Vicar.in Nouella c.134.§. ſimulatque ve-
3 rò, & in l.2.C. de offic. Vicar. † Apparitores autem,& iu-
dicum miniſtri,quot ſint conſtituendi,definitur in Nouel-
la c.82.in l.in prouincijs 4.C.de numer.actuar.l.per Illyri-
cum 9.C.de cohortal.& princip.& in l.comperimus 13.C.
4 de proxi.ſacr. ſcrin. † Conſtituendi autem illi ſunt, qui a-
liàs probati,fideles,& diligentes inuenti fuerunt,non autẽ
illi, qui antea malè officium geſſerunt , nec rationes reddi-
derunt dicta l.9.§.adhibendi. Nouella c.82.l. quicunque
5.C.de diuer.offic.l.1.C.eod.l.2.C.de Palatin.ſacr.largit.l.
ſi quid 12.C.de ſuſceptor.Nec minus iniqui,& lucri cupidi
l.ad ſplẽdidioris 7.C.de diuer.offi.d.l.9.in fine,C.de cohor
5 tal.nec pauperes, † nec infideles,l.qui,vel 4.C.de diuer. of
fic.l. probatorias 9.§.de his etiam, C.eod. Nam infidelibus
non licet Principi Chriſtiano in militia vti, vt in d.§. & la-
tè probat, reiectis contrarijs diſputatio edita poſt deciſio.
Octauij Cacher.quas Pedemon. nuncupant ſub nume.10.
& ſeq. Nec minus licet inire fœdus cum Principibus infi-
delibus,vt lib.2.Paralip.c.16.19.& 20.& lib.1.Maccab.c.8.
& 9.lib.2.c.10.& lib.Iudic.c.11.& lib.3.Regum c.22. Bel-
larm.in vita Ioſaphat in fine.Illi autem,qui ex illa prouin-
cia ſunt oriund., in qua officium eſt adminiſtrandum , vel
in ea domicilium habent,adhibendi non ſunt l.nullus 3.C.
6 de diuer. offic.l.vltima, C.de offic. Rector. † Nec tabula-
rij,nec ſcribæ , nec logographi,nec eorum filij in hac mili-
7 tia ſunt adhibendi,l.1.C.de tabul.ſcribis,&c. † Nec minus
negociatores,l.1.C.negociatores,ne militent. Et à Principe,
ſeu Principis authoritate conſtituendi ſunt , d.l. probato-
rias 9.C.de diuer.offic.l.matriculam 3.§.fin.C.de agent. in
reb.l.iubemus 5.C.de off.mag.offic.l. hac ſanctione 10. C.
de diuer.offic.l.in his 6.C.eod.leg.2.C.de cohort.Alter au-
tem apparitor ſe officio alterius immiſcere prohibetur , l.
2.C.de execut.& exact.l.in prouincijs 4.C. de numerarijs.
8 † Subditos lædere non poſſunt, nec quicquam ab eis iniu-
ſtè exigere,l.1.C. de lucr.aduocat.l.2.3 & 4.C.eod. rationẽ
reddere tenentur, l.quicunque 5 & l.1.C. de diuer.offic.l.
2.C.de Palatin.l. ſi quid 12.C. de ſuſceptor. De his Cicero
pro Cluentio.

S V M M A R I V M.

1 *Apparitores,Proconſulis,qui,& quot.*
2 *Apparitores Quæſtoris,& aliorum quot.*
3 *Primipilares.*
4 *Cohortales.*
5 *Primicerij officium,dignitas priuilegia.*
6 *Irenarcha.*
7 *Principes agentium.*
8 *Statores.*
9 *Decani.*
10 *Referendarij.*
11 *Numerarij.*
12 *Actuarij.*
13 *Chartularij.*
14 *Scriniarij.*
15 *Tractatores,& ſtatini.*
16 *Tabularij.*

De apparitoribus,& miniſtris magiſtratuum, & iudicum in ſpecie. Tit. 11.

1 APparitores † autem Proconſulis, qui conſtituendi,
quot,& illorum officium proponitur in l.1. 2. & 3.
2 C.de apparitoribus Proconſulis. † Quot Quæſto-
res ſint conſtituendi definitur in l. comperimus 13. C. de
proxi.ſacr.ſcrin.l.penult.§.final.& l.vlt.§.penult. & fin C.
eodem. Sed aliquo eorum deficiente alius in eius locum eſt
ſubrogandus,l.vlt.C.eod.& l.13.§. ſancimus. Modus autẽ
ſubrogandi datur in l.comperimus 13.§.illud etiam C.eo-
dem. De illorum autem annona,priuilegijs,& officio pro-
ponitur in Nouella c.80.in l.hac lege 14 C.de proxim. ſacr.
Apparitores Comitis Orientis quot eſſe debeant definitur
in l.1.C.de apparit.Comit.Orientis. Apparitores Præfecti
annonæ , ac illorum officia proponuntur in l.1. & 2. C. de
apparit.Præfect.anno. Apparitores Præfecti Prætorio, il-
lorum dignitas, immunitas, quis ſit eorum iudex compe-
tens proponitur in l.1.2.& 3.in princ.& §.fin.C.de appari-
tor. Præfecti Prætor. Item de eorum bonis vacantibus in
d.l.3.§. huic ſanctioni. Apparitorum Præfecti Vrbi digni-
tas proponitur in l.1. C.de apparitor. Præfect. Vrb. Et iſti
apparitores iudicis laici poſſunt capere Clericos in aliquo
fragranti crimine repertos , vel de fuga ſuſpectos , vt per
Stephan.Aufrer.in repetit.Clement.1.de offic.ordin. quæ-
ſtio.2.per tot.vbi ſub num.6. in fine dicit tutius eſſe.quod
apparitores iudicis laici deputentur apparitores à Prælatis.
Nam & ipſi poſſunt illos,vel alios conſtituere,& fami-
liam armatam retinere , vt latè per Decium poſt alios in c.
ſignificaſti,num.17.& ſequen.de offic.deleg. ca.dilecto, de
ſentent.excomm.in 6.Stephan.Aufrer.de poteſt.Eccleſ.ſu
3 per laic.num.18.& 20. † Primipilares ad nullam aliam mi-
litarem dignitatem aſpirare poſſunt, & eorum commoda
tranſeunt ad hęredes.l.1.C.de primipilo.l.nullum 15.C.de
4 cohort.l.quicunque 5. C. de primipilo. † Cohortales quo-
modo ſint ſuſcipiendi , ac de illorum priuilegijs propon-
tur in l.quicunque 10 C.de cohortal.l.ſolita 3.l.ſi quis 11.
l.officia 4.C.eod. Nec ipſi ad aliam dignitatem militarem
aſpi-

aſpirare poſſunt. De eorum liberis proponitur in l. quæ-
5 cunque 7. C. de princip. agent. in rebus. † Primicerij offi-
cium, quod, quanto tempore duret, & quo ordine ſucce-
datur in eo, proponitur in l. primiceriatus 5. C. de offi. Præ-
fect. Vrb. in l. 2. in princ. C. de primicer. Item eius dignitas,
& priuilegia proponitur in l. 1. C. de primicer. in l. 2. §. fina.
6 C. eod. & in l. 1. C. de menſoribus. De † Irenarchæ mune-
re, nominatione, genere, & officio proponitur in l. 1. C. de
Irenarchis, l. munerum 18. §. Irenarchæ, ff. de muner. & ho
nor. l. Diuus 6. ff. de cuſt. & exhib. reorum. Stationarij, qui,
& eorum officia proponuntur l. 1. C. de curioſis, & l. 1. C.
7 de cohortal. † Principes agentium in rebus pertinent ad
eos Principatus, ad quos eos ordo vocat l. 1. C. de præpoſ.
agent. in rebus. Niſi poſterior ordine poſt 25. annum ad-
uerſa valetudine finem conſequi non poſſit, tunc enim iiſ-
dem gaudet priuilegijs, quibus Princeps agentium, l. ex
agentibus 4. §. & ſi quis. C. de princip. agent. in rebus. Ve-
rum eorum dignitas, officia, priuilegia, numerus, & alia ad
eos pertinentia proponuntur in l. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 8. & tot. titul.
C. de principi agent. in reb. in l. 1. C. de præpoſ. agen. l. ma-
triculam 3. C. de agent. in reb. l. 2. & 7. C. eod. l. 2. C. de cu-
8 rioſis, & ſtationarijs, l. 3. & vlt. C. eod. † De ſtatoribus, co-
rum annona, & ſalario, proponitur in l. 1. C. de ſtatoribus.
De Caſtrenſianis, & miniſterianis proponitur in l. 2. C. de
9 Caſtren. & miniſter. † De Decanis in l. 1. C. de Decano in l.
10 1. C. de Decan. † De Referendarijs, ac illorum numero
11 proponitur in Nouella c. 11. † Numerariorum numerus,
& officia, nomen, dignitas, & alia ad ipſos pertinentia pro-
ponuntur in l. in prouincijs 4. C. de numerar. l. duos 13. C.
de ſuſceptor. l. 2. C. de numer. l. 1. 3. 8. & 11. C. eod. De exce-
ptoribus, ac eorum iudice proponitur in l. 5. C. eod. & in l.
12 3. §. fi. C. de apparit. Præfect. Prætor. † Actuarij, & † Char
13 tularij proponuntur in l. actuarios 7. C. de numer. in l. ne-
14 mini 9. C. eod. in l. 10. & vlt. eod. De † Scriniarijs, eorum nu
mero, dignitate, officio, & alijs ad eos pertinentibus pro-
ponitur in l. pro biennio 6. C. de proxim. ſacr. ſcrin. l. ad ſi-
militudinem, C. de palat. ſacrar. largit. l. hac parte 10. C. de
proxim. ſacr. ſcrin. l. comperimus 13. C. eod. l. vltima, C. de
numer. l. ſcriniarios, C. eodem l. nulli 10. C. de numer. per
15 tot. † Tractatores, & ſtatui proponuntur in l. 1. C. de tract.
16 & ſtat. † Tabularij verò, qui ordinandi, proponuntur in l. ge
nerali 3. C. de tabul. & ſcribis, & in l. 1. C. eodē, ſed de his ha-
ctenus, complura de alijs dicentur. In eorum locis magis
ſpecialibus, omiſſis magiſtratibus, quos poſt iſtos vſus ſeu
dominorum introduxit, de quibus latè poſt antiquos incipien-
do à Regibus, & alijs maioribus Principibus, & proſequē-
do vſque ad minores agit Roſental. de feud. & Maſtrillus
de Magiſtratibus. & in Syntagma commun. opin. ioris lo-
co 2. tit. 2. & ſequentibus plura de Regibus, & Principibus
referuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Publica iudicia quæ, & illorum ratio.*
2 *Publica iudicia capitalia, non capitalia.*
3 *Publica iudicia, vnde veniant.*
4 *Publica iudicia quomodo ordinentur.*
5 *Publica iudicia, cui competunt.*
6 *Accuſare mulieres non poſſunt cum limitationibus, & declarationibus.*
7 *Pupillus accuſare non poteſt, limitatur.*
8 *Seruus accuſare non poteſt, limitatur.*
9 *Accuſare non poteſt, qui quinquaginta in bonis non habet.*
10 *Milites accuſare non poſſunt, limitatur.*
11 *Magiſtratus accuſare non poſſunt.*
12 *Infames non accuſant, limitatur.*
13 *Calumnia notati non accuſant.*
14 *Pecunia accuſare non licet.*
15 *Accuſare non poteſt, qui duos reos habet, limitatur.*
16 *Accuſare non poteſt, qui cum beſtijs pugnauit.*
17 *Familiares familiares, ſeruus dominum, libertus patronum non accuſat, limitatur.*
18 *Dominus ſeruum, Pater filium accuſat.*
19 *Procurator principalem non accuſat.*
20 *Reus non accuſat accuſatorem, limitatur.*
21 *Calumnioſus non accuſat, quem alias accuſauit.*
22 *Qui deſtitit ab accuſatione, vlterius non accuſat.*
23 *Deſtitiſſe quis dicatur.*
24 *Plures de eodem crimine vnum non accuſant, limitatur.*
25 *Iudices ſine accuſatione ex officio procedunt.*
26 *Conſuetudo inquirendi ex officio publico damnoſa.*
27 *Alius pro alio accuſari, & puniri non debet, limitatur.*
28 *Hæres non tenetur de delicto defuncti, limitatur.*
29 *Alius pro delicto alterius tenetur.*
30 *Procurator non accuſat, nec defendit, limitatur.*
31 *Procurator reddit cauſam abſentia accuſati.*
32 *Procurator ſeruum, & mulierem accuſatam defendit.*
33 *Publica iudicia, vbi exercenda, vel non.*
34 *Accuſator forum rei ſequitur.*
35 *Decuriones iudicantur ab Imperatore.*
36 *Magiſtratus iudicandi ſunt efficaciter.*
37 *Ciuiles iudices criminalia non iudicant.*
38 *Iudices Eccleſiaſtici cauſas ſanguinis dimittunt laicis.*
39 *In publicis iudicijs proceditur de plano.*
40 *Iudicia publica intra biennium terminanda.*
41 *Iudicia publica præſcribuntur.*
42 *Iudicia publica pro priuato intereſſe agi poſſunt.*
43 *Solemnitas in notorijs non eſt neceſſaria.*

De iudicijs publicis in genere.
Tit. 12.

1 DE iudicijs nunc, vt dicamus oportet, quæ † partim
publica ſunt, partim priuata. Publica autem, quæ
ad noſtrum tractatum attinēt, ita dicta ſunt, quod
cuiuis ex populo executio eorum plerunque detur, §. 1. in-
ſtit. de [illegible] iudic. de quibus Decianus lib. 5. c. 3. tract. cri-
minal. & emendatio delinquentium eſt ratio eorum 21. q.
2. c. placuit, §. fin. 23. q. 4. c. eſt iniuſta, § fin. Duaren. ff. de pu
blicis iudicijs, c. 1. & 2. D. Thom. in 2. 2. quæſt. 95 & 96. &
Polyantea in verb. accuſatio. Decian. vbi ſupra, & c. 4. Quæ
2 rurſus duplicia ſunt. † Quædam enim capitalia ſunt, quæ-
dam non capitalia. Capitalia dicimus, quæ vltimo ſuppli-
cio afficiunt homines, vel etiam aquæ, & ignis interdictio-
ne, vel deportatione, vel metallo. Cætera ſi quam infamiā
irrogant cum damno pecuniario, hæc publica quidē ſunt,
non tamen capitalia, §. 2. inſtit. eod. l. 2. ff. eod. Non tamen
3 omnia iudicia, in quibus crimen vertitur; publica ſunt, †
ſed ea tantum, quæ ex legibus iudiciorum publicorum ve
niunt, vt lex Iulia maieſtatis, Iulia adulterij. Cornelia de
Sicarijs, & veneficis. Pompeia parricidij, Iulia peculatus,
Cornelia de teſtamentis, Iulia de vi publica, Iulia de vi pri
uata, Iulia ambitus, Iulia repetundarum, Iulia de Annona,
Fauia de plagiarijs, & Iulia de reſiduis l. 1. ff. de publ. iud. §.
publica autem inſtit. eod. de quibus infra tit. 28. & ſequen.
4 Porrò † publica iudicia, neque per actiones ordinantur,
nec omninò quicquam ſimile habent cum iudicijs priua-
tis, magnaque diuerſitas eorum eſt & in inſtituendis, & in
exercendis §. publica iudicia, neque per actiones inſtit. eo-
dem. Ordo enim exercendorum publicorum iudiciorum
capitalium in vſu eſſe deſijt, durante tamen pœna legum
5 cum extra ordinem crimina probantur. † Competunt au-
tem hæc iudicia publica cuiuis accuſare volenti, vt dictum
eſt, à principio. Sed an Chriſtiano homini licita ſint? diffe-
ritur in c. a. 1. & ſequentibus 23. quæſt. 4. & firmatur, quod
ſic, & ex D. Thoma in opuſculo 20. poſt alios hoc idem fir
mat Bellarmin. lib. 3. controuer. cap. 2. & 3. de laicis, clericis
publica hæc iudicia iure canonico leguntur prohibita in
c. Prælatis de homicidio in 6. in c. clericis, & in cap. ſenten-
tiam. ne cler. vel monach. 2. q. 7. c. ſicut ſacerdotes. Gail. de
Pace publica lib. 1. c. 8. Niſi in illis non veniat irroganda ſan
guinis pœna, vel proteſtētur non agere ad pœnam ſangui-
nis, d. c. Prælatis, & 23. q. 5. c. de occidendis, vel. abſit. Gail.
6 vbi ſupra nume. 5. & 14. † Sed, & mulieres ad accuſandum
non admittuntur, l. qui accuſare 8. ff. de accuſat. l. 1. ff. eod.
l. Senatuſconſultos. C. qui accuſ. non poſſ. l. de crimine 12.
C. eod. niſi ſuam, ſuorum que iniuriam perſequantur, l. 1.
& 2. ff. de accuſat. l. vxor 4. & l. non ignorat 9. C. qui accuſ.
non poſſ. Duarenus eod. tit. c. 3. & pluribus ſequentibus 2.
q. 1. c. prohibentur 15. q. 3. in princ. & c. de crimine, & c. ex
eo, §. fin. c. certis de cauſis. Tamen publico iudicio non ha-
bere mulieres adulterij accuſationem, etiamſi de matri-
monio ſuo violato queri velint, lex Iulia declarat, quæ cū
maſculis iure mariti accuſandi facultatem dediſſet, non idē
fœminis priuilegium detulit, l. 1. C. ad leg. Iul. de adulter.

32.

32.q.1.c.apud miſericordem §.publico,& q.5. c.penult.§.
ſed quærimur cum c.ſequen.& nos in gloſſ.ſtatut.Vrb. c.1.
lib.2. ex lege Cornelia teſtamentaria eis accuſare permit-
titur l.2.§.idem,& in lege,ff. de accuſat. Sed & in quæſtio-
nibus læſæ maieſtatis mulieres audiuntur, l. in quæſtioni-
bus 8.ff.ad leg.Iul.maieſt.15.q.3 capit.certis de cauſis,§.in
quæſtion.c.ſanè,§.vnde, & nos in dicta gloſſ.Item propter
publicam vtilitatem ad annonam pertinentem audiuntur,
l.mulierem 13.ff.de accuſat.l.Impp.Seuerus 3.§.final.ff.ad
7 leg.Iul.de annona 2.q.1 c.prohibentur,§.mulierem. † Pu-
pillus quoque publico iudicio accuſare prohibetur, niſi
patris, vel aui ſui mortem perſequi,vel de teſtamento pa-
tris agere conſilio tutorum velit: his enim caſibus ad accu
ſandum admittitur,l.qui accuſare 8.in princip.ff. de accu-
ſat.l.2.§.fin.ff.eod.d c.prohibentur,& 15.q.3.cap.certis de
8 cauſis,§. pupillis, & nos in dicta gloſſ.Similiter † ſeruus ab
accuſationibus repellitur,præterquam ſi,vel ex lege Iulia
maieſtatis, vel ex lege Iulia de annona accuſet,l. quoniam
26.C.ad leg Iul.de adulter.l.famoſi 7.ff.ad leg.Iul. maieſt.
l.mulierem 13.§.fin.ff.de accuſatio.d.c.prohibentur,§.mu-
lierem,& 3.q.5.c.canonica,c.accuſatores,§.fin.& cap nul-
lus. Nonnulli etiam prohibentur accuſare propter pau-
9 pertatem,vt ſunt, † qui minus quam quinquaginta aureos
habent,l.nonnulli 10.ff.de accuſat.2.q.1.c.prohibentur,§.
nonnulli,& c.in primis,§. ſed & de perſonis. Alij etiã pro-
10 pter ſacramentum accuſare prohibentur,† vt milites,qui
ſtipendium merentur,l. qui accuſare 8.ff.de accuſat. d.ca.
prohibentur. De læſa tamen maieſtate,& annona milites
quoque audiuntur, & ſi ſuam, ſuorumque iniuriam per-
ſequantur,l.famoſi 7.ff.ad leg. Iul. Maieſt.l. mulierem 13.
ff.de accuſat.l.non prohibentur 8.C.qui accuſar.non poſſ.
d.cap.prohibentur,§.mulierum ibi milites quoque. Alij
11 † prohibentur accuſare propter magiſtratum,poteſtatẽ-
ve,in qua agentes ſine fraude in ius euocari non poſſunt,l.
non prohibentur 8. ibi alij propter magiſtratum, C. qui
accuſ.non poſſ.d.c.prohibentur in princ. Alij propter deli
12 ctum proprium,vt † infames excommunicati,&c. D.Th.
2.2.quæſt.68. artic 1. quæ tamen exceptio eaſdem recipit
replicationes, quas Superior de militibus dicta l.8. ibi alij
propter delictum l.is,qui 4.ff.eod.d.l.7.ff.ad leg.Iul.maie-
ſtat.d.l.mulierem 13.ff. de accuſat.& d.l.4. in princ. d.cap.
prohibentur,§.alij propter delictum 3.q.4.in princip.cum
cap.ſequen.3.q.5.c.canonica,c.accuſatores,cap.conſtitui-
mus,c.ſimiliter,c.nullus 4.q.1.c.1.§.omnes etiam,& 6.q.1.
in princ.cum cap.ſequen.& ca.beatus.Et de hæreſi,vel Si-
monia audiuntur omnes 6.q.2.c.nos ſequentes,§ ſed,licet.
13 glo.d.ſtatuti 10.except.& infra lib.3. tit.110. & 111. † Ca-
lumnia quoque notatis ius accuſandi eſt ademptum, & il-
lis,qui ſunt præuaricati, l.4.ff.de accuſat.l.alij 9. ff. eod.l.
accuſator 5.ff.de præuaric.d.l.4.in fin.Idem dicendum eſt
14 de ijs, † qui ob accuſandum,vel non accuſandum,aliquan
do pecuniam acceperint, l qui accuſare 8.ibi nummosve,
ff.de accuſa.l.4.in fine,ff.eod.glo. in ſtat. Vrb.ca.1.8.& 12.
15 except. lib 1. Sed & is, † qui duos reos ſimul delatos ha-
bet, tertium accuſare prohibetur,niſi ſuam, ſuorumque
iniuriam perſequatur,qualis eſt is, qui mariti iure adulte-
rij crimen intendit dicta l.8.§. alij propter turpem, l.cum
rationibus 16.C.qui accuſ.non poſſ.l.hos accuſare 12. §.le-
ge Iulia,ff.de accuſat.l.inter liberas 6.§.fin.ff.ad leg. Iul.de
16 adulter.& nos in dicta glo.13.except.Is quoque † qui cum
beſtijs pugnauit, vel rem ludricam, ſiue lenocinium exer-
cet publico iudicio accuſare prohibetur,l.is,qui 4.ff.de ac-
cuſat.l.qui accuſare 8.ibi alij propter turpem,ff.eodem.&
17 nos in dicta glo.14. except. Sed nec † familiaris familiarẽ,
vel ſeruus Dominum,aut libertus patronum accuſans, au-
diendus eſt,niſi ciuiliter,non criminaliter agatur,vel ex le-
ge Iulia maieſtatis accuſatio inſtituatur, vel de annona,
vel ſeruus queratur teſtamenti tabulas, in quibus ſibi li-
bertas ſit relicta à Domino ſupprimi,vel denique libertus
patronum iure mariti adulterij accuſet dict.l.8.in fine, l.ſi
quis 20.C.qui accuſ.non poſſ.l.1.§.quod autem, ff.de offi.
Præfect.Vrb.l.falſi 5.C.ad leg.Cornel.de fall.l.ſi magnam
13.quæ loquitur in fratre,C qui accuſ. non poſſ.l. ſi ſoro-
rem 18.C.eod.l.ſi liberti vlt.C.eod.l.qui accuſare 8. in fine,
ff.de accuſat.l. ſi adulterium 38.§.liberto,ff.ad leg. Iul. de
adultet.l.iniquam 17. C.qui accuſat.non poſſ. l. hi tamen
11.§.1.ff.de accuſat.l.1 §. quod autem dictum eſt,ff de off.
18 Præfect. Vrb.l.falſi 5.C.ad leg.Cornel.de falſis.Planè † Do
minus ſeruum,& pater filium accuſare non prohibentur,
l.ſeruos 5.ff.de accuſat.l.propter 14.C.qui accuſ.non poſſ.
l.nullo 7.ff.ad leg.Cornel.de falſ.l.1.ff.ad leg. Iul.de anno-
19 na cum alijs alleg. per nos in d.gloſ.15.except. † Procura-
tor inſuper dominum, cuius negocia geſſit, accuſare non
poteſt,l.deferre 18.§.item decreuerunt,ff. de iure fiſci ..&
tamen Gaſpar de Angelis procurator accuſauit D. Achil-
lem Pandulphum eius clientem meum domeſticum cum
manifeſta calumnia, vt exitus docuit, atque probauit, &
accuſatio fuit recepta, quæ non erat recipienda d.§.item
decreuerunt.Ad id deuenit latrunculatorum moderna ta-
bies, vt ſpretis legibus, omnia audeant contra publica iu-
20 ra. † Nec reus criminis eum,à quo reus factus, vel accuſa-
tus eſt,accuſare permittitur,niſi fortè prior accuſatio fini-
ta ſit,& reus abſolutus, vel ſaltem damnatus Ciuitatem,
& libertatem retinuerit,vel maius crimen in poſteriori iu-
dicio obijciatur accuſatori,vel reus ſuam,ſuorumq; iniu-
riam perſequatur, vel cauſam fiſco deferre velit, vel vxor
à marito adulterij accuſata lenocinij crimen illi obijciat
hoc enim caſu maritus quoque accuſator poteſt damnari
l.is,qui 5.ff.de publ.iud.l.2.§.qui hoc dicit,ff.ad leg.Iul.de
adult.l.neganda 19.C.qui accuſ.non poſſ.l.1.C eod.l. capi-
tis 21.ff.de accuſ.d.l.2.§.ſi publico,ff.ad leg.Iul. de adulter.
l. 2.§.ſed ſi agatur,ff.de iudicijs.Sed & reus pendente prio
re accuſatione inſcribere in crimen accuſationis ſuæ nõ
prohibetur,l.neganda 19.in fi.C.qui accuſ.non poſſ.& nos
21 in d.gl.17.except. † Is quoque,qui antea in alia accuſatio-
ne aduerſus eundem calumniatus eſt,ab accuſatione repel-
litur,l.ſi cui 7.§.ſi tamen, ff.de accuſat.& nos in dicta gloſ.
22 18.except.Similiter & is, † qui antea ab inſtituta accuſatio-
ne deſtitit, quamuis reus pacto non obtemperauerit, niſi
fortè à Principe denuò accuſandi poteſtatem impetraue-
rit,l.2.ff.ad S C. Turpill.l. accuſationem 6.l. ſi ea 7.C. qui
accuſ.non poſſ.l.mulier 4.§.fin.ff.ad Turpil.l.in Senatuſcõ
ſultum 15.§.ſi propter in fine,ff.eod.l.quamuis 3.C.eod.l.
ſi is,4.l.in executionibus 6.C.eo.l.1.in fine, C.de abolitio.l.
1. C.vt intra certum tempus, & in dicta gloſſ. 19. except.
23 † Deſtitiſſe autem is videtur, qui animum accuſationis
implendæ prorſus deſeruit,non diſtulit negocium, l.in exe
24 cutionibus 6.C. ad Turpill. Poſtremò † plures de eodem
crimine eundem accuſare volentes non admittuntur, niſi
fortè de diuerſis criminibus ex eodem facto ortis,vel alius
poſt alium accuſet,priore ab accuſatione remoto, l. qui de
crimine 9.C.de accuſat.l.ſi plures 16.ff.eod.l.hi tamen 11.
§.fin.ff.eod.& in d.glo.19.except. Verum ſi hæc,& alia plu
ra accuſare prohibentia latius deſideres,adeas gl. noſtram
ad ſtatut.Vrb.c.1.lib.2.per tot.vbi columna 492. num.30.
affirmamus locum habere, vbi ſeruatur ius commune, &
25 † vbi iudices non poſſunt ſuper omnibus delictis procede
re ex officio,& in illis caſibus, in quibus non poteſt proce-
di,niſi ad querelam partis,quæ hodie ſuccedit loco accuſa
tionis, quia ex generali conſuetudine in omnibus ferè caſi-
bus hodie per inquiſitionem ex officio proceditur,etiamſi
nemo accuſet,vt probatur ibi,& in gloſſ.6.lib.2.An autem
26 † conſuetudo hæc inquirendi ex officio ſit Reipub. vtilis,
vel ne? exitus docuit ſcimus enim illam contra leges,& Ca
nones fuiſſe introductam, & inualuiſſe propter auaritiam
iudicantium,vel propter ambitionem in Reipublicæ dam
num ad pecuniam fiſco parãdam. Hinc illis gloria,& Prin
cipum gratia,ſed Dei ira,in die iræ, teſte Alex.ab Alex.li.6.
c.6.Genial.dierum.
27 Aduerſus † alium autem, quam qui crimen commiſit,
accuſatio inſtitui non poteſt, quia alius pro alio puniri nõ
debet,§.quoniam verò auth. vt nulli iudicum, & 1.q.4. in
prin.& ſeqq.vſque ad c.quia præſulatus cum alijs allega-
tis per nos in d.gl.fol.492 n.40.ver.accuſari. Niſi fortè mã
dato alterius crimen ſit perpetratum, hoc enim caſu vter-
que tenetur tam is,qui mandauit,quam is, qui turpe man
datum ſuſcepit, l.non ideo 5.C.de accuſat.cum alijs per nos
allegatis in d.glo.fol.495.prima exceptione. vbi limitatur,
28 & declaratur vſque ad 2.exceptionem. † Hæres ſanè eius,
qui crimen commiſit,non tenetur l.ſi pena 20.ff.de penis,
niſi fortè lis ſit conteſtata cum defuncto, & defunctus ſit
damnatus etiam in bonorum cõfiſcatione,nam tũc quoad
condemnationem bonorum tenetur, & hæres,l.lex ex iudi
ciorum 20.ff.de accuſ.cum alijs allegatis in d.gl. 2. except.
fol.495.vel agatur de crimine maieſtatis læſæ l.5.§ ſibi ve-
rò,C.ad leg.Iul.Maieſt.& in gl.prædicta 3.except.fol.495.
ſuo

Digitized by Google

29 ſub num. 50. † Item ſi quis in crimen ab alio commiſſum
conſentiat, defendat, alium ad delinquendum cogat, iniu-
riam alteri illatam, cum poſſet, non propulſat, crimen ra-
tum habeat, delinquenti opem ferat, ſiue ante, ſiue in deli
cto, ſiue poſt delictum, vel armatus delicto aſſiſtat, tene-
tur & ipſe, vt in d. glo. fol. 496. in princ. vſque ad fol. 499. in
30 fine. † Per procuratorem, neque accuſatio, neque defenſio
in criminalibus permittitur, l. accuſatore 13. ff. de publ. iu-
dic. Adeo quod nec pupillus, nec minor 25. annis per tuto-
rem, vel curatorem ſuum accuſare volens audiatur, ſed tu-
tor, vel curator ſuo non pupilli, vel adoleſcẽtis nomine ac-
cuſare debet, l. 2. C. qui accuſ. non poſſ. In Illuſtri quoque di
gnitate poſiti per ſe non per procuratorem accuſare dẽnt,
excepta iniuriarum actione criminali, quam veteres inter
priuata iudicia connumerant, hanc enim Illuſtres viri ho-
rumque vxores, & liberi per procuratorem tã inſtituere,
quam excipere poſſunt, l. tunc conuenit 15. C. de accuſ. &
nos in d. glo. fol. 507. nu. 40. Patronus quoque libertum, vt
ingratum per procuratorem accuſare, & libertus per pro-
curatorem reſpondere poteſt, l. ſed & 36. §. 1. ff. de procur.
Sed & exceptio propoſita ab initio omiſſa, concluſa iã di-
ſputatione, fruſtra opponitur, l. quamuis 19. C. ad leg. Iul.
31 de adult. † Cauſam ſanè abſentiæ tam accuſatoris, quã rei
conuenti per procuratorem reddi poſſe non dubitatur, l.
abſens 71. ff. de procur. l. ad crimen 13. ff. de public. iud. ſed
in praxi ſeruatur contrarium, vt abſens non defendatur, vt
in d. glo. fol. 500. prima exceptio, & quinta exceptio, vbi la
32 tius agitur, & declaratur vſque ad fol. 504. in fi. † Seruus
accuſatus per Dominum, & procuratorem defendi poteſt
l. ſeruus 11. ff. de public. iud. l. 2. C. de accuſat. l. ſi nam 19. ff.
de pœnis, & in d. gl. fol. 500. ſecunda exceptio. Mulier quo-
que rea per procuratorem iure nouo defendi poteſt, quã-
uis ſecus erat iure antiquo §. neceſſarium cum ſequen. Au-
33 th. vt nulli iudic. & in glo. dicto loco 3. exceptio. Porro † iu
dicia publica ibi exercenda ſunt, vbi crimen eſt cõmiſſum.
Nam ibi quiſque puniendus eſt, vbi deliqniſſe arguatur, l.
vltima, C. de accuſat. l. ſolent 7. ff. de cuſtod. & exhib. reor.
l. non dubium 11. ff. eod. l. deſertorem 3. ff. de re milit. 3. q. 6.
in princ. cum alijs allegatis in d. gloſ. fol. 504. in fine, & 505.
in princ. vbi dantur plures limitationes. Vel vbi deprehen-
ditur, l. 1. C. vbi de crimi. ag. oport. & nos in gl. vbi ſup. quin
ta exceptio. In tẽplis, cemeterijs, & alijs locis Eccleſiæ cau-
ſæ ſanguinis agi non debent, c. cum Eccleſia 5. de immunit.
34 eccleſ. ſed & in criminali negocio † rei forum, ac domici-
lium accuſator ſequi debet, l. in criminali 5. C. de iuriſdict.
omn. iud. l. 2. C. vbi de crimin. agi oport. & nos in d. glo. fol.
35 506. ſub nu. 50. vſque ad fol. 508. in fi. Planè † Decuriones,
& principales Ciuitatum, qui capitale quid admiſerũt, ſen
tentiam Imperatoris expectent, l. Diui fratres 27. §. de De-
36 curionibus, ff. de pœnis, l. ſi grauius 16. ff. de dignitat. † Ma
giſtratus etiam ſuos officiales punire poſſunt, l. ſi quis 6. §.
ſi quos, ff. de pœnis. Præſides ſanè Prouinciarum nõ ſtatio-
narij in criminalibus cauſis ſunt adeundi, l. ſi quis 8. C. de
37 accuſ. † Ciuilium quoque cauſarum iudices de criminali-
bus non cognoſcunt, niſi fortè mortuo reo de publicatio-
ne bonorum, vel de eo, quod ad hæredem peruenerit con-
tendatur. Nam in quacunque cauſa criminis extincti, de-
bet is cognoſcere, cuius de pecuniaria re eſt cognitio, l. de-
38 functo 6. ff. de public. iud. Nec † iudices Eccleſiaſtici de ac-
cuſationibus publicis cognoſcunt, quia cauſas ſanguinis iu
dicibus ſæcularibus dimittunt, c. in Archiepiſcopatu 4. de
raptoribus, & infra lib. 2. tit. 5. in fi. & lib. 3. tit. 5. nu. 59. & ſi
illæ ſint contra Clericos. Nam illis degradatis tradunt eos
magiſtratui ſæculari, c. nouimus in prin. de verb. ſignific. c.
39 at ſi Clerici 4. §. fin. de iud. & c. 10. eod. † In cauſis autẽ pu-
blici iudicij interdum, & de plano proceditur, vtputa ſi le-
ue crimen obijciatur, vel quæſtiones habendæ ſint, & cuſto
diæ audiendæ, l. leuia 6. ff. de accuſat. l. vnius facinoris 18. §.
fin. ff. de quæſtio. ſed & libellus accuſatorius de plano dari
poteſt, l. miles 11. §. ſexaginta, ff. ad leg. Iul. de adult. Porrò
40 † iudicia publica vltra biennium prorogãda, & extendẽ
da non ſunt, poſſuntque feriatis diebus cuſtodiæ audiri, l.
criminales 3. C. vt intra certum tempus crimi. queſt. termi.
l. 2. §. fi. C. eod. l. properãdũ 11. C. de iudic. l. cuſtodias 12. ff.
de public. iudic. & nos in glo. ſtat. Vrb. c. 58. de ferijs lib. 1. li-
mit. 12. Quadraginta tamen diebus, qui auſpicio Ceremo-
niarum paſchale tempus anticipant, omnis cognitio inhi-
betur criminalium quæſtionum l. quadraginta 6. C. de fe-
41 rijs. † Accuſationibus autem publicis regulariter quidem
non niſi viginti annorum obſtat præſcriptio, l. querela 12.
C. ad leg. Cornel. de falſ. ſed & de accuſationibus, & malefi
ciorum denunciationibus plura referũtur in Syntag. com.
opin. iuris loco 8. tit. 10. per tot. & de pertinentibus ad iuſtã
42 accuſationem plura tradit D. Tho. 2. 2. q. 68. † Ex quibus
cauſis publica ſunt iudicia, ex his non ſumus prohibendi,
quominus, & priuato iudicio agamus, niſi principaliter de
ea re agatur, quæ publicam habet executionem, l. Prætor
edixit 7. §. ſi dicatur ibi ſolemus dicere, &c. ff. de iniur. l. 1.
C. quand. ciuilis actio crimi. præiud. l. in eum 15. ff. de accu
43 ſat. † In notorijs verò, & quæ per officium denunciantur
Solemnitas iudicij neceſſaria non eſt, l. ea quidem 7. C. de
accuſat. & in Syntagm. commun. opin. iuris loco 11. tit. 1. D.
Thom. 2. 2. q. 67. art. 2.

SVMMARIVM.

1 *Delicta, quæ punibilia.*
2 *Cogitatio non eſt punibilis.*
3 *Delictis in puniendis, quæ conſideranda.*
4 *Sine dolo malo factum non eſt punibile.*
5 *Factum ad corrigendum non eſt punibile.*
6 *Cauſam dans abortui, vel homicidio punitur.*
7 *Delictum per ebrietatem commiſſum punitur.*
8 *Delictum de mandato commiſſum punitur.*
9 *Pupillus, & pubes doli capax, quando à pœna excuſetur.*
10 *Pœna in ſeruis augetur, limitatur.*
11 *Papa, Imperator, Princeps, & Auguſta pro delicto non pu-
nitur.*
12 *Papa non poteſt accuſari.*
13 *Imperator, Princeps, & Auguſta, Cardinales, & alij poſſunt
accuſari, & puniri à Papa.*
14 *Magiſtratus non accuſatur, nec abſens pro Republica.*
15 *Propoſitum non habuiſſe non excuſat à pœna admiſſi.*
16 *Cogitatio non punitur niſi apud Deum.*
17 *Morte delinquentis accuſatio extinguitur.*
Limitatur in aliquibus delictis, & lata ſententia, limitatur.
18 *Socij criminis morte ſocij non fugiunt accuſationem.*
19 *Conſpirationem detegens, excuſatur à pœna.*
20 *Socium criminis nominans non liberatur.*
21 *Accuſatore mortuo fit abolitio.*
22 *Iudex, accuſatore mortuo, procedit ex officio.*
23 *Accuſator, iudicio non finito intra tempus repellitur.*
24 *Abſolutus non accuſatur amplius de eodem delicto.*
25 *Limitatur.*
26 *Abolitio eximit à damnatione, limitatur.*
27 *Abolitio, pecunia extorta, non eximit.*
28 *Teſtes totis debent conſentire abolitioni, vt valeat.*
29 *Abolitio, vt ſubſiſtat, requiſita.*
30 *Abolitio ſine remiſſione partis non datur.*
31 *Limitatur in Principe.*
32 *Abolitio ſubreptitia non ſubſiſtit.*
33 *Tranſactio eximit à damnatione.*
34 *Tranſactio non eximit ab inquiſitione iudicis.*
35 *Proceſſu nouo opus eſt, vbi tranſactum eſt.*
36 *Alius de tranſacto delicto poteſt accuſare.*
37 *Furor excuſat à pœna delicti.*
38 *Bruta animalia non puniuntur, limitatur.*
39 *Delictum vulgare non punitur.*
40 *Delictum, de quo non conſtat, non punitur.*
41 *Delictum per euidentiam rei excluſum, non punitur.*
42 *Impoſſibile delictum excludit pœnam.*
43 *Delinquens dormiens non punitur, limitatur.*
44 *Delinquens per ignorantiam, errorem, vi, metu, ab ordinaria
pœna excuſatur.*
45 *Dolore iuſto delinquens mitius punitur.*
46 *Delicta clam, ſeu palam commiſſa variè puniuntur.*
47 *Senex delinquens mitius punitur.*
48 *Iracundia iuſta excuſat ab ordinaria pœna.*
49 *Amor excuſat à pœna ordinaria.*
50 *Reus qui aufugit, non mitius punitur.*
51 *Nec qui ſe interficere voluit.*
42 *Reus ad clamorem populi non damnandus.*
53 *Reus, qui accuſatorem corrupit. An excuſetur.*
54 *Tranſigere de crimine falſi, licet.*
55 *Corruptio probat delictum, ſed non præiudicat hæredi delin-
quentis.*

De cauſis generalibus publicorum iudiciorum. Tit. 13.

NVnc de cauſis publicorum iudiciorum generalibus
eſt dicendum, propter quas accuſati puniuntur.
1 † Puniuntur itaque, aut facta, vt furta, cædeſque,
aut dicta, vt conuicia, & inſidiæ aduocationes, aut ſcripta,
vt falſa, & famoſi libelli, aut conſilia, vt coniurationes, &
latronum conſcientia, quoſque alios ſuadendo iuuiſſe, ſce-
leris eſt inſtar, l. aut facta 16. ff. de pœnis, & c. aut facta diſt.
1. de pœnit. & nos in glo. ſtatuti Vrb. ca. 1. lib. 2. fol. 509. nu.
20 D. Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 2. c. 9. & ſequen. & c.
12. Hæc quidem generalis cauſarum criminalium diſtribu
tio eſt: harum autem ſpecies ſunt plurimæ, quæ infra ſuo
2 loco enumerabuntur. Sanè † cogitationis pœnam in hoc
ſæculo nemo patitur, l. ſi quis maior, & ibi glo. & Doctor.
C. de tranſact. Verum dicta quatuor cauſarũ genera Clau
3 dius Saturninus ait † conſideranda eſſe ſeptem modis, ſcili
cet cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euẽ
tu. Nam hæ, & aliæ ſimiles ſunt circunſtantiæ tam facto-
rum, quam dictorum, aliarumque cauſarum, ex quibus
exceptiones aduerſus cauſas accuſationum ſumi ſolent,
quas exceptiones præſertim generaliores nunc enumerabi
4 mus. Quarum prima eſt, † ſi quid ſine dolo malo factum
ſit, & non iniuriæ gratia. Nam maleficia, voluntas, & pro-
poſitum delinquentis diſtinguunt, l. qui iniuriæ 55. ff. de
furt. l. reſpiciendum 11. §. delinquunt, ff. de pœnis, l. fraudis
79 ff. de reg. iur. l. aut facta, §. euentus, ff. de pœnis, l. ferè
108. ff. de reg. iur. l. librorum 11 §. notatur, ff. de his, qui no-
tant. infam. 15. q. 1. in princ. & §. cum ſententiæ, & c. non eſt,
& de pœnitentijs diſt. 2. c. ſciendum cum alijs allegatis per
5 nos in d. gloſ. citato loco num. 30. Proinde † qui emẽdatio-
nis, aut correctionis animo quid fecit, excuſatur, dummo-
do ius corrigendi habuerit, & modum in corrigendo non
exceſſerit, dicta l. aut facta 16. §. cauſa, ff. de pœnis, l. 1. C. de
emendat. propinquorum l. ſed & ſi 5. §. fin. cum l. ſeq. ff. ad
6 leg. Aquil. & nos in dicta glo. Sed is, † qui abortionis, aut a-
matorium poculum dedit, licet eo propoſito, vt hominem
interficeret, non dederit, tamen ſi mulier, aut homo eo fa-
cto, perierit ordinaria pœna tenetur, l. ſi quis 38. §. qui ab-
ortionis, ff. de pœnis. Planè exceptio propoſita pertinet nõ
tam ad eximendum reum damnatione, quam ad damna-
tionem ordinariam minuendam. Nam etſi dolo malo reus
careat, tamen ſi culpa ei aliqua imputari poſſit, punitur q-
7 dem, ſed leuius, vt latè probatur in dicta gloſſ. † Sic etiam
per ebrietatem, aut per laſciuiam lapſis capitalis pęna re-
mittenda eſt, & militiæ mutatio irroganda, l. omne delictũ
6. §. per vinum, ff. de re militari, l. reſpiciendum 11. §. delin-
quunt ibi impetu, ff. de pęnis, l. 1. ibi, ac temulẽtia, C. ſi quis
Imper. maledix. & 15. q. 1. c. ſanè diximus, c. inebriauerunt,
& nos in d. glo. fol. 510. ſub num. 10. & 20. Præterea excuſa-
8 tur quoque is, † qui mandato alterius, cui parere neceſſe
habuit, crimen commiſit, vtputa, mandato Domini, Patris,
vel magiſtratus, dummodo crimen non ſit atrox, l. is dam-
num 130. ff. de reg. iur. l. liberorum 11. §. fin. ff. de his, qui no
tant. infam. l. ad ea 190. ff. de reg. iur. l. non videntur 127. §.
fin. ff. eod. l. ſeruus 19. ff. de actio. & obligatio. l. ſed ſi 17. §. ſi
iuſſu, ff. de iniurijs. Verum ſi Patri, vel Domino iubenti lici-
tum fuit, vtputa adulterum occidere, tunc enim filius, vel
ſeruus Domino, vel Patri, quamuis in atroci crimine parẽs
excuſatur, l. Gracchus 4. †. idemque filijs, C. ad leg. Iul. de
adulter. ca. quod quis 24. de reg. iur. in 6. & de conſecratio-
ne diſt 4. c. quæris a me, ſed cum diſtinctione, de qua in ca.
merito 15. q. 1. & nos latius de hac re in gloſſ. præd. fol. 510.
9 ſub nu. 20. & ſeq. Interdum † quoque ætas eius, qui crimẽ
commiſit excuſationem meretur, puta ſi pupillus ſit, dum-
modo non ſit doli capax, l. ferè 108. ff. de reg. iur. l. aut facta
16. §. perſona, ff. de pœnis, l. infans 12. ff. ad leg. Cornel. de
ſicarijs l. impunitas 7. C. de pœnis, l. pupillum 111. ff. de reg.
iur. 15. q. 1. c. illud §. fin. c. firmiſſimè, & c. 2. de delict. puero-
rum. Sed & doli capax, & pubes interdum excuſationem
meretur, non vt in totum abſoluatur, ſed vt pęna mitige-
tur, l. auxilium 37. §. in delictis, ff. de minorib. 25. annis d. l.
ferè 108. ff. de reg. iur. c. 1. de delictis, & latius nos in d. gloſ.
10 fol. 511. ſub nu. 20. & ſeq. † In ſeruis plerunque pęna auge
tur, tantum abeſt, vt propter ſeruitutem mereantur excu-
ſationem, l. hos accuſare 12. §. ſi ſeruus, ff. de accuſat. l. ſer-
uos 5. 10 princ. ff. eod. excepta lege Iulia de vi priuata, Idem
dicendum eſt in cæteris legibus, quibus pecuniaria pœna
irrogatur, vel etiam capitis, quæ ſeruorum pęnis non con-
uenit, ſicuti relegatio. Item nec lex Pompeia, parricidij,
quoniam capite primum eos cõprehendit, quia parentes,
cognatoſve, aut patronos occiderint, quæ in ſeruos (quan-
tum ad verbum pertinet) non cadunt, ſed cum natura eſt
communis, ſimiliter, & in eos animaduerteretur. Item, Cor
nelia iniuriarum ſeruum nõ debere reum recipi Cornelius
Sylla author fuit, ſed durior ei pęna extra ordinem immi-
11 nebit dicta l. 12. §. omnibus autem. Si † Papa, Imperator,
Princeps, vel Auguſta delictum commiſerint, cum legibus
ſint ſoluti, non ſunt ſecundum leges puniendi, l. Princeps
12 30. ff. de legibus. Et † Papa non poteſt de aliquo crimine
accuſari, conuinci, ac damnari, etiam ſi delictum eſſet no-
torium, & ſcandaloſum, & ipſe eſſet incorrigibilis, c. ſi Pa-
pa 11. diſtin. 40. vbi Doctor. & glo. in ca. Anaſtaſius 19. q. &
alij citati per Peregrin. de iure fiſci lib. 1. tit. 2. nume. 7. di-
ſtinguunt crimen hæreſis propriè ſumptæ, cap. 1. de hære-
tic. cum l. 2. C. eod. gloſ. in ca. ſi quis pecunia 78. diſtinct. &
in c. non nos 46. diſtinct. cum alijs alleg. in dicta gloſſ. folio
612. ſub num. 10. & ſeq. quia non habet in terris Superiorẽ,
13 qui eum poſſit iudicare, † quod non ita euenit Imperato-
ri, Auguſtæ, Regibus, Ducibus, Cardinalibus, Patriarchis,
Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs in dignitate Eccleſiaſti-
ca, vel ſęculari poſitis, hos enim omnes iudicat Papa, & ſuę
ſuppoſitos habet ſpirituali iuriſdictioni, & poteſt eos pro-
pter grauiſſimas culpas deponere dicto c. ſi Papa, vbi Do-
ctor. c. ad Apoſtolicæ de re iudic. in ca. alius 15. q. 6. cap. fin.
22. diſtinct. Anan. in c. excommunicamus, il primo, §. volu-
mus, num. 5. de hæretic. cum alijs latè adductis per Pereg.
de iure fiſci lib 1. tit. 2. num. 12. 13. & ſeq. & per Clar. in §. fi.
q. 35. num. 2. & ſequ. Nam Papa in terris omnium morta-
lium primus eſt nobis à Deo ſuperior datus, vt & Impera
tor ipſe agnoſcit, dum ſe, & Imperium Papæ, & Eccleſiæ
vniuerſali, cui præeſt magnoperè commendat, ſeque at-
que Imperium regulis, & Canonibus Apoſtolicis ſubmit-
tit in auth. Quomodo oporteat Epiſcopos in princip. & in
Epiſtola Inter claras. & Nos reddentes, & liquet igitur, C.
de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. Oldrad. conſ. 62. numer. 2.
Bellarm. de Sum. Pontifice li. 5. c. 4. & ſequen. latè Stephan.
Aufret. in Clem. 1. de offi. ordin. 1. & 2. quæſito, & in 3. quę-
ſito probat, quod diximus, & in quæſt. 1. num. 6. & Staple-
14 tonus de magn. Rom. Eccl. lib. 2. cap. 3. Ii quoque, † qui in
magiſtratu ſunt, vel Reipublicæ cauſa abſunt, accuſari nõ
debent, ſed accuſatio ad finem magiſtratus, vel cum Rei-
publicæ cauſa abeſſe deſierint eſt differenda, l. hos accuſa-
re 12. ff. de accuſatio. l. ſi adulterium 38. §. fin. ff. ad leg. Iul.
de adulter. l. ſi maritus 15. §. legis Iuliæ, ff. eod. quod facit
pro eo, quod ſupra firmauimus de Papa, & alijs in ſupre-
mis poſitis magiſtratibus, & nos in dicta gloſſ. fol. 512. ſub
15 numer. 10. & ſequent. Hæc ſanè exceptio, † qua quis dicit
propoſitum non habuiſſe euentum, recipi non debet, ſi in
16 actum fuerit deductum. Nam † ſolius cogitationis pęnam
nemo patitur ex humanis legibus, l. Diuus 14. ff. ad leg. Cor
nel. de ſicar. l. in lege 7. ff. eodem. l. propter 14. C. qui accuſ.
non poſſ. l. quiſquis 5. C. ad leg. Iul. maieſt. l. ſi quis 8. & l. ſi
forte 9. C. ad leg. Cornel de ſicarijs, l. fraudis 79. ff. de regul.
iur. & l. 1 §. final. ff. quod quiſque iuris, l. aut facta 16. §. e-
uentus, ff. de pœn. l. cogitationis 18. ff. eodem. & diſtinct. 1. ca
pit. cogitatio, & c. cogitationis. Apud Deum enim, & ex di-
uinis legibus etiam cogitatio punitur d. diſtinct. 1. de peni-
tent. cap. quiſquis, cap. aut facta, §. euentus, & c. nunquid,
& 17. quæſt. 1. cap. vouentibus 32. quæſt. 5. cap. ſicut enim,
cap. ſi Paulus, cap. nec ſolo, cap. qui vident, & quæſt. 7. cap.
17 non ſolum, & infra libro 3. titul. 92. Præterea † mortuo eo,
qui crimen commiſit, crimen extinguitur, nec accuſatio
aduerſus eius hæredes inſtitui poteſt, l. publica 3. ff. de pu-
blic. iudic. l. defuncto 6. ff. eodem. l. 2. & l. defunctis 4. C. ſi
reus, vel accuſat. mortuus cum alijs allegat. in dicta gloſſ.
folio 512 ſub numer. 20. & ſequent. Niſi crimen læſæ ma-
ieſtatis, vel perduellionis ſit commiſſum, l. meminiſſe 6 C.
ad leg. Iul. Maieſtat. l. poſt Diui. C. eodem. l. vltima. ff. eod.
vt in dicta gloſſ. vel hæreſis 24 quæſt. 2. cap penult § final.
cum cap. ſequent. & 33. quæſt. 2. cap. admonere, § & nunc
poſt mortem vet. nec à te poſt, & infra libro 3. titul. 109.
& ſequentibus. Vel ſententia, viuo reo ſit lata, tunc enim
quam-

Digitized by Google

quamuis appellatione pendente reus mortuus ſit, nihilo-
minus iudicium propter publicationem bonorum durat,
niſi forte publicationis bonorum in ſententia mentio nul-
la ſit facta, vel reus ſine hærede deceſſerit; Vel reus tan-
tum requirendus adnotatus non capitaliter damnatus in-
tra annum mortuus ſit, l. 1. C. ſi pendent. appellat. mors
interceſſ. l. ſi is. 3. C. eod. l. 1. ff. eodem. l. huius 9. ff. de iure fi-
ſci l. vltim. C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuerit l. ſi pœna 20. ff.
de pœnis, l. 2. C. ſi pendent. appellat. l. 1. §. final. ff. de acqui-
rend. reis. Sed & poſt mortem rei crimen, eiuſque accuſa-
tio durat, ſi accuſator à reo defuncto dicatur corruptus, vt
eam non proſequatur, l. eius, qui 29. §. planè etſi, ff. de iure
18 fiſci, & nos in glo. prædicta. Item † ſi alij ſocij criminis di-
cantur. Hi prætenſa morte alterius, qui eodem crimine
reus dicebatur, accuſationem non effugiunt, l. 1. C. ſi reus,
vel accuſat. mort. fuer. l. ſi vt 3. C. eod. Hæc & alia plura de
morte rei, ſi deſideres, adeas gloſ. noſtram ad Vrb. ſtatuta
c. 1. lib. 2. fol. 512. ſub num. 20. & ſequent. vſque ad fol. 514.
19 num. 50. Sed & † liberatur reus, qui conſpirationem ſocio-
rum, ruptis vinculis, & effracto carcere aufugere molien-
tium detexit, l. in eos 13. in fine, ff. de cuſtod. reorum. Planè
20 † qui alium eiuſdem criminis ſocium nominauit, vel pro-
didit, hoc ſolo non liberatur, l. accuſationis 17. §. nemo ta-
men, C. de accuſat. † Mortuo quoque accuſatore, vel ea
21 alia cauſa accuſare impedito criminis fit abolitio, niſi fortè
alius poſtea eundem reum de eodem crimine accuſare ve-
lit, l. aut priuatim 10. ff. ad S.C. Turpill. l. vltim. §. idem ob-
ſeruatur, C. ſi reus, vel accuſator. l. libellorum 3. §. final. ff.
de accuſat. l. accuſatore in princip. ff. de public. iudic. l. hi
tamen, §. final. ff. de accuſatio. 2. quæſt. 8. cap. vltimo. §. fin.
Nam huic abolitionis exceptio non obſtabit, dummodo
intra triginta dies vtiles reum repeti erit, l. 3. §. final. ff. de
22 accuſat. vbi Bartol. numero ſexto. † Poteſt tamen iudex
ex officio ſi vult proceſſum inſtitutum, mortuo accuſa-
tore proſequi Bartol. in dict. §. fin. numero 5. & alij citati in
23 dicta glo. fol. 515. numero 20. Sed & † ſi iudicium coeptum
intra tempus, vel à lege, vel à iudice ſtatutum finitum non
ſit, accuſator poſtea repellitur, alius tamen denouo accu-
ſare volens audiendus, l. criminales 3. C. vt intra certum
tempus crimin. quæſ. termi. l. ſi ea 7. C. qui accuſ. non poſſ.
l. cum Titia 18. ff. de accuſat. Capyc. deciſ. 206. numero 4.
cum alijs citatis in dicta glo. vbi ſupra num. 30. & ſequent.
24 Præterea † reus antea de eodem crimine ſemel accuſatus,
& abſolutus, exceptione rei iudicatæ rurſus accuſatus de-
fenditur, l. ſi cui 7. §. iiſdem, ff. de accuſat. c. de his 6. de ac-
25 cuſat. Niſi † abſente accuſatore, & cauſa nondum cognita
in priore iudicio fuerit abſolutus, l. ſi accuſatoribus 4. C. de
accuſat. vel prior accuſatus præuaricatus fuerit, & à reo
corruptus, l. quod lea 3. §. ſi tamen, ff. de liber. homi. exhib.
l. at C. de aduocat. diuer. iudic. l. præuaricationis 3. ff. de præ-
uaricat. l. ſi quis 11. C. de accuſat. vel is, qui poſtea accuſa-
re velit, ſuam iniuriam proſequatur, ignarus accuſatio-
nem ab alio antea fuiſſe inſtitutam, l. ſi cui 7. §. iiſdem, ff.
de accuſat. vel antea ciuiliter actum ſit, vel de alio crimi-
ne ea eodem facto orto, l. 1. C. quando ciuilis act. Planè
quamuis ex alia lege antea actum ſit, exceptio propoſita
nihilominus reo prodeſt, dicta l. 1. vbi Cynus, & alij, quod
velim intelligas cum declarationibus, & replicationibus
per hos allatis in dicta gloſſ. fol. 516. vſque ad 519. numero
26 20. Sed † eximitur reus à damnatione abolitione interue-
niente vel Principis remiſſione, l. ſi interueniente, 12. in fi-
ne, ff. ad Senatuſconſ. Turpill. & 2. quæſt. 3. cap. vltimo, §.
deſtitiſſe ver. abolitio enim gloſſ. in l. 2. in verb. concedi. C.
de in ius vocando. Pariſ. conſilio 1. numero primo, libro 4.
& numero 59. falſi crimen generali abolitione non com-
prehenditur, l. fallaciter 3. §. fina l. C. de abolitio. l. nemo 3.
C. de Epiſc. audi. l. Lucius, ff. ad Senatuſconſul. Turpil. Nec
minus crimen læſæ maieſtatis, Patriæ expugnatæ, Pecula-
27 tus, aut ſimile, vt in allegatis legibus. Planè † ſi accuſator
pecunia corruptus abolitionem petit accuſato non profue-
rit, l. 2. §. ſin autem, C. de aboliti. Vel ſi falſam cauſam alle-
gando, accuſator abolitionem impetrauerit, vtputa, di-
cendo, cauſam eſſe pecuniariam, cum eſſet criminalis, l. vl-
tima, §. final. ff. ad Senatuſc. Turpill. Vel ſi fallaciter, & ca-
lumnioſè accuſauerit, vel inuito accuſato abolitionem pe-
tierit, l. fallaciter 9. in princip. C. de accuſat. l. fallaciter 9. C.
de calumniat. l. Imperatores 18. in princip. & §. 1. ff. ad Tur
pill. niſi fortè reus nullam iniuriam corporalem paſſus fue-
rit dicta l. 3. C. de abolitio. niſi non intra triginta dies, poſt-
quam reus cuſtodiæ traditus eſt, ſed poſt dies triginta abo
28 litio ſit petita dicta l. 3. Sed † ſi teſtes, qui torti ſunt, aboli-
tioni non conſentiant fruſtra erit impetrata dicta l. 3. §.
quod ſi ingenuorum. Item ſi ſeruus reus fuerit l. Domitia-
29 nus 16. ff. ad Turpill. † Vel non omnium criminum, vel
omnium reorum cauſa non cognita pro tribunali, aduer-
ſario abſente ab incompetente iudice fuerit abolitio peti-
ta, & impetrata, l. 1. §. plura, ff. ad Senatuſconſult. Turpill.
l. nim 39. §. duos, ff. ad leg. Iul. de adulter l. 2. C. de abolit. l.
1. §. abolitio. ff. eodem. niſi quis ſuam, ſuorumque iniuriã
proſequatur, vel cognatos accuſet, l. 2. §. final. C. de abolit.
l. quamuis 30. in principio. ibi. Sed & his perſonis, C. ad leg.
Iul. de adulter. Si crimen ſit liquidatum, vel ſententia
de eo ſit lata ſub generali abolitione non videtur contine-
ri Clar. in §. final. quæſt. 59. ver. vltimo, numero 13. vel cri-
men poſt abolitionem ſit commiſſum Imola in cap. fin. nu
mero 11. de conſtitut. Quod idem erit, ſi crimen ſub ſpe ge
neralis abolitionis ſit commiſſum Guliel. de Benedict. in 2.
par. cap. Raynutius fol. 88. numero 115. & in 3. par. fol. 49.
30 num. 38. Et quod † inanem reddit abolitionem eſt, ſi pars
offenſa non remiſerit iniuriam, maximè ſi extat conſuetu-
do, vt abolitio non concedatur, niſi pars offenſa prius iniu-
riam remiſerit Ruin. in conſ. 60. libro 3. Boſſius de pace in
31 princ. & in tit. de remed. ex ſola Clem. nume. 24. † Sed ſi
Princeps ſpecialiter, & expreſsè non generaliter abolitio-
nem alicui de aliquo crimine conceſſerit etiam ſine partis
offenſæ conſenſu ſubſtinebitur, poteſt enim Princeps re-
mittere iniurias, & damna ſingularium perſonarum, nec
eorum requiritur conſenſus, & eſt communis, à qua nul-
lus diſcrepat, vt dicit Dec. in conſ. 520. num. 5 quem refert
Petrus Belus de re militari fol. 130. numero 30. Menciach.
controuer. Illuſtr. cap. 4. numer. 11 Obſeruandum tandem
32 eſt, quod † ſi in ſupplicatione pro abolitione impetranda
omiſſa ſint ea, quæ veroſimiliter Principem ab abolitione,
ſeu indulgentia retraxiſſent, ſi ea ſciuiſſet, nullius erit mo-
menti per allegata per Gulielm. de Benedict. in citatis lo-
33 cis, † eximitur etiam reus damnatione, ſi de crimine cum
accuſatore tranſactum ſit, & ei ſit accuſatio remiſſa, ſed
communi iure generaliter reprobatur, l. vltima, ff. de præ-
uaric. l. a. in princ. ff. de bon. cor. l. fiſci 4. & l. eius, qui 29. ff.
de iure fiſc. l. tranſigere 18. C. de tranſact. Pariſ. conſil. 150.
num. 4. lib. 4. Verum de conſuetudine approbatur. Nam
quandocunque fiunt paces, & tranſactiones ſuper crimi-
nibus ſemper valent, & ſunt ſeruandæ Clar. in §. fin. quæſt.
34 58. in princ. & ver. ſed punctus eſt. † Sed ſi per inquiſitio-
nem iudex ex officio procedat, hoc in caſu non obſtabit trã
ſactio facta inter partes Clar. in § fin. quæſt. 58 in princ. &
35 ver. ſed de cõſuetudine. Sed † nouo proceſſu opus eſt, quia
licet ſequuta morte accuſatoris, abolitione, vel trãſactione
poſſit iudex accuſationem ipſam proſequi ex officio, de-
bet tamen nouum proceſſum, & nouam inſtãtiam inchoa
re, ex quo prima remanſit extincta, ita tenet Bartol. in d. l.
tranſigere, num. 8. C. de tranſact. cuius ſententiam commu-
nem dicit Ant. Gomeſ. c. 1. delictorum, num. 36. ver. ex quo
apertè, licet ipſe teneat contrarium: & in rei veritate, cum
iudex concurrat cum accuſatore inquirendo, non poteſt
dici inſtantia per tranſactionem perempta, ſed durare,
quam poteſt iudex proſequi quandocunque ſecundum
Angel. in d. l. tranſigere, num. 7. Et ita de conſuetudine ſer-
uari teſtatur Gomeſ. vbi ſupra nu. 37. in fine. Si poſt coeptũ
iudicium tranſactio facta ſit, deuenitur ad condemnationẽ
contra delinquentem, perinde ac ſi nulla pax, aut remiſſio
partis ſequuta eſſet, & eſt communis, vt dicit Gandin. de
malefic. ru. de tranſ. nu. 13. Ang. in d. l. tranſigere, nu. 10. A-
nan. in c. 1. nu. 10. de colluſ. detegen. Alberic. in 2. par. ſtatu-
tor. quæſt. 127. Niſi tale ſit delictum, pro quo iudex ex offi-
cio non poſſit procedere Clar. in §. fin. quæſt. 51. nume. 11.
36 Si † alius, quam qui tranſegit, poſtea accuſet ei exceptio
tranſactionis non obſtabit Felin. in c. de his, nu. 3. de accuſ.
Curt. iun. in d. l. tranſigere, nu. 34. Didac. lib. 2. reſolut. c. 10.
nu. 5. ver. nono. niſi fortè adſit contraria conſuetudo Clar.
in d. §. fin. q. 58. nu. 2. ver. & licet de iure communi. Vel pa-
ter tranſegit in cauſa filij Clar. vbi ſupra, nu. 21. ver. Quæ-
37 ro nunquid. † Si furioſus delictum commiſerit, furore ex-
cuſabitur à delicti pœna 3. quæſt. 9. c. a. indicas 15. quæſt. 1.
in princ. & c. illud, §. furor, §. inceas verò, c. aliquos, c. cauẽda
ver. neque enim, c. pecc. is, qui §. fi. l. infans, ff. ad leg. Cornel.

de ſicar. vel delictum fuerit commiſſum per cæcitatem d.
c.illud, §.ſed obijcitur. Vel fuerit commiſſum ab animali
38 Bruto 15.q.1.c.firmiſſimè, §.animalia enim. Nam † merũ
Imperium non exercetur in Belluas, vt dicit Sæpia in l.Im
perium, nume.6.ff.de iuriſd.omn.iud. Niſi fortè homo cũ
Bruto ſe carnaliter cõmiſcuiſſet Clar. in §. fornicatio ver.
39 cum animali. Si † crimen commiſſum ſit vulgare, & vſita-
tum, non punitur in hoc ſæculo 24.q.4.c. ſi quis poteſtatẽ,
§.fin.cum c.ſequen. Turpi. opin 96.nu.4.& 5.Gabr.lib.7.
40 concluſ.8.num.17. † Si non conſtat de crimine. An ſcilicet
ſit commiſſum, certè non erit locus pœnæ, nec inquiſitioni
ſpeciali, l.1.§.item illud, ff.ad Syllan. Craſſ.in conſ.crim. di
uer.conſ.99.num.7.generali, ſic Clarus in §.fin.q.4.num.2.
41 & 3. † Si reus probet delictum ipſum non fuiſſe commiſ-
ſum, idque per euidentiam rei, vt puta ſi homo, qui dicitur
occiſus exhibeatur viuus, vel domus, quæ dicitur combu-
ſta reperiatur illæſa, vel huiuſmodi eximetur ab accuſa-
tione, & omni proceſſu Bal.in l.ſi quis teſtib.in fi.C. de te-
42 ſtib. Idemque erit, † ſi delictum, quod commiſſum fuiſſe
dicitur, ſit per rerum naturam impoſſibile, l.famoſi 7. §.
hoc tamen, vbi gloſſ. & Doctor. ff.ad leg.Iul.maieſt. & nos
in glo.ſtat. Vrbis c.vlt.lib.2.in fine. Ita arguit Virgilius Ae-
neid.lib.11.

Me me, adſum qui feci: in me conuertite ferrum.
O Rutuli, mea fraus omnis: nihil iſte, nec auſus,
Nec potuit, Cœlum hoc, & conſcia ſydera teſtor:
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.

Quod argumentum aſſumpſit, & ad ſe transtulit Taſ-
ſus in Hieruſalem liberata cantu 2.cantilena 28.ita

Al Regridò non è, non è già rea
Coſtei del furto, e per follia ſen' uanta.
Non penſo, non ardì, ne far potea,
Donna ſola, e inesperta opra cotanta.

43 Si quis † dormiendo delinquat, quia tempore delicti nõ
erat compos mentis, ideo de eo tanquam de furioſo delin-
quente videtur iudicandum Bart.in l.pen.ff.ad l. Pompe.
de Parricid. Didac.in repet. Clem.ſi furioſus fol.310. nu.6.
niſi ſæpè aliàs talia ei ſolerent euenire, & non præcauit, quia
tunc deberet extraordinaria pœna puniri, vt in allegatis
44 iuribus. Item † ſi quis deliquerit per ignorantiam, vel er-
rorem Clar.in §.fin.q.6.n.11. Seu vi, metuſve cauſa, metus
enim inſtantis periculi, & mortis excuſat delinquentẽ à pe
na capitali ſecundum Bal.& Alex.in l.liber homo, ff.ad l.
Aquil.cum alijs citatis in gl.ſtat. Vrb.c.1.lib.2. fol.523.nu.
45 20.& ſequ. Si quis † iuſto dolore motus delictum aliquod
commiſerit, hoc enim caſu contra talem delinquentẽ pœ-
na eſt temperãda, l.ſi quis in graui, §.maritus, ff. ad Syllan.
& l.ſi adulterium cum inceſtu, §.Imperator, ff. de adulter.
Clar.in §. homicidium ver. ſed quid dicendum Alex.in cõ-
ſil.103.nu.13.lib.1.& nos in d.gl.vbi ſup.ſub num.40. Item
46 † ſi delictum clam, vel palam ſit cõmiſſum. Nam ſi eſt ex
illis, quæ ſui natura poſſunt eſſe licita, & illicita, vt ſunt cõ-
tractus, qui regulariter liciti ſunt, ſed in aliquibus caſibus
prohibentur, puta tutoris cum pupillo, & tunc magis pu-
nitur, qui ea clam commiſit, quam qui palam. Nã ex quo
illud clam facit, præſumitur ſcire illud illicitũ eſſe, & ideo
non excuſatur. Si verò delictum eſt ex ijs, quæ ſui natura
ſunt ſemper illicita, vt Blaſphemia, furtum, homicidium,
& ſimilia, & tunc plus punitur, qui ea palam committit,
quam qui clam Gomeſ.in §.ex malefic.nu.21.inſt. de actio
47 nib. Si † ſenex ſit, qui delictum commiſit, non erit pena or-
dinaria puniendus, ſed mitiori gl.in l.ferè in omnibus, ff.de
48 reg.iur. niſi fortè illud ſit de atrocioribus. Sed † ſi per ira-
cundiam, quæ ab aliqua iuſta cauſa prouenerit, crimen ali
quod commiſſum fuerit non ordinaria, ſed alia pœna mi-
tiori punietur Abbas antiquus in c 2.de maledict. Iaſ.in l.ſi
duo patroni, §.ſi quis iurauerit, nu.1.ff.de iureiur.cum alijs
49 citatis per nos in d.glo.1.in fi. Tandem † ſi quis per amorẽ
delictum aliquod commiſerit, cum (teſte Platone in Phe-
dro) ſit amor furoris ſpecies, hac ratione, ideo mitius talis
videtur puniendus, vt per Caſſan. in Burgundis fol.39. nu.
50 13.Clar.in §.hæreſis ver. ſucceſſiuè quæro. Sed † exemp-
tionibus, ac temperamentis propoſitis non gaudebit reus
ille, qui ruptis vinculis, & effracto carcere euadere fuit co
natus, l.in eos 13.ff.de cuſtod.reor. ſi accuſatorem corrupit
l.vlt. ff.de præuaric.l.2.ff.de bonis, qui ante ſenten.l.in fiſci
4.ff.de iure fiſci.l.eius, qui 29.ff. eod.l. tranſigere 18. C. de
51 tranſ. † Si ſeipſum interficere voluit, l.qui rei 3.§. ſic autẽ,
ff.de bon.eorum, qui ante ſent. Si denique repetito reo an-
te abolitionẽ præſcriptiones non fuerint oppoſitæ, l.ſi quis
7.ff.ad S.C. Turpil.l.aut priuatim 10.§.abolitione, ff. eodẽ.
52 Quamuis autem † Populus reum velit damnari, vel reus
requirendus ſit adnotatus propoſitis exemptionibus, & te-
peramentis, non derogabitur, l.Decurionum 22.C. de pen.
l.Diuus Adrianus 12.§.& ſic Diuus Pius, ff. de cuſtod. reor.
53 Planè, quod dictum eſt, † ſi reus accuſatorẽ corrupit, pro-
poſitis exemptionibus, & temperamentis, quo magis ab-
ſoluatur, adiuuari non deberi diſtinctionem recipit. Nam
in capitalibus criminibus, quæ pœnam mortis continent,
decretum eſt, non nocere ei, qui aduerſarium corruperit,
ignoſcendum enim ei, qui ſanguinem ſuum, qualitercun-
que redemptum voluerit dict.l.vlt.ff.de præuaric.l.1.ff.de
bonis eorum, qui ante. quod tamen fallit in crimine adulte
rij, & latrocinij, l.2.ff.eod.l.tranſigere 18.C.de tranſact. Sed
54 † & in falſi crimine, licet reo cum accuſatore tranſigere d.
55 l.18. † Quamuis autem is, qui accuſatorem corrupit pro
conuicto habeatur, tamen eo ante ſententiam latam mor-
tuo, hæredi eius non præiudicatur, niſi crimen fuerit pro-
batum d.l.eius, qui 29.in princ.ff.de iure fiſc.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna hominum emendatio eſt.*
2 *Pœna noxæ vindicta. Fraus noxa eſt, & præparatio pœnæ.*
3 *Pœna, & mulcta differunt.*
4 *Mulcta quibus debeatur.*
5 *Pœnæ alia capitales, alia non capitales.*
6 *Pœna, & aliter diuiduntur.*
7 *Pœnæ capitales, an canonico iure ſint licitæ.*
8 *Ad mortem damnati libertatem, & Ciuitatem amittunt.*
9 *Vltimum ſupplicium iure ciuili mors iure canonico, excommu-*
nicatio item, & mors.
10 *Apoledes, qui.*
11 *Damnati ad triremes, quæ amittant.*
12 *Damnati in metallum quæ amittant.*
13 *Serui pœnæ, qui efficiantur.*
14 *Negociatio in pœnam prohibetur.*
15 *Vt ſe quis è ſaxo præcipitetur non damnatur.*
16 *Pœna in facie non ſcribenda.*
17 *Quæſtionis habendæ cauſa, nemo damnandus.*
18 *Carcer in pœna non datur, limitatur.*
19 *Vinculis perpetuis nemo damnatur, limitatur in ſeruis.*
20 *Actus aliquis pœnæ nomine interdicitur.*
21 *Aduocatione interdicta, quid interdictum.*
22 *Tabellionibus, quæ ſoleant interdici.*
23 *Negocijs publicis interdicitur loco pœnæ.*
24 *Arte ſua loco pœnæ interdicitur.*
25 *Interdicitur Ciuitas, territorium, muros, vicus, ſcilicet ne quis*
in eis moretur.
26 *Ordine interdicitur ad tempus, vel in perpetuum.*
27 *Prohibetur, ne honores adipiſcantur.*
28 *Vno honore interdictus minores, non maiores poteſt aſſequi.*
29 *Pœna non tribuit immunitatem.*

De Pœnis. Tit. 14.

NVnc de pęnis eſt differendum. Pęnas autem ob ma
1 leficia ſolui magna ratio ſuadet, † cum ipſa ſit ho-
minum emendatio, l.ſi pęna 20.ff.de pęn. 21.quęſt.
2.c.placuit, §.fin.23.q.4. c.eſt iniuſta, §.fin. in fine, l.ſi à reo
70.§.id, quod vulgo ver. nam pęnas, ff. de fideiuſſor. l. ſi ita
vulneratus 51. §. quod ſi quis abſurdè ver. neque enim, ff.
2 ad leg.Aquil. † eſt autem pęna noxæ vindicta: fraus & ip-
ſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ quædam præparatio, l. a-
liud eſt 131.ff.de verbor. ſignificat. vbi Alciat. & Rebuff.
3 & Polyantea in verbo pœna. † inter pęnam verò, & mul-
ctam hoc intereſt, quod inter genus, & ſpeciem: Nam
pęna generale nomen eſt omnium delictorum coercitio:
mulcta ſpecialis peccati, cuius animaduerſio hodie pecu-
niaria eſt. Pœna autem non tantum pecuniaria, verum ca-
pitis, & exiſtimationis irrogari ſolet. Et mulcta quidem ex
arbitrio eius venit, qui mulctam dicit: pœna non irroga-
tur, niſi, quæ qua lege, vel quo alio iure ſpecialiter huic
delicto impoſita eſt. Quinimò mulcta ibi dicitur, vbi ſpe-
cialiter pœna non eſt impoſita. Item mulctam is dicere
poteſt, cui adiudicatio data eſt. Magiſtratus ſolos,
& Præ-

Digitized by Google

& Præſides prouinciarum poſſe mulctam dicere, manda-
tis permiſſum eſt: pœnam autem vnuſquiſque irrogare
poteſt, cui huius criminis, ſiue delicti executio competit
d.l.aliud 131.§.inter mulctam.ff.de verbor.ſignifi.l. ſi qua
pœna 244.§.fin.ff.eod.leg.1.§.calumniatoribus, ff.ad S.C.
Turpill.d.l.244.& nos in tract.de differentijs indiuiduorũ
4 in verbo pœna,& mulcta differunt.† Quibus autem mul-
cta Canonico iure debeatur definitum extat 17. quæſt.4.
cap.ſi quis in atrio cap. ſi quis contumax, §.fina.cum cap.
ſequen.cap.cum omnes,& de pœnitentijs cap.2.Iure aut
li applicatur fiſco leg.5.C.de modo mulctar.Pęnarum au-
5 tem diuiſio eſt, quod † aliæ capitales ſint, aliæ non capita-
les. Capitalium pœnarum ferè iſti gradus ſunt: ſummum
ſupplicium, vt ad furcam damnatio, viui crematio, item
capitis amputatio. Deinde proxima morti pœna metal-
li coercitio, deinde in inſulam deportatio Clar.§.fina.67.
per tot.Cæteræ pęnę ad exiſtimationẽ non ad capitis peri-
culum pertinent: veluti relegatio ad tempus, vel in perpe-
tuum, vel in inſulam, vel cum in opus publicum quis da-
tur ad tempus, vel cum fuſtium ictui ſubijcitur. leg.capi-
talium 28.in princip.ff. de pœnis Clar.in §.fina. quæſt.67.
6 68.69.† Diuiduntur & alio modo pœnæ, ſcilicet quod aut
vitam adimant, aut ſeruitutem adiungant, aut ciuitatem
auferant, aut exilium, aut coercitionem corporis conti-
neant: veluti fuſtium admonitio, flagellorum caſtigatio,
vinculorum verberatio; aut damnum cum infamia, aut
dignitatis alicuius depoſitionem, aut alicuius actus pro-
hibitionem leg.ſi quis 6.§.fin.cum ſequen.ff.de pœnis. Ex
hiſce tria priora genera ſunt capitalis pœnæ ſpecies, reli-
7 qua non capitalis.† Capitales an,& in quibus caſibus cano-
nico iure inſpecto ſint licitæ, quæritur 23.quæſt.4.cap.vlt.
§.fin.& quod ſint illicitæ reſoluitur 23.quæſt.5.in princip.
cap.circumcelliones cap. pena cap.vnum cap.prodeſt, &
cap.reos in princ.Contra autem quod licita ſit pœna mor
tis probatur in d.cap.reos §.ſed obijcitur, & d.quæſt. 5.c.
de occidendis in princ.c.ſi non licet c.& ideo nequaquam
cap.qui malos c.homicidas c.ſi audieris c.hoc tamen, & c.
vlt §.fin.eas tamen Eccleſia non exequitur c.in Archiepiſ-
copatu 4.de raptoribus non capitalis exequitur ea mode-
ratione adhibita, vt in vindictā ſanguinis tranſire minimè
videantur d.c.4.& ſic pœnam perpetui vinculi,ſeu carce-
ris,atque mulctam,non capitalis,& ſine ſanguine exequi-
8 tur c.quamuis 3. de pœn.in 6.ſanè † ad mortem damnati
ſimul libertatem,& ciuitatem perdũt l.2.in princ.ff.de pę
9 nis l.qui vltimo 29.ff.eod. † Vltimum ſupplicium de iure
ciuili eſſe mortem ſolam interpretamur l. vltimū 21.ff.de
pœn.l.capitalium 28.in prin.ff.eod.l.aut damnum 8.§.1.iu
re aũt canonico excommunicationem c.per venerabilem,
q filij ſint legitimi c.1.de homicidio Corne.conſ.202.n.3.
& 4.lib.1. Anchar.d.c.1. Didac.var.reſol.lib.2.c.20.nu.10.
Gramm.deciſ.74.nu.15.contradicit Gab.de crim.cõcluſ.1.
nu.9.& ſupra ver. Contra aũt. Pœna aũt, qua libertas ſola
amittitur proponitur in l.quidam 17.ff.de pœn. in l.quod
ad ſtatũ 12.ff.eod.Pęnæ qua ciuitas amittitur effectus ꝓpo
nitur in l.eum qui 3.ff.de interdic.& relegat.ſed quoad a-
miſſionem bonorum vr̃ ſublata per ea,quæ dicentur infra
10 de publicatione bonorum. Sed quidam † Apulides ſunt,
hoc eſt ſine ciuitate; vt ſunt in opus publicũ ꝑpetuo dati,
& in inſulam deportati; vt ea quidem, q̃ iuris ciuilis ſunt,
non habeant: quæ verò ſunt iuris gentium habeant l. qui-
dam ſunt 17.in fine ff.de pęnis auth.ſed hodie,& in corpo-
re,vnde ſumitur C.de donatio.inter vir.& vxor.quod põt
referri ad dãnatos perpetuo ad triremes,vel in aliud opus
11 publicum ſi aliquod aliud reperiatur,† qui non amittunt
ea,quę ſunt iuris gentium,vt in d.l.quidã,& in dicta auth.
ſed hodie,& conſequenter cõtrahere, & ex contractu ac-
quirere,& perdere non prohibentur, cum illi iure gẽtium
introducti ſint §.ius autẽ gentium in inſt.de iur.natu.gent.
& ciuil.l.iuriſgentium ff.de pact.Bar.in d.l.quidam num.1.
ver.ſecundo oppono,& in l.ſi victum ff.de re iudic.Pereg.
de iure fiſci li.3.tit.4.nu.9.& tit.5.nu.10 & ita arguit Rota
in Romana domus die 4.Decemb.1615.coram Pamphilio.
12 Sed † & in metallum,vel in opus metalli damnati ſerui pę
næ antiquo iure efficiebantur,niſi ad tempus,nõ in perpe-
tuũ damnati eſſent l. aut damnum 8.§.eſt pœna d.l.quidã
17.in prin.l.in metallũ 36.ff.de pęnis l.capitalium 28.§.D.
13 Adrianus,ff.eod.Item † ſerui pœnæ efficiuntur ij,in quos
animaduerti iubetur,quiue ad beſtias dantur Peregrin.de
iure fiſci lib.3.tit.4.nu.7.ver.amplia 4.Inter eos autem,qui
in metallum,& eos,qui in opus metalli damnantur, diffe-
rentia in vinculis tantum eſt, quod qui in metallum gra-
uioribus vinculis premuntur:qui in opus metalli leuioribus.
quodque refugæ ex opere metalli in metallum damnãtur,
ex metallo grauius coercentur l.aut dãnum 8. §.inter eos.
In calcariam quoque,vel ſulfurariam damnari ſolent: ſed
hæ pœnæ metalli magis ſunt d.l.8.§.in calcariam. Solam
autem ciuitatem auferunt,retenta libertate pœna operis
publici, & in inſulam deportatio, quibus pœnis damnati
ea,quæ iuris ciuilis ſunt,amittunt: quæ vero ſunt iuris gen
tium retinent,vt paulo antea dicebamus. In ludum quo-
que venatorium damnari ſolent iuniores, qua pœna dam-
nati ſerui pœnæ efficiuntur d.leg.8.§.quicunque ff.de pœ
14 nis.Planè † pro correctione delicti vel piſtoribus, vel cui-
cunque alteri corpori (cum alterius ſit corporis,vel cuiuſ
addici nemo debet, ſed vnuſquiſque pro crimine,in quo
fuerit deprehenſus motum cõgruæ veritatis excipiat l.
ne quis 19.C.de pœnis l.ne quis 7.C.de Decur.& filijs eo-
rum. In caſu tamen quis,vt negotietur, damnari poteſt l.
15 moris eſt 9.§.ſed & damnari ff.de pœnis. Sed † & nemo,
vt de ſaxo præcipitetur, vel membrum ei amputetur po-
teſt damnari, etſi delicti qualitas amputationem membri
exigat,vna dumtaxat manus amputanda eſt l.g.ſi diutur-
no 25.§.fin.ff.de pœnis,§ quia vero auth.en.vt nulli iudic.
16 Clar.in §.fin quæſt.69.& 70.Præterea † pœna in facie ſcri
bi non debet,cum & in manibus,& in Suris poſſit pœna dã
nationis vna ſubſcriptione comprehendi, quo facies, quæ
ad ſimilitudinem pulchritudinis eſt cœleſtis figurata,mini
mè maculetur l.ſi quis 17.C.de pœnis Clar.§.fin.quæſt 70.
Nam in facie,& capite hominis ineſt quædam religio, ꝓ-
pter quam ſanctè coli,ac obſeruari debeant,vt docet Ale-
xand ab Alexan.li.2.Genial.dier.cap.19.non autem macu-
lari.Contra pietatem huius legis,multos vidi,& præſertim
mulieres ſine auribus,& ſine naſu,valde à ſimilitudine cœ
leſtis pulchritudinis deformatas,& deturpatas in pœnam
17 vulgariſſimi,ac fragiliſſimi vitij carnis.† Quæſtionis habẽ
dæ cauſa nemo damnandus eſt leg. penult.ff.de quæſtio.
18 † Carcer quoque ad continendos homines. non ad pu-
niendos haberi debet l.aut damnum 8.§.ſolent præſides ff.
de pœnis: Ius tamen canonicum carcere ad puniendũ vti-
19 tur.c.quamuis 3.de pœnis in 6.† Perpetuis vinculis nemo
eſt damnandus niſi fortè ſeruus ſit,l.mandatis.35.ff.de pœ
nis l.incredibile 6.C.eod.l.ſeruus 10 C.eod.Clar.§.fina.q.7.
20 Poteſt autem † alicui pœnæ nomine aliquo actu interdici,
vt puta aduocationib.vel necertis perſonis adſit,vel apud
certos iudices; quo caſu apud inferiores iudices,poſtulare
prohibitus non videtur: vt puta apud legatum,vel procu-
ratorem præſidis,cum apud ipſum præſidem poſtulare
alicui eſſet interdictum, ſi tamen apud legatum prohibi-
tus fuerit poſtulare,nec quidem apud præſidem relicta il-
li eſt poſtulandi facultas l.moris eſt 9.ff.de pœn. Clar.in §.
fin.q.73.in princ.l.1.C.de poſtulando l.prius autem 6. §.ſi.
21 ff.eod.l.ex ea 9.ff.eod.l.Imperator 8.ff.eod.l.1.eod. † Non
nunquam non aduocationibus, cui interdicitur,ſed foro,
plus eſt autem foro,quam aduocationibus interdicere.Si-
quidem huic omnino forenſibus accomodare ſe non per
mittitur,l.moris eſt 9.ff. de pœnis l.prouidendum 7. C.de
poſtulando l.quos prohibet 7 ff eod.& leg.1 §.remouet ff.
eod.l.nemo 8.C.eod ſolet autem ita, vel iuris ſtudioſis in-
terdici, vel aduocatis, vel tabellionibus, ſiue pragmaticis
tot.titul.ff. & C.de poſtulando leg. ſi quis 38. §.ſi quis in-
ſtrumentum, ff.de pœnis leg.8.in princip.& §.1.ff.mand.
22 & leg.fina §. fina.ff. de interdict.& relegatis. † Solet & ita
interdici,ne inſtrumenta omnino forment,nevè libellos cõ-
cipiant,vel teſtationes conſignent.Solet & ſic,ne eo loci ſe-
deant, quo in publico inſtrumẽta deponũtur,archiuio for
tè, vel grãmatophylacio.Solet & ſic,vt teſtamenta ne ordi
nent,vel ſcribant,vel ſignent l.aut facta 16.ff.de pęnis d.l.
23 moris eſt 9.ff.de pœnis. Erit † & illa pœna,ne quis nego-
cijs publicis interueniat,hic enim priuatis intereſſe poterit,
publicis prohibetur, vt ſolent,quibus ſentẽtia præcipitur,
publicis abſtinere.Sunt autem,& aliæ pœnæ,puta ſi nego
ciatione, quis abſtinere iubeatur, vel ad cõductionẽ eorũ,
q̃ publicè locãtur accedere,vt vectigalia publica:Interdici
aũt negociatione plerũq. vel negociationib. ſolet d.l.moris
24 9.§.erit & illa pęna ff.de pœn.Planè † præſes vltra admi-
niſtrationis ſuæ tempus interdicere alicui arte ſua vti non
C 3 poteſt

Digitized by Google

25 poteſt, l. Imperator 43 ff. de pœnis. Solet † præterea interdici quibuſdam, ne intra Patriæ territorium, vel muros morentur, ne excedant patriam, vel in vicis quibuſdã morentur, l. relegatorum 7. §. ſolet, ff. de interdic. & relegat. ſed & poteſt quis damnari, ne de domo ſua procedat, l. vlt. ff. eo.
26 Solet † decurionibus ordine interdici, vel ad tempus, vel
27 in perpetuum. Item † poteſt alicui iniungi, ne honores adipiſcatur, nec ea res facit, vt Decurio eſſe deſinat, cum fieri poſſit, vt quis Decurio quidem ſit, ad honores autem non admittatur. Nam & Senator quis eſſe poteſt, & tamen ho-
28 nores non petere. Poteſt † alicui, & vnó honore interdici, ſic tamen, vt ſi cui vno honore interdictum ſit, non tãtum eum honorem petere non poſſit, verum nec eos quidẽ, qui eo honore maiores ſunt, eſt enim per quam ridiculum, eũ, qui minoribus pœnæ cauſa prohibitus ſit, ad maiores aſpirare. Maioribus tamen prohibitus, minores petere nõ prohibetur. Sed muneribus ſi quis pœnæ cauſa fuerit prohibi-
29 tus, nihil valebit ſententia, † neque enim immunitatẽ pœna tribuere debet. Ergo & ſi honoribus quis in pœnam fuerit prohibitus, poterit dici (ſi honores illi habuerint, mixtã muneris grauem impenſam) eam infamiam illi ad hoc non profuturam. Sed honore quidem illum arceri dicendũ eſt, cæterum impendia debere præſtari d. l. relegatorum 7. §. ſolet præterea, & l. ſed honore 8 ff. de interdic. & relegat. Sed & de his, & alijs pluribus pœnis plura referuntur in Syntag. com. opin. loco 3. tit. 10. 11. 12. & 13. & quæ delictorum pœnæ maiorum criminum apud diuerſas gentes, more, & legibus fuerint conſtitutæ, & quæ minorum, legũtur apud Alex. ab Alex. lib. 3. genial. dier. c. 5.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis origo.*
2 *Pœna nulla maior excommunicatione.*
3 *Excommunicatio eſt ſententia Eccleſiaſtica.*
4 *Excommunicatio eſt medicinalis pœna.*
5 *Excommunicatio an ſit pœna licita.*
6 *Diuiſio excommunicationis.*
7 *Differt excommunicatio ab anathematizatione.*
8 *Anathematizatio qualiter ferenda.*
9 *Excommunicatio non niſi ex certa cauſa, ac manifeſta eſt ferenda, & quibus de cauſis.*
10 *Prælato ſuo non obtemperans, excommunicatur, limitatur, ac declaratur.*
11 *Admonitus incorrigibilis excommunicatur.*
12 *Magiſtratus Eccleſiaſticus ſibi vim inferentes excommunicat.*
13 *Accuſans Epiſcopum, vel Eccleſiam monitione non præmiſſa, excommunicatur, declaratur.*
14 *Eccleſiam in libertate, vel immunitate ſua grauans excommunicatur.*
15 *Clericum, vel religioſum percutiens, vel ei vim inferens excõmunicatur, limitatur, & declaratur.*
16 *Clericum, vel religioſum in vinculis, vel cuſtodia detinens excommunicatur.*
17 *Eccleſiam effrangens, vel ſpolians excommunicatur.*
18 *Abſolutionem ab excommunicatione per vim extorquens excommunicatur.*
19 *Communicans cum excommunicato, excommunicatur. limitatur, atque declaratur.*
20 *Moliens contra excommunicationem excommunicatur.*
21 *Clericum ad ſæcularem iudicem vocans excommunicatur.*
22 *Appellans ad tranſmarina excommunicatur.*
23 *Fidem promiſſi non præſtans excommunicatur.*
24 *Falſum teſtimonium dicens excommunicatur.*
25 *Vxores duas ducens, homicida, & contrahens in gradu prohibito nuptias, excommunicatur.*
26 *Spolians clericum religioſum, vel pauperem, excommunicatur.*
27 *Romipetas, peregrinos, ac mercatores moleſtans, excommunicatur.*
28 *Oratores, Eccleſias, bona, & perſonas earum infeſtans, excommunicatur.*
29 *Pacem frangens excommunicatur.*
30 *Vocatus ad Synodum non veniens, illius præceptis non obtemperans, ab eo diſcedens ante finem, excommunicatur.*
31 *Eccleſiaſtica prædia inuadens excommunicatur.*
32 *Periurium nolens confiteri excommunicatur.*
33 *Sortilegus incantator, & ſimiles excommunicantur.*
34 *Coiens cum matre ſpirituali, & filia.*
35 *Hæreticus, fautor, defenſor, receptor hæretici excommunicatur.*
36 *Mutilans ſe ipſum excommunicatur.*
37 *Deprehenſus in fornicatione, periurio, & furto excommunicatur, limitatur.*
38 *Ordinatus Epiſcopus fauore ciuilis magiſtratus.*
39 *Clericus communicia efficiens Presbyterum, aut Diaconum excommunicatur.*
40 *Subſannãs manchum, mutum, ſurdum, vel ſimilem excommunicatur.*
41 *Monachus habitum ſuæ religionis non deferens, vel deferens occulte.*
42 *Literas Apoſtolicas ab alio, quam à Papa, vel ſuis impetrans, excommunicatur.*
43 *Incendiarius excommunicatur.*
44 *Sacramenta in aliena parochia miniſtrans ſine licentia excommunicatur.*
45 *Conducens locatione alij facta non finita, excommunicatur.*
46 *Vſurpans ius patronatus, excommunicatur.*
47 *Iudex laicus interpellatus pro brachio ſeculari, illud non præſtans excommunicatur.*
48 *Excommunicandus non eſt iuriſdictioni non ſubditus, declaratur.*
49 *Priuilegiatus non eſt excommunicandus declaratur.*
50 *Excommunicandus nemo eſt ſine cauſa manifeſtè probata nec ex cauſa leui.*
51 *Punitus alia pœna non eſt ex eodem delicto excommunicandus, limitatur.*
52 *Conatus ſine effectu non eſt cauſa excommunicandi.*
53 *Is qui deliquit, non alius eſt excommunicandus, limitatur, ac declaratur.*
54 *Ius excommunicandi non habent, qui ſunt extra Eccleſiam, limitatur.*
55 *Laicus ius excommunicandi non habent.*
56 *Prælatis maſculis, non fœminis ius excommunicandi competit, limitatur.*
57 *Sententia excommunicationis poſt delictum commiſſum, non ante ferenda eſt. limitatur.*
58 *Monitio debet præcedere excommunicationis ſententiam, limitatur.*
59 *Excommunicans irreprehenſibilis eſſe debet, nec debet indulgere affectibus.*
60 *Sententia excommunicationis in ſcriptis eſt ferenda, & in ea cauſa inſerenda, nec ferenda ſub conditione ſatisfactionis.*
61 *Verba, modus, & forma ſententiæ excommunicationis.*
62 *Nomina excommunicatorum publicanda.*
63 *Copia excommunicationis eſt exhibenda excommunicatis.*
64 *Appellatur a ſententia excommunicationis.*
65 *Abſolutio excommunicatis, An danda ſit.*
66 *Ordo iudiciarius ſeruandus, & cauſa cognoſcenda, declaratur.*
67 *Excommunicatus intra annum auditur.*
68 *Sententia iniuſta retractatur; & excommunicatus reſtituitur.*
69 *Iudicum iniuſtè excommunicantium pœna.*
70 *Excommunicatorum iuſtò pœna multæ.*
Excommunicati iuſtè ſunt ſeparati à Deo, Diabolo traditi, legati in Cœlo non habent vitam, Spiritum non tenent, ſunt ſeparati a corpore Chriſti, à Societate fraterna.
71 *Excommunicati ſunt ſuſpenſi à diuinis, limitatur.*
72 *Excommunicati ſunt incapaces amittunt feuda Eccleſiaſtica, ordinem non ſuſcipiunt; in iudicio agere non poſſunt; ſunt vbique locorum vitandi.*
73 *Oblationes pro eis facta non recipiuntur. declaratur, orationes pro eis non habenda.*
74 *Domino excommunicato ſubditi, & vaſalli à ſeruitio, & obedientia liberantur.*
75 *Pœna non obtemperantis excommunicationi, & appellantis, & ſuccumbentis.*
76 *Interdictum fit ex eiſdem cauſis, quibus excommunicatio, & alijs, de quibus ibi.*
77 *Interdictum quid.*
78 *Ius interdicendi quibus competit.*
79 *Monitio ante interdictum præmittenda.*
80 *Sententia interdicti in ſcriptis ferenda.*
81 *Diuina officia in locis interdictis non ſunt celebranda, limitatur, & declaratur.*

Ii-

82 *Viatitum, & pœnitentia in locis interdictis non denegatur declaratur.*
83 *Sepultura Clericorum morientium fit in locis interdictis.*
84 *Baptiſma, & Chriſma in locis interdictis poteſt celebrari.*
85 *Conciones in locis interdictis poſſunt haberi.*
86 *Epiſcopus trāſiēs per loca interdicta celebrat in altare viatico.*
87 *Pœna celebrantis in locis interdictis.*
88 *Interdicto Clero, non eſt interdictus populus, nec è contra.*
89 *Interdicta Ciuitate, vel Populo, ſinguli ciues cenſentur interdicti, limitatur.*
90 *Interdicta Ciuitate, ſuburbia quoque, & continentia ædificia interdicta cenſentur, & interdicta Eccleſia, & Cemeterium interdictum cenſetur.*
91 *Epiſcopi, & Prælati ſuperiores generali interdicto non continentur.*
92 *Ceſſatio à diuinis remedium affine interdicti.*
93 *Forma, & modus ceſſationis à diuinis.*

De excommunicatione, & interdicto Eccleſiaſtico. Tit. 15.

IVre autem ciuili vltimum ſupplicium eſſe mortem ſolam, iure Canonico excommunicationem in proximo
præcedenti titulo num. 9. dictum eſt. De excommuni-
1 catione, ideo ipſa nunc ſpecialiter eſt diſſerendum, † quæ
quidem ortum habuit ab antiquorum Græcorum, Latinorum, & aliorum ritibus, atque legibus non à Diu. Paulo, vt
Canoniſtæ, & Theologi opinantur, vt luculenter probat Tiraquell. de retract. lign. §. 1. gl. 9. num. 276. & ſequentibus.
2 Quia nulla maior pœna eſt in Eccleſia 24. q. 3. cap. corripiantur verſic. qua pœna Clar. §. fina. q. 77. in princip. † eſt
3 enim excommunicatio ſententia Eccleſiaſtica, vt 11. q. 3. c.
4 ad menſam 24. §. vel ſententia; † & eſt medicinalis, non
mortalis pœna cap. 1. in princip. de ſent. excom. in 6. & 24.
5 quæſt. 3. cap. notandum in fine. † An ſit licita pœna? & videtur, quod non, ex eo, quia mali ſunt tolerandi 23. q. 4. in
princip. cum cap. ſeq. cap. qui bonus c. quid ergo cum pluribus ſeqq. vſque ad cap. cum in lege §. his itaque. Verum
huic argumento reſpondetur per diſtinctionem, ſi mali
nō ſint noſtræ iuris, vel iuriſdictionis, vel eorum delicta latent, aut ſalua pace Eccleſiæ puniri non poſſint, alias contra d. §. his itaque vſque ad cap. cum quiſque, & d. c. cum
quiſque in princip. & d. q. 4. c. duo illa §. fina. cum ſequentib. cap. vſque ad cap. diſplicet, cap. qui peccat, cap. ſi Eccleſia, cap. quæſitum, cap. ſi quos igitur, cap. ſi non ex §. breuiter cum ſequent. vſque ad cap. debet homo, & cap. vltimo
in princ. item 23. q. 8. cap. legi 24. quæſt. 1. cap. quiſquis q.
3. cap. tam Sacerdotes cap. de excommunicationis cap. reſecandæ cap. corripiantur cap. ecce autem cap. illud ſane,
cap. notandum 11. q. 3. cap. audi §. fina. cum cap. ſequen. &
infra lib. 3. tit. 19. & ſeq. Nec tamen, quod videatur, illa ta
pœna excommunicationis, & omnis alia, quin inutilis, vel
ſuperflua, vt dicitur 23. q. 4. cap. cum quiſque §. eſt & alia,
quia in dicta q. 4. cap. ſicut non eſt cum ſequentibus, vſq;
ad cap. ipſa pietas; Huic fundamento datis ſufficiens reſponſum, ex quo licita probatur. [illegible]
6 † Diuiditur itaque excommunicatio in eam, quæ fit ipſo
iure, & in eam, quæ fit per ſententiam, item in eam, quæ fit
à Corpore Chriſti, quam dicunt maiorem, & in eam, quæ
fit à communione fidelium, quam minorem appellant, vt
11. q. 3. cap. cum ſit §. fin. cum cap. ſequen. cap. ad menſam
§. euidenter ver. ſed ipſius ſententiæ cum ſequen. 24. q. 3.
cap. de illis cicum aliquis cap. ortum, vbi proponitur exemplum illius, quæ fit ipſo iure. Hanc eandem diuiſionem affert Clar. in §. fina. quæſt. 77. in princ. Peregrin. de priuileg.
fiſc. lib. 3. tit. 2. in num. 3. & nos in tracta. de diuiſionibus verſ.
7 vſque iuris diuiſ. 46. & † differt excommunicatio quælibet
ab anathematizatione, cum illa poſſit eſſe maior, vel minor; hæc verò vtramque continet maiorem ſcilicet, & minorem 3. q. 4. cap. vlt. in prin. & §. fina. 11. q. 3. cap. nemo 41.
8 † ſub qua ſine conſcientia Archiepiſcopi, aut coepiſcoporum, quis nullum præſumat ponere, niſi vnde canonica docet authoritas; quia anathema eſt æternæ mortis damnatio, & non niſi pro mortali debet imponi crimine, & illi,
qui aliter non potuit corrigi d. c. nemo §. ſub anathemate,
vbi gloſa, & ve [illegible] in tract. de differentiis in verb.
excōmunicatio, vbi eam ſeparamus ab interdicto in verb.
interdictum differt ab excommunicatione. Et quamuis ex
pluribus cauſis excommunicationis pœna poſſit irrogari,
9 vt dicetur, nihilominus † non niſi ex certa, & manifeſta
cauſa quis eſt excommunicandus, vt d. cap. nemo cap. ſacro 48 §. caueat de ſent. excom 11. q. 1. c. nemo & q. 3. c. nul-
10 lus c. plerumque §. cauſæ ergò. Itaq; † ſi quis decreto, vel
conſtitutioni prælati ſui non obtemperauerit, ex hac potiſſimum cauſa poterit excommunicari c. ſi quis 2. c. quod ſuper 8. c. cum in Eccleſiis 10. de maiorit & obed. 11. q. 3. cap. ſi
Epiſcopus §. ſi. 24. q. 3. c. ſi quis. Vel ſi quis contumax ſit, &
aliter coerceri non poſſit c. iuxtæ fraternitatis 3. ver. quod ſi
cauſa talis, vt lite non conteſt. c. 1. in fin. c. accedens 2. §. cum
igitur ver. licet iudices c. quoniam. §. fina. eod. tit. 11. q. 6. c.
non ita §. fina. cum cap. ſequen. 4. q. 5. in princ. cum c. ſeq. 5.
c. 2. c. præſēti in fine 24. q. 3. c. de illicita §. de peremptoriis
verum ſi is, qui non obtemperat, appellauit, non erit excommunicandus ſecundum diſtinctionem, de qua in c. licet 14.
de ſent. excom. in 6. c. cum olim 32. de offic. deleg. c. cum in
filij 16. de teſtib. c. dilectæ 10. de except. 23. q. 6. c. accuſatus,
& c. 1. e. ad præſentiam 16. c. dilectus 55. de appellat. Nam
appellatione pendente, nihil eſt innouandum, & eſt de eo
iudici, à quo appellatum eſt per iudicem appellationis inhibendum, & innouatū, ſeu attentatum reſcindendum 21.
q. 6. c. poſt appellationem §. Vulpianus l. 1. ff. nihil innouari, appellatione interpoſita. Nec minus ille, qui non obtemperauit, poſtea veniens ſe excuſauerit c. cum parati 19 de
appellat. Clar. in §. fina. q. 26. ver. ſed pone. Sed etſi contumax iter ad Papam ſit ingreſſus, ei cauſam ſuæ contumaciæ expoſiturus, non erit excommunicādus c. dilecti 52. de
appell. c. 1. de Cleric. peregri. extrauag. comm diuina 3. de
priuileg. Quod tamen nō procedet, ſi poſt citationem iter
arripuit c. meminimus 9. c. ſuggeſtum 15. & c. ad hæc 30. de
appell. vel ſi ante ſententiā appellans ſine rationabili cauſa dicat ſe nuncium ad Papam miſiſſe c. vt debitus 59. ver.
non obſtante, ſi dicat eod. tit. ſecunda excommunicandi iu-
11 ſta cauſa eſt, ſi † admonitus ſit incorrigibilis 24. q. 3. c. tam
Sacerdotes, & cap. ecce autem. Tertia excommunicationis
12 iuſta cauſa eſt, † ſi magiſtratus Eccleſiaſticus vim patiatur, tunc enim magiſtratus ipſe poterit vim inferentem
excommunicare, vel terram eius interdicto ſubijcere c. di-
13 lecto de ſenten. excom. in 6. Quarta cauſa eſt † ſi Epiſcopus, vel Eccleſia accuſetur admonitione non præmiſſa 11.
q. 7. c. ſi quis erga. Quod non procedit, ſi de cauſa pecuniaria, non criminali agatur d. q. 7. c. ſi quis ab Epiſcopo. Quin-
14 ta cauſa eſt, † ſi quis Eccleſiam contra immunitatem, vel
libertatem ſuam grauauerit c. non minus 4 de immuni. Eccleſ. c. nouerit 49. c. grauem 33. de ſent. excom. Clar. in §. fi.
q. 77. ver. facientes num. 28. vbi etiam declaratur, vt fit in-
15 ferius lib. 3. titu. 68. Sexta cauſa eſt † ſi quis Clericum, vel
alium religioſum percuſſit, vel vim ei intulit 17. q. 4. cap. ſi
quis ſuadente c. ſi quis deinceps c. de presbyterorum, & de
ſent. excom. c. non dubium 5. Clarus §. fin. q. 77. ver. percutiens 2. & 23. Villa E. 128. verum ſi ratione officij, ac diſciplinæ quis Clericum percuſſit, non eſt excommunicandus
c. 1. §. nec ille magiſter, & c. cum voluntate 54. §. ſi qui verò
de ſent. excom. Ideo ſi dilecta ex cauſa iuſſu Prælati fuit
percuſſus Clericus, non erit percutiens excommunicandus
c. vt famæ 45. §. ſi. eo. ti. & c. ſi Clericos 15. eod. ti. in 6. ſed quod
Prælatus poteſt per ſe non poſſit per alium in propoſita
ſpecie, videtur textus in cap. vniuerſitatis 24. eod. tit. vt res
ipſa dubia ſit. Impubes ſi Clericum percuſſit pœnæ excommunicationis non ſubiacet c. 1. in princ. de ſenten. excom.
Nec minus ille, qui percuſſit ioco, d. c. 1. §. 1. Verum qui Clericum volentem percuſſit, eſt excommunicandus, quoniā
Clerici voluntas percutientem non excuſat c. contingit 36.
eod. tit. qui Clericum deprehenſum in adulterio, vel ſtupro percuſſit, non eſt excommunicandus ſecundum diſtinctionem, de qua in cap. ſi verò 3. §. nec ille cum ſequent. de
ſent. excom. Villa. c. 76. & 77. Clar. in §. homicidium verſi.
dixit etiam 48. Sed deprehēſum in fragranti, ſtatim ſuo iudici tradendum exiſtimant citati per vinium opin. incip. iudex Laicus. Quod veriſſimum eſt, niſi abſque habitu Clericali ſit deprehenſus, vt ibi ver. interpretatur hoc. Nam
qui contempto habitu Clericali illicitis ſe immiſcuit ſine
incurſu excommunicationis percutitur, deprehenditur,
& detinetur. c. cum non ab homine 14. §. in articulo, percendimus 23. c. in audientia 25. c. contingit 45. de ſent. excō.
Vinius vbi ſupra. Et quod dictum eſt de deprehenſo in
adul-

adulterio, vel ſtupró, procedit non ſolum in viro, & appa-
ritoribus iudicis ſæcularis, ſed & in ſponſo de futuro, qui
clericum cum ſua ſponſa inuentum percuſſerit, & depræ-
henderit Vill.E.126. Clar.in §.homicidium, ver.ſed quid
dicendum 49.ibi quod tamen intellige.Qui clericum diui-
na officia turbantem è templo vi eiecerit, non eſt excom-
municationi obnoxius,c.veniens 16.c.cum voluntate 54.§.
ſi qui verò, de ſentent.excommun. Nec qui ignorans, vel
per errorem clericum percuſſit,c.ſi verò 4.eod.tit.Clar. in
§.fin.q.77.ver.ſucceſſiuè 7.& ver.ſed quid ſi 8. ex eo enim
quod quis non clericum,ſed monachum,vel conuerſum,
aut nouitium percuſſit.ab excommunicatione non excu-
ſabitur, c.parochianos 9. de ſentent.excomm. c.religioſo
21.§. fin. eodem tit. in 6 Clar.§ fin. quæſt.77. ver.vlterius
5.& ver.item quæro 4. Verum in nouitio controuertitur
apud Gabr.lib.1.de præſumpt.concluſ.12.num.14. Minus
excuſabitur, qui cum clerico à ſe percuſſo tranſegit, cap.
cum deſideras 15.§ fin. de ſent.excommun.facit text.in ca.
contingit 36. eodem titul. Nec qui clericum degradatum
percuſſit ſecundum diſtinctionem, de qua apud Clar.d.
q.77. ver.quæro etiam 10. Nec qui percuſſit clericum ex-
communicatum Clar.d.quæſt.77. ver.ſed nunquid 9.Vil-
la C.81.Nec qui ſe ipſum percuſſit d.quæſ.77.verſic.adde
quod 3.Si verò quis conatus fuerit clericum percutere, &
conatus non habuerit effectum, non eſt ex ſolo conatu ex-
communicandus Viuius opin.incip.conatus, d.§.homici-
dium,numer.3.& 4. Nec minus ille, qui ſe,ſuoſque animo
defendendi, clericum percuſſit, Clar.d.§.homicidiũ, ver.
prætetea etiam 29.cum ſeq. ibi & nota,vel percuſſit cleri-
cum delinquentem in fragranti, Clar.in §.fin. quæſtio.77.
ver.ſed hic quæro 13. & fuit dictum paulò ſuperius, ver.
qui clericum deprehenſum. Tandem obſeruandum eſt,
quod ſi iudæus clericum percuſſerit hic enim cum ſit ex-
communicatus,amplius excommunicari non poteſt. Ideo-
que alia pena punitur,de qua in c.poſtulaſti 14.de Iudæis.
16 Septima cauſa eſt,† ſi quis Clericum, vel alium Religio-
ſum in vinculis, vel cuſtodia detineat, capit nuper 29. in
princ.de ſentent.excommunic. quod veriſſimum eſt cum
declarationib. datis ſuperius in cauſa 6 Octaua cauſa ex-
17 communicandi eſt: † ſi quis eccleſiam effregerit, ac ſpo-
liauerit, c.conqueſti 22.de ſentent. excommun. Clar. d.q.
18 77.ver.effractores 20. Nona cauſa eſt, † ſi abſolutio, vel
reuocatio ab excommunicato fuerit per vim extorta, c.1.
in fine de his,quæ vi metuſvè cauſa in 6.Decima cauſa ex-
19 communicationis eſt,† ſi quis cum excommunicato com-
municauerit,cum ſub excommunicationis pœna ſit vitan
dus per citata infra lib.2.tit.9.num.17.cap.cum deſideres
15.ver.quia,qui c.ſignificauit 18.c.quod in dubijs 30. §.1.
de ſentent.excommun.11.q.3.c.præcipuè,c.ſi quis epiſco-
pus 5.& c.4.c.ſicut,c.excommunicatos,c.cum excommu-
nicato, c.qui communicauerit,c.audi, §.cum ergò,c.qui-
bus,c.ſi quis frater,c.qui meritò,c.qui verò, & cap.vltimo
Apoſtol.canone ſi quis 10.& d.q.3.c.Zeugualdum,cap.ad
certitudinem 5.§ cæterum de ſentent.excommunic.in ex-
trauag.comm. Vill.P.28.Peregr. de priuileg.fiſc.lib.3. tit.
11.num.27.& ſeq. Verum in pluribus caſibus licet cum ex-
communicato communicare, de quibus 11.q.3.c.quoniã
multos, item c.quod in dubijs 3.§.nullus autem,& c.inter
alia 31.de ſent.excommun.& primo familiares,atque do-
meſtici poterunt cum excommunicato communicare abſ-
que incurſu in excommunicationem, d.c.quoniam multo
item,c.ſi verò 34.de ſentent.excommunic. Sed & ſecundo
ignorans cum excommunicato communicans excommu-
nicationem non incurrit, d.c quoniam multos ver.& eos,
qui ignorantes,& d.q.3.c.ſi quis poteſt, §.fin.cum c.ſequ.
& cap.vlt. ver.ſeu ignorantia. Tertio ſi ex neceſſitate quis
communicet, dicto capitulo vlt.verſic.ſeu neceſſitate, &
d.q.3 c.excellentiſſimus,ver.aliud eſſe. Huius neceſſitatis
exemplum proponitur in oratore in d.cap.quoniam mul-
tos,ver. quicunque autem orator,cui concordat, c.ſi verò
34. §.eſt autem, de ſentent.excommun. Aliud exemplum
habetur d.q.3. c.anteceſſor, & c.quod prædeceſſor. Aliud
habetur in c.ſacris,de his,quæ vi metuſve cauſa. Quarto ſi
quis ei,qui excommunicato communicat, communicaue-
rit: hic enim ob id non eſt excommunicatus,d.c.quoniam
multos,ver: ſiue illos,qui: Non obſtat d.q.3.c.rogo.capit.ſi
quis laicus, §.1.vt benè demonſtrat Gratianus ibi in d.cap.
ſi quis laicus §.ſed hoc pertinet. Quinto ſi quis humani-
tatis cauſa excommunicato quid dare velit: hoc enim fa
cere poteſt ſine metu excommunicationis d.cap. quoniam
multos §.fin.pro quo facit.& caſus primus. Sexto ſi com-
municans ſimplex ſit, vt ab eius conuerſatione nihil mali
ſit metuendum d. cap. quoniam multos ver. nec non om-
nes alios. Septimo caſu, ſi excommunicato communicans
animo non conſentiat 11 q.3.c.anteceſſor cum cap.ſequen.
Octauo caſu ſumpto ex ſpecie excommunicationis,de quo
in d.3.q.cap.ad menſam. Nono caſu, ſi excommunicatio
ei,cui quis communicauit occulta ſit, vel non nominatim
facta,nec publicata d.q.3.c. curæ ſit §.fin. c.audi c. ſi quis
laicus.§. ſed hoc ſpecialiter, & 24.q.3.cap.1. §. fin. Verùm
ſi quis ea excommunicatione ſit excommunicatus, in qua
non ſit opus ſententia,nihilominus ſententia non lata, nec
publicata eſt vitandus,exemplo c.cum non ab.14.in princ.
& c.cum deſideres 15. §.ſecundæ quæſtioni de ſentent. ex-
comm.quod extendi poteſt ad conſtitutiones ſummorum
Pontificum ſub pena excommunicationis ipſo iure incur-
rendæ ſi contra factum fuerit. Decimo caſu ſi ei,qui iniu-
ſtè excommunicatus eſt, quis communicauerit 11.quæſt.
3.c.non debet.Sed contradicit,d.c.non debet, §.cum ergo,
cum c.ſequent. cui reſpondet Gratianus ibi. §.ad hæc re-
ſpondendum,cum quo concordat, d.q.3.c.ſi Epiſcopus,§.
præmiſſis. Vndecimo caſu,ſi is, qui excommunicato com-
municauit, non fuerit prius admonitus vt illum vitet, vt
excommunicatus, cap.quod in dubijs 3 §.illi autem, & ibi
glo. de ſenten.excommun. Duodecimo caſu.ſi quis ad exe
cutionem contra hæreticos vtatur excommunicatis, is nõ
ideo erit excommunicandus.c.præſidentes 6. de hæretic.
in 6.Peregrin.de priuileg.fiſci lib.3. tit.11. in fine, numero
39.Decimotertio caſu ſi quis vices tantum excommunica-
ti officialis gerat,vel ei remoto in officio ſuccedat, capit.1.
de offic.Vicarij in 6.Verum id non procedit,ſi cum poſſit
non abroget id ob quod prædeceſſor fuit excommunica-
tus,c.aduerſus 7 §.fin. de immunit. eccleſ. Decimoquarto
caſu: ſi allocutus tantum fuerit excommunicatum,c.cum
voluntate 54.in princ.de ſentent.excommun. Ex eo enim,
quod priuilegiatus aliquis excommunicato communica-
uerit,ex hoc ſolo excommunicationem non euadet,c.nul-
li 8.eod.tit.Decimoquinto caſu, ſi clericus excommunica-
tus communicauerit, vt videtur probari 11.q.3.c.qui cõ-
municauerit.Quod non procedit, ſi ille à Papa fuerit excõ
municatus,vt probatur,& diſtinguitur apud Clar.in §.fin.
quæſt.77.ver.Clerici 18.Etſi ille, qui excommunicato cõ-
municauit,poſtea eundem impugnauerit, & vitauerit,nõ
ideo liber ex excommunicatione euadit,c.ſacris 38.de ſen
tent.excommun.Nec minus ille,qui pendente appellatio-
ne ab excommunicationis ſententia interpoſita cum excõ-
municato communicauerit, c.per tuas 40. §.prius tamen,
§.ſed donec,eo.tit.11.q.3. c.ſi Epiſcopus, §.fin.Decimoſex-
to caſu: ſi excommunicatus fuit abſolutus, quando ei com
municatum eſt, niſi ex pluribus cauſis excommunicatus
ex vna tantum, vel non ex omnibus abſolutus fuerit, cap.
cum pro cauſa 27.c.officij 42. de ſentent. excommunicat.
Decimoſeptimo caſu: ſi Summus Pontifex excommuni-
cato communicauerit, vel cum honoris titulo appellaue-
rit, ſed reprobatur, c ſi aliquando 41. de ſentent.excomm.
Clement.ſi ſummus 4.eod. tit. Verum ſubſiſtit in ipſo Pa-
pa communicante cum excommunicato ob prærogatiuã
perſonæ Felyn.poſt alios in c.nulli, de ſentent.excommun.
ſequitur Peregrin.de priuileg.fiſci lib.3.tit.11.num.27.ver.
limita. Nec cum eo excommunicato communicandũ ideo
eſt,quia iurauerit eccleſiæ mandatis parere c.cum deſide-
res 15.& c.quod in dubijs 30. in princ. de ſentent. excom-
mun. Nec cum illo,qui diu fuit excommunicatus,poſt quã
cum eo eſt communicatum,c.ſicut nobis 39.eod.titu. Nec
minus cum illo,qui alterius ſit iuriſdictionis,cap.ad experi-
mendam 8.de offic.ordinarij 11.q.3. c.ſi quis à proprio,c.
ſeruetur. Decimooctauo caſu, ſi quis vi, metuſve cauſa
cum excommunicato communicauerit,non eſt excommu
nicandus, ſecundum diſtinctionem, de qua in c.ſacris,de
his,quæ vi,metuſve cauſa. Decimonono caſu, ſi quis ex-
communicato fuerit concionatus, nam nec is erit excom-
municandus,c.reſponſo 42. in princip. de ſentent.excom-
20 munic. Vndecima excommunicationis cauſa eſt, † ſi quis
contra excommunicationem aliquid fuerit molitus, cap.
quicunque 12. de ſentent.excommunic. in 6.Duodecima
21 cauſa eſt,† ſi quis clericum ad ſæcularem in ius vocauerit

11.q.1.

Digitized by Google

11.q.1.cap.inolita,q.2.cap.vnico. Decimatertia cauſa eſt,ſi
quis alium, quam fidei catholicæ iudicem appellauerit
22 11.q.6.c.catholicus. Decimaquarta cauſa eſt: † ſi quis ad
tranſmarina appellauerit,d.q.6.c.placuit, §.ad tranſmari-
23 na 11.q.3. Presbyteri, §.fin. Decimaquinta cauſa eſt, † ſi
quis promiſſis fidem non præſtet exemplo,cap.1.de iudic.
24 Decimaſexta cauſa eſt, † ſi quis falſum teſtimonium dixit
25 24.quæſt.3.c.itaque conſtituimus. Decimaſeptima, † ſi quis
homicidium commiſerit,dict.c.itaque. Decimaoctaua. Si
quis duas vxores ſimul habeat d.q.3.c.an non. Nam vno
eodemque tempore duas habere vxores, vel duos habere
viros lege diuina antiqua,lege euangelica, naturali,ciuili,
& Pontificia ſub pluribus alijs, & illis grauiſſimis pœnis
prohibetur, vt laté conſtat apud Menoch. de arbitrarijs
caſu 420.cum de adulterij pœnis &c. lib.2. centur.5. Vel ſi
vxorem ſine cauſa dimiſerit 32.q.5. c.præceptum. Vel ſi
contraxerit ſcienter matrimonium in gradu prohibito,
Clar.§.fin.q.77.ver.contrahentes 30.& §.inceſtus, verſic.
26 prætextu. Decimanona eſt. † ſi quis clericum, aut alium
religioſum,vel pauperem ſpoliauerit,d.q.1.cap.ſi quis de
27 potentibus,c.illi,qui. Vigeſima cauſa eſt: † ſi quis Romi-
petas,peregrinos,vel mercatores moleſtet, d.q.3.c.ſi quis
Romipetas,c.illi,qui in princ.Clar.§.fin.q.77. ver.ſpolian
28 tes 24. Vigeſimaprima cauſa eſt: † ſi quis oratores, eccle-
ſias,bonaque & perſonas earum infeſtet,d.q.3.c.paterna-
29 rum,& dicto c.illi,qui. Vigeſimaſecunda eſt, † ſi quis pa-
30 cē fugerit,d.c.illi,qui §.pax: Vigeſimatertia eſt. † Si quis
ad ſynodum vocatus non venerit, vel veniēs præceptis ſa-
cerdotalibus non obtemperauerit, vel ante finem à ſyno-
do abierit 11.q.3.c.certum eſt. Vigeſimaquarta cauſa eſt.
31 † ſi eccleſiaſtica prædia inuaſerit 11.q.2.c.nulli c.quicun-
32 que. Vigeſimaquinta, † ſi quis periurium confiteri nolit
22.q.2.c.penult §.fin.cum c. ſequen. Vigeſimaſexta cauſa
33 eſt, † ſi quis ſortilegus,diuinator,incantator,vel ſimilis ſit
26.q.5.in princ.c.non oportet c.aliquanti cap.ſi quis Cleri-
cus c.auguriis c.epiſcopi in princ.& c.quicumque §.fin.&
infra 42.nu. Vel ſi quis ariolos, cæteroſque ſimiles conſul-
uerit,vel obſeruauerit d.q.5.c.1.c. aliquanti, ver. vel con-
ſulere,& c.ſi quis Clericus ver.cum his, qui eum eis.& in-
34 fra d. tit. 42. Vigeſimaſeptima cauſa eſt. † Si quis cum
matre ſpirituali, vel cum ea, quam è ſacro fonte leuauit,
aut quam antè Epiſcopum propter Chriſma tenuit, fue-
35 rit fornicatus 33.q.2.cap.ſi quis. Vigeſimaoctaua eſt, † ſi
quis hæreticus ſit, vel fautor hæretici, receptator, vel de-
fenſor cap.nouerit 49.de ſentent.excom.vel ſit ſchiſmati-
cus Clar.in §.fin.d.q.77.ver.ſchiſmatici 27. Vigeſimanona
36 eſt, † ſi quis ſeipſum mutilauit, canone Apoſtol.23. Tri-
37 geſima eſt, † ſi quis in fornicatione, periurio,aut furto de-
præhenſus fuerit, niſi his fuerit epiſcopus, presbyter, aut
diaconus,hic enim deponitur,non excommunicatur Apo-
38 ſtol.canone 24. Trigeſimaprima eſt. † Si quis cum epiſco-
po fauore ciuilis magiſtratus ordinato, & rurſus depoſito
communionem habuerit Apoſtol. canone 29. Trigeſima-
39 ſecunda. † Si quis clericus presbyterum, aut diaconū con-
40 tumelia affecerit Apoſt.canone 55. Trigeſimatertia eſt, † ſi
quis manchum, mutum, ſurdum, aut ſimilem ſubſanna-
41 uerit. Apoſtol. canone 56. Trigeſimaquarta eſt: † Si quis
monachus habitum ſuæ religionis non deferat, Clar. d.q.
77. ver. monachus 16. vel ſi monachus habitum ſuæ reli-
gionis occultè deferat Clarus ibi,ſed quid ſi illum. Trigeſi-
42 maquinta eſt., † Si quis literas Apoſtolicas ab alio. quam
à Papa,vel ab eo deputatis acceperit. Clar.d.quæſtio.77.
43 ver.recipientes 17. Trigeſimaſexta eſt. † Si quis incendia-
rius ſit d.q.77.ver. Incendiarij 19. Trigeſimaſeptima cau-
44 ſa eſt. † Si quis religioſus in aliena parochia ſine licentia ſa-
cramenta miniſtrauerit. Clement.religioſi de priuil.Clar.
45 d.q.77.ver.religioſi 22. Trigeſimaoctaua cauſa eſt: † ſi
magiſtri, & ſcholares conueniant hoſpitem pro conducen
do hoſpitio aliorum magiſtrorum,vel ſcholarium ante tē-
pus conductionis elapſum,cap.1.de locato.Clar.vbi ſupra
46 ver.magiſtri 26. Trigeſimanona eſt. † ſi quis de nouo vſur
pauerit ſibi ius patronatus in locis pijs vacantibus, c.gene-
rali,de elect.in 6.Clar.vbi ſupra, ver.vſui pariter 29. Qua-
47 drageſima cauſa eſt. † Si quis iudex laicus interpellatus
pro brachio ſeculari,illud non præſtet Villa E.13.L.14.&
101.In adde ibi,& nota,& 112 & 117.cum addit. vbique,
ſed qui alias plures excommunicationis cauſas ſcire deſi-
derat,adeat rubricas de ſentent. excommun. & illorū ca-
nones,gloſſas,& Doctores. Item adeat Clarum in ſæpè ci-
tata, quæſt.77. & nouiſſimè poſt omnes Marium Alterū
in tract.de cenſur.eccleſiaſticis. Verumtamen nec ſupra-
48 dictis, † nec alijs de cauſis quiſquam eſt excommunican-
dus,qui iuriſdictioni excommunicantis non ſit ſubiectus,
c.a nobis 21. de ſentent. excommun. c.Romana 5. §.1.eod.
tit.in 6.exemplo 24.q.2.c.audiuimus. §.vnde Apoſtolus cū
ſequent. Tertia opin. 171. vt quia non ſit catholicus, dicto
§.vnde,vel ſit mortuus 24.q.2.c.damnationis, §.his autho-
ritatibus,niſi fortè ob hæreſim ſit excommunicandus, hic
enim etiam poſt mortem poteſt excommunicari, dicto §.
his authoritatibus, ver.ſunt enim quædam crimina, & c.
vlt.vel ſit priuilegiatus, cap.quanto 26.de priuileg.verum
49 † contra excommunicationem ordinarij nullum priuile-
gium ſubſiſtit,ſecundum diſtinctionem, de qua in cap.ne
aliqui 5.de priuileg. in 6. Nec in fauorem percutientis cle-
ricum,vel communicātis cum excommunicato. His enim
caſibus priuilegium non prodeſt,c.nulli 8.de ſenten.excō-
50 mun. Sed † & nulla de cauſa, quæ non ſit manifeſta, nec
ſatis probata,quis eſt excommunicandus,c.ſacro 48.§.ca-
ueat,eod.tit.11.q.1.c.nemo, & q.3. c.nemo. Nec minus ex
cauſa Leui,& à canonibus non approbata d.q.3.c.nullus,
cap.plerumque, §.cauſæ ergo. Nec minus ſi in ipſum ex-
communicantem tantum delictum ſit commiſſum, non
alium 23.quæſt.4.c.quod Chriſtus, §.fin.cum cap.ſequen.
51 † Nec minus ſi delinquens ipſe depoſitus ſit, vel alia pœna
punitus Apoſt.canone 44. niſi fortè depoſitioni nō paruc-
rit Apoſt.canon.27. Vel propter ſimoniam ſit depoſitus
52 Apoſt.canon.28. Tandem † nec minus ſi conatus,non ha-
buerit effectum. Viu.opin.incipien.conatus. §.homicidiū,
53 num.4. Sed quamuis † regulariter is,qui delinquit non alius
ſit excommunicandus 1.q.4.in princip. cum ſequentibus
vſque ad c.quia præſulatus,c.crimen, c.Iudæi,c.iā itaque,
c.non imputatur,& 24.q.3.in princ. §.vnde per. & §.quia
verò,& c.n.c.ceſtū, §.illicita,& c.2.§.fin.de his,quæ fiunt à
maior.parte,& de conſecrat.diſtinct.4.c.quis,in princ.l.
26.ff.de pœnis Nouella c.134.§.cum verò contigerit. Ta-
men ſi mandato alterius crimen commiſſum ſit,hoc enim
caſu is quoque,qui mandauit eſt excommunicandus,cap.
mulieres 6 §.fin.c.vniuerſitatis 24.de ſentent.excommun.
Item & is, qui delictum ratum habuit ſecundum diſtin-
ctionem,de qua in c.cum quis 23.eod.tit.in 6. Item & is,
qui cum potuit prohibere,& non prohibuit, cap.quantæ
47.eod.tit. Item & familia eius,qui crimē commiſit,quod
non ſiniu propter contradictionem, de qua in 24.quæſt.
3.in princ.in §.ſpiritualiter,& in §.fin. Item quando maior
pars vniuerſitatis deliquit, hoc enim caſu tota vniuerſitas
excommunicatur,c.Romana 5.§.fin. de ſentent.excomm.
in 6. Verum ſi occaſione alterius delictum commiſſum ſit,
hoc enim caſu is, cuius occaſione crimen commiſſum eſt,
non eſt excommunicandus 1.q.4.c.quia præſulatus cum
54 alijs citatis paulò ſuperius prò regula, † ius autem excom
municandi pœnè habent ij, qui ſunt extra eccleſiam, vt de
pœnitent.diſtinct.1.c.verbum 24.q.1.c.audiuimus, cum ſe-
quent. Ideoque hæretici, & excommunicati ius excommu
nicandi non habēt,d.c.verbum,d.c.audiuimus, cum duo-
bus ſequent.& d.q.1.in princ.cum c. ſequen.c.Achatius,§.
fin.c.ait Cæleſtinus,c.apertè,c.miramur,contradicit tamē
d.c.miramur, §. obijcitur cui reſpondet Gratianus ibi. §.
ſed aliud,& alia ſolutio datur in d.quæſt.1.c.ſubdiaconus,
§.poteſt tamē. Verum hæreticus hæreticum poteſt excom
municare,d.c.miramur,§.fin.cum c.ſequen. & ob deteſta-
tionem criminis,ob quod quis ab hæreticis fuit excommu
nicatus,excommunicatio ſubſiſtit,d.c.ſubdiaconus in prin
cip. vſque ad §.poteſt tamē excommunicatus minore ex-
communicatione,vel occultus poterit excommunicare,vt
firmatur & controuertitur apud Gabr.libro 1.de probat.
55 concluſ.8.num.46.& 47. † laicis ius excommunicandi nō
competit, d.§ poteſt tamen, ver.vel catholico non ſacer-
dote,c.vlt.de immunit.eccleſ.in 6.c.quanto amplius 26.de
56 priuileg. Nam † prælatis maſculis non fœminis ius excom
municandi competit,c.cum ab.9.de offic. ordinar. c.dile-
cta 12.de maior.& obed.officialis Archiepiſcopi, vel Me-
tropolitani ſuffraganeum excommunicare non poteſt Ar-
chiepiſcopo,vel Metropolitano præſentibus, c.1.§.fin. de
offic.ordin.in 6. Et quis non niſi à ſui loci prælato eſt excō-
municandus 6.q.3.in princ.cum c.ſequen.niſi ibi crimen
ſit commiſſum: tunc enim ab eius loci, quò crimen com-

miſſum

Digitized by Google

miſſum eſt Prælato poteſt excommunicari d.q.3. cap.placuit & c.vltimo. Sed Prælatus ſolus ſine conſenſu Archiepiſcopi,& coepiſcoporum anathematizare non poteſt 11. q.3.cap.nemo,vt & ſuperius dictum fuit. Notandum etiã
57 eſt,quod † poſt delictum commiſſum,non ante,excommunicationis ſententia ferenda eſt.c.Romana 5.§.caueant de ſentent.excomm.in 6. Niſi fortè ſententia generalis ſit; habens vim ſtatuti cap.à nobis 21.de ſent.exom. Nec poſt appellationem interpoſitam nemo eſt excommunicandus
58 per allegata ſuperius in 1.excommunicationis cauſa.† Sẽtentiam excommunicationis precedere debet monitio c. ſacro 48.in princ. de ſenten. excomm.cap.repræhenſibilis 26.in princ.cap.cum ſpeciali 61.in princ.de appellat. c.ſtatuimus 3.c.Romana 5,§. ſed nec in ſpecie de ſent. excom. in 6.Canone Apoſt. 30.in fine. Quænam monitio præmittenda ſit,& quomodo,declaratur,ac definitur in cap.conſtitutionem 9.eod.tit.exemplum huius monitionis proponitur in c. 1. de furt.in extrauag.comm. verum ſi facti neceſſitas celeritatem flagitet, nulla monitio præcedere debet,nec præmittenda eſt d.cap.9. ver.niſi facti neceſſitas. Nec minus ſi tale ſit crimen, quod ipſo iure excommunicationem mereatur ſine ſententia d.capit.repræhenſibilis 26.ver.niſi fortè talis ſit culpa. Vel niſi non excommunicationis,ſed ſuſpenſionis,vel interdicti ſententia ſit ferenda. Quod tamen reprobatur cap.ſtatutum 13.de ſent.excom. in 6. Nam iudiciarius ordo regulariter eſt præmittendus tam in ſententia excommunicationis, quam ſuſpenſionis,
59 & interdicti ca.1. ver.nec aliquem de exceſſib. prælat.† Et excommunicans affectibus non debet indulgere, & irrepræhenſibilis eſſe debet cap.1.in princ.de ſent.excom.in 6. & 11.q.3.cap.ſi Epiſcopus in princ.cap.ridiculum cap. ce-
60 piſti cap.plerumque. Sed † ſententia excommunicationis in ſcriptis eſt ferenda cap.1.§.quiſquis igitur de ſenten.excom.in 6.& in ſententia eſt inſerenda illius cauſa d.§. quiſquis ver.& cauſam excommunicationis. Verum ſub conditione ſatisfactionis ferenda non eſt cap. Romana 5.§.caue-
61 tur etiam eod.tit. Turza.opin.171. † Verba autem excommunicationis proponuntur 11.quæſt.3.cap.canonica. Modus verò, & forma ſententiæ excommunicationis promulgandæ proponũtur in d.q.3.c.debent quæ omnia ſtudẽtes breuitati hic non referimus. Sententia excommunicationis
62 lata,† ſunt nomina excommunicatorum publicanda 11. q.3.cap.cum ſit,exemplum proponitur in cap. ad certitu-
63 dinem 3.de ſent.excom.in extrauag.comm. Et exemplum ſententiæ eſt excommunicatis exhibendum cap.1.§.exem-
64 plum,de ſent.excom.in 6.& † à ſententia excommunicationis appellatio eſt permittenda 11.q.3.cap. ſi Epiſcopus 4.& cap.ſacro 48.§.caueat de ſent.excomm.& donec cauſa appellationis cognoſcatur,ſententia ſiue iuſta,ſiue iniuſta fuerit,timenda eſt d.q.3.cap.1.vbi glo.in verb.ſententia,& d.cap.4.§.tamen. Sed metropolitanum, & finitimos Epiſcopos medio non omiſſo poteſt condemnatus prouocare,d.cap.ſi Epiſcopus 4.§.& ideo,& d.q.3.c.ſi quis præſbyter 5.& cap.Clericus 30.cap.Romana 5. in princip cap.
65 venerabilis 7.in princ.de ſent.excomm. in 6. † Qui iudices prouocati ſtatim prouocantem ab excommunicatione debent abſoluere,& poſtea de delicto cognoſcere gloſſ.1. in fine in d.cap.4.& d.cap.ſi quis præsbyter 5.c.cum contingat 36.de offic.deleg.cap.ſolet.2.de ſenten.excom.in 6. quod verum eſt, ſi cauſa excõmunicationis dubia ſit cap. ex parte 23.de verborum ſignifi.cap.per tuas 40.§.verum & §.quod ſi cap.venerabilis 51.de ſent. excom.cap.venerabilis 7.§.porro ver.ſimiliter eod.tit. in 6.cap.1.§. ideoque de ijs,quæ vi metuſuè cauſa c.prudentiam 21.§.ſexta, ver.
66 cæterum cap.cum contingat 36.de offic. delega.† non ita erit, ſi cauſa manifeſta appareat, quoniam tunc non niſi cauſa cognita abſolutio eſt indulgenda cap. Romana 3.§. ſententias de appellat.in 6.11.q.3.cap.plerumque contingit 88. quæ autem cauſa manifeſta dicatur,declaratur illius definitione in cap.cum olim 24.de verb.ſignific.ſed ſine cauſæ cognitione ſtatim abſolutio indulgenda erit, ſi conſtiterit, quem poſt appellationem interpoſitam fuiſſe excommunicatum d.§.porro in princ.& d cap. venerabilis 7.§.ſed ſi ex cauſa 9.fina.& d.cap.per tuas 40. §.nos igitur ver.quamquam cap.cum contingat 36.§. ad quod de offic.delega. Niſi fortè cauſa talis ſit,in qua appellatio non fuit licita d.§.porro in princ.verſi. exceptis caſibus. Item ſine cauſæ cognitione abſolutio indulgenda erit, ſi ſententia excommunicationis intollerabilem contineat errorem d.cap.venerabilis 7 §.poteſt quoque d.§.ad quod, & d.§. nos igitur ver.quamquam. Vel ſi ſententia excommunicationis nulla dicatur, hoc enim caſu præſtita cautela,abſolutio indulgenda eſt, & poſtea cauſa appellationis, vel nullitatis eſt cognoſcenda ſecundum diſtinctionem, de qua in cap.cum contingat 36.de offi. deleg.in cap. ſolet 15.de ſent. excomm.in 6. & poteſt intra annum excommunicatus ſuã innocentiam purgare 11.q.3.cap. rurſus 36.&c. quicumq; poſt vt obſtinatus non eſt audiendus d.capit. 36.& ſeq. ſed
67 † intra annum eſt audiendus, & ſententia ſi iniuſta repe-
68 riatur, retractatur 11.q.3.cap.ſi Epiſcopus 4.etſi † ſententia iniuſta pronuncietur,quomodo reſtituatur,iniuſtè excommunicatus definitur in d.q.3.cap.Epiſcopus 65.per tot.antequam reſtitutionem debet ceſſare à diuinis gloſſ.in d.q.
69 3.cap.non debet 64.& in cap.ſeq. & † iudices iniuſtè excommunicantes ſubiacent pœnis,etſi Epiſcopi fuerint,de quibus in d.q 3.cap.Epiſcopi 8.& 24.q.3.cap.ſi habet à §.fin. in cap.non in perpetuum in cap.de illicita in princip.vſque ad §.de conuentione in cap.cum aliquis in cap.ſi quis non recto in cap.certum §.illicita & in cap.ſacro 48.in princ.& §.caueat de ſent.excomm.cap.venerabilibus 7.§.ſed ſi eod. tit.in 6.niſi ipſi ſententiam excommunicationis, quam tule-
70 runt, reuocauerint d.cap.ſacro 48.§.ſi verò iudex.† Si autem iuſta eſt,ſententia excommunicationis excommunicatus per eam à Deo eſt ſeparatus,& diabolo traditus 24.q.3. d.cap.certum in princ. 11.q.3.cap.omnis & cap. nihil,& c. nihil ſic.eſt ligatus in Cœlo 24.q.1.cap.quodcumq. Non habet vitam.& ira Dei manet ſuper eum 24.q.4. cap.ſi quis à Cathol. ſpiritum tenere non poteſt 23.q.7. cap.vlt.24 q.1. cap.hæretici.eſt ſeparatus à fraterna ſocietate,à corpore
71 Chriſti,ſeu Eccleſia 5.q.4.cap.vlt.† Non poteſt peragere ſacra miniſteria 11.q.3.cap.ſi quis Epiſcopus 6.& ſeq. Nec eſt admittendus ad actus diuinos cap.cum & plantare 3.§. excommunicatos,& ibi Abb.de priuileg.Peregrin.de priuilegijs fiſci lib.3.tit.11.num.5.& ſeq. Ad prædicationem verbi diuini audiendam eſt admittendus capit.reſponſo 44. in princ.de ſent. excomm. Et ad omnes alios actus diuinos ſi pendente appellatione ſit excommunicatus cap.ad præſen-
72 tiam 16.de appellat.† Priuatur feudis Eccleſiæ cap.grauem 52.§.fin.de ſent. excomm.ordinem Eccleſiaſticum accipere nequit ſecundum diſtinctionem, de qua in cap.cum illorum 32.eod.tit. In iudicio agere non poteſt cap. decernimus 8.de ſent.excomm.in 6.cap. 1.de except.in 6.Peregrinus de priuileg.fiſci lib.3.tit.11.num.8.& ſequentibus ampliatur multis modis vſque ad num.16.limitatur vtique pluribus modis num.17.& ſequentibus vſque ad num.23.& eſt incapax cuiuſcumq; officij publici, vel priuati, vt probat, limitat,atque declarat Peregrin. vbi ſupra d.num.23.& ſequentibus,& num.32.eſt euitandus,nec cum eo communicandum eſt d.§. excommunicatos cap.parochianos 9.verſ. ipſuſque faciatis de ſent.excomm.27.q.1.cap. deuotam §. prius autem cum alijs citatis ſuperius in 10.cauſa excommunicandi. In aliam ciuitatem proficiſcens ſine literis cõmendatitijs recipi non debet, alioquin recipiens, & receptus punitur Apoſt.canone 12. Nam excommunicatio facta in vno loco parit effectum ſuum contra excommunicatum vbiq; locorum,illumque ſequitur, vt lepra leproſum cap.penult.de except.cap.penult.de ſent.excom.cap.vt animarum de conſtitutan 6.Peregr.vbi ſupra num.37.alios
73 citat. † oblationes pro eo factæ recipi non debent,nec orationes pro eo habendæ ſunt cap.facis 38.§.nec ſi occurrebat de ſent.excomm. Quod intelligitur ſi propter ſchiſma, non ſi ob aliud crimen fuerit excommunicatus 24.q.2.cap.
74 ſanè. † Domino excommunicato ſubditi, & Vaſſalli ab eius ſeruitio,& obedientia liberantur cap.vlt.de pœnis 15.
75 quæſt.6.cap.penult.& vlt.† Pœnæ verò excommunicationi non obtemperantis patent ex d.cap.ſi quis Epiſcopus 6. & in cap.placuit,& in cap.qui iubente in princip.vſque ad §.ſed quæritur,ſed non habent locum,ſi pendente appellatione,ſit excommunicatus c.ad præſentiam 16. de appellat. Sed ſi excommunicatus prouocans non obtinuerit,hoc nomine peculiariter punitur cap.ſacro 48.§.verum ſi contra de ſentent. excommu. Aliud remedium excommunicationis eſt pœna pecuniaria,quæ pro ea poteſt infligi c.venerabilibus 7.§. deniq; de ſent.excom.in 6. Non tamen pro pecunia cõſequẽda ẽ excõmunicatio fulminãda. Nã pũtat tales Prælatos inuehit Dantes in Paradiſo cantilena 18. in fine,

Ma

Digitized by Google

Ma tu,che ſol per cancellare, ſcriui,
Penſa che Pietro e Paolo,che morero.
Per la vigna,che guaſti,ancor ſon viui.

De Interdicto Eccleſiaſtico.

Interdictum Eccleſiaſticum affine remedium eſt ex-
78 communicationis † cuius eædem videntur cauſæ, quæ ex-
communicationis, quas ſupra cũ ſuis declarationibus enu-
merauimus, ac differentias inter eas poſuimus in tract. de
differentijs indiuiduorum in verb. interdictum Eccleſiaſti-
77 cum. † Illius verò definitionem ponit Clarus poſt alios in
§.fin.q.76.in princ.& ob non ſolutum debitum pecuniariũ
interdicti pęna infligi prohibetur c.2.de ſent.excom.in ex-
trauag.cõmuni.Si pedagia exegerit ciuitas pro rebus,quas
quis non negociandi cauſa defert, interdici ei poteſt Clar.
d.q.76.ver.ciuitas,vbi tamen dicitur non eſſe in vſu.Si ciui-
tas commiſerit aliquid contra ſuum Epiſcopum, vt capia-
tur,percutiatur, vel banniatur, interdici ei poteſt cum di-
78 ſtinctione,de qua in d.q.76.ver.vlt.† Ius autem interdicẽ
di,competit Epiſcopo cum Capitulo, non autem ſingulis
ſeparatim cap.ſuper de his, quæ fiunt à maiori parte,& le
gato de latere interdicente, non appoſito tempore,eo reuo
cato à legatione interdictum expirat Gabr.li.6.de prębẽd.
concl.1.num.25.concordant citata ſuperius tit.14.num.24.
79 † Sed ante interdictum monitio eſt omittenda c.ſtatutum
80 3.de ſent.excomm.in 6.Poſtmodum † ſententia interdicti
eſt in ſcriptis proferenda cauſa ipſius interdicti in ea inſer
ta cap.1.§.& hæc eadem eod.tit quod idem dictum eſt de
81 ſententia excommunicationis.† Sententia itaque interdicti
prolata in locis interdictis diuina officia non ſunt celebran
da,& interdicti ad diuina officia non ſunt admittẽdi.Clem.
1.cum ſequen.de ſent.excom. cap.is, qui 18.§. is verò eod.
tit.in 6.cap.cum & plantare 3.§.excommunicatos de priui
leg.Nec fratres minores primi ordinis, fratres tertij ordi-
nis admittere poſſunt Clem. cum ex eo 3 de ſent.excomm.
Verum hoſpitalarij,& templarij in locis interdictis diuina
poſſunt celebrare,ſecundum diſtinctionem, de qua in d.c.
cum & plãtare 3.§.quod ſi templarij de priuileg.ſed id ſe-
mel in anno,& in vna tantum Eccleſia eis eſt conceſſum d.
§.quod ſi ver.non niſi ſemel c.vt priuilegia 24.§.illud etiam
eod.tit.Poſſunt etiam defunctos ſepelire d.§.quod ſi verſi.
nec tunc, hoc eſt ſuos confratres d.c. vt priuilegia in princ.
ſed iure nouo,de quo in cap.vlt.§.fin.de ſent.excomm.in 6.
videntur omnia præmiſſa indiſtincte mutata,& abrogata;
Sed & ianuis clauſis,& non pulſatis campanis,ſuppreſſa vo
ce diuina officia in locis interdictis poſſunt celebrari ſecun
dum diſtinctionem,de qua in c.quod non nullis 25.de pri-
uileg.c.quod in te 11.§.& in conuentualibus de pœnitentiã
c.permittimus 57.de ſenten.excom.c.vlt.§.adijcimus eod.
tit.in 6.Niſi aliquos ad illa audiendum admittant ſecundũ
diſtinctionem,de qua in c.licet 11.de priuileg. in 6.In feſti-
uitatibus diuina officia in locis interdictis poſſunt celebra-
ri ſub certis conditionibus,de quibus in c.vlt.§.in feſtiuita-
82 tibus.† Viaticum,& Sacramentum pœnitentiæ in locis in-
terdictis nunquam eſt prohibitum,quia hæc ſunt permiſ-
ſa c.quod in te 11.in princ.de pœniten.c.reſponſo 43 §.fin.
ver.& pœnitentias de ſent excomm. Verum hæc ſacramen
ta non ſanis,ſed morientibus,ſunt in locis interdictis mini-
ſtranda,vt elicitur ex iam propoſitis, ſed tollitur certis cõ-
ditionibus, de quibus in c. vlt.in princ.de ſent.excom.in 6.
83 † Sepultura Clericorum morientium poteſt in cœmeterio
loci interdicti celebrari d.c.quod in te 11.§.1. Et pœniten-
tia cruce ſignatis,& peregrinis conceditur d.c.11.§.fin.om-
nibus enim generaliter pœnitentia eſt concedenda per alle-
84 gata paulo ſuperius,& inferius lib.3.tit.† Baptima & chriſ
ma in loco interdicto poteſt celebrari c. reſponſo 43.§.fin.
85 de ſent.excom.c.quoniam 19.eod.tit.in 6. † Item & cõcio-
86 nes haberi d.c.reſponſo 45.in princ. † Epiſcopus tranſiens
in loco interdicto poteſt miſſam celebrare,vel celebrari ſibi
facere in altari viatico c.vlt.de priuile.in 6.etſi illi, propter
quos interdictum poſitum eſt,illud non ſeruent,non tenen
tur alij illud ſeruare ſecundum diſtinctionem, de qua in c.
87 petijſtis 20.de priuil.† Pœna autẽ eius,qui in locis interdi-
ctis diuina officia celebrauerit in caſibus nõ permiſſis pro-
ponitur in c.poſtulaſti 7.§. qui ſtitiſtis de clerico excom.&
88 in c.Epiſcoporum 8.de priuil.in 6. Sed † interdicto Clero,
non eſt interdictus populus nec è conuerſo c.ſi ſententia 16.
89 in princ.de ſent.excom.in 6.† Interdicta ciuitate,vel popu
lo,ſinguli ciues cenſentur interdicti d.c.ſi ſententia 16.§.cũ
verò. Niſi ob delictum domini ſit Ciuitas interdicta tunc
enim ſinguli ciues alibi ad diuina officia nihilominus ad-
90 mittuntur d.c.16 §.cęterum.† Interdicta vero ciuitate,ſu-
burbia quoq; & continentia ædificia interdicta cenſentur:
item & interdicta Eccleſia, capella quoq. contigua, & cæ-
meterium contiguum cenſetur interdictum c.ſi Ciuitas 17.
91 de ſent.excom.in 6.† Epiſcopi,& ſuperiores prælati inter-
dicto generali non continentur c. quia periculoſum 4.eod.
92 tit. † Ceſſatio à diuinis eſt affine remedium interdicti,quę
vtique ſine manifeſta, & rationabili cauſa fieri non debet
93 c.irrefragabilis 13.§.cæterum de offic.ordin. † forma autẽ
ceſſationis, & modus definitur in c.ſi canonica 2.& in cap.
quamuis 8.eod.ti.in 6.Hactenus de excommunicatione, &
interdicto tamquã pęnis Eccleſiaſticis quam breuiſſime di
cta ſufficiant.Nam de alijs pœnis Eccleſiaſticis & ſupra,&
infra lib.3.diſſeritur.

S V M M A R I V M.

1 *Exilium,& relegatio.*
2 *Relegati omnia iura retinent.*
3 *Relegati locum amittunt,et de loco egredi non poſſunt ſub pęna.*
4 *Relegatorum duo genera.*
5 *Præſes prouincia,quam regit interdicit,& alia aliquando.*
6 *Interdictus patria,vrbe abſtinere debet.*
7 *Præſes non relegat in locum ſibi non ſubditum.*
8 *Deportati quid amittant,& retineant.*

De exilio,& relegatione. Tit. 16.

1 INter † pœnas adeſt exilium,& relegatio, de quibus hic
eſt agendum.§ De huius pœnæ ratione diſſerit Alex.ab
Alex.li.3.Genial.diet.c.20. & Polyantea in verb.exilium
Clar.in §.fi.q.67.& 71.ſane quibus,vel relegandi,vel depor
tandi ius competat,quiq; relegandi,vel deportandi ſint di
cetur infra ſuis locis. Hic enim reliqua relegationis, & de-
portationis proponentur.His itaq; qui relegantur,dies ex-
cedẽdi à præſidibus dari,& poteſt,& ſolet, quod vulgo di-
citur,terminus ad colligẽdas ſarcinulas pro diſceſſu,etenim
mos eſt,ita pronunciare, illum prouincia illa, inſuliſque
eius relego,excederéq; debebit intra illum diem.Relegatũ
plane libellum dare poſſe Principi etiam Diui fratres reſcri
pſerunt l.relegatorum 7.§ His,qui relegantur ff.de interdi.
2 & relegat.† omnia autem ſua iura relegati retinent,puta ci-
uitatem,patriam poteſtatem, bona,ius teſtandi &c. l.rele-
gati 4 ff.de interdict.& relegat.l.relegator 7. §.ad tempus,
3 & §.ſiue ad tempus ff.eod.† Tantum enim locum,à quo re
legati ſunt,ingredi,& locum,in quem relegãtur,egredi eis
non licet. Quod ſi legi relegationis non obtemperauerint,
tunc in tempus quidem relegato,in perpetuum relegatio-
nis;in inſulam relegato,deportationis: in inſulam deporta-
to,pęna capitis,irrogatur: niſi forte Imperator cõmeatũ,
remeatumvè illi dederit l.relegati 4.ff.de pœnis l.capitaliũ
4 28.§ in exulibus ff.eod.† Relegatorum aũt duo ſunt gene-
ra,ſunt quidam,qui in inſulam relegantur,& ſunt qui ſim
pliciter, vt prouincijs eis interdicatur,non etiam inſula aſ-
ſignetur l.exilium 5.& l.relegatorum 7.§.1. in princ. ff.de
5 interdic.& relegatis.† Interdicere autem quis ea prouincia
poteſt,quam regit,alia non poteſt: niſi forte,vel patria ſit
eius damnati,vel in ea domicilium habeat,tunc.n.quam-
uis ei prouinciæ relegans non præſit, interdicere tamen ea
reo poteſt quamuis ea,cui præeſt,ei non interdixerit.Nam
hac tacite ei interdictum videtur d.l.7.§. interdicere & §.
dubitatum ff.de interdic.& releg.Is tñ,qui originis prouin
ciæ præeſt, non eſt nactus ius interdicendi ea prouincia,q̃
incolit is, qui relegatur d.§.dubitatur ibi per contrarium
autem.Plane quibuſdam Præſidibus, vt multis prouincijs
interdicere poſſint,indultum eſt:vt præſidibus Syriarũ,&
Daciarum d.l.7.§ Quibuſdam tamen. Porrò cui interdi-
ctum eſt ea prouincia,in qua crimen commiſit,&t ea,quam
6 incolit,& ex quo originem ducit,ſe debet abſtinere.† & cui
patria interdictum eſt,& vrbe abſtinere debet d.l.7. §.ſi qs
eam & §.cõſtitutum,vbi gl.in verb.& vrbe Rom. ff.de in-
terdic.& relegat.l.1.§.penul.ff.de præfect vrbi.Si tamen alı
cui vrbe Roma fuerit interdictũ,patria ſua interdictũ non
videtur. Si verò alia Ciuitate interdictũ ei ſit & patria ſua,
item-

Digitized by Google

itemq; Vrbe interdictũ uidetur d. §.cõſtitutum. Cæterum
7 † Præſides non poſſunt damnare in aliam inſulam, quam
in ea prouincia, cui præſunt, ſitam. Et ſicut relegare in inſu
lam quiſquam, quæ non eſt ſub ſe non poteſt: ita neque in
prouinciam quidem relegandi habet ius, quæ non eſt ſub
ſe. Item in parte certa prouinciæ moraturum relegare po
teſt, vt fortè non excedat ciuitatem aliquam, vel regionem
aliquam non egrediatur. Sed & in eas partes prouinciæ,
quæ ſunt deſertiores. Præſides ſolent relegare, dicta l. 7. §.
1. & §. ſicut, ff. de interdic. & relegat. Porrò ſpecies relega-
tionis eſt deportatio: quæ nihil aliud eſt, quam relegatio
in inſulam in perpetuum facta §. cum autem Inſtit. quibus
mod. patr. poteſt. ſolu. l. 1. & l. relegatorum 7. §. ad tempus,
& §. ſententiam, ff. de interdic. & relegat & nos in tract. de
differentijs indiuiduorũ, in verb. deportati à relegatis, &
8 in verb relegatus Clar. §. fin. quæſt. 69. & 71. † Deportatus
autem ciuitatem amittit, niſi is deportauerit, cui deportan
di ius non eſt l. inter pœnas, ff. de interdic. & relegat. l. qui-
dam 17. in fine, & l. 2. §. conſtat, ff. de pœnis, l. ſi qua pœna
244. §. at mulctæ in fine, ff. de verbor. ſignific. Clar. in §. fin.
quæſt. 71. nu. 12. Sed nec manumittere deportatus poteſt:
eiuſque ſtatua detrahenda eſt, l. 2 ff. de interdic. & releg. l.
eorum 24. ff. de pœnis. Matrimonium tamen deportatio-
ne non ſoluitur, l. at ſi 5. §. quod ſi, ff. de bonis damnatorũ.

SVMMARIVM.

1 *Pœna delictis, & perſonis condigna irroganda.*
2 *Decuriones certis pœnis prohibentur puniri.*
3 *Prælati cum reuerentia ſunt puniendi.*
4 *Decuriones in capitalibus qualiter puniendi.*
5 *Parentes, & liberi decurionum qualiter puniendi.*
6 *Nemo puniendus ad populi clamorem.*
7 *Pagani milites leuius puniendi,*
8 *Militum pœna qua.*
9 *Veteranorum militum pœna qua.*
10 *Liberi veteranorum qualiter puniendi.*
11 *Serui, & infames grauius puniendi.*
12 *Statu liber quaſi liber puniendus.*
13 *Status tempore delicti inſpicitur.*
14 *Qui non habet in ære luat in corpore.*
15 *Fuſtibus qui cædendi.*
16 *Ignis pœna cui irroganda.*
17 *Fœmina qua pœna puniantur.*
18 *Excellentes in arte ſunt ſeruandi.*
19 *Pœna reſpectu eius, qui fecit, & qui paſſus eſt varia irroganda.*
20 *Delicta caſu, vel conſultò commiſſa variè punienda.*
21 *Modus, & qualitas facti minuit, & auget pœnam.*
22 *Quantitas furti minuit, & auget pœnam.*
23 *Incendiarij vrbani, & ruſtici variè puniuntur.*
24 *Locus delicti auget pœnam. Tempus quoque.*
25 *Relegatus grauius punitur.*
26 *Aeſtimatio delicti ex poſt non creſcit.*
27 *Delicta ob multos aliquando exacerbantur.*
28 *Pœna legalis eſt infligenda non alia.*
29 *Arbitrio iudicis in pœnis, vbi locus eſt.*
30 *Specialis pœna irroganda, vbi adeſt generalis.*
31 *Pœna in ambiguis mollienda.*
32 *Contumax apprehenſus grauius punitur.*
33 *Iudex omnis pœnam non irrogat.*
34 *Iudices ſecundum iuriſdictionem, quam habent, pœnas infligunt.*

Quæ pœna cuique delinquenti ſit irroganda. Tit. 17.

1 NVnc videndum eſt, † quæ nam pœna, cuique ſit ir-
roganda. Non enim omnes eadem pœna affici
poſſunt, ſed ex perſonarum conditione, & rerum
qualitate diligenter pœnæ ſunt æſtimandæ, ne quid aut
durius, aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa poſtulabit,
neque enim aut ſeueritatis, aut clementiæ gratia affectan-
da eſt: ſed perpenſo iudicio, prout quæque res poſtulat,
ſtatuendum eſt, l. moris eſt 9 §. aſtæ ferè, ff. de pœnis, l. reſpi
ciendum 11. in princip. l. aut facta 16 §. 1. ff. de pœnis, l. Pe-
2 dius 4 §. penult. ff. de incend. ruin. In primis igitur † decu-
riones in metallum damnari non poſſunt, nec in opus me-
talli, nec furca ſubijci, vel viui exuri, nec capite puniri poſ-
ſunt, nec in opus publicum dari, nec fuſtibus cædi, d. l. mo-
3 ris eſt, §. aſtæ ferè, ff. de pœnis, l. Diuus 15. ff. eod. † etſi Præ-
lati de iure canonico grauius ſint cæteris puniendi, quæſt.
3. c. præcipuè 25. q. 1. c. nulli fas in fine, c. cum quidam 12.
de iureiuran. tamen ob reuerentiam ſacri officij, quod e-
xercent, plurimum deferri conuenit, & eos plus alijs hono-
rari decet, vt cum à iudicibus eccleſiaſticis contra eos ad
coactiones aliquas, ſiue pœnas fuerit procedendum, gra-
dus, & modeſtia in huiuſmodi proceſſu ſeruetur. Ita quod
(eis quadam cõdigna reuerentia ſuppoſitis) ingreſſus pri-
mò ipſis eccleſiæ, vel ſacerdotale interdicatur miniſteriũ,
ac deinde ab officio ſuſpendantur, & ſubſequenter aggra-
uentur cenſura eccleſiaſtica contra eos. Niſi fortè aliter
fieri ſuaſerit nimia contumaciæ proteruitas, ſiue culpa, c.
2. de offic. deleg. in 6 Gabr. lib. 7. cõcluſ. 1. Maſcard. de pro-
bat. lib. 1. concluſ. 138. Huc pertinent dicta Ezech. c. 9. rela-
ta per Cardin. Bellarm. de gemitu colũbæ lib. 1. c. 6. in prin
4 cip. & in verſ. Sed nolo. Sanè † Decuriones propter capita-
lia crimina deportandi, vel relegandi ſunt: niſi quis paren-
tem occidiſſet, vel maieſtatis reus eſſet: his enim caſibus
capite puniuntur, l. inter pœnas 6. §. fin. ff. de interdic. & re-
legat. l. Decuriones 16. C. de quæſtionibus, l. Diuus 15. ff. de
5 pœnis. † Parentes quoque, & liberi decurionum in eadem
cauſa ſunt, id eſt eodem priuilegio circa pœnas vtuntur,
quo ipſi Decuriones, d. l. 9 §. parentes, ff. de pœnis, l. ſi ma-
trem 9. C. eo d. l. Decuriones 5. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.
liberos autem non tantum filios accipere debemus, verum
omnes liberos: nec diſtinguitur, vtrum ante, vel poſt decu-
rionatum adeptum ſuſcepti ſint. Planè ſi parens decurio
eſſe deſierit, ſuſceptus poſtea ex eo filius quaſi plebeius e-
ditus, ita erit plectendus. Sed et is, qui ſuo delicto decurio-
nis filij honorem amiſit non poteſt in pœnis euitandis de-
curionis filij honorem vindicare, d. §. parentes ibi liberos
non tantum, &c. l. Diuo Marco 11. ff. de quæſtio. d. l. moris
eſt 9. §. ſed enim ſciendum eſt, ff. de pœnis, l. 2. §. in filijs, ff.
6 de decurionib. l. vlt. §. fin. ff. de pęnis. † Non autem ad po-
puli clamorem decurionum filij beſtijs ſubijci debent. Nã
vanæ voces populi non ſunt audiendæ, nec enim vocibus
eorum credi oportet, quando aut obnoxium crimen abſol
ui, aut innocentem condemnari deſiderant, vt exclamabãt
Iudæi contra Chriſtum Saluatorem noſtrum, l. Decurio-
num 12. C. de pœnis, & ſupra tit. 12. propè finem: Præte-
7 rea † quædam delicta pagano aut nullam, aut leuiorem
pęnam irrogant, militi verò grauiorem, ita tamẽ vt ſi mi-
les artem ludricam fecerit, vel in ſeruitutem ſe venire paſ-
ſus ſit, capite puniendum Menander ſcribat, l. quædam 14.
8 ff. de pœnis. Sanè † pęnæ militum huiuſmodi ſunt: caſtiga-
tio, pecuniaria mulcta munerum indictio, militiæ muta-
tio, gradus deiectio, ignominioſa miſſio: nam in metallũ,
aut in opus metalli non dabuntur, nec torquentur, neque
ad beſtias, vel in furcã damnabuntur: niſi ad hoſtes trans-
fugerint. l. deſertorem 3. §. pęnæ, & §. is, qui ad hoſtem, ff.
9 de pænis, † veteranorum quoque priuilegium inter cæte-
ra etiam in delictis habet prærogatiuam, vt ſeparentur à
cæteris in pœnis, nec ad beſtias, vtique veteranus datur,
nec fuſtibus cæditur, l. 1. ff. de veteranis. Sed & veteranis,
10 † & liberis veteranorum idem honor habetur, qui & de-
curionibus. Igitur nec in metallum damnabuntur, nec in
opus publicũ, vel ad beſtias, nec fuſtibus cæduntur. Quod
autem de liberis veteranorum dicitur, intelligendum eſt
ad primum dumtaxat gradum, l. veteranis 3. ff. eod. l. Ho-
nor 5. C. de pœnis. Niſi in exercitu deliquerint, hoc enim
caſu ſecundum militaria iura plectuntur, vt infra lib. 4. tit.
11 19. Porrò † maiores noſtri in omni ſupplicio ſeuerius ſer-
uos, quam liberos, famoſos, quam integræ famæ homines
punierunt, l. capitalium 28 §. fin. ff. de pœnis. In ſeruorum
autem perſona ita obſeruatur, vt exemplo humiliorum
puniantur, d. §. fin. l. aut facta 16. §. perſonæ, ff. de pœnis, l.
in ſeruorum 10. ff. eod. l. ſeruus 34. eod. Sed ex quibus cau-
ſis liber fuſtibus cæditur, ex his ſeruus flagellis cædi, & do-
mino reddi iubetur: & ex quibus liber fuſtibus cæſus in
opus publicum damnatur, ex his ſeruus ſub pœna vincu-
lorum ad eius temporis ſpatium flagellis cæſus Domino
reddi iubetur. Nam ſeruus in opus publicum perpetuum,
ac multo magis temporarium non datur, niſi fortè ſub
pœna

pœna vinculorũ Dño reddi iuſſus, à Dño nõ recipiatur, nec
venũdari poſſit, tũc.n. in opus publicũ, & quidẽ perpetuũ
dari iubetur, d.l.in ſeruorũ 10.ff. de pęnis, & l. ſeruos 34.ff.
eo. Seruos aũt in metallũ, vel in opus metalli. Item in ludũ
venatoriũ dari ſolere, nulla dubitatio eſt, l.aut damnũ 8.§.
ſeruos, ff.de pęnis, l.metalli 11.C.eo. Pęna verò pecuniaria,
vel relegationis ſerui nõ puniũtur, l.hos accuſare 12.§.fin.
12 ff.de accuſ.† Statu liberum quaſi iã liberũ puniendũ, Im-
perator Pius reſcripſit, l.moris eſt 9.§.fin. ff.de pœnis, lege
13 ſtatu liber.14.ff.de quæſtio. Is autem, † cuius conditio te-
pore ferendæ ſententiæ mutata eſt, eam pœnam ſubſtine-
bit, quam perſona eius tempore, quo deliquit, ferebat, l.1.
in princ.ff.de pœnis. Item qui ex cauſa in metallum dam-
nati ſunt, & poſt hoc deliquerint, in eos tanquam metalli-
cos conſtitui debet: quamuis nondum in eum locum per-
ducti fuerint, in quo operari debent: nam ſtatim vt ſenten
tia de his dicta eſt, conditionem ſuam permutant, lege in
14 ſeruorum 10.§. qui ex cauſa.ff.de pœnis. Ij quoque, † qui
pœnam pecuniariam egentes deludunt coercitionem ex-
traordinariam patiuntur, iuxta illud, qui non habet in ære
luat in corpore, l.1.§.fin.ff.de pœnis, l.eos, qui 6.§.fin.C.de
modo mulctar.l.quicumque 4.§.quod ſi ad C.de ſeru.fu-
15 git.& lib.2.feudorum tit.53.§.qui verò. Præterea † nõ om
nes fuſtibus cædi ſolent, ſed hi dumtaxat qui liberi ſunt, &
quidem tenuiores homines: honeſtiores verò fuſtibus nõ
ſubijciuntur, leg.capitalium 28.§.non omnes, ff.de pœnis:
Omnes autem, qui fuſtibus cædi prohibentur, eandem ha
bere honoris reuerentiam debent, quam decuriones ha-
bent. Eſt enim inconſtans dicere, eum, quem principales
conſtitutiones fuſtibus ſubijci prohibentur, in metallum
dari poſſe, l.capitalium 28.§.& vt generaliter, ff.de pęnis.
16 † Igni cremantur plerumque ſerui, qui ſaluti dominorũ
ſuorum inſidiati erunt, non nunquam etiam liberi plebei,
17 & humiles perſonæ, d.l.28.§.igni.† In miniſterium metal-
licorum fœminæ in perpetuum, vel ad tempus damnari
ſolent, ſimili modo & in ſalinas, in carcerem trudi, vel cu-
ſtodijs virorum committi non debent, l.aut damnum 8.
18 §.in miniſterium, ff.de pœnis.† Ad beſtias damnati, ſi eius
roboris, vel artificij ſint, vt dignè populo Romano exhi-
beri poſſint, Princeps eo nomine conſuli debet, l.ad be-
19 ſtias 31.ff.de pœnis. Porrò † in puniendis criminibus per-
ſona dupliciter cõſideratur, eius ſcilicet qui fecit, & eius,
qui paſſus eſt, de priore hactenus dictum eſt. Quod ad po
ſteriorem attinet: aliter enim puniuntur ex eiſdem faci-
noribus ſerui, quam liberi, & aliter qui quicquam in do-
minum, parentemve auſus eſt, quam qui in extraneum: in
magiſtratum, quam in priuatum. In huius rei conſidera-
tione ætatis quoque ratio habeatur, l.aut facta 16.§.per-
ſona, ff.de pęnis. Item omnia admiſſa in patronum, patro-
nive filium, patrem, propinquum, maritum, vxorem, cæ-
teraſque neceſſitudines, grauius vindicãda ſunt, quam in
20 extraneos, l.capitalium, § omnia, ff.de pœnis. Refert † &
in maioribus delictis cõſulto aliquid admittatur, an caſu,
& ſanè in omnibus criminibus diſtinctio hæc pęnam, aut
iuſtam eligere debet, aut temperamẽtum admittere, l.ab-
ſentem 5.§.fin.ff.de pęnis, l.reſpiciendum 11.§.delinquũt,
21 ff.eo.de qua re, & ſupra tit.12.actum fuit. † Modus quo-
que, & qualitas facti nunc duriorem, nunc leuiorem pęnã
exigit, cum enim factũ, vel atrocius, vel leuius eſt, durio-
ri, vel leniori punitur pœna. Sic furta manifeſta à non ma-
nifeſtis diſcernuntur, rixæ à graſſaturis, expilationes à fur-
tis, à violentia petulãtia. Et in leuioribus cauſis proniores
ad lenitatem iudices eſſe debent, in grauioribus pœnis ſe-
ueritatem legum cum aliquo temperamento benignita-
tis ſubſequi, l.aut facta 16.§.qualitate, & l.reſpiciendum
11.§ 1.ff.de pœnis, c.ſicut 6.de homicidio, c.aut facta, §.1.
22 de pœnit.diſt.1.& infra lib 3.tit.92.† Quantitate quoque
rei diſcernitur fur ab abigeo, & differentiam pœnæ facit.
Nam qui vnum ſuem ſurripuerit, vt fur coercebitur, qui
gregem, vt abigeus, d.l.16.§.quantitas, ff.de pœnis, l.capi-
taliũ 28.§.incendiarij, ff.eo. Non enim pro re minima fur-
to ablata quis damnatur ad furcam, vt voluit crudeliſſi-
mus iudex, quod vnus pro furto malorum medicorũ ſu-
ſpenderetur, vt expleret numerum triginta eadem manè
23 ſuſpendẽdorum, cui numero vnus deficiebat.† Qui intra
oppidum incenderint, capite puniuntur: qui caſam, aut
villam, aliquo lenius, l.capitaliũ 28.§.incendiarij, ff.de pœ-
nis, locus et delictũ auget, vel minuit pœnam. Nam locus
facit, vt idẽ vel furtum, vel ſacrilegiũ ſit, & capite luendũ,
vel minore ſupplicio. Et euenit, vt eadẽ ſcelera in quibuſ-
dã prouincijs grauius plectantur: vt in Affrica meſſiũ inci
ſores: in Miſia vitiũ: vbi metalla ſunt, adulteratores mone
24 tæ, d.l.16.§.locus, & §.euenit, ff.de pœnis.† Tẽpus quoque
diſcernit emanſorẽ à fugitiuo, & effractorẽ, vel furẽ diur-
25 nũ à nocturno, d.l.16.§.tẽpus.† Sed & ſi reus ante aliquo-
ties in eodem delicto apprehenſus eſt, & tractatus clemen
tius, augenda eſt pœna exẽplo, l.capitaliũ 28.§.ſolent qui-
26 dã, ff.de pœnis. Planè nunquã † creſcit ex poſt facto præte
riti delicti æſtimatio, l.omnis hæreditas 180.§.fin.ff.de reg.
27 iur.vbi glo.ibi affert cõplura exẽpla. † Non nunquã autẽ
euenit, vt aliquorũ maleficiorum ſupplicia exacerbentur,
quoties nimiũ multis graſſantibus exẽplo eſt opus, vt ne-
ceſſe ſint paucis retroactis annis, multa ad multorũ graſ-
ſatorũ terrorẽ pro publico bono conſtituere, & ſeueriter
exequutioni demãdare, d.l.aut facta 16.§.fin.ff.de pœnis,
l.1.in princ.ibi puniuntur.ff.de abigeis, cõtradicit 23.q.4.c.
ſi quis poteſtatẽ, & c.ſeq.clarius. Sed iure belli manu mili-
tari contra tales Ciuitatibus, ac Præſidibus oĩbus eſt data
procedendi facultas, vt probat ex multis Ioan. Grande in
tractatu de bello exulũ. Si verò diutino tp̃e aliquis in reatu
fuerit, aliquatenus pœna eius ſubleuãda erit, l.diutino 25.
28 in prin.ff.de pœnis, l.vẽs 23.C.eo. Planè † ſi crimen pęnam
legibus hẽt definitã, iudex eũ ſequi dẽt, nec augere, nec mi
nuere, niſi aliqua prædictarũ rationũ obſtabit, l.1.§.calum-
niatorib.ff.ad S.C.Turpil.l.ordine 15.in princ. ff.ad muni-
cip.l.aliud 131.§.mulcta quidẽ, ff.de verb.ſign. c.de cauſis
4.§.illius ẽt de offic.deleg. c.licet 3 de pœnis 16.q.16. c.co-
gnominus, & c.vlt.24.q.1.c.non afferamus 2.q.3.c.vlt.§.
29 accuſatorũ temeritas. Sed † in peculatus crimine, itẽ & cõ-
cuſſionis, furti, vel alterius, quod ſeuerius coerceri conue-
nit, licebit iudici in mulcta irrogãda, modũ à legibus præ-
ſcriptũ excedere, l.eos, qui 6. ibi nec tamen ad huius legis
moderationẽ, C.de modo mulctar. Ei quoque, qui extra
ordinẽ de crimine, cuius nulla certa pœna à legibus defi-
nita eſt, cognoſcit, quã vult ſniam ferre licet, vel grauiorẽ,
vel leuiorẽ, ita tñ vt in vtroque mõ rationẽ nõ excedat, nec
affectibus indulgeat, l.hodie 13.ff.de pœnis, c.de cauſis 4 §.
illis ẽt de offic.deleg.l.3.§.expilatores, ff.de effractorib. l.
30 reſpiciendũ 11 ff.de pœnis. Si idẽ † crimẽ diuerſis legibus,
& pœnis coerceatur. Siquidẽ alia pœna generali lege, alia
ſpeciali ſit definita, non vtraque, ſed ſpecialis in illa crimi-
nis ſpecie irrogãda eſt. l.ſanctio.41.ff.de pœnis, l.Senatus.
31 ff.de accuſ.† In ambiguis aũt legibus, vel cauſis dubijs pœ
næ molliẽdæ ſunt potius, quã exaſperãdæ, l.interpretatio-
32 ne 42.ff.de pœnis. † Reus verò in iudiciũ vocatus, ſi intra
anni ſpaciũ non cõparuerit, poſtea apprehenſus ſeueriori
33 ſniæ ſubiugabitur l.2.C.de requir.reis. Præter hæc † æſti-
matio pœnæ irrogandæ interdũ ſumitur ex perſona ipſius
iudicis, neq; .n.oĩs iudex oẽm pœnã põt irrogare, l.2.§.fin.
ff.de pœnis, l.ſi qua pœna 44.§.at mulctæ in fin.ff.de verb.
ſign. Nã magiſtratibus municipalibus vltimũ ſuppliciũ ab
aliquo ſumere nõ licet, modica aũt caſtigatio in eis non eſt
34 denegãda, l.magiſtratib.12.ff.de iuriſd. Neque † Pręſides
deportãdi ius hẽnt, niſi Princeps ſniam eorũ cõfirmauerit,
l.2.§.cõſtat, ff.de pœnis. Præfectus tñ vrbi deportandi ius
hẽt, d.§.cõſtat. Ius ſanè relegãdi, & Præſides hẽnt, dũmo-
do in inſulã ſuæ prouinciæ relegẽt, l.relegatorũ 7.§ 1. ff de
interd.& releg.vt & ſupra dictũ eſt in tit.14. Sed & in me-
tallũ dãnandi ius tã Præfectis Vrbi, quã Pręſidibus prouin
ciarũ cõpetit, l.aut dãnũ, §.Præfectu, ff.de pœnis, l.illicitas
6.§.pen.ff de offic.præſid. Ius ẽt cõfiſcandi, ſeu bona dãna-
ti publicãdi inferioribus ſine iuſſu Principis denegatur, l.1.
C.ne ſine iuſſu Principis certis iudicibus liceat confiſcare.
Ius quoq; mulctæ dicendæ his ſolũ datur, quibus publicũ
iudiciũ eſt, niſi fortè & alijs ſpecialiter ſit permiſſum, l.2.
§ fin.ff.de iudic.l.aliud eſt fraus 131.§.fin.ff.de verb.ſign.l.
2.C.de mod.mulctar. l.curator.C.eo. Viris quoq; ſpecta-
bilibus comitib. ſcholarũ verberãdi, degradandive Sena-
tores, ac ducẽnarios licẽtia denegatur: nã ad Pręfectũ Vrbi
hoc pertinet, l.1.C.de priuil.ſchol.l.ſcholariũ 3.C.de offic.
magiſt.offic. Procurator Cæſaris pœnæ cõſtituẽdæ ius nõ
habet, l.curatoris 3.in princ. ff.de offic.procur. Cæſaris.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator tenetur inſcribere, & cauere.*
2 *Mulier accuſans non inſcribit.*
3 *Inſcriptio quomodo concipienda.*
4 *Conſuetudo ſubſtulit leges, & canones de inſcriptione.*
5 *Accuſator vt reus pariter cuſtodiendus.*
6 *Adnotatio rei quomodo facienda.*
7 *Adnotatio rei quando facienda.*

Digitized by Google

8 Rei adnotati edictis euocandi qui intra annum debent venire, vt bona recipiant.
9 Reis poſt annum reuerſis quid iuris.
10 Rei adnotati intra annū decedētes trāſmittūt bona ad hęredes
11 Annus quando incipiat currere.
12 Adnotatione abolita fiſcus non vindicat bona.
13 Fiſcus ſpatio 20. annorum bona adnotati amittit.
14 Defenſio non praſcribitur rei adnotati.
15 Adnotationis alter modus datur.
16 Receptores reorum eadem pœna puniendi.
17 Rei apprehenſi custodiendi, niſi caueant, limita.
18 Reus vel abſolutus, vel cōuictus, nō eſt diuturna cuſtodia macerandus.
19 Reus finita pœna relaxandus.
20 Cuſtodia reorum ad quem ſpectet.
21 Rei quomodo cuſtodiendi, & à quibus.
22 Cuſtodia vel in carcere, vel aliter habenda eſt.
23 Penſio quod ſoluatur pro carcere, non placet.
24 Carcerandus quando quis ſit.
25 Carcer priuatus prohibitus.
26 Mulieres carcerantur.
27 Commentarienſis officium circa carceratos.
28 Dominicis diebus carceratorum cauſa cognoſcuntur.
29 Epiſcopis etiam carceratorum cura mandatur.
30 Victum, & ſtratum carceratis non prohibendum.
31 Ferrum, & venenum in carcerem non ferendum.
32 Pęna ſi reus cuſtodia euaſerit.
33 Pœna effractis carceris.
34 Fuga non probat delictum.
35 Cuſtos, ſi quis ſe occiderit, punitur.
36 Poſtulati propter aliam cauſam non recipiuntur.
37 Reus adminiſtrat bona ſua, rectèque ei ſoluitur.

De actibus publicorum iudiciorum. Tit. 18.

ITaque in publicis iudicijs generaliter deſcribendis reſtant actus publicorum iudiciorum, & iſti actus alij ſunt accuſatoris, alij rei conuenti, alij denique iudicis.
1 † Accuſatoris eſt inſcribere in crimen, & cauere de accu-
ſatione vſque ad finem proſequenda. Nam ne facilè quis
proſiliat ad accuſationem, in crimen ſubſcribere actor de-
bet, vt ſciat inultam ſibi accuſationem non futuram, l. ſi
cui 7. in princip. ff. de accuſat. l. crimen 3. C. qui accuſ. non
poſſ. l. in cauſis 16. C. de accuſat. l. accuſationis 17. C. eo. l. ſi
crimen 10. C. qui accuſ. non poſſ. cum alijs alleg. per nos in
glo. Stat. Vrb. li. 2. c. 2. q. 8 c. quiſquis ille 3. q. 9. c. q. accuſa-
re 4. q. 4. c. nullus p tot. Clar. §. fi. q. 12. & D. Th. 2. 2. art. 2. &
2 Duaren. ff. de accuſ. † Mulier tn̄, quæ ſuā, ſuorū ve iniuriā
perſequitur, in crimen inſcribere non tenetur, lege de cri-
mine 11. C. eod. Sed & iure antiquo maritus vxorem de a-
dulterio accuſans, hoc onere inſcribendi releuabatur, l. q̄-
uis 30. §. in primis, C. ad l. Iul. de adult. Iure tn̄ nouo hoc eſt
mutatū. Nā ſi de adulterio maritus putet ſuā poſſe cōuin-
ci vxorem, cōuenit, vt maritus prius contra vxorē, aut etiā
adulterū in crimen ſubſcribat Nouel. conſtit. 117. §. ſi de a-
3 dulter. d. c. nullus. † libellorū aūt inſcriptionis conceptio ta-
lis eſt Apud illum Prætorē, vel Proconſulē Lucius Titius
profeſſus eſt, ſe Mæuiam lege Iulia adulterij ream defer-
re, quod dicat eam cum Caio Seio in Ciuitate illa, domo
illius, menſe illo, conſulibus illis adulterium commiſiſſe:
vtique enim, & locus deſignandus eſt, in quo adulterium
commiſſum eſt, & perſona, cum qua admiſſum dicitur,
& menſis: hoc enim lege Iulia publicorum cauetur, & ge-
neraliter præcipitur omnibus, qui reum aliquem deferūt.
Neque autem diem, neque horam inuitus comprehen-
det, l. libellorum 3. ff. de accuſat. Sed & ſi aliud crimē obij-
ciat: veluti quod domum ſuam præbuit, vt ſtuprum, ma-
terfamilias pateretur; quod adulterū deprahenſum dimi-
ſerit, quod pretium pro comperto ſtupro acceperit, & ſi
quid ſimile: id ipſum libello comprehendendum erit, d. l.
libellorum 3. §. ſed et ſi aliud, ff. de accuſat. Item ſubſcri-
bere debet, qui dat libellos, ſe profeſſum eſſe, vel alius pro
eo, ſi litteras neſciat, dicta l. 3. §. item ſubſcribere 2. quæſt.
3. cap. Paulum. §. omnis, quæſt. 8. cap. penult. & vlt. §. quæ
verò, & §. ſed etſi, & §. Item ſubſcribere Clar. in §. fin. quæ-
4 ſtio. 12. & 13 Soarez. A. 21. † Sed conſuetudo, ſeu auaritia
magiſtratus introduxit in graue Reipublicæ damnum, vt
ſine inſcriptione, ac cautione propoſitis accuſationes reci-
perentur, Clar. in §. fin. quæſt. 12. ver. cæterum hodie. Hinc
euenit, quod multi ſunt accuſatores, quippe qui certi im-
punes euaſuri, & ſi illorum calumnia detegatur. Antequā
aūt quæſtio habeatur, & ſi longinquo reus accerſēdus ſit,
antequam reus citetur, inſcriptio ab accuſatore de iure
communi fieri debet, non prius inſimulanti, id eſt accuſa-
tori accommodetur aſſenſus, quam ſolenni lege ſe vinxe-
rit, l. ſi quis 13. C. de accuſat. l. 2. §. 2. C. de exhibend. reis. Et
ſi reus accuſatorem ſuum viciſſim accuſare velit, etiam
pendente priore accuſatione in crimen inſcribere poteſt,
l. neganda 19. in fine, C. qui accuſ. non poſſ. Quod ſi libelli
inſcriptionum legitimi ordinati non fuerint: rei nomen
aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet, l. 3. §.
quod ſi, ff. de accuſat. Poteſt tamen accuſator, ſi tempora
largiantur, errorem circa inſcriptionem emendare, l. 35.
ff. ad l. Iul. de adulter. Præter hæc, quæ de inſcriptionibus,
& cautione ab accuſatore præſtanda vſu obſoleris dici-
5 mus, † etiam cuſtodiæ ſimilitudinem accuſator (habita ta-
mē dignitatis exiſtimatione) patietur, l. accuſationis 17. in
princ. C. de accuſat. l. 2. §. fin., C. de exhib. reis 2. q. 8. c. quiſ-
quis, Clar. §. fin. q. 18. Sed conſuetudo non ſeruat, ſi hęc ſer-
uarentur, quis temerè vellet accuſare? nemo certè. Circa
6 reum potiſſimum hi actus obſeruātur. † In primis vt reus
abſens requirendus adnotetur, quo copiam ſui præſtet.
Adnotatio autem ita fit, vt intra annum bona requirendi
rei obſignentur, vt ſi reſponderit, & ſe purgauerit, integrā
rem ſuam habeat, ſi neque reſponderit, neque qui ſe de-
fendat, habuerit, tunc poſt annum bona in fiſcum cogan-
7 tur, l. vlt. ff. de requir. reis, Clar. in §. fin. quæſt. 44. † Hæc au-
tem adnotatio fieri non debet, niſi accuſator prius in cri-
men inſcripſerit, & crimen ſit capitale, l. 2. §. 1. C. de exhib.
8 reis. Adnotatione autem facta, † adnotati edictis euocandi
ſunt; ſed & literæ ad magiſtratus, vbi conſiſtunt mitten-
dæ nuper eos poſſit innoteſcere, requirendos eſſe adnota-
tos, & ex hoc annus computatur ad ſe purgandos, l. 1. ff.
de requir. reis, l. 1. C. eod. l. abſentem, C. de accuſat. Nouel.
conſtit. 134. §. cæterum ſi quis eorum. Quod ſi intra annū
redierint, & ſe purgauerint, vel ſatis obtulerint: bona fiſco
vindicanda non ſunt, l. vlt. ff. de requir. reis, l. 1. C. eod. l. ab-
ſentem, C. de accuſat. Nouell. conſt. 134 §. cæterum ſi quis
9 eorum. Clar. vbi ſupra. Planè † poſt annum reuerſi defen-
dendi ſe poteſtatem retinent, ſed bona non recuperant, ni-
ſi iuſtas abſentiæ cauſas habuerint, eaſque per aliū propo-
ſuerint abſentes, d. l. vlt. l. 1. C. eod. & arg. l. inter accuſato-
rem 10. ff. de public. iudic. l. accuſatore 13. ff. eod. Clar. vbi
10 ſupra, † ſed & ſi abſentes intra annum mortui fuerint, cri-
minis cauſa expirat, & bona ad hæredes tranſmittuntur, l.
11 1. §. fin ff. de requir. reis, l. 1. in fin. C. eod. † Annus exinde
computandus eſt, ex quo ea adnotatio, vel edicto, vel etiā
literis ad magiſtratus factis publicè innotuit, l. annus 4. ff.
de requir. reis, l. 1. § Præſides. ff. eod. Sed & pœna indulgen-
12 tia Principis remiſſa, & ita † adnotatione abolita, fiſcus bo-
na vindicare non poteſt, l. cum indulgentia 20. C. de ſentē.
13 paſ. Idem † dicendum eſt, ſi intrā viginti annos fiſcus bo-
na adnotati non occupauerit, l. 2. cum l. ſequen. ff. de requi-
ren. reis. Sanè iſti anni 20. ab eo tēpore, quo adnotatio pu-
blicè innotuit, numerantur d. l. 4. ibi ergò, & viginti. ff. eo.
14 Tandem ſciendum eſt, † nulla temporis præſcriptione à
cauſæ defenſione ſummoueri eum, qui requirendus adno-
15 tatus eſt, d. l. annus 4. in fin. ff. de requir. reis. Sanè † adno-
tationis huius alter modus eſt, vt is, in cuius prouincia cri-
men commiſſum eſt, ſcribat ei, in cuius prouincia reus de-
git, ad eum apprehendendum, & manumittendum. No-
uella conſt. 134. § cæterum ibi, at ſi compertum fuerit, l. 2.
C. de ijs, qui latrones, vel alios, l. 1. §. fin. ff. de receptor. Sed
adnotatio bonorum hodie non eſt in vſu, & in eius locum
banni pœna eſt ſubrogata, Clar. §. fi. d. q. 44. verſic. ſed ho-
16 die. Sed & † receptatores, ſine quibus reus diu latere non
poteſt eadem, qua ipſe reus pœna legibus puniuntur: niſi
fortè cognatum, vel affinem receperint, & occultauerint,
hoc enim caſu pœna ijs pro arbitrio iudicis mitigatur, l. 1.
ff. de receptor. l. 1. C. de ijs, qui latrones, vel alios occultant,
l. 2. C. eod. l. omnes 1. §. fin. ff. de abigeis, l. 2. ff. de receptor.
4. q. 3. c. 16. & c. 1. de priuileg. in extrauag. Ioannis 22. Gail.
de pace publica lib. 2. c. 10. in princ. & per totum. Sed con-
tra ius commune pro publico bono adſunt vbique magis
ſeueræ conſtitutiones contra hoc peſſimum genus homi-
17 num, vt dixi in glo. ſtatuti vrbis, c. 37. lib. 2. † Rei tamē ap-
prehenſi cuſtodiendi niſi iudicio ſiſti ſatiſdent, hoc enim
caſu cuſtodia releuandi ſunt; quod tamen ita verum eſt, ſi
non poſt longum temporis ſpatium ſatiſdationē offerant,
vel niſi tam graue ſcelus admiſiſſe eos conſtet, vt neque fi-
deiuſſoribus, neque militibus committi debeant, l. 2. §. fin.
C. de exhib. reis, l. 2. ff. de cuſtod. reor. l. Diuus 3. ff. eod. l. ſi

gra.

Digitized by Google

18 granius 19.C.de dignitatib.Clar.§.fin.q.46.Planè †ſi reus,
vel abſolutus ſit, vel ſit conuictus; cuſtodia diuturna macerari nõ debet. De his enim, quos tenet carcer incluſos, id
aperta definitione ſancitũ eſt, vt aut conuictum vel ex pęna ſubducat, aut liberandum cuſtodia diuturna non ma-
19 ceret, leg.de his 5.C.de cuſtod.reor. Sed †etſi pænam reus
luit, tẽpuſque pęnæ ſiuitum ſit, nec clauſtris carceralibus,
nec in locis, quib. exul verſatus eſt, teneatur l.Rectores 24.
20 C.de pęnis † Cuſtodia aũt reorũ, & obſeruatio ad Commentarienſem pertinet, eiuſque periculo reus fugit. Ideoq;
21 † homini abiecto, & vili reum cuſtodiendum non committet leg.ad Commentar.4. C.de cuſtod.reor. Nec facile tyroni cuſtodia eſt credenda: nam ea perdita, is culpæ reus
eſt, qui eam commiſerit leg. non eſt 14. ff.de cuſtod. reor.
Nec vni ſolum, ſed duobus ad minimum committenda
eſt: qui ſi negligentia amiſerint pro modo culpæ, vel caſti-
22 gantur, vel militiam mutant d.leg.14.ibi nec vni. † De cuſtodia autem reorum conſul æſtimare ſolet, vtrum in carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, vel etiam
ſibi. Hoc autem vel pro criminis, quod obijcitur qualitate, vel propter honorem, aut propter ampliſſimas facultates, vel pro innocentia perſonæ, vel pro dignitate eius, qui
accuſatur, facere ſolet leg.1.ff.de cuſt.reor.cap.ſi Clericos
15.§.fin.de ſentent.excommun.in 6. & in vrbe adſunt diſtincti carceres, & prærogatæ manſiones reorum ſecundũ
23 eorum qualitates. Sed † res vna mihi nunquam placuit,
quod in aliquibus locis pro carcere ſoluatur penſio, vt ſit
pro domo conducta, niſi id fortè fiat pro ſoluenda merce
de Cõmentarienſi, & cuſtodibus, ad ſubleuãdũ ab hoc onere rempublicã, quæ tenetur carceres ædificare Clar.§.ſi.q.
24 46.ver.& qm. Planè † in carcerem, vel vincula publica nemo cõijciendus eſt, priuſquã cõuincatur, niſi fortè ſeruus
ſit, qui à dño non defendat, vel qualitas criminis id requirat d.l.1.& l.2.C.eo.l.ſi confeſſus 5.ff.eod.l.2.C. de exhib.
25 reis l.1.§.interea C.de cuſtod.reor.l.2.ff.de cuſt.reor.† Sed
& priuati carceris cuſtodia ẽt in cõuictis à legib. prohibetur l.1.C.de priuatis carceribus, & nos in glo.ſtat. Vrb.li.2.
26 c.56.ſed cũ limitat.de qua in cap.86.Sed † nec mulier, rea
cõuicta in carcerem eſt conijcienda Nouel.conſt.134 § neceſſarium aũt. Sed vſus ſeruat contrarium, quod admittimus cum diſtinctione, & ſeruata forma, de qua in glo.ſtatut. Vrb.lib.2.capit.7.nam ſi qualitas pœnæ hoc exigat, vt
mares, & fœminæ carceribus includi debeãt: diuerſa clauſtrorum tutamina habere iubentur leg. quoniam 3.C. de
cuſtodi.reor.& Clar.§.fin.quæſt.28. Viuius in verb.carce-
27 rati, vt in dicta gloſ. intra trigeſimum verò diem † Commentarienſis iubetur ſemel in genere numerum perſonarum, varietatem delictorum, clauſorum ordinem, ætatemque vinctorum. Quod ſi hæc prætermiſerit, officium
quidem viginti libras auri ærario noſtro iubemus inferre:
Iudicem verò deſidem, ac reſupina ceruice tantum titulũ
gerentem, exortem impetrata fortuna, decem libris auri
mulctandum eſſe cenſemus leg.de his quinto §. iubemus
C.de cuſtodi.reor.Clar.§.fina.quæſt.46.verſic.ſcias etiam.
28 Et † Iudices dominicis diebus productos reos de cuſtodia
carcerali videre debent, & interrogare, ne ijs humanitas
clauſis per corruptos carcerum cuſtodes negetur. Victualem ſubſtantiam non habentibus faciant miniſtrari libellis duobus, aut tribus diurnis, vel quot exiſtimauerint Cõmentarienſes, decretis, quorum ſumptibus proficiant alimoniæ pauperum, quos ad lauacrum ſub fida cuſtodia duci oportet: mulcta iudicibus viginti librarum auri, & officijs eorum eiuſdem ponderis conſtituta: ordinibus quoq;
trium librarum auri mulcta propoſita, ſi ſaluberrima ſta-
29 tuta contempſerint. † Nec deerit Antiſtitum iura laudabilis Chriſtianæ religionis, quæ ad obſeruationem conſtituti iudicis ingerat hanc monitionem l.Iudices C.de Epiſ.
30 audient. Quod † ſi victum, vel ſtratum inferri quis iudicato non patiatur vtilis in eum pœnalis actio danda eſt, vel
(vt quidam putant) iniuriarum cum eo agi poterit l.ſi victum 34.ff.de re iudic. Carceri præpoſitus, ſi precio corru-
31 ptus, ſine vinculis agere cuſtodiam, † vel ferrum, vel venenum in carcerem inferri paſſus eſt: officio iudicis puniendus eſt. Si neſcit ob negligentiam remouendus eſt officio,
32 l.carceri 8.ff.de cuſt.reor. Quod † ſi cuſtodia euaſerit Cõmentarienſis, vel eius officium eadem pœna punitur, qua
obnoxius docebitur fuiſſe, qui aufugit l.ad Commentarienſem 4.C.eod.Clar.§.ſi.q.29.ver.quæro etiam, & q.68.ver.
cuſtos 8.Soarez c.24. Gabr.lib.7.concluſ.8.num.55.Sed &
qui in vincula coniectum emiſerit, lege Iulia Maieſtatis ſit
reus l.cuiuſq; 4.§.penult.ff.ad Iul.de adult. Sed & cuſtos,
qui cuſtodiam deſeruit, capite punitur l.ſi quis 38.§.miles
ff.de pœnis l.milites 12.ff.de cuſtod.reor.leg.non eſt 14.ff.
eod.vbi pœna ex circunſtantijs, & qualitatib. mitigatur.
33 † Hi etiam, qui effracto carcere, vel conſpiratione cum
cæteris facta euaſerunt, capite puniuntur leg.in eos 13.ff.
eod.Clar.§.fi.q.21.n.16. Si tamen per negligentiam cuſtodum euaſerint lenius puniuntur d.l.13. & d.l.ſi quis 38.§.
miles ff.de pęnis l.milites 13.§.eius fugam ff. de re militar.
34 Sed an habeatur pro confeſſo, & ideo † fuga faciat plenam
probationem contra eum tradit text.in l.in eos ff.de cuſto.
reor. qui tex.non probat, quod faciat plenam probationẽ,
vt non nulli opinati ſunt, vt patet apud Clar. vbi ſupra, &
apud Maſcar.de probationib.lib.2.concl.819.fugam, &
35 ſeq.& apud Car.Tuſcan verb.fuga. † Quod ſi cuſtodia ſe
interfecerit, vel præcipitauerit: militis culpæ adſcribitur,
& caſtigabitur. Quod ſi ipſe cuſtos cuſtodiã interfecerit,
vel fame necauerit: homicidij reus eſt d.l.non eſt 14.§.ſed
ſi cuſtodia ff.de cuſt.reo.l.1.§. illud etiam C.eod.Clar.d.q.
46.Porrò recepta cuſtodia, facile, & ſine cauſa dimittenda
non eſt, nec ante exhibenda in iudicio, niſi de eius exhibitione iudex pronunciauerit l.ne quis 10.ff. de cuſtod. reor.
& l.neminem 3.C.de exhib.reis Clar.§.fi.q.46.verſi. ſolent
36 etiam. † Qui autem exhibendi poſtulant ſeu propter aliam cauſam alterius criminis, quod ante admiſſum eſt, rei
non recipiuntur: niſi ex hoc temporalis actio in periculum
37 cadat l.2.§.fina.ff.de cuſt.reor. † In reatu verò conſtitutus
bona ſua adminiſtrare poteſt, eique debitor rectè ſoluit:
niſi in fuga ſit, & requirendus adnotatus, vel repetundarũ
aut maieſtatis ſit reus l.aufertur 46.§. in reatu ff.de iure
fiſci l.vl.in fine ff.de requir.reis l.ex iudiciorum 20.§.adeo
vt ff.de accuſat.l.quiſquis §.emancipatio C.ad l.Iul. Maieſtat.& hæc de actibus publicorum iudiciorum circa reum
contingentibus ante latam ſententiam ſufficiant. Nam reo
damnato, vel abſoluto, quid iuris dicetur infra.

S V M M A R I V M.

1 *Officium iudicis criminalis.*
2 *Iudex criminalis procedit de plano.*
3 *Sententia in criminalibus non præcipitanda, etſi adſit Principis mandatum, vt feratur.*
4 *Sententia contra conuictos non differenda.*
5 *Abſens, & indefenſus non eſt damnandus.*
6 *Contumax damnari poteſt.*
7 *Contumax ex alijs delictis poteſt damnari.*
8 *Accuſatus de plurib. conuictu: nõ ſeparatim de oĩbus iudicãdus.*
9 *In criminalibus ſecundum apertas probationes eſt iudicandum.*
10 *Socij criminis dictum non probat.*
11 *Suffragijs emendicatis remiſſionibus, & miniſtris non eſt credendum in criminalibus.*

De actibus, & officijs iudicis. Tit. 19.

1 NVnc de actibus, & officijs iudicis eſt dicendum. † Cognitorum itaq; de criminib. oportet ante diem pati
facere, cuſtodias ſe auditurum: ne hi, qui defendẽdi
ſunt, ſubitis accuſatorum criminibus opprimãtur, quãnis
defenſionem quocunque tempore poſtulante reo negari
non oportet, adeo vt propterea, & differantur, & proferãtur cuſtodiæ l.vnius 18.§ cognituriũ ff. de quæſtionibus.
Sed & cuſtodias auditurum tam clariſſimos viros, q̃ patronos cauſarũ (ſi omnes in Ciuitate prouinciæ, q̃ regit, agũt)
adhibere oportet l.cuſtodias 12.ff.de public.iudic.& feriatis dieb. cuſtodias audiri poſſe reſcriptum eſt d.l.12. Vt innoxij dimittantur, & nocentes, qui duriore animaduerſio-
2 ne indigent, differantur, vt ibi, † & non ſolum pro tribunali, ſed & etiam de plano cuſtodię audiri poſſunt, atq; dam-
3 nari l.vnius 18.§.cuſtodiæ ff.de quæſt. † ſententia verò à iudice præcipitanda non eſt, & ad reſcriptum Principis ſententia per dies triginta inhibenda l.eos, qui 6.§.fi.C de modo mulctar.l.1.in princ.C.de requir.reis l.2.in princ. C.de
4 ſent.ex breuiculo recitan. † In reos tamen manifeſta probatione conuictos ſententia differenda non eſt, ne illis facultas pateat ſupplicãdi, vel quibuſdam malignis artibus
5 pœnam euitandi l.cum reis 18.C.de pœnis: † Abſens autẽ,
& indefenſus damnari non debet, ſed tñ requirendus adnotandus eſt l. abſentem 5.ff de pœnis l.1. ff.de requir.reis
l.abſentem 6 C.de accuſatio.l.inter 10.ff.de public.iudic.l.
accuſatore 13.§ final.ff eod.l.ſi quondam 15.C.ad leg.Iul.
de adulter.2.q.8.cap.accuſatorum 2.& cap.vlt.5.q.19.

in princ. cum ſequentibus vſque ad c.non oportet, & c.
abſente cum ſequentibus vſque ad c.teſtes, cap.chartæ,
Clarus.§.fin quæſt,31. & ſequen. vt & ſupra dictum eſt,
9 Tamen † aduerſus contumacem, qui neque denunciationibus, neque edictis Præſidis obtemperaſſet, etiam in abſentem, pronunciari oportet, ſecundum morem priuatorum iudiciorum, dummodo ſententia relegationem non excedat. Nam ſi quid grauius irrogandum ſit, puta in metallum, vel capitis pœna, non eſt abſenti, quamuis contumaci, irroganda. In accuſatorem autem abſentem nonnunquam grauius ſtatuendum, quam Turpilliani Senatuſconſulto pœna irrogatur, l.abſentem, §.aduerſus, ff. de pœnis, dicta quæſt.9. c.abſens, & cap.decernimus Clarus d.quæſt.31.& ſequen.& quæſt.44. Suarez. A.4. conſuetudo ſeruat contrarium, d.quæſt.31. & 44.ver licet, & verſ.
7 dictum eſt.† In eos etiam, qui ſpadones fecerant, quamuis abſentes, ex lege Cornelia ſententia ferri poteſt l.lege 4 §. idem Diuus, ff.ad l.Cornel.de ſicarijs. Sed & in apparitores perfidos, item adulteram, ſi poſtea quam crimen contra eam inchoatum eſt prouinciam exceſſit etiam abſentem inter reos recipi poſſe explorati iuris eſt, l.ne diu 21.ff. de pœnis, l.adulteram 14. C.ad l.Iuliam de adulter. Idem erit in crimine læſæ maieſtatis Clarus in §.læſæ maieſtatis
8 in fine.† Quod ſi de pluribus criminibus accuſationes aduerſus eundem inſtitutæ fuerint: non licebit iudici ſeparatim de crimine ſententiam proferre, priuſquam pleniſſima examinatio ſuper altero quoque crimine facta ſit, l. qui de crimine 9.in fine, C.de accuſat. Clarus in §.fin.quæ-
9 ſtio.13 ver.item quæro † Inferenda etiam ſententia, obſeruare illud iudex debet, ne ex ſuſpicionibus, vel præſumptionibus quemquam damnet, ſed ex apertiſſimis documentis, vel indicijs ad probationem indubitatis, & luce clarioribus, vt vix etiam ipſe reus ea, quæ commiſerit, negare non ſufficiat, l.ſciant 25. C.de probat. l.abſentem 5. §.1.ff.de pœnis, l.qui ſententiam 16.C.eo.Clar. § fin. quæſtio.66.D.Thomas 2.2.quæſt.60.articulo tertio. Ideoque
10 † neque ex eius, qui de ſe confeſſus eſt, iudicio alius damnare debet. nec acclamationibus populi, vel in damnando, vel in abſoluendo credendum eſt, l.decurionum 12. C.de pœnis, c.ad audientiam 3.de conſuetud. Villalo.C.152. Viuius in verb.teſtis Clar.§.fin.quæſt.21.verſic.dictum ſocij Gabr.lib.7.concluſ.prima, vbi omnes declarant, & limi-
11 tant, vt & alibi dictum fuit.† Sed neque emendicatis ſuffragijs, aut relationibus à publicis perſonis deſtinandis, neque epiſtolis eorum, qui quaſi damnatos ad Præſidem, ſeu iudicem remiſerint, neque curioſis, ſtationarijs, vel alijs miniſtris, qui crimina iudici nunciant, credendum eſt, l.ſinguli 14.C.de accuſatio.l.Diuus Adrianus 6.ff.de cuſtodia reor.D.Thom.2.2.quæſt.77.artic.2. Sed etſi Imperator puniri reum iuſſerit, tamen per triginta dies ſententia à iudice ſuſpendenda eſt. l.ſi vindicari 20. C.de pœnis vt ſupra quoque dictum eſt ſub nu.3.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio deficientibus probationibus adhibenda.*
2 *Quæſtio ſine indicijs non eſt habenda.*
3 *Indicia quæ ad quæſtionem habendum ſufficiant.*
4 *Pecuniaria in re non facilè quæſtio habenda.*
5 *Semel tortus, & iterum ex nouis indicijs torquendus.*
6 *Omnis contra omnes torquendus non eſt.*
7 *Serui regulariter torquentur.*
8 *Statu liberi in certis cauſis torquentur.*
9 *Seruus pro Domino non torquendus.*
10 *Seruus vniuerſitatis pro ſingulis torquendus.*
11 *Seruus contra dominum non torquendus.*
12 *Seruus in aliquibus caſibus torquetur in dominum.*
13 *Seruus mariti in caput vxoris torquetur.*
14 *Liber homo regulariter non torquendus.*
15 *Facto qui non affuit non torquendus.*
16 *Teſtis non vacillans non torquendus.*
17 *Confeſſus de ſe in caput aliorum non torquendus.*
18 *Deportatus non torquendus in alios.*
19 *Milites nec eorum filij torquendi in alios.*
20 *Clariſſimi, & eorum filij non torquendi, vt teſtes.*
21 *Decurio poteſt torqueri in cauſa falſi.*
22 *Clerici, & presbyteri torquentur à iudice ſuo.*
23 *Mulier, niſi prægnans, torquetur.*
24 *Torquendi non ſunt de domo accuſatoris in reum.*
25 *Inimici contra inimicos non torquendi.*
26 *Liberti in caput patroni non torquendi.*
27 *Omnes in læſa maieſtatis crimine torquendi.*
28 *Accuſator, & reus in læſa maieſtatis crimine torquentur.*
29 *Iudex ipſe quæſtionem habere debet.*
30 *Quæſtio ſtatim exhibito reo, habenda.*
31 *Quæſtio a quo ex pluribus correis incipienda.*
32 *Tormenta quomodo adhibenda.*
33 *Iudex non debet ſpecialiter interrogare, an T. homicidium fecerit, ſed generaliter quis fecerit, vt non ſuggerat.*
34 *Fides quæſtioni non ſemper adhibenda.*
35 *Veritas vnde colligatur.*
36 *Partis confeſſioni credendum.*
37 *Confeſſio cum qualitate recipienda.*

De Quæſtionibus, & tormentis. Tit. 20.

AD actus, & officia iudicis pertinent etiam quæſtio-
1 nes, & tormenta. † Nam ea in inquirenda veritate adhiberi ſolent, quando ſcilicet aliæ probationes euidentes deſunt, l.edictum 8.ff.de quæſtio.l.Diuus 9 ff.eod.leg.1.§ in cauſa ff.eod.de hac re multa propoſuimus, in gloſſ.ſtat. Vibal. libro ſecundo, capit.11.Clar.§.fin.q. 49.& quæſt.64. Viuius in verb.Arbitrio iudicis, de his vtique agit Quintilianus de orator.libro quinto, capit.quar-
2 to † Nec tamen adhiberi tormenta debent, ſi nullis alijs argumentis reus vrgeatur; neque enim à tormentis incipiendum, ſed ad ea tunc demum veniri oportet, cum ſuſpectus eſt reus, & alijs argumentis ita vrgetur, vt ſola confeſſio deeſſe videatur, l.1. ff.de quæſtio per totam, lege de minore in §.tormenta, ff.eodem, l.vnius, §.in ea cauſa, & l.vltima, ff.eodem, l.primum 3.C.eodem, l.ſicut 17. in fine, C.ad l.Cornel. de falſ.l.milites 8.§.oportet, C.de quæſtio.cap.cum in 6.de regul.iur.in 6.15. quæſtio, ſexta,
3 in princip.cum cap.ſequen.† Quæ autem argumenta ſufficiant ad ſuſpicionem mouendam, vel ſemiplenè probandum, vt quæſtioni locus eſſe poſſit anxiè conantur definire legum Doctores; verum ea res certis regulis definiri, ac concludi non poteſt, ſed iudicis arbitrio eſt relinquenda, l. teſtium fides 3.§.quæ argumenta, ff.de teſtibus. Sanè vnicus teſtis quamuis aliquam faciat præſumptionem, tamē ad torturam inducendam non ſufficit, lege maritus 20 ff.
4 de quæſtio.Clar.§.fin.quæſt 21.& 22.quæſt.ſecunda.† Sed nec in re pecuniaria facilè quæſtio habenda eſt, niſi veritas aliter, quam per tormenta inueniri non poſſit, l.Diuus 9.ff.de quæſtio.l.vnius 18 § index, ff.eodem, l.ſuper 9.C. eod.12.quæſtio.ſecunda, cap.quæſtionem. Nec ad tormenta veniendum prius quam accuſator in crimen ſubſcripſerit, & de pretio ſerui Domino ſit cautum, lege ſi quis
5 13.de accuſat.leg certo 13.ff.eodem. † Reus autem ſemel tortus, & euidentioribus argumentis oppreſſus, repeti in quæſtionem poteſt; maximè ſi in tormenta animum, corpuſque obduruerit, lege repeti 16.ff.de quæſtio, leg.vnius 18.§.reus, ff.eodem, Clar.§.fin.quæſtio.64. numero 46. Viuius in verb. tortura Villalo. T.116. Clarus quæſtione 62.
6 ver.tortura autem.† Porrò non paſſim quiuis pro quouis, vel contra quemuis torquendus eſt, lege milites 8.§.fin. C.
7 de quæſtionibus. Sanè † de ſeruis regulariter quidem haberi quæſtio poteſt, tam de proprio, quam de alieno facto, l.Diuus 9.§.licet, ff.de quæſtio.l.ſi quis 12. ff.eodem 2. quæſtio.prima, cap.in primis §.teſtes 4.quæſtio. ſecunda, capit.vltim § ſi autem. Si tamen ſeruus ſe liberum dicat prius de libertate ignoſcendū eſt, lege is, cui 19.ff.de quæſtio.dicta l.12.eod.Sed & is, cui fideicommiſſaria libertas debetur, non vt ſeruus torquendus eſt, licet mors teſtatoris vindicanda ſit dicta lege is cui 19 ff.de quæſtionibus,
8 & lege nec ſi eodem. † Si tamen aliorum quæſtionibus oneretur, vel de hæreditate, aut rebus hæreditarijs inter hæredes ſit controuerſia, vel quæſtio adulterij moueatur, vel denique conditio libertatis defecerit: etiam ſtatu liber, vt ſeruus torqueri poteſt; dicta lege is cui, lege de tormentis 18.C.eodem, lege cum teſtamentum 10. C.eodem, lege edictum 8.§.fin.ff.eodem, dicta l. gr Diuus
9 Pius 9.§.fin. ff.eodem. Sed † nec ſeruus pro Domino torquendus

Digitized by Google

quendus eſt, quamuis dominus eius eſſe deſierit leg. pri-
10 dem 6.C.de quæſtio.l.ſeruus 14.C.eod.† Si tamen vniuer-
ſitatis ſeruus ſit, pro ſingulis ciuibus, vel qui eius vniuerſi-
tatis ſunt, poteſt torqueri, leg. in tantum 6.§. vniuerſitatis
in fine ff.de diuiſ.rer. Similiter nec cõtra dominum ſeruus
torquẽdus eſt, quamuis dominus eius eſſe deſierit: niſi for-
tè per damnationem dominus eius eſſe deſierit l.1.§. Anto
ninus, & §. ſerui, & §. item Mummio ff. de quæſtio.l.6. C.
eod. Quoties tamen dominus ſerui negatur, prius de domi
nio cognoſcẽdum eſt l. vnius 18.§. ſanè, ff.de quæſtio.d.l.1.
§. ſi quis dicatur ff.eod. Plane eum, qui cognitionis ſuſce-
ptæ tempore alienus fuit, licet poſtea rei ſit effectus torque
ri in caput eius poſſe reſcriptum eſt d.leg. vnius 18.§. ſeruus
ff.de quæſtio.l.extrario 17.§.final.ff.eod.l.1.§. ſi ſeruus ibi
11 dummodo in caput ff.eod.† Quamuis autem pro parte
dominus ſit, tamen contra eum ſeruus torquendus nõ eſt:
niſi in cauſa alterius domini contra alterum queſtio ſit ha-
benda l.3.ff.de quæſtio.l. extrario 17.§. de quæſtione 12.q.
2.cap. quæſtionum l.2. ff.de quæſtio.l.hoc quod placet 13.
C.eod.l.cum teſtamentum 10.& l.de tormentis 18. C.eod.
l.patre 6.§.fina.ff.eod.dicta l.17.§.de quæſtione, & l.18.§.
iudex ff.eod. Sed & ſeruus municipum, vel alterius corpo-
ris in ciuium capita poteſt torqueri dicta l.6.§. vniuerſita-
tis in fine ff.de diuiſ.rer.leg.1.§. ſeruum municipum, ff.de
quæſtio. Adeo autem ſeruus in caput domini torquendus
non eſt, vt etiam offerente ſeruum domino, vel aduerſa-
rio precium ſerui deponente torqueri non debeat leg.1.§.
cum quidam & l.18.§. ſeruus nec ff.de quæſtio.l.7. C.eod.
12 † In cauſa tamen læſæ maieſtatis, & adulterij ſeruus in do
minum poteſt torqueri: non tamen in inceſti crimine, niſi
per adulterium inceſtum dicatur commiſſum l.meminiſſe
6.§.fin.C.ad l.Iul.Maieſta.l.vlt.§.penult.C.eod.l.conſenſu
8.§. ſeruus ſcilicet, C.de repudijs leg.1.C. de quæſtionibus,
l.extranio 17.ff.eod.l.in inceſto 4.& l.ſi quis 5.ff. eod.l.vim
paſſam 39.§.fin.ff.ad l.Iul.de adulter.d.cap. quæſtionem.
Sed etſi vxor marito, vel contra maritus vxori inſidias ſtru
xiſſe dicatur, vel eum eam occidere voluiſſe l.ſi fortè 9.C.
ad l.Cornel. de ſicarijs cap. ſi fortè mulier de pœniten.di-
ſtinct.1.item in cauſa fraudati cenſus, & in plagij crimine
ſeruus in caput domini ſui torquetur leg.1.in princip.C.de
quæſt.l.1.§.in cauſa ff.eod.l.conſenſu 8.§. ſeruus ſcilicet in
fine, C.de repudijs leg. quicunque 4.§. ſane mancipium C.
de ſeruis fugit.& d.cap.quæſtionem. In pecuniarijs etiam
cauſis videtur, cæteris probationibus deficientibus, quod
ſeruus contra dominum interrogari poſſit leg.1.§.fina.C.
de quæſtio.d.cap.quæſtionem §.fina. huic contradicit glo.
in d.§.fin.& tex.in leg.pridem 6.ibi vel pecuniarijs C.eod.
Quamuis autem ſeruus de ſe, non de domino tortus ſit, &
contra dominum aliquid confeſſus ſit: domino id obeſſe
nõ debet l.1.§. diuus & §. ſerui ff.de quæſtio. Si tamen alijs
probationibus factum contra dominum ſit probatũ, pro-
batio ex eo infirmari non debet, quod ſeruus contra domi
num ſit tortus d.cap. quæſtionem. Non ſolum autem non
contra dominum, ſed nec contra bonæ fidei poſſeſſorem
ſeruus torqueri poteſt l.1.§. ſi ſeruus bona fide ff.de quæſt.
Neque contra eum, qui ſeruum in iudicio defendit leg. ex
libero 5.§.fi.ff de quæſtio. Neque ſeruus hæreditarius cõ-
tra futurum hæredem, niſi fortè de ipſa hæreditate ſit, cõ-
trouerſia l.2.ff.de quæſtio.l.patre 6.§.fin. ff.eod.cum alijs
citatis paulo ſuperius verſi. quamuis autem. Sed nec con-
tra patrem, vel filium domini ſeruus torquendus eſt l.de
minore 10.§. poteſt, ff. de quæſtio.l.2.C.eod.l.pridem 6.C.
eod. Nec contra tutores, vel matrem domini: niſi tutela a-
13 gatur l.2.C.eod.† Seruus ſanè mariti in caput vxoris tor-
queri non prohibetur leg.1.§. ſeruum mariti ff.de quæſtio.
multa non indigna, nec à ſupradictis aliena, de hiſce ſeruis
cumular Farinac.in tract.de teſtib. quæſt.55.nu.165.& ſe-
14 quen.† liber homo regulariter quidem torquendus non
eſt, quamuis de ſtatu eius dubitetur: niſi vel ideo manu-
miſſus, ne torqueretur, vel obſcurus ſit, & in dicendo teſti-
monio, vel reſpondendo ſuſpectus leg. ex libero 15.leg.de
minore 10.§.fin.leg. ſi quis 12. leg.1.§. ſeruus ff.de quæſtio.
leg. ob carmen 21.§. ſi ea rei conditio ff.de reb. teſtib. No-
uella conſtitu.90.§. corroborantes igitur, & §. ſi eiuſmodi.
15 † Teſtis tamen cuiuſque conditionis ſit, niſi facto inter-
uenerit, torquendus non eſt leg. vnius 18.§. teſtes torquen-
16 di ff.de quæſtio.† Idem dicendum, ſi in teſtimonio perhi-
bendo non vacillet, neque ſit ſuſpectus, vel ſi minor ſit

quatuordecim annis d.l.ex libero 15.in princi.& §.1.& d.l.
17 de minore 10.ff.de quæſtio. Vel † de ſe ſit crimen confeſ-
ſus: hic enim de alio ne interrogari quidem debet, nec in
caput aliorum debet torqueri l.repeti 16.§. is, qui de ſe ff.
18 de quæſt.l.vlt.§.fi.C.de accuſat. † Idem dicendum etiã eſt
19 de deportato l.Diuus 9.§.fin.ff.de quæſtio. † Milites quo-
que, & militum, ac veteranorum filij torquendi non ſunt
l.milites 8.C.eod. Neque huic priuilegio tamquam fauo-
re publico inducto, poſſunt milites renunciare iureiuran-
do cap. ſi diligenti de foro compet. vt arguit in puncto E-
duardus Caldera de errorib.pragmaticor.lib.1.ca.4.num.
20 7.& ſeq.† Nec viri eminentes, & clariſſimi, horumq. libe
ri, nec Decuriones, & decurionum liberi l.ſeueram 10.C.
de dignita.l.Diuo 11.C.de quæſtionib.l. Decuriones 16.C.
21 eod.l.nihil 17.C.eod.† Decurio tamen de inſtrumento, qđ
cum tabellio eſſet, conſcripſit, & falſum dicitur, torqueri
poteſt l.ſi quis 21.C.ad leg.Cornel.de falſ.& ſi ob magiam,
22 vel ſimiles artes ſit accuſatus l.& ſi 7.de malefic.† Poſſunt
autem torqueri, & Clerici, præsbyteri nõ poſſunt l.presby
teri 8.C.de Epiſcop.& Cleric.relata in 5.q.6.ca. quia 3.§.
præsbyteri. Sed à iudice eccleſiaſtico, non ſæculari, vt ibi,
& alibi dictum eſt, & non poſſunt torqueri, niſi ſint diffa-
mati de crimine Areti.de malefic.§. fama publica Boſſ.de
indicijs num.15.Clar.§.fi.q.64.Stephan.Aufer. de poteſta.
ſeculari in eccleſiaſtic.regu.3.2.concluſ.num.15.ver.aduer
te tamen Clar.§.fin.q.64.num.23.Viu.opin.110.Contra ve
rò quod de eis tantum quæſtio, ſed ſine tormentis haben-
da ſit, vti de militibus dictum fuit ſuperius num.19. dicit,
atque tuetur Caldera de erroribus pragmatic.lib.1.ca.5.
23 per tot.† Sed & mulier torqueri non prohibetur l.primũ
13.C.de quæſtio.niſi prægnans ipſa ſit l.pregnantis 3.ff.de
24 pœnis.† Ad quæſtiones autem non ſunt prouocandi, quos
accuſator de domo ſua produxerit: vt eſt libertus, vel ſer-
uus accuſatoris l.1.§.ad quæſtionem ff.de quæſtio.l.patre
25 6.C.eod.& 3.q.5.in princip.† Præterea inimicorum quæ-
ſtioni fides haberi non debet, quia facilè mentiuntur, nec
tamen ſub prætextu inimicitiarum detrahenda erit fides
quæſtioni, ſed cauſa cognita, aut habenda fides, aut nõ ha
benda l.1.§ præterea ff.de quæſtio.3.q.5.cap.2.& ſequen.
26 Sed † nec libertum in caput patroni torqueri conſtitutum
eſt, nec quidem fratrem in fratris 3. quæſt.5.cap. 8.& ſeq.
& in ſumma, in quem quis inuitus teſtimonium dicere nõ
cogitur, in eum nec torqueri debet le.1.§. ſi ſeruus bona ff.
27 ff.de quæſtio.leg.patre 6.C.eod. Plane † omnes omninò in
maieſtatis crimine (quod ad perſonas Principum attinet)
ſi ad teſtimonium prouocentur, cum res exiget torquen-
tur.l.de minore 10.in princip.ff.de quæſtio.l.nullus 4.C.ad
Iul.Maieſta.l.ſi quis 3.C.eod.l. Decuriones 16.in fine C.de
28 quæſtio. Quinimò † in crimine maieſtatis, niſi manifeſtis
indicijs probetur tam accuſator, quam reus, & inſtigator
torqueri debet: quamuis & aliàs ipſe reus torqueri poſſit,
vt in muliere rea reſcriptum eſt d.l.3.C.ad l.Iul.Maieſtat.
29 l.13.C.de quæſtio.† Queſtionem ergo quando illa haben-
da eſt, habere debet ipſe iudex, ſiquidem cum magiſtra-
tus eſt, ſin autem ſine magiſtratu eſt, aſſumere ſibi debet
loci defenſorem. Nouella.conſti.90.§.corroborantes, item
alios viros clariſſimos, & cauſarum patronos in ea ciuita-
te degentes: interdum & accuſatorem, & ſocios l.cuſto-
dias 12.ff.de public.iudic.l.1.in princi. C.de cuſto.reor.ſed
hæc non ſunt in vſu. Iudex enim ſolus cum notario, & mi-
niſtris tormentorum quæſtionem habet Clar §.fin.quæſt.
15.verſic.quæro etiam, & quæſt.64.verſic.quæro nunc 35.
30 † Statim autem exhibito reo quæſtio habenda eſt: & vel
feriatis diebus haberi poteſt leg.1. in princip.C.de cuſtod.
reor.& d.leg.cuſtodias 12.ff.de public.iudic.cum allegatis
per nos in gloſſ.Statuti Vrbis libro primo capitulo 58. li-
31 mitat.12.& 13. † Vnius verò facinoris plurimi rei, ita au-
diendi ſunt, vt ab eo primum incipiatur, qui timidior eſt,
vel teneræ ætatis videtur, à quo facillimè poſſe verum ſciri
iudex crediderit, vel à ſuſpectiſſimo quoque leg. vnius 18.
in princi.ff.de quæſtio.leg.prima §.prima ibi idem Diuus
32 ff.eodem Clar.§.final.quæſtio.64.numero 29.† Tormen-
ta autem adhibenda ſunt, non quanta accuſator poſtulat,
ſed vt moderatæ rationis temperamenta deſiderant leg.
de minore 10.§. tormenta ff. de quæſtio.leg.quæſtionis 7.
ff.eodem. Quod quidem iudicem arbitrari oportet d. leg.
33 ſeptima. † Non autem debet iudex ſpecialiter interroga-
re an Lucius Titius homicidium fecerit, ſed generaliter,

quis id fecerit alterum enim magis ſuggerentis, quam
requitentis videtur, l.1. §.qui quæſtionem, ff.de quæſtio.
54 Clar.§.fin.q.45. ver.debet autem. Sanè † quæſtioni fides
non ſemper, nec tamen nunquam habenda eſt. Etenim res
eſt fragilis, & periculoſa, & quæ veritatem fallat. Nam ple
rique patientia, ſiue duritia tormentorum, ita tormenta
contemnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo poſſit:
alij tanta ſunt impatientia, vt quoduis mentiri, quam pati
tormenta velint. Et ita fit, vt etiam vario modo fateantur,
& non tantum ſe, verum etiam alios criminentur. lege 1.§.
quæſtioni.ff.de quæſtio. Confeſſio enim contra verum nõ
eſt cruciatibus extorquenda, & ita extorta nullius eſt mo-
menti 15. quæſt.6. in princ. cum ſequen. Turza.opin.173.
Viuius in verb.confeſſio facta ſponte in fine, & iudex pro-
mittens, num.8. Clarus, §.fin.q.21.verſ.vlterius q.64.num.
55 40.& q.65.in fine. † Plurimum tamen in excutienda veri-
tate etiam vox ipſa, & cognitionis ſubtilis diligẽtia affert,
nam & ex ſermone, & ex eo qua quis conſtantia, qua tre-
pidatione, quid diceret, vel cuius exiſtimationis quiſque
in Ciuitate ſua eſt, quædam ad illuminandum veritatem
in lucem emergunt, l.de minore 10. §.plurimũ, ff.de quæ-
ſtionibus. Poſtremò, ſeruis tortis, & crimine abſolutis, du-
plum pretij domino ab accuſatore præſtandum eſt. Secus
tamen ſi ſeruus non cõtra ſe, ſed alium ſit tortus, hoc enim
caſu non niſi ſimplum domino præſtatur, l.ſi poſtulauerit
26.§.fin.ff.ad l.Iul.de adulter. l.dominis. C.de calũniator. l.
56 vlt.ff.eod. l.patre 6. ff.de quæſtio. Sanè † regulariter qui-
dem quæſtioni, & confeſſioni partis eſt fides adhibenda,
cum paolo ſuperius dicta diſtinctione l.edictũ 8. ibi quas,
& efficaciſſimus, ff.de quæſtionibus, Clar.§.fin. quæſt.44.
57 in fine, q.65. in princ. Niſi † confeſſio emiſſa ſit cũ aliqua
excuſabili qualitate, quæ vera ſubſiſtat, ſed controuerti-
tur apud Viuium lib.2. Homicidium deponens Villalob.c.
146 Clar.§ fin. quæſt.55. ver.poſſet quoque, & diſtingui-
tur apud Gabr.libro 7.concluſ.19. & plures referuntur in
ſyntagma commun.opinio.iuris loco 9 tit.5. & in tract. de
conditionibus par.2.c.1. quæſt.73. & plura refert Gail. de
pace publica, lib.1.c.17.

SVMMARIVM.

1 *Abſoluto accuſato quid iuris.*
2 *Calumniari quid eſt.*
3 *Calumniari non dicitur, qui non probat.*
4 *Error excuſat à calumnia*
5 *Minor 25. annis excuſatur à calumnia*
6 *Calumnia tenetur, qui librum, vel teſtimonium ſcripſit, vel protulit.*
7 *Calumniam non excuſat factum alieno nomine.*
8 *Tutor, & curator non facile calumnia notantur.*
9 *Parentes perſequentes necem liberorum, calumnia non tenentur.*
10 *Hæres executor teſtatoris calumnia non tenetur.*
11 *Pater calumnia tenetur de adulterio filiæ.*
12 *Pœna calumniæ quæ in extraordinarijs delictis.*
13 *Abolitio non extinguit calumniam.*
14 *Dupli ſolutio calumniam non extinguit.*
15 *Iudex dicens, calumniatus es, damnat.*
16 *Delator, & mandator punitur calumnia.*
17 *Calumniæ iudicium non eſt publicum*
18 *Expenſæ hodie veniunt in calumniæ iudicio.*

De publicorum iudiciorum euentibus, & primum de calumniatoribus. Tit. 21.

NVnc euentus publicorum iudiciorum ſunt profe-
rendi, quorum alij quidem ſunt reo abſoluto, alij
reo damnato, alij denique reo reſtituto, & pœna
1 liberato. † Reo itaque abſoluto accuſatorum temeritas tri
bus modis detegitur, & tribus pœnis ſubijcitur. Aut enim
calumniãtur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur, l.1.in
2 princip.ff.ad Turpill. † Calumniari enim eſt falſa crimina
intendere d.l.1.§.1. aliam, & quidem præclaram calum-
niæ definitionem adfert Lucianus de non temerè creden-
do calumniæ, dum ipſos calumniatores deſcribit, atque vi-
tuperat. Eadem enim pœna calumniator, puniendus eſt,
qua reus punitus eſſet, ſi fuiſſet damnatus, idque lege
Rhemia, l.1.§.calumniatoribus, ff.ad Turpill. 2.quæſt.3.
cap.calumniator. c.qui non, cap. Paulum, §.fin. & quæſt.8.
cap.quiſquis, ver calumniantes 3.quæſt.6. cap.1. in fine 5.
quæſt.6.cap.qui calumniam, & c.ſequ. 33. quæſt.5. c.ſatis
hinc §.fin. Villa.c.2. Clar.in §.fin.quæſt.62. verſic.ſed nun-
quid 4.& ver.dixi ſupra 6. Soarez A.31. & nos in gloſ.ſta-
tuti vrbis lib.2.cap.3.per tot. & D.Thomas 2.2. quæſt.78.
3 art.3.& 4. † Non tamen vtique qui non probat, quod in-
tendit, protinus calumniari videtur, l.1.§.calumniatoribus,
ff.ad Turpill l.qui non 3.C.de calumn. nec is quidem, qui
inconſulto calore ad accuſandum proceſſit, d.l.1.§.quæri
poteſt, ſed qui nullam aliã accuſandi cauſam habuit, quã
vt calumnietur. Quod quidem in arbitrio iudicis cõſiſtat,
dicta l.1.§.calumniatoribus, & dicta lege 3. C.de calumn.
4 † Nam iuſtus error, & inconſulta temeritas veniam meren-
tur, d.l.1.§.calumniatoribus, & §.quæri poteſt, ff.ad Tur-
5 pill. 2.quæſt.3.cap.vlt.§.ſed non vtique. Ideoque † minori
vigintiquinque annis, ſi iuuenili facilitate ductus, vel etiã
feruore ætatis accenſus ad accuſationem proſilijt, non fa-
cilè calumniæ pœna irrogabitur, l.ſi maritus 15. §.lex Iu-
9 lia.ff.ad l.Iul.de adulter. † Calumniæ autem cauſa puniun
tur etiam qui in fraudem alicuius librum, vel teſtimoniũ,
aliudvè quid conquiſiuiſſe, vel conſcripſiſſe, vel in iudiciũ
protuliſſe dicuntur, l.ab accuſatione 6.§.fin.ff.ad Turpill.
7 Sanè † calumniatoris defenſio nulla eſt, ſi dicat, ſe alieno
nomine, & alterius mandato accuſationem ſuſcepiſſe. lege
8 noſtris 8.C.de calumniator. † Non tamen tutores, vel cu-
ratores, qui officio, & periculo res pupillorum, vel adole-
ſcentum adminiſtrant, facilè ſententia notantur, niſi eui-
dens eorum calumnia iudicanti apparebit, l.2.in fin. C.qui
accuſ.non poſ.l.2.in fine.C.de his, quæ indignis, & nos in
tract.de tutela, & cura, tutoribus, & curatoribus, libro 2.
6 tit.4.num.6.tit.5.num.1.& tit.22. num.2. Sed † & paren-
tes liberorum necem ſine calumniæ timore vindicant,
quemadmodum contra quinque calumniæ pœna in pater-
næ mortis accuſatione ceſſat, l.generi 14.ff.de public.iudic.
lege ſecunda, C.de calumniator. l.calumniæ 4.C.eod. Sed
10 † & extraneus hæres, qui ſuſpicionem, quam de morte
ſua habuiſſe defunctus cauit exequitur, hoc nomine a ca-
lumnia excuſatus eſt: cum inter voluntariam accuſatio-
nem, & neceſſitatem officij hæredis multum interſit, d.l.
11 2. † Pater tamen de adulterio filiæ ſine periculo calumniæ
agere non poteſt: quemadmodum & qui iure mariti accu
ſant, calumniæ periculum non euitant, l.pater 30.in princ.
12 & l.is, cuius 14. §.fin.ff.ad leg.Iul. de adulter. † In priuatis
autem, & extraordinarijs criminibus omnes calumnioſi
non ſupradicta pœna, ſed extra ordinem pro qualitate ad-
miſſi puniuntur. l.qui 5.C.de calumn. l.ſi quis 7. ff.ad Tur-
13 pill. l.& in 3.ff.eod. Planè † abolitio, neque publica, neque
priuata interueniens calumniatori ad pœnam euitandam
prodeſt, l.fallaciter 9 C.de calumniator. l.Senatus 15. ff de
14 iure fiſci. † Idem dicendum etſi accuſator ſerui accuſati
nomine duplum domino præſtiterit, lege vltima, ff.de ca-
lumniator. Si tamen de cauſa accuſationis pronunciatum
ſit, nulla calumniæ mentione facta, poſtea fruſtrà calum-
niam accuſatoris puniri deſideratur, lege prima, C.de ca-
lumniator. lege prima § calumniatoribus, ff.ad Turpillia.
15 † Si autem pronunciauit iudex hoc modo, calumniatus es,
quamuis nihil de pœna ſubiecerit, tamen legis poteſtas ad-
uerſus eum exercebitur dicto §.calumniatoribus. Porrò
16 † non ſolum delator punitur, ſi non probauerit, ſed &
mandator, quem exhibere debet, lege non tantum 24.ff de
iure fiſci, & eadem pœna calumniator puniendus eſt, qua
reus punitus eſſet, ſi eſſet damnatus, lege vltima, C.de ca-
lumnia. l.non prius 7.C.eodem, lege accuſationis 17. C.de
accuſatio. lege ſi quis 7.in princip. C.ad l.Iul.de vi publica.
2.quæſtio.3.cap.calumniator, cap.qui non, capit. Paulum,
Item depoſitione, verberibus, & exilio, capit.primo, de ca-
lumniatoribus 5.quæſt.ſexta, cap.quia iuxta, capit.penult.
& cap accuſaſti 8.de accuſationibus. Item excommunica-
tione d.quæſt.3.capit.ſi quis Epiſcopum 3.quæſt.10. c.cos
qui cap.vltimo, §.cum ergo 5.quæſt.6. c.Epiphanium, cap.
delator, c.vlt.diſtin.46. c.accuſatores. Item infamia 2.q.3.
in princ.cum c.ſequen.c.ſi quis, §.fin. calumniatori vtique
lingua capulatur, aut conuicto caput amputatur 5.quæſt.
ſexta, cap.delatori, & de calumnia reus ab officio, & bene-
ficio interim ſuſpenditur, donec innocentiã ſuam proba-
uerit, capitulo cum dilectus 1.de calumniatoribus, cum
alle-

Digitized by Google

17 allegatis in princ. huius tituli. Et † hoc iudicium non eſt
publicum, quatenus attinet ad intereſſe priuatorum leg.
palam 43. §. ſi qua calumniæ ff. de ritu nuptiar. imò conſue
tudo fecit, vt de eo, quod quis diceretur calumniatus non
ageretur ad eandem pœnam, qua reus punitus eſſet, ſi fuiſ
ſet damnatus, vt per Clar. in §. fin. quæſt. 81. ver. ſed quæ-
ro tertio, & quæſt. 12. ver ſi. cæterum hodie in fine Soarez
18 A. 23. † Sed tantummodo ad expenſas Clar. d. §. fin. quæſt.
62. verſi. ſed nunquid ibi, aut agitur de vera. Quæ & per-
rarò reficiuntur. Hinc factum eſt, vt impunitas ſit mater
calumniatorum, cum omnes ab omni calumnia euadunt
impunes, etiam quoad expenſas, & non ſunt amplius in
vſu propter contrarium prauum abuſum propoſitæ calū-
niatorum pœnæ, etſi vtroque iure munitæ, & promulgatæ
fuerint.

S V M M A R I V M.

1 *Præuaricari eſt vera crimina abſcondere.*
2 *Præuaricator, vnde dicatur.*
3 *Præuaricator quid ſit.*
4 *Præuaricationis iudicium publicum.*
5 *Aduocati præuaricatio.*
6 *Pœna præuaricationis quæ.*
7 *Præuaricator propriè quis.*
8 *Præuaricationem non probans punitur.*
9 *Præuaricationis pœna damnatus infamis.*

De præuaricatoribus. Tit. 22.

1 ALterum accuſatorum crimē eſt, præuaricatio. † Eſt
autem præuaricari vera crimina abſcondere l. 1. §.
1. ff. ad Turpill. & l. 1. ff. de præuaricat. & nos in gl.
ſtatuti vrbis lib. 2. cap. 3. ver. præuaricantur & 2 q. 3 c. vlt.
2 §. præuaricator, & §. præuaricatorum. † Dicitur enim præ-
uaricator, quaſi varicator, qui diuerſam partem adiuuat,
prodita cauſa ſua. Quod nomen Labeo à varia certatione
tractum ait, nam qui præuaricatur ex vtraque parte con-
ſtitit, quinimo ex altera l. 1. ff. de præuarica. l. Athletas 4 §.
præuaricator ff. de his qui notant. infam. leg. 1. §. præuari-
catorem ff. ad S.C. Turpill. l. præuaricatores 212. ff. de ver-
bo. ſignif. 2. 4. q. 3. cap. vlt. §. præuaricator eſt, & §. præuari-
3 catorem. † Sed & præuaricatorem ita definiunt, qui collu
dit cum reo, & tranſlatitiè munere accuſandi defungitur,
quod proprias quidem probationes diſſimulet, falſas ve-
ro rei excuſationes admittat l. 1. § præuaricatorem ff. ad S.
4 C. Turpill. cum alijs ſupracitatis. † Iudicium autem præ-
uaricationis aliud publicum, aliud moribus inductū eſt.
Nam ſi reus accuſatori publico iudicio ideo præſcribat, q
dicat ſe eodem crimine ab alio accuſatum, & abſolutum:
cauetur lege Iulia publicorum iudiciorum, vt non prius
accuſetur, quam de prioris accuſatoris præuaricatione
conſtiterit, & pronunciatum fuerit. Huius ergo præuari-
5 cationis pronunciatio publici iudicij intelligitur. † Quod
ſi Aduocato præuaricationis crimen intendatur, publicū
iudicium non eſt, nec intereſt, publico, an priuato iudicio
præuaricatus dicatur dicatur l. præuaricationis 3. ff. de præua
ricat. l. palam 43 §. ſi qua calumniæ ff. de ritu nuptiar. Vi-
6 uius in verb. aduocatus nu. 9. † Sciendum eſt autem, quod
hodie ijs, qui præuaricati ſunt, pœna iniungitur extraordi
naria l. 2. ff. de præuaric. Et in criminibus, quæ extra ordi-
nem obijciuntur, præuaricatores eadem pœna afficiūtur,
qua tenerentur, ſi ipſi in legem commiſiſſent, qua reus per
præuaricationē eſt abſolutus leg. ab Imperatore 6. ff. eod.
7 † Is vero præuaricator propriè dicitur, qui publico iudicio
accuſauerit l. 1. §. is autem ff. eod. d. c. vlt. §. is, autem. Is etiā
de cuius calumnia agi prohibetur, præuaricator in cauſa
publici iudicij pronunciatus, infamis erit leg. ſi is 4. ff. eod.
Aduocatus autem non propriè præuaricator dicitur: ex-
tra ordinem tamen ſolet puniri d. l. 3. §. quod ſi aduocato
ff. de præuaricator. d. c. vlt. §. cæterum. Aduocatus & qui-
dem inſtructus ab vna parte, ſi ad alteram in quacumque
inſtantia tranſeat, tenetur de falſo Soarez H. 107. & 108. &
8 Viu. vbi ſupra. † Quod ſi in hoc iudicio accuſator præua-
ricationem non probauerit: & calumnia notabitur, & re-
bus iudicatis, à quibus non eſt prouocatum, ſtabitur leg.
9 1. in fine, C. de aduocat. diuer. iudic. † Sin verò reus præua-
ricationis fuerit damnatus, infamis fit. & ex lege non accu-
ſat, reuſque prior repeti poteſt l. quod & lex 3. §. ſi tamen
poſtea quam, ibi nec in publicis iudicijs ff. de liber. homin.
exhiben. l. 1. C. de aduoc. diuer. iudic. l. præuaricationis 3. ff.
de præuaric. l. ſi quis 11. C. de accuſat.

S V M M A R I V M.

1 *Tergiuerſari quid eſt.*
2 *Tergiuerſatio delictum priuatum eſt.*
3 *Tergiuerſationis delicto quis tenetur.*
4 *Deſiſtere quid eſt.*
5 *Deſiſtere, cognita veritate, impune quis poteſt.*
6 *Deſiſtere mortuo reo, quis poteſt impunè.*
7 *Hæredes accuſatoris mortui deſiſtere poſſunt.*
8 *Deſiſtere qui poſſint impunè.*
9 *Deſiſtere quis poteſt Imperatoris permiſſu.*

De tergiuerſatione accuſatoris. Tit. 23.

1 TErtium accuſatorum crimen eſt tergiuerſatio. † Eſt
autem tergiuerſari in vniuerſum ab accuſatione
deſiſtere. leg. 1. §. 1. ff. ad S.C. Turpill. & §. ſi quis l. in
Senatuſconſultum 15. ff. eod. l. res, quæ 22. §. fina. ff. de iure
2 fiſci. † Quod iudicium priuatum eſt non publicum. l. præ-
3 uaricationis 3. §. fina. ff. de præuarica. †. Hoc autem tenetur
non ſolum, qui deſtitit, ſed & qui cum reo de compoſitio-
ne criminis locutus eſt. Vel intra præfinitum tempus reū
ſuum non peregerit d. l. 6. §. deſtitiſſe ff. ad S.C. Turpill. l.
1. C. vt intra certum tēpus l. 2. C. eod. Vel vltimo die adeſ-
ſe neglexerit, & abſens fuerit l. 1. ibi, vel quod eſt contuma
4 cius C. eod. planè † deſtitiſſe is videtur, non qui diſtulit, ſed
qui liti renūciauit in totum. Deſiſtere enim eſt, de negocio
abſtinere, quod calumniandi animo inſtituerat l. deſtitiſ-
ſe ff. de iudica. d. l. 6. §. animo ff. ad Turpill. l. deſtitiſſe 13. ff.
eod. l. in executionibus 6. C. eod. 2. q. 3. cap. vlt. § deſtitiſſe.
5 † Si quis tamen cognita rei veritate, ſuum negocium de-
ſeruit, nolens in lite improba perſeuerare, quam calumniæ
cauſa non inſtituerat, is deſtitiſſe non videtur d. l. 10. in fine
ff. de iudicijs l. ſenatus 15. ff. de iure fiſci l. 2. C. de abolitio. 2.
6 q. 3. c. ſi quis iratus §. ſi. & c. Paulum. Sed etſi † propter mor
tem rei accuſator deſtiterit, non poteſt hoc iudicio conte-
niri, quia morte rei iudicium ſoluitur; niſi tale crimen ſuit,
cuius actio, & aduerſus hæredes durat: veluti maieſtatis,
& repetundarum, vel niſi antequam reus deceſſerit, accu-
ſator deſtitit l. ſenatus. 15. §. ſi propter ff. ad S.C. Turpill. l.
7 2. C. ſi reus, vel accuſat. mortuus fuerit. Planè † mortuo ac-
cuſatore hæredibus eius deſiſtere permiſſum eſt. l. Diui 19.
8 ff. de accuſ. Sed † nec tutor, mortuo pupillo, cuius nomine,
accuſationē inſtituerat, eam adimplere cogendus eſt l. res,
quæ 22. §. ſi. ff. de iure fiſci. Idem dicendum, ſi delator vo-
lens à lite deſiſtere, mandatorem ſibi ſubtractum quærat:
niſi initio accuſationis mādatoris mentionem nullā fecerit
l. de eo 23. ff. eod. Idem etiam dicendum eſt, ſi accuſator &
alium reum habeat: non enim oportet compelli accuſato-
rem plures reos facere l. diui 19. ibi non oportere compelli
ff. de accuſatio. Sed etſi aliqua alia præſcriptione accuſator
ab accuſatione remoueri poſſit, impunè deſiſtit: vt puta ſi
mulier ſit, quæ ſuam ſuorumvè iniuriam non perſequa-
tur: ſi minor accuſauerit: ſi temporis præſcriptione accuſa
tor ſubmoueatur l. 1. §. ſi accuſationem cum ſequentib. ff.
ad S.C. Turpil. Plane in cæteris præſcriptionib. præterquā
ſpecialiter iam enumeratis, abolitione opus eſt d. l. 1. §. me
rito itaq; l. quærebatur 11. ff. eod. Sed & mulier ſuam ſuo-
rumve iniuriam perſequens, impunè deſiſtit, in falſi quidē
crimine: in cæteris non l. mulier 4. ff. ad Turpill. vt ſi turpi-
ter pacta ſit cum reo, vt deſiſtat l. ſi fœmina 5. C. eod. Ab-
ſens quoque ex iuſtis rationibus accuſator pro tergiuerſa-
tore non habetur l. inter accuſatorem 10. ff. de public. iu-
dic. leg. accuſatore 13. §. fina. ff. eod. Sed & qui intra ſtatu-
tum tempus accuſationem perſequi non potuerunt, va-
rijs Præſidū occupationibus, vel ēt ciuiliū officiorū neceſ-
ſitatibus diſtricti, in pœnam tergiuerſationis non incidunt
l. in Senatum 15. §. penul. ff. ad Turpill. Sed nec ij in pœnam
incidunt, qui à non publico, ſed priuato iudicio deſiſtunt,
quamquam officio iudicis culpa horum coercebitur, l. 1,
C. eod.

C.eod.l.ſi quis 7.§.final.ff.eod. Vnde qui à ſuſpecti tutoris
accuſatione deſtitit, pęna deſertionis non tenetur,l.1.§. ſu-
ſpecti,ff.ad S.C.Turpill. Idem dicendum eſt de eo, qui ab
hoc iudicio deſertionis deſtitit d.l.1.§. item ſi dicat, ff.eod.
Planè non diſtinguitur,vtrum a'o Ordinario,an extraordi
nario iudicio,dummodo publico deſtiterit: Nam vtroque
caſu tenetur,l.in Senatus 15.§.fin ad eos,ff.eod.Sed & nun-
ciatores,qui per notoria indicia produnt,notorijs ſuis aſſi-
ſtere iubentur,l.ab accuſatione 6.§.nunciatores, ff.eodem.
l.res,quæ 22.§.fin.ff.de iure fiſci.Is tamen,qui libello Prin
cipi dato,falſum ſe obiecturum minatus eſt,ſi non obieciſ-
ſet,& ita cauſa nondum in iudicium deducta deſtitit, non
tenetur,l.1.C.ad S.C.Turpill.l.quæſitum 5.ff.eod.2. q.3.c.
vlt.§.deſtitiſſe.Idem etiam dicendum,ſi poſt latam ſenten
tiam deſtitit, niſi fortè reus condemnatus prouocauit, l.1.
§.fin.ff.eod. Sed nec ij, de quorum calumnia agi non per-
mittitur,ſi deſtiterint,in pœnam incidunt, l.in Senatus 15.
§.eos,ff.eod.Non enim prodeſt ei,qui ſemel deſtitit, ſi po-
ſtea rurſus accuſare ſit paratus,d.l.15.§.ſi propter.ibi eum,
9 qui ſemel,ff.eod. † Sed qui Principis permiſſu accuſatione
deſtitit,impunitus eſt, l.deſtitiſſe 13.ibi. Sed qui permiſſu,
ff.ad S.C.Turpill.d.§.deſtitiſſe,quibus autem pęnis puniá-
tur tergiuerſatores tradimus in gloſ.ſtat. Vrb.lib.2.cap.3.
propè finem.

S V M M A R I V M.

1 *Deſiſtere quis poteſt per abolitionem impunè.*
2 *Abolitio quot modis fiat.*
3 *Abolitio publica,quæ crimina non comprehendat.*
4 *Abolitio per pecuniam nulla.*
5 *Abolitio ex falſa cauſa,vel inuito accuſatore,nulla.*
6 *Abolitio ſingulorum criminum petenda.*
7 *Abolitio,cauſa cognita concedenda,limitatur.*
8 *Deſertionis pęna.*
9 *Fideiuſſor non tenetur vltra ſponſionem ſuam.*
10 *Deſertionis iudex competens quis.*
11 *Deſertionis,ſeu tergiuerſationis pœna,quæ.*

De abolitionibus. Tit. 24.

1 SEd † & abolitione interueniente , licet impunè ab ac-
cuſatione deſiſtere,l.interueniente 12.ff.ad S.C.Tur-
pill.cum alijs adductis per nos in glo.ſtatuti Vrbis lib.
2 2.cap.4.2.q.3.ca.vlt.§.deſtitiſſe.† Abolitio autem, aut pu-
blicè fit ob diem inſignem, vel ob publicam granulationē,
vel ob rem proſperè geſtam , aut priuatim accuſatore po-
ſtulante. Tertio genere lege fit abolitio,mortuo accuſato-
re,vel ex iuſta cauſa impedito,quominus accuſare poſſit,l.
abolitio 8.cum legibus ſequent.ff.ad Turpill.d.l.12. & l.2.
§.niſi fortè,C.vt intra certum tempus Clarus in §.fin.quæ-
3 ſtio.49. Planè † publica abolitione non abolentur crimina
læſæ maieſtatis,patriæ expugnatæ,peculatus, ſacrilegij, a-
dulterij,vel ſtupri,raptus,l.fallaciter 3.§.final.C.de aboli-
tionibus,l.nemo 13.C.de Epiſcop.audien.Item crimen falſi
l.Lucius 17.ff.ad S.C.Turpill. In hiſce ergo accuſator deſi
ſtens exceptione publicæ abolitionis non defenditur , niſi
4 fortè priuata abolitio interuenerit . † Sed & qui per dece-
ptionem , vel pecunijs à reo corruptus ad poſtulandam a-
bolitionem venit,non adiuuatur: quemadmodum nec reo
huiuſmodi abolitio prodeſt,l.2.§.ſin autem,C.de abolitio.
4 †Idem dicendum eſt,ſi falſam cauſam allegando abolitio-
nem accuſator impetrauit,l.vlt.§.fina.ff.ad Turpill.Sed &
fallaciter incuſantibus abolitio non datur,l.fallaciter 3. C.
5 de abolit.l.fallaciter 9.C.de calumniator.†Idem dicēdum,
ſi inuito aduerſario abolitio petetur , niſi fortè reus con-
ſentire nolens nullam iniuriam corporalem adhuc paſſus
fuerit.hoc enim caſu etiam inuito reo abolitio dari poteſt:
dummodo intra triginta dies, poſtquam reus cuſtodiæ tra
ditus eſt,abolitio petatur,l.Imperatores 18.in princ.& §.1.
ff.ad Turpill.l.3.in princ. C.de aboliti. Sed & nec teſtibus,
qui torti ſunt,diſſentientibus, abolitio dabitur dicta l.3.§.
quod ſi ingenuorum . Nec ſeruis accuſatis abolitio publi-
6 ca prodeſt,l. Domitianus 16. ff. ad Turpill. † Sed & ſi plu-
ra crimina idem eidem intulerit, ſingulorum abolitionem
debet petere, alioquin prout quid omiſerit , eius nomine
deſertionis pœnam patietur,l.1.§.ſi plura,ff.eod.l.vim paſ
7 ſam 39.§.duos,ff.ad leg.Iul.de adulter. Præterea † abolitio
præſentibus partibus, cauſa cognita,non à Principe, ſed à
competente iudice poſtulari debet: item pro tribunali, nō
de plano, nec iudex hanc cognitionem alteri demandare
poteſt,ideſt, ſi per errorem,ſeu temeritatem, ſeu calorem
ad accuſationem proſiluerit. hæc enim accuſator expla-
nans,abolitioni locum faciet,l.2.in princ.C.de abolitio.l.1.
§.abolitio,ff.ad Turpill.l.abolitionem 16.C.ad leg. Iul. de
adulter. Planè hi,qui ſuas, ſuorumve iniurias perſequun-
tur, & cognatos ſuos in accuſationem deduxerunt, omni-
modo abolitionem petere non prohibentur, quamuis non
omnia ſupradicta obſeruauerint,l.2.§.fin. C. de abolitio.l.
quamuis 30.ff.ad leg.Iul.de adulter.Sine abolitione tamen
8 petita,& impetrata † nemo deſertionis pœnam euitat, l.1.
§.ſi accuſationem,ff.ad Turpill.l. abolitionem 16.§.1.C.ad
leg.Iul.de adulter.l.vim paſſam 39.§.duos,ff.eodem. Niſi
fortè,vel mulier accuſauerit,vel minor 25.annis d.§.accu-
ſationem,vel propter publicam abolitionem,aut eā, quæ
lege fit,crimen expirauerit,l.abolitio 8. cum ſequentibus,
ff.ad Turpill.l.aut priuatim 10.in princip.ibi tertio genere
lege fit abolitio mortuo accuſatore , vel ex iuſta cauſa im-
pedito,quamuis accuſare poſſit,ff.ad Turpill.Sed an abo-
litionem,remiſſionem,gratiam,indulgentiam,vel abſolu-
tionem concedere poſſit Princeps, vel iudex ſæcularis Cle-
ricis pro crimine, ita quod per Eccleſiaſticum iudicem nō
poſſint de eodem crimine puniri,latè differitur apud Au-
frer.in repet.Clemen.7.de offic.ordin.quæſt.2. vbi tādem
firmat,quod non ſub num.135.& ſequent. validiſſimis ra
tionibus,& grauiſſimis authoritatibus; Porrò deſerta ac-
cuſatione , incidit in pęnam deſertionis is quoque,qui ac-
cuſatorem ſubmiſit,aut inſtigauit,aut mandauit,& inſtru
xit eum ad accuſationem capitalem , dando probationes ,
vel allegando excuſationes,l.1.§.incidit in hoc, ff.eod. l. in
Senatus 15.in princ.ff.eod.l.ſeruus 34.§.fin.ff de pœnis. l.
9 non tantum 24.ff. de iure fiſci , † fideiuſſor tamen accuſa-
toris non vltra quantitatem,quam ſpopondit, tenetur l.2.
C.ad Turpill. Competit autem ex hac cauſa accuſatio non
apud procuratorum Cæſaris , ſed apud Prouinciæ Præſi-
10 dem. † Is competens iudex eſt, l.abolitionem 16.in princ.
C.ad leg.Iul.de adulter.l.1.§. ſuſpecti ibi.item ſi dicat, ff.ad
11 S.C.Turpill.l.procurator 3.C.vbi cauſa fiſcal. † eſtque pœ
na tergiuerſationis , ſeu deſertionis ex S. C. Turpill. quin-
que librarum auri,l.præuaricationis 3.§.fin.ff.de præuari-
cat. Interdum tamen grauius punitur accuſator extra or-
dinem,vel ex conſtitutionibus principalibus, puta quarta
bonorum parte,vel exilio,ſi perſona ſit humilis, l.1.& 2.C.
vt intra certum tempus, l. abſentem 5.§.in accuſatorem ,
ff.de pœnis.& ſumptus reſtituere cogitur,l. qui crimen 3.
§.fin verò,C.qui accuſ.non poſſ. Et ſit infamis ex hac cau-
ſa damnatus,& amplius agere, vel accuſare prohibetur,l.
2.in fine , C.ad Turpill.l.1. in fine, C. vt intra certum tem-
pus crim.quæſt.termi.l. 2.ff. ad Turpill.l. accuſationem 6.
C.qui accuſ.non poſſ.l.ſi ea 7.C.eod.l.mulier 4.§.fin. ff.ad
Turpill.l.in Senatus 15.§.ſi propter in fine,ff.eod.l.3.& 4.
C.eod.Sed & ipſi reo,à quo pecuniam accepit, vt deſiſte-
ret,in quadruplum actione in factum tenetur,vt ff.de ca-
lumniatoribus.Et hæc de euentibus publicorum iudiciorū
reo abſoluto,nunc eo damnato,videndum de eis reſtat.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia,reo damnato,exequenda.*
2 *Confeſſus crimen non appellat.*
3 *Notorius crimonoſus non appellat .*
4 *Mulctatus confeſſus,& notorius appellat.*
5 *Confeſſus tormentis appellat.*
6 *Homicida,& raptor non appellat.*
7 *Appellatio vbi conceditur,omnis appellat.*
8 *Sententia reſciſſa executio inhibenda,limitatur.*
9 *Reus de ſe mentitus iuuatur.*
10 *Mulcta impoſſibilis remittitur.*
11 *Executio dicitur facta tempore exilij finito etiam in carceri-
bus .*
12 *Inutilis ad opus damnatus dimittitur.*
13 *Reo damnato dandus terminus ad componendos penates non
minus dierum 30.*
14 *Seruo damnato dilatio danda ad reddendas rationes.*
15 *Pregnanti damnata dilatio vſque ad partum danda.*
16 *Clericus damnatus nondum degradatus non conſumitur.*

Pœna

17 Pœna differenda ſi ex damnato quæſtio in alios habenda.
18 Pœna non differenda dicente, velle alloqui cum Principe.
19 Pœna in ſententia non expreſſa, legis intelligitur.
20 Damnatus in metallum ſine tempore, decennij intelligitur.
21 Pœna ibi luenda, vbi delictum commiſſum.
22 Ad mortem damnatus gladio intelligitur.
23 Cadauera damnatorum petentibus conceduntur, limitatur.
24 Relegatus ad tempus non obediens in perpetuum damnatur.
25 Damnatis commeatus non datur, niſi a Principe.

De executione ſententiæ reo damnato. Tit. 25.

HActenus dictum eſt de euentibus publicorũ iudi-
ciorum reo abſoluto, nunc dicendum reſtat de il-
lis, reo damnato. Nam damnato reo, ſequitur ſen-
tentiæ executio, bonorum publicatio, & infamia, de qui-
bus modò eſt agendum, inter quos cum primum locum
obtineat ſententiæ executio, ideo de ſententiæ executione
1 in primis eſt tractandum. Nam † ſententia lata, & reo dã-
nato, ſententia eſt exequenda, niſi vel is damnatus, cuius
damnandi non fuit, vel à ſententia ſit prouocatum, eum
enim accipimus damnatum, qui non prouocauit, l. 2. §. fin.
ff. de pœnis, l. ſi qua pœna 244. §. vt mulctæ in fine, ibi, nec
aliter mulcta, ff. de verbor. ſignific. d. l. 2. §. eum accipimus,
l. relegatorum 7. §. his, qui relegantur, ff. de interdic. & re-
legat. l. non tantum 6. ff. de appellat. l. addictos 29. l. ſi quis
30. C. eod. l. addictos 6. §. fin. C. de Epiſcop. audien. Clar. §.
fin. q. 97. in fine. Cæterum ſi prouocet, nondum videtur dã-
2 natus, vt in allegatis iuribus: † niſi fortè vltra manifeſtas
probationes ipſius damnati confeſſio acceſſerit, huius
enim appellatio admittenda non eſt, l. 2. C. quorum appel.
non recipi. l. ſi qua pœna 244. in princ. ff. de verb. ſignific. 2.
3 q. 6. ca. vlt. § nullus etiam. † Nec minus ſi crimen ſit noto-
rium, c. cum ſit Romana §. fin. c. 13. c. conſuluit 14. & capit.
cum ſpeciali 61. §. porrò de appellatio Clar. in §. fin. quæſt.
94. nume. 1. & 2. niſi mulcta non pœna capitalis in eum ſit
4 dicta, † tunc enim quamuis confeſſus ſit, & crimen ſit no-
5 torium appellat d. l. 244. in princ. Vel non ſponte, † ſed tor
mentis coactus confeſſus ſit, d. l. 2. §. ſicut enim, C. quorum
appellat. non recipi. Sed & nec is, qui vim fecerit. Vnde oc-
caſione data, homo ſit interemptus, ſententiam, qua dam-
natus eſt, per appellationem ſuſpendere poteſt, l. quoniam
6 6. in fine. C. ad leg. Iul. de vi public. † Idem dicendum etiã
de eo, qui ob raptus crimẽ damnatus eſt. l. 1. §. quibus etſi,
C. de raptu Virgi. Vel ſi alias publicè interſit damnatũ ſta-
7 tim puniri, l. conſtitutiones 16. ff. de appellat. Sanè † vbi po-
teſt appellari, non diſtinguitur, vtrum damnatus ipſe, an
alius pro eo, quamuis inuito, prouocauerit. Vtroque enim
caſu ſententia eſt ſuſpendenda, l. non tantum 6. ff. de ap-
8 pellatio. † Sed & ſententiæ per iudicem appellationis re-
ſciſſæ executio inhibenda eſt, ſecus tamen ſi ipſe iudex, qui
ſententiam tulit, eam mutauerit, vel reuocauerit, quia hoc
ei non licet, l. Diui 27. in princ. ff. de pœnis, l. pœnam 15. C.
eod. niſi legitima ſubſit cauſa, exemplo l. illicitas, §. fin. ff.
9 de offic. Præſidis. Planè † ſi reus de ſe mentitus ſit, vel cum
non haberet probationum inſtrumenta, quæ poſtea repe-
rerit, pœna affictus ſit, pœna eius minui poteſt, vel in inte
grum reſtitutio concedi. Sed id duntaxat à Principibus fie
ri poteſt, d. l. 27. in princ. ibi. ſi tamen de ſe ſit mentitus. Itẽ
10 † ſi mulcta indicta ex facultatibus damnati redigi nõ poſ
11 ſit remittitur, l. illicitas 6. §. fina. ff. de offic. Præſid. Item † ſi
tempus illud, quo exilio deſtinatum erat, in carcere, vel cu
ſtodia impleuerit. Vel tempus pœnæ ſit finitum, dicitur fa
cta executio, l. omnes 23. C. de pœnis, l. fratres 33. ib., quia
temporaria. ff. eod. l. Rectores 24. C. eod. l. et ſi ſeuerior 3. in
fine, C. de cauſ. ex quib. infam. irrog. l. Imperator 8. ff. de po
12 ſtulan. Vel † tandem ſi in metallum damnatus operi fa-
ciendo inutilis deprehendatur, l. in metallum 22. ff. de pœ-
nis. Porrò quamuis reo damnato, ſtatim executio ſenten-
tiæ ſequi debeat, l. de his 5. C. de cuſtod. reor. Guido Pap.
deciſ. 74. in fine. Clar. in §. fin. quæſt. 96. tamen id diſtingui-
13 tur. † Si enim Princeps reum ſuo reſcripto damnauerit:
pœna per triginta dies differtur, l. ſi vindicari 20. C. de pę-
nis 11. quæſt. 3. c. cum apud. cauſam dictæ legis ſi vindica-
ri 20. dedit D. Ambroſius Imperatori Theodoſio veniam
peccati contra Theſſalonicenſes admiſſi deprecanti, vt in
vita Theodoſij legitur apud Card. Bellarminium. De offi-
cio Principis lib. 3. Reo quoque damnato petenti ſpacium
ad diſponendas res ſuas, componendoſque meſtos pena-
tes, dandum eſt, non tamen minus triginta dierum l. 2. §. et
verò, C. de exhib. reis, quæ non vidi contra pietatem huius
legis? quæ loquitur de reo nondum damnato reducendo,
vt multo magis debeat illius pietas ſibi locum vindicare in
reo damnato ſaltem ſpatio decem dierum dato ad appel-
landum, vt volunt omnes, quos citat Clar. in §. final. quæſt.
14 96. Sed etſi † dominus a ſeruo damnato rationes exigat, ad
eas reddendas dilationem pęnæ aliquam impetrare debet
l. 1. C. de bon. proſcript. conſuetudo ſeruat contrarium, te-
15 ſte Claro in §. fin. quæſt. 97. † Prægnantis quoque mulieris
conſumendæ damnatæ pęna differtur, quoad pariat. Ego
quidem, & ne quæſtio de ea habeatur, ſcio obſeruari, quã-
diu prægnans eſt, l. prægnantis 3. ff. de pęnis, l. Imperator
16 18. ff. de ſtat. homin. & † Clericus damnatus nondum de-
gradatus non conſumitur, 11. q. 1. c. ſi quis eum §. non au-
tem. Nouella conſt. 83. §. illud palam eſt Clar. §. fin. quæſt.
96. num. 7. Immo iudex ſæcularis denuò de crimine cogno
ſcit, niſi illud ſit merè Eccleſiaſticum, & ſic tale, vt nullo
modo de illo cognoſcere poſſit, vt dicit ibi Clarus, vt puta,
hæreſis, & q. 36. nume. 28. Sed plura referuntur in Syntag.
17 commun. opin. iuris loco 1. tit. 13. c. 7. & ſequent. Sed † etſi ex
damnato in alios quæſtio ſit habenda, pęna eius differen-
18 da eſt, l. qui vult 29. in fin. ff. de pęnis. Si tamen † damna-
tus dicat, ſe habere, quod Principi ſalutis ipſius cauſa in-
terſit, propter hoc pęna differri non debet, l. ſi quis. 7. ff. de
19 pęnis. Porrò † ſi pæna in ſententia expreſſa non ſit, legis
pęna irroganda eſt, l. 1. §. calumniatoribus, ff. ad Turpill. Si
autem alia lege, alia pęna ſtatuatur, mitior lex erit ſequen-
20 da, l. ſi Præſes 32. ff. de pęnis. Et † ſine præfinito tempore
in metallum damnato, imperitia damnantis, decennij tem
pora præfinita videntur, l. ſine 23. ff. de pęnis, l. ſeruus 10. C.
eodem. Seruus tamen ſub pęna vinculorum ſine temporis
præfinitione domino reddi iuſſus, perpetuo vinctus eſſe
21 debet d. l. 10. Ibi autem † pęna exequenda eſt, vbi crimen
fuit commiſſum, vt exemplo latronis legibus cauetur, l. ca-
22 pitalium 28. § famoſos, ff. de pęnis. Præterea † ad mortem
damnatus, gladio interfici debet, non ſecuri, vel telo, vel
fuſti, vel laqueo, vel veneno, vel verberibus, vel virgis, vel
tormẽtis, vel quo alio modo. l. aut damnum 8. §. 1. ff. de pæ
23 nis. Executione autem facta † corpora animaduerſorum
quibuslibet petentibus ad ſepulturam danda ſunt, l. cor-
pora 3. C. de cadauer. punit. l. 1. in principio. ff. eod. l. obno-
xios 11. C. de religioſis. Nonnunquam tamen non permit-
tunt, vt ſepeliantur, maximè maieſtatis cauſa damnato-
rum d. l. 1. §. nonnunquam. Eorum quoque corpora, qui
exurendi damnantur, peti poſſunt, ſcilicet, vt oſſa, & cine-
res collecta ſepulturæ tradi poſſint d. l. 1. §. fi. Qui quidem
prius ſunt ſtrangulandi, & poſt exurendi Clar. §. final.
quæſt. 99. numer. ſeptimo. Non autem aliter corpora ſepe-
liuntur, quam ſi fuerit petitum, & permiſſum d. l. 1. §. ho-
die Clar. in §. fin. quæſt. 100. nume. 1. Secus eſt de iure cano-
nico, quo poſſunt corpora damnatorum ſepeliri ſine licen-
tia, vt dicit Clarus ibi per text. in c. qualiter 13. q. 2. Porrò
24 † relegatus, vel deportatus, vel in metallum, aut in opus
publicum ad tempus, vel in perpetuum damnatus, ſi di-
ctæ legi non obtemperat, grauius punitur, l. capitalium 28
§. in exulibus, ff. de pęnis, l. relegati 4. ff. eod. l. aut damnum
8. §. inter eos in fine, & §. quiſquis, ff. eod. vt ſupra dictum
25 eſt. † Nemo autem poteſt commeatum, remeatumve da-
re exuli, niſi Imperator ex aliqua cauſa, l. 4. in fine, ff. de pę
nis. Sed & ex Prouincia in Prouinciam transduci damna-
tos ſine permiſſu Principis non licet, l. ad beſtias 31. §. final.
ff. de pænis.

SVMMARIVM.

1 *Bona an publicentur.*
2 *Bona ſerui, & filijfamilias non publicantur.*
3 *Bona habentis filios non publicantur.*
4 *Liberis damnati maieſtatis nihil reſeruatur.*
5 *Bona ſcelere acquiſita publicantur.*
6 *Bona habentis parentes non publicantur.*
7 *Bona defuncti nondum damnati non publicantur.*
8 *Bona eius, qui mortem ſibi conſciuit, publicantur.*
9 *Bonis publicatis quid agendum.*

Bonis

Digitized by Google

10 *Bonis publicatis an veniant poſtea quæſita.*
11 *Aes alienum damnati ex bonis ſuis ſoluitur.*
12 *Pannicularia damnati cui danda.*
13 *Iure nouo bona non publicantur.*
14 *Conſuetudo, antiquum, & nouum ius ſubſtulit.*

De publicatione bonorum. Tit. 26.

1 POrtò † ſupplicij damnatione iure quidem antiquo
bona publicantur, cum aut vita adimatur, aut Ciui-
tas, aut ſeruilis conditio irrogatur, l.1.in princip. ff. de
bonis damnat. Clar. §.fin.q.78. Relegatorum autem bona
non publicantur, niſi ſententia ſpecialiter adempta fue-
rint, l.deportatorum 8.C.de pœnis. Deportatorum ſic d.l.
8.& l.ea ſola 97.ff.de reg.iur.l.1.ff.de interdict. Niſi ad tē-
pus fuerint deportati, vel relegati, tunc enim nec per ſen-
tentiam quidem bona poſſunt adimi, l.relegatorum 7.§.ad
tempus, ff.de interdict.& relegat.l. relegati 4.§.fin. ff.eod.
2 l.bona 39.ff.de iure fiſci. Sed & † neque ſerui, neque filij-
familias bona, quamuis capitaliter damnati publicantur,
l.1.C.de bon.damn.l.ſi filius 3.C.eod. Neque Decurionis,
3 l.quando 10.§.Decurioni, C.eod. Sed & † neque bona eius,
qui liberos ſuperſtites habet, fiſco vindicantur in ſolidum,
verum pro dimidia tantum parte, reliqua dimidia liberis
relicta, l.cum ratio 7.in princip. ff.de bonis damnator. l.ſi
quis 9.§.quod verò, C.eod.l.quando 10.C.eod. Imo ſi plu
res liberos damnatus habuerit, nihil ex bonis eius publi-
cator d.l.cum ratio 7.§.ſi plures, ff.de bon. damnat. liberis
autem, ita demum bona damnati permittuntur, ſi iuſtis
nuptijs nati ſunt, d.l.1.§.liberis autem, ff.eod. Etſi adoptiui
ſint, dummodo non in fraudem facta ſit adoptio, d.l.cum
ratio 7.§.ex bonis, ff.eod.liberis autem eius, cui pars dimi-
dia duntaxat bonorum ablata eſt, partes non dantur, d.l.
4 1.§. final. † Sed & maieſtatis crimine damnati liberis nihil
reſeruatur: præterquam ſi quid ei, tanquam Patrono in
bonis libertorum debebatur. hoc enim liberis damnati re-
ſeruatur, l.quando 10.§.fin.C.eod.l.quiſquis 5. & l.vlt. C.
ad leg. Iul. Maieſt. Nouella conſtit. 134.§.fin. De bonis verò
matris deportatæ filijs nihil debetur, l.de bonis 6. C. eodē.
Sed & ſolis ijs, qui in poteſtate damnati permanſerunt bo
na reſeruantur, niſi emancipati ea, quæ à damnato accepe
runt ex cauſa donationis, vel dotis, conferre parati ſint;
tunc enim ex æquo, & illi bona damnati accipiunt, l. ſi de-
5 portatus 8.C.de bonis proſcript. Præterea † ex his, quæ per
flagitium damnatus acquiſiuit, liberis nihil debetur, velu-
ti ſi cognatum ſuum interimi curauerit, & eius hæredita-
tem adijt, vel bonorum poſſeſſionem accepit, d.l.7.§. final.
Nouella conſtit. 134. §. vt autem non ſolum. Sed hæc in
praxi non ſeruantur, vt dicit Clarus in §.fin.quæſt.78. ver.
6 videndum eſt 26. † Sin autem damnatus liberos nullos ha
buerit, parentes tamen hi vſque ad tertium gradum bona
damnati obtinent, fiſco excluſo, ſed & vxor damnati res
ſuas, item dotem, & ante nuptias donationem ex bonis
eius ſaluam habet. Quod ſi vxor indotata fuerit, tamen le-
gitima portio ei ex bonis damnati debetur Nouell.conſtit.
134.§.vt autem non ſolum, & §. Præterea ca.decreuit 14.de
hæretic.in 6. Patrono quoque damnati liberti ſua legitima
ſalua relinquenda d.l.cum ratio 7.§. ſi in libertinum, ff.de
bonis damnat. Planè quamuis damnatus, cuius bona pu-
blicata ſunt, poſtea indulgentia Principis pœna fuerit libe-
7 ratus, tamen bona non recuperat, vt dicitur infra. † Non-
dum autem damnatus, quamuis in reatu mortuus ſit, bo-
na ad hæredes ſuos tranſmittit, l.2.ff. de bon. damn.l.2. §.
fin.ff.de bonis eorum, qui ante ſentent.l.qui rei 3.§.ſic au-
tem, ff eod.l.2.C.de bonis eorum, qui ſibi mortem, l.vlt.C.
de iure fiſc.l.in fraudem 45.§.1.ff.eod. Nam non vt quis in
carcerem ductus eſt, ſpoliari eum oportet, ſed poſt condē-
nationem, vt in allegatis legibus: niſi fortè reus læſæ maie-
ſtatis mortuus ſit ante condemnationem, vel repetundarū
reus, l.2. C.de bonis eorum, qui mortem, l. ex iudiciorum
20.ff.de accuſatio l.vlt.ff.ad leg.Iul.maieſt. Sed & ſi poſt
condemnationem reus mortuus ſit, pendente tamen ap-
pellatione non publicantur bona, niſi in ſententia ſpeciali-
ter publicatio bonorum ſit comprehenſa, l.1.C.ſi penden.
appellat.mors interue.l.ſi is, qui 3.C.eod.l.1.ff.eodem. l.Lu
cius 9.ff.de iure fiſci, l.vlt.C.ſi reus, vel accuſat.mort. Et ſi
eo tempore deceſſerit reus, quo Imperatori de pœna eius
ſcriptum eſt, bona ad hæredes ſuos tranſmittit, l.2.§.ſi is,
de ...ius, ff.de bonis eorum, qui ante ſentent.

Si tamen reus accuſatorem corrupit, pro confeſſo habē
tur, ideoque quamuis ante ſententiam mortuus ſit, bona
eius publicantur, l.vlt.ff.de præuaricator.l.2. in princip.ff.
de bonis eorum, qui ante ſentent.l.in fiſci 4.ff. de iure fiſci.
8 l.eius, qui 29.ff.eod.l.tranſigere 18.C. de tranſact. † Sed &
ſi reus malè ſibi conſcius, mortem ante ſententiam ſibi cō
ſciuit, vel ſaltim conſciſcere voluit, bona eius fiſco vindi-
cantur: ſi modo viuus fuit accuſatus, vel in ſcelere depre-
henſus, & eius criminis reus, ex quo publicatio bonorum
ſequi ſolet, l.qui rei 3.§. ſic autem, ff. de bonis eorum, qui
ante ſentent.l.in fraudem 45 §.eius bona, ff.de iure fiſci. Si
tamen hæredes innocentiam eius, qui mortem ſibi conſci-
uit, oſtendere parati ſunt, publicatio bonorum inhibetur
d.l.3.§.ſi quis autem, & §.ſic autem, & §.fin. & dict.l.45.§.
eius bona, ff.de iure fiſci, l.1. C. de bonis eorum, qui mortē
ſibi, l.2.C eo.l.factum 12.C.de accuſat.d.l.3.§.vt autem, &
§.final. Nulla enim neque in ſanctis canonicis libris, neque
in ciuilibus legibus legitur authoritas, quæ Chriſtianis in
qualibet cauſa ius voluntariæ necis attribuat, vt in libro 1.
de Ciuitate Dei, cap.19.& 20. Neque vnquam poteſt mors
voluntaria ad animi magnitudinem pertinere, non enim
animi magnitudo rectè nominatur, vbi quiſque non valē
do tolerare, vel quæque aſpera, vel aliena peccata, ſe ipſe
interemerit. Magis enim mens infirma deprehenditur, quę
ferre non poteſt, vel duram ſui corporis ſeruitutem, vel
ſtultam vulgi opinionem, teſte D. Auguſtino, vbi ſupra c.
22.& ſequentibus. Portò nulli iudicum, exceptis ijs, qui in
ſumma poteſtate poſiti ſunt, licet ſine permiſſu Imperato
9 ris omnia rei bona proſcribere, vt antea dictum fuit. † Bo-
nis autem duplicatis, diligenter de ijs inquirendum, inuen-
tarium conficiendum, & Imperatori referendum, l.1.C ne
ſine iuſſu Principis, l.ſi quis 7.C.de bonis proſcrip. Interea
autem non numeratur, ſi quid ex ijs reus ante ſententiam
alijs bona fide donauit, vel alio modo alienauit, l.poſt con
tractum 15.l.donationes 22.§.perfectæ, ff. de donatio. l. ſi
quis 9. §. ſi quid autem, C. de bonis proſcript. cum diſtin-
ctionibus, & declarationibus datis per nos in gloſſ. ſtatuti
10 Vrbis lib. 1.c.115. Sed † & nec ea, quæ poſt publicationem
reus acquiſiuit, ad fiſcum pertinent, niſi reus fuerit depor-
tatus, l.ſi mandauero 22.§..s, cuius bona, ff.mandati, l.2.C.
11 de bonis proſcript. † Æs quoque alienum ex bonis dedu-
cendum eſt, l.non poſſunt 11.ff. de iure fiſci. Item res vxo-
ris, dos, & antenuptialis donatio, l.ſi quis 9.in princip.C.de
bonis proſcript. Nouella conſtit.134.§.præterea, §.vt autē,
& Nouella conſtit. 117 §.ſi de adulterio. Vel ſaltem actio-
nes creditoribus aduerſus fiſcum ſaluæ ſunt, l.omnes 4.ff.
de bonis damnat.l.ſi, vt 5.C.eod. Viuius lib.2. fiſcus in prin
12 cip. Clarus §.fin.quæſt.78.ver. Sed an teneatur 29. † Pan-
nicularia autem Spiculatoribus conceduntur, l. Diuus A-
drianus 6.ff.de bonis proſcriptor. Pannicularia autem ſunt
ea, quæ in cuſtodia receptus ſecum attulit: ſpolia, quibus
indutus eſt, cum ad ſupplicium ducitur d.l.6.§. Pannicula-
ria. Sed non valoris vltra aureos quinque Pannicularia
Spiculatores habebunt, vt in dicta l.6. vbi agitur etiam de
ſpolijs Clarus in §.fin.q.10. nu.4. Et hæc de iure antiquo;
13 † Iure autem nouo bona damnati publicari prohibentur.
Oportet autem omninò, & huius rei prouidentiam gere-
re, vt ſi quis pęna dignus eſſe videatur, ne ſumpto de illo
ſupplicio bona eius attingas, ſed ad progeniem eius, & le-
gem, legeque introductum ordinem deferri ea patiaris.
Nam non bona, ſed bonorum poſſeſſores delinquunt. Sed
qui eum ordinem ſubuertunt, illi pęna quidem dignos di
mittunt, bonaque eorum auferunt: alios verò, quos ad il
lorum fortè ſucceſſionem lex vocabat, in illorum locum
obijciunt ſupplicio Nouell.conſt.17.§.oportet autem. Ni-
ſi damnatus, neque liberos, neque parentes, neque vxorē
habuerit, quia tunc ſecundum ius antiquum eius bona ad
fiſcum pertinent, vt dictum eſt. Vel niſi ex crimine læſæ
maieſtatis ſit damnatus Nouella conſtit.134 § penult.ibi,
quod ſi nemine Clar.d.quæſt.78.ver.multa autem. Viuius
14 lib. 2.Confiſcari, nume.1.& ſequen. † Sed praxis, nec anti-
quum, nec nouum ius obſeruat, auidiſſima enim alieni
contra antiquum, & contra nouum ius damnatorum bo-
na publicat, teſte Claro d.quæſ.78.ver.ſed certè quicquid
cum declaratione, de qua ibi.

SVMMARIVM.

1 *Infamia multis ex cauſis irrogatur.*
2 *Infamis fit publico iudicio damnatus.*
3 *Damnatus ob calumniam vel tergiuerſationem infamis fit.*
4 *Infamis fit damnatus furti, & aliorum ibi.*
5 *Pactum ad infamiam, quomodo accipiatur.*
6 *Stellionatus, & expilatæ hæreditatis crimen infamat.*
7 *Tutelæ, mandati, depoſiti damnatus infamis.*
7 *Pro ſocio damnatus infamis.*
8 *Ars ludrica, & ſcæna infamat, limitatur.*
9 *Leno infamis.*
10 *Nubens intra annum luctus infamis.*
11 *Mulier intra annum luctus nubit ſine infamia.*
12 *Mulier dicens falsò ſe prægnans, infamis, vt poſſideat.*
13 *Falſi crimen infamat, declaratur.*
14 *Exigens plus debito, duplum reſtituit, nec infamis fit.*
15 *Abſtinens a bonis patris non fit infamis.*
16 *Cedens bonis non fit infamis.*
17 *Patris increpatio filios non infamat.*
18 *Vſurarius infamis.*
19 *Mulier quæſtum corporis faciens infamis palam.*
20 *Palam quomodo accipiatur facere quæſtum.*
21 *Ictus fuſtium non infamat, ſed cauſa.*
22 *Carcer, & vincula non infamant.*
23 *Requirendus adnotatus non veniens, an infamis.*
24 *Infamis non eſt, qui negocia patris non defendit.*
25 *Mulcta non infamat.*
26 *Adulterium infamat mulierem, declaratur.*
27 *Sententia an requiratur, vt quis infamis fiat.*
28 *Vir nubens in fœminam, infamis.*
29 *Appellans pendente appellatione, nondum infamis.*
30 *Damnatus alieno nomine non fit infamis.*
31 *Arbitrium non infamat.*
32 *Iudicis elocutio extrinſeca non infamat.*
33 *Pœna grauior delicto exiſtimationem conſeruat.*
34 *Pœna pecuniaria exiſtimationem non conſeruat.*
35 *Pœna mitior conſeruat exiſtimationem.*
36 *Sententia dclarans deliquiſſe infamat, etſi non dicat.*
37 *Damnatus ad tempus, tempore finito finitur infamia.*
38 *Damnatus ad tempus in opus publicum, ſemper infamis.*
39 *Principis remiſſio non tollit infamiam, reſtitutio in integrum tollit.*
40 *Conditio non infamat.*
41 *Infamia patris non nocet filijs, limitatur.*

De Infamia. Tit. 27.

INter euentus publicorum iudiciorum reo damnato
connumeratur, & infamia, de qua nunc eſt dicẽdum.
1 † Infamia autem multis ex cauſis alicui irrogatur.
2 † Primum quidem, ſi quis publico in iudicio ſit damna-
tus, l. infamem 7. ff. de public. iudic. l. 1. §. qui iudicio, ff. de
his, qui notan. infam. Clar. in §. fin. quæſtio. 71. & 72. Vinius
opin. incipien. infamia, &c. & 3. quæſt. 7. cap. infames §. por
3 rò 6. quæſt. 1. c. ſumma, §. fin. cum cap. ſequen. Item † ſi ob
calumniam, vel præuaricationem in publico iudicio fa-
ctam, dict. l. 1. §. qui iudicio. Nec diſtinguitur, vtrum quis
ſuo, an alieno nomine publico iudicio accuſans fuerit ca-
lumniatus, l. noſtris 8. C. de calumniator. Ita demum autẽ
calumniator infamia notatur, ſi fuerit calumniæ cauſa dã-
natus, neque enim ſufficit calumniatum, l. Athletas 4. §. ca-
lumniator, ff. de his, qui not. infam. Quod & de præuarica-
tore, & alijs ſimilibus eſt dicendum d. §. calumniator. Sed
4 †, & qui furti, vi bonorum raptorum iniuriarum, de dolo
malo, & fraude ſuo nomine damnatus, pactusve erit, infa-
mia notatur l. 1. §. qui furti, ff. eod. d. l. 4. §. final. cum l. ſequ.
ff. eod. l. infamem 7. ff. de public. iudic. l. Decuriones S. C. ex
quibus cauſ. infam. irroge. §. ex quibuſdam inſtit. de pœna
temerè litigan. Furti autem accipe, ſiue manifeſti, ſiue nec
manifeſti, l. furti 6. in princ. ff. de his, qui notan. infam. Pla-
nè, qui ideo furti fuerit condemnatus, quod res furtiua a-
pud eum ignorantem fuerit reperta, infamis non fit, l. fur-
ti 8. C. eod. Iniuriarum autem etiam ex perſona ſerui dam-
natus infamia notatur, l. iniuriarum 10 C. eodem. Ceſſat ta-
men ignominia in conditionibus, quamuis ex famoſis cau
5 ſis pendeant. Quod autem dictum eſt. Pactusve erit: † pa-
ctum ſic accipimus, ſi cum pretio, quantocumque pactus
eſt, alioquin, & qui precibus impetrauit, ne ſecum agere-
tur, erit notatus, nec erit veniæ vlla ratio, quod eſt inhu-
manum d. l. 6. §. pactusve, ff. de his, qui not. infam. l. non dã
natos 18. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. Sed & qui iuſſu Præ
tores pretio dato pactus eſt non notatur, & qui iureiuran
do ſibi delato, iurauit, ſe non deliquiſſe d. l. 6. §. qui iuſſu, &
§. ſed etſi, d. l. 18. in fine, C. eod. Idem dicendum de eo quo-
que, qui pactus eſt in actionibus, quæ ex contractu profi-
ciſcuntur, licet famoſæ ſint, & damnati notentur, quoniam
ex his cauſis non tam turpis eſt pactio, quam ſuperioribus
l. in actionibus 7. ff. de his, qui notan. infam. §. ex quibuſdã
6 in fine inſtit. de pœna teme. litig. Præterea † expilatæ hære
ditatis, & ſtellionatus crimine damnatus, fit infamis, l. ſi te
12. C. ex quibus cauſ. infam. irrog. l. quid ergo 13. §. final. ff.
de his, qui not. infam. ex militari tamen delicto damnatus
non notatur infamia, l. fruſtra 7. C. de re militari. Ignomi-
niæ tamen cauſa dimiſſus miles, ſed & exauthoratus, vt
inſignia militaria deponeret, fit infamis d. l. 7. & l. 1. in prin
cip. ff. de his, qui not. infam. l. 2. in princ. cum. ſequen. ff. eod.
7 Item † qui pro ſocio, tutelæ, mandati, depoſiti ſuo nomi-
ne, non contrario iudicio damnatus erit, infamia notatur,
l. 2. §. qui pro ſocio, ff. eod. l. furti 6. §. mandati, ff. eod. l. fidẽ
22. C. eod. d. l. 6. §. illud, & §. final. & §. ex quibuſdam inſtit.
de pœna temere litig. & quatenus attinet ad actionem tu-
telæ directam, vel contrariam multa diximus in tractatu
de tutela, & cura, tutoribus, & curator lib. 1. tit. 10. nume-
ro 40. & lib. 2. tit. 25. 26 & 32 in princ. Pactus tamen ex his
cauſis infamis non fit, vt dictum ſuit ex l. 7. ff. de his, qui no
tant. infam. §. ex quibuſdam in fine inſtit. de pœna temerè
8 litigan. † Notatur item infamia, qui artis ludicræ, pronun
ciandive cauſa in ſcenam prodierit, niſi propoſitum non
habuerit euentum, vel minor ætate fuerit, vel quid tale
intra domeſticos, domeſticorumque parietes non pretio
vrbanè ad ilaritatem fecerit, l. 1. §. 1. §. fina. l. 3. l. Athletas 4.
ff. de his, qui notant. infam. l. ſi fratres 21. C. eod. D. Thom.
2. 2. quæſt. 168. art. 2. & 3. Vidi enim ego, & audiui non ſo-
lum in primis totius Italiæ Ciuitatibus, ſed & in Vrbe no-
biliſſimos pueros, adoleſcentes, & iuuenes in domeſticam
ſcenam prodire, ludere, & vrbanè pronunciare ad nobi-
lium parium videntium, & audientium ilaritatem, qui-
bus domeſtica ſcena, nunquam fuit impedimento ad di-
gnitates conſequendas, vt in allegatis iuribus, non ideo
morem laudo, nec vitupero, vituperat illum Cicero de
Repub. & ex eo D. Auguſtinus de Ciuitate Dei, lib. 2. c. 13.
Tripudia verò cum choreis, & ſaltationibus ad plura Rei-
publicæ vtilia expedire probant Lucianus, vbi infra, &
Quintilianus lib. 1. ca. 18. dicit neceſſaria in Oratore ad ge-
ſtus inſtitutionem. Artem autem ludricam exercere non
dicuntur Athletæ, Thimelici, Xiſtici, Agitatores, Deſigna-
tores, & alij, qui vel aquam equis ſpargunt, vel ſacris cer-
taminibus deſeruiunt dicta l. Athletas, Lucianus de ſalta-
9 tione dialogo. Præterea † qui lenocinium fecerit infamia
notatur, l. 1. §. lenocinium, ff. de his, qui not. infam. dicta l.
4 §. ait Prætor, ff. eodem. l. palam 43. §. lenocinium cum ſe-
10 quentibus ff. de ritu nuptiarum. Item † mulier, quæ intra
tempus luctus nuptias iterauerit; ſimiliter, & pater, in cu-
ius eſt poteſtate mulier, & is, qui eam ducit vxorem, nec
non pater eius, in cuius poteſtate eſt is, qui eam vxorem du
xerit; Si modò quis ſciens maritum intra annum defun-
ctum, talem vxorem duxit, vel filium ſuum ducere, aut eã
filiam ſuam nuptias iterare paſſus eſt, l. 1. §. qui eam, ff. de
his, qui nota. infam. l. liberorum 11 §. 1. ff. eodem. l. decreto
15. C. eodem. l. genero 8. ff. eodem. l. quid ergo 13. ff. eodem.
ſolet tamen à Principe impetrari, vt intra legitimum tem-
pus mulieri nubere liceat, quo facto, ceſſat infamia, l. ſolet
10. ff. eodem. ſed & quæ virum eluget, intra id tempus ſpon
ſam fuiſſe non nocet dicta l. 10 §. quæ virum. Et ſi autem
talis ſit maritus, quem more maiorum lugeri non oportet,
non poterit tamen mulier nuptam intra legitimum tem-
pus collocari, l. liberorum 11. §. 1. ff. eod. Non ſolent autem
lugeri hoſtes, vel perduellionis damnati, nec ſuſpendioſi,
neque qui manus ſibi intulerint, non tædio vitæ, ſed mala
conſcientia d. l. 11. §. non ſolent, l. minimè 35. ff. de religioſ.
Mulier tamen, quæ intra legitimum tempus partum
ediderit, vel ſtatim poteſt nuptui collocare d. l. 35. § Vnde
Pomponius. Sed & excuſatur, qui iuſſu eius, in cuius pote-
ſtate erit, duxerit, quamuis poſtea ſui iuris factus eam reti
nuerit,

Digitized by Google

nuerit,& ipſe qui paſſus eſt ducere,notatur d.l.11.§.fin.l.
qui iuſſu 12.ff.eod.Non autem vt mariti, ita & ſponſi lu-
ctus eſt leg.vxores 9.ibi ſponſi nullus luctus eſt ff.eod.Sed
viri vxores lugere non compelluntur d.l.9.liberorum au-
tem,& parentum luctus impedimento nuptijs non eſt d.l.
11.ibi liberorum leg.parentes 23.ff.de his, qui not.infam.
Præterea qui ſuo nomine non iuſſu eius, in cuius poteſtate
eſt,eiusvè nomine, quem, quamvè in poteſtate habet,bina
ſponſalia,binasvè nuptias eodem tempore conſtitutus ha-
buerit,infamia notatur leg.1.§.fi.ff.de his qui not.infam.l.
2.C.de inceſtis nupt.l.quid ergo 13.§.1.ff.eodem §.1.ff.eod.
& §.quod ait & §.item 51.& §.cum autem. Si autem alie-
no, non eius, quem in poteſtate habet, nomine conſtitue-
rit,non notatur leg.2.§.fina.& leg.quid ergo 13.§.1.ff.eod.
Quod autem dicitur eodem tempore: non initium ſpon-
ſaliorum eodem tempore factorum accipiendum, ſed ſi
in idem tempus concurrant d.l.13 §.quod ait.Item ſi alte
ri ſponſa,alteri nupta ſit,æque punitur d.leg.13.§. item ſi.
Cum autem factum notetur, etiam ſi cum ea quis faciat
nuptias, vel ſponſalia conſtituat; quam vxorem ducere
non poteſt,vel fas non eſt:erit notatus d.l.13.§.cum autem
11 † De iure autem canonico,quod iuri ciuili præfertur, po-
teſt mulier abſque nota infamiæ,mortuo viro, intra annũ
luctus in Domino nubere cui vult cap.penult. & vlt.de ſe-
cund.nuptijs cum alijs allegatis per nos in tract.de tutela,
12 & cura lib.3.quæſt.15.& infra lib.3.tit.105. † Notatur in-
ſuper,quæ per calumniam ventris nomine in poſſeſſionẽ
miſſa eſt dum ſe aſſeuerat prægnantem, cum prægnans
non eſſet,vel ex alio concepiſſet,debuit enim coerceri,quę
Prætorem decepit l.notatur 15.cum leg.ſequent.ff.de his,
qui not.infam.Sed ea notatur,quæ cum ſuæ poteſtatis eſ-
ſet,hoc fecit. Quod ſi in Patris fuerit poteſtate,pater nota
tur,qui calumniæ cã paſſus eſt,filiam in poſſeſſionẽ miſsã
ventris nomine mitti.l.debuit 17.in fine ff.eod.l.nõ alia 19.
in fine ff.eo. Ea tamẽ, quæ falſa exiſtimatione decepta eſt,
nõ põt videri per calũniam fuiſſe in poſſeſſionem miſſam
l.ea quæ 18.ff.eod.Sed nec alia notatur,quam de qua pro-
nunciatum eſt,calumniæ cauſa eam fuiſſe in poſſeſſionem
miſſam.Idque erit & in Patre ſeruandum d.l.non alia 19.
13 in princip.ff.eod., Porro quamuis † ex cauſa falſi infamia
irrogetur,non tamen idem dicendum eſt, ſi alicuius teſtis
teſtimonium in iudicio fuerit reprobatum leg.Lucius 21.
vbi gloſſ.ff.de his qui not.infam. Sed & neque furti, neq;
vi bonorum raptorum,neque peculatus damnatus intelli
14 gi poteſt, † qui cum plus debiti nomine tributorum exe-
giſſet,in duplum condemnatus eſt. Ideoque infamis non
15 fit l.2. C.ex quib.cauſ.infam. irroge. Sed & † nemo infa-
mis fit ob id, quod bonis paternis ſe abſtinuerit leg.nemo
16 7.C.eod.† Nec is quidem,qui bonis ceſſit,licet bona ex ea
17 cauſa venierint leg.qui bonis 11.C.eodem. Ea etiam,† quæ
Pater teſtamento ſuo filios increpans ſcripſit,infames fi-
lios, quidem iure non faciunt,ſed apud bonos, & graues
viros opinionem eius,qui Patri diſplicuit, onerant, leg.ea,
18 quæ 13.C.eod.† Improbum autem fœnus exercentibus, &
vſuras vſurarum illicitè exigentibus,infamiæ macula irro
ganda eſt.l.Improbum 20.C.eod.Clar.in §.vſura Viu.opi.
19 Incipiente vſurarius. Item † mulier,quæ palam corpore
quæſtum facit,infamia notatur leg.palam 43.ff.de ritu nu
20 ptia. † Palam autem quæſtum facere dicimus,non tantũ
eam, quæ in lupanario ſe proſtituit, verum etiam, ſi quo
(vt ſolet)in taberna,caupona,vel aliàs pudori ſuo non par-
cit d.l. palam in princip. ſed & palam ſic accipimus paſ-
ſim,hoc eſt ſine delectu:non ſi qua adulteris,vel ſtuprato-
ribus ſe cõmittit,ſed quæ vicem proſtitutæ ſuſtinet. Item
quæ cum viro, & altero ſe pecunia accepta, commiſcuit,
non videtur palam corpore quæſtum facere.Ideoque hęc
infamis quidem non eſt, probroſa tamen eſt. Etſi tamen
ſine quęſtu palam ſe proſtituerit mulier,nihilominus infa
mia notatur, nec etiam ignoſcendum eſt ei, quæ obtentu
paupertatis turpiſſimam vitam agit d.l.43.§.1.§. rectiſſi-
mè §.non eſt ignoſcendum l.probrum ff.de ritu nupt.Sed
& non ſolum ea,quæ facit,verum ea quoque, quæ fecit,&
facere deſijt lege notatur, neq; enim aboletur turpitudo,
quæ poſtea intermiſſa eſt,d.leg.43.§.non ſolum ff.eod.Im
perator tamen Seuerus reſcripſit,non obfuiſſe mulieris fa
mæ quæſtum eius in ſeruitute factum l. Imperator 24.ff.
de his qui not.infam.hæc placuit hic propoſuiſſe ad intel
ligentiam conſtitutionum fauore Monialium Conuertita-
21 rum à ſummus Pontificiſius æditarum. Porro † ictus fu-
ſtium infamiam non importat,ſed cauſa,propter quam id
pati meruit, ſi ea fuit,quæ infamiam damnato irrogaret.
In cæteris quoque generibus pœnarum eadem forma ſta-
tuta eſt leg.ictus 22.ff.de his,qui not. infam.le.nullam 14.
C.ex quibus cauſ.infam.irrog.l.fuſtibus 16.C.eod. Ideoq;
22 † infamiæ detrimentum minimè affertur ob id ſolum, ꝙ
in carcerem coniectus eſt,vel vincula iuſſu legitimi iudicis
alicui iniecta leg.1.C.eod.cap.ſuper his 8.de pœnis:ſane ſi
23 quis † requirendus adnotatus non venerit, ſiquidem in
criminali cauſa præter publicationem bonorum etiam in-
famia notatur.leg.in pecuniarijs 3.C.de requir.reis. Secus
in cauſis pecuniarijs, in quibus edictum contra latentem
24 propoſitum exiſtimationem eius non lædit d.leg.3.† Ne-
minem verò ſequitur infamia, ob non defenſa negocia pu
blica patriæ ſuæ leg.neminem 9. C.ex quib. cauſ.infam.ir-
25 rog.Sed † nec mulcta damnum famæ irrogat.l.1.C.de mo
26 do mulctar. Tamen † famæ damnum patitur mulier,quę
in adulterio fuerit depræhenſa l.palam 43.§.quæ in adul-
27 terio ff.de ritu nupt.Sed ſi † ſententia condemnatoria non
præceſſerit infamia ex propoſitis cauſis non ſequitur, vt
ſupra exemplo calumniantis.& mulieris ventris nomine
in poſſeſſionem per calumniam miſſæ ex text.in l.Athletas
§.calumniatos ff de his qui not.infam. & in leg.non alia ff.
eod.Sed hoc non eſt perpetuum,vt ex multis ſupra propo
ſitis conijcere licet. Nam is,qui de furto, vi bonorum ra-
ptorum, iniuriarum, & de dolo malo non ſolum damna-
tus,ſed & pactus tantum eſt,infamia notatur,vt ſupra di-
ctum eſt. Ita etiam mulier in adulterio deprahẽſa,quam-
uis damnata non ſit,infamia notatur d.leg.43.§.ſed quæ in
28 adulterio ff.de ritu nupt.† Item cum vir.in fœminam nu-
bit l.cum vir 31.C.ad l.Iul.de adulter. cum alijs citatis in
gloſſ ſtatuti Vrbis lib.2.cap.49. Sed & damnatus ex cauſis
29 ſupradictis,ſi prouocauerit, † pendente appellatione,
nondum inter famoſos habetur. Si autem omnia tempo-
ra prouocationis lapſa ſunt,retrò infamis eſt: quamuis ſi
iniuſta appellatio eius viſa ſit, hodie notari puto, non re-
30 trò leg.furti 6.§.1.ff.de his qui not.infam. † Si quis alieno
nomine condemnatus fuerit,non laborat infamia, & ideo
nec procurator,vel defenſor,vel curator,vel tutor,vel hæ-
res,furti,vel ex alia ſimili ſpecie condemnatus,infamia no-
tabuntur d.l.6.§.ſi quis alieno. Idem dicendum,ſi ſeruus,
cuius nomine noxale iudicium Dominus acceperat, dein-
de eũdẽ liberum,& hæredẽ inſtituerat, ex eodem iudicio
damnatus non eſt famoſus:quia non ſuo nomine condem
natur, quippe cum initio lis in eum conteſtata non ſit leg.
ſeruus 14.ff.de his,qui not.infam.Sed nec is,qui non per ſe,
ſed per procuratorem famoſum iudicium ſubſtinuit, ver-
bis legis habetur infamis:licet re ipſa, & opinione hominũ
non effugiat infamiæ notam d.l.6.§.ſi quis alienò in fine,
31 leg.2.ff.de obſeq.liber.† ex compromiſſo quoque arbiter
infamiam non facit: quia non per omnia ſententia eſt leg.
quid ergo 13.§.ex compromiſſo ff.de his qui not.infa.Sed
32 & † multum intereſt cauſa cognita, aliquid à iudice pro-
nunciatum ſit,an quædam extrinſecus ſint elocuta. Nam
ex his infamia non irrogatur d.leg.13.§.quantum l.verbũ
17.C.ex quib.cauſ.infam.irrog.l.interlocutio 19. C.eodem
33 l.ob hæc 20.ff.de his qui not.infam. † Pœna quoque gra-
uior vltra legem impoſita exiſtimationem conſeruat, vt
puta ſi eum, qui parte bonorum mulctari debuit, præſes
relegauerit:dicendum erit,durinre ſententia cum eo tran-
factum de exiſtimatione eius: id circoque non eſſe infamẽ
d.leg.13.pœna grauior l.ſi Poſſidonium 4 C.eod.leg.in ſer
uorum 10.§.final.ff.de pœnis: Quod tamen aliter ſe habet
34 † ſi pœna pecuniaria grauior ſit irrogata, quam lex ſta-
tuit: hoc enim caſu exiſtimatio condemnato nõ conſerua-
35 tur d.l.13.§.ſed ſi in cauſa furti. E contra quoque † ſi cum
ſeuerior ſententia dici debuiſſet,iudex certis rationib.mo-
tus,mitiorem ſententiam dixit:inter infames condemnatus
non habetur leg.etſi 3.C.ex quib.cauſ.infam.irrog.plane,
36 † ſi iudex certam in ſententia pœnam non adiecit,ſed tan-
tum de crimine pronunciauit, illud ſcilicet à reo factum
eſſe: ex eo reus infamiam non euitat leg.ſi te 12.C.eodem.
37 † Si verò ad tempus pœna ſtatuta ſit: puta relegatur, vel
ordine ad tempus motus reus eſt: finito tempore pœnæ,
non prorogabitur infamia l 1.C.de his,qui in exilium dati
l.2.C.eod.l.etſi 3.C.ex quib.cauſ.infam.irrog.l.ad tempus
5.ff.de decurio.l.falſi 13.§.ordine ff.ad leg.Cornel.de falſi.

Ad

Digitized by Google

38 † Ad tempus tamen in opus publicum damnati, priſtinũ
quidem ſtatum retinent, ſed damno infamiæ poſt impletũ
tempus ſubijciuntur, l. ad tempus 6. C. ex quib. cau. infam.
39 irroga. † Indulgentia quoque, ſeu remiſſio pœnæ à Princi
pe facta, infamiam criminis non tollit, ſed pœnæ gratiam
facit, l. vlt. C de generali aboli. l. 7. C. de ſenten. paſſ. Si quis
tamen famoſo iudicio condemnatus per in integrum reſti
tutionem fuerit abſolutus hic infamia eximitur, l. 1. §. pro
qua ſenten. ff. de poſtul. l. 1. C. de ſent. paſſis l. in quæſtione
40 13. C. eodem. † Ceſſat etiam ignominia in conditionibus,
quamuis ex famoſis cauſis pendeant, l. ceſſat 25 ff. de act.
41 & oblig. Porrò † crimen, vel pœna paterna nullam macu-
lam filio infligere poteſt. Nam vnuſquiſque ex ſuo admiſ-
ſo ſorti ſubijcitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtitui-
tur, idque Diui Fratres Hierapolitanis reſcripſerunt, l. cri-
men 26. ff. de pœnis, l. 2. §. nullam, ff. de Decurio. Nam ibi
pœna eſt, vbi & noxia eſt, propinquos, notos, familiares
procul à calumnia leges ſummouent, quos reos ſceleris ſo
cietas non facit. Nec enim affinitas, vel amicitia, nefariũ cri
men admittunt. Peccata igitur ſuos teneant authores: nec
vlterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum.
Hoc ſingulis quibuſcumque iudicibus eſt notum, l. ſanci-
mus 22. C. de pœnis. Niſi pater in crimine legis Iuliæ maie-
ſtatis inciderit, vt infra tit. 29.

S V M M A R I V M.

1 *Damnatis in opus inutilibus pœna remittitur.*
2 *Pœna remittitur, finito tempore pœnæ.*
3 *Pœnam remittit indulgentia Principis.*
4 *Reſtitutio in integrum quid.*
5 *Reſtitutus bona non recuperat, limitatur.*
6 *Reſtitutus ſine bonis non ſoluit creditoribus.*
7 *Seruus reſtitutus Domino redditur.*
8 *Pater, & filius reſtituti non recidit in poteſtatem.*
9 *Patronus reſtitutus recipit ius patronatus.*
10 *Infamia per reſtitutionem non tollitur, limitatur.*
11 *Loca militiæ reſtitutione non recuperantur.*
12 *Reſtituta matre filius liber euadit.*
13 *Reſtitutus ad militiam ſtipendia, & donatiua medij temporis non accipit, limitatur.*

De pœnæ remiſſione. Tit. 28.

Liberatur autem reus pœna ex his potiſſimum cauſis.
1 Primum † ſi in metallum damnatus operi faciẽdo ſit
inutilis effectus, l. in metallum 22. ff. de pœnis. Deinde
2 † ſi cum ad tempus pœna conſtituta eſſet, tempus illud ſit
finitum, l. omnes 23. C. de pœnis, l. Rectores 24. C. eod. l. etſi
3. in fi. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. fratres 33. ibi, quia tẽ-
3 poraria, ff. de pœnis. Poſtremo † remittitur pœna Principis
indulgentia, & ſi abolitio criminis interuenerit, vt ſupra di
ctum fuit in tit. 22. Intereſt tamen Reipublicæ pœnas non
facilè remitti: ne ad maleficia temerè quiſque proſiliat, l. ſi
operis 14. C. de pęnis. Solus autem Princeps non alius pę-
næ remittendæ ius habet, & rei damnati in integrum reſti
tuendi, l. relegati 4. §. fin. ff. de pęnis, l. moris eſt 9. §. iſtæ ferè
in fine. ff eod. l. ad beſtias 31. ff. eod. l. 1. §. fin. ff. de quæſtio. l.
4 Diui 27. ff. de pęnis. † Eſt autem hoc loco in integrum re-
ſtituere honoribus, ordini, & omnibus cæteris reſtituere, l.
1. C. de ſenten. paſſ. & reſtit. l. in quæſtione 13. C. eod. Planè
5 is, qui † reſtitutus, & pęna liberatus, in bona publicata re-
ſtitutus nõ videtur, niſi ſpeciale beneficium ſuper hoc fue-
rit impetratum, l. 2. C. de ſent. paſſ. l. in metallum 4. C. de bo
nis proſcript. Ideoque nec actiones, quas ante damnationẽ
habuit, reſtitutus exercere poteſt, l. ſi ademptis 5. C. de ſen-
ten. paſſ. Princeps tamen bona ſpecialiter concedendo, vi-
detur etiam obligationes cõcedere, l. Princeps 21. ff. de ver
bor. ſignif. l. caſus 11. C. de ſent. paſſ. Sed nec actiones, qui-
bus antea tenebatur, reſtitutus excipere cogitur, niſi in bo-
na quoque fuerit reſtitutus, l. 2. l. in inſulam 3. ff. de ſenten.
paſſ. l. tutor 4. C. eod. l. ſi deportationis 12. C. eo. l. ſeruus 19.
ff. de actio. & obligat. Clar. §. final. quæſtione 59. Quamuis
autem in bona reſtitutus maluerit ea relinquere, quam a-
ctiones priſtinas excipere, non eſt audiendus, l. 2. in fine, ff.
de ſentent. paſſ. Si tamen partem tantum, non omnia bona
indulgentia Principis recuperauerit, pro ea tantum parte
creditoribus tenetur. Si autem non partem, ſed aliquid
alimentorum nomine ex bonis receperit, pro nulla parte te-
nebitur, l. ſi debitor 3. C eodem. Sed & ſi in bona non fue-
rit reſtitutus, ſi tamen ob pecuniam fiſco debitam bona
eius à fiſco ſint occupata, nihilominus actiones credito-
6 rum excipere tenetur dicta l. 3. in fine. Planè † ex eo ſolum
creditoribus ſatisfacere non cogitur, ſed poſtea ſimplici
reſtitutione impetrata ſine bonis acquiſiuit, l. tutor. 4. C.
7 eodem. Porrò † ſi ſeruus reſtitutus ſit, & pęna liberatus,
domino ſuo redditur, niſi in metallum damnatus, pœnæ
ſeruus fuiſſet effectus, l. 1. §. final. ff. de quæſtio. l. in ſerno-
rum 10. ff. de pænis, l. capitalium 28. §. ſerui, ff. eodem. l. ſer-
uus 34. ff. eodem. l. ſeruo 13. C eodem, l. aut damnum §. fi-
8 nal. ff. eodem. l. fruſtra 8. C. de ſentent. paſſis. † Filius au-
tem familias reſtitutus, in patriam poteſtatem non recidit,
nec pater reſtitutus patriam poteſtatem recipit, niſi ſpe-
cialiter ei fuerit conceſſa, l. in inſulam 6. C. de ſentent. paſſis,
9 l. ſi pater 9. C. eodem. l. in quæſtione 13. C. eodem. † Patro-
nus tamen reſtitutus, & pęna liberatus ius patronatus re-
cipit, imò nunquam amiſit, quamuis ſeruus pœnæ fuerit
10 effectus, l. 1. ff. de ſentent. paſſ & reſtitut. † Infamia au-
tem per reſtitutionem non tollitur, l. vltima, C. de genera-
li abolit. l. generalis 7. C. de ſentent. paſſ. Niſi cauſa cogni-
ta in integram reſtitutio aduerſus ſententiam ſit facta. l.
prima, C. eodem. l. in quæſtione 13. C. eodem. & l. prima, §.
11 pro qua ſententia, ff. de poſtuland. † Loca militiæ adem-
pta per reſtitutionem non recuperantur dicta l. ſeptima,
12 † Ex matre verò damnata natus, poſtea reſtituta matre,
13 & is ad libertatem, & cognationem, reſtituitur. † Reſti-
tutus autem in militiam medij temporis ſtipendia, & do-
natiua non accipit, niſi vel ſpecialiter ei fuerint indulta,
vel conſtiterit iniuriam condemnato per ſententiam fa-
ctam eſſe, l. qui excubias 10. ff. de re militari, l. cum allega-
tis 5. & l. vlt. C. eodem.

S V M M A R I V M.

1 *Læſa maieſtatis crimen vitam, & honorem adimit.*
2 *Contra quos habeat locum lex maieſtatis.*
3 *Cauſæ, ex quibus locum habet lex maieſtatis plures.*
4 *Bellum mouens iniuſſu Principis maieſtatem lædit.*
5 *Auxilium inimicis præbens lædit maieſtatem limita.*
6 *Tumultum mouens lædit maieſtatem.*
7 *Recipiens plebem, & ruſticos in patrocinium lege maieſtatis tenetur.*
8 *Factionem iniens cum inimicis tenetur.*
9 *Bellum exercitans contra Rempublicam, lædit maieſtatem.*
10 *Commeatum, aurum, ferrum, opem inimicis præſtans lege maieſtatis tenetur.*
11 *Auxilium, conſilium, fauorem, artem præſtans, tenetur lege maieſtatis.*
12 *Hoſtem ſuſcipiens deportatur.*
13 *Maieſtatis crimen non eſt in occaſionem accipiendum à iudicibus.*
13 *In maieſtatis crimine, quæ conſideranda.*
14 *Abſolutione dignus, qui reuelat, & ſi ſit correus.*
15 *Sciens non reuelans, vt correus tenetur.*
16 *Pœna leg. Iuliæ maieſtatis, mors, memoriæ damnatio, bonorum publicatio.*
17 20 *Filij delinquentis hac lege puniuntur.*
18 *Fœmina filia Falcidia datur.*
19 *Qui pro reo maieſtatis interuenit, notatur.*
20 *Satellites, conſcij, miniſtri hac lege puniuntur.*
21 *Statuæ reorum deijciuntur.*
22 *Emancipatio rei maieſtatis non valet.*
23 *Vxores horum reorum dotem ſuam recipiunt.*
24 *Delator læſæ maieſtatis criminis, niſi particeps ſit, præmijs, & honore donatur.*
25 *Maledicens Principi, qua pœna teneatur.*
26 *Maledicens Papæ, qua pœna plectendus.*

De publicis iudicijs in ſpecie, & primum de lege Iulia maieſtatis. Tit. 29.

DE publicis iudicijs in genere actũ eſt, nunc de iiſdẽ
in ſpecie agendum reſtat. Quæ aũt illorum ſpecies
1 ſint, enumerauimus ſupra tit. 12. † Prima autem,

E quæ

Digitized by Google

quæ nobis ſe offert, eſt ea, quæ ex lege Iulia Maieſtatis de-
ſcendit, cuius legis pœna animæ amiſſionem ſubſtinet, &
memoria rei etiam poſt mortem damnatur, §. publica in
fine inſt. de publ. iudic. l. poſt Diui 7. C. ad leg. Iul. maieſt. l.
2 5. C. eod. l. 3. ff. eod. † Hæc lex in eos, qui contra Pótificem,
Cardinales, Imperatorem, vel Rempublicam aliquid mo-
liti ſunt, ſuum vigorem extendit, l. 1. cum l. ſeq. & l. 3. §. 1. ff.
ad leg. Iul. maieſtat. c. felicis 5. de pœnis in 6. & 11. q. 1. c. con
iurationum, c. conſpirationum, c. ſi qui Clerici, & ca. ſi qui
Clericorum. Duarenus eod. tit. ad leg. Iul. maieſt. c. 1. & ſeq.
Clar. in §. læſæ maieſtatis cum alijs citatis per nos in glo. ſta
tut. Vrb. lib. 2. c. 43. Et quoad Cardinales adeſt etiam Bulla
Pij V. quæ extendit diſpoſitionem d. c. felicis cum omnibus
pœnis ad Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sedis
Apoſtolicæ Legatos, & Nuncios, vt faciunt etiam Doctor,
citati per Viu. opin. 88. Quod procedit non ſolum contra
Laicos, ſed & etiam contra Clericos tale crimen perpetrā
tis, vt in citatis iuribus, & 11. q. 1. per tot. Veruntamen Cle
rici propter huiuſmodi delictum in Principes laicos com-
miſſum non amittunt priuilegium fori Clem. vt Clericorū
de offic. ordin. vbi Steph. Aufrer. in 3. notabili Rolan. in cō
ſil. 4. lib. 1. Barbat. in conſ. 22. lib. 3. Clar. vbi ſup. nume. 7. &
3 in §. fin. q. 36. num. 23. Viuius opin. 106. & † tale ſcelus com
mittitur, vtputa, ſi cuius opera dolo malo Conſilium initū
erit, quo obſides iniuſſu Principis interciderint, quo armati
homines cum telis, lapidibusve in Vrbe ſint, conueniant-
tur aduerſus Rempublicam, locave occupent, vel templa:
quoque cętus, conuentusve fiat, hominesve ad ſeditionem
conuocentur, cuiusve opera, & Conſilio, dolo malo Conſi-
lium initum fuerit, quo quis magiſtratus populi Romani,
quive imperium, poteſtatemve habet, occidatur d. l. 1. &
ſeq. & l. 5. C. ad leg. Iul. maieſt. c. ad aures 10. de pœnis ca. 1.
in extrauag. commu. Ioan. 22. de pœnis 6. q. 1. c. ſi quis cum
militibus, & in Canone Apoſtol. 83. Duarenus, & Clar. vbi
ſup. Viuius in verb. Tyrannum, & nos in gloſ. ſtat. Vrb. lib.
2. c. 41. Quove quis contra Rempublicam arma ferat, qui
hoſtibus Populi Romani nuncium, literasve miſerit, ſignū
dederit, feceritve dolo malo, quo hoſtes populi Romani,
conſilio, commeatu, armis, telis, equis, pecunia, aliave re
iuuetur aduerſus Rempublicam, quive milites ſollicita-
runt concitaueritve, quo ſeditio, tumultusve Rempubli-
cam fiat, quive de Prouincia, cum ei ſucceſſum eſſet, non
diſceſſit, vel exercitum ſucceſſori non tradidit, aut qui e-
xercitum deſeruit, vel priuatus ad hoſtes perfugit, quive
ſciens falſum conſcripſit, vel recitauit in tabulis publicis.
nam & hoc capite primo legis maieſtatis enumeratur d. l.
1. & ſeq. ff. ad leg. Iul. Maieſt. cum alijs ſupra citatis cap. ita
quorundam 6. c. quod olim 12. c. ad liberandam 17. de Iu-
4 dæis, & ca. felicis 5. de pœnis in 6. † Eadem lege tenetur, &
qui iniuſſu Principis bellum geſſerit, delectumve habuerit,
exercitumve comparauerit, quive priuatus pro poteſtate,
magiſtratuve quid ſciens, dolo malo geſſerit, quive hoſtē
concitauerit, vel ciuem hoſti tradiderit, qui in bellis ceſſe-
rit, hoſtemve arcere renuerit, aut caſtra conceſſerit, cuiuſ-
ve dolo malo exercitus populi Romani in inſidias dedu-
ctus, hoſtibusve proditus erit, cuiusve dolo malo factum
dicitur, quominus hoſtes in poteſtatem populi Romani
veniant, vtve ex amicis hoſtes populi Romani fiant, vel vt
Rex exteræ nationis populo Romano minus obtemperet,
cuiusve opera dolo malo factum erit, quo magis obſides,
pecunia, iomenta hoſtibus populi Romani dentur, aduer-
ſus Rempublicam, item qui confeſſum in iudicio, & pro-
pter hoc in vincula coniectum emiſerit, l. lex 3. & l. cuiuſ-
5 que 4. ff. ad leg. Iul. maieſt. l. 1. C. vt armor. vſus. † Sed & ea-
dem pœna legis maieſtatis punitur, qui alienigenis barba-
ris loricas, ſcuta, arcus, ſagittas, ſpathas, gladios, vel alte-
rius cuiuſcumque generis, arma, ferrum factum, infectū-
ve vendiderit, vel aurum pro quibuſcumque ſpeciebus ad
barbaros tranſtulerit, l. 1. & 2. C. quæ res exportar. non de-
beant, l. cotem 11. ff. de public. l. 2. C. de commer. & mercat.
l. 1. C. de littor. & itiner. cuſt. Nouell. conſt. 85. Verum pro
captiuis redimendis, ac pro mercimonijs, quæ in commer-
cio ſunt neceſſaria, licita eſt emptio venditio, & permuta-
tio, c. ſignificauit 11. de Iudæis, l. 1. C. de littor. & itiner. cu-
6 ſtodi. Clar. §. final. q. 68. & 77. † Si quis ſeditionem, aut tu-
multum mouerit d. l. 1. ff. ad leg. Iul. Maieſt. ibi, quo armati
7 homines. & §. fin. l. 2. C. de ſeditioſis. † Si quis plebem, vel
ruſticanos in patrocinium ſuſceperit, l. 1. C. eodē. Quiſquis

8 † cum militibus, vel priuatis, vel barbaris etiam ſceleſtam
inierit factionem, aut factionis ipſius ſuſceperit ſacramen
tum, vel dederit, de nece etiam virorum Illuſtrium, qui Cō
ſilijs, & Conſiſtorio interſunt, Senatorum etiam (Nam &
ipſi pars corporis ſunt,) vel cuiuslibet poſtremò, qui nobis
militat, cogitauerit (eadem enim ſeueritate voluntatem
ſceleris, qua effectum, puniri iura voluerunt) ipſe quidem,
vtpote maieſtatis reus, gladio feriatur, bonis eius omni-
bus fiſco noſtro adductis, l. quiſquis 5. C. ad leg. Iul. maieſt.
9 Item † ſi cuius opera factum ſit, quo quis contra Reipu-
blicam arma ferat, vel faciat, d. l. 1. & l. cuiuſque 4. ff. eod.
10 d. c. felicis 5. de pœnis. † Si quis dolo malo hoſtes commea
tu, armis, telis, equis, &c. auro, vino, &c. ſint adiuti, l. Iulia
maieſtatis tenetur d. l. 4. & l. 1. C. quæ res export. non debet
l. 2. C. eod. c. ita quorundam 6. c. quod olim 12. c. ad liberan-
dam 17. de Iudæis c. ſignificauit, §. illi quoque eod. Clar. in
§. final. q. 68. ver. hoſtibus 8. & q. 77. Chriſtiani deferentes.
Perniciosum namque Romano Imperio, & proditioni pro
ximum eſt, barbaros, quos indigere rebus omnibus conue-
nit eos, vt validiores reddantur, alicuibus inſtruere, & ad-
11 iuuare, d. l. 2. † Adeo quod ſub eadem legis maieſtatis pœ-
na ſit etiam prohibitum docere barbaros artem conficien
di naues, l. vlt. C. de pœnis, quod ex identitate rationis de-
bet extendi ad omnes alias artes, quæ ipſos aduerſus nos va
lidiores reddere poſſunt, ſed & cuius ope, conſilio ve, dolo
malo, Prouincia, vel Ciuitas hoſtibus prodita eſt pœna le-
gis maieſtatis tenetur, l. maieſtatis 10. ff. ad leg. Iul. maieſtat.
12 Sed & eum, † qui hoſtem fugientem ſuſcepit in Inſulam
deportari, vel qui hoſtem occultari diſſimulauit, in inſulā
13 relegari placuit, l. Metrodorum 40. ff. de pœnis. Planè † cri
men læſæ maieſtatis à iudicibus non in occaſione ob prin-
cipalis maieſtatis venerationem habendum eſt, ſed in ve-
ritate. Nam & perſona ſpectanda eſt, an potuerit facere,
& an certè quid fecerit, & an cogitauerit. & an ſanæ men-
tis fuerit, nec lobricum linguæ ad pœnam facilè trahēdum
eſt, quamquam enim temerarij digni pœna ſint, tamen vt
inſanis illis parcendum eſt, ſi non tale delictum ſit, quod
vel ex ſcriptura legis deſcendat, vel ad exemplum legis iu-
dicandum ſit, l. famoſi 7. §. hoc tamen, ff. ad leg. Iul. Maieſt.
His & alijs ſimilibus argumentis Platina in vita Pauli II.
Pontificis adeo purgat ſe ab imputatione criminis læſæ
eiuſdem Pontificis maieſtatis illata, vt fuerit eidem expro
batum optimè ſciuiſſe coniurationes ad maieſtatem Prin-
cipis lædendam moliri. Huc pertinent, quæ tradit Lucia-
nus de non temerè credendo calumniæ. Verum (teſte Ca-
tone apud Saluſtium in oratione in Catilina) cætera male-
ficia tum perſequi poſſunt, vbi facta ſunt; Hoc niſi proui-
deris, ne accidat, vbi euenit iudicia fruſtra implores. Capta
14 Vrbe, nihil ſit reliqui victis. Sed † & ſi qui ex coniuratis
conſilia patefecerit, abſolutione dignus habebitur. Si quis
enim ex his in exordio initæ factionis ſtudio veræ laudis
accenſus initam prodiderit factionem præmio, & honore
15 donabitur. Ipſe verò † qui vſus fuerit factione, ſi vera, ta-
men incognita, adhuc Conſiliorum arcana patefecerit, ab-
ſolutione tantum, ac venia dignus habebitur, l. quiſquis 5.
§. fin. C. ad leg. Iul. maieſt. lege autem Iulia maieſtatis non
is ſolum tenetur, qui aliquid prædictorum ipſe fecerit, ſed
& qui fieri curauit, l. lex 3. § fina. ff. eod. & qui coniuratio-
nem aliorum ſciuit, nec eam reuelauit Gabr. lib. 7. concluſ.
37. Clar. § fin. quæſt. 87. verſ. prouectus eſt 2. & in §. læſæ ma-
ieſtatis verſ. ſcias autem in fine, Viu. lib. 2. opin. incip. ſcien-
16 tia. † & eius legis pœna eſt mors, & rei memoria poſt mor
tem damnatur, bonaque eius publicantur, vt antea dice-
bamus ex l. 5. C. ad leg. Iul. maieſtat. & ex alijs & in perſo-
na militis pœna augetur, l. famoſi 7. §. final. ff. ad leg. Iul.
17 maieſtat. † Filij verò eius etiam à materna, & auita, nec
non agnatorum hæreditate habentur alieni, & ex teſta-
mentis extraneorum nihil capere poſſunt, eoſque infa-
mia paterna comitatur, vt ad nullos vnquam honores, vel
ſacramenta perueniant, ſint poſtremò tales, vt his perpe-
tua egeſtate ſordentibus, ſit, & mors ſolatium, & vita ſup-
18 plicium, l. quiſquis 5. §. filij verò, C. eodem. † Ad filias au-
tem eius quotlibet numero fuerint, Falcidia tantum ex
bonis matris, ſiue teſtato, ſiue inteſtato defecerit, perue-
nire debet; mitior enim circa eas debet eſſe ſententia,
quæ pro infirmitate ſexus minus auſuræ creduntur di-
cta lege quinta, §. ad filias, & §. vxores, & 6. quæſtio-
ne prima, capitulo ſi quis cum militibus, §. filij verò.
Sed

Digitized by Google

19 Sed † & qui pro reo læſæ maieſtatis interuenerit, notabi-
lis eſſe iubetur d.l.5.§.denique iubemus d.cap.ſi quis cum
20 §.denique. † Satellites quoque conſcij, ac miniſtri crimi-
nis læſæ maieſtatis, horumque filij eandem pœnam, quam
rei principales, eorumque filij ſubſtinent, d.l.5.§.id, quod
Clar.in §.fin.quæſtione 87.& in §.læſæ maieſtatis Viu.opi-
21 nio.incip. ſcientia, † Crimine autem maieſtatis facto, vel
violatis ſtatuis, vel imaginibus, maximè exacerbatur in mi-
22 lites dicta l.7.§.final.ff. ad leg. Iul. maieſtat. † Emancipa-
tio quoque, quæ à damnatis læſæ maieſtatis, ſiue in filios,
ſiue in filias fuerit collata non valet. Et omnis alienatio ab
ijs facta ab eo tempore, quo primum de ineunda factio-
ne, ac ſocietate cogitauerint, nullius eſt momenti dicta l.5.
23 §.emancipatio, C.eodem. † Vxores ſanè prædictorum, re-
cuperata dote, ſi in ea conditione fuerint, vt quæ à viris ti-
tulo donationis acceperunt, filijs debeant reſeruare, tem-
pore quo vſusfructus aſſumitur, omnia fiſco relinquere
iubentur, quæ iuxta legem debebantur, Falcidia etiam ex
his rebus filiabus tantummodo, non etiam filijs deputata
24 dicta l. quinta, §. vxores. † Delator denique huius crimi-
nis præmio, & honore donabitur, niſi quis particeps fue-
rit. Hic enim ſi incognita adhuc Conſiliorum arcana pa-
tefecerit, abſolutione tantum, & venia dignus habebitur,
vt antea dictum fuit 6. quæſtione prima, cap. ſi quis cum
militibus, §.ſanè ſi quis ex his, & dicta l.5.§. final. Poſtre-
25 mo notandum eſt, † quod ſi quis modeſtiæ neſcius, & pu-
doris ignarus improbo, petulantique maledicto, nomina
Principum crediderit laceſſenda, ac temulentia turbulen-
tus obtrectator illorum temporum fuerit, eum pœnæ uo-
lunt ſubiugari, neque durum aliquid, nec aſperum ſubſti-
nere, quoniam ſi id ex leuitate proceſſit, contemnendum
eſt, ſi ex inſania miſeratione digniſſimum; ſi ab iniuria re-
mittendum. Vnde integris omnibus ad noſtram ſcientiam
referatur, vt ex perſonis hominum dicta penſemus, & v-
trum prætermitti, an exequi debeant, cenſeamus l.1. C. ſi
quis Imperat.maledix.l.famoſi 7.§.hoc tamen, ff.ad legem
Iul.maieſtat.ibi, nec lubricum linguæ. Omnibus enim di-
uina lex in Matth. 5. indiſtinctè præcipiendo ita inquit.
Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui vos oderunt,
& orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos, ita
faciendo docuit Chriſtus pendens in Cruce, dum dixit, Pa
ter dimitte illis. Stephanus Protomartyr dicens. Ne ſta-
tuas illis hoc peccatum. Iacobus Apoſtolus, & Paulus, &
26 alij Coapoſtoli, ipſo teſte ad Corinth. 4. Verum † ſi quis
Papæ maledixerit, puniendus eſt, non pœna huius legis,
ſed alia, de qua in cap.1.vbi gloſſ. & Doctor. de maledicis.
notant Pontificem mandare ibi illum clericum maledi-
cum puniri, non quia ſibi, ſed Romanæ Eccleſiæ maledixe
rat. Sunt enim maledicta negligenda, teſte Epicteto in En-
chiridion c.48. inquit enim ſi quis nunciarit, quendam tibi
maledicere, ne refuta, quæ dicta ſunt, ſed reſponde, eum
neſciſſe cætera tua vitia. Nam alioqui non illa ſola fuiſſe
dicturum, & Cæſar maledicos beneficijs conciliabat, idem
faciebat Iulius II. de Ruere Summus Pontifex, ſed & Da-
uid maledictionem patienter tulit lib.2. Regum ca.16. pa-
tientiſſimè Chriſtus Rex Regum, quem patienter multi
Summi Pontifices ſunt imitati.

SVMMARIVM.

1 *Vis publica, & priuata, quomodo inferatur.*
2 *Telorum appellatione, quæ veniant.*
3 *Lege Iulia de vi publica, qui tenentur.*
4 *Seditioſi, & alij de vi publica tenentur.*
5 *Armati, qui dicantur.*
6 *Armata vis qualiter illata dicatur.*
7 *Modis pluribus publica vis illata dicitur.*
8 *Vis priuata qualiter inferatur.*
9 *Vi publica, qui teneantur.*
10 *Legatum hoſtium pulſans de vi publica tenetur.*
11 *Vim non facit, qui vtitur iure ſuo.*
12 *Poſſidenti rem ſuam, vim inferens de priuata vi tenetur.*
13 *Vim vi repellens non tenetur de vi aliqua.*
14 *Vi tenetur, qui aſſociat, accommodat homines, vt vis fiat.*
15 *Seruare rem vi raptam de vi tenetur.*
16 *Pœna vis publicæ, & priuatæ, quæ.*
17 *Vbi pœna luenda ſit.*
18 *Authores ſeditiones, & tumultus puniuntur.*
19 *Armatos habens qua pœna puniatur.*
20 *Damnatus de vi fit infamis.*
21 *Iudex, qui vim non punit, punitur ipſe.*
22 *Vi de poſſeſſione eiectus agit criminaliter, & ciuiliter.*

De lege Iulia de vi publica, & priuata. Tit. 30.

1 LEx Iulia † de vi publica, ſeu priuata aduerſus eos exo-
ritur, qui vim vel armatam, vel ſine armis commiſe-
rint, §.item lex Iulia inſtit. de public.iudic.l.hoc iure
194.ff.de reg.iuris.Clar.in §.final.quæſt.83.ver.vim publi-
cam, & in gloſ.ſtatut. Vrb.lib.2.cap.77. Item de vi publica
tenetur, qui arma, tela domi ſuæ, agrove, vel in Villa coege
rit, l.1.ff ad leg.Iul.de vi publ. Et qui pubes cum telo in pu
2 blico fuerit, l.in eadem 3.§.1.ff. eod. † Telorum autem ap-
pellatione omnia, ex quibus ſinguli homines nocere poſ-
ſunt, accipiuntur l.hi, qui 11.§. telorum, ff. eod.l. armatos
9.ff.eod. Excipiuntur tamen arma, quæ quis in vſum vena-
tionis, itineris, nauigationis, vel promercij cauſa habuerit,
aut hæreditate ei obuenerint d.l.1.l.2.ff.eod.l. qui dolo 10.
3 §.exceptus eſt, ff.eod. † Sed & qui telum tutandæ ſalutis ſuę
cauſa gerunt, lege Iulia de vi non tenetur, l.hi, qui 11.§.fin.
ff.eod.Clar.in §.fin quæſt.82.ſtatuto 6.ver. quæro nũquid
3.Soarez A.269.& nos in glo.ſtat. Vrb.lib.2 c.75. Præterea
4 † lege hac conueniri poſſunt, qui turbæ, ſeditioniſve facien
dæ conſilium inierint, ſeruosve, aut liberos homines in ar-
mis habuerint, l.in eadem 3.in princ.ff.ad leg.Iul.de vi pu-
5 blica, l.vltima, C. eod. † Armatos autem non vtique eos
intelligere debemus, qui tela habuerint, ſed etiam eos, qui
6 habent, quod nocere poteſt, l.armatos 9. ff. eod. † Si quis
igitur conuocatis hominibus vim fecerit, quo quis verbe-
retur, & pulſetur, & ſi neque homo occiſus ſit, lege Iulia
de vi tenetur, l.qui dolo, §. hac lege, ff.ad leg.Iul.de vi pu-
blic.l.2.ff.ad leg.Iul.de vi priuata, l.ſi criminis 4.§. ſed quo
niam, C.eod. Idem dicendum, ſi quis hominibus armatis
poſſeſſorem domo, agrove ſuo, vel naui ſua deiecerit, ex-
cuſſerit, expugnauerit, vtve id fieret, homines commoda-
uerit l.in eadem 3.§.fin.ff.ad leg.Iul.de vi publ.l. ſi quis 5
ff.ad leg.Iul.de vi priuata, & in glo. ſtat. Vrb.lib.2.ca.77.in.
princ. In eadem cauſa ſunt, qui peſſimo exemplo conuo-
cata ſeditione Villas expugnauerint, & cum telis, ac armis
bona rapuerint d.l.3.§.eadem lege, & l.hi, qui 11. in prin.ff.
ad leg.Iul.de vi publ. eadem lege tenetur, qui cętu, concur-
ſu, turba, ſeditione, incendium fecerit, l.qui cętu 5 in princ.
ff.ad l.Iul.de vi publ. & qui hominem dolo malo incluſe-
rit, obſederit, rapuerit, quive fecerit, quominus ſepeliat,
quo magis funus diripiatur, diſtrahatur d.l.qui cętu, & l.
& eum 6.ff.eod.l.ſi confidis 3 C.eod.glo.ſtatuti Vrb.vbi ſu
7 pra, & c.35. Hinc dici poteſt † ſepulchri violati crimen ad
legem Iul. de vi publica pertinere, quia & qui ſepulchrũ
violat, facit quominus quis ſepultus ſit, d.l.5.l. ſepulchri 8.
ff.de ſepul.violato. Eadem etiam lege tenetur, qui per vim
ſibi aliquem obligauerit d.l.qui cętu 5. ibi quive per vim,
&c. Qui puerum, vel fœminam, vel quemquam per vim
ſtuprauerit, l.in eadem 3.§.præterea, ff ad l.Iul.de vi publ.
& in glo.ſtat. Vrb.lib.2.c.51. Item qui ex incendio rapuerit
aliquid præter materiam d.l.3.§.item. Sed & qui in incen
dio cum gladio, aut telo rapiendi cauſa fuerit, vel prohibē-
di res ſuas dominum ſeruare d.l.3 §. ſed & qui, & in gloſſ.
ſtatut. Vrb.lib.2.c.a36. Eadem pœna afficiuntur, & qui ex
naufragio dolo malo quid rapuerint, l.1.§.eadem, ff.ad leg.
Iul. de vi priuata. Sed & ex Conſtitutionibus Principum
extra ordinem, qui de naufragijs aliquid diripuerint, pu-
niuntur dict. §. eadem.l. inſuper Iulia de vi publica caue-
tur, ne quis reum vincat, impediatve, quominus Romæ
intra certum tempus adſit, l.lege 8.ff.ad legem Iul.de vi pu
8 blic. Sed & † legis Iuliæ de vi priuata crimen committi-
tur, cum cętum aliquis, & concurſum feciſſe dicitur, quo-
minus quis in ius produceretur, & ſi quis quæſtionem
de alterius ſeruo habuiſſet, l.legis Iuliæ, ff.ad leg.Iul. de vi
9 priuata. † Qui verò dolo malo fecerit, quominus iudicia
tutò exerceantur, aut iudices, vt oportet, iudicent, vel is,
qui poteſtatem, imperiumve habebit, aliter quam ei ius
erit, decernat, imperet, faciat, qui ludos, pecuniamve ab ali
quo inuito polliceri, priuatimq; per iniuriã exegerit, item
qui cum telo dolo malo in concione fuerit, aut vbi iudiciũ

Digitized by Google

publicè exercebitur leg. Iulia di vi publica tenetur l. qui
dolo 10.ff.ad l.Iul.de vi public.Idem dicendum de eo, qui
cum imperiv, poteſtatemve, ciuē haberet, Romanū aduer
ſus prouocationem necauerit, verberauerit, iuſſeritve q.d
fieri, aut quid in collum iniecerit, vt torqueatur l.lege Iu-
10 lia 7.ff ad l.Iul.de vi publ.& d.l.qui dolo 10.ff.eod † Item
quoad legatos, oratores, Comitesve attinebit, ſi quis quē
eorum pulſaſſe, aut iniuria affeciſſe arguatur, de eo idem
erit dicendum d.l.7.ſi quis itaq; legatum hoſtium pulſaſ-
ſet, contrà ius gentium commiſſum eſſe exiſtimatur, quia
ſancti habentur legati. Et ideo ſi legati apud nos eſſent gē
tis alicuius, cum bellum eis indictum ſit, reſponſum eſt li-
beros manere; id enim iuri gentium conueniens eſſe, vt in-
fra lib.4.titu.25. Itaque eum, qui legatum pulſaſſet, Quin-
tus Mutius, dedi hoſtibus, quorum erant legati vtilius eſ-
ſe, ſolitus eſt reſpondere, quem hoſtes ſi non recepiſſent,
quæſitum eſt, An Ciuis Romanus maneret? quibuſdam
exiſtimantibus manere, alijs contra: quia quem ſemel po-
pulus iuſſiſſet dedi, ex Ciuitate expuliſſe videretur ſicut
faceret, cum aqua, & igni interdiceret. In qua ſententia
videtur Publicus Mutius fuiſſe. Id autem maximè quæſitū
eſt in Hoſtilio Mancino, quem Numantini ſibi deditū nō
acceperunt, de quo tamen lex poſtea lata eſt, vt eſſet Ciuis
Romanus, & præturam quoq. geſſiſſe dicitur l.vlt.ff.de le
gat.& teſte Liuio li.8.Decadis 4.L.Minucius, & L.Mālius,
Eo quod legatos Carthaginēſes pulſaſſe dicebantur, iuſſu
Prætoris Vrbani p Fœciales traditi ſunt legatis, & Cartha-
11 ginem aucti. Plane † non videtur vim facere, qui iure ſuo
vtitur, & ordinaria actione experitur l.factum 197.§.non
videtur ff.de reg.iur.Clar.in §.fin.q.82.ſtatuto to.ver.vlt.
12 Sed & † creditores, qui non reddita ſibi pecunia, conuen-
tionis legem ingreſſi poſſeſſionem exercent, vim facere
non videntur l.creditores 3.C de pignorib.vbi Bart.nu.19.
Salicet.num.11 Menoch.de adipiſcen.remed.5 num.135.
Seraphinus deciſ.492. Creditor quoque, qui debitori ſuo,
vel dominus, qui rem ſuam poſſidenti vim intulerit, vel rē
occupauerit non deportationis pœna tenetur, ſed tamquā
de vi priuata in 3.parte bonorum mulctatur l.vlti.ff.ad l.
Iul.de vi priuata l.in poſſeſſionem 15. C.eod.l.ſi quis 7.C.
13 eod. Sed & is, † qui vim vi repulerit, excuſatus eſt l.1.§.vim
vi, ff.de vi, & vi arma.& in glo.Stat.Vrbis lib.2.c.77. Ideo-
que eum, qui cum armis venit, poſſumus armis repellere:
ſed hoc confeſtim non ex interuallo: dummodo ſciamus
non ſolum reſiſtere permiſſum, ne deijciatur: ſed & ſi de-
iectus quis fuerit, eundem deijcere non ex interuallo, ſed
ex continenti poſſe l.quod quidem 3.§.eum igitur ff.eod.
14 & gl.prædicta. Porro † hac lege Iulia de vi non ſolum is te-
netur, qui cum fuerit, ſed & is, qui vt vis fieret homines
accommodauerit; nec ſolum is, qui conuocatis hominib. vim
intulit, ſed etiam ipſi conuocati l.vtiv: id fieret 4.ff.ad leg.
Iul.de vi publ.l.2.cum l.ſeq.ff.ad l.Iul.de vi priuata. Sed
15 † & crimen non diſſimile eſt rapere, & ei qui rapuit raptā
rem ſcientem delictum, ſeruare l.crimen 9. C.eod.ex l.aūt
Iulia de vi publica, & priuata, ſi quidem armata vis argui-
16 tur, † deportatio reo irrogatur. Si verò ſine armis in ter-
tiam partem bonorum ſuorum publicatio imponitur.§.
item lex Iulia inſt.de publ.iudi.l.ſi quis 5.ff.ad l.Iul.de vi
priuata l 1.ī prin.ff.eod.punitur tñ vis, & alijs legib. aliter.
Nam ſi quis tumultu per vim facto ſit interfectus vltimo
ſupplicio punitur is, qui tumultum cōcitauit l.qui 6.C.de
vi priuata. Serui quoq qui vim feciſſe conuicti, vltimo ſup
plio afficiuntur: niſi iuſſu Domini fecerint; tūc.n.in metal-
lum damnantur, dominuſq; infamis pronunciatus, loci, at
que originis propriæ dignitate non vtitur l.ſeruos 8.C.ad
l.Iul.de vi publ. Sed & viles, infameſque perſonæ, & ij, qui
bis, aut ſæpius violentiam perpetraſſe conuincuntur, vlti-
mo afficiuntur ſupplicio d.leg.ſeruos §.viles. Si quis turbu
lentis ſe acclamationibus popularium accomodat, fuſti-
bus cæſus dimittitur, aut etiam ſpectaculis ei interdici-
tur leg.capitalium 28 §.ſolent ff.de pœnis. Quod ſi ita cor
recti in ijſdem deprehendantur, exilio puniendi ſunt non
nunquam capite plectendi, ſcilicet cum ſæpius ſeditiosè,
& turbulenter ſe geſſerint, & aliquoties apprehenſi tra-
ctati dementius, in eadem temeritate propoſiti perſeuera-
17 uerint d.§.ſolent ibi. Quod ſi ita. † Famoſos quoque latro-
nes in his locis, vbi graſſati ſunt, furca figendos, quam plu
ribus placuit, non nulli etiam ad beſtias hos damnauerunt
d.leg.28.§.famoſos. Graſſatores, qui prædæ cauſa id fa-
ciunt, proximi latronibus habentur, & ſi cum ferro aggre
di, & ſpoliare inſtituerunt, capite puniuntur; vtique ſi ſæ-
pius, atque itineribus hoc admiſerunt: cæteri in metallum
dantur, vel in inſulas relegantur d.leg.28.§.graſſatores, &
18 in gloſ.Stat.Vrb.lib.2.cap.58. † Authores enim ſeditionis,
& tumultus, populo concitato, pro qualitate dignitatis,
aut in furcam tolluntur, aut beſtijs obijciuntur, aut in in-
ſulam deportātur l.ſi quis 38.§.authores ff.de pœnis, & in
19 gloſ.Statut.Vrb.lib.2.capi.34. Sed & is, † qui armatos ho-
mines tantum habuerit, centum librarum auri mulcta pu-
20 nitur leg.vlt.C.ad leg.Iul.de vi publica. Porro † ex lege Iu
lia, de vi publica, vel priuata damnatus ſit infamis leg.1.in
princip.ff.ad leg.Iul.de vi priuata leg.ſi creditor 8.ff.eod.
21 l.ſeruos 8.§.quod ſi C.eod. † Iudicem quoque noſſe opor-
tet, quod graui infamia ſit notandus, ſi violentiæ crimen
apud ſeſe probatum diſtulerit, omiſerit, vel impunitati do
nauerit, quam præſtituta eſt, pœnam protulerit, d.leg.8.§.
fina. Tertia autem parte bonorum damnati publicata, pro
ea parte actiones tam inferendæ, quam excipiendæ ad fiſ-
22 cum tranſeunt leg.2.C.ad leg.Iul.de vi public. † Licet au-
tem ei, qui vi de poſſeſſione deiectus eſt, vel aliter vim paſ
ſus eſt, vel criminaliter, vel ciuiliter experiri leg.ſi quis 7.
C.eod.eſt autem ciuilis actio, vel interdictum. Vnde vi, vel
actio vi bonorum raptorum, vel actio, quod vi, metuſve
cauſa &c. de quibus ff.& C.ſed & plura de vi, & homici-
dio referuntur in Sytagm.commu. opinio iuris loco 8. ti-
tulo ſecundo, & per Duaren.C.ad leg.Iul. de vi publica,
de qua cecinit Dantes in inferno cantilena 11.ibi. *Ma per-
che ſi fa forza à tre perſone,* &c. dum violentos in infernum
relegat.

SVMMARIVM.

1 *Raptus virginum capite punitur.*
2 *Raptus fœminarum, vel puerorum punitur.*
3 *Raptus quid ſit.*
4 *Rapere tentans ſanctimonialem punitur.*
5 *Raptus crimen quinquennio non præſcribitur.*
6 *Accuſat omnis, qui vult in raptu.*
7 *Raptu tenetur raptor, & auxiliatores.*
8 *Iudices omnes tenentur facere capi raptores.*
9 *Serui pro raptu concremantur.*
10 *Raptus cadit in omnem ſexum.*
11 *Bona raptoris dantur raptæ ſeu Monaſterio.*
12 *Raptor raptam uxorem ducere tenetur.*
13 *Rapiens nondum viri potentem, punitur.*
13 *Raptores in fragranti poſſunt occidi.*

De raptu fœminarum. Tit. 31.

RAptus fœminarum, quamuis per vim fiat, & ob
id lege Iulià de vi publica coerceatur, vt in præce-
denti titulo oſtenſum fuit, tamen punitur etiam pe
1 culiari conſtitutione Imperatoris Iuſtiniani. Qua † capite
puniuntur, qui Virginem, viduam ſanctimonialem, vel nu
ptam per vim rapuerint: quāuis Pater Virginis, vel viduæ
iniuriam remiſerit, vt in l.1. C.de raptu Virginum §.item
lex Iulia inſt.de publ.iudi.l.qui cætu 5.§.fi.ff.ad l.Iul.de vi
publ.l.raptores 41.C.de epiſ.& Cleric.36.q.1 c.lex illa §.pe
nul Clar.in §.raptus, & §.fornicatio Vm.opi.incip.raptor.
2 † Sed & non diſtinguitur, vtrum ancilla mulier rapta ſit,
an libera: vtrum deſponſata, vel nupta, an ſoluta, vtrum
puer, vel fœmina, vtrum nolens, an volens d.leg.1.in prin.
& in §.quæ multo magis, & in §.pœnas 6.de rapt.Virgin.
d.leg.raptores 41.§.fina.leg.mariti 29 §.fina.ff ad leg.Iul.
3 de adulter. Sed † vtrum nolens, an volens fœmina rapta ſit,
diſtinguit ius canonicum cap. cum cauſa 6. de raptoribus
verſ.iſte raptor dici non debet.& 36.q.1.cap.vlt.§.ex hac
quod declaratur definitione raptus in 27.q.1.capit.raptus
4 & 36 q.1.c.raptus, & c.lex illa. Quod † tñ non facit in Sanct.i
moniali Deo dicata. Quam ſi quis non dicā rapere, ſed at-
tentare tātummodo iungendi cauſa matrimonij auſus fue
rit, capitali pœna feriatur ex conſtitutione Imperatoris Iu
ſtiniani in dicta l.1.in fine C.de raptu Virg.in l.ſi quis C.de
Epiſ.& Cler.in l.raptores 41.C.de Epiſcop.& Cler.& No-
uella.123.de Sanctis Epiſcop.§. ſi quis: ex quibus poſſunt
hære-

hæretici dignoſcere, quantum Chriſtiano Catholico Impe
ratori cordi fuit Virginitas Deo dicata, quam ipſi reſpu-
unt, ſi id ea antiquiſſimis patribus, Concilijs, & Canonibus
5 diſcere recuſant. † ſed nec quinquennij tempore, quemad
modum adulterium, hoc crimen aboletur d. l. qui cœtu 5.
§. fin. ff. ad leg. Iul. de vi publ. l. mariti 29. §. fin. ff. ad leg. Iul.
6 de adulter. & in gloſſ. ſtat. Vrb. lib. 2. cap. 53. † Conceditur
autem hæc accuſatio, quemadmodum, & aliæ etiam ex-
7 traneis accuſare volentibus d. §. fin. † Comperit item non
ſolum aduerſus raptorem, ſed etiã aduerſus eos, qui hunc
comitati in ipſa inuaſione, & rapina fuerint, nec non, &
contra omnes, qui conſcij, & miniſtri huius criminis reper
ti, & conuicti fuerint, vel qui raptorem ſuſceperint, vel
quamcumque opem ei attulerint, ſiue maſculi, ſiue fœmi-
næ ſint, cuiuſcumque conditionis, vel dignitatis, vt in d. l. 1.
§. pœnas, C. de rapt. Virginum, l. raptores 41. §. pœnas, C. de
8 epiſc. & cleric. Sin autem † poſt commiſſum tam deteſtabi
le crimen, aut potentatu raptor ſe defendere, aut fuga eva
dere potuerit; in hac quidem regia Vrbe tam viri excelſi
Præfecti Prætorio, quam vir glorioſiſſimus Præfectus Vr-
bi, in Prouincijs autem tam viri eminentiſſimi Præfecti
Prætorio per Illyricum, & Aphricam, quam magiſtri mili
tum per diuerſas noſtri Orbis regiones, necnon viri ſpecta
biles Præfectus Ægypti, vel Comes Orientis, & Vicarij, &
Proconſules, & nihilominus omnes viri ſpectabiles Duces,
& Viri Clariſſimi Rectores Prouinciarum, nec non alij cu
iuslibet ordinis iudices, qui in illis locis inuenti fuerint, ſi-
mile ſtudium cum magna ſollicitudine adhibeant, vt eos
comprehendere, & comprehenſos in tali crimine, poſt legi
timas, & iuri cognitas probationes ſine fori præſcriptione,
duriſſimis pœnis afficiant, & mortis condemnent ſuppli-
cio. Quibus etſi appellare voluerint, nulla datur licentia
ſecundum antiquæ Conſtantinianæ legis definitionem d.
l. 1. §. fin. auth. C. de raptu Virg. & d. l. 41. §. fin. C. de epiſc. &
cleric. Quid dicitis hæretici Virginitatem recuſantes, de tã
ta in ea conſeruanda, & defendenda ab Imperatoribus ad-
hibita cura? errant patres, errant Concilia, errant Cano-
nes, errant Imperatorum leges, errat Orbis vniuerſus, &
vos miſeri non erratis? agnoſcite quæſo errorem veſtrum
9 pro veſtra ſalute, & cum Orbe vniuerſo conuenite. † Serui
quoque huius criminis rei citra ſexus diſcretionem concre
mari iubentur, d. l. 1. §. fin. C. de rapt. Virg. Nam etſi lex im
10 ponat pœnam viro rapienti mulierem. † tamen locũ ha-
bet etiam in muliere virum rapiente, vt dicit ibi gloſ. & ita
ſeruatum fuiſſe Florentiæ teſtatur ibi Ang. vt refert Ro-
11 land. in conſ. 19. nume. 5. lib. 3. † Et damnati bona mulieri
raptæ vindicantur, niſi mulier rapta raptori ſuo nupſerit.
Nam hoc caſu bona raptoris raptæ mulieri non addicun-
tur, nec matrimonium valet, ſed ad parentes raptæ bona
transferuntur. Nouella conſt. 143. d. l. 1. §. etſi quidem cum
ſequen. C. de raptu Virgin. Si rapta Sanctimonialis Deo di-
cata ſit, bona raptoris monaſterio addicuntur, l. raptores,
12 §. bona, C. de epiſc. & cleric. † Ex Apoſtolico Canone in or
dine 66. raptor raptam liberam in vxorem ducere tenetur
non aliam, ita enim Romani raptores Virginum Sabinarũ
in vxores raptas duxerunt, teſte Liuio, quod ex iure, ac bo
no, quia negatas à patribus raptas credit D. Auguſtinus de
Ciuitate Dei, lib. 2. ca. 17. Parentes autem raptæ mulieris, ſi
patientiam præbuerint, ac dolorem remiſerint, deporta-
tione plectantur, l. 1. §. pœnas autem in fine, C. de rapt. Vir-
gin. & §. illo quoque ſpecialiter, & §. qui enim tale d. No-
uella conſtit. 143. Porrò notandum eſt, quod omnibus le-
gis Iuliæ capitulis, quæ de raptu Virginis, vel viduarum,
vel ſanctimonialium, ſiue antiquis legum libris, ſiue in ſa-
cris Conſtitutionibus poſita ſunt, de cætero abolitis, hæc
tantummodo lex in hoc capite pro omnibus ſufficiat, quá
de Sanctimonialibus, & Virginibus, & Viduis locum ha-
13 bere ſancitum eſt in dicta l. 1. §. omnibus legis. Sed & † qui
nondum viripotẽtes virgines rapuerit: humiliores in me-
tallum damnari iubentur: honeſtiores in Inſulam relega-
ri, aut in exilium mitti, l. ſi quis 38. §. qui nondum, ff. de pœ
nis, ſed huic legi per dict. §. omnibus derogatum credi-
mus. Sed & illud pro remedio huius iudicij affine notan-
14 dum, quod hi, † qui huiuſmodi crimen commiſerint, &
qui eis auxilium tempore inuaſionis præbuerint, vbi in-
uenti fuerint in ipſa rapina, & adhuc flagrante crimine
comprehenſi, & à parentibus fœminarum raptarum, aut
earum conſanguineis, aut tutoribus, vel curatoribus, vel
patronis, vel dominis conuicti interfici poſſunt, dicta l. 1.
§. ne igitur, C. de raptu Virgin. l. raptores 41. C. de epiſcop.
& cleric. & quod attinet ad tutores, & curatores faciunt
allegata per nos in tractat. de tutela, & cura, libro ſecundo,
titul. 11. multa de materia tradit Clar. in §. raptus, & Vi-
uius in verbo raptor, & nos in gloſſ. ſtatut. Vrb. libro ſe-
cundo, capit. 52. & plura referuntur in Syntagm. iuris loco
8. titul. 5.

SVMMARIVM.

1 *Homicida capite punitur.*
2 *Sicarij vnde dicti.*
3 *Telum quid ſit.*
4 *Venenum conficiens, vt necet hominem, punitur.*
5 *Homicidio, qui teneantur, dinumerantur.*
6 *Falſus teſtis ad damnandum tenetur de homicidio.*
7 *Cauſam dans homicidio tenetur, vt homicida, limita.*
8 *Author ſeditionis, ex qua homicidium tenetur de homicidio.*
9 *Caſtrans hominem, tenetur de homicidio.*
10 *Circumcidens filios, punitur.*
11 *Necare quis dicatur.*
12 *Miſericordiæ cauſa exponens aliquem, punitur.*
13 *Mulier viſceribus ſuis vim faciens, punitur.*
14 *Abortum cauſans punitur, limitatur.*
15 *Venena ſterilitatis dans, punitur.*
16 *Occidendi animum non habens, an puniatur de occiſo?*
17 *Dolus pro facto accipitur.*
18 *Culpa punitur, & ſi non adſit malus animus.*
19 *Amatorium poculum dans punitur.*
20 *Medico non imputatur euentus mortis.*
21 *Medico, & pigmentarijs imperitia imputatur.*
22 *Animus occidendi, vnde colligatur.*
23 *Aggreſſorem occidens an teneatur de occiſo.*
24 *Defenſor propriæ ſalutis non tenetur de occiſo.*
25 *Melius eſt occurrere in tempore, quam poſt obitum vindi-
care.*
26 *Latro, populator, graſſator impunè occiditur.*
27 *Deſertor militiæ, publicus hoſtis impunè occiditur.*
28 *Fur nocturnus cum clamore impunè occiditur.*
29 *Stuprum vi inferens impunè occiditur.*
30 *Patri licet occidere filiam cum adultero, declaratur, & limi-
tatur.*
31 *Marito an liceat occidere vxorem adulteram.*
32 *Ratio, cur magis patri, quam viro liceat occidere adulteram
cum adultero.*
33 *Homicidium licitum contra legem diuinam, quare, & quo-
modo.*
34 *Maritus occidens adulteram, mitius punitur.*
35 *Conditio occiſi non minuit pœnam.*
36 *Iudex aliquem contra legem occidens, tenetur.*
37 *Infans, & furioſus non tenetur de occiſo.*
38 *Pubes, & Decurio tenentur de occiſo.*
39 *Occidens in rixa, vel tumultu, tenetur de occiſo.*
40 *Dei cauſa, & Dei iuſſu occidere licet.*
41 *Pœnæ homicidij plures.*
42 *Veneno occidere plus eſt, quam gladio.*

De lege Cornelia de ſicarijs, & veneficis. Tit. 32.

1 LEx autem Cornelia de ſicarijs, † homicidas, vltore
ferro perſequitur, §. item lex inſtitut. de public. iudic.
Qua lege, & venefici capite damnantur, qui artibus
odioſis tam venenis, quam ſuſurris magicis homines occi-
derint, vel mala medicamenta publicè vendiderunt, qui-
ve hominis occidendi furtive faciendi cauſa cum telo am-
bulauerit, §. eadem lege inſtitut. eodem l. 1. in principio. &
l. 3. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. 23. quæſtione quinta, in prin-
cipio, & capit. quiſquis, §. item ad legem diſtinct. 1. de pœ-
nitent. & ſupra titul. 14. numero ſeptimo, & octauo. Dua-
2 ren. eodem titul. ad legem Corneliam de ſicarijs. † Sica-
rij autem appellantur à ſica, quod ſignificat ferreum
3 cultrum, §. ſicarijs inſtitut. de public. iudic. † Telum au-
tem omne ſignificat, quod manu cuiuſque iacitur. li-
gnum ergo, & lapis, & ferrum hoc nomine continetur, di-
ctũ ab eo, quod longinquum mittatur, à græca voce τηλῶ.

Digitized by Google

Figuratum §.telum,inſtit.eod.l.hi,qui 11.§. telorum, ff. ad
leg.Iul.de vi publ.l. ſi caluitur 233.§.telum, ff.de verb. ſi-
4 gnificat.Sed & † lege Cornelia de ſicarijs tenetur, qui ho-
5 minis necandi cauſa venenum confecerit, dederit, † quive
falſum teſtimonium dolo malo dixerit, quo quis publico
iudicio rei capitalis damnaretur, quive magiſtratus, iu-
dexve quæſtionis ſub capitalem cauſam pecuniam acce-
perit, vt publica lege reus fieret, l.1.§.præterea, ff. ad leg.
Cornel.de ſicar.l.eiuſdem 3. in princ. & §.adiectio,ff.eod.
l.qui venenum 236.de verbor.ſignific.l.1.§.fin. cum l.ſeq.
ff.ad leg.Pompe.de Parricidijs,l.capitalium 28. §. venena-
rij,ff.de pœn.Clar.in §.final.q.68.& in §.homicidium.Sed
6 & pœna huius legis tenetur, † qui falſa indicia profeſſus
fuerit,profitendave curauerit,quò quis innocens circum-
ueniretur,l.eiuſdem 3.§.item qui author.ff.ad leg.Corne.
de ſicar.cap.omnis,& cap.homicidium diſtinct.1.de pœn.-
7 ten. † Nihil enim intereſt, occidat quis, an cauſam mortis
præbeat,l.nihil 15.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.23. quæſt. 5.c.
cum homo,§.aliquaodo. Niſi fortè quis licitum faciens,al
teri mortis cauſam præbuit dict.§.aliquando verſ. nec ta-
men omnis,& d.quæſt 5.c.de occidendis,§.vnde nec reus.
Vel niſi occaſionem tantum dederit remotiorem, & pro-
hibuerit, ne homicidium fieret exemplo,cap.Petrus 17.de
8 homicidio. Item † lege hac tenetur,qui author ſeditionis
fuerit,& qui naufragium ſuppreſſerit,l.eiuſdem 3.§. pœ-
na,ff.ad leg.Cornel.de ſicar Clar.d.quæſt.68.Item is,cuius
familia,ſciente eo recuperandæ, & adipiſcendæ poſſeſſio-
9 nis cauſa arma ſumpſerit,d.l.3. §.item is. Sed † & qui ho-
minem libidinis, vel promercij cauſa caſtrauerit ex Sena-
tuſconſulto pœna legis Corneliæ punitur dict.l. 3. §. qui
hominem l.lege Cornelia 4.§.idem Diuus, & l.is, qui 6. ff.
10 eodem. † Idem dicendum de eo, qui filios ſuos circumci-
derit,niſi Iudæus ſit,l.circumcidere 11. in principio. ff. eo-
dem. Sed etiam hi quoque,qui thlibias, in eadem cauſa,
ſunt, qua hi, qui caſtrant, l.hi quoque 5.ff.ad leg. Cornel.
11 de ſicar. † Necare autem videtur non tantum is, qui par-
tum præfocat,ſed & is,qui abijcit, & alimoniam denegat,
12 † & qui publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quam
ipſe non habet,l.necare 4. ff.de liber. agnoſc. Clar.§. final.
quæſtione 83. verſicul. partum 7. & quæſtione 68. Planè
13 † mulier viſceribus ſuis vim inferens, quo partus abige-
ret, in exilium temporale dari iubetur,l. ſi mulierem 8. ff.
ad leg.Cornel.de ſicarijs.l.Diuus 4.ff.de extraordin. crimi.
l.Cicero 39.ff.de pœnis.Clarus vbi ſupra, & ſi ſcripſerit Ci
cero in oratione pro Cluentio habita. Mileſiam quandam
mulierem,cum eſſet in Aſia, quod ab hæredibus ſecundis
accepta pecunia,partum ſibi medicamentis ipſa abegiſſet,
rei capitalis eſſe damnatam dicta l.Cicero Clar. in §. final.
quæſt.68.ver.abortum procurans. Viuius in ver.Aſſaſſini,
14 numero 3. † Si quis cauſa fuerit abortus de homicidio ex
hac lege tenetur,vt in iuribus allegatis,& 32.quæſtione 11.
cap.aliquando,§.fin.cum ſequen.vſque ad cap.ſicut fœmi-
na,cap.ſicut de homicidio Clar.§.final.q.68. ver.abortum
procurans,& Viuius vbi ſupra nom.2. Niſi id,quod in vte-
ro eſt,nondum fuit animatum, tunc extraordinaria pœna
eſt puniendus dict.cap.ſicut,& ca.ſicut 20.de homicid. &
32.quæſt.2.c.Moyſes,& ſequen.Clar.& Viuius,vbi ſupra.
15 † Si quis venena ſterilitatis dederit quo mulier non conci
piat,vel vir generare non poſſit,cap.ſi aliquis 5. de homici
16 dio.Sed † ſi quis occidendi animum ſe non habuiſſe oſten
derit, hic enim quamuis hominem occiderit, abſolui de-
bet,l.1.§.Diuus,ff.ad leg.Cornel.de ſicar.l.1. C.eod.l.eum
5.C.eod.l.in lege,ff.eod.l.1.§.ſed ſi,ff.eod. diſtinct.50. cap.
eum qui c.frater,c.quantum,c.hi,qui c.ſæpè contingit,ca.
ſi duo,& ca.lator 9.de homicid.22.q 5.cap. ſi homicidium
Clar.in §.homicidium ver.culpa dicitur 3. Viuius. ſtatutũ
diſponens,quod bannitus. & ſtatutum imponens pœnam
corporalem. Sed quodammodo diſtinguitur in infante
noctu per negligentiam parentum,vel nutricum oppreſſo
2.quæſt.5.cap.conſuluiſti §.hi autem,qui probantur.Si ta-
men ignoretur,vtrum à patre,an à matre infans oppreſſus
ſit,impunitum eſt facinus,ca.de infantibus 3.de his, qui fi-
17 lios occiderunt. † Dolus autem pro facto accipitur, neque
in hac lege culpa lata pro dolo,quemadmodum aliàs acci-
18 pi debet,l.in lege 7.ff.ad leg.Corn. de ſicar. † Si tamen cul-
pa interuenerit,quamuis animus occidendi non fuerit ex-
tra ordinem reus punitur,l.eiuſdem 3.§. ſed hoc ſolum cũ
ſequen.ff.ad leg.Cornel.de ſicar. Sic enim ex Senatuſcon-
ſulto relegari iuſſa eſt ea, quæ non quidem malo animo,
ſed malo exemplo medicamentum ad conceptionem de-
dit,ex quo,ea,quæ acceperat,deceſſit,l.eiuſdem 3.§.ſed ex
S.C.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.Similiter cum quidam per la
ſciuiam cauſam mortis præbuiſſet, comprobatum eſt fa-
cto Ignatij Taurini Proconſulis à Diuo Adriano, quod eũ
in quinquennium relegaſſet, l. lege Cornelia 4. ff. eodem.
19 Planè † qui abortionis, aut amatorium poculum dant, & ſi
ſi dolo non faciant (tamen quia mali exempli res eſt) ſi eo
mulier,aut homo perierit, ſummo ſupplicio afficiuntur; vt
& paulo ſuperiùs fuit oſtenſum de abortu, & de ambo-
bus eſt text.in l.ſi quis 38 §.qui abortionis,ff.de pœnis. Et
20 † ſicuti medico imputari euentus mortalitatis non de-
21 bet, † ita quod per imperitiam commiſit, imputari ei de-
bet,prætextu enim humanæ fragilitatis, delictum decipien
tis in periculo hominis innoxium eſſe non debet, l. illicitas
6.§.ſicuti medico,ff.de offic.Præſidis. quod idem dicendũ
de pigmentarijs, apud quos venena ad ſanandum confi-
ciuntur,ſi ex eorum imperitia in illis componendis non ſa-
nitas, ſed mors oriatur dicta l.eiuſdem 3.ff. ad leg. Cornel.
22 de ſicar. Sanè † vtrum occidendi animo homicidium fa-
ctum ſit, ex re conſtituendum eſt. Nam ſi gladium ſtrin-
xerit,& eo percuſſerit indubitatè occidendi animo id eum
admiſiſſe dicendum eſt. Sed ſi claui percuſſit, aut cucuma
in rixa,quamuis ferro percuſſerit, tamen non occidendi a-
nimo: leniendа pœna eius, qui in rixa caſu magis, quàm
voluntate homicidium admiſerit,l.1.§.Diuus Adrianus,ff.
ad leg.Cornel.de ſicar.Clar.in §.homicidium,numer.9. ibi
23 animus autem vſque ad finem. Præterea † & is, qui aggreſ
ſorem, vel quemcumque alium in dubio vitæ diſcrimine
cõſtitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam me-
24 tuere debet,l 2.ff.eod.Clar.vbi ſupra numer.35. † Si quis
percuſſorem ad ſe venientem gladio repulerit, non vt ho-
micida tenetur, quia defenſor propriæ ſalutis in nullo pec
caſſe videtur,l.ſi quis 3.C.eod.l.4.C.eod.l.itaque 4.ff. ad l.
25 Aquil.l.ſed etſi 5.ff.eod. † Melius enim eſt occurrere in tẽ-
pore,quam poſt exitum vindicare, l.1.C.quando lic. vnic.
ſine iudice ſe vindic.13.q.2.c.vlt.verſ.ſi autem 23.q.5. cap.
26 cum homo,c.ſi homicidium,c.non eſt iniquitatis. † Idem
dicendum eſt,ſi quis latronem, vel nocturnum populato-
rem,vel in frequentato itinere aggreſſorem occiderit, ſiue
ille priuatus,vel miles fuerit, illicò digno ſubiugetur ſup-
plicio,& mortem, quam minabatur, excipiat,& id, quod
intendebat,incurrat d.l.1.& d.l.ſi vt 4.C.ad leg.Cornel.de
27 ſicar.& d.l.itaque,ff.ad leg.Aquil. Idem eſt † ſi quis deſer
torem militiæ,vel publicum hoſtem occiderit,l.2.C.quãd.
liceat vnic.ſine iudice,& l.eiuſdem 3.§.fin.ff.ad leg.Corne.
28 de ſicar. † Sed & furem nocturnum,cui ſine periculo par-
cere non poteſt,occidere licet, vt tamen id ipſum cum cla-
more teſtificetur. Interdiu quoque furem deprehenſum,
qui ſe telo defendit,impunè licet,vt tamen æquè cum cla-
more teſtificetur,l.itaque ſi 4.ff.ad leg Aquil.l. furem 9.ff.
ad leg.Cornel.de ſicar.l.ſi pignore 56.§.furem, ff.de furt.l.
ſed & ſi 5.ff.ad leg.Aquil.c.ſi perfodiens 3.de homicid.ca.
29 interfeciſti 2.c ſuſcepimus 10.eod.tit. † Is quoque qui ſtu
prum ſibi, vel ſuis per vim inferentem occidit dimittẽdus
30 eſt,l.1.§.fina.ff.ad leg.Cornel.de ſicar. † Patri etiam datur
ius occidendi adulterum ſimul cum filia, quam in poteſta
te habet,l.patri 20.cum l.ſequen.ff.ad leg.Iul.de adulter.l.
Gracchus 4.C.eod.Nihil autem intereſt adulteram filiam
prius pater occiderit,an non,dum vtrumque occidat.Nã-
que ſi alterum occidit lege Cornelia reus erit, l.nihil 32. in
princip.ff.eod.Si tamen altero occiſo,alter vulneratus fue-
rit, verbis quidem legis non liberatur: ſed Diuus Marcus,
& Commodus reſcripſerunt impunitatẽ ei concedi, quia
licet interempto adultero,mulier ſuperuixerit,poſt tã gra-
uia volnera,quæ ei pater inflixerat,magis facto, quam vo-
luntate eius ſeruata eſt, quia lex patrem in eos, qui depre-
henſi ſunt,indignationem exigit, & ſeueritatem requirit,
d.l.32 §.quod ſi altero.Sed & incontinenti vtrumque vult
occidi,ne hodie occiſo adultero res ſeruet, & poſt diem fi-
liam occidat,vel contra. Debet enim propè vno ictu, &
vno impetu vtrumque occidere,æquali ira aduerſus vtrũ-
que ſumpta. Quod ſi non affectauit, ſed dũ adulterũ occi-
dit, profugit filia,& interpoſitis horis appreh[en]ſa eſt à patre,
qui perſequebatur,incontinenti videbitur occidiſſe,l.quid ait
23.§ fin.ff.ad l.Iul.de adult.In hac autem lege naturalis pa
ter ab adoptiuo non ſeparatur,l.nec in ea 22.ff.eod. Sed in
pote-

Digitized by Google

poteſtate, vtique filiam pater habere debet, vt impunis euadat leg. patri 20. cum leg. ſequen. ff. eodem & d. leg. 23. §. ſufficit ff. eod. ſufficit autem patri ſi eo tempore habeat in poteſtate, quo occidit, non quo in matrimonium collocauit, finge enim poſtea redactam in poteſtatem dicto §. ſufficit. Ita autem patri ius occidendi competit ſi & iure patris accuſare adulterum poſſit, & in ipſa turpitudine filiam cum adultero deprehenderit: & quidem domi ſuæ, generivè ſui, non vbicumque deprehenderit dicta leg. 23. in princip. ff. ad leg. Iul. de adulter. & in §. quare. Sed & domus pro domicilio accipienda eſt. Vnde ſi pater alibi habitet, habeat autem, & aliam domum, in qua non habitet: deprehenſam illic filiam, vbi non habitat, occidere non poterit d. §. quare in fine. Hæc quidem in patre, vt occidendi ius habeat, requiruntur. Sed etſi non omnibus iſtis obſeruatis, in conſulto dolore, adulterum Pater interemit, quamuis homicidium perpetratum ſit, extra ordinem tamen mitius punitur: vt puta relegatione leg. Grac-

31 chus 4. C. ad leg. Iul. de adul. † Marito quoque ſimile ius competit, vt adulterum cum vxore deprehenſum impunè occidere poſſit, dummodo modum patri præſcriptum obſeruet: puta ſi domi ſuæ deprehenſum adulterum, & quidem in ipſo actu occiderit leg. marito 24. ff. ad leg. Iul. de adulter. Minus tamen marito, quam patri permittitur: quamuis enim Pater in domo generi deprehenſum adulterum impunè occidit, tamen maritus in ſoceri domo deprehenſum non rectè occidit, vt in dicta leg. 24. plane ſi cum antea ſuſpectum de adulterio haberet, tres illi denunciationes miſerit, poteſt poſtea cum vxore ſua deprehenſum, vel in ſuis ædibus, vel ipſius vxoris, vel adulteri, vel in popinis, vel in ſuburbanis, quamuis non ipſo actu, ſed colloquentem ſaltem, impunè occidere. Nouell. con-

32 ſtitutio. 117. capit. ad hæc verò. Præterea † quamuis pater ſine reſpectu perſonæ quemuis adulterum cum filia deprehenſum occidendi ius habeat (dummodo talis ſit, quem iure patris accuſare adulterij poſſit) non idem tamen marito tributum eſt, hic enim non niſi eum, qui leno fuerit, quivè artem ludricam fecerit, vel in ſcenam ſaltandi, cantandivè cauſa prodierit, iudiciove publico damnatus in integrum reſtitutus non eſt (dummodo patronus mariti non ſit) quive libertus eius mariti, vxoriſve, patris, matris, filij, filiæve, vtrius eorum fuerit (nec intereſt proprius cuius eorum, an cum alio communis fuerit, vel ius aureorum annulorum impetrauerit) quive ſeruus erit, & quem iure mariti accuſare poſſint. d. leg. 24. ff. ad leg. Iul. de adulter. in princip. & §. fin. & leg. ſi is, 42. ff. eod. Hæc idcirco tam varie, quod plerumque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit: cæterum mariti calor, & impetus facilè decernentis fuit refrenandus le. nec in ea 22. §. final. ff. eodem, vt quemcumque ſuſpectum prorſus immunis occidere poſſit, miſſis prius tribus denunciationibus, & alijs obſeruatis, de quibus iam ſupra deciſum extat.

33 † Nam & ſi diuina lex dicat. Non occides. Tamen Imperator permittens in nonnullis caſibus fieri homicidium, dicitur diuinam illam legem interpretari, quod fieri poſſe iam probatum eſt ſupra titulo primo numero 21. & hoc idem procedit in Principe, & in Republica habente iura Imperij, quod procedit etiam in alijs caſibus. Verum tamen id debet intelligi in rebus prophanis, in quibus Imperator, & alij iam dicti habent iuriſdictionem, non autem in ſpiritualibus, in quibus interpretatio pertinet ad ſolum Papam: Barbat. & Imol. in ca. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. gloſſ. in l. fina. ff. de conſtit. Doct. in cap. per venerabilem. Qui filij ſint legitimi, ſequitur, & alios citat Stepha. Aufrer. de poteſt. ſecul. in Eccleſiaſtic. reg. 4. limit. 47. laicus fol. 190. & probatur ſupra d. titulo primo numero 21. & probat Pariſ. in conſil. 68. Dubium exoritur libro quarto latiſſimè. Plane quamuis maritus non ſimul cum adultero vxorem quoque interfecerit, excuſatus tamen eſt: ſed ita demum, ſi eam ſine mora dimittat, & nihil intereſt ſui iuris, an filius familias ſit maritus d. leg. maritus 24. ff. ad leg. Iul. de adulter. Hæc quatenus marito ius occidendi

34 adulterum concedatur, dicta ſint: † quæ quamuis non omnia fuerint obſeruata, ab ordinaria tamen homicidij pœna abſoluendus, & mitius puniendus eſt, quemadmodum & ſuperius exemplis probauimus. Sed & in eum, qui vxorem deprehenſam in adulterio occidit leuiorem pœnam irrogandam eſſe, reſcriptum eſt: & humiliore loco poſitum in exilium perpetuum dandum, in aliqua dignitate poſitum ad tempus relegandum. leg. ſi adulterium 38. §. Imperatores ff. ad leg. Iul. de adulter. leg. 1. §. fina. C. ad leg. Corne. de Sicar. Nam eam marito impunè occidere non licet, ſed de adulterio accuſare, vt in iuribus allegatis, & §. marito verò. Nouella conſtitut. 117. & 24. quæſt. 2. cap. Interfectores cum cap. ſequen. cap. admonere §. prius enim cauſa verſi. occidere tamen eam cap. ſi quod verius in princip. & §. in

35 præmiſſis. Porro † legis Cornelia pœna in homicidijs obtinet ſine diſtinctione, cuius conditionis homo interemptus ſit, vtrum liber, an ſeruus alicuius, an nullius momenti leg. prima §. & qui hominem ff. ad leg. Cornel. de Sicar. §. in poteſtate inſtitut. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris l. 1. C. de emendat. ſeruor. Proinde infantem quoque interficiens capitali ſupplicio punitur leg. ſi quis 8. C. ad l. Corn. de Sicar. Sed & ſi quis maleficium occiderit vltimum ſupplicium non euadit leg. vltim. C. de malefi. Dominus quoque, qui ſeruum ſuum occiderit nõ minus punitur, quam ſi alienum ſeruum occidiſſet d. §. in poteſtate inſtitut. de his, qui ſui, vel alien. iur. & d. leg. prima C. de emend. ſeruo. Idem dicendum, & ſi ſeruum depugnandi gratia ad

36 beſtias dederit, vel vendiderit d. l. 1. † In Magiſtratu quoque poſitos ſi aliquem contra leges occiderit, vel occidi fecerit, lege Cornelia de Sicarijs tenetur l. lege 4. ff. ad l. Corn. de Sicar. 23. quæſt. 5. cap. reos §. prohibentur c. de occidendis cap. officia cap. cum homo cap. fruſtra cap. non eſt crudelis

37 c. qui malos, & c. ſi homicidium, & c. miles. † Infans tamen, vel furioſus, ſi hominem occiderit lege Cornelia nõ tenetur, cum alterum innocentia conſilij tueatur, alterum,

38 fati infelicitas excuſet l. infans. 12. ff. eod. † Pubes tamen ætatis ratione non defenditur: nec decurio ratione ſuæ digni-

39 tatis l. Diuus 15. ff. de pœnis. † Nec etiam intereſt, quamuis in rixa, vel tumultu homicidiũ quis fecerit, quo caſu vterque lege Cornelia tenetur tam is, qui occidit, quam is, qui author fuit tumultus l. vlti. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. leg. quoniam 6. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. 3. §. item qui author.

40 ff. ad leg. Cor. de Sicar. Sed † & Dei cauſa, atque Dei iuſſu, quem impunè licet occidere 23. quæſt. 8. c. legi c. occidit c. Petrus, & quæſt. 5. c. lex æterna & ca. vlt. D. Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 1. c. 21. ſed cauendum eſt, ne quis accipiat illuſionem diabolicam pro cauſa, atque iuſſu Dei, vt in omni foro, & coram ipſo Deo, quis impunis euadat, vt notant gloſ. in allegatis Canonibus, & D. Auguſtinus vbi ſupra c.

41 26. Porro † legis Corneliæ de Sicarijs, & veneficijs pœna inſulæ deportatio eſt, & omnium bonorum ademptio, ſed ſolent hodie capite puniri: niſi honeſtiore loco poſiti fuerint, quam vt pœnam ſubſtineant. Humiliores enim ſolent vel beſtijs ſubijci, altiores deportantur in inſulam l. eiuſdẽ. 3. §. penult. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. qui cædem 16. ff. eod. l. capitalium 28. §. venenarij ff. de pœnis l. ſi quis 8. C. ad leg. Corne. de Sicar. §. item lex. Inſt. de publ. iudic. Notandum,

42 autem eſt, quod † plus eſt, hominem extinguere veneno quam occidere gladio l. 1. C. de malef. & quod communiter pœna homicidij capitalis eſt ex allegatis ſupra, & in gl. ſtatuti Vrbis li. 2. c. 17. de homicid. Clar. in §. homicid. n. 18.

SVMMARIVM.

1 *Parricidium in quibus perſonis committatur.*
2 *Pœna parricidij.*
3 *Parricidij pœna non tenetur, qui alios, quam nominatos occidit, ſed lege Cor. de Sicarijs.*
4 *Parricidium committitur in alijs perſonis vltra nominatas ſupra numero 1.*
5 *Furor excuſat à parricidio.*
6 *Cuſtodes furioſi puniuntur de delicto eius.*
7 *Parricidium non committitur in illos, qui armati veniunt contra patriam.*
8 *Mors ſoluit parricidium.*

De lege Pompeia de Parricidijs. Titulo. 33.

1 DE lege Pompeia de parricidijs, nunc eſt dicendum. Hac enim lege cauetur, † ſi quis patrem, matrem, auum, auiam, fratrẽ, ſororem, patruelem, matruelem, patruum, auunculum, amitam, materteram, conſobrinam,

ſobrinam,virum,vxorem,generum,nurum, ſocerum, ſo-
crum,vitricum,priuignum,priuignam,patronum,patro-
nam occiderit, cuiusve dolo malo id factum erit, quive
conſcius criminis exiſtit,licet extraneus ſit,vt pœna parri-
cidij puniatur,l.1.ff.ad l.Pompe.de parricid. l.vtrum 6.l.a.
l.ſciente 7.ff.eo. Viuius ſcienna nu.4. Clar.in §.parricidiũ,
l.1.C.de his,qui par.vel lib.occid. §.alia , Inſtit.de publ.iu-
2 dic.† Et neque gladio,neque ignibus,neque vlli alij ſolem
ni pœnæ ſubijciatur, ſed inſutus culeo cum cane, & gallo
gallinaceo,& vipera, & ſimia, & inter eas ferales angu-
ſtias comprehenſus(ſecundum quod regionis qualitas tu-
lerit) vel in vicinum mare, vel in amnem proijciatur, vt
omnium elementorum vſu viuus carere incipiat, & ei cæ-
lũ ſuperſtiti,& terra mortuo auferatur,l.pœna 9.in princ.
ff.ad l.Pomp.de parric.& d.l.1. & d.§.alia deinde lex Inſt.
de public.iudic. quæ tamen pęna hodie non eſt in vſu, vt
nimis atrox, & contra ſalutem animæ ipſius dãnari Clar.
3 in §.parricidium,vet.ſed quæro 5. in princ. † Si quis autẽ
alias cognatione,vel affinitate perſonas coniunctas præter
iam enumeratas necauerit,pœnam legis Cornel.æ de ſica-
rijs ſubſtinebit , dicto §.alia deinde ibi. Si quis autẽ Inſtit.
de publ.iud. lege pœna 9. §.qui alias perſonas , ff.ad legẽ
4 Pomp. de parric. Sed ſciendum eſt , † Pompeia lege de
conſobrino comprehenſum eſſe : Sed non eos etiam
pariter complecti: qui pari proprioreve gradu ſint:
Sed & nouercæ, & ſponſæ perſonæ omiſſæ ſunt, ſen-
tentia tamen legis continentur.Cum pater,& mater ſpon
ſi,& ſponſæ ſocerorum, vt liberorum ſponſi generorum
appellatione contineantur,l.ſed ſciendum 3. cum l.ſequẽ.
ff.eod.Sanè defenſio patris nulla eſt,ſi dicat inauditum fi-
lium ſe occidiſſe,cum accuſare eum apud Præfectũ, Præ-
ſidemve prouinciæ debeat,l.2.ff.ad l.Cornel. de ſicar.l.1.in
fin. C. de emend. propin. Diuus etiam Adrianus fertur,
cum quis in venatione filium ſuum necauerat, qui nouer-
cam adulterabat, in inſulam eum deportaſſe , quod latro-
nis magis,quam patris iure eum interfeciſſet. Nam patria
poteſtas in pietate debet,non atrocitate conſiſtere,l.Diuus
5 5.ff.ad l.Pomp.de parric.Planè † ſi per furorem aliquis fi-
lium,vel parentem occiderit,impunitus eſt: niſi fortè, vel
furor ſimuletur,vel medio tempore,quo furor intermiſe-
rat parricidium fecerit,leg.pœna 9.§.fin.ff.eod.l.congruet
6 13.§.fin. ff.de offic. præſid. l.Diuus 14. ff.eod.† Sed & illi,
quorum cuſtodiæ commiſſus fuit furioſus , arbitrio iudi-
cis ſunt puniendi,d.l.14.Eorum autem qui parricidij pœ-
na teneri poſſunt,ſemper accuſatio permittitur,l.vlt.ff.ad
7 l.Pomp.de parricid.Planè † & hæc defenſio admittitur, ſi
doceatur,occiſum ad patriam delendam,vel ad parentes,
& liberos interficiendos veniſſe,l.minimè 35. in fine , ff.de
8 religioſ.† Parricidij poſtulatus,ſi interim deceſſerit,ſiqui-
dem ſibi mortem conſciuit, ſucceſſorem fiſcum habere
debebit: ſin minus eum,quem voluit, ſi modo teſtamentũ
fecit,ſi inteſtatus deceſſerit, eos hæredes habebit,qui lege
vocantur,l.parricidij 8.ff.eod.ad l.Pomp. de parric. Nunc
ad reliquas publicorum iudiciorum ſpecies tranſeũdum.

S V M M A R I V M.

1 *Plagiarij qui,& eorum pœna.*
2 *Poſſeſſor bona fidei plagij crimine non tenetur, nec minus alij nominati.*
3 *Mors non tollit plagij pœnam.*
4 *Alienans ſcienter ſeruum alterum,plagio tenetur.*
5 *Alienans ſeruum ſuum fugitiuum,an teneatur.*
6 *Alienans ſeruos abſentes quid iuris.*
7 *Iudicium plagij publicum.*
8 *Iudex competens huius iudicij,quis.*
9 *Pœna plagij,qua.*
10 *Ciuiliter ex plagij crimine agi poteſt.*

De lege Fauia de plagiarijs.
Tit. 34.

NVnc de plagij crimine agendum , quod quidem
coercetur , l.Fauia de plagiarijs , cuius accuſatio
publici etiam eſt iudicij,l.plagij 3.C.ad l.Fauiam
de plagiarijs,& in glo. ſtatuti Vrbis,lib.2.ca.55. lege autẽ
1 illa cauetur,† vt qui hominem ingenuum, vel libertinum
inuitum celauerit,in vinculis habuerit,emerit ſciens dolo
malo,quive in earum, quave re ſocius erit , quique ſeruo
alieno,ſeruæve perſuaſerit,vt a domino,dominave fugiat,
vel eum, eamve inuito , vel inſciente domino , dominave
celauerit , in vinculis habuerit , emerit ſciens dolo malo,
quive in ea re ſocius erit:eius pœna teneatur, l.non ſtatim
6.§.fin.ff.ad l.Faui. de plagiarijs , l.ſi fratrem 5.l.eum qui
9.& l.2.C.eod.Clar.in §.fin.quæſt.68.ver.priuatum carce-
rem 32. Villalo.R.11.& in glo.ſtat.vrb.libro ſecundo, cap.
2 55. † Ab hac pœna primum excipiuntur bonæ fidei poſ-
ſeſſores,& qui ſuum hominem putantes detinuerint , dũ-
modo crimini prætextus hac occaſione non quæratur,lege
legis 3.ff.ad l.Faui.de plag. l.quicũque 4. §.quod ſi ſeruus,
C.de ſeru.fugit.& in dicta glo.Sed & is quoque excipitur,
cui ſeruus fugitiuus,vt paſceretur,operas ſuas locauit,præ
ſertim ſi antea alij quoque locaſſet, l.non ſtatim 6.§.idem
Principis,ff.ad l.Faui.de plag. Præterea lege hac non tene-
tur,qui libidinis cauſa ancillam alienam,quæ meretrix ſit,
ſupprimit,ſecus ſi meretrix non ſit , l.verum 40.in fine, ff.
3 de furt.l.fullo 84.§.qui ancillam,ff.eod. Sanè † & ſi is,pro-
pter quem quis infamiam commiſit,deceſſerit, adhuc ta-
men accuſatio,& pœna legis Fauiæ ſupereſt. l.legis 3.§.fi.
ff.ad l.Faui.de plag. Sed & ſi ciuiliter actum ſit tamen ac-
4 cuſatio hæc non aboletur,l.1. C.eod. † Tenetur inſuper le-
ge Fauia,qui ſciens liberum hominem , vel ſeruum alienũ
vendiderit,donauerit,vel in dotem dederit, nec non & is,
qui ex earum, qua cauſa ſciens liberum eſſe acceptauerit,
l.1.& l.4.ff.ad l.Faui.de plag.l.liberum 15.C.eod.l.2.C.vbi
de crim.agi oport. Nõ tamen ſtatim qui ſeruum alienum
intercepit plagij crimine tenetur , quamuis furtum com-
mittat,ſed hoc ex iudicis arbitrio pendet,l.non ſtatim 6.in
5 princip. ff.ad l.Faui.de plag. † Pręterea lege Fauia tenetur
dominus, qui ſeruum ſuum fugitiuum alienauerit , præ-
terquam ſi inter cohæredes , vel ſocios in diuiſione rerum
communium licitatio eius,& addictio ſit facta , l.in fuga 6.
C.eodem. Sed & ſi ita dominus fugitiuum vendiderit , vt
ſi fuerit ab emptore quæſitus , & deprehenſus, venditio
eius valeat,excuſatur d.l.6.§.fin.l.a.§.fin. ff.eodem. Quod
etiam dicendum eſt de eo, qui ſeruum ſuum fugitiuum
mandauit apprehendendum,& vendendum,d.l.2.§.1. &
l.quod ſæpè 35.§ ſi quis amico.ff.de contrah.empt.Sed &
6 illud ſciendum eſt,† legem Fauiam ad eum non pertinere,
qui cum abſentes ſeruos haberet,eos vendidit:aliud enim
eſt abeſſe,aliud in fuga eſſe d.§.ſi quis amico, & dicta l.2.
7 in princ. Porrò † hoc iudicium cum publicũ ſit,per procu
ratorem exerceri non poteſt.l.2.ibi legis Fauiæ crimen per
te,C.ad l.Fau.de plag.vt & alibi generaliter ſupradictum
8 fuit.† Competit autem apud Præſidem prouinciæ , non
apud procuratorem Cæſaris:& accuſator domicilium rei
conuenti ſequi debet,l.4.C.ad l.Faui.de plag.& l.2. C.vbi
9 de crim.agi oport. † Pœna inſuper legis Fauiæ de plagia-
rijs pecuniaria fuit,quæ in vſu eſſe deſijt , & rei conuenti
extra ordinem pro delicti modo coercentur, & plerumq;
in metallum damnantur,l.vlt.ff.ad l.Faui.de plag. §.eſt &
inter,inſt.de publ.iudic.l.plagiarij 16.C.ad l.Faui.de plag.
Imperatores ſanè Diocletianus, & Maximianus plagia-
rios capite plectendos conſtituunt . Conſtantinus ad Cel-
ſum reſcripſit , ſi quis ſæpius in hoc crimine fuerit depre-
henſus,ſi quidem ſeruus ſit,vel libertinus beſtijs eſſe ſubij-
ciendum,ingenuum verò gladio conſumendum eſſe, lege
quoniam 7.& d.l.plagiarij 16. C.eod.d.§.eſt & inter,& c.
1.de furt.& hoc in eo reſcripſit,qui filios alicuius viuentis
celauerit,vt patet in d.l.16.ibi,qui viuentium, & cap.cum
hoc reſcripto concordat ſtatutum Vrbis libro 2.c.55. Qui
autem ſeruum fugitiuum ſuſceperit, eum cum alio pari,
vel viginti ſolidis ab eodem Imperatore reddere iubetur,
l.quicunque, C.de ſeru.fugit.Si verò ſecundo, vel tertio
eum ſuſceperit,præter ipſum , vel tres alios , vel prædictã
æſtimationem pro vnoquoque ſeruo domino repreſen-
tare iubetur,l.1.§.fin.C.de Colonis Illyrica: Imperator Va
lens eum,qui ſeruum fiſci occultauerit,duodecim librarũ
argenti mulcta punit,lege ſi quis 7.C.de ſeru.fugit. Sed &
quadrupli pœna ab eodem ſtatuitur,d.l.1.§.fin. C.de Co-
lonis Illyricanis. Creditor,qui pigr oris nomine debitoris
filium detinet,credito priuatur,& in alterum tantum cõ-
demnatur conſtitutione Imper. Iuſtiniani Nouella conſt.
10 134.§.quoniam verò , † & hoc poſtremo ex plagij crimi-
ne ciuiliter etiam agi poteſt,l.1.C.ad l.Faui.de plag. Sed &
furt

furti actione tenetur is, qui ſeruum fugitiuum ſciens cum rebus furtiuis ſuſceperit, lege ſi quis 1 2. C. eod. Item ſerui corrupti actione tenetur, qui alieno ſeruo, vt fugeret, perſuaſit, l. 2. C. eod. & hæc de lege Fauia de plagiarijs dixiſſe ſufficiat. Clar. q. 68. §. fin.

SVMMARIVM.

1 *Lex Iulia de adulterijs à quo introducta.*
2 *Adulterium, & ſtuprum promiſcuè accipitur.*
3 *Stuprum in virgine, vel libera.*
4 *Coitus omnis extra matrimonium illicitus.*
5 *Domum præbens ad ſtuprum patrandum punitur.*
6 *Domus appellatione quid veniat.*
7 *Mulier domum præbens ad adulterium punitur.*
8 *Mulier accipiens pecuniam, vt vir adulteret, punitur.*
9 *Leno, & lena adulterij pœna puniuntur.*
10 *Mulier, & vir adulterio quandoque tenetur.*
11 *Alloquens cum vxore alicuius poſt tres denunciationes de nõ alloquendo, adulterio tenetur.*
12 *Lenocinij tenetur qui adulteram tenet.*
13 *Damnatam adulterio ducens, de adulterio tenetur.*
14 *Rea adulterij damnata, viuente marito non nubunt.*
15 *Inceſtus quid ſit, & excuſatur ſexu, ætate.*
16 *Inceſtus cum adulterio inexcuſabilis.*
17 *Inceſtus cum ſtupro inexcuſabilis.*
18 *Inceſta nuptiæ errore contracta, quid iuris.*
19 *Tutor ducens pupillam vxorem, adulterio accuſatur.*
20 *Duas ducens vxores, adulterio tenetur.*
21 *Deſponſata vni alteri poteſt dari.*
22 *Lege Iulia tenentur qui cum maſculis coeunt.*
23 *Amor vxoris immodicus libidinoſus punibilis.*
24 *Sola concupiſcentia punibilis in foro fori.*
25 *Cogitationis pœnam nemo in foro ſubſtinet.*
26 *Adulterium, & ſtuprum cum ſerua, & ancilla committitur, & è contra cum domina ſeruus.*
27 *Stuprum, & adulterium in virginem, & viduam, punitur.*
28 *Aetas non excuſat à ſtupro, vel adulterio.*
29 *Stuprum etiam in non viripotentem committitur.*
30 *Cum meretrice cum ſoluta, an ſtuprum committatur.*
31 *Stuprum, & cum deformi committitur.*
32 *Honos, & miniſterium publicum non excuſat à pœna adulterij, vel ſtupri.*
33 *Lenocinio mariti adultera non poteſt à viro iure mariti accuſari.*
34 *Mulier non excuſatur dicens, maritum ſubornaſſe adulterum, vt eam infamaret.*
35 *Stupri crimen matrimonio aboletur.*
36 *Adulterium matrimonio non abolitur.*
37 *Vim paſſa non tenetur de adulterio.*
38 *Morte extinguitur accuſatio adulterij.*
39 *Extraneus de adulterio non accuſat.*
40 *Deſerta accuſatione, vel finita non accuſatur amplius de adulterio limitatur, & declaratur.*
41 *Abſoluto vno, an alteri proſit abſolutio.*
42 *Abſolutio ambobus quando nemini proſit.*
43 *Accuſatus quando poſſit denuo accuſari.*
44 *Adulterium tollitur abolitione.*
45 *Adulterium quinquennio præſcribitur.*
46 *Adulterium per vim, & inceſtus cum adulterio non præſcribitur quinquennio.*
47 *Marito adulterij accuſatio competit.*
48 *Seruus, & adulter non accuſat.*
49 *Leno non accuſat.*
50 *Maritus alij criminis reus accuſat.*
51 *De adulterio ante matrimonium maritus non accuſat.*
52 *De adulterio poſt diuortium commiſſo non accuſat, limitatur.*
53 *De adulterio commiſſo apud hoſtes non accuſatur.*
54 *Vxor quæ eſſe non poteſt, de adulterio non accuſatur.*
55 *Accuſatio iure mariti de adulterio competit intra 60. dies diuortij.*
56 *Accuſatio iure extranei de adulterio quando competat.*
57 *Negans accuſaturum, an poterit accuſare?*
58 *Accuſatio adulterij ceſſat, retenta vxore.*
59 *Accuſatio adulterij ceſſat, reducta vxore.*
60 *Sponſo competit accuſatio ſtuprata ſponſa.*
61 *Pater de adulterio filiam accuſare poteſt.*
62 *Pater, & maritus accuſans, præfertur maritus.*
63 *Maritus in magiſtratu non accuſat vxorem.*
64 *Accuſant extranei de adulterio poſt maritum, & patrem negligentes.*
65 *Pluribus accuſantibus, vnus eligendus.*
66 *Extranei hodie de adulterio non accuſant.*
67 *Minor 25. annis de adulterio non accuſat.*
68 *Vxor maritum non accuſat de adulterio.*
69 *Accuſatio adulterij contra quos competat.*
70 *Ordine quo ius accuſandi de adulterio competat.*
71 *Reos adulterij, quot accuſator poſſit habere.*
72 *Adulteri, & fautores ſimul accuſari poſſunt.*
73 *Adulter prius poteſt accuſari, & è contra.*
74 *Adulteram volens prius accuſare, denunciare ei debet.*
75 *Iudex accuſare volens vxorem de adulterio differt poſt finitũ magiſtratum.*
76 *Accuſatio mulieris ventris nomine miſſæ in poſſeſſionem differtur.*

De lege Iulia de adulterijs, & ſtupro. Tit. 35.

1 SEquitur † lex Iulia de adulterijs, & ſtupro, quæ à Diuo Auguſto contra incontinentiam pro honore matrimonij lata eſt, l. 1. ff. ad leg. Iul. de adulter. Quod autem huius legislator fuit Auguſtus, non autem Caius Iulius Cæſar Imperij author, vt credidit Accurſ. in d. l. 1. & alij nonnulli in §. item lex Iulia Inſtitut. de public. iudic. ſenſerunt Balduinus, & alij in d. §. item lex Coraſius libro 2. Miſcellaneorum, c. 1. num. 8. Briſſonius lib. ſingulari ad l. Iul. de adulter. Tiraquel. de legib. connub. leg. 13. numer. 3. Id, quod patet apud Suetonium in Auguſto Cæſare cap. 34. dum inquit, leges retractauit, & quaſdam de integro ſanxit, vt ſumptuariam, & de adulterijs, & de pudicitia, & Plutarchus in Apophteg. de eodem inquit. Cum de adulterijs legem tuliſſet, qua ſanxerat, quo pacto rei iudicandi, ac puniendi forent, &c. & Horatius lib. 4. Carminum ode 5 Auguſtum celebrat ita hac de re.

Nullis polluitur, caſta domus ſtupris,
Mos, & lex maculoſum domuit nephas,
Laudantur ſimili prole puerperæ,
Culpam pœna premit comes,

Et Cæſarem Auguſtum, nõ autem C. Iulium Cæſarem huius legis authorem argumento, & illud eſſe põt, quod Suetonius ſcripſit in ipſius C. Iulij Cæſaris vita, c. 52. dum inquit, Helium Cinnam Tribunum plebis pleriſque confeſſum fuiſſe habuiſſe ſe ſcriptam, paratamque legẽ, quã Cæſarem ferre iuſſiſſet, cum ipſe abeſſet, vti vxores liberorum quærendorum cauſa, quas, & quot ducere vellent, liceret. Hoc enim argumentum eſſe poteſt C. Iulium Cæſarem non habuiſſe animum coercendæ libidinis, ſed laxan-
2 dæ potius, cum & ipſe mulieroſus eſſet, † & ſtuprum, & adulterium promiſcuè appellantur, vtpotè ab eadem incontinentia prouenientia, ſed propriè adulterium in nuptam committitur propter partum ex altero conceptum compoſito nomine, vt probatur in Polyanthea, in verb. A-
4 dulterium, † ſtuprum verò in virginem, viduam ve committitur, & in puerum, quod Græci corruptionem appellant, l. inter liberas 6. §. lex ſtuprum & l. ſtuprum 34. §. fin. ff. eod. l. inter ſtuprum 101. ff. de verbor. ſignif. Clar. in §. adulterium, & nos in glo. ſtat. vrb. lib. 2. cap. 50. & 51. ſtuprũ etiam committit is, qui liberam mulierem, cupidinis cauſa, non matrimonij continet: excepta videlicet concubina dict. l. 34. in princ. Quod intelligi debet ſecundum ea, quæ
4 proponuntur infra lib. 3. tit. 106. de concubinis. Nam † omnis coitus extra legitimum matrimonium eſt punibile 32. quæſt. 4. c. nemo, §. quicquid & §. cum ergo, c. ſi non §. fin. c. meretrices, c. in eodem, c. Salomon, & q. 5 c. non mœchaberis.
5 Præterea † qui domum ſuam, vt ſtuprum adulteriumve cum aliena matre familias, vel cum maſculo fieret, ſciens præbuerit, vel quæſtum ex adulterio vxoris ſuæ fecerit, vel pro comperto ſtupro aliquid acceperit, cuiuſcunque ſit conditionis, quaſi adulter punitur, l. qui domũ
6 8. in princ & §. fin & l. mater 10. ff. ad l. Iul. de adult. † Appellatione autem domus, habitationem quoque ſignificari palam eſt, d. l. 8. §. fin. & ſi amici quis domum præbuerit tenetur, l. & ſi 9. in princip. ff. eod. Sed & ſi quis in agro alieno, vt ſtuprũ fieret, præbuiſſet, cõprehendit dẽt, d. l. 9.

& ſi

& ſi in domum aliquam ſoliti fuerint conuenire ad tractā
dum de adulterio,quamuis eo loco nihil admiſſum fuerit,
videtur tamen is,domum ſuam,vt ſtuprum,adulterium-
ve committeretur,præbuiſſe,quia ſine colloquio illo adul
terium non committeretur d. leg.9.§.ſed & ſi in domum.
7 † Mulieres quoq; hoc capite legis,quod domum ſuā præ-
buerunt,vel pro comperto ſtupro aliquid acceperunt, te-
8 nentur leg.mater 10.§.1.ff.ad leg.Iul.de adulter.Sed † & ſi
vxor ex adulterio viri præmium acceperit,lege Iulia quaſi
adultera tenetur,vt vir,nam & Lenocinij crimen hac lege
punitur l.2.§.Lenocinij ff.ad l.Iul. de adulter.l.Athletas 4.
§.ait prætor ff.de his qui not.in fam.l.vltim.C.de ſpect. &
Scen.lib.1. Nouella conſt.14.§.vſque adeo vetuſtis legibus
l.ſi Lenones C.de Epiſc.audie.l.ſi quis 33.§.fina.ff.ad l.Iul.
de adul.l.miles 11.leg.mariti 29.§.qui quæſtum §.plectitur
ff.eod.leg.de crimine C.eod.l.ſerui 24.§.fina.C.eod.& d.l.
9 mater §.mulieres.† Maritus quoque,qui adulterum in do
mo deprehenſum ſciens dimiſit,plectitur tanquam leno-
l.Mariti 29.in princip.ff.ad l.Iul.de adult.Is quoque,cuius
ope,& conſilio,dolo malo factum eſt, vt vir,fœmina ve in
adulterio deprehēſi pecūnia,aliaque pactione ſe redime-
rent,eadem pœna damnantur,quæ conſtituta eſt in eos,q
Lenocinij crimine damnantur l.is,cuius 14.in princi.ff.eo-
dem leg.nihil intereſt 32.§ fina.ff.eod.l.de crimine 10.C.
10 eod.† Si autem vir infamandæ vxoris ſuæ cauſa adulterū
ſubiecerit,vt ipſe deprehenderet:& mulier,& vir adulte-
rij crimine tenentur ex Senatus conſulto de ea re facto d.l.
11 14.§.1.Is quoque † cui tres denunciationes tanquam ſuſpe
cto à marito miſſæ erant,ne cum vxore eius rem haberet,
ſi cum ea colloqui fuerit deprehenſus, quāuis in templo:
hoc ipſo in adulterij crimen incidit §.ad hæc verò.Nouel-
la conſtit.117.ibi.Quoniam verò nonnulli reperiuntur tam
12 impij &c. † Crimen inſuper Lenocinij contrahit,qui de-
prehēſam in adulterio vxorem in matrimonio retinet,vel
dimiſſam reduxerit,non qui ſuſpectā adulteram habet l.
2.§.lenocinij ff.ad l. Iul.de adulter.l.mariti 29.ff.eod.l.2.C.
eod.l.quamuis 30.§.in primis C.eod.l.conſtante 26.ff.eod.
l.generaliter 34.§.ream adulterij ff.de ritu nupt.cap.ſi vir
3.in princip.de adulter.32.q.1.cap.in princi.cap. ſicut cap.
dixit verſic.imò cum illa cap.ſi quis vxorem cap.apud mi
ſericordem §.quod ſi,& §.vnde 34.quæſt.1.cap.penul.Mu
lierem tamen ob latronum ſocietatem exulare iuſſam ci-
tra pœnæ metum in matrimonio poſſe retineri, Papinia-
nus reſpondit,quia non fuerit adulterij damnata leg. vim
paſſam 39.§.mulierem ff.ad leg.Iuli.de adulter. ſed hodie
iure nouo maritus adulterij damnatam vxorem,ſi volue-
rit,impunè retinere poteſt.Nouella conſtit.134.§.ſi quan-
13 do adulterij crimē: Præterea † lege Iulia tenetur,qui adul
terij, vel ſtupri damnatam in vxorem duxerit, vel contra
mulier ex adulterij,vel ſtupri cauſa damnato nupſerit leg.
mariti 29.§.quod ait lex ff.ad leg.Iul.de adulter.l.7.C.eo-
dem ſi tamen ob aliam cauſam ea lege mulier fuerit con-
demnata,impunè vxor ducetur d.§.quod ait lex ibi. Cer-
tè ſi ob aliam cauſam.Sed & adulterij damnatam pro cō-
cubina licet habere abſque incurſu pœnæ legis Iuliæ de a-
dulterijs,quamuis ſi vxorem eam duceret, teneretur lege
1.§.qui etiam ff.de concubi.Imò & vxor haberi poteſt im
punè, quamuis de adulterio ſuſpecta fuerit, non autem
14 damnata l.miles 11.§.licet ff.ad l.Iul.de adulter.† Reas ta
men adulterij factas,nec ante damnationem viuente ma-
rito,vxores dici poſſe Modeſtinus ait l.reas 26.ff.de rit.nu-
15 pt. † Inceſtum autem committere dicitur,ſi quam ex his,
quas morib. prohibemur vxores ducere, duxerit, leg.ſo-
ris 39.ff.de ritu nupt.lge.vlti.ff.eod.§.ergo non omnes in-
ſtit.de nuptijs 36.q.1.cap.lex illa §.inceſtus Clar. in §.ince-
ſtus. Quod crimen excuſatur,vel ſexu,vel ætate,vel etiam
puniendi correctione, quæ bona fide interuenit, vtique ſi
error allegatur,& facilius,ſi nemo reum poſtulauerit leg.
ſi adulterium 38.§.1.§.fratres denique, & §.inceſtum au-
tem ff.ad leg.Iul.de adulter.ſexu excuſatur ab inceſti cri-
mine mulier,ſi ſcilicet per nuptias erroneè commiſſum ſit
d.§.inceſtum,& d.l.38.§.1.& in gloſ.Statuti lib.2.capi.50.
34.quæſt.1.cap.ſi virgo 5.cum quatuor ſequentibus & 35.
16 quæſt.2.c.qui propinquam 4 cum ſequen.† Nam ſi adul-
terium cum inceſtu committitur,vt puta, cum priuigna,
nuru,nouerca,mulier ſimiliter,ac vir punietur:id enim re
moto etiam inceſtu,eueniret d.l.38.in princ. Ætate ab ince
17 ſti crimine excuſatur impubes,† ſi modo inceſtū per ma-
trimonium illicitum,non per ſtuprum contractum ſit, &
matrimonium illicitum diſtrahitur d.l.38.§.inceſtum ibi,
vel ætate,& §.non nunquam cum ſeqq.35. q.2.c. de ince-
ſtis 8.& ſeq.& q.6.c.ſi duo,& c.ab iſto die, & infra li.3.tit.
99.& ſeq.& inceſtum per ſtuprum contractum,non obſtā
te ætate minori punitur d.§.non nunquam,& nos in tract.
de tutela,& cura li.2.tit.22.n.2.ver. & hoc procedit in om
18 ni crimine,excepto crimine carnis.† Sed & ſi antequā accu
ſatio inſtituatur ab inceſtis nuptijs errore potius,quam do
lo contractis recedatur,diuortio interueniēte,pœna remit
ti ſolet,ſecus ſi morte mulieris matrimonium ſit ſolutum
d.l.38.§.ijdem Impp.cū §.ſeq.& l.fi.ff.ad l.Iul.de adulter.
& 35.q.8.c.hæc ſalubriter 2.§.fi.niſi in eodem crimine & c.
ſeq.& ſi autem per ſimplex ſtuprum inceſti crimē ſit com
miſſum, vel per concubinatum non per nuptias, pœna tū
locum habet l.miles 11.§.1.ff.ad l.Iul.de adulter.l.etiam ſi
56.ff.de ritu nupt.& nuptias contrahere prohibentur c.1.
c.veniens 2.c.tranſmiſſæ 4.c.ex literis 8.c.veniens 9.& cap.
vlt.de eo,qui cogno.conſang.27.q.2.ca.qui dormierit 32.
q.7.c.ſi quis cum c.concubuiſti,& 35.q.2.c.qui propinquā
19 c.ſi quis cum,& q.8.cap.vlt.§.& ſi alter.Præterea † poteſt
adulterij accuſari tutor,vel curator,qui pupillam ſuam du
xit in vxorem contra Senatuſconſultum l. qui pupillam 7.
in princi.ff.ad l.Iul.de adulter. Sed canonico iure, quod in
hoc ſeruatur,ex lege Iulia de adulterijs tutor,vel curator,
qui pupillam ſuam duxit in vxorem non tenetur,quamuis
ex coitu extra figuram matrimonij ſit grauiter puniēdus,
vt deduximus in tractatu de tutela, & cura lib.3. q.51.nu.
20 10.& 11.& 12.Idem † dicendum eſt,ſi quis duas vxores ha
buerit,vel mulier duobus ſimul nupta,niſi errore,& igno-
rantia ſua ficta,nec ſimulata id factum eſſet l.eum qui 18.
C.ad l.Iul.de adulter.l.2.C.de inceſt.nupr.l.penult.ff.ad l.
Iul.de adulter. leg.miles 11.§.mulier ff.eod.34.q.1.c.cū per
bellicam ver.nec tamen culpabilis cap.ſi quis neceſſitate
§.final. cum cap.ſequen.latè de hac re Menoch.de arbitr.
lib.2.cent.5.caſ.420. & eſt text.in cap.cauſam quæſt.4.qui
21 filij ſint legit. † Poteſt tamen vni promiſſa alteri in matri-
monium dari d.l.miles 11.§.quærebatur ff.ad l.Iul.de adul
22 ter.& infra lib.3.tit.98.† lex autem Iulia de adulterijs co-
ercendis non ſolum temeratores alienarum nuptiarū gla-
dio punit, ſed & eos, qui cum maſculis nefandam libidi-
nem exercere audent §.item lex Iulia inſtit. de public.iud.
l.cum vir 31.C.ad l. Iul.de adulter. Nouella conſt.141.& 22.
q.7.c.adulterij c.offerebat c.flagitia & c.vſus.Obſeruandū
23 eſt etiam,quod ad ius canonicum attinet, † quod omnis
coitus extra legitimum matrimonium eſt punibilis,vt fuit
probatū ſupra, & amor vxoris immodicus, & libidinoſus
32.q.4.c.origo c.recurrat §.ſi.c.in eodem.§.fin.& c.libero-
24 rum in princ.† Et ſola quoque concupiſcentia de pœnitē.
diſt.1.c.ſi cui etiam 32. q.7.ca. non ſolum ſed hæc ad iudi-
25 cium Poli non fori pertinent.† In foro enim nemo cogita-
tionis pœnam ſubſtinet d.diſt.1.c.cogitatio,& c.cogitatio-
nis l.cogitationis 18.ff.de pœnis,& d.diſt.1.cap.nunquid &
17.q.1.c.vouentibus 32.q.5.c.ſicut enim ca.ſi Paulus c.nec
26 ſolo c.qui vident,& q.7.c.non ſolum.† Verum ſi inter ſer-
uos, vel cum ancilla ſtuprum, vel adulterium ſit commiſ-
ſum: hoc enim caſu lex Iulia de adulterijs ceſſat,& pro ea
legis Aquiliæ iniuriarum, vel ſerui corrupti pœna compe
tit l.inter 6.ff.ad l Iul.de adult.l.& ſi 25.C.eod.l.quæ adul-
terium 29.C.eod.l.25.ff.de iniurijs. Contradicit ius cano-
nicum 14.q.6.cap.vlt.ver.ancilla. Seruus tamen cum libe-
ra muliere adulterium,vel ſtuprum committens, lege Iu-
lia de adulterijs tenetur l.ſeruos quoque 5.ff.de accuſatio.
27 l.quoniam 26.§.fin.C.ad l.Iul.de adulret.† Punitur autem
hac lege non adulterium ſolum,ſed & ſtuprum in viduā,
vel virginem commiſſum, pœna tamen mitiore, vt infra
28 dicetur.§.item lex Iulia inſtitu.de publi.iudic. Porro † de-
precatio pœnæ nulla eſt,ſi ſe minor annis adulterium di-
car commiſiſſe: ſed nec,ſi quid eorum cōmiſerit,quæ pro
adulterio eadem lex punit, veluti ſi adulterij damnatam
ſciens vxorem duxerit,aut in adulterio deprehenſam vxo
rem non dimiſerit,quæſtum ve de adulterio vxoris fecerit
&c.non enim ſit ætatis excuſatio aduerſus præcepta legū
ei,qui,dum leges inuocat,contra eas committit leg.auxi-
lium 37.§.fina.ff.de minor.25.annis leg.ſi minor 36.ff.ad
leg.Iul.de adulret. leg.ſi adulterium 38.§.fratres ff.eodem.
29 † Neque ex eo, quod quis nondum viripotentes virgines
30 corruperit,leg.ſi quis 38.§.qui nondum ff.de pœnis.† Cū

ea

ea verò quæ matrisfamilias nomen non obtinet, qualis eſt
ea, quæ petentibus miniſterium præbet, vel aliàs proſtitu-
tam meretricio more vulgò ſe præbet, ſtuprum non com-
mittitur: niſi euitandæ pœnæ cauſa ſe talem præbeat, vel
alij nupta ſit, l. ſi ea 23. C. ad l. Iul. de adult. l. quæ adulteriũ
29. C eod. l. mater 10. § fin. ff. eod. leg. ſi vxor 13. §. ſed & in
ea. ff. eo. Sed de iure canonico cum ſoluta 32. quæſt. 4. c. ſic
non ſunt. §. fin. cum c. ſeq. q. 7. c. fieri poteſt, §. item lex Iu-
lia Inſtit. de publ. iudic. Cum meretrice, aut aliàs ignomi-
nioſa muliere ſtuprum committitur, d. q. 4. c. meretrices,
31 & c. in eo. † Item & cum deformi, vel paupere, 14. quæſt.
32 6. c. vlt. §. quando. † Honos autem, & miniſterium publi-
cum à pœna legis Iuliæ de adulterijs non excuſat, lege ſi
33 adulterium 38. §. fin. ff. ad l. Iul. de adulret. Si verò † leno-
cinio mariti mulier adulterata ſit: iure mariti accuſatio
denegatur, niſi fortè adulter, vel adultera inter eos rece-
ptus, receptave ſit, l. ita nobis 28. ibi lenocinij, C. ad l. Iul.
de adult. l. 2. §. qui hoc dicat, l. ſi maritus 15. §. præſcriptio-
nes, ff. eod. l. cum mulier 47. in fin. ff. ſolut. matrim. d. l. 2. §.
34 ſi publico. † Nec excuſatur mulier ſi dicat maritum eam
infamandi cauſa adulterum ſubornaſſe, l. is, cuius 14. §. ſi
35 vir. ff. ad l. Iul. de adulter. Planè † ſtupri crimen aboletur,
ſi matrimonium inter eaſdem ſequatur, niſi matrimoniũ
legibus non ſubſiſtat, vt fuit ſupra probatum. & cap. 1. de
36 adulterijs. † Vnde adulterio commiſſo, pœna nihilominus
durat, quãuis nuptiæ inter eaſdem fuerint ſequutæ, quia
eam, cum qua adulterium commiſit in vxorem, quis du-
cere nequit, l. commiſſum 27. C. ad l. Iul. de adult. facit cap.
gaudemus, de conuer. coniugat. & 32. q. 1. c. de benedicto.
37 † Vim quoque paſſa mulier in legem Iuliam de adulterijs
non committit, licet iniuriam ſuam protegendæ pudicitiæ
cauſa confeſtim marito renunciari prohibuit, l. ſi vxor 13.
§. ſi quis, ff. ad l. Iul. de adult. l. vim paſſam 39. ff. eod. l. fœ-
38 diſſimam 20. C. eo. & 34. quæſt. 1. c. non ſatis, §. legat. † ex-
tinguitur inſuper hoc crimen morte eius, qui id commiſit;
ſuperſtites tamen accuſari poteſt, l. denunciaſſe 17. §. fin. cũ
legibus ſequent. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. miles 11. §. adul-
terij, lege vim paſſam 39. §. in matrimonio, ff. eodem, & le-
39 ge fin. ff. eod. † Durante autem matrimonio, nec adulter,
nec adultera ab extraneo accuſari poteſt, probatam enim
à marito vxorem, & quieſcens matrimonium non debet
alius turbare, atque inquietare: niſi prius lenocinij maritũ
accuſauerit, vel in alio matrimonio non in eo, quod nunc
eſt, adulterium commiſſum dicatur. d. l. 11. C. eod. leg. cum
paſſam 39. §. 1. ff. eod. l. ſi quis 33. §. ſi quis, ff. eod. l. nuptam
40 mihi 5. ff. eod. † Sed & adulterij, vel ſtupri accuſatio ſe-
mel in iudicium deducta, & per ſententiam finita, vel de-
ſerta, amplius deferri non poteſt, l. ſicut 7. § ijſdem, ff. de
accuſat. Derelictam tamen ab alio accuſationem alius ex-
citare poteſt, l. conſtante 26. §. fin. ff. ad l. Iul. de adulter. Sed
& ſi alius antea fuerit accuſatus, poſtea alij accuſato non
prodeſt exceptio propoſita: niſi fortè adultero prius accu-
ſato, & abſoluto, mulier poſtea accuſetur: huic enim exce-
ptio rei iudicatæ non denegabitur, l. denũciaſſe 17. §. quæ-
ritur ibi expectabit, ff. ad l. Iul. de adulter. & §. fin. cum le-
gibus ſequentibus, ff. eod. l. 2. in princ. ff. eod. Planè ſi mu-
lier nupta eſſe deſierit, propoſita exceptione non iuuabi-
tur, l. adulter 19. §. fin. ff. eod. & in §. ſi eo tempore. Idem
41 dicendum, † ſi eo tempore, quo eligebatur reus, adultera
nupta non fuerit, quo autem abſoluatur, nupta inuenitur;
Nam hanc quoque, vel abſoluto adultero, accuſari poſſe
dicendum eſt: quia eo tempore, quo adulter eligebatur,
nupta non fuit, d. l. 19. §. ſi eo tempore. Nupta autem non
poteſt accuſari, non tantum ab eo, qui adulterum accuſa-
uit, nec obtinuit: ſed nec ab alio quidem, ſi adulter abſolu-
tus eſt, d. l. 19. §. nupta, ff. ad l. Iul. de adulter. Proinde & ſi
per colluſionem adulter fuerit abſolutus: habet mulier
nupta aduerſus omnes ſecuritatem, d. §. nupta, ibi proin-
42 de, &c. Præterea † quamuis vterque tam adulter, quam
adultera fuerint abſoluti, ſi tamen poſtea, vel turpiter cõ-
uerſati deprehendantur, vel matrimonium inuicem con-
trahant, non obſtante rei iudicatæ exceptione etiam ſine
accuſatione, & probatione vlteriore, pro conuictis haben-
tur Nouella conſtit. 134. §. ſi quis autem de adulterio, lege
43 qui adulterij 34. C. ad l. Iul. de adulter. Sed & ſi † accuſa-
tione inſtituta, mulier ſit abſoluta, extraneo accuſante: ta-
men marito debet permitti reſtaurare accuſationẽ, ſi ido-
neas cauſas allegare poſſit, quibus impeditus accuſationẽ
non inſtituerit, l. ſi maritus 4. §. fin. ff. ad leg. Iul. de adulter.
Poſtremò non obſtat exceptio propoſita, ſi prima accuſa-
tio inutiliter fuerit inſtituta; puta adultero, & adultera
ſimul accuſatis; hoc enim caſu nihil agitur, l. ſi maritus 15.
§. fin. ff. eod. Ideoque denuo accuſatio inſtitui poteſt, ſum-
44 pto initio, à quo accuſator voluerit, d. §. fin. Porrò † cri-
men adulterij, & ſtupri, perinde ac alia crimina, tollitur
abolitione impetrata, vel à lege conceſſa per deducta ſu-
perius, tit. 23. de abolitionibus. Tranſigi autem, vel paciſci
de hoc crimine non poteſt. l. de crimine 10. C. ad l. Iulia. de
adulter. l. tranſigere 18. ibi excepto adulterio, C. de tranſa-
45 ctio. † Huic autem accuſationi quinquennij præſcriptio
à die, quo adulterium dicitur commiſſum obſtat: quod
quinquennium non vtile, ſed continuum numerãdum eſt,
l. adulter 5. C. ad l. Iul. de adulter. l. ita nobis 28. ibi præter
quinquennij, C. eo. l. mariti 29. §. quinquennium, & l. quin-
quennium 31. l. miles 11. §. adulterij, ff. eo. eximitur tamen
ex hoc quinquennio illud tempus, quo vel contra aliuos,
vel ab alio accuſatio antea fuit inſtituta; d. l. 31. ibi quid er-
gò ſi prior mulier, &c. l. ſi maritus 4. in princip. quod idem
dicendum eſt de omnibus admiſſis ex lege Iulia venienti-
46 bus, d. l. 29. §. hoc quinquennium. Sed † & nõ obſtat quin-
quennij præſcriptio, ſi per vim adulterium, vel ſtuprũ cõ-
miſſum eſſe dicatur, neque crimen inceſti cum adulterio
coniunctum, præſcriptione hac excluditur, d. l. 29. §. fin. &
l. vim paſſam 39. §. præſcriptione, ff. ad l. Iul. de adulter.
47 Maritum † autem in primis genitalis tori vindicem, ac-
cuſatoremque eſſe oportet, l. quamuis 30. § in primis, C.
ad l. Iul. de adulter. Nec filiusfamilias maritus ab eo, qui
ſui iuris eſt, in hac lege ſeparatur, l. inter liberas 6. §. filiuſ-
48 familias, ff. ad l. Iul. de adulter. l. filiumfam. 37. ff. eo. † Ser-
ui planè ob violatum contubernium adulterij crimine ac-
cuſare non poſſunt, l. ſerui 24. C. ad l. Iul. de adulter. Sed &
periniquum videtur eſſe, vt pudicitiam vir ab vxore exi-
gat, quam ipſe non exhibeat: quæ res poteſt & virũ dam-
nare, non rem ob compenſationem mutui criminis inter
49 vtroſque communicare, l. ſi vxor 13. §. iudex, ff. eod. † Le-
nocinij etiam exceptione maritus ab accuſatione repelli-
tur, vt paulo ſuperius fuit probatum. Inter reos tamen re-
ceptus, receptave lenocinij exceptione non adiuuatur, vt
pariter ſupra probatur. Nam lenocinium mariti ipſum
50 onerat, mulierem non excuſat, vt ibi. † Hæc autem exce-
ptio, quod maritus alios etiam reos ex alijs criminibus ha-
beat, marito non obſtabit, l. inter liberas 6. §. fin. ff. ad l. Iul.
de adulter. Sed nec ea, quod vxor mulier vulgaris fuerit,
51 d. l. 3. §. ſed & in ea, ff. eod. Planè † de adulterio, vel ſtupro
ante contractum matrimonium commiſſo iure mariti ac-
cuſatio non competit, d. l. 13. §. ſi quis vxorem, & §. fin. leg.
propter 8. C. eod. Niſi puella violata ſponſa eius fuerit, d.
l. propter, & d. l. 13. §. Diui Seuerus, & §. ſi minor. Idem di-
cendum, ſi qua repudiata mox reducta ſit, non quaſi eadẽ
matrimonio durante, ſed quaſi alio interpoſito: Nam ex
adulterio in priore matrimonio commiſſo iure mariti ac-
52 cuſatio denegatur, dicta l. 13. §. fin. † Sed & poſt diuortiũ
ſtuprum commiſſum, maritus vindicare non poteſt, niſi
vxor ei ſine legitima cauſa repudium miſerit, tunc enim
ne viduitatem ſtupri procacitate commaculet, accuſatio
repudiato marito, iure defertur, l. mulier 35. C. ad l. Iul. de
53 adulter. Sed & † ſi quis vxorem ſuam, cum apud hoſtes
eſſet, adulterium commiſiſſe arguat: benignius dicetur,
poſſe eum iure viri accuſare: ſed ita demum ſi vim hoſtiũ
paſſa non eſſet, l. ſi ſuper 13. §. ſi quis, ff. ad l. Iul. de adulter.
54 † Si tamen ea ſit mulier, cum qua inceſtum commiſſum
eſt, vel ea, quæ quamuis vxoris animo habetur, vxor tamẽ
eſſe non poteſt: dicendum eſt, iure mariti accuſare eã non
poſſe, iure extranei poſſe, dicta lege 13. §. ſed ſi ea, §. ſi quis
55 vxorem, & §. ſi minor, leg. ſi eius 22. C. eodem. † Competit
autem iure mariti accuſatio intra 60. tantum dies diuortij
facti, non quidem continuos, ſed vtiles connumeratis etiã
diebus feriatis, l. miles 11. § ſexaginta, ff. ad leg. Iul. de adul
ter. Nec vlli alij intra id tempus, præterquam marito, &
patri accuſandi poteſtas datur, lege is, cui 14. §. marito. ff.
eodem. Vltra eos dies neutrius voluntas expectatur, dicto
§. marito. In diebus autem ſexaginta, & ipſe ſexageſimus
56 dies computatur, lege pater 30. in fine, ff. eodem. † Poſt
dies ſexaginta elapſos maritus iure extranei accuſare non
prohibetur, l. iure 6. C. eodem, lege miles 11. §. ſexaginta in
fine, ff. eodem. Et ſexaginta iſti dies incipiunt currere non
à die

Digitized by Google

à die commiſſi adulterij, ſed à die facti ideo diuortij, d.l.
ia, cui 14. §. marito ibi diuortij, ff. ad l. Iul. de adult. l. pater
57 30. in fine, ff. eodem. † Qui tamen negauerit ſe accuſatu-
rum, poſtea accuſare volens ab accuſando repellitur, lege
ſi maritus 15. §. ſi negauerit in fine, ff. eod. Sed ſi intra ſexa-
ginta dies accuſare volens non potuit, non repellitur, lege
6. in princip. C. eod. l. 11. §. quidam, ff. eo. l. ſi quondam 15.
l. ob commiſſa 21. C. eod. Non idem dicendum de eo, qui
cum accuſationem inſtituiſſet, deſtitit l. 2. §. 1. ff. ad l. Iulia.
58 de adult. l. abolitionem 16. C. eod. † Sed crimen adulterij
maritum retenta in matrimonio vxore, inferre non poſſe,
nemini dubium eſt, l. crimen 11. C. eod. c. ſi vir 3. de adul-
ter. 32. quæſt. 1. in princip. & cap. ſicut, cap. dicit, ver. Imò
cum illa, cap. ſi quia vxorem, cap. apud miſericordem, §.
quod ſi in adulterio, & §. vnde, & 34. quæſt. 1. c. penult. in
princip. † Idem dicendum de eo, qui dimiſſam vxorem
adulteram reduxerit, l. quæſitum 40 § fin. ff. ad leg. Iul. de
adulter. 34. quæſt. 1. c. non ſatis, §. rem nouam, verſ. cumq;
egreſſa. Niſi ob aliam, quam adulterij cauſam dimiſſa fue
rit 28. quæſt. 1. c. ſi quis gentilis. Et ſi autem alius prior ac-
cuſationem inſtituerit, tamen ſuperueniens maritus iure
mariti accuſare volens audiendus eſt, ſi non negligentia
præuentus eſt, l. ſi maritus 4. ff. ad l. Iul. de adulter. l. 2. §. ſi
60 ſimul ibi in tantum, ff. eod. † Sponſus quoque in ſponſa
ſtuprum commiſſum vindicare poteſt: quia nec matrimo
nium, qualecunque nec ſpem matrimonij violare permit
titur, l. propter 8. ibi niſi puella, C. ad l. Iul. de adulter. l. ſi
61 vxor 13. §. Diui, & §. ſi minor, ff. eod. † Patri etiam eam fi-
liam, quam in poteſtate habet, intra dies 60. diuortij accu
ſare permittitur, præferturque extraneis, l. is, cui 14 §. ma-
rito, ff eod. cum alijs citatis paulò ſuperius, ver. comperit.
In accuſatione tamen viduæ filiæ non habet pater ius præ-
cipuum, leg. nec in ea lege 22. §. 1. ff. ad leg. Iul. de adulter.
62 † Sed & ſi ſimul ad accuſationem veniant maritus, & pa-
ter mulieris, maritus patri præfertur, nam & propenſio-
re iure, & maiore dolore executurum eum accuſationem,
credendum eſt: intantum vt & ſi pater præuenerit, & li-
bellos inſcriptionis depoſuerit, marito non negligēte, nec
retardante, ſed accuſationem parante, & probationibus
inſtruente, atque muniente, vt facilius iudicantibus de a-
dulterio probetur, idem ſit dicendum, l. 2. §. ſi ſimul, ff. ad
l. Iul. de adulter. l. niſi igitur 3. ff. eod. Niſi igitur pater ma-
ritum aut infamem arguat, aut doceat, colludere magis
63 cum vxore, quam ex animo accuſare, d. l. 3. † Sed & ſi ma-
ritus in magiſtratu ſit, vt accuſare interim non poſſit, pa-
tris quoque accuſatio impeditur, ne præripiatur marito
ius, quod cum eo æquale habet. Igitur non cedent ſexagin
ta dies patri, cum accuſare non poteſt, l. ſi maritus 15. ff. ad
l. Iul. de adulter. Quod autem ſupra dictum eſt de marito
negante, ſe accuſaturum, vel deſiſtēte idem de patre quo-
que intelligendum eſt, dicta l. 15. §. ſi negauerint, ff. eodē.
64 Porrò † poſt maritum, & patrem extraneis, qui accuſare
poſſunt, facultas conceditur. Nam poſt 60. dies vtiles, qua-
tuor menſes extraneis dantur, & ipſi vtiles, l. 4. §. extraneis,
ff. ad l. Iul. de adulter. l. qui cœtu 5. §. fin. ff. ad l. Iul. de vi pu
bl. In nupta quidem ex die diuortij computandi: in vidua
verò ex die commiſſi criminis, l. mariti 29. §. ſex mēſium.
Qui autem accuſare non potuit, & dicti quatuor menſes
non currunt, l. miles. §. quidam, ff. eo. d. §. extraneis. Quin-
quennij tamen præſcriptione ſummouebitur, dict. l. 29. §.
præterea ibi ſi ex die diuortij, ff. ad l. Iul. de adulter. quod
65 & ſupra probatum fuit. † Pluribus autem extraneis ad ac-
cuſationem proſilientibus, iudex de iuſto accuſatore con-
ſtituet, l. 2. §. fin. ff. eo. Poteſt tamen vnus adulterum, alter
adulteram accuſare, l. denunciaſſe 17. §. quæritur, ff. ad l.
66 Iul. de adulter. † Quod verò diximus, extraneis quoque
accuſandi facultatem concedi, id nouo iure correctū eſt:
Quamuis enim adulterij crimen inter publica referatur,
quorum delatio in cōmune omnibus ſine aliqua legia in-
terpretatione conceditur: tamen ne volentibus temerè li-
ceat fœdare connubia, proximis, neceſſarijsque perſonis
ſolummodo placeat deferri copiam accuſandi, hoc eſt pa-
tri, fratri, nec non patruo, & auunculo, quos verus dolor
ad accuſandum impellit. Sed & his perſonis legem impo-
nimus, vt crimen abolitione (ſi voluerint) compeſcant. Ex-
traneos autem procul ab accuſatione arceri debere. Nam
& ſi omne genus accuſationis neceſſitas inſcriptionis ad-
ſtringat, nonnulli tamen proteruè id faciunt, & falſis con-
tumelijs matrimonia deforment, l. quamuis 30. in princ.
& §. fin. ff. ad l. Iul. de adulter. cap. maritus 4. de adult. cum
alijs allegatis, in glo ſtatuti vrbis, libro primo, capitul. 50.
67 † Sed & minores 25. annis lege Iulia de adulterijs ſpecia-
liter accuſare prohibentur, ſi non matrimonij ſui iniuriā
exequātur. Nam ſi ſuum matrimonium vindicare velint,
quāmuis iure extranei ad accuſationem veniant, tamē au-
dientur, nec vlla præſcriptio obijcitur ſuam iniuriam vin-
dicanti. Sanè ſi iuuenili facilitate ductus, vel etiam feruore
ætatis accenſus ad accuſationem proſilit, accuſanti ei nō
facilè calumniæ pœna irrogabitur minorem 25. annis ac-
cipimus, & eum, qui annum 25. ætatis agit, l. ſi maritus 15.
§. lex Iulia. ff. ad l. Iul. de adulter.
68 † Quamuis autem marito in primis ius accuſandi com
petat, vt iam ſupra diximus, vxor tamen maritum adul-
terij accuſare prohibetur, ſed & adulterum, l. 1. C. ad leg.
69 Iul. de adulter. † Aduerſus quos accuſatio hæc cōpetat,
nunc eſſet dicendum, ſed de hoc quædam ſupra ſunt di-
cta. Nam & eos, qui domum præbuerint, lenocinium fe-
cerint, pecuniam pro comperto ſtupro acceperint aliaſ-
que plures, propoſita accuſatione teneri diximus. Inter
nuncij quoque, & miniſtri huius criminis eadem pœna
plectēdi ſunt, quique adulterium, vel ſtuprum ſuaſerint,
l. hæc verba 12. ff. ad l. Iul. de adulter. §. ſi quando adulte-
70 rij Nouell. conſt. 134. † Quando autem, & quo ordine ac-
cuſatio hæc competat dicendum reſtat. Extraneis igitur
(vt ſupra quoque dictum eſt) intra 60. dies facti diuortij
accuſatio non datur, niſi maritus & pater negauerint ſe
accuſaturos, lege is, cuius 14 §. marito, ff ad l. Iul. de adul-
ter. l. ſi maritus 15. §. ſi negauerint, ff. eod. quod ius extra-
71 neis nouo iure per omnia ſublatum fuit, vt diximus, † reos
autem adulterij duos ſimul, marem, & fœminam ex eadē
cauſa fieri lex vetat: ſed ordine pergi vtroſque licet, niſi
fortè non ab vno, ſed à diuerſis accuſentur: nam vnus a-
dulterum, alter adulteram ſimul accuſare non prohibetur
dicta lege 15. §. fin. l. denunciaſſe 17. §. quæritur, ff. ad l. Iul.
de adulter. lege nihil intereſt 32 §. cum alterum, lege vim
72 paſſam 39. §. duos, ff. eod. l. reos 9. C. eod. † Sed & nō pro-
hibetur accuſator cum adultero, vel adultera, eum quoq;
accuſare, qui domum ſuam præbuit, vel conſilio fuit, vt
crimen redimeretur, dicta l. 32. §. fin. Inceſti quoque com
mune crimen aduerſus duos ſimul intentari poteſt, l. qui
pupillam 7. §. fin. ff. ad l. Iul. de adulter. dicta l. 39. §. inceſti,
73 ff. eod. † liberum verò eſt accuſatori, vtrum prius adulte-
rum, an adulteram accuſare velit, lege ſi maritus 15. §. in
viduitate, ff eod. l. nuptam 5. ff. eo. Niſi adultera ſit nupta,
tunc enim ab adultero, non adultera incipiendum eſt, nec
ante ad adulteram peruenire poteſt, niſi adulter fuerit
condemnatus, dicta l. 5. & l. 2. in princip. ff. ad l. Iul. de adul
ter. l. denunciaſſe 17. §. quæritur ibi duoi ſi ante, ff. eod. l. ſi
dum 12. C. eod. l. ita nobis 28. ibi illam etiam quæ, C. eod.
74 quod tamen diſtinctionem recipit. † Nam ſi cum mulier
adultera nuberet, ei ab accuſatore denunciatum ſit, ne nu-
bat, ſe adulterij eam accuſaturum, ab ea incipere poteſt, l.
qui vxori 16. ff. eod. Denunciaſſe autem ſimpliciter ſufficit
& ſi non ad iudicem, l. denunciaſſe 17. in princ. ff. eod. Sed
& ſi non addiderit rationem, quare denunciet, nihilomi-
nus ab ea incipere poteſt, d. l. 17. § quid ergo. Idem dicen-
dum ſi fecerit quidem adulterij mentionem in denuncia-
tione, quamuis non demonſtrauerit iudicem, apud quem
eam accuſare velit, d. §. quid ergo ibi omnino igitur. Quid
tamen ſi ſpecialiter, cum quo adulterium fecit denuncia-
tione complexus eſt, mox velit eam ex alterius perſona ac-
cuſare magis eſt, vt non debeat audiri, neque enim crimē,
quod denunciauit obijcit, dicta l. 17. §. quid tamen. Siue
autem per ſe, ſiue per alium, quamuis per ſeruum ſuum
denunciauerit, nihilominus electio accuſatori reſeruatur,
ſufficitque vel ad domum mulieris denunciationem miſ-
ſam eſſe, dicta lege 17. §. ſed & ſi, & lege vim paſſam 39. §.
nupta prius, ff. ad l. Iul. de adulter. Quid ergo, ſi non qui-
dem denunciauerit, verum libellos accuſatorios dederit,
antequam nuberet, eaque cum cognouiſſet nupſit ne igno
rans? Vulpianus putat, non videri ei denunciatum: id-
circo non poſſe accuſatorem ab ea incipere, lege denun-
ciaſſe 17. §. primo, ff. eodem. Planè ſi quis adulterium à ſer
uo ſuo commiſſum dicat in eam, quam vxorem habuit:
accuſare potius mulierem debet, quam in præiudicium
eius ſeruum torquere, lege ſeruos 5. §. fin. ff. de accuſat. l. ſi
quis

Digitized by Google

quis 33.in princi.ff.ad leg.Iul.de adult. & hæc de electio-
ne accuſatoris, vtrum ab adultero, an adultera incipere
velit, & valeat, dixiſſe ſufficiat. Durante autem matrimo-
nio, in quo adulterium dicitur commiſſum, accuſationem
propoſitam non competere, ſed diuortio facto, iam dictũ
75 fuit.† Accuſatio eius, qui in honore, miniſteriòue publico
eſt, aut reipublicæ cauſa abeſt, differtur leg. ſi maritus 15.
§.legis Iuliæ leg. ſi adulterium 38.§.fin.ff.ad l.Iul.de adult.
76 † Sed & ſi ventris nomine mulier miſſa ſit in poſſeſſionẽ,
differenda eſt accuſatio adulterij, ne quod præiudicium
nato fiat leg. ventris 8.ff.de ventr.in poſſ.mitten. Niſi mu-
lier adultera non negetur ex defuncto prægnans eſſe, neq;
infans ex defuncto conceptus leg. miles 11.§. defuncto ff.
ad leg. Iuliam de adulter. Et plura de materia referuntur
in Syntagm.commu.opin.iuris loco 8.tit.6.

SVMMARIVM.

1 *Pœna adulterij capitalis in viro ciuili iure.*
2 *Mulier adultera in monaſterium detruditur.*
3 *Pœna ſtupri, quæ.*
4 *Pœna adulterij de iure canonico, quæ.*
5 *Stupratores ſtupratam vxorem ducunt.*
6 *Præſcriptio appoſita ante tractanda, quam quis deſcribatur inter reos adulterij, vel ſtupri.*
7 *Præſcriptiones, quæ obijci poſſunt adulterio.*
8 *Quæſtio de quibus habenda in crimine adulterij.*
9 *Quæſtioni qui debent intereſſe.*
10 *Serui quæſtioni ſubijciendi publicantur.*
11 *Serui torquendi non poſſunt manumitti.*
12 *Adulterium per vim tranſit in raptum.*
13 *Ancilla ſi ſit vitiata, ſeruus corruptus, ſerui corrupti eſt actio, legis Aquiliæ, & iniuriarum.*
14 *Adulter poteſt retineri per horas 20.*

De pœnis, & alijs, quæ in hac adulterij, & ſtupri accuſatione veniunt. Tit. 36.

QVicquid conentur allegati per Menoch. lib.2. de
arbitr.cent.5.caſ.419.num.30.& ſequen.oſtendere
pœnam adulterij ex l.Iulia non eſſe capitalem, ſed
longè ab ea mitiorẽ. Nos pro vero, & abſoluto
1 ex Cæſarum conſtitutionibus dicimus † adulterij quidem
pœnam capitalem eſſe. Nam adulter gladio puniri iube-
tur expreſſè in l.quamuis 30.§.fin.C.ad l.Iul.de adulter.§.
item lex Iulia de adulter.inſti.de public.iudic.l.tranſigere
18.C.de tranſact.leg.caſtitati 7.C.ad l.Iul.de adulter. Me-
noch.vbi ſupra nume.52.& ſequen. Clar.in §. adulterium
2 num.7.quamuis adultera mitiori pœna puniatur.† Nam
in monaſterium detruditur iure nouiſſimo §. mulier verò
Nouella conſti.134.& vir lucratur, dotem l.cum mulier ff.
ſoluto matrim.c.plerumque de donatio.inter vir.& vxor.
Clar.vbi ſupra nu.13.. Viuius opin.incip. adulteri. Sed gla-
dij pœna nullibi ſeruatur, vt probant Clar.vbi ſupra num.
7.Rebuff.in proœm.conſti.num. 108.Caſtàn. de iuſt.num.
46.& alij plures citati apud Stephanum Aufre.per addẽt.
in fallent.11.regu.4. de poteſtate ſeculari in Eccleſiaſticos.
3 † Stupri autem pœna eſt publicatio dimidiæ partis bono-
rum: niſi vel humilis ſit perſona: tunc enim corporis coer-
citio eſt cum relegatione, vel niſi quis cum ea, quam vxo-
rem habere non poteſt, ſtuprum commiſerit: hic enim in
inſulam deportandus eſt, dicto §.item lex, & le.1.§.fi. ff.de
extraor.crimin.leg. ſi quis 5.ff.de quæſtio.leg. ſi adulteriũ
38.§.primo ff.ad leg.Iul.de adult.Clar.in §.adulterium, &
in §.ſtuprum, niſi ſtuprator ſtupratam ducere, vel dotare
velit Clar. ibi. Si tutor pupillam ſuam corruperit, & ipſe
deportari iubetur leg. prima C.ſi quis eam, cuius tutor
fuerit Clar.in §.fornicatio numero 23. Plane qui nondum
viripotentes virgines corrumpunt, humiliores in metal-
lum damnantur: honeſtiores in inſulam relegantur, aut in
exilium mittuntur Clar.in §.ſtuprum numero nono leg. ſi
quis 38.§. qui nondum ff.de pœnis. Mulier autem proprijs
ſeruis ſe iungens, capite punitur leg.1.C.de mulierib. quæ
ſe propr.ſer.iunxerunt 12.quæſt.2.cap. plectitur, & capit.
Epiſcopus §.ſi qua cum ſeruo Clarus in §.fornicatio num.
4 20.& §.fin.quæſt.68.num.28.† De iure canonico Adulte-
ri relegantur 32.quæſt.prima capitu. de benedicto. Adul-
teræ in Monaſterijs perpetuam pœnitentiam agere debẽt
cap.gaudemus 19.de conuer.coniug. Cla.in §.adulterium
5 num.7. Viuius. Adulteri nume.3.& 4.† Stupratores vitia-
tam ducere, & dotare tenentur, ſi pater conſentire velit, ſi
nolit tenentur dotare, niſi caſtigati, & excommunicati in
Monaſterio, dũ vixerint, pœnitentiam agere malint c. 1.&
2.de adulter. De iure municipali diuerſorum locorum aliq
mitiores pœnæ infliguntur etiam pecuniariæ, vt in ſtatuto
Vrb.lib.2.capit.50. Et in tota Italia, teſte Claro poſt alios,
quos ipſe citat in §.adulterium numer.7. prope finem ad-
6 dent.ad Aufrer.vbi ſupra.† Porro in adulterijs, vel ſtupri
iudicio præſcriptiones, quæ obijci accuſantibus ſolent an-
te tractandæ ſunt, quam quis inter reos recipiatur. Cæte-
rum poſtea quam ſemel receptus eſt, non poteſt præſcri-
ptionem obijcere leg. ſi maritus 15.§.præſcriptiones ff. ad
7 l.Iul.de adulter. † Sed nec ciuiles præſcriptiones, quibus
aut dos repeti fingitur, aut ratione aliqua debitum flagi-
tatur, in hoc iudicio ſunt obijciendæ: nec dilationes in hoc
iudicio concedendæ, niſi cauſa cognita leg. adulterij 33. ff.
eodem leg. in crimine 41.ff.eodem. Sed illæ, de quibus in l.
8 ita nobis 28.C.eod. † Quod autem ad quæſtiones attinet:
vltra probationes, de quibus in §.ad hęc verò Nouella cõ-
ſtitut.117.ſciendum eſt in adulterij quæſtione ab omni fa-
milia non ſolum mariti, ſed etiam vxoris (quæ tamen tunc
temporis domi fuerit, quo adulterium dicatur commiſ-
ſum) ſine cuiuſquam defenſione quærendum leg. in adul-
terij 32.C.ad leg. Iul.de adulter.l.ſi poſtulauerit 27.§.ha-
beri ff. eodem leg. conſenſu 8.§.ſeruus C.de repud. Sed &
de ſeruis, ancillisve parentis eius, de quo quæritur d.§.ha-
beri. Niſi parens naturalis ſit leg. non ſolum 3.C.ad leg.
Iul.de adulter. Item & de exteris ſeruis quæſtio haberi po-
teſt, quod proximæ limitationi uidetur contradicere d.l.
3.§.non ſolum. Vnde de eo quoque ſeruo, in quo vſum-
fructum reus habuit, quæſtio haberi poteſt, licet enim ſer-
uus eius non fuerit, in ſeruitute tamen fuiſſe videtur, nec
tam proprietatis cauſa ad quæſtionem, quam miniſterij
pertinet. Ergo & ſi bona fide ſeruiat reo ſeruus alienus,
admittat quis interrogari per quæſtionem poſſet leg. ſi po
ſtulauerit 27.§.de eo quoque ff.ad leg. Iul. de adult. quod
idem, & de ſtatu libero dicendum eſt dicto §.de eo ibi. Sed
9 & ſi ſeruus. † Quæſtioni autem intereſſe iubentur, reus,
reaue, & patroni eorum, & qui crimen detulerit, interro-
gandique facultas datur patronis d.leg.27 §. quæſtioni ff.
ad leg.Iul.de adulter. Porrò ſi poſtulauerit accuſator, vt
quæſtio habeatur de ſeruo, iubent iudices, eum ſeruum
æſtimari, & vbi æſtimauerint tantam pecuniam adulterũ,
& tantam eum, qui nomen eius ſerui detulit ei, ad quem
ea res pertinet dare iubebunt d.leg.27.in princ. Iubet etiã
lex Iulia de adulterijs eos ſeruos rei, reæue, de quibus quę-
ſtio ita habita ſit, publicos eſſe. Proinde in communi par-
tem publicamus: in proprio cuius vſusfructus alienus eſt,
nudam proprietatem, in quo tantum vſumfructum ha-
buit reus, magis eſt, vt perceptio vſusfructus ad publicũ
10 incipiat pertinere.† Alienum ſeruum vtique non publica-
mus. Ratio autem publicandorum ſeruorum ea eſt, vt ſi-
ne vllo metu verum dicatur, & ne dum timeant ſe in reo-
rum poteſtatem regreſſuros, obdurent in quæſtione. Non
tamen prius publicantur, quam quæſtio de illis habita fue
rit. Sed & ſi negauerint, nihilominus publicantur. Ratio
enim adhuc eadem eſt, nedum hi ſperant, ſe in poteſtatem
dominorum reuerſuros ſi negauerint, ſpe meriti collocan
di in mendacio perſeuerent. Sed & ſerui accuſatoris, ſi de
his quæſtio habita ſit, publicentur, eius enim ſerui ne men
tiantur, merito à dominio eius recedunt. Extranei verò
non habent, cui gratificentur dicta leg.27.§.iubet lex cum
11 ſequent. ff. ad leg. Iul. de adulter. Præterea † ſerui tor-
quendi, intra duos menſes, matrimonio ſoluto, manumit-
ti, vel diſtrahi prohibentur leg. non ſolum 3. & leg. vlt.C.
eod. Poſtremo quamuis ex adulterio, vel ſtupro accuſatio
competat lege Iulia de adulterijs introducta: habet ta-
12 men hac accuſatio alia remedia. Nam † ſi per vim adul-
terium, vel ſtuprum commiſſum ſit raptus crimen eſt,
13 de quo ſupra titulo 30. † Si ancilla vitiata ſit, vel ſeruus
corruptus, ſerui corrupti actio eſt, item legis Aquiliæ, &
iniuriarum, l.inter liberas 6.in princip. ff. ad l.Iul.de adul.

ter.vt ſupra quoque fuit oſtenſum tit. 34. Sed & patri, nec
non marito licet adulterum in ipſo actu deprehēſum oc-
14 cidere vt ſupra dictum eſt. † Sed & lege Iulia de adulte-
rijs cauetur, vt viro adulterum cum vxore ſua deprehen-
ſum, quem aut uolit, aut non liceat occidere, retinere ho-
ris diurnis, nocturniſque continuis non plus, quam 20. te-
ſtandæ eius rei cauſa ſine fraude ſuo iure liceat. Vlpianus
arbitratur etiam in patre id ſeruandum, quod in marito
expreſſum eſt. Sed & ſi non in domo ſua maritus depre-
henderit, poterit retinere. Sed ſemel remiſſus adulter re-
duci non poteſt. Quid ergo ſi euaſerit? an reductus cuſto-
diri viginti horis poſſit? Et putat Vlpianus hic magis di-
cendum reductum retineri poſſe teſtādę rei gratia. Quod
adijcitur teſtandæ rei gratia: ad hoc pertinet, vt teſtes in-
ducat teſtimonio futuros accuſatori, deprehenſum reum
in adulterio, l. capite 25. ff. ad l. Iul. de adulter. Sed & plura
de materia proponuntur in ſyntagma commu. opin. iuris
loco 8. tit. 6. & affert Duarenus eodem titul. ad leg. Iul. de
adulter.

S V M M A R I V M.

1 *Falſitas quid ſit.*
2 *Falſitas multis modis committitur.*
3 *Falſum facit, qui alienam manum imitatur.*
4 *Subreptio instrumenti non eſt falſitas.*
5 *Producens falſum instrumentum tenetur de falſo.*
6 *Obreptio eſt falſitas*
7 *Litteras Papæ falſificans tenetur de falſo.*
8 *Falſis vtens conſtitutionibus, & corrumpens veras, tenetur de falſo.*
9 *Teſtamentum pluribus modis falſificatur.*
10 *Teſtamentum nullum nullo modo falſificatur.*
11 *Adſcribens ſibi aliquid in teſtamēto tenetur de falſo, limitatur, & declaratur.*
12 *Adſcribēs filio, vel ſeruo aliquid in teſtamento, tenetur de falſo, limitatur, & declaratur.*
13 *Adſcribens extraneo non tenetur falſo.*
14 *Filius matri iuſtè adſcribit in teſtamento.*
15 *Maritus vxori iuſtè in teſtamento adſcribit.*
16 *Adſcribens ſibi ſub cōditione, quæ non eſt in eius poteſtate impunè adſcribit.*
17 *Adſcribens ſibi cum onere reſtituendi non capit.*
18 *Adſcribens ſibi legatum inutile pœna tenetur.*
19 *Adſcribens quod ſibi debetur venia dignus.*
20 *Adſcribens ſe tutorem an erit tutor.*
21 *Adſcribens ſibi cum ſubſcriptione teſtatoris pœna non tenetur, & poteſt capi.*
22 *Filius, & ſeruus ſibi adſcribentes capiunt.*
23 *Filia in teſtamento matris validè ſibi adſcribit.*
24 *Seruus libertatem validè ſibi adſcribit.*
25 *Ignorantia iuris ſibi adſcribentis non excuſat.*
26 *Adſcribi nec in militis teſtamenta quicquam ſibi à ſe poteſt.*
27 *Adſcribere ſibi quis nec in Codicillis poteſt.*
28 *Adimens legata manu ſua de falſo non tenetur.*
29 *Hæres exhæredationem ſi ij ſcribens de falſo tenetur.*
30 *Exhæredans ſe, vel legatum ſibi adimens falſi pœna non tenetur.*
31 *Alienans non duobus de falſo tenetur.*
32 *Aduocatus ad aliam partem tranſiens falſi tenetur.*

De lege Cornelia de falſis.
Tit. 37.

SEquitur videre de lege Cornelia de falſis: qua lege
1 puniuntur falſitas: † Quæ nihil aliud eſt, quàm vero-
rum imitatio. Nouella conſtit. 73. in princ. & plura
de falſis proponuntur in ſyntagm. commun. opin. iuris lo-
2 co 8. tit. 4. per tot. † Committitur autem falſum varijs mo
dis: in ſcriptis, & tabulis, in teſtamento, & codicillis, in
teſtimonio, in moneta, & nummis in pondere, & mēſura,
in nomine, & vitæ conditione, in ſignis, & titulis, in partu,
de quibus ſingulis ordine dicetur. Qui igitur in rationi-
bus, tabulis, cereisve, vel alia aliqua re, ſine conſignatione
falſum fecerint, vel rem amouerint, perinde ex his cauſis,
atque ſi erant falſarij puniuntur, lege prima. §. qui in ra-
tionibus, ff. ad l. Cornel. de falſ. l. Paulus 16. §. Paulus, lege
quid ſit 23. ff. eod. Clar. in §. falſum per tot. & numero ſe-
3 cundo, & 17. † falſum autem facere videtur qui chirogra
phum alienum imitatur, aut libellum, vel rationes inter-
dicit, vel deſcribit: non qui aliàs in computatione, vel in
4 ratione mentitur, d. l. quid ſit 23. † Inſtrumentorum ſub-
reptorum crimen non eſt publici iudicij, niſi teſtamētum
alicuius ſubreptum arguatur, dicta l. Paulus 16. in princ.
5 ff. eodem. † Punitur etiam, qui falſum inſtrumentū apud
iudicem ſciens recitauit, lege falſi nominis 13. §. ordine, ff.
eod. vel protulit, l. Diuus Pius, ff. eod. Clar. vbi ſupra, nume
6 ro 18. † Sed & punitur perinde ac ſi falſum feceris, qui
obrepit Præſidi per acta, vel per libellum, leg. ſi quis 29. ff.
eod. Menoch. de arbitr. libro ſecundo. cent. 4. caſ. 314. latè
7 agit. † Et qui literas Papæ de manibus eius, vel officialiū
eius non recepit, cap. licet, §. eos etiam de crimin. falſ. Vel
qui falſas litteras non deſtruxit, vel reſignauit, cap. dura 4.
§. adijcientes, eodem tit. Vel falſificauit, cap. ad falſarium
7. de crimine falſi. Sed de falſis literis Papæ probandis,
atque cognoſcendis cauetur, in c. quam grauı 6. de crimi-
ne falſi. Verum falſitas literarum non conuincitur ex ra-
ſura in loco non ſuſpecto facta, cap. ex 9. eodem tit. cap.
8 ex literis 3. de fide inſtrum. Item † falſi pœna tenetur, qui
falſis conſtitutionibus, vel reſcriptis vſus eſt, nec non is,
qui edicta propoſita dolo malo corrupit, l. penult. & fin.
ff. ad leg. Cornel. de falſ. leg. qui nomine 25. ff. eodem, leg.
maiorem 4. C. eod. l. 1. ff. de concuſſ. l. ſi quis 7. cum ſeque.
9 ff. de iuriſdict. Menoch. vbi ſupra caſu 315. Præterea † qui
teſtamentum amouerit, celauerit, rapuerit, deleuerit, in-
terleuerit, ſubiecerit, reſignauerit, quive teſtamentum,
vel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, ſignauerit, re-
citauerit, mutauerit dolo malo, cuiusve dolo malo id fa-
ctum erit, legis Corneliæ pœna damnatur: nec diſtingui-
tur, vtrum viuo, an mortuo teſtatore factum ſit, lege pri-
ma, §. is, qui l. 2. l. lege Cornelia 9. §. pœna, lege ſi quis 38. §.
qui viui, ff. ad l. Cornel. de falſ. l. eum, qui 14. C. eod. § item
lex Cornelia de falſ. Inſt. de publ. iudic. Menoch. de arbi-
10 tr. caſ. 311. Planè † teſtamentum, quod nullo iure valet,
impunè ſupprimitur: nihil eſt enim quod ex eo aut peta-
tur, aut conſiſtere poſſit, dicta l. 38. §. teſtamentum, lege ſi
11 quis 6. in princip. ff. eod. Præterea † ſi quis aliquid in teſta-
mento, vel codicillis alicuius ſibi ipſi ſua manu adſcripſe-
rit: Senatus conſulto Claudiano cauetur, vt perinde tenea
tur, ac ſi in legem Corneliam commiſiſſet, & adſcriptum
non valet, l. Diuus 15. in princip. ff. ad l. Corn. de falſ. l. quæ
4. C. de his qui ſibi adſcrib. l. 1. ff. de his, quæ pro nō ſcript.
12 hab. Clar. in d. §. falſum, numero 27. † Idem dicendum, ſi
quis non ſibi, ſed ei, in cuius eſt poteſtate, vel ei, qui in ea-
dem eſt poteſtate, vel denique ei, quem habet in ſua pote-
ſtate adſcripſerit, l. de eo 10. in princip. ff. ad leg. Cornel. de
falſis, l. Diuus, § 1. ff. eod. l. filius 14. ff. eod. Hoc tamen po-
ſteriore caſu ſi pater filio ſuo militi, quem habet in pote-
ſtate, teſtamento commilitonis filij aliquid adſcripſerit,
quem commilitonem in militia nouit; quia patri non ac-
quiritur, extra pœnam eſt, lege ſi pater 11. in princip. ff. ad
l. Cornel. de falſis. Sed & ſi ei filio, qui apud hoſtes eſt, ad-
ſcripſerit pater legatum, & filius apud hoſtes deceſſerit:
innocens pater exiſtimabitur, leg. impuberem 22. §. pri-
mo, ff. eodem. Idem de patre, vel domino, qui filio, vel ſer-
uo adſcripſit ſub hac conditione, cum ſui iuris erit, dicta
l. 22. §. ſi dominus. Sed & ſi dominus ſeruo, cui moram fe-
cit in fideicommiſſaria libertate præſtanda, aliquid ad-
ſcripſit extra pœnam eſt, dicta l. 22. §. item ſi ſeruo ibi.
Sed & ſi ſeruo. Idem dicendum, ſi quis ſeruo alieno, quē
bona fide poſſidet, aliquid adſcribat, lege filius 14. ff. eod.
l. de eo 10. §. fin. ff. eodem. Quoniam id, quod adſcribitur
bonæ fidei poſſeſſori, non adſcribitur, vt ibi. Sed & ſi ſer-
uo ſuo fideicommiſſariam libertatem adſcripſerit, extra
pœnam eſt, niſi ideo adſcripſerit, vt ſeruus magno pretio
redimatur ab eo, & manumittatur, d. l. impuberem 22. §. ſi
teſtamentarius. Nihil aūt intereſt ſiue proprio ſeruo, ſiue
cum alio communi aliquid adſcripſerit. Nam vtroque
caſu in Senatuſconſultum incidit, l. filius 14. ff. eo. & d. l. de
13 eo 10. illud cōſtat † ſi extraneo quis adſcripſerit legatū li-
cet poſtea viuo patre in poteſtate eū hēre cœperit: Sena-
tuſcōſulto locū nō eſſe d. l. 10. §. fi. & ſi pater filio emācipa-
to vel alij in adoptionē dato adſcribat, rectè faciet d. l. 22.
§. ſi

Digitized by Google

§.ſi ei filio in fine † Filius quoque matri iuſſu teſtatoris ali-
14 quid adſcribens, impunitus eſt, & mater capere poteſt l.ſi
pater in fine ff.ad l.Cor.de falſ.† Vxori quoque legatum
15 in alieno teſtamento adſcribere non prohibentur l. vxori
16 18.in princ.ff.eod. † Sed & ſi quis ſibi adſcripſerit ſub ea
conditione, quæ in poteſtate eius non eſt, placet pœnam le
gis Corneliæ ei remitti, & adſcriptum valere l. Diuus 15.
§.fina.ff.eodem. Qui autem liberti adſignationem ſua ma
nu ſibi adſcripſit, non verbis, ſed ſententia Senatuſconſul-
17 ti tenetur leg. impuberem 22.§. qui liberti ff.eodem. † Et
ſi autem quis id, quod ſibi adſcripſit, alij reſtituere ſit ro-
gatus, vel ſeruum ſibi adſcriptum manumittere: iuſſit ta-
men Senatus eum nihilominus à legato abſtinere, idque
apud hæredem remanere cum onere fideicommiſſi leg. fi-
lius 14 §.fina.ff.ad leg Cornel.de falſ.leg.vlt.ff.de his, quæ
pro non ſcriptis leg.cum quidam 17.ff.ad leg. Cor.de falſ.
18 † Sed & ſi legatum, quod ſibi adſcripſit, alia ratione inuti
le ſit: nihilominus pœna legis Corneliæ tenetur; niſi fortè
in teſtamento imperfecto, & non ſignato adſcriptum ſit:
hoc enim caſu pœnæ locus non eſt leg. ſi quis 6.in princ.ff.
19 eod. Præterea † qui ſibi in teſtamento, quod ſibi etiam ſi-
ne teſtamẽto debetur, venia dignus eſt, & id, quod ſibi ad-
ſcripſit, priſtina actione perſequi non prohibetur d.leg.6.
§.fina.& leg.1.C.de his qui ſibi adſcrib. Is etiam, qui alte-
rius legato conditionem adiecit pecuniæ ſibi dandæ in vo-
luntatem Senatuſconſulti incidit leg. impuberem 22. §. ſi
20 teſtamentarius in fine ff.ad l.Corn.de falſis. Plane † qui ſe
tutorem filio teſtatoris adſcripſit, & ſi ſuſpectus eſſe præ-
ſumitur, tamen ſi idoneus eſſe approbetur non ex teſtamẽ
to, ſed ex decreto tutor dandus eſt leg.vxori 18. §.qui ſe ff.
eodem, vt diximus etiam in tracta.de tutela, & cura libro
primo titul.2.numer.34. Qui autem in alterius teſtamento
ſibi aliquid adſcripſit non excuſatur, quamuis totum te-
ſtamentum ſcripſerit, & dictãte teſtatore aliquid ſibi ad-
ſcripſerit leg. Diuus 15.ff.ad leg.Cornel.de falſ.leg.Senatus
capit.3.C.de his qui ſibi adſcrib.leg. filius 14.in princip.ibi
licet iuſſu patris ad leg.Corn.de falſ.l.quod S.C.de his, qui
21 ſibi adſcribun. Plane † ſi teſtator ſubſcripſerit teſtamento
excuſatio admittitur, quo tamen caſu inter filium, & ſer-
uum, & extraneum teſtamentum ſcribentes, hoc intereſt,
quod in extraneo, ſi ſpecialiter ſubſcriptio facta eſt. Quod il
li dictatur, & recognouit: pœna ceſſat, & capi poteſt l.1.§.
inter filium d.l.14.in princi.ibi excuſatus enim ff.ad l.Cor.
de falſ.l.Diuus 15.§.item Senatus cum ſeq.leg.impuberem
22.§.item non ibi, quoniam vt ſupra ff.eod.l.fina.C.de his,
22 q ſibi adſcrib. † In filio, & ſeruo vel generalis ſubſcriptio
ſufficit, & ad pœnam euitandam, & ad capiendum. Nam
hi neceſſitate poteſtatis cum dominis, vel parentibus ſuis
parent, excuſantur, vt in allegatis iuribus, & in l.Diuus 15.
§.Plane ff.ad l.Corn.de falſ.l.Senatus 5.ff.eod.l.2.C.de his,
qui ſibi adſcrib. Quod tametſi ad liberas perſonas, i quas
nullum ius teſtator habuerit, extendi non debet: quæri ta
men debet, an æque ſubſequendi neceſſitas, & honeſta ex-
cuſatio ſit non facientibus, quod non ſit conceſſum. Matri
quoq; cui per ſeruum ſuum, dictãte filio legatum ſcriptũ
23 eſſet, veniam tribuendam legis Corneliæ placuit. Idem † in
filia, quæ dictante matre ſua per ignorantiam iuris legatũ
ſibi ſcripſerat cenſuit Senatus d.l.15.§.quod tametſi, & l.
24 Senatus 5.ff.eod. Porro † non continetur verbis Senatuſ-
conſultus ſeruus, qui in alieno teſtamento fideicommiſſa-
riam libertatem ſibi adſcripſerit. Sed magis dicendũ, hūc
contra Senatuſcõſultum facere, quam eum, qui legatum
ſibi adſcripſit, cum libertas omnino ipſi competitura ſit,
legatum autem acquiri domino poſſit l.impuberem 22.§.
25 item non continetur ff.ad leg.Corn.de falſ. Sed † nec iuris
ignorantia excuſatur, qui ſibi in alieno teſtamento, quid
adſcripſit, niſi fęmina ſit d.l.15.in princip.ibi: & ne vel his
ff eod.& §.matri quoque. Poteſt tamen ob ignorantiam
venia delicti ab Imperatore impetrari leg. Senatuſconſul.
3.in fine C.de his, qui ſibi adſcri.leg.quod adhibitus 5.C.
eod.leg.quæ 4.C.eod. Nam veniam deprecantibus ob igno
rantiam, & profitentibus à relicto diſcedere, Senatus, vel
Diui Principes veniam dederunt: vt in iuribus allegatis.
Quæ non profiterunt Guidetto à relicto diſcedere profi-
26 tenti, quia ad tunc emes fuerit relegatus. † Præterea ad te-
ſtamenta quoque militum pertinet Senatuſconſultũ, quo
lege Cornelia tenetur, qui legatum ſibi, fideiue commiſſũ
27 adſcripſerit l.1.§.ad teſtamenta ff.ad l.Corn.de falſ.† Sed
& in idem Senatuſcõſultum incidit, qui codicillos ante te-
ſtamentum factos, in quibus legatum ei adſcriptum erat,
confirmauit: nõ ſolum, qui ſibi aliquid adſcripſit, ſed etiã
qui à ſe alij relictum manu ſua ademit l.impuberem 22.§.
qui codicillos ff.eod.& §.adimendo quoque l.ſi quis 6.§.ſi
28 inſtitutus ff.eod. † Senatus tamen pœnam remiſit ei, qui
legata à ſe teſtamento data, codicillis ſua manu ſcriptis a-
demerat: quia iuſſu patris id fecerat, & nondum viginti-
quinque annorum erat. Ideoq; hæreditatem quoq; ei ca-
29 pere permiſſum eſt l.Senatus 5.ff.eod.† Inſtitutus etiã hæ-
res, qui exhæredationem nominatim filij, vel aliarum per-
ſonarum adſcribit Senatuſconſulto tenetur d.l.6.§.ſi inſti
30 tutus. Planè † qui ſe exhæredat, vel legatum ſibi adimit,
neque verbis Senatuſconſulti, neq; ſententia continetur d.
l.22.§.ſi.ff.eod.gloſſ.ſtat.Vib.lib.2.capite 48. Sed qui falſo
inſcriptos impiorum libros tanquam Sacros publicauerit,
31 falſum committit Apoſtol.canone 59.† Vtiq. qui eandem
rem duobus ſeparatim inſolidum alienauit de falſo tene-
32 tur l.qui duobus ff.de falſ.Clar.in §.falſum num.29.† Et
Aduocatus, qui ab vna parte inſtructus in quacunq. in-
ſtantia tranſit ad alteram Soarez A.107.& 108

S V M M A R I V M.

1 *Falſum in teſtimonio perhibendo committitur.*
2 *Teſtes diuerſi quaſi falſi ſunt.*
3 *Teſtes contrarij per errorem non falſi.*
4 *Teſtis ob dicendum, vel non dicendum corruptus falſus.*
5 *Signans ſcienter quod falſum eſt, falſus eſt.*
6 *Falſus eſt qui coit in falſum, aduocationemque falſo instruit.*
7 *Teſtes falſa, vel varia deponentes puniuntur.*
8 *Corrumpens teſtationes de falſo tenetur.*

De falſo in teſtimonio. Tit. 38.

SI quis igitur † falſum teſtimonium dixerit, vel dicendũ
curauit: pœna legis Corneliæ de falſis tenetur leg. 1.in
princip.ff.ad leg. Corn.de falſ.l.lege Cornelia 8.§.pœ-
na legis ff.eod.leg.qui falſa 16.ff.de teſtib.§ Reuerendiſſi-
mis. Nouella conſt. 123.& 3.q.9.cap.nihilominus 4.q. 2.c.
vult.§.qui falſo Clar.in §.falſum num.4.& ſeq.& 9.fin. q.
2 68.num.13.† Eos quoque, qui inter ſe diuerſa teſtimonia
præbuerint quaſi falſum fecerint, præſcripto legis Cor-
neliæ teneri pronunciatum eſt: & eum, qui contra ſignum
ſuum falſum præbuit teſtimonium pœna falſi teneri, pro-
nunciatum eſt. De imprudentia eius, qui diuerſa duobus
teſtimonia præbuit, cuius ita anceps fides vacillat quin cri
mine falſi teneatur, nec dubitandũ eſt l.eos, qui 27.in prin.
& §.de imprudentia ff.ad l.Cor.de falſ.d.l.16.ff.de teſtib.
3 † Niſi errore non dolo malo contraria dixerint. §.ſi dedi-
4 ta opera Nouella conſt 90 Gabriel.li.7.concl.33. † Si quis
ob denunciandum, remittendumve teſtimonium, dicendũ
vel non dicendum, pecuniam acceperit, pœna legis Corne
liæ afficitur l.1.§.1.ff.ad l.Cor. de falſ.l.2.in fine ff.de con-
5 cuſſ. Menoch.de arbitr.caſ.110.Clar.§. falſum 13.† Eadem
pęna irrogatur ei, qui quid ſciens dolo malo falſum ſigna-
uerit, ſignarive curauerit l. lege Cornelia 8. §. pœna & ei,
qui in falſas teſtationes, teſtimoniave falſa inuicem dicen-
6 da dolo malo coierit.† Item qui ob inſtruendam aduoca-
tionem, teſtimoniaue pecuniam acceperit, pactuſque fue-
rit, ſocietatemq.coierit ad obligationem Innocentium l.1.
7 in princ.ff.ad l.Cor.de falſ.& d.§.pœna.† Qui falſa, vel va
ria teſtimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt, a
iudicibus competenter puniuntur leg.qui falſa 16.ff.de te
8 ſtib. † Si teſtationes corrupit, vel dicta teſtium non rectè
ſcripſit, vt videtur probari ex allegatis ſupra, & in gl.Stat.
Vib.lib.2.c.9.& de materia falſi in genere c.45.& c.48. &
Clar.in d.§.falſum num.5.& 6. Huc pertinent ea, quæ con-
ſtituit Plato lib.34.de legib.Dialogo 11.in fine.

S V M M A R I V M.

1 *Falſum, & in moneta committitur varijs modis, & pęna capi-
tali punitur.*
2 *Cudentes monetam, ſibique extrinſecus ſignantes form[illegible]
ca. furtum committunt.*

Digitized by Google

3 *Monetam falſam incipiens fabricare, ſed non perficiens non puniatur pœna capitali.*
4 *Facultas cudendi non conceditur.*
5 *Radens, tingens, fingens aureos, punitur.*
6 *Adulterans monetam, punitur.*
7 *Nummos ſtanneos, plumbeos, alchimeos vendens, punitur.*
8 *Alchimia iure Canonico prohibita.*

De falſo in moneta, & nummis. Titulus 39.

1 IN moneta † quoque, & nummis falſum committitur,
& qui adulterinam monetam cuderint, exercuerint, vel
bonam adulterauerint, conſtitutione Imperatoris Cō-
ſtantini cum ſuis miniſtris, capite plectuntur, domuſque,
in qua id crimen admiſſum eſt, publicatur: niſi fortè vel
dominus domus abſens fuerit, vel impubes, vel vidua leg.
quoniam 1. C. de falſa moneta l.2. C. eod. l. quicumque 8.
ff. ad l. Cornel. de falſ. l. Cornelia 9. ff eod. & in gloſ. ſtatuti
2 Vrbis lib.2. cap.44. & 45. Plane † qui cum in moneta publi
ca operarentur extinſecus ſibi ſignant pecuniam forma pu
blica, vel ſignatam furantur, hi non videntur adulterinam
monetam excuſiſſe, ſed furtum publicæ monetæ feciſſe,
quod ad peculatus crimen accedit l. ſacrilegij 6. §. qui cum
3 ff. ad l. Iul. peculatus. † Sed & qui falſam monetam percuſ
ſerint, ſi id totum formare noluerunt, ſuffragio iuſtæ pœ-
nitentiæ abſoluuntur l. qui falſam 19. in princip. ff. ad leg.
Cornel. de falſ. ca. 1. de crimine falſi in extrauag. Ioānis, &
4 cap.1. de dilat. in extrauag. commu. † Qui autem ſuper cu-
dendo ære, vel reſcripto aliquo, vel etiam adnotatione
Principis ſibi arripuerit facultatem, ex hoc non defendi-
tur leg. ſi quis 3. C. de falſa moneta. Vulpianus inſuper.
5 † Quicunque (inquit) nūmos aureos partim raſerint, par-
tim tinxerint, vel finxerint: ſi quidem liberi ſunt, ad be-
ſtias dari: ſi ſerui, ſummo ſupplicio affici debent leg. qui-
cumque 8. ff ad leg. Corn. de falſ. l. lege Cornelia 9. in prin.
ff. eod. & in glo. ſtatut. Vrbis li.2. cap.45. ver. Quatenus at-
tinet. Viuius in verb. monetam radens Clar. in §. falſum n.
6 38. Menoch. de arbitr. caſ. 316. latè agit. Sed † & lege Cor
nelia cauetur, vt qui in aurum vitij, quid addiderit, quive
argenteos nummos adulterinos conflauerit, falſi crimine
7 teneatur d. l. 9. in princip. † eadem lege exprimitur, ne quis
nūmos ſtanneos, plumbeos emere, vendere dolo malo vel-
8 let d. l. 9. §. 1. † Huc pertinet, quod canonico iure diſponi-
tur contra exercentes, ſeu procurantes alchimiam capit. 1.
de crimine falſi in extrauag. commu. & quæ dicunt Viuius
in lib. comm. opin. in verb. monetam falſam ſcienter, &
Clar. in d. §. falſum nu. 38. Sed quid mina, quid drachma,
quid aſſis, denarius, ſeſtertium, & talentum, & cætera hu-
iuſmodi apud gentes diuerſas valuerint docet Alexan. ab
Alex. Genial. dier. cap. 24. & pertinent ad materiam falſi in
moneta, & nummis.

SVMMARIVM.

1 *Statera, & menſura adulterina prohibita ſub pœna.*
2 *Statera adulterina onerant annonam.*
3 *Pœna vtentibus ſtateris, & menſuris malis.*
4 *Accomodans falſa pondera, punitur.*

De falſo in pondere, & menſura. Titulus 40.

NVnc de falſo in pondere, & menſura. Præterea one-
rant annonam ſtateræ, & menſuræ adulterinæ.
1 † Si igitur venditor menſuras publice probatas, vi-
ni, frumenti, vel cuiuslibet rei, aut emptor corruperit, do-
loue malo fraudem fecerit: quanti ea res eſt, eius duplo
condemnatur. Decretoque Diui Adriani præceptum eſt
in inſulam eos relegari, qui pondera, aut menſuras falſas
ſent. l. penult. ff. ad l. Corne. de falſis, & in glo. ſtat. Vrb. lib.
2 3. cap. 5. † Onerant enim annonam etiam ſtateræ adulteri-
næ, de quibus Diuus Traianus edictum propoſuit, quo
edicto pœnam legis Corneliæ in eos ſtatuit perinde ac ſi
lege teſtamentaria, quod teſtamentum falſum ſcripſiſſet,
ſignaſſet, excitaſſet, damnatus eſſet l. annonam 6. §. fi. ff. de
3 extraordin. crimi. † Inſuper in Dardanarios propter falsū
mēſuratum modium, ob vtilitatem popularis annonæ pro
modo admiſſi, extra ordinem vindicari placuit l. in Darda
4 narios 37. ff. de pœnis. De eo autem, † qui ſciens commo-
daſſet falſa pondera, vt venditor emptori merces appen-
deret, Trebatius de dolo dabat actionem. At qui ſi maio-
ra pondera commodauit, id quod amplius mercis datum
eſt, repeti condictione poteſt; ſi minora, vt reliqua merx
detur, ex empto agi poteſt: niſi ea conditione merx venit,
vt illis ponderibus traderetur, cum ille decipiendi cauſa
affirmaſſet, ſe æqua pondera habere. Nam & canonico iu
re ſi quis circa pondera, & menſuras, falſum adhibuit pu-
nitur c. vt menſuræ & c. 2. de empt. & vendit. Sed & pon-
deribus, & menſuris plura eruditione plena affert Aleiat.
in ſimili libello ad cognitionem ſextarij, Pedis, Aſſis, mo-
dij, libræ, & aliorum ponderum. & menſurarum ſtudioſis
ſummè cara, & Alex. ab Alexan. lib. 2. Genial. dier. ca. 20. in
quibus contigere poteſt falſitas ante dicta.

SVMMARIVM.

1 *Falſum nomine an punibile.*
2 *Mutatio nominis ſine fraude licita.*
3 *Militem ſe faciens cum non ſit.*
Vtens inſignibus illicitis
Diplomate falſo vtens.
4 *Magiſtratum ſe faciens, cum non ſit, punitur.*
5 *Signum adulterinum faciens, vtens exprimens punitur.*
6 *Potentiorum nominibus, & titulis vtens punitur.*
7 *Imponens ſigna ſua rebus alienis, punitur.*
8 *Litem falſo inſtruentes puniuntur.*
9 *Partum ſupponens de falſo punitur.*
10 *Falſum ſine dolo non committitur.*
11 *Impubes in falſum non incidit.*
12 *Falſum non tollit profitens ſe non vſurum.*
13 *Falſum cœptum non perfectum, non punitur.*
14 *Morte rei expirat crimen falſi.*
15 *Partus ſuppoſiti accuſatio non præſcribitur.*
16 *Semel non pluries de falſo agi poteſt, limita.*
17 *Mulier non accuſat de falſo.*
18 *Partus ſuppoſiti accuſatio cui competat.*
19 *Falſi pœna tenetur committens, & is, cuius dolo commiſſum fuit.*
20 *Conſcij adulterina moneta etiam puniuntur.*
21 *Teſtis falſus punitur à iudice, vbi depoſuit.*
22 *Clericus teſtes falſus coram laico, an puniatur ab eo.*
23 *Pœna falſi quæ.*
24 *Clerici, & Monachi de falſo qua pœna puniuntur.*
25 *Falſi accuſatio 20. annis præſcribitur.*
26 *Partus ſuppoſiti accuſatio, & ſcriptura non præſcribitur.*
27 *Inſtrumentum offerens eius fidem probare debet.*
28 *Falſitas quibus modis probatur.*
29 *Reus falſi deponit honorem.*
30 *Debitor accuſans de falſo interim ſoluit.*
31 *Falſum accuſans teſtamentum ex eo non ſuccedit.*
32 *Falſum dicens teſtamentum, & iniuſtum dicit.*
33 *Teſtamentum falſum, qui non dixit, ſed inſtigauit, vt diceretur, ſuccedit.*
34 *Falſi criminaliter, & ciuiliter agi poteſt.*
35 *Vtens nomine Prætoris de falſo tenetur.*
36 *Falſum ſcribens in tabulis publicis punitur.*
37 *Magiſtratu vtens punitur.*

De falſo in nomine, & conditione item in ſignis, & titulis. Tit. 41.

1 FAlſi † quoque nominis, vel cognominis aſſeueratio
pœna falſi coercetur leg. falſi coercetur leg. falſi 13. in
princip. ff. ad leg. Cornel. de falſ. niſi ſine dolo malo
id fiat. Sicut enim initio nominis, cognominis, prænomi-
nis recognoſcendi ſingulos, impoſitio priuatis libera eſt, ita
2 horum mutatio innocentibus periculoſa non eſt. † Mutare
itaque nomen, vel cognomen, vel prænomen ſine aliqua
fraude licito iure, ſi libet es, ſecundum ea, quæ ſæpè ſtatu-
ta ſunt, minimè prohibetis, nullo ex hoc præiudicio futu-
ro leg. 1. C. de mutat. nominis. Boſſ. de mutat. nominis Vi-
tal. de pœnis mutant. ſibi nomen, & fuſius per Menoch.
de

Digitized by Google

de arbitr.lib.2.cent.4.caſ.38. latè agit Viuius in verb.no-
mina num.2.& in ſyntagm.iuris loco 12.tit.26. plura re-
3 feruntur. Is autem † qui ſe pro milite geſſit, vel illicitis in-
ſignibus eſt vſus, vel falſo diplomate vias cõmeauit, pro
admiſſi qualitate grauiſſimè puniendus eſt, l.eos, qui 27.
4 §.fin.ff.ad leg.Cornel. de falſ.† Sed ſi quis priuatus ſe pro
magiſtratu geſſerit, non falſi, ſed crimine læſæ maieſtatis
5 tenetur, l.lex 3.§.fin.ff.ad l.Iul.maieſt. Is verò † qui ſignũ
adulterinum ſecerit, ſculpſerit, expreſſerit, lege Cornelia
teſtamentaria obligatur, l.lege Cornelia 30.in princip. ff.
ad l.Cornel.de falſ.§.item lex Cornelia de falſ.inſtit.de pu
6 bl.iudic.† Puniuntur inſuper, qui potentiorum nomina,
vel titulos prædijs adſignant, vel eorum nomina in lite præ-
7 tendunt, l.1.C.de his, qui potent.nomi. Et † illi, qui ſigna,
vel titulos rebus alienis imponunt, vel nomen ſuum ſupra
ſcribunt, lege prima, & ſecunda, C.vt nemo priuatus, &
§.his, qui tabulas Nouella conſtit. 17.& 164. lege prima,
C.vt nemini liceat ſine iudic.author. ſigna rebus impone-
8 re alienis, falſi demum pœna coercentur, † & qui ad litem
falſo inſtruendam aduocatione, teſtibusve pecuniam ac-
ceperunt, obligationem, pactionemque fecerunt, ſocieta-
tem inierunt, & vt aliquid eorum fieret, curauerunt, le-
9 ge falſo, ff.ad l.Cornel. de falſ. † falſum denique commit-
titur ſupponẽdo partum, vnde ſuppoſiti partus accuſatio
deſcendit ex lege Cornelia de falſis, lege qui falſam 19. §.
fin.ff.ad l.Cornel.de falſ.l.lege Cornelia 30.ff.eodem, lege
cum ſuppoſiti, C.eodem, lege prima, C.eod. Boſſ.de partu
10 ſuppoſito. Verum † ſi factum quodlibet dolo careat, præ
miſſa omnia ceſſabunt. Nam non niſi dolo falſum com-
mittentes crimini ſubiugantur, leg.nec exemplum 20.C.
ad leg. Cornel. de falſis exemplo, legis primæ, C.de mu-
tat.nomi.l.Diuus 31.§.fin.ff ad l.Cornel.de falſ.lege maio-
rem 4.C.eod.Socin.iun.conſilio 39.numero 83.libr.ſecun-
do, Clar.in dicto §.falſum, numero 33.& in §.fin.quæſtio.
84.circa princip. Menoch.de arbitr.libro ſecundo, centur.
11 4.caſ.309. Præterea † impuberem in hoc crimine incidere
dicendum non eſt, quoniam falſi crimine non poterit te-
neri, cum dolus malus in eam ætatem non cadit, lege im-
puberem 22. in princip. ff.ad leg.Cornel. de falſ. lege pri-
12 ma, §.impuberes, C.de falſa moneta, † rei autem defenſio
nulla eſt, ſi dicat, ſe codicillis, quos falſos fecit, non vſurũ,
lege ſi falſos 8.C.ad l.Cornel. de falſ. quod non tranſit ſi-
ne difficultate, per ea, quæ tradit Clar. in dicto § falſum,
13 num.35.& ſequen.& Menoch.caſu 306.per tot. † Qui ta-
men cœptum falſum pœnitentia ductus perficere deſti-
tit, abſoluendus eſt, lege qui falſam 19. in princip. ff.ad le-
14 ge Cornel.de falſ.Menoch.dicto caſu 306.num.18.† Mor-
te quoque rei hoc crimen expirat: niſi ad hæredem eius
aliquid ex crimine peruenerit; in hoc enim ſupereſt actio,
lege cum falſo 12.ff.eodem, lege ſi quis 4.ff.eod. Verum
15 † accuſatio ſuppoſiti partus nulla temporis præſcriptio-
ne depellitur; nec intereſt, deceſſerit nec ne ea, quæ partũ
ſubdidiſſe contenditur. lege qui falſam 19.§.fin. ff.eodem.
Tranſigi quoque de falſi crimine poteſt, lege ipſe ſignifi-
cas 7.C.ad l.Cornel.de falſ.l.tranſigere 18.in fin.ff.de tran
16 ſactio.† Et ſi ſemel ex falſi cauſa actum ſit rurſus agenti
obſtabit rei iudicatæ exceptio, lege ſi cui 7.§.ijſdem, ff.de
accuſat. Niſi cum antea ciuiliter actum eſſet, nunc crimi-
naliter agatur, l.1. C.quando ciuilis actio crimi. præiudic.
l.de fide 16.in fin. C.ad l.Cornel. de falſ. vel cum antea de
inofficioſo teſtamento actum eſſet, nunc illud falſum di-
catur, l.eum qui 14. C.de inoffic.teſtam. Sed & qui igno-
rans falſum eſſe teſtamentum, ex eo hæreditatẽ adijt, vel
legatum accepit, vel quoquomodo agnouit, falſum illud
dicere non prohibetur, l.qui ignorans 3.ff.ad l.Cornel. de
falſ.l.licet 3.C.eod.l.poſt legatum 5.in princ.ff.de his, quæ
vt indign. Idem dicendum de eo, qui agnitis inſtrumẽtis,
quaſi vera eſſent, ſoluit. Nam & huic poſtea inſtrumenta
falſa probare contendenti, non nocebit exceptio, lege qui
17 agnitis 11.ff.de except.l.fin. C.de fide inſtrum. Sed † mu-
lieribus accuſatio hæc non datur, niſi illarum intereſſit, leg.
18 etſi 19.C.ad l.Corn.de falſ.lege 2. ff.de accuſat.† De partu
quoque ſuppoſito ſoli accuſant parentes, aut hi, ad quos
ea res pertinet, non quilibet ex populo, vt publicam accu-
ſationem intendat, l.lege Cornelia 30.ibi. De partu ſuppo-
19 ſito, ff ad l.Cornel. de falſ. † Hac autem accuſatione non
ſolum tenentur, qui falſum commiſerunt, ſed etiã ij, quo-
rum dolo alius falſum cõmiſit, vt ſupra probatur in prin-
cip.tit.36.& ſeq.& non ſolum tenetur, qui in aurum vitij
quid addiderit, quive argenteos nũmos adulterinos con-
flauerit, ſed etiam is, qui cum prohibere tale quid poſſet
non prohibuit, l.lege Cornelia 9.ff.ad lege Cornel. de falſ.
20 † Cumque adulterina moneta facta eſt, etiam conſcij pu-
niuntur, & ij, in quorum ædibus crimen commiſſum eſt,
l.1.& 2.C.de falſ.moneta, vt ſupra dictum eſt, ſed & qui
emere, vel vendere monetam adulterinam præſumpſerit,
puniuntur dicta l.9.§.eadem lege ff.ad l.Corn. de falſ. Quã-
uis autem propoſita falſi accuſatio regulariter apud Præ-
21 ſides prouinciarum inſtituatur, tamen † ſi quis falſum di-
xerit teſtimonium, à iudice apud quem dixit, puniri po-
teſt fori præſcriptione non obſtante, l.cum ſuppoſiti 10.
22 C.ad l.Cornel.de falſ.l.nullum 12.C.de teſtibus. † Sed an
hoc procedat in clerico falſum deponente coram iudice
laico? vt ſcilicet ab eo puniri poſſit, non tranſit ſine con-
trouerſia, vt videri poteſt apud Doct. in d.l.12. vbi Cyn.
Bald.& alij, qui tenent, quod ſic. Angel.in l.ſi vacantia. C.
de bon.vacant.lib.10.& alij citati per Steph Aufrer.in re-
pet.Clem.1.de offic.ordin.num.81.fol.22.113.& 114. Con
trarium tenent Felyn. poſt alios in c.verum de foro com-
per. Afflict.deciſ.230. Tiraquel de retrac.conuen. §.4.nu.
10. Viuius in verb.Clericus, qui multos citant, & dicũt re-
mittendum eſſe ad iudicem eccleſiaſticum, vt ab eo punia
tur, vt dictum fuit etiam ſupra tit.28. in princ. de clerico
23 maieſtatis ſecularis reo. Porrò † falſi pœna ex lege Corne-
lia eſt deportatio & omnium bonorum publicatio, l.1. §.
fin.ff.ad l.Corn.de falſis, §.item lex Cornelia de falſ. Inſtit.
de publ.iudic. Serui autem vltimo ſupplicio affici iuben-
tur, vt in allegatis iuribus, & in l.quicumque 8.ff.ad l.Cor
nel.de falſ. Sed & liberi homines capite plectuntur, ſi id
magnitudo criminis exigat: velut ſi quis nũmos aureos ra
ſerit, tinxerit, vel finxerit, ad beſtias datur, vt ſupra dictũ
24 eſt l.impuberum 22.§.fin.ff.ad l.Corn.de falſ.† clerici, &
monachi alia pœna in crimine falſi coercentur, §.Reuerẽ-
diſſimis Nouella conſtit.123. c.ad audientiam de crimine
falſi. Sed & aliæ plures pœnæ proponuntur ſupra titulo
36.hucuſque, & proponit alias plures Menoch. de arbitr.
25 lib.2.cent.4.caſu 306.& pluribus ſequentibus.† Hæc au-
tem accuſatio 20.annorũ præſcriptione, ſicut cætera quo-
que ferè crimina ſummouetur, l.querela 12.C.ad l.Corn.
de falſ.niſi de ſuppoſito partu agatur, vel de fide ſcriptu-
ræ ciuiliter quæratur, his enim caſibus, nulla temporis ob-
ſtat præſcriptio, l.qui falſam 19.§.fin. ff.eod. l.ſicut 17.in
26 princ.C.eod. † Sed & ſuppoſiti partus crimen in tempus
pubertatis pueri differri non debet: cum non ſit veriſimi-
le, eam, quæ arguitur, non ex fide cauſam ſuam defenſu-
27 ram, cum periculum capitis ſubeat, l.1.C.eo.† Porrò quo-
ties falſum dicitur inſtrumentum, ſiue ciuiliter, ſiue crimi
naliter id fiat, probatio fidei inſtrumenti ei primum incũ-
bit, qui ſcripturam obtulerit, deinde ei, qui inſtructa inſtã
tia falſum arguere paratus ſit, l.fin. C.ad l.Corn. de falſ.l.
28 vbi 22.C.eod. l.penult. C de probatio. Vbi autem † falſi
examen inciderit, tunc acerrima fieri debet indago argu-
mentis teſtibus, ſcripturarum collatione, alijſque veſtigijs
veritatis: nec vlla interlocutione, quæ ſentiat iudex diiudi
care debet, ſed tamquam ad imitationem relationis, quæ
ſolum audiendi mandat officium habere rationẽ, poſt te-
ma ſententia quid ſibi liqueat, producimus, d.l.22. in prin-
29 cip.Clar.in §.falſum 5.6. & 10.† Falſi autem reus factus
decurio decurionatus honorem deponit, onus tamẽ ei an-
nexum retinet, l.ſi quis 21.§ ſed non ſtatim, ff.ad l.Corn.
30 de falſ. Et † debitor, qui falſi crimen obijcit nihilominus
ſalua accuſatione ad ſolutionem eſt compellendus, C.eod.
31 † Quique falſum dixerit teſtamentum, nec obtinuerit ad
defuncti iudicium aſpirare non poteſt. l.qui falſas 6. C.ad
l Corn.de falſ.l.poſt legatum, §.1.& §.ei qui, ff.de his quæ
vt indign.l ſi eſt 6.in fi.ff.de petit.hæred.l.Papinianus 8. §.
meminiſſe, ff.de inoff.teſtam.l.2.in princ.ff.de his, quæ vt
indign.l.ſub conditione 18.§.ei, qui, ff.de bon.poſſeſſ.cõtra
32 tab.† Qui tamen falſum dixit teſtamentũ, nec obtinuit,
idem iniuſtum dicere non prohibetur, l.ſi teſtamentum
24.ff.de his, quæ vt indign. l.poſt legatum 5 §.1. ff.eod. l.
33 Lucius 47.ff.de petit.hæred. Sed ille, † qui non ipſe teſta-
mentũ falſũ accuſauit, ſed accuſatorẽ inſtigauit ad defun-
cti iudiciũ nõ aſpirare, l. Athales 24.ff.ad l.Corn. de falſ.
34 † Poſtremò de falſo non ſolũ criminaliter, ſed &t ciuiliter
agi poteſt; adeo vt quamuis criminaliter cœptũ iudicium

Digitized by Google

abolitione interueniente, ſopitum ſit, de fide ſcripturæ ci-
uiliter quæri poſſit l. dè fide 16. l. falſi quidem 5. l. ſi docue-
35 ris 9. l. ſi lis 11. l. penul. & vlt. C ad l. Corne. de falſ. ſed † &
qui nomine Prætoris literas falſas reddidiſſe, edictumque
falſum propoſuiſſe dicetur: ea cauſa actione in factum pœ
nali tenetur, quamquam legis Corneliæ reus ſit l. qui no-
36 mine 25. ff. ad l. Corn. de falſ. ſed † & lege Iulia Maieſtatis
tenetur, qui ſciens falſum conſcripſit, vel recitauit in tabu
37 lis publicis; † Quive priuatus pro poteſtate, magiſtratuve
quid ſciens dolo malo geſſerit l. lex 3. in fine ff. ad l. Iul. Ma
ieſt. l. 2. in fine ff. eod.

SVMMARIVM.

Magi }
1 *Malefici* } *quibus pœnis puniuntur.*
2 *Magi qui ſint.*
3 *Aruſpices, & eos conſulentes puniuntur.*
4 *Augures puniuntur, & eos conſulentes.*
5 *Arioli, Mathematici, Aſtrologi.*
6 *Diuinatores vates puniuntur.*
7 *Incantatores, incantatrices puniuntur.*
8 *Genthliaci, & horoſcopi puniuntur.*
9 *Sortilegi puniuntur.*
10 *Necromantici. Hydromantici puniuntur.*
11 *Salitores, Praſtigiatores, Pythoniſſa.*
12 *Docere, & diſcere talia prohibita.*
13 *Conſulentes, & qui illis credunt, puniuntur.*
14 *Medentes execrabili modo puniuntur.*
15 *Edentes, & bibentes, reliqua demonibus immolata puniuntur.*
16 *Ementes id, quod idolis eſt Immolatum, puniuntur.*
17 *Remedia non ſunt criminationibus implicanda.*
18 *Intellectus cap. 1. de ſagittariis.*
19 *Iudicia publica intra biennium terminanda.*

De Maleficis, Mathematicis, & cæteris ſimilibus. Tit. 42.

1 PVniuntur † etiam tum capitis, tum alijs pœnis magi,
qui & malefici dicuntur l. nemo 5. C. de malefic. l. & ſi
7. C. eod. l. multi 6. & l. eorum 4 in princ. C. eod. §. ſica-
rij inſtit. de publ. iudic. & 36. q. 5. cap. non oportet cap. Epi
ſcopi in princip. de quibus Dantes in inferno cantilena 20.
D. Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 8. capitu. 19. & Virgilius
Aeneid. 4. ait.

Teſtor chara Deos, & te Germana, tuumque.
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.

Et Bucol. Aeglo. 8. ait.

Atque ſatis aliò vidi traducere meſſet.

2 Qui autem iſti magi ſint, declarant ſupracitata iura, &
d. quæſt. 5. cap. nec mirum §. Magi ſunt, & 26. quæſt. 3. c. 1.
3 §. primum autem. Item † Aruſpices puniuntur, & Aruſpi-
cem conſulentes d. leg. 5. & 7. C. de malefic. qui autem ſint
Aruſpices declaratur ibi, & d. cap. 1. § Aruſpices, & 26. q. 5.
cap. contra idolorum cap. nec mirum §. aruſpicinæ, & in
4 Polyantea in verb. Aruſpea, † Augures puniuntur, & qui
eos conſulunt d. leg. 5. C de Malefic. & d. cap. 1. §. augures,
de illorum origine diſſeritur in d. cap. nec mirum §. augu-
ria Polyantea in verb. Augurium. Arioli d. leg. 5. & 7. C. de
5 malefic. & d. capi. 1. §. Arioli. † Item Mathematici d. leg. 7.
& leg. 2. C. eod. leg. Mathematicos 10. C. de Epiſco. audien
tia, & Aſtrologi d. l. 5. & 7. & 26. q. 5. cap. non licet in prin.
& quæſt. 2. cap. 1. §. ſic aſtronomia cap. illos planetarios ca.
ſed & illud. Qui autem ſint Mathematici definitur in d. c.
1. §. genthliaci verſic. hi ſunt qui vulgò, & qui aſtrologi in
§. aſtrologi, & in Polyantea in verb. Aſtrologia. Sumnjorũ
6 diuinatores d. leg. 7. † Item puniuntur diuinatores, ſeu Va-
tes d. leg. 5. & 26. quæſt. 5. in princ. 1. quæſt. 1. c. nunquam
in princip. origo diuinationum proponitur 26. quæſt. 3. in
princip. cum cap. ſequen. Ratio nominis exponitur in d q.
3 capi. 1. §. diuini, & in §. t. enumerantur genera diuinatio-
num, & in § final. cum cap. ſequen. exponuntur diuinatio-
num cauſa, & modi, ſed de diuinatione agit Cicero lib. 1.
& 2. ſuo tempore permiſſa, cui ipſe parum fidei habuiſſe
7 videtur. † Incantatores, & incantatrices puniuntur 26. q. 5.
cap. Epiſcopi §. illud etiam cap. quicunque §. fin. cum cap.
ſequen. & cap. peruenit. Qui autem ſint incantatores de-
8 claratur in 26. quæſt. 3 capi. 1. §. incantatores. † Genethlia-
ci, & horoſcopi 26. quæſt. 2. cap. illud, quod §. neque illa ab
hoc. Qui autem iſti ſint, definiuntur in d. cap. 1. §. Genthlia-
9 ci, & §. horoſcopi. † Sortilegi 26. quæſt. 2. cap. 1. §. final. cum
cap. ſequen. cap. hi, qui de paganis cap. non exemplo, & q.
5. in princip. & cap. ſortes capitulo peruenit cap. Epiſcopi,
quæſt. 7. cap. non obſeruetis verſic. & ſortes, & titu. de ſor-
tilegijs cap. 1. & Polyantea in verb. ſortilegium, ſors. Qui
autem iſti ſint, declaratur 26. quæſt. 1. in princip. & capit.
ſequen. & quæſt. 3. capitulo primo §. ſortilegi Clar. §. fina.
10 quæſt. 68. nume. 40. Polyantea ibi. † Necromantici 26. q. 5.
cap. nec mirum §. necromantici. Hydromantici ibidẽ § hy
11 dromantici. † Salitores puniuntur 26. quæſt. 3. cap. 1. §. ſali-
tores. Præſtigiatores d. c. nec mirum §. præſtigium. Pytho-
niſſæ d. ca. 1. §. Pythoniſſæ & d. c. nec mirũ §. præterea qui-
dam. Saul enim religione diuina contempta Phytoniſſam
12 conſuluit, vt legitur 1. Reg. 28. † Culpaq; ſimilis cenſetur
tam prohibita diſcere, quam docere l. culpa 8. C. de male-
13 fic. † Sed & qui dictos homines cõſuluerint, vel euocaue-
rint puniuntur d. l. 5. & l. 2. & 3. C. eod. cum alijs iuribus ſu
pra citatis. Imò, & qui illis credunt, vt colligitur ex dictis
iuribus, & 16. q. 2. c. intelligi, & 9. 5. ca. qui diuinationes c. ſi
quis Epiſcopus, & q. 7. c. nõ obſeruetis in ti. de ſortilegijs c.
14 ex tuarum. Item † medentes execrabili modo, vel ſanari cu
pientes d. c. nec mirum, & 26. q. 2. ca. illud, quod c. qui ſine
q. 7. c. admoneãt c. nõ obſeruetis ver. ſiue qui per quoſdã.
15 † Edentes, & bibentes, quod reliquum eſt ex eo quod de-
monibus eſt immolatum 26. q. 2. c. ſed & illud §. fina. cum c.
ſeq. permittentes tolli aliquid ex eo, quod dæmonibus eſt,
16 immolatum † Item ementes id, quod idolis eſt immolatum
17 d. q. 2. c. vlt. niſi ignoranter emerint, vt ibi. † Nullis tamen
criminationibus implicanda ſunt remedia humanis quæ-
ſita corporibus, aut in agreſtibus locis innocenter adhibita
ſuffragia, ne maturis vindemijs metuerentur imbres, aut
ventis, grandinisque lapidatione quaterentur, quibus nõ
cuiuſcunque ſalus, aut æſtimatio læderetur, ſed quorum
proficit actus, ne diuina munera, & labores hominum ſter
nerentur leg. eorum 4. C. de malefic. de iſtis in genere, & in
ſpecie multa tradit poſt alios Martinus del Rio diſquiſi-
tionum magicarum excedẽtia terminos curioſitatis. Quo
18 loci lib. 3. par. 1. q. 4. ſect. 4. † loquens de ſagittarijs dat ve-
rum intellectum ad canonem vnicum de ſagittarijs, quod
ſcilicet intelligatur de illis, qui pacto inito cum demone,
quem lõgiſſimè diſtantem volẽt infallibili ictu ſagittæ tra
ijciant, & occident, non autem de illis, qui in publico bello
baliſtis vtuntur, vt Gregarij Doctores cum gloſ. ibi credi-
derunt. Sed de pluribus maleficorũ ſpeciebus tradit Alex.
ab Alex. lib. 2. Genial. dier. c. 8. lib. 3. c. 22. lib. 4. c. 13. & 17. lib.
5. c. 13. & 19. & alibi ad explicationem plurium noſtri iuris
obſcuriorum locorum, & quamuis D. Auguſtinus, li. 7. c.
35. de ciuitate Dei, noluerit affirmare haſce artes etiam an
te noſtri Saluatoris aduentum in ipſis ciuitatibus gentium
legibus ſolere prohiberi, & pœnis ſeueriſſimis vindicari,
id tamen nos ex allegatis habemus pro comperto fuiſſe
prohibitas lege 12. tabularum, & alijs ſupra citatis legib.
& infra lib. 3. tit. 108. nu 61. & 62. Hoc idem confirmat Lu-
douicus Viues apud D. Auguſtinum vbi ſupra lib. 8. ca. 19.
19 Tandem notandum eſt, † quod omnia iudicia publica
quomodocunque introducta intra biennium finiri, ac ter
minari debent l. vbi falſum 22. §. vltimum & ibi glo. C. ad l.
Cor. de falſ. l. vlt. vbi gloſ. & Doct. C. vt intra certum tem-
pus criminalis quæſtio terminetur, & de his hactenus, vt
ne ſolus, ocioſus feriari videar, vt dixit Diogenes, volutans
dolium, inter tot laborantes.

SVMMARIVM.

1 *Vſura omni iure etiam ciuili prohibita.*
2 *Vſura quando punibilis, & quando non.*

De vſuris. Tit. 43.

EXceptis traiectitijs, ac nauticis cẽteſima maioribus,
1 † omnes aliæ minores vſuræ ſecundum aliquos de
iure ciuili licitæ creduntur, quamquam non deſint,
qui dicant omnes, & maiores, & minores à Iuſtiniano fuiſ
ſe prol.ib. as in l. cunctos populos C. de ſumma Trinit. &
fide

Digitized by Google

ſide Cathol. auth. ad hæc C. de vſuris vbi gloſ. & Doctor. §. ſancimus Authen. nullum credent. Agricolæ, vt dedu-ximus in tract. de tutela, & cura lib. 2. titul. 27. nu. 32. Clar. in §. vſura numer. 3. & 4. Villa. V. 67. Quod quidem veriſſi-mum mihi ſuadeo, cum ipſe Imperator Chriſtianus ſcire-rit vtriuſque diuini teſtamenti pagina vſuram omnem eſſe damnatam cap. quia in omnibus 3. c. ſuper eo 4. de vſu-ris, imò & omnem illicitam negociationem eſſe prohibi-tam in diſtinct. 68. cap. eijciens, & ideo noluiſſe quicquam ſtatutum relinquere in ſuis ciuilibus legibus, quod diuino iuri repugnet. Hoc itaque habito pro comperto, & ita ha-bita vſura omni pro publico crimine iam de iure ciuili, quam de iure Canonico, prout ciuili iure habuit M. Por-cius Cato, qui fœneratores ex Sardinia inſula fugauit, te-ſte Liuio lib. 2. Decadis 24. & Marcus Sempronius Tribu-nus Plebis, ex authoritate Patrum fœneratores in Vrbe compeſcuit, teſte eodem Liuio li. 5. Decad. 4. dicimus con-tra exercentes illam; vtroque iure accuſationem fuiſſe in-troductam cap. 1. in princip. de vſuris in 6. cap. 2. de vita, & honeſ. Cler. Clar. in §. vſura per tot. verum pro declaratio-ne cauſæ accuſationis huius ſciendum eſt, vſuram eſſe, quicquid vltra ſortes percipitur c. conſuluit 10. de vſur. 14. q. 3. in prin. cũ cc. ſeq. & 4. c. ſi quis Clericus in fine. & c. nul-lus Clar. vbi ſupra, & Polyantea in verbo vſura, & in ver-
2 bo fœnus †Quare ſi quid vltra ſortem recipiatur, compe-tit hæc accuſatio contra recipientem, vt in allegatis iuri-bus. Competit etiam ſi parabolam iuramenti non aliter concedit, quam emolumentum aliquod inde percipiat d. c. 10 ver. & vtrum eodem reatu. Vel ſi quis plus iuſto pre-cio rem ſuam vendiderit ob dilatam precij ſolutionem d. c. 10 ver. & an negociator c. in Ciuitate 6. eod. titu. de vſur. Viu. opin. incip. eo. Vſurarius ver. item occurrit quod. Ni-ſi fortè aliàs non erat rem diſtracturus c. vlt. § fi. de vſuris Item ſi quis annonam, vel vinum emat, vt pluris vendat, hac accuſatione ſubijcitur 14. q. 4. c. quicunque. Niſi cum tempus traditionis, vel rei emptæ eſſet dilatum veriſimili-ter dubitetur, vtrum plus, vel minus tempore traditionis res valitura ſit d. c. vlt. §. ille quoque, competit etiam accu-ſatio hæc, ſi creditor pro pecunia credita loco vſurarũ fru-ctus pignoris percipiat c. 1. de vſuris c. contra 6. de pignor. c. 1. & ſeq. & c. conqueſtus 8. de vſuris. Verum non cõpetit, ſi beneficium Eccleſiaſticum hoc modo à Laico redimatur d. c. 1. ver. niſi fortè Eccleſiæ beneficium. Minus competit, ſi dominus à Vaſallo fœudum pignori acceperit, remiſſis eidem ſeruitijs c. 1. de feud. cap. conqueſtus in fine de vſur. vel ſi pro dote maritus pignus accepit c. ſalubriter 16. eod. tit. Viu. opin. incip. conſuetudo, ſeu ſtatutum, conferunt, quæ deduximus in glo. Stat. Vrb. lib. 1. c. 37. vel ſtante con-ſuetudine fauore dotis Viuius, & nos vbi ſupra. Item com-petit accuſatio hæc, ſi modico precio, venditione facta, conuenit, vt intra certum tempus rem venditori liceat o-blato precio retrahere, quia tunc pignus præſumitur in fraudem vſurarum conſtitutum, non venditio cap. ad no-ſtram 5. de empt. & vendit. Viu. opin. incip. venditio verſ. contractus emptionis, & opin. incip. iuramentum Gabr. li. 1. de præſumpt. concluſ. 13. num. 8. & 10. Idem dicendum eſt, ſi res vendita ſit, vt poſt tempus emptor eam recipiat, oblato precio maiori, fructibus in ſortem computatis cap. illo nos 4. de pignor. Et quãquam ci tati canones vſuram prohibentes, & introducentes accuſationem contra illam exercentes, vt plurimum dirigant verba in Clericos, non ideo ſit, vt dici poſſit Laicis vllo modo permiſſa, quoniam & ipſis expreſſim legitur prohibita in 14. q. 4. in princip. & c. nec hoc. Eſt etiam prohibita Iudeis c. poſt miſerabilem, 2. & cap. quanto 18 de vſur. Alex. de Neuo late contra He-breos fœnerantes. Clar. in §. vſura verſ. hæc autem, & quo-modo Iudei fœnerantes coerceantur, definitur in d. c. 12. & c. 18. Verum facultatibus lapſi ita, vt perceptas vſuras reſti-tuere non valeant accuſatione hac non tenentur cap. cum tu §. illi autem de vſuris. Nec minus illi, qui ab hoſte vel alio, quem licet occidere, vſuras perceperint d. q. 4. ca. vlt. Nec illi, qui eas acceperint ab vſurario c. quia fruſtra 14. c. Michael 17 de vſur. ex eo enim ſolo, quod is, à quo vſuras quiſquis accipit, deceſſerit, nullis hæredibus relictis, liber ab accuſatione hac euadat c. cum tu 5. ver. vel his non ſu-perſtitibus eod. tit. 14 q. 5. c. nemo in fine. Nec minus ex eo, quod non pecunia numerata, ſed quid aliud vltra ſortem ſit receptum 14. q. 3. c. 1. cum ſequentibus. Vel quod credi-tor. ipſe periculum ſortis in ſe receperit cap. vlt. in prin. de vſuris. Vel iuslurãdum de vſuris ſoluendis, vel ſolutis non repetendis præſtitum ſit c. tuas 13. eod. tit. & c. debitores 6. de iureiurando. Vel ſtatutum. ſeu loci conſuetudo illas permittat Clem. 1. in princip. vbi ſtatuitur pœna de vſuris. vel quod in pium vſum, vel ob liberãdum captiuum, vſu-ras perceperit c. ſuper eo de vſuris. Vel tandem quod ante decretum, quo vſuræ prohibitæ ſunt, vſuras perceperit c. cum tu 5. in princ. de vſuris. Verum cenſus annuus in præ-dio emptus cum pacto de retrouendendo non dicitur vſu-rarius, nec cadit ſub accuſatione hac extrauag. comm. 1. & 2. de empt. & vendi. & adeſt Bulla Pij V. ſecundum quam licitè emuntur annui cenſus facit Vill. A. 103. & Soarez A. 180. Viu. opin. incip. vſurarius ver. & accedit quoq; prædi-ctis. Accuſatio hæc quoties competit contra exercentes vſuram, vt dictum eſt, competit etiam aduerſus eorundẽ hæredes c. tua nos. 9. de vſuris, & eſt accuſatio hæc quoad pœnam mixti fori. Quo verò ad cognitionem iuris ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum Clar. in §. vſura num. 8 & in §. fi. q. 37. ver. quæro igitur Vill. V. 72. Viuius opi. incip. Iudex Laicus, & in ea vſuræ perceptæ reſtituontur d. c. cum tu 5. ver. cogendi ſunt de vſur. & ſi reus illas non reſtituat excõ-municatur c. quia in 3. c. præterea 7. de vſuris 14. q. 4. c. mi-niſtri. Non admittitur ad confeſſionem, & abſolutionem cap. 2. §. penult. de vſur. Denegatur eidem Eccleſiaſtica ſe-pultura Clement. 1. de ſepult. Teſtamentum facere prohi-betur. c. quamquam 2. §. fi. de vſuris in 6. prohibetur bona omnia, vel pro maiori parte donare, niſi cauerit de vſuris reſtituendis Villa. V. 70. Viuiu. opin. incip. vſurarius æqui-paratur raptori 14. q. 4. c. ſi quis vſurã c. quid dicam c. vlt. ver. ſine ferro, & ſi Clericus vſurarios ſit, deponitor. c. 1. §. quod ſi poſt c. præterea 7. de vſur. 14. q 4. c. 2. c. ſi quis abo-lit ſc. quoniam. Et ſi quis vſuras exercere non eſſe pecca-tum affirmauerit, vti hæreticus coercetur. Clem. 1. §. fin. de vſuris. Tandem obſeruandum eſt, quod in pœnam vſura-rij peregrini ſunt expellendi, nec domus illis eſt locanda c. 1. §. & quia de vſuris in 6. & quod punitur per Eccleſiaſti-cum Iudicem, nihilominus per Iudicem ciuilem puniri po-teſt. Dec. in conſ. 170. viſo themate, & c. Vill. V. 71. Clar. in §. fi. q. 37. in fine remiſſiue. An autem poſſit puniri crimina-liter controuertitur, & diſtinguitur apud Gabr. li 7. concl. 20. & Clar. in § vſura ver. & ex hoc, qui in verſ. ſed quæro nu. 10. puniri poſſe, extra ordinem iudicis arbitrio affirmat etiam ſine accuſatione officio iudicis c. cum in Diæceſi 15. de vſuris obſeruandum etiam eſt, quod vt de contractu vſurario conſtare poſſit, ſunt à ſuſpectio libri rationũ eden-di Clem. 1. §. cæterum de vſuris. Et quod vſurario agenti, obſtat exceptio vſurarum non reſtitutarum ca. debitores 6. in prin. de iureiurando c. quia fruſtra 14. & cap. Michael 17 de vſu. Et quod pro illis reſtituendis actio hypotheca-ria ex tacita hypotheca competit Villa V. 69. Viu. opin. in-cip. vſurarius ver. ſimiliterque occurrit, & ideo nec teſtari, nec donare poteſt in præiudicium huius tacitæ hypothecæ nec aliter diſponere, vt dictum fuit ſuperius ver. Teſtamẽ-tum, & probant citati per Vill. & Viu. vbi ſupra hactenus de publicis iudicijs etiam ad forum ſecularem pertinenti-bus. Nam de pertinentibus ad ſolum forum Eccleſiaſti-cum dicitur infra li. 3. tit. 109. & ſequentibus vſq. ad ti. 117.

FINIS PRIMI LIBRI.

TRA-

TRACTATVS
DE IVRE PVBLICO,
SIVE DE LEGIBVS,
& Magiſtratibus, Sæcularibus, & Eccleſiaſticis.
DE IVDICIIS PVBLICIS, ET PRIVATIS,
DE REBVS VTIQVE SAECVLARIBVS,
& Eccleſiaſticis Pontificis, Imperatoris, & Fiſci,

De re militari, & Ciuitatum, de muneribus, & honoribus; In quibus vniuerſum ius publicum ſæculare, & Eccleſiaſticum conſiſtit.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Iudicia priuata, quæ.*
2 *Iudex nemo in cauſa propria.*
3 *Iuriſdictio pro communi bono introducta.*
4 *Feriatis diebus ius dicendum non eſt, limitatur, & declaratur.*
5 *Meſſium vindemiarumque tempus quis ſtatuat.*
6 *Feriatis diebus aliquando ius dici poteſt.*
7 *Tutor feriatis diebus dari poteſt, & alia decerni.*
8 *Liberalia iudicia omni tempore agi poſſunt.*
9 *Vtilitate publica exigente ſemper ius redditur.*
10 *Quæſtio ſemper haberi poteſt.*
11 *Publica cauſa ſemper agi poſſunt.*
12 *Exactio differtur poſt ferias.*
13 *Lites ciuiles intra triennium terminandæ.*
14 *Naufragij lis intra biennium terminanda.*
15 *Tranſactione lis finitur.*
16 *Iudicium ſoluitur prohibente delegante.*
17 *Par in parem non habet Imperium.*
18 *Subrogatus iudex ſuccedit in iudicio.*
19 *Actionis non impetrata exceptio non eſt in vſu.*
20 *Iudiciorum diuiſio.*
21 *Repreſaliæ loco iudiciorum conceduntur.*

De Iudicijs priuatis. Tit. 1.

MAiores noſtri cum ſapiêter, tum etiam vtiliter inſtituerunt per commentariorum relationes cogitata tradere poſteris, vti ea non interirent, ſed ſingulis ætatibus creſcentia voluminibus edita, gradatim peruenirent vetuſtatibus ad ſummam doctrinarum ſubtilitatem. Itaque non mediocres, ſed infinitæ ſunt his agendæ gratiæ, quod non inuidioſè ſilentes prætermiſerunt, ſed omnium generum ſenſus conſcriptionibus memoriæ tradendos curauerunt. Namque ſi non ita feciſſent, non potuiſſemus ſcire, quæ res ab Orbe condito huicuſque in terra geſtæ fuiſſent, nec quid Thales, Democritus, Anaxagoras, Xenophanes, reliquive Phyſici ſenſiſſent de rerum natura, quaſque Socrates, Plato, Ariſtoteles, Zenon, Epicurus, alij Philoſophi hominibus agendæ vitæ terminationes finiuiſſent, quaſque leges legiſlatores tuliſſent; Seu Creſus, Alexander, Darius, Cæſares, cæterique Imperatores, & Reges, quas res, aut quibus rationibus geſſiſſent, fuiſſent notæ, niſi maiores præceptorum comparationibus omnium memoriæ ad poſteritatem Commentarijs extuliſſent. Itaque quemadmodum his gratiæ ſunt agendæ, ſic cæteri, qui poſt illos aliqua denuo cogitantes, publica ſuis ſcriptis fecerunt, non ſunt damnandi, quia prodeſſe ſemper co-

gitarunt. Sicut enim Reipublicæ vniuerſæ profuerũt ſemper perſonæ, & iudicia publica antedicta, ita & in omnibus profunt priuatis (quibus Reſpublica ipſa compoſita eſt) iudicia priuata in publicum commodum ordinata, de
1 quibus nunc eſt differendum. † Iudicia itaque priuata
ſunt, quæ aliàs ciuilia dicimus, quemadmodum publica
ſolemus appellare criminalia. Hæc autem per actiones ordinantur, nec enim quiſquam iudicio priuato ſine actione
2 experitur. Idcircò † iudiciorum vigor, iuriſque publici tutela videtur in medio conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat vltionem, l. nullus 13. §. idcirco, C. de Iudæis, & Cęlicolis, l. 1. C. ne quis in ſua cauſ. iudic glo. in d. l. 13. in verb. vltionem ver. item facit cum hac lege, neque ſibi ipſi valeat ius dicere, & ſi iudex ſit, l. qui iuriſdictioni 10. ff. de iuriſdict l. 1. C. ne quis in ſua cauſa iudicet, & infra tit. 4. ver. ſed & nemo in propria cauſa. Cur enim, inquit
3 Iulianus, † ad arma, & rixam procedere patiatur Prætor, quos poteſt iuriſdictione ſua compeſcere? quod concernit publicum bonum, & communem omnium vtilitatem
4 reſpicit. † Diebus autem feriatis, item meſſium vindemiarumque tempore iudicia exercenda non ſunt, & id ex l. 12. tabularum t. de ferijs. l. 1. l. quod ſi. 6. l. Præſides 4. ff. de ferijs, l. 2. C. eod. cum alijs allegatis in gloſ. ſtatut. Vrbis lib. 1. c. 58. Qui autem dies feriati ſint, dicitur in dicta glo. ſtatu-
5 ti Vrbis, & dicetur alibi. † Præſides autem Prouinciarum ex conſuetudine cuiuſque loci ſolent meſſis, vindemiarũque cauſa tempus ſtatuere d. l. quid ſi. 6. ibi Præſides, &c.
6 ff. de ferijs. Planè † interdum, & feriatis diebus iudicari poteſt, ſcilicet partibus conſentientibus d. l. 6. §. quid ſi feriatis, l. 1. §. 1. ff. eod. aut ſi dies actionis exiturus ſit, quo caſu diebus feriatis cogi, ad hoc tantum reus poteſt, vt litem conteſtetur d. l. 1. §. fin. & §. ſed excipiuntur, l. ſolet 3. ff. eod. Solet etiam meſſis vindemiarumque tempore ius dici rebus, quæ tempore, vel morte perituræ ſunt, morte veluti furti, damni, iniuriæ, iniuriarum atrocium, quod de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata rapuiſſe dicetur, & ſi quæ ſimiles ſunt, l. ſolet 3. ff. de ferijs, ca. vlt. de fe-
7 rijs. † Sed & de his ſpeciebus Prætor diebus feriatis adiri poteſt, vt tutores, aut curatores dentur, vt officia admoneantur, ceſſantis excuſationes allegentur, alimenta conſtituantur, ætates probentur: Ventris nomine in poſſeſſionẽ mittatur, vel rei ſeruandæ cauſa, vel legatorum, fideicommiſſorum, vel damni infecti. Item de teſtamentis exhibendis, & vt curator detur bonorum eius, cui, an hæres extiturus ſit incertum eſt, aut de alendis liberis, parentibus, patronis, aut de adeunda ſuſpecta hæreditate, aut vt aſpectu atrox iniuria æſtimetur, vel ſi cui fideicommiſſaria libertas præſtanda eſt, l. 2. ff. de ferijs. Et quod attinet ad tutores nos in tract. de tutela, & cura lib. 1. tit. 5. nume. 24. & 25.
8 & tit. 7. num. 63. † Liberalia quoque iudicia omni tempo-

re

9 re finiuntur d.l.ſolet;3.§.penult.ff. de ferijs. † Item in eũ,
quicquid nundinarum nomine aduerſus communem vti-
litatem accepit,omni tempore ius dicitur d.l.3.§.final. ſed
& ea, quæ ad diſciplinam militarem pertinent etiam fe-
riatis diebus peragenda, interque ea cuſtodiarum quo-
10 que cognitio eſt, l.penult.ff. de ferijs. Item † cuſtodia eſt
audienda,& de latronibus quæſtio habenda,l. Prouincia-
rum 9.C. de ferijs.& in dicta glo.ſtat.Vrb.l.penult.ff. de fe
11 rijs,l.cuſtodias 12.ff.de publ.iudic. Præterea † publicæ, ac
fiſcales cauſæ etiam feriatis menſibus ſine aliqua intermiſ-
12 ſione peragi poſſunt,l.publicas 5.C.de ferijs. † In quinde-
cim tamen paſchalibus diebus compulſio annonæ fun-
ctionis, & omnium publicorum, priuatorumque debito-
rum differtur exactio,l.omnes dies 7.§.fin.C.eod. Idus ve-
rò cuiuſque menſis apud veteres Romanos maximè fe-
ſtas,& feriatas fuiſſe conſtat apud Alex.ab Alex.lib.3. Ge-
nial.dier.c.18. & apud exteras gentes. Porrò cum publica
iudicia vltra biennium non proroganda eſſe ſupra dixeri-
13 mus, hoc loco ſciendum † priuatis iudicijs amplius tem-
pus præſtitutum, ſcilicet triennium certa conſtituta pœna
tum actori,tum reo, tum iudici, tum patrono cauſæ, tum
denique tutoribus; curatoribus, & procuratoribus, per
quos ſteterit,quominus intra triennium lis ſit finita,l. pro-
perandum 11.per tot.C.de iudic.c.venerabilis 20.de iudi-
cijs,c.2.de ſent.& re iudic.extrauag.commu. 1.§.& ſi For-
14 ſan de tregua,& pace Clat.§.fin.q.51.num.8.Planè † con-
trouerſijs occaſione naufragij ortis biennium tantum pr-
ſtitutum eſt, l. de ſubtractis 5. §. ſi verò cauſarum, C. de
15 naufragijs. † Iudicium autem ſuſceptum finitur non ſo-
lum ſententia lata,& executione ſequuta, ſed etiam ſi lite
pendente fuerit de cauſa tranſactum, l. neque impubes
22. ff. de in ius vocan. Vel litigatorum alter alterum arro-
gauerit, l.ſi à me 11.ff. vbi quis ag. vel conuen. Vel ſeruus
apparuerit actor,reuſve l.non idcirco 44 §.fina.ff.de iudi-
16 cijs. † Sed & ſoluitur iudicium vetante eo, qui iudicare
iuſſerat,vel etiam eo, qui maius imperium in eadem iuriſ-
dictione habet, vel etiam ſi ipſe iudex eiuſdem imperij eſ-
ſe ceperit, cuius erat, qui iudicare iuſſit, l.iudicium 58. ff.
17 vbi quis ager. vel conuen. deb. Quia † par in parem non
habet imperium,l. Labeo ait 3.§.fin.cum l.ſequen.ff.de re-
18 cept.arbitr. † Mutato tamen iudice,& alio in locum prio-
ris ſubſtituto, aliud iudicium non cenſeri, ſed rem eãdem,
& iudicium idem, quod antea fuiſſet permanere Alſenus
reſpondit,l.proponebatur 76.ff.vbi quis ager.vel conueni-
19 ri. Porrò † quamuis olim in vſu fuiſſet, vt non niſi impe-
trata prius actione quis ad agendum admitteretur,tamen
exceptio iſta non impetratæ prius actionis iure nouo ſub-
lata eſt in genere,l.2.C.de iuris formulis. Et vtique ſubla-
tæ ſunt iuris formulæ aucupatione ſyllabarum inſidian-
tes,l.1.C.eod. Eas tamen perſonas,quibus reuerentia præ-
ſtanda eſt ſine iuſſu Prætoris in ius vocare,& iure nouo nõ
poſſumus, de quibus dicetur infra ſuo loco. Poſtremò
20 † iudicia diuiſionem recipiunt ex re, quæ in ea deducitur,
nam aut de honoribus, & muneribus gerendis agitur, aut
de pecuniaria re diſceptatur,aut de exiſtimatione alicuius
cognoſcitur, aut de capitali crimine quæritur,l. cognitio-
num 5.ff.de extraordin.cognit.nunc de iudiciorum perſo-
nis agemus,& primum de iudice,Aſſeſſore,& miniſtris iu-
21 dicis. Sed † & loco iudiciorum conceduntur etiam quan-
doque repreſaliæ 23.q.2.ca. Dominus noſter. Viu.in verb.
captus,& nomina. Villalo.R.3.& nos in glo. ſtatuti Vrbis
lib.2.c.30.in fine.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex prima perſona iudicij.*
2 *Iudex competens præſumitur.*
3 *Incompetentia iudicis, unde ſumatur.*
4 *Iudices, qui dare poſſint.*
5 *Delegatus Principis iudicem dare poteſt.*
6 *Delegatus iudicis delegati iudicem dare non poteſt.*
7 *Prætor,& Præſes dant iudices.*
8 *Finita iuriſdictione iudices non dant.*
9 *Imperium merum delegari alteri non poteſt.*
10 *Tutoris ſuſpecti cauſa poteſt delegari.*
11 *Delegata cauſa non poteſt delegari.*
12 *Iudex à parte nominatus non datur.*
13 *Morte delegantis ſoluitur delegatio.*
14 *Vni ex pluribus iudicare prohibens cæteris permittit.*
15 *Iudex datus, quando deſinat eſſe iudex.*
16 *Princeps, ſeu quis iudicem dare poteſt, non poteſt ſe ipſum iudi-cem dare.*
17 *Iudex datus non eſt mutandus, limitatur.*
Surdus
Mutus
18 *Furioſus* — *Iudices dari non poſſunt.*
Impubes
Senatu motus
Fœmina,& ſerui
19 *Fœminæ apud Spartanos iudicabant.*
20 *Fœmina apud Lacedemones,& alias rationes iudicabant.*
21 *Iuſtinianus vtebatur conſilio Theodoræ.*
22 *Fœmina, quare iudices eſſe non poſſint.*
23 *Magiſtratus perſona publica eſt.*
24 *Iudex oculatiſſimus eſſe debet.*
25 *Mulieres faciles, miſericordes, credulæ.*
26 *Maſculum aptum ad imperandum.*
27 *Fœmina eſt manere domi.*
28 *Mulier in ſilentio.*
29 *Ordo naturæ peruerſus quando.*
30 *Magiſtratus ad Prouincias ſine vxore accedunt.*
31 *Fœminæ habentes Regnum,& Principatum, illud ex ſe regũt,& adminiſtrant.*
32 *Fœminæ per ſubſtitutum facere poſſunt.*

De perſonis iudiciorum, & primum de iudice. Tit. 2.

1 INter † iudiciorum perſonas primum locum obtinet iu-
dex,contra quem varijs modis excipitur, & aut perſo-
na eius recuſatur,aut forum declinatur,quibus cogni-
tis ſimul etiam ſciemus,quis, qualiſque iudex eſſe debeat,
& quando iudex non competens dici poſſit. Regulariter
2 † quidem iudex competens præſumitur, & qui eum incõ-
petentem dicit, probare hoc, quod dicit, & rationem eius
3 reddere tenetur Clar.§ fina.quæſt.35.† Huiuſmodi ratio,
ſiue exceptio deſumitur, vel ex perſona ipſius iudicis, vel
ex perſona actoris,vel ex perſona rei conuenti, vel ex gene
re cauſæ,& actionis,vel ex re, quæ petitur, vel denique ex
loco contractus,qui cauſam dedit actioni. Et quidem ex
perſona iudicis deſumptæ exceptiones hæ ſunt. Si iudex,
neque iuriſdictioni præſit, neque à Principe poteſtate ali-
qua præditus,neque ab eo, qui ius dandorum iudicum ha
bet, datus eſt, nec ex compromiſſo ſumptus, vel ex aliqua
lege confirmatus eſt: his enim omnibus deficientibus, iu-
dex eſſe non poteſt,l.qui neque 81.ff.vbi quis agere, vel cõ
ueniri,l.cum Prætor 12.§.1.ff.eod.3.q.6.c.pulſatus 11. q.1.
c.Clericus 23.q.2.ca.§.iudex. Clarus vbi ſupra. Quod au-
tem diximus, Neque ab eo,qui ius dandorum iudicum ha
bet,datus eſt,vt id intelligi poſſit,ſciendum eſt,penes quos
4 iudicis dandi poteſtas fuerit. † Iudicem itaque dare pote-
rant,quibus lege, vel conſtitutione,vel Senatuſconſulto id
concedebatur dict.§.1.l.ſicut Proconſul d.§.1. ibi lege. Is
quoque, cui mandata erat iuriſdictio, iudicem dare pote-
rat,vt erant legati Proconſulum: item hi,quibus id conceſ
ſum erat propter vim imperij, ſicut Præfectus Vrbi cæte-
rique Romæ magiſtratus d.§. 1. ibi, is quoque &c. Nam
eum,qui iudicare iubet,magiſtratum eſſe oportet, l.eum,
qui 13.ff.de iuriſdict. Procurator autem Cæſaris, qui par-
tibus Præſidis non fungebatur,in litem priuatorum ius dã
di iudicem non habebat,l.ex conſenſu 23 §.1. de appellat,
5 l.1.C.de pedan.iudic. † Quod verò diximus,eum,cui man
data iuriſdictio erat, iudicem dare potuiſſe, ita intelligen-
dum eſt,ſi vel à Principe mandata ei fuerat iuriſdictio,vel
à Proconſule,l.à iudice 5.C.de iudicijs,l.cum Prætor 12.§.
1.ff.vbi quis agere,l.legatus 12.ff.de offic.Proconſ.& lega-
ti. Nam legatus mandata ſibi iuriſdictione, iudicis dandi
6 ius habebat, d.l.legatus 12. † Cæterum ab alto mandatam
ſibi iuriſdictionem mandare alteri nemo poterat,l. nemo
70.ff.de reg.iuris,l.vlt.in princ.ff de offic.eius. Nam more
maiorum,ita comparatum erat, vt is demum iuriſdictio-
nem mandare poſſet, qui eam ſuo iure, non alieno benefi-
cio haberet, & quia nec principaliter ei iuriſdictio data e-
rat,nec ipſa lex deferebat,ſed confirmabat mandatam iu-
riſdictionem, l.more 5.cum l.ſequen.ff.de iuriſdict.d.l.à
iudi-

Digitized by Google

7 iodice 5.C.de iudicijs. † Iudex igitur delegatus à iudice iu
dicis dandi poteſtatem non habebat, d.l.à iudice. Prætor
tamen ſolebat iuriſdictionem mandare, aut omnem, aut
ſpeciem vnam, l.ſolet 16.l.Prætor 17.ff.de iuriſdict. Sed &
Præſes Prouinciæ, vel propter occupationes publicas, vel
propter cauſarum multitudinem dandi iudicis habebat
poteſtatem, quamuis Imperator nominatim ad Præſidem
aliquem remiſiſſet, l.2. C.de pedan.iudic.l. quædam 5. C.
eod.l.ſæpè 8.ff.de offic.Præſid.l.generaliter 9.ff.eod.l.cum
8 poſt 26.C.de appellatio. Porrò † magiſtratus, quibus iudi
cis dandi ius eſt, eo die, quo priuati futuri ſunt, iudicem
dare non poſſunt, l.eum, qui 1. §.magiſtratus autem, ff.de
9 iuriſdict. † Sed nec ea, quæ imperij magis, quam iuriſdi-
ctionis ſunt mandari, vel delegari alteri poſſunt, l.1. ff. de
offic.eius. Vnde errare videntur magiſtratus, qui cum pu-
blici iudicij habeant exercitionem lege, vel Senatuſconſul
to delatam, (velut lege Iulia de adulterijs, & ſi quæ ſunt
ſimiles) iuriſdictionem ſuam mandant, d.l.1. & vt dictum
10 fuit ſupra lib.1.tit.7. de iuriſdictione delegata. † Suſpecti
tamen tutoris accuſatio delegari poteſt, l.cognitio 4.de of-
fic.eius, & vt in d.num.7.& in tract. de tutela, & cura lib.1.
11 tit.10.numer.35. † Sed nec ea cauſa mandari, vel delegari
poteſt, quæ ad iuriſdictionem delegantis non pertinet, niſi
fortè quis cauſam ſibi ab Imperatore delegatam, alij dele-
12 gauerit, l.1.in princ.& §.fin.C.qui pro ſua iuriſdict. † Præ-
terea in iudice dando illud quoque obſeruandum eſt, ne is
iudex detur, quem altera pars nominatim petit, id enim
iniqui exempli eſſe, Diuus Adrianus reſcripſit, niſi hoc ſpe
cialiter à Principe ad verecundiam petiti iudicis reſpicien-
te permittatur, l.obſeruandum 47.ff.de iudic. quod & di-
ximus in glo.ſtatuti Vrbis lib.1.c.187.de Conſultore eligē-
13 do. † Sed & ſi is, qui mandauit iuriſdictionem deceſſerit,
antequam res ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio geri cœpe-
rit, ſoluitur mandatum, ſicut in reliquis cauſis, l.& quia 6.
ff.de iuriſdict. Idem dicendum eſt, ſi is, qui iudicare iuſſe-
rat, poſtea iudicare prohibeat, l.iudicium 58.ff. de iudic.
14 † Si tamen vni ex pluribus iudicare prohibeat, cæteris id
committere videtur, l.cum Prætor 12. in princ.ff. eodem.
15 † Quamuis autem ei, qui iudicare iuſſit, re non integra ſuc
ceſſum ſit, iudex tamen ab eo datus iudex eſſe non deſinit,
l.venditor 49.§.fin.ff.de iudic. Iudice autem ad tempus da
to, tempore finito, iudex eſſe deſinit, etiam negotio nondū
finito, niſi conſenſu partium tempus illi ſit prorogatum,
dummodo principali iuſſione ſpecialiter prorogatio non
fuerit inhibita, l.2.§.& ſi iudex, ff.de iudic. Si autem iudex
ad certum tempus datus deceſſerit, & alius in locum eius
datus ſit, tantundem ex integro temporis in perſona eius
præſtitutum intelligimus, quamuis magiſtratus nomina-
tim hoc in ſequenti datione non expreſſerit, l. ſi iudex 32.
16 ff.eod. † Porrò is, qui iudicis dandi poteſtatem habet, ip-
ſum ſe iudicem dare non poteſt propter appellationis cō-
modum, non enim idem à ſeipſo prouocari poteſt, l. vlt.
17 ff.de offic.Prætor.l.Præſes 5.ff.de offic. Præſid. † Iudex au
tem datus facilè mutandus non eſt, niſi vel deceſſerit, vel
in eum caſum inciderit, quo ab initio iudex vtiliter dari
non potuit, vt quia furioſus factus, vel denique aliud quid-
dam inciderit, propter quod negotium impediatur, vt col-
ligitur ex l.vbi 30.ff.de iudic.l.ſi longius 18.ff. eod. ex l.pla-
cuit 4.C. de pedan.iudic.ex l.iudex datus 46. ex l. Iulianus
18 17.ff.de iudic.† Non autem omnes iudices dari poſſunt ab
his, qui iudicis dandi ius habent. Quidam enim lege impe-
diuntur, ne iudices ſint, quidam moribus, quidam natura.
Natura vt ſurdus, mutus, furioſus, & impubes, quia iudi-
cio carent. lege, qui Senatu motus eſt. Moribus, fœminæ,
& ſerui, non quia non habeant iudicium, ſed quia receptū
eſt, vt ciuilibus officijs non fungantur, l. cum Prætor 12. §.
non autem, ff.vbi quis agere, vel conue.l.2.ff. de Senator.l.
fœminæ, ff.de reg.iur.l.quidam conſulebant, ff. de re iudic.
l.1.C.de mulier.& in quo loco, vbi Lucas de Penna l.& qui
originem, §.corporalia, ff.de muner.& honor. & c.mulierum
33.q.5.l.fin.C.de arbitr. Viuius in verbo Pupillus, num.12.
Quod etiam diuino iure comprobatum eſt in Exodo cap.
18.ibi, prouide autem de omni plebe viros potentes, & ſic
non fœminas. Subeſſe enim non imperare viris fœminas
iubet Deus Geneſis cap.3.& id non quia iudicium non ha-
beant, ſed quia receptum eſt, vt ciuilibus officijs non fun-
gantur, vt in d.l.12.§.non autem, & in alijs iuribus ſupra ci-
tatis, & in l.2. ibi Conſultorum virorum, ff.de legibus. vbi
Bart.& Caſtr.nume.4. Aret.in §.ex non ſcripto ver.quæro
19 an fœmina, inſtit.de iure nat.gent & ciuili. † Verum apud
Spartanos mulieres priuatim in domibus dominabantur,
& in publicis de maximis rebus ſententiam dicebant, teſte
Plutar.in comparat. Numæ, & Licurgi. Vnde illud Poetæ.

Illa Numæ coniux conſiliumque fuit.

20 Idem † fuit obſeruatum apud Lacedæmones, teſte Ari-
ſtot.lib.2.Polit.c.7.& Plutar.vbi ſupra, & apud Athenien-
ſes veteres, vt refert Varro. & apud Gallos quoties de bel-
lo, aut de pace conſultandum fuit ſecundum Plutarchum
de virtutibus mulierum. Apud Germanos conſilia mulie-
rum, & iudicia non aſpernabantur ſecundum Tacitum de
moribus Germaniæ. Nec apud Ægyptios. Et Iuſtinianus
21 † Imperator in rebus grauiſſimis conſilium Theodore cō-
iugis adhibebat, vt teſtatur ipſe in authent. vt iudices ſine
quoquo ſuffragio, §. hæc autem omnia apud nos cogitan-
tes, alia huiuſmodi multa exempla afferunt Tiraquel. in l.
2.connub.nume.64. Petrus Gregor. Tholoſanus lib.47.par.
3.Syntagm.tit.de actio.c.11.& lib.7.de Repub.c.11. ex qui-
bus non poteſt inferri ad omnes omnis generis fœminas,
22 ſed tantum ad magnas, & Viragines. † Alias autem om-
nis generis fœminas moribus introductum, atque receptū
eſt, non admitti propter earum honeſtatem, vt dicit Abb.
in c.dilecti de arbitr. quem refert Cagnol. in d.l.fęminæ, ff.
23 de regu.iur. † Nam cum magiſtratus ſit publica perſona,
& palam, atque publicè copiam ſui facere debeat, l.mari-
tum, C.de procurator.l.2.C. de his, qui ven.ætatis, c.diffini-
tum 18.q.2.c.mulieres de iudicijs in 6. quod cum honeſta-
te facere non poſſunt omnes, omnis generis fęminæ, ſed
Imperatrices, Reginæ & ſimiles, quæ ſunt ſemper magno
numero aſſeclarum; mulierum, & familiarium aſſociatæ.
Et ſi aliqui dicant, id generaliter receptum eſſe propter fra
gilitatem conſilij Bald.in l.quoties, num.7.ver.& dic, quod
mulier.C. de ſuis, & legit.l.pater, C.de ſponſal. & lubrici-
tatem voti, ca.forus de verb.ſignific.l.filia, C. de inoffic.te-
24 ſtam. † Et iudicem oportet eſſe oculatiſſimum, in nego-
tijs expertiſſimum, & in officio conſtantiſſimum, & infle-
25 xibilem, l.reſpiciendum, ff. de pęnis. † Mulieres autem fa-
ciles ſunt deceptioni expoſitæ, nimiumque miſericordes,
& credulæ, l.2.§. penult.ff. ad Senatuſconſ. Velle.l.ſi mu-
lier, C.eo.c. ex parte de priuileg. §. quæſitum Authent. de
æqualit.dot.& Ariſt.lib.1.Politic.c.8.& Lipſius lib.2. ca.3.
26 dixerunt, † natura magis aptum ad imperandum, quod
eſt maſculeum, quam quod fęmineum, niſi fortè à natura
ipſa defecerit, quia Viris dedit prudentiam, animi magni-
tudinem, robur, cum imperandi, mulieribus adimit, aut ſal
tim imbecillem, languidam, imperfectam conceſſit. Hinc
27 Virgil. Æneidos 8. † Feminæ eſt manere domi. Et Paulus
28 Apoſtolus ad Hebræos c.2. inquit. † Mulier in ſilentio di-
ſcat cum omni ſubiectione, docere autem mulieri non per-
29 mitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. † Nā
peruertitur naturæ ordo, cum viri mulieribus ſubijciun-
tur. Lucas de Penna in l.ſi quis, C.de profeſſor.& med. lib.
10.Ifern.c.1. Imperator Lotharius numero 5. Tiraquel.de
30 primog.q.40.num.13. & ſequen. † Et magiſtratus monen-
tur, vt ad ſuas Prouincias abſque fęminis proficiſcantur, l.
obſeruare, vbi Bald.ff.de offic.Proconſ. Ioan.de Platea in l.
apud C.de cenſib.& cenſitor.lib.11. Valaſc. deciſ.129. nu-
31 me.6.par.2. † Sed omnia prædicta ſunt intelligenda de or-
dinarijs mulieribus, ac de magiſtratibus ordinarijs, non au
tem de mulieribus habentibus proprio, ac prærogato iure
Regnum, Archiducatum, Ducatum, ſeu feudum cum iu-
riſdictione, quoniam illa adminiſtrare, & iuriſdictionem
exercere non prohibentur. Abbas & alij in c.dilecti de ar-
bitris, & in c.ſignificanit de reſcript. Felin.in ca.dilecta de
maiorit.& obed. Dec.& poſt eum Cagnol.in l.fęminæ, nu-
mero 4.ff.de reg.iuris, & nos in tract.de tutela, & cura, lib.
1.tit.12.num.19. Molin.de Hiſpan.primog.lib.1.c.14.num.
32 14. † Nec minus intelligenda ſunt de illis officijs, in qui-
bus mulier per ſubſtitutum ſeruire poſſet. Andr.in ca.1.de
feudo guardiæ Frecc.in q.50.num.4. Capyc.in deciſ.77.nu
mero 13.& in deciſ.121. num.5. Iudices tamen dari prohi-
bentur per allegata ſuperius.

S V M M A R I V M.

1 *Senatu motus iudex denuò dari prohibetur.*
2 *Remotus ob culpam iudex non datur amplius.*

Iudi-

Digitized by Google

3 *Iudices furtis maculati inter peſſimos habendi omni honore indigni in perpetuum.*
4 *Infamia, & turpitudo repellit ab honoribus.*
5 *Officio laudabiliter finito remanent inſignia, & priuilegia honoris.*
6 *Nomen malum habentes ad officia non eliguntur.*
7 *Relegati ad tempus finito tempore eligi poſſunt.*
8 *Princeps quomodocumque remotos eligit.*

De lege prohibito iudice non dando. Tit. 3.

1 LEge, † qui Senatu motus eſt, iudex demùm dari pro-
hibetur, l. cum Prætor 12. §. non autem, ff. vbi quis a-
gere, vel conueniri. cum allegatis ſupra in tit. præce-
2 den. † Nam ab officio ob culpam, vel negligentiam remo-
tus, nec ad illud, nec ad aliud amplius eſt promouendus, l.
quicunque, vbi gloſſ. C. de diuer. offic. & apparit. libro 12.
3 † Iudices enim, qui ſe furtis, vel ſceleribus fuerint maculaſ-
ſe conuicti, ablatis codicillorum inſignibus, & honore exu-
ti inter peſſimos quoſque, & plebeios habeantur, ſibi
poſthac de eo honore blandiantur, quo ſe ipſos indignos
iudicauerunt, l. iudices, C. de dignitat. lib. 12. l. 2. C. de Palat.
Sacror. lib. 12. Vbi officialis ſemel in officio culpabilis con-
uictus, & iudicatus, iterato ad eandem non aſpirabit mili-
tiam, nec etiam aliam acquirere poterit, l. ſi aliquid, C. de
ſuſcept. & Archar. lib. 10. ibi. Nemo eorum, qui ſemel in-
tercertione conuictus, idem rurſus officium gerat, in quo
ante deceſſit, & ſi reſcriptum noſtrum clandeſtina ſuppli-
catione intulerit, facit tex. in l. fin. in fine, ff. de offic. procu-
rat. Cæſaris, & in Auth. de armis ad fin. col. 6. & vbique Bar-
4 tol. Ioan. de Platea, Rebuff. & cæteri Doctor. Quia † ob tur-
pitudinem, & infamiam, in quam incidit, repellitur ad Se-
natum redire, & dignitatem omnem amittit, l. 2. ff. de Se-
nator. l. 2. C. de dignitat. li. 12. l. 2. C. de infamib. lib. 10. l. mili-
ti. C. de re militari. lib. 12. l. ordinariorum, C. de cohort. libr.
12. l. iudices, C. de annon. & tribu. libro 10. cum allegatis ſu-
5 pra lib. 1. titu. 3. † Nam & ſi finito officio remaneant officij
priuilegia, & dignitates, id tamen intelligi debet, ſi lauda-
biliter officium ſuum compleuit vſque ad finem, alias ſe-
cus, vt dixit Ioan. de Platea in l. Decurionib. in ver. texto no-
ta, C. de ſilentiar. & Decur. lib. 10. & in l. 1. col. 2. C. de ma-
giſtr. Sacror. Scrin. libro 12. & in l. nullus, C. de diuerſ. offic.
eod. lib. Roland. conſ. 66. num. 49. lib. 1. Rim. in. iun. conſilio
6 185. lib. 2. Capyc. deciſ. 121. num. 17. & 18. Hinc eſt, † quod
habentes malum nomen non debent ad officia eligi, vt col-
ligitur ex alleg. ſupra lib. 1. tit. 3. in princ. & ex tex. in l. ſan-
cimus, C. ad leg. Iul. repetun. & ex tex. à contrario ſenſu in
l. ſed & ſi ibi. inſpecto eius vitæ præcedentis actu, ff. de re
militari, & in l. non omnis §. Barbarus, ff. eod. in l. fina. C. de
offic. magiſtr. milit. & §. 1. Auth. de iudicibus, & 63. diſtinc.
c. Epiſcopum, Affl. in conſt. vt vniuerſis, num. 50. & infra
7 tit. 30. num. 29. † Sed ad tempus moti, non autem in perpe-
tuum priuati, finito tempore, admittuntur, vt probatur in
dicto tit. 3. Quod idem dicendum eſt de relegatis, & confi-
natis ad tempus glo. in l. quid ergo, §. pœna grauior in ver.
oneraſſet in fine, ff. de his, qui notan. infam. gloſſ. in l. 2. vet.
alia cauſa, ff. de Decurio. Bartol. & Bald. in l. 1. & l. ad tem-
pus, vbi Ioan. de Platea, C. de his, qui in exil. lib. 10. Gail. de
pace publ. lib. 2. c. 10. Menoch. caſ. 330. de arbitr. cum decla-
ratione, de qua in d. titul. 3. ver. dummodo non minorem.
8 † Poteſt tamen Princeps ex eius ſuprema poteſtate quo-
modocumque motos admittere, & tales ita admiſſi ſunt
recipiendi, l. ſi quis ex grege, C. de cohortal. lib. 12. l. filij, §.
Senator vbi Bartol. & alij, ff. ad municipal. Niſi conſtiterit
ſubreptitiè fuiſſe admiſſos, & officia obtinuiſſe, nam ſi ita
obtenta recipiant, & adminiſtrent, erunt puniendi, l. reus
delatus, ff. de muner. & honor. l. quicunque, C. de diuer. of-
fic. lib. 12. l. 2. C. ſi ſeruus, aut liber. ad Decur. libro 10. l. quiſ-
quis, C. de cohort. libro 10. cap. nihil de elect. Alberic. in l.
qui cum §. qui ad beſtias, ff. de re milit. Paris de Put. de Sin-
dic. in verbo Inhabilitas. Roman. ſingul. 593. Capyc. deciſ.
128. numer. 3. Sed de eo tam ordinario, & delegato, quam
de appellationis iudice plura proponuntur in gloſſ. ſtatut.
Vrb. libro 1. & 2. & in loco 11. titul. 3. Syntag. comm. opin.

SVMMARIVM.

1 *Cæci, ſurdi, muti, furioſi, & infirmi non dantur iudices, declaratur.*
2 *Infirmitas ſuperueniens non aufert officium.*
3 *Sententia quando per alium ferri poſſit.*
4 *Iudex perpetuò infirmatus honeſto ſalario cum miſſione ſubleuandus.*
5 *Furioſus perpetuus prohibetur iudex eſſe.*
6 *Furioſus remotus retinet dignitatem.*
7 *Impuberes non poſſunt dari iudices.*
8 *Minores 25. annis iudices dari non debent.*
9 *Etiam ſi eſſet hominum penuria.*
10 *Senioribus gubernium dari debet.*
11 *Adoleſcentium conſilia periculoſa.*
12 *Seniorum experientia bona.*
13 *Iuuenes ſunt faciles, & habent defectus.*
14 *Iuuenes intemperantes.*
15 *Mecenas Octauio proponebat ſenes.*
16 *Romulus ex ſenioribus conſtituit curiam.*
17 *Licurgus conſtituit iudices ſenes.*
18 *Scriptura monſtrat ſenes in pretio.*
19 *Romanum Regnum tamdiu durauit, quamdiu ſenes rexerunt.*
20 *Aetas, quæ in magiſtratibus aſſequendis.*
21 *Diſpenſatio ſuper ætate eſt contra naturam.*
22 *Filiusfamilias poteſt eſſe iudex.*
23 *Paganus, & miles poteſt eſſe iudex.*
24 *Viator iudex eſſe non poteſt.*
25 *Iudex in cauſa propria nemo, limitatur.*
26 *Iudex in cauſa vxoris, nemo.*
27 *Pater in cauſa filij iudex.*
28 *Iudices iuriſperiti eligendi.*
29 *Ignorantia iudicis calamitas induſtriæ.*
30 *Imperito nil iniuſtius.*
31 *Iudex ab alio diſcere non debet.*
32 *Peritiſſimi viri iudices eligendi.*
33 *Experientia, & praxis neceſſaria in iudice.*
34 *Ignorantia iudicis ſupplet præſentia Aſſeſſoris, ſi ipſe ſit peritus.*

De cæco, ſurdo, muto, furioſo, impubere, & infirmo natura prohibito iudice non dando. Tit. 4.

1 NAtura † etiam prohibentur dari iudices cæci, ſur-
di, muti, furioſi, & infirmi, l. cæcus, ff. de iudic. vbi
glo. & Bart. l. infamia, C. de Decurio. l. cum Prætor,
§. fin. ff. eod. l. 1. §. mutus, vbi Bart. ff. de tutel. §. item Surdus
in. ſt. quib. non eſt permi. facere teſt. l. 1. §. propter caſum, ff.
de poſtul. cum alleg. ſuperius hoc lib. 2. tit. 5. ver. Non antè
omnes latè Gregor. Tholoſ. lib. 47. Syntagm. iuris, ca. 9. nu.
7. & ſeq. & eſt tex. in l. fin. §. fin. ff. de legit. tut. Nam iſti iu-
dicio carent, ſuiſque rebus ſupereſſe non poſſunt, & in ſuis
rebus curatores accipiunt, exceptis cæco, & infirmo, §. 1.
inſti. de curator. ſed non intelligitur de infirmitate leui,
quæ non impediat liberum exercitium officij, non autem,
quæ impediat ſecundum Franch. & Imolam in ca. 2. de re-
nunc. in 6. Gomez in reg. de infirm. reſign. q. 28. faciunt de-
ducta per nos in tract. de tutela, & cura lib. 1. tit. 8. nume. 7.
2 † Hæc tamen intelligenda ſunt, antequam cæcus, mutus,
ſurdus, & infirmus ad magiſtratus admittantur, non au-
tem ſi poſt promotionem fiat cæcus, mutus, ſurdus, vel a-
liàs infirmetur, hoc enim caſu ante promoti magiſtratum
retinebunt dict. l. cæcus, & alia ſupra citata intra hoc idem
probant. Quamuis enim cæcus pro alio poſtulare non poſ-
ſit, tamen & Senatorium ordinem retinet, & iudicandi of-
ficio fungitur, nunquid ergo & magiſtratus gerere poſſit?
ſed de hoc deliberabimus: extat quidem exemplum eius,
qui geſſit, hoc eſt magiſtratum nouum acceptando, Ap-
pius denique Claudius cæcus in conſilijs publicis intere-
rat, & in Senatu ſeueriſſimam dixit ſententiam de Pyrrhi
captiuis non recipiendis, ſed melius eſt, vt retinere quidē
dicamus iam acceptum magiſtratum poſſe, adſpirare au-
tem ad nouum penitus prohiberi, idque multis compro-
batur

batur exemplis, l.1.§.quamuis, ff. de poſtulando. Multa
enim facta remanent, quæ de nouo fieri prohibentur, vt
notat ibi gloſſ.l.patre, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.
3 Bart.& cæteri Doctor.in d.l. cæcus. † Poſſunt enim per a-
lium ſententiam ferre, l.final.C. de ſentent. ex breui.recit.
Mart.Lauden.de official.q.177.Bolognet.in conſ.5. nume
ro 10.Imò vt dixit Cicero in Tuſcul.lib.5. intentius cuncta
contemplantur, quia obiectis non impediuntur,& natura,
quod in vno adimit, in altero compenſat, minuſque affe-
ctibus mouentur. Veritas tamen eſt, quod dicit text.in d.§.
quamuis,& glo.in d.l.cæcus,& tot.tit. de Clerico ægrotan
te, quod hoc in caſu retineant dignitatem, non autem ad-
miniſtrationem. Quid enim poterit determinare cæcus in
his rebus, quæ oculorum inſpectione determinanda ſunt?
Quidque pariter ſurdus, & mutus, vel graui infirmitate
detentus? cum præcedentibus audientijs, ſtudio, ac dili-
gentia, tandem iudices propria voce ſententias proferre
teneantur, l.1.in fine, C.de ſent.ex breuic. recitan.qua ratio-
ne, ideo tales ſunt excuſandi, vt probaui in d. tract. de tu-
tela,& cura lib.1.tit.8.numer.7.per tot.& probat Tholoſ.
4 vbi ſupra num.7.& 8.& c.10. num. 19. † Verum in officio
perpetua ſuperueniente ægritudine infirmati ſunt ſuccur
rendi,& aliquo honeſto ſalario ſubleuandi, l.4.§. Stichus,
ff.de ſtat.liber.l. in rebus commodatis, §.poſſunt, ff. com-
5 mod.Tholoſan.d.c.9. num.8. † Quod de furioſo dictum
eſt, id accipi debet de perpetuo furioſo d.l. cum Prætor, §.
non autem, & l.ſed & ſi ſeruum, ff. de recept. arbitr. nul-
lum enim negotium legitimè gerere poteſt, l. in negotijs,
ff.de reg.iur. Tholoſ. vbi ſupra, nume.12.& 14. Nam quod
furioſus ſententiæ dixerit, furore intermittente, ratum eſt,
l.cum furioſus 39.ff.vbi quis agere, vel conueniri, l. iudex
46.ff.eod. Poteſtque furioſus iudex, addi, datuſque iudex
in eodem officio permanet, licet furere cœperit, quia tamē
ob furorem eius negotium impeditur, mutari debet d. l.
6 39.& 46. † Sed dignitatem retinebit, vt ſupra dictum eſt.
7 † Impuberes autem natura prohibentur iudices eſſe d.l.
cum Prætor 12.§. non autem, ff.de iudic. & vbi quis age-
re, vel conueniri, l.2.in fine, ff.de reg.iuris l.2.§.impuberes,
ff.de iure immun.l.ſed & ſi ſeruum, ff.de arbitr. c.ex eo de
8 elect.in 6.& 3.q.7.cap.1. † Et minores etiam vigintiquin-
que annis arbitros eligi prohibentur, l.cum lege, ff. de re-
cept.arbitr. Hoſtien.in ſumma de arbitris, §.2. Abb. & Fe-
lin.in ca.cum vigeſimum de offic.deleg. Imol.& Alex. in l.
quidam conſulebant 57. ff. de re iudic. Blanc.de compro-
miſſ. par.2.q.35.num.22. Mandoſ.de ætate minor.capit.5.
num.89.Et licet glo.in d.c.cum vigeſimum teneat contra-
rium, quam ſequuntur Spec.de arbitr.§.2.ver. item ſi mi-
nor,& Alex.in d.l.quidam conſulebat. Tamen id, quod di-
9 ctum eſt, firmiter credimus, † & id procedit, etiam ſi ho-
minum penuria eſſet d.l.2.§.fin. ff. de iure immunit. l.Lu-
cius §.fin.ff.ad municip.faciunt allegata in tract.de tutela,
& cura lib.1.tit.2.nume.20.& 21.& lib.3.q.10. per totum.
10 Nam vt dixit Auerr. in Platonem de Repub. 10.t. † Rei-
publicæ intereſt, vt gubernacula ſenioribus debeantur,
qui præterquam quod ſcientias ſpeculatiuas adepti ſunt,
obtinent præterea experimentum longo tempore acquiſi-
tum,& Ariſt.lib.1.Politic.cap.8. & libr.1. Rethor. inquit,
11 † periculoſa ſatis eſſe in omni ferè negotio adoleſcentium
conſilia, nec facilè repertum, quod aliquid rectè geſſiſſent
rerum magnarum, quibus cani non fuerint ad conſulta-
tionis communionem adhibiti, & Plato de Republ. lib.3.
12 inquit. † Non iuuenem, ſed ſenem eſſe oportet bonum iu
dicem, qui ſerò quale quid iniuſtitia ſit, didicerit, tanquā
qui non proprio eam in animo ſuo ſenſerit, ſed alienam in
alienis animis longo tempore nouerit, atque idcirco cuiuſ-
modi ſit malum diſcernat ſcientia, potius quam propria
experientia indicans, generoſiſſimus certè iudex huiuſmo
di eſſe iudicatur,& libro 5.admonet, ne quis magiſtratum
13 gerat, qui ſit iuuenis, dum inquit. † Solent enim iuuenes
eſſe ſimplices,& minimè mali, & improborum hominum
verſutijs facilè circumueniuntur, cum earundem affectio-
num exempla in ſe minimè habeant. Per ætatem iuuenes
imprudenter multa faciunt, nec rerum ante exitus vidēt.
Sunt maximè in eo vituperandi, quod illos, quorum ſe-
qui conſilia debebant, aſpernantur, vt innuit Seneca in
14 Thieſte,& Ariſt.in 2.Rethor.c.12. inquit † iuuenes ad ho-
nores euecti, intemperanter, ac inſolenter ſe gerunt, ad a-
liorum iudicia,& opiniones reſpiciunt, peiora facilè præce
pta audiunt, affectus vehementes habent, eoſdemque re-
gere nequeunt. Hinc iuuenis Phrygij Paridis iudicium
manſit alta mente repoſtum, vt improbum, ac prauo affe-
ctu plenum. Nam pulchritudine laudaræ, ac promiſſæ He
lenæ captus pomum Veneri dedit. Vnde iuſtum Troiæ
excidium, ac illius,& patris ruina. Sed & quantum ſit cre-
dendum iuuenibus docent Phetontis caſus, & Icari,& Li-
uius lib.20. Decad.4. teſtatur ob id rogationem latam fuiſ-
ſe, ne cura Reipublicæ iuuenibus committeretur. ex Dio-
15 ne Caſſio. lib.52. † habemus, quod Mecenas ſuadebāt O-
ctauio, ne curam Reipub. iuuenibus demandaret, eſt enim
hoc valdè indecorum, ca.indecorum de ætat. & qualit. &
ita teſtantur Latinus Pacat.in Panigyrico ad Theodoſium
16 Sueton.in Auguſt.c.32. † & Romulus, qui primam Curiā
conſtituit in Vrbe, illam ex ſenioribus conſtituit. Vnde Se-
natus nomen accepit à Senibus,& Patribus, & Plutarc.re-
17 fert † Licurgum primum conſtituiſſe iudices ſenes, & ſta-
tuiſſe in demortui locum eum aſſumi debere, qui virtute
cæteris præſtare iudicatus eſſet, ex illis ſcilicet, qui annum
ſexageſimum compleuiſſent, & ita moribus introductum
fuiſſe, vt Seniores ad magiſtratus legitimos gerendos vo-
carentur. Hoc idem ſeruatum fuiſſe apud Chalcidenſes
teſtatur idem Plutar.in Licurgo, & apud Lacedemonios,
vt tradit Alex.ab Alex.lib.4 Genial.ca.11. & latiſſimè Ti-
raquell.de primogen.in præfatione, nume.163.& ſeq. Me-
noch.de arbitrar.caſ.540.& Plutarch.in libello, an ſenibus
Reſpub.gerenda.& in vita Romuli. Tholoſ.libro 47. Syn-
18 tagm.iuris c.9.& c.25.nume.12. † Hoc idem in ſacra Scri-
ptura pluties ſcriptum legimus, vt in Eccleſiaſt.ca.25. ibi.
Quam ſpecioſa veteranis ſapientia,& glorioſus collectus,
& conſilium, corona ſenum multa peritia,& in ca.8.Non
prætereat narratio ſeniorum, ipſi enim didicerunt à pa-
tribus ſuis, quoniam ab ipſis diſces intellectum, & cap.34.
Vir in multis expertus cogitabit multa,& qui multa didi-
cit, enarrabit intellectum, qui non eſt expertus, pauca reco
gnoſcit.& Numer.cap.1.Congrega mihi ſeptuaginta viros
de ſenibus Iſrael, quos tu noſti, qui ſenes ſunt,& Iob in ca-
pit.12.dicebat. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tem-
pore prudentia. & D. Gregor. Nazianz. Apologet. 1. in-
quit. Senectus cum prudentia coniuncta, imperitæ iuuen-
tuti eſt anteponenda, & conſulta tarditas inconſultæ te-
meritati,& D.Hieron. inquit. Senectus pariter nos ab im-
prudentiſſimis dominis liberat voluptatibus, gulæ impo-
nit modum, libidinis frangit impetus, auget ſapientiam,
dat maturiora conſilia. & D. Auguſtinus ſcribens ad fra-
19 tres in Eremo ſermo.14.inquit, quod † Romanorum Re-
gnum tamdiu perſeuerauit, quamdiu ſapiētes regere per-
miſerunt: Sed cum iuuenes elegerunt, tanquam iuſtitiam
ignorantes,& acceptores perſonarum facti ſunt,& iuſtitiā
vendentes, atque perdentes, dominium Orbis terrarum
amiſerunt. Hinc Petronius arbiter cecinit ita.

Nec minor in campo furor eſt, emptique Quirites.
Ad prædam, ſtrepitumque lucri ſuffragia vertunt.
Venalis populus, venalis curia Patrum.
Eſt fauor in pretio, ſenibus quoque libera virtus.
Exciderat, ſparſiſque opibus conuerſa poteſtas.
Ipſaque maieſtas auro corrupta iacebat.
Pellitur à populo victus Cato, triſtior ille eſt.
Qui vicit, faſceſque pudet rapuiſſe Catoni.
Namque hoc decus eſt populi, morumque ruina.
Non homo pulſus erat, ſed in vno victa poteſtas,
Romanumque decus, quare tam perdita Roma
Ipſa ſui merces erat, & ſine vindice præda.

Et ſupra lib.1.tit.4. nu.20. & Afflictus de conſtitutionibus
lib.3.rubr.38.de noua militia, nu.2.& alter ita.

Roma vetus, veteres dum te rexere Quirites
Nec bonus immunis, nec reus vllus erat;
Defunctis Patribus, ſucceſſit praua iuuentus,
Quorum conſilio præcipitata ruis.

20 Et † ideo non ſine cauſa, immo ſumma cum ratione Do
ctores omnes conueniunt ſenes ſine vitio ambitus, in ma-
giſtratibus ordinandis eſſe minoribus,& iuuenibus præfe-
rendos in l.& qui originem, §.Præſes, ff. de muner. & ho-
nor.l.2.C.de primicer.lib.12.l.ſancimus, C.de conſul. eod.
lib.12.glo.in l.vt gradatim, ff.de muner.& honor.cum alijs
allegatis ſupra lib.1.tit.4.Tamen hæc ætas in magiſtratibus
aſſequendis variè apud Romanos, & alios recepta fuit, vt
diffuſè explicat Menoch.de arbitr. d.caſu 540.numero 10.
&mul-

& multi ætatem annorum 25. legitimam dixerunt in l.fin.
C.de his, qui veniam ætatis, l.non tantum, § 1. ff.de decur.
l.ad Rempub. ff.de muner.& honor. c.nemo, vbi gloſſ. de
elect.in 6. Mandoſ.de minori ætate, c.5. nu.84. & 85. cum
alijs alleg. per nos de tutela, & cura, lib. 1. tit. 11. num.18.&
ſeq. Alij verò ætatem annorum decem, & octo idoneā ad
iudicandum eſſe voluerunt per tex. in l.quidam conſule-
bant, ff.de re iudic. quod mihi nunquam placuit, cum in
21 iſta ætate conſtituti indigeant curatore. † Nec obſtare vi-
detur, quod Princeps iuuenem huius ætatis eligendo vi-
deatur cum eo ſuper ætate diſpenſare, quia talis diſpēſa
tio non ſubſiſtit, vt probauimus in d.tit.11. nu.19. & in tit.
12. niſi ex certa ſcientia id Princeps conceſſerit, vt in dicta
l.quidam conſulebant deciſum quibuſdam videtur, quod
mihi non placet, vt dixi in d.tit.12. nu.7. & ſeq. quia Deus,
& natura id facere poſſunt, non homines, tamen cōtra ſen
ſere ibi Bart. Alex. nu.6.& ſeq. Iaſ.in l.fin. C.de teſtam. mi-
lit. Crauet.in conſ.958 num.13. lib.5. Sed obſeruatum non
22 vidi: † patria poteſtas nō eſt impedimento, vt quis ad ma-
giſtratus admittatur, d.l.cum prætor in fin. ff.de iudic. &
vbi quis agere &c. vbi glo. l.filios, C.de decurionib. lib.10.
23 l.quia etiam 6. ff.de recept. arbitr. † Nec quod quis ſit pa-
ganus, vel miles, l.certi 15. C.de iudic. l.magiſteriæ 6. C.de
iuriſd. omn. iudic. Poteſtas verò dominica ſic d.l.cū præ-
tor ra. in fine, l.non diſtinguemus, §. ſi ſeruus, ff.de recept.
arbitr.& 3.q.7.c.1. Niſi publicè liber ſit reputatus, d.c.1.
24 & l.3. ff.de offic. prætor. † Viator autem iudex dari nō po-
teſt, niſi re vrgente, l.vltima, ff.de iudic.& vbi quis agere
&c. 3.q.5.c.accuſatores q.6.c peregrina, c.leges, c.vna que
25 que. † Sed & nemo in propria cauſa ſua iudex eſſe poteſt,
l.qui iuriſdictioni 20. ff de iuriſd. l.1. C.ne quis in ſua cau-
ſa, l.vlt. §.ſciant, C.vbi Senator, vel Clariſs. Niſi ſtatuto id
ſit permiſſum Viuius in verbo ſtatutum diſponens, quod
bannius. Pacto ſit conuentum Gabr. lib.5. de acquir. poſ-
ſeſs. concluſ.8. vel teſtator in teſtamento facultatem dede-
rit legatario propria authoritate occupandi legatū, Clar.
26 in §. teſtamentum, q.68.& ſupra tit.1. in princ. † Neque in
cauſis vxoris ſuæ, liberorum, libertorum, aliorumve, quos
27 ſecum habet iudex eſſe poteſt, vt in allegatis iuribus. † In
priuatis tamen negocijs pater filium, vel filius patrem iu-
dicem delegatum habere poteſt, l.in priuatis 77. ff.de iu-
28 dic.& vbi quis agere glo.in d.l.10. ff.de iuriſdict. † Spectat
etiam ad habentes ius eligendi iudices eligere iuriſperitos,
non autem imperitos, & idiotas, quoniam hi cōmuni iure
iudices eſſe prohibentur, l.neminem, la 1 §.iuriſperitus, C.
de aduoc. diuer. iudic. l.2. C.de poſtul. §.illi autem, Auth.
de iudic.& in auth. vt nulli iudic. §.ſimiliter, Inſtit. de excu
ſat. tutor.& ſupra lib.1. tit.3. Tholoſ. par.3. lib.47. ſyntagm.
c.10.& vt ſuſpecti poſſunt imperiti recuſari, vt diximus
in glo. ſtat. vrb. lib.1. c.186. ver. vigeſimaſeptima. Nam (vt
inquit Ariſt. lib.1. Ethic. c.3.) vnuſquiſque ea rectè iudicat,
quæ cognoſcit, atque eorum iudex bonus eſt, vnamquā-
que igitur rem bene iudicat, qui in ea eruditus eſt. Et an-
tea Plato in lib. vlt. de legibus, inquit; futuros iudex operā
dare debet, vt legum conſtitutiones ante omnia diſcat, &
mente firmiter teneat, & dū inquit futurus iudex noluit,
quod iudex factus leges diſcat, ſed quod didicerit antea,
vt legitime fieri poſſit. Turpè enim eſt patritio, & nobili
cauſas orāti ius, in quo verſaretur ignorare, l.2. §.poſt hac,
29 ff.de origin. iuris, multo magis cauſas iudicanti. † Hinc eſt,
quod ignorantia iudicis calamitas eſt iuſtitiæ, & innocen-
tiæ, & innocentis ſecundum D. Auguſt. de Ciuitate Dei, li-
bro 19. c.6. & intolerabilis, c.1.& c.& ſi in laicis 38. diſtinct.
Lucas de Pen. in l.omnes iudices, C.de decur. lib.10.& Co-
30 micus Terentius in Adelf. act.1. Scena 2. inquit. † Homine
imperito nūquam quicquam iniuſtius. Qui niſi quod ipſe
facit, nihil rectum putat. Nullus enim rectè præeſſe pōt,
niſi ſit prudens Plato lib.4. Meno, vel de virtute fol.26. &
Salamon in eccl.10. exagerans hāc calamitatem, inquit, eſt
malum, quod vidi ſub Sole, quia ſi per errorem egrediens
à facie Principis poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, &
ſecundum Gregor. Neocæſarienſem, opus tyranni omnis
malitiæ, hoc eſt inſipientes in excelſum ſublimate, & Bal.
in l.2. C.de ſentent. ex breui recit. & poſt eum Iaſ. in l.rem
nō nouam, nu.1. C.de iudic. dixerunt, quod iudex habere
debet ſalem ſcientiæ, & conſcientiæ, quia ſine conſcientia
eſſet diabolus, & ſine ſcientia inſipidus, l.1. C.de condit. in
public. horr. lib.10. Bott. deciſ.153. num.31. Roland. conſil.
12. num.4. & 5. lib.3. Nam propter adminiſtrationem iu-
ſtitiæ, quæ eſt notitia ſeparationis iuſti ab iniquo non ſuf-
ficit, quod ſit iudex, ſed neceſſe eſt etiam, quod ſit peritus
ſecundum Bald. in addit. ad Spec. depoſit. §.7. verſic. Deci-
motertio, & ſublata ſcientia deeſt bonum, vt in Prouerb.
19.& 28.& eſt tex in c.porrò 84. diſtinc. l.2. §.poſt originē,
ff.de iuſtit.& iure. Platea in l.expertes, C.de decurio. libro
31 10. † Nam cum verus iudex, (vt dixit Plato in libro 2. de
legibus) quę determinanda iudicio ſunt, ab alio diſcere nō
debeat, & quaſi ſtupefactus, tam clamore multorū, quam
ignorantia ſua ita ferre ſententiam, debet ideo eſſe iuriſpe
ritus. Nam (vt dicebat Iulius Frontinus) quid viro iam in-
decorum, & intolerabile, quam delegatum officiū ex ad-
iutorum agere præceptis? quod fieri neceſſe eſt, quoties
imperitia præceſſit eius, cui decernitur. Hinc patet impiū
eſſe adagium in ore eligentium imperitos aſſuetum, vi-
delicet proficiet, ſeu vulgariter ſi fara: quia id non euenit
ſine Reipublicæ damno, & poteſt non euenire, quare ad e-
uitandū damnum Reipublicæ, necnon & periculum, ne
vnquam proficiat, de præſenti iuriſperitus, & inter peri-
tos peritior, & peritiſſimus, ſi adeſt iudex eſt eligendus. Il-
lic enim, neque cingulum habentes, neque nobis admini-
ſtrantes niſi potuerint per ſe noſſe, quod iuſtum eſt, ſed
aliundè mendicare iudicandi honeſtatem quomodo non
maximum vitium erit Reipublicæ? Auth. de iudic. in prin
32 cip. §.domus Auth. de ſanctiſſ. epiſc. † Quod optimè nouit
Salamon Rex, cui à Deo ſibi optione oblata, elegit ſcien-
tiam, vtpotè ad bene regendum ſibi omnibus alijs rebus
neceſſaria, vt Regum 3. c.3. cui Deus reſpōdit. Quia poſtu-
laſti verbum hoc, & non petijſti dies multos, nec diuitias,
aut animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapien
tiam ad diſcernendum iudicium. Ecce feci tibi ſecundum
ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens, & intelligens, in tā-
tum, vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrē-
cturus ſit, quod intelligi debet inter natos mulierum, & ſit
non de Chriſto ex verbo Dei incarnato, ac nato de Beatiſ-
ſima Virgine. De hac Principis ſapientia neceſſaria ad re-
gendos populos luculenter differit Card. Bellarm. de offic.
33 Princip. lib.1. c.13. † Neque ſolum iuriſperitia, & ſcientia
in iudicibus neceſſaria eſt, ſed & experientiam, & praxim
in iudicando cum ea in ſimul habere debent, l.1. §.ſed cū,
C.de Iuſti. Codici. confir.& in proem. Inſt. §.cumque, l.2.
C.de vſucap. glo. in verb. honorem, in Clem. 2. de magiſtr.
& in Auth. de iudic. §.& vt nulla poſt princ. ver. non enim
glo. in c.1. de conſang.& affinit. §.exiſtimauimus, & §. pe-
nult. Inſt. de ſatiſdat. l.3. C.de ædific. priuat. l.certi iuris, C.
de iudic. l.humilioribus, C.de ſuſcept.& Archar. libro 10.
Bald. in leg. Aemilius, ff.de minor. Hæc enim ſimul iuncta
perfectum faciunt iudicem Angel. in conſ.100. Roland. in
conſ.2. num.8. lib.2. Foller. in prax. crimin. in princ. num.3.
Quod & nouit Ariſt. lib.8. Polit. c.6.& lib.10. Ethic. cap.
vlt. quæ in iuuene quamuis erudito concurrere non poſ-
34 ſunt. † Hoc tamen non obtinebit in illis magiſtratibus,
quorum ignorantiam ſupplet præſentia, & ſcientia aſſeſ-
ſorum, leg. expertes, C.de decurio. libro decimo, §.noſtis
enim vbi gloſſ. Auth. de iudicibus Tholoſ. vbi ſupra, cap.
10. numero 11.

SVMMARIVM.

1 *Salus communis in optimis iudicibus.*
2 *Iudices boni non timent dicere vera.*
3. 6. *Princeps de mala electione Deo tenetur.*
4 *Seuerus Imper. optimos conſiliarios, & iudices peritiſſimos habuit, & de hoc laudatur.*
5 *Abſurdum, quod imperiti peritis præferantur.*
7 *Eligens notitiam eligendi habere debet.*
8 *Virtute præcellere debet iudex.*
9 *Auari non ſunt conſtituendi iudices.*
10 *Hic ordo, vitijs careto, dicitur de iudicibus.*
11 *Mali non regnant, ſed ſæuiunt.*
12 *Veritatis amatores debent eſſe iudices.*
13 *Iudices non debent imponere.*
14 *Acceptores perſonarum iudices non debent eſſe.*
15 *Humiles non ſuperbi iudices ſint.*
16 *Manſueti ſint iudices.*
17 *Patientes, & benigni ſint iudices.*

18 *Ebrij non ſint iudices.*
19 *Negligentia in iudice delictum eſt.*
20 *Modeſti in omnibus, & prudentes.*
21 *Præcipites, nec prolixi ſint iudices.*
22 *Aeterni in cauſarum expeditione non ſint.*
23 *Subtiles non ſint iudices.*
24 *Timidi non ſint iudices.*
25 *Seueri non, ſed mites ſint iudices.*
26 *Clemens, & placabilis ſit iudex.*
27 *Graues, conſtantes, ſine intereſſe ſint iudices.*
28 *Nobiles cæteris paribus præferuntur ignobilibus.*
29 *Sapientia, potentia, & nobilitas in iudice.*
30 *Plebei, & viles, nec attentare honores debent.*
31 *Nobilitati famulantur virtutes.*
32 *Viles lædunt politicam.*
33 *Officijs apti eligendi non vnus ad omnia, & omnes ad omnia.*
34 *Aduocati an ſint iudices eligendi.*
35 *Pauperes iudices an eligendi.*
36 *Neceſſaria victus habens idoneus iudex.*
37 *Atque diuitiæ ſufficiunt ad omnia.*
38 *Mercatores viles non ſunt boni iudices.*
39 *Negotiantes non ſunt idonei iudices, limitatur.*
40 *Domui ſuæ præeſſe neſcientes iudices non ſint.*
41 *Baſtardi non idonei.*
42 *Debitores Reipublicæ iudices eſſe non poſſunt.*
43 *Filij hæreticorum indigni iudices.*
44 *Banniti* / *Relegati* } *Non poſſunt eſſe iudices, limitatur.*
45 *Excommunicati non poſſunt eſſe iudices.*
46 *Liberales eſſe debent iudices.*
47 *Diſputari poteſt de electione facta.*
48 *Electionem malam quilibet de populo detegere poteſt Principi, declaratur.*
49 *Lite pendente ſuper electione quid iuris.*
50 *Extractus ex buſſula dicitur idoneus.*
51 *Ciuis ſuæ Ciuitatis iudex non eſt.*
52 *Inuidia inter pares.*
53 *Ciues ſuæ Ciuitatis iudices eſſe poſſunt.*
54 *Rex deberet eſſe de Ciuibus non externis.*
55 *Vrbs admittit omnes iudices etiam Ciues.*
56 *Iuriſperiti Ciues idoneiores iudices exteris.*
57 *Clerici iudices eſſe prohibentur.*
58 *Clerici non poſſunt eſſe officiales laicorum.*
59 *Principes monendi ſunt, ne vtantur opera Clericorum in iudicandis laicis.*
60 *Clericatu amittitur Regnum ſæculare.*
61 *Clericatu amittitur feudum.*
62 *Clericus miles Dei.*
63 *Monachatu amittitur Regnum feudum.*
64 *Milites Hieroſolymitani amittunt feuda.*
65 *Statutum prohibens Clericos officia ſæcularia exerceri eſt iuſtum.*
66 *Clerici non poſſunt eſſe Viceréges, ſeu Locatenentes Regum.*
67 *Papa poteſt dare licentiam, vt Clerici ſeruiant Regi in temporalibus.*
68 *Clericus vnam tantum ſæcularem cauſam cognoſcit.*
69 *Conſiliarij Principum ſine adminiſtratione eſſe poſſunt Clerici.*
70 *Clerici Legati Principum ſæcularium eſſe poſſunt.*
71 *Clerici iuriſdictionem temporalem dignitati Eccleſiaſticæ annexam adminiſtrare non prohibentur, cauſas vero ſanguinis laicis committunt.*

De alijs qualitatibus iudicum eligendorum neceſſarijs, & vtilibus Reipublicæ.

Tit. 5.

PRinceps, cui competit ius creandi magiſtratus, & iudices ad iuſtitiam adminiſtrandam, curare debet, vt hi optimi, & præſtantiores ex toto ſubditorum cœtu
1 eligi debeant. † Nam magna pars communis ſalutis in optimis, & integerrimis Conſiliarijs eligendis repoſita eſt, c. de nobis, & cap. ſi quis hominem 11. q. 3. D. Hieron. ſuper Epiſtola Pauli ad Philippenſes. Vincent. de Franch. deciſ.
2 4:8. nume. 5. † Hi enim præ timore, ſeu reuerentia non timent dicere vera Bal. in conſ. vlt. li. 2. Decian conſ. 189. in fi. Terrarum enim Orbis, cui à Deo cum concreditum ſit Imperium, cauere debet, ne aliquo vtatur ex prauis ad rerum
3 adminiſtrationes. † Quæ enim illi perperam fecerint, eorū rationem reddet Deo, qui peccandi facultatem ipſis indulſerit. Magna igitur, & diligenti cum perſcrutatione magiſtratuum promotiones fiant, oportet. Agapetus in admonitorio ad Iuſtinianum, & Bellarm. de offic. Princip. li. 1. c. 18.
4 Imperator † Seuerus omnium ferè optimus habuit Conſiliarios Sabinum, Vulpianum, Paulum, Pomponium, Alfenum, Florentinum, Marcianum, Calliſtratū, Hermogenē, Venuleium, Trifoninum, Maximum, Celſum, Proculum, & Modeſtinum, quorum cōſilio omnia faciebat, & præcepit ordinari Prætores à Senatu, l. 2. C. de offi. Præſid. & alios nū niſi cum magna diſquiſitione magiſtratus creabat, vt dicit Lamprid. in eius vita, & Boer. de diſcipl. Scholar. c. 6. inquit
5 valde † abſurdum, & iniuſtum eſſe, quod imperiti peritis, nouelli antiquis, indeſque præferantur eorem... Io. de Platea in l. 1. C. de Princip. agent. in reb. li. 10. Afflict. de conſtit.
6 li. 3. rubr. 38. de noua militia, nu. 2. Et † licet ſufficiat, quod Princeps eligat magiſtratum, qui dignus ſit, etiā digniori omiſſo Bart. in l. cum quidam, ff. de legat. 2. & per text. in l. cum pater, §. rogo, ff. eod. & l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. 2. ff. ad Trebell. §. eos autem Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. Auth. de defenſoribus Ciuitatum in princ. l. 2. C. de Decur. lib. 10. Molin. de Hiſp. primog. lib. 2. c. 5. in princ. & num. 65. Barbat. conſ. 20. col. 12. lib. 1. Federic. de Senis in conſ. 95. Decian conſ. 129. col. 1. cum alijs relatis in Syntagma communium opin. loco 1. nu. 12. c. 4. ver. eligi poteſt, & per tot. de materia electionis. Tamen in foro conſcientiæ tenebuntur de hac ſibi aſſumpta licentia, reputata inhoneſta, & iniuſta Molin. d. c. 5. numer. 50. Agapetus vbi ſupra Didac. in reg. peccatum §. 7. Doctor. in c. licet quoſcumque 1. q. 1. Caiet. 2. 2. q. 18. art. 3. Thomas de Vio de Montepietatis, ca. 1. num. 1. Sicut enim beneficia Eccleſiaſtica ſunt dignioribus cōferēda, ne aliter quis mortaliter peccet, vt per Cōc. Trid. ſeſ. 24. de reform. 1. & alia iura infinita probat Garcia de benefic. 7. par. cap. 26. per tot. Ita & magiſtratus ſunt dignioribus conferendi per allegatos, & per D. Thomam 2. 2. quæſt. 63. art. 1. & 2. & Abbas in cap. bonæ, il ſecondo, de poſtul. Prælat. nou. lib. 12. notat, † quod eligentes non ſal-
7 uant conſcientiam ſuam, eligendo illum, cuius plenam non habent notitiam Luc. de Platea in rubric. C. quemadm. ciuil. mun. libro 10. Afflict. in conſtitut. Vniuerſis, numer. 50. Cardin. in Clement. 1. de concell. præbend. Alciat. regul. 3. præſumpt. 2. numero 6. de præſumpt. & tenebuntur etiam de eorundem electorum exceſſibus, l. ſi ſeruus ſeruum §. fin. & §. fornicarius, ff. ad leg. Aquil. & peccant mortaliter, vt probant ex multis; quos citant Molin. Didacus, & alij ſupra citati, & Io. de Ponte in tractat. de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic. §. 5. num. 6. & 7. dixit communem ex Theologis. Mala enim electio eſt in culpa, l. periculum, & ibi Doctor. ff. ſi cert. petat. Roman. alia plura iura refert in conſ. 475. & culpa non eſt ſine peccato mortali, vt ex allegatis apparet, & probat in puncto Concil. Triden. ſeſſ. 24. de reformat. c. 1. in id citatum per Cardin. Bellarmin. de officio Principis Chriſtiani lib. 1. c. 10. eſt enim, vt inquit Eccl. 10. malum, quod vidi ſub Sole, quaſi per errorem egrediens à facie Principis poſitum ſtultum in dignitate ſublimi. Ad huiuſmodi malum vitandum omnes ſunt adhibendæ diligentiæ, & prima, & præcipua erit exemplo Chriſti apud Luc. 6. Oratio, & ieiunium: orauit enim, & ieiunauit ante electionem Petri, & aliorum Apoſtolorum, ad docendum Reges, & Principes, vnde electiones ſumere debent initiū,
8 vt piè monet Fr. Ioan. à S. Maria de Republ. Chriſt. c. 8. † Et inter alias virtutes vitæ ſanctimonia, Dei timore, ac bonis moribus debent eligēdi clareſcere, l. generaliter. §. ſpurios, ff. de Decur. c. poſtquā de elect. c. ſi quis Abb. 18. q. 2. & Catholicam fidē profiteri 2. q. 6. ca. catholicus. legitur enim in
9 Exodo cap. 18. Prouide † autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas: & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis Tribunos, & Centuriones. Nam in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Sapient. c. 1. D. Ambroſ. lib. 2. offic. c. 12. & lib. 12. de benefic. cap. 17. & in anti-
10 quis Romanis legibus de magiſtratibus legitur. † Hic ordo vitijs careto, & cæteris ſpecimen eſto, teſte Cicer. de legibus lib. 3. & plura refert Card. Bellarm. de offic. Princip. libro 1. cap. 19. & id iure merito. Nam ſecundum D. Au-
11 guſtin. de Ciuitate Dei, † qui mali ſunt non regnant, ſed ſeruiunt.

ſæuiunt, imò ſi bona vita deficiat, fide carebit, non enim
poteſt iuſtitia cum ſcelerato homine commercium habere
c.fortis in fi. de verb.ſignif. c.plerunque 11.q.3.Io. de Pla-
12 rea in rubr.C.quemad.ciuil. mune.li.10. † Debent itaque
eſſe veritatis amatores ſecundum D.Aug. in ſermo.de Aſ-
ſumpt.& apud Eſdram lib.3.c.4.ibi non eſt apud veritatē,
&c. & ideo cauere debent à mendacio Afflict. in conſt. vt
13 vniuerſis,num.53. Theſaur.in præfat.deciſ.nu.28. † Et de-
bent tam inter ſe,quam Principi veritatem dicere, nec im
ponere,& colorare impoſita; Ab omnibus affectibus exē-
14 pti, vt probaui in tract. de tutela lib.3.q.1. † Ab omni per-
ſonarū acceptione remoti. Deut.c.1.Leu.c.19. D.Th.q.63.
15 artic.1.& 2. † Humiles non ſuperbi,neque arrogantes Ec-
cleſ.c.32.D.Gregor.lib.24.in Iob.c.14.& lib.4.ca.28.ver.a-
lius ſe tyrannidi,& lib.5.cap.8.per tot.D.Ambroſ.lib.2.de
Cain.c.4.& nos poſuimus nonnulla in gloſ.ſtatut. Vrb.lib.
16 2.c.60. † Debent enim manſuetè,& non ſuperbè, & aſpe-
rè audire litigantes,ne à petenda, & dicenda eorum iuſti-
17 tia deterreantur,l.obſeruandum,ff.de offic. Præſid. † De-
bent eſſe patientes,& benigni, & omnes æqua lance audi-
re,l.fin.ff.de his,quæ in teſt. delent.l.ne quicquam, §. vbi
decretum,ff.de offic.Proconſ.Bald.in rubr.C.de pęnis iud.
qui malè iud.num.8.Afflict.d.conſt.vt vniuerſis, num.60.
Theſaur.vbi ſupra num.24. Nam Dominus de cœlo in ter
ram aſpexit,vt audiret gemitus compeditorum,&c. Pſal.
101.& in Eccleſ.31.dicitur. Audi tacens ſimul,& quærens,
de hac re pulchra affert Frater Ioan.S.Mariæ de Republ.
18 c.18. & 19. † Ab ebrietate ſe ſe debent abſtinere ſecūdum
Platonem lib.2.de legib.Alex.ab Alex.lib.3.c.9.Afflict.vbi
19 ſupra num.52.Prouerb.31. † Non debent eſſe negligentes
Cardin.in Clement.2.§.1.de ſepult. eſt enim negligentia in
iudice delictum maximum Put. de Syndic. in verb. negli-
20 gentia Afflict: vbi ſupra numer.55. † Debent eſſe modeſti
cauere à iocoſis, nec ridere, ſed maturitatem ſeruare Af-
flict.vbi ſupra num.61.Caualc.de brachio regio par.1. nu
mero 221. In aſpectu,& veſtibus debent eſſe moderati ſe-
cundum Platonem de Republ.lib.7.& propria eorum ve-
ſtis toga eſt honeſta,& venerabilis, quæ maieſtatem conti
neat,& ſuum Principem repræſentet,l.ius pluribus, ff. de
iuſt.& iure cum alijs relatis per Maſtrill.de Magiſtrat. lib.
5.c.2.numer.10.& ſeq.Debent eſſe prudentes,& paucè lo-
21 qui Marta de tribun.Vrbis c.6.num.15. † Non debent eſ-
ſe præcipites in negotijs diffiniendis,& in ſententijs feren-
dis,l.2.& ibi Doctor.C.de offic.Rector. prouinc. & nos in
glo.ſtat.Vrb.lib1.ca.166. aliàs voluntas eorum præcipitata
dicitur nouerca iuſtitiæ,atque omnia ſubita probantur in-
cauta.Clemen.paſtoralis,§.verum,& ibi Card. de re iudic.
c.inter hæc,col.1.de pœnit.diſtinct.3. Imò debent benè,&
accuratè videre proceſſum Afflict.vbi ſupra numero 59.
22 † Sed non debent eſſe tardi,intellectus,& ſic æterni in cau
23 ſarum expeditione. † Non debent eſſe nimis ſubtiles, l.pe
nult.C.ad Trebell.l.ſi ſeruum, §.ſequitur, & §.quia, & ibi
Iaſ.ff. de verb.oblig.c.hi etenim 49.diſtinct.Iaſ.in §.pœna-
les,num.41.inſtit.de actio. & nos de tutela, & cura libro 3.
q.1. Sed debent uereri leges,& Canones non autem ca-
uillare, vt omnia ad arbitrium voluntatis reducant, leges,
& Canones detrectando in controuerſiam rapiendo, ius
vniuerſum perfidia conturbandi,atque ſicophantia,vt do
cuit Card.Bellarmin.de offic.Princip.lib.1.ca.19. & de ge-
mitu columbæ lib.2.c.1.per Iſaiam c.24.dicentem. Tranſ-
greſſi ſunt leges,mutauerunt ius,diſſipauerunt fędus ſem
piternum,propter hoc maledictio vocabit terram. Nam
iniqui iudices multis modis fruſtrantur, ac deludunt liti-
gatores,quos recenſet Alex.ab Alex.lib.5.Genial.dier.cap.
24.& nos agnouimus pluries,vt idem lib.6 ca.7. agnouiſſe
24 teſtatur. † Non debent eſſe timidi, effęminati, & puſilla-
nimes iuxta illud D. Gregor. ſuper Ezechiel homil. 19. &
in Eccl.c.7.Noli quærere fieri iudex,niſi valeas, virtute ir-
rumpere iniquitates,c.accuſatores,3.q.5.& l.1.§.fina.ff. de
ædilit.edict. facit, quod dixit Cicero pro Cecina 12. & de
Oratore,& pro Sextio. Hinc eſt,quod iudices valdè timi-
di non ſunt laudabiles d.l.obſeruandum,ff.de offi. Præſid.
25 † Non debent eſſe ſeueri,ſed mites.Bart.in l 1.in fine,ff.de
his,qui ſunt ſui,vel alien. Put.de Syndicatu in verb.crude-
litas, & eſt præceptum Eccleſiaſticum c.4. & Cicero lib.1.
26 de offic. inquit, † nil enim laudabilius eſt, nil magno, &
præclaro viro dignius placabilitate,& clementia,& in ora
tione pro Q.Ligario in Cęſaris Laude,inquit. Nulla de plu
rimis virtutibus tuis, nec admirabilior, nec gratior miſe-
ricordia eſt. Quam ideo non dubitauit appellare virtutē,
eum ſequitur D.Auguſtinus de Ciuitate Dei,lib.9.cap.5.&
Agapetus ad Iuſtinianum in admonitorio 37. Magnā (in-
quit,) qui poteſtatem adeptus eſt, largitorem poteſtatis
imitetur pro viribus. Si enim imaginem geſtat omnium
Præſidis Dei, atque per ipſum continet rerum principa-
tum,in eo maximè imitabitur Deum,& nō exiſtimet quic-
quam miſericordia precioſius. Huc pertinēt piè allata per
Card.Bellarm.in opuſculo de offic.Principis lib 1.ca.14.&
27 15.& per Gregor.lib.5.c.8.in Iob. † Non debent eſſe iracū
di, ſed graues conſtantes, fideles, ſine intereſſe, ſine ambi-
tione,ſine odio,& amore,ac ſecreti Afflict.vbi ſupra num.
55.Decian.conſ 44.num.26.lib.3.Saluſt.in Catil.Cicer.lib.
1.offic.Iſidor.de ſummo bono lib.3.c.56.& c.58. Tiraquel.
cauſ.51.num.65.& 81.& habetur in c.1.3.q.5.in ca. Epiſco-
pus,§.fin.& in c.quatuor 11.q.3.c ſex 23.q.3.D.Auguſt. de
Ciuit.Dei lib.5.c.24.D.Gregor.lib.1.moral.c.32.& 19.ſuper
illud Iob 29.Marta de Tribun. Vrb.c.6.nu.30.& ſeq. Item
28 † nobiles ignobilibus,& plebeis cæteris paribus ſemper p̄-
ferendi ſunt,§.1.ibi.viri obſcuri,§.interim ibi.vniuerſi no-
biliores,§.vlt. ibi. conuenit enim vnumquemque nobiliū
Auth.de defen.Ciuitatum,& vbique gl.& glo.in c.ſtatui-
mus in verb.potiorem,de maior.& obed.l.honor.§.de ho-
noribus.ff.de muner.& honor.l.honores,§.is,qui ff.de De-
cur.§.fi.Auth.de referend.§.eos autem Auth.vt iudices ſi-
ne quoquo ſuffragio,l.prouiden. C. de poſtulando, l.1.&
fin.vbi Bar.ff.de albo ſcriben.glo.in rubr,C.quemad. ciuil.
mun.li.10.& in l.1.in verb.nobilis.C.de cōdit.in publ.horr.
lib.10.& in auth.Præſides ibi.Nobiles Ciuitatum, C.de E-
piſc.audien.l.adſcribenda,C.de Decur.li.10.c.quanto Epi
ſcopus 24.diſtin.c.Grandi de ſuppl.neglig.Prælat.in 6. vbi
omnes notant,quod in dandis ſæcularibus dignitatibus cō
ſideratur nobilitas,vt dixit Io.And.in c.pen.nu.4. de præ-
ben.& dignit.vbi Imola in fi.Io.de Platea in d.l.1.& in l.co
hortalis in fi.C.de cohortal.li.12.Bart.in l.1.§.præterea, nu.
46.C.de dignit.lib.12.Tiraq.de nobil.c.20.num.1.& ſeq.&
nos in glo.ſtat.Vrb.lib.2.c.60.& ex ſacra Scriptura probat
hoc idem Ioan.S.Mariæ de Republica,& Polit.Chriſt.ca.
12. Intereſt enim Reipublicæ per nobiles non per plebeios
gubernari,non enim ſecundum numerum, ſiue ordinem,
ſed ſecundum hominum qualitatem, & dignitatē ſunt ho
nores conferendi, vt probatur ſupra ex allegatis, & in lib.
1.tit.4.Nam vt dixit Ariſt.li.3.Politic.c.8.Splendor,& ma-
ieſtas ſingularis Reipublicæ accedit, cum ad gubernacula
nobiles ſedent,in quibus ſingularis virtus, ac generis ſplen
dor eleuet,& D.Tho.de regim.Princip.inquit,quod vt fa-
29 cilius ſit gubernatio publica, tria requiruntur † Sapiētia,
ne erretur,potentia,vt quæ decernuntur, in actum produ
cantur,familia,ſeu nobilitas,vt contemptus tollatur,& ad-
ſit authoritas:in tantum quod ſi in electionibus, & alijs a-
ctibus voces ſint æquales.& hinc inde numero pares, nobi
les ſemper præferantur, l.maiorem ibi. qui dignitate inter
eos præcellit, vbi Iaſ.& alij,ff.de pact.Caſſan. in Catalog.
gloriæ mundi par.8.conſider.36.poſt Innoc. & Abb. in ca.
duduin,de elect.Cepoll.poſt Archidiac.in tract. de Impe-
rat.milit.in ver.nobilitatis,numer.26.Nam vt dicit Claud.
lib.1.in Eutrop.

Aſperius nihil eſt humili,cum ſurgit in altum.
Cuncta ferit,dum cuncta timet deſæuit in omnes.

Et ideo Bald.in c.per inquiſitionem,nu.5.de elect.dicit,
30 quod † viles, & plebei non debent attentare conſecutionē
publici honoris,& quod iniuriā faciunt dignitati, qui eam
talibus cōmittunt. Nam ſicut pulchra ſponſa requirit pul
chrum ſponſum,ita publici honores requirunt honorabi-
31 les perſonas idē Decia.in conſ.18.nu.23.li.1. † Et prudētia,
induſtria,affabilitas,magnificentia,docilitas,& oēs deniq;
virtutes in bono, & iuſto iudice requiſitæ nobilitati famu-
lantur ſecundū Caſſan.vbi ſup.d.par.8.conſider.32. Io.de
Sylua de benefic.par.3.q.7. Hanc eandem ſententiā,vt po-
te vtroque iure probatiſſimam tenuerunt Barb. in c.acce-
dens,il 2.vt lite non conteſt.& in conſ.45. Scripſi præclarè
in fi.lib.2.Cotta in verb.nobilitas,Boer.deciſ.153.num 32.
Didac.var.reſol.li.1.c.16.nu.11.Grammat.conſ.6.nu.11.Mo
lin.de Hiſp.primog.li.2.c.5.nu.66. Idem quoque apud an-
tiquos ſeruatum fuiſſe teſtantur Plut.in vita Theſei. Dio-
nyſ.Hal car.lib.2.antiquit.Rom.& Ariſt.li.2.Politic.c.8.&
alij multi,quos refert Tiraquell. de nobilit.c.20.numer.5.

Digitized by Google

& ſeq.& D.Thomas de regimine princip.lib.4. inquit, ad
rectam Reipublicæ gubernationem nobiles eſſe aſſumen-
32 dos.† Nam de vili loco aſſumpti,vt pluries politicam læ-
dunt,& fuit præceptum in Deuteron. ibi. Eligite ex vobis
viros ſapientes,& nobiles,& in lib.1. Machab. cap.3. legi-
tur, Antiochum Regem ſuis negotijs præfeciſſe Lyſiam
hominem nobilem. Vnde Sotus de iuſtit.& iure libro 4.q.
6.artic.4.concluſ.6.in fine dixit. In magiſtratibus creandis
generis nobilitatem eſſe exiſtimandam, vt & nos diximus
in glo.ſtatut.Vrb.lib.2.cap.69.& de more Venetorum tra-
dit Barbat.in conſilio 35.libro 2.Fulgoſ.conſilio 62. Quod
procedit etiam in legatis creandis,l.penult.ff.de legat. Lu-
cas de Penna in l.mulieres,numero 12.ver. ſexto circa lega
tiones,C.de dignit.libro 12. & in l.2.numero 10. C. de exe-
cut & exact eodem lib.Cepoll.de Imper.milit.eligen.ver.
nobilitatis,num.36.& in beneficijs Eccleſiaſticis conferen-
dis Cepolla vbi ſupra num.28.Caſſan.d.conſider.36.Tira-
quell.d.c.20.num.10.etiam pendente lite ſuper nobilitate,
Grana.de nobilit.gloſ.35.c.49 Fab.de Anan.in conſ 80.nu-
mero 21.& ſeq.vbi citat Didac. & alios. Verum præmiſſa
omnia intelligenda ſunt,vt à principio fuit dictum, atque
probatum, quando cum nobilitate inſimul concurrat vir-
tus, & doctrina, & cæteris paribus, vt per Tiraqu.& alios
ſupra citatos Cotta in verb. nobilitas habetur in conſidera
33 tione. † Obſeruandum eſt etiam per eos, ad quos perti-
net magiſtratuum electio, vt illos eligere curent, qui offi-
cijs apti videantur, nec promiſcuè omnes eligant, ſed me-
liores,& ſingulis muneribus obeundis aptiſſimos,nō enim
ſinguli homines ad omnia naſcuntur, ſed differentes inui-
cem,ſingulosque ſingulis ad ſingula opera promptos natu
ra producit Plutarc.lib.2.de Republ.Impoſſibile enim eſt,
vel certè admodum difficile, vt qui ipſa opera nō tractat,
peritè valeat iudicare,teſte Ariſt.lib 8.Politic. c.6. & quili-
bet ad ea idoneus eſt,in quibus ſapit,teſte Platone li.21. de
fortit.& Eccleſ 38.vnuſquiſque,inquit,in arte ſua ſapiens
eſt.Hinc frater Ioan.S.Mariæ de Republ.Chriſt. ca.13.do-
cet non vni, duobus, vel tribus, omnia negotia eſſe com-
mittenda, ſed ſingula ſingulis ſecundum propriam virtu-
tem faciunt,quæ deducuntur infrà lib.3.tit.9.nume.29. &
34 tex.Clarus in diſt.99. c. ſingula.1.† Multos enim doctiſſi-
mos viros vidimus, qui in patrocinandis cauſis ſumma cū
laude ſe ſe exhibuerunt, eos tamen in iudicando inhabiles
eualiſſe, & è contra. & aſſueti in iudicio melius iudicant,
quam ij, qui perpetua aduocatione vſi ſunt, vt ex Alciato
probat Theſaur.in præfat.deciſ.num.16.

Venalis vir lingua,& cauſis ſeruire ſuetus;
Iudicium libero vix feret arbitrio.

Sed quicquid ſit, negari non poteſt, quod viri doctiſſi-
mi, & multorum annorum Aduocati in Republica admi-
niſtranda maximum de ſe teſtimonium perhibuerūt, eoſ-
que admittendos eſſe præ cæteris ad magiſtratum, ſtatuit
Iuſtinianus in § vetus igitur Auth.de iudic.Decian.in Apo
loget.contra Alciat.c.19.nu.29. quod & nos notauimus in
35 glo.ſtat.Vrb.lib.1.c 4.col.12.num.50.† Pauperes eligendi
non ſunt, ſed moderatas diuitias habentes, l.ad ſubeunda,
C.de Decurio.lib.10.l.reſcripto,ff.de muner.& honor Lu-
cas de Penna in l.vlt. C.de his, qui num.liber.ſe excuſ. vbi
refert Boet.de Schol.diſciplin.dicentem. O quam abſurdū
eſt,magiſtratuum egeſtas,quippe quæ ſit diſciplinæ nouer
ca,ſunt enim in huiuſmodi officijs pauperes,ſicut & in mi
litia debiles,qui magis officiunt,quam proſunt, cap.ſuper
his de votis.quod & nos probauimus in allegata gloſ. & in
lib.2.c.60.Nam vt dixit Ariſt.lib.2.Politic.Impoſſibile eſt,
egentem benè principari.& in lib.3.inquit. Corruptio Ci-
uitatis eſt dominium pauperum, & Plutar.in Solone.Oui.
lib.3.Elego.ait.Curia pauperibus clauſa eſt,dat cenſus ho-
nores,& lib 1.Faſtor.In pretio pretium nunc eſt dat cenſus
honores. Cenſus amicitias,pauper vbique iacet Tholoſ. in
Syntag.iuris lib.47.c.10.numer.14.quod intelligi debet de
extremè inopibus,vt dixi,in glo.ſtat.Vrb.lib 2.c.60. & di-
cit Ariſt.lib.4.Politic.cap.11. quem refert Socin.in l.1.nu-
mero 60 ff.ſolut.matrim.Auth. de defenſor. Ciuitat. poſt
princip. quibus diuites præferendi ſunt §.his, qui cauſas
Auth.de iudic.l.honor.§.de honorib.ff.de muner. & ho-
nor. Lucas de Penna in d.l.ad ſubeunda, & in d.l. reſcripto
Iſern.in c.1.in verb.primatibus,de pace iura.firma. Platea
in l.ne quis,C.de dignit.libro 12. Tiraquell.de nobilit.ca.3.
36 numer.18. & ſeq.† Tamen illi idonei cenſeri debent, qui
habent neceſſaria victui, & vitæ,vt in authēt.de defenſor.
Ciuit.poſt princ.ſi ſint probatæ vitæ. Nam Plato lib.7. de
37 Republ.inquit,operam eſſe dandam, † vt qui vtiliter, ac
decenter magiſtratu fungi debent,ſint diuites bonis animi,
iuſtitiæ, ſapientiæ, ac pietatis auro abundent; & ob id Pli-
nius lib.14.conquerebatur,quod cenſus magiſtratus, ac e-
quites faceret,cū ſit ſanctius, & vtilius inquirere nō quale
patrimonium habeat magiſtratus, ſed cuius exiſtimatio-
nis ſit,& quomodo anteactam vitam trāſegerit, facit tex.
in l.non omnes,ff.de re milit.l.nemini licere, C.de aduoc.
diuer.iudic.lib.11.& c.ſignificaſti de homicid. & quæ dedu
cit Tholoſ.in citato loco,quod & nos concedimus in alleg.
38 glo.lib.2.c.60.† Minus admittendi ſunt negotiantes,mer-
catores exercentes officia, ſeu artes viliſſimas, neque corū
filij,l.ne quis 6.C.de dignit.l.ſi cohortalis 12.§.final. C. de
cohortal.l.1 C.de præpoſ.agen.l.1.C.negotiatores ne mili-
tent Afflict.de conſtit.rubr 38.de noua militia, nume.5.&
nos in glo.ſtat.Vrb.lib.1.c.4.verſ. Nec negociantes. Tiraq.
de nobilit.c.10.per tot.& c.34.numer.1.& ſeq.Tholoſ.vbi
39 ſupra lib 47.c.10.nume.4.† Niſi per decem annos à præ-
miſſis ſe abſtinuerint, ſuiſque acquiſitis bonis honeſtè vi-
xerint,ſecundum Ariſt.lib.3.Politic.& Valer. Maxim.libr.
40 4.ca.4.Dionyſ.Halicar.lib.2.† Minus eligendi ſunt illi qui
domui ſuæ præeſſe neſciunt, ſecundum D.Paulum ad Ti-
moth.capit.3. & Iſocratem ad Democritum,& probatur
41 ex allegatis ſupra titu.4.† Neque baſtardi, cum infames;
infamia facti reputentur Capyc.deciſ. 32. numero 7. facit
text.in l.2.C.de dignit.libro 12.Bald.in l.4.in principio. vbi
Alexan.ff.de liber.& poſthum: idem Bald.in l. cum legiti-
mè,ff.de ſtat.homin Boer.in deciſ.222.numero 12.& 13.&
Plato lib.6.de legib.Ariſt.lib.3.Polit.c.11 & lib.4.cap.6.&
vbi agitur de honore filiorum, illorum appellatione non
veniunt baſtardi,vt per Molin.de Hiſpan.primog.lib.3.c.
3.in fine.Minſynger.obſeru.31.num.5.Caſſan. in catalogo
gloriæ mundi par 11 conſiderat.35.licet non ſeruetur fortè
ex text.in l.generaliter,§.ſpurij, & in l.ſpurij,ff de Decur.
42 quos refert Didac.pract.quæſt.c 19.num.6. † Nec Repu
blicæ debitores,vt in glo.ſtat.Vrb.lib.1.tit 4.col 12. nu.30.
43 & ſupra lib.1.titul.3.† Nec filij hæreticorum Simanc. de
44 inſt.cathol.tit.50. num.10 & ſeq.† Nec banniti,ſeu rele-
gati Ioan de Plat.in l.1.C.de his, qui in exilium lib.10. vbi
etiam Ang.Alex.ad Bar.in l.1.ff.de glande legen. Bald.in l.
2.§.exactis in addit.& § deinde in fi.ff.de orig.iur. Niſi eſ-
ſent à Principe diſpenſati Bal.in l.ſi creditores, C.de fidei-
com l.penult.C.de curat.furioſ.Caſtr.in conſ 199.lib.1.Af-
flict.deciſ.4.Menoc.conſ.275.nu.54.& ſeq. Farinac.de cri-
min læſæ maieſt.q.116.§.3.num.119.Vel niſi banniti de vno
loco in alio ad honores admitterentur Bald.in d.l.2.§. po-
ſtea,ff.de orig.iur. Felin.in c.cum contingat in princ.de fo-
45 ro compet.† Præterea nec excommunicati admittuntur
add ad Abb.in c ſi duobus de appellat.Ripa reſponſ.21.ti-
46 tul.de reſcript.† Tandem debent eſſe liberales,non auari,
ne incidant in extorſiones,& concuſſiones,vt in Exodo ca.
18.S.Leo. de paſſione Domini ſerm.9. facit Auth. vt iudi-
ces ſine quoquo ſuffrag.col.2.Afflict.in conſtit. vt vniuer-
ſis numero 52.Saluſt.in Catilin. Cicero de offic. & in orat.
pro Milone,c.pauper 11.q.3.Theſaur.in præfat.deciſ. nu-
mero 29.Thol vbi ſupra lib.47.c.11.num.16. ex prædictis
47 infertur † poſſe de electione facta à Principe diſputari, vt
voluerunt omnes in c. ſi quis ſuadente, §.qui autem 17.q.
48 4. & ob id, quod † quilibet de populo poteſt malam ele-
ctionem officialium Principi detegere, l.ſi reus delatus, §.
vlt.vbi gl.ff.de muner.& honor. Quod intelligi debet,quā
do eſt in fieri,non autem quando eſt iam facta iux.notata
per Rebuff.in l.1 C.de ſent.quæ pro eo, quod,notab.9.nu.
9.quæ ſi mala fuit,habebit Deum vltorem, vt fuit dictum
ſupra.Nam à mala electione iam per Principem facta, ne-
mini de Populo licet appellare per alleg.in gl.ſtat. Vrb.lib.
1.c.167.col.354.nu.20. Infertur etiam,quod de qualitati-
bus requiſitis conſtare debet,antequam nominentur tales,
vt ex Bart.in l.impuberem,ff.de falſ.nec ſufficit, quod ſu-
perueniant. Vinc.de Franc deciſ.609.nu.3. Tamē admiſſus
nō poſſet remoueri,quia turpius eijcitur,quàm nō admittitur ho
ſpes,vt dixit Lucas de Penna in rubr.de Decur.C.li.10.Ni-
ſi qualitas eſſet talis, quæ eū inhabilē prorſus redderet Ca
49 nalc.in deciſ.40.nu.17. par.1 † & pendente lite ſuper ele-
ctione, electus non debet officium obtinere, niſi exercere
illud incœperit,l.qui ſtatus,ff.de re milit.l.1 §. penultim ff.

nil

Digitized by Google

nil notar. Didac. lib. 1. variar. cap. 16. num. 11. ver. ſecundo.
Vel niſi lis appareret calumnioſa ad conterendum tem-
pus cap. fin. in fine, vbi gloſ. de iudic. & in ea procedi poteſt
tempore feriarum, & quanto citiùs debet terminari Bart.
in d. l. 1. ff. de glande legend. & ibi Alexan. in addit. Tandem
50 notandum eſt, † quod extractus ex buſſula officialium di
citur ex hoc in quaſi poſſeſſione officij, vt voluit Fab. de
Anan. in conſil. 94. nume. 1. & ſeq. & Caualcan. in deciſ. 37.
51 nume. 4. par. 1. † Ciues eiuſdem Ciuitatis, à qua originem
ducunt, iuſtitiæ adminiſtrationem ſuſcipere prohibentur,
vt vno verbo diximus ſupra lib. 1. tit. 3. & in glo. ſtat. Vrb.
lib. 1. cap. 4. idque communi iure cautum legitur in l. ſi ea-
dem, ff. de offic. aſſeſſor. in l. 3. C. de diuer. offic. & appar.
vbi Lucas de Penna, & Ioan. de Platea lib. 12. l. in Conſilia-
rijs, C. de aſſeſſor. & domeſt. l. fina. C. de crimi. ſacrileg. l. hi,
qui, vbi glo. & l. ſequen. ff. ex quib. cauſ. maior. Bartol. in l.
quod Seruius nume. 2. ff. de condict. cauſ. dat. Plat. in l. nul-
lus, C. de diuer. offic. lib. 12. Marſil. ſing. 553. Quod extendi-
tur etiam ad habentes caſtrum in eiuſdem Ciuitatis terri-
torio, ſeu Prouincia, cui præſint, ſecundum Iaſ. in d. l. ſi ea-
dem Brun conſ. 52. & id ea ratione, ne Ciues, Ciuibus præ-
ſint, ne nimia indulgentia parcant Conciuibus, aut veteri
odio præter modum in illos ſeuiant, vt dicunt allegati Do
ctor. & Tholo. in Syntag. iuris lib. 47. c. 10. nu. 13. Guhelm.
de Benedict. in c. Raynutius in ver. vxorem nomine Adela-
52 ſiam in 5. dec. nume. 489. Nam † inter pares ſæpè inuidia,
& dignitatis contentio intercedit, l. obſeruandum, ff. de of-
fic. Præſid. Et odia, & fauores iudicia turbant, atque per-
uertunt, c. penult. ibi. de terra ſua, vt lite pend. Put. de Syn-
dic. in ver. ſtatutum, num. 4. Bart. & Platea in d. l. nullus, C.
de diuer. offic. appar. lib. 12. & in Vrbe adeſt ſtatutum lib.
1. c. 3. & ca. 4. vbi glo. quo diſponitur, quod Senator, & alij
Iudices debeant eſſe exteri, non Ciues. Nam in Ciuibus præ
ſumitur affectio Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 20.
num. 1. & ideo Ciues, vt ſuſpecti poſſunt recuſari, ca. acce-
dens, il ſecondo, vt lit. conteſt. Abb. in c. vlt. de appell. Bart.
in l. fin. ff. de offic. aſſeſſ. & nos in gloſ. ſtat. Vrb. lib. 1. ca. 186.
colum. 431. num. 40. Huc pertinent, quæ in propoſito dixit
Caſſan. in Catag. glor. mundi par. 11. conſiderat. 22. in prin-
cipio. & Put. de Syndic. in ver. ſtatutum Ciuitatis. Et hanc
conſuetudinem laudant Gomeſ. in regula de Idiomate.
Purpurat. & Bolognet. in l. 1. ff. de offic. aſſeſſ. Menoch. de
arbitr. caſ. 253. num. 9. & ita fuiſſe antiquitus obſeruatum
53 à Romanis docent nos Ciceronis orationes. Sed quicquid
ſit de iure communi, tamen in multis locis ſeruatur cõtra-
rium, quod ſoli ſcilicet Ciues non exteri iudices eſſe valeãt,
quod Principis permiſſu id fieri poſſe diximus ſupra lib. 1.
d. tit. 3. & factum fuiſſe ab Imperatoribus Valentiniano,
& Martiano legitur in l. 2. C. de offic. Prætor. gloſ. in l. ſi cui,
ff. ex quib. cau. maior. & in l. in Cõſiliarijs, C. de aſſeſſor. Au
then. interim. de defenſorib. Ciuitat. vbi defenſores opor-
tet, quod ſint de Ciuitate, & circulo Ciuitatis, l. 2. & 3. C. de
defenſ. Ciuit. l. reſcripto, & l. ſi quis magiſtratibus, ff. de mu
ner. & honor. facit glo. in l. 2. C. de crimin. ſacrileg. & tex. in
c. quoſdam, & in c. quanto de præſumpt. & tex. in c. in no-
mine 23. diſtinct. in cap. nullus 61. diſtinct. in cap. quam ſit,
18. q. 2. & in Deuteron. cap. 18. dicitur. Prophetam de gente
54 tua, & de fratribus tuis ſuſcitabit Dominus Deus tuus, † &
Regem conſtitue de numero fratrum, non poterit alterius
genus hominem Regem facere, qui non ſit frater tuus,
hoc eſt de tua patria, ſeu gente natus, & ideo Ariſt. libro 2.
Politic. c. 1. dicit iuſtum eſſe, vt omnes Ciues gerendi magi-
ſtratus particeps fiant, & ita ſeruauit Ioſaphat Rex Iuda,
& Paralipp. 2. ca. 19. quibus electis, inquit, Videte quid fa-
ciatis non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini,
& quodcumque iudicaueritis, in vos redundabit: Sit ti-
mor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite:
non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas,
nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum. Sed mi-
hi videtur, quod hæc intelligenda ſint de ſupremis magi-
ſtratibus, qui habent poteſtatem dandi alios inferiores iu-
dices pro cauſis ſubditorum, non autem de iudicibus infe-
rioribus, quales ſunt omnes poſt Principem, & Senatum, à
quo ipſi dependent. Nam ad Principatum, & Senatum ele
ctiuum ſoli Ciues admittendi ſunt, ad alios verò magiſtra-
tus, & Ciues, & exteri ſunt admittendi, prout Principi, ac
Senatui videbitur expedire, vt per Vincent. de Franc. deciſ.
98. & 479. Theſaur. deciſ. 268. Min ſyng. obſeru. 3. cent. 4. &
Fratrem Ioannem S. Mariæ de Republica, & Politica Chri
55 ſtiana, c. 11. † In Vrbe ſine diſtinctione omnes ad omnia of
ficia admittuntur à Summis Pontificibus, ſtatuto non ob-
ſtan. quia ex Conſtitutione D. ui Antonini in Orbe Roma-
no, qui ſunt, omnes Romani Ciues effecti ſunt, l. in Orbe
17. ff. de ſtat. homin. l. Roma, ff. ad municip. Alciat lib. 2. di-
ſpunc. c. 21. per tot. & cum in ea habeamus Summum Pon
tificem caput Chriſtianum, & Senatum de numero fratrũ,
de patria, ac gente noſtra, non eſt mirum, ſi in ea oẽs Catho
lici ad omnia officia gerenda admittantur, prout ex Catho
licis Eccleſiaſticis Pontifex, & Prælati ex gremio Eccleſiæ
ſumuntur, atque eliguntur d. c. in nomine cũ alijs ſuperius
citatis c. 1. §. eligatur 23. diſt. c. oportebat, c. nullus, c. ſi quis
56 diſt. 79. † Dubium tamen non eſt, quin Ciues iuriſperiti
melius ſciunt mores, & conſuetudines ſuæ Ciuitatis, ſecun
dum quas iudicare debent, l. 2. C. quemad. teſt. aper. l. ſi fun
dus, & ibi Bar. ff. de euic. Doct. in l. 1. C. de ſum. Trinit. & fi-
de Cathol facit Ariſt. lib. 1. Rethor. c. 6. & Cicero 2. de Ora
tor. Quam faciant exteri, nam iſti ob ignorantiam morũ,
& conſuetudinum aggrauant ſubditos, & ob id Ciuibus
magis, quam alienigenis deferendum eſt, cap. fin. de Cle-
ric. Peregrin. l. 2. C. de ann. ciuil. diuid. lib. 11. Cagnol. poſt a-
lios in l. 2. §. exactis, num. 285. ff. de orig. iur. Caſſan. vbi ſu-
pra ver. verumtamen. Lucas de Penna in l. quiſquis, num.
2. & ſeq C. de omni agro deſer. Abb. in c. Abbate, de verb.
ſignific. Cepolla de Imperat. milit. eligen. c. 2. num. 5. etiam
ſi exteri moribus, ac doctrina eſſent clariores, dummodo
Ciues non ſint mali, & inhabiles, vt per glo. in d. c. in nomi
ne 23. diſtinct. & poſt Luc. de Penna in dict. l. quiſquis Gu-
lielm. de Benedict. & Caſſaneus in locis ſupra citat. Et hæc
conſuetudo valida eſt, & habet ſolidum fundamentum,
nempè permiſſionem, ac voluntatem Principis, vt dixi in
d. tit. 3. lib. 3. l. ſi eadem, ff. de offic. aſſeſſ. l. vt gradatim, §. &
ſi lege, ff. de muner. & honor. Cepolla vbi ſupra ver. pro-
pter nationem in fine. Bertrand. in conſilio 1. numero 19. li-
bro 3. Et quaſi toto terrarum Orbe recepta eſt, vt dicit Bo
lognet. in d. l. 1. num. 8. ver. ſecundo fallit, ff. de offic. aſſeſſor.
& probant Franch. Theſ. & Minſynger. in ſupra citat. locis
Afflict. in conſtit. Iuſtitiarij per Prouincias in 1. notab. Put.
57 de Syndic. in verb. aſſeſſor. † Clerici, & perſonæ Eccleſiaſti-
cæ, ne propter hoc ab altaris obſequio, cui ſunt dicati, ab-
ſtrahantur iudices ſæculares eſſe prohibentur, c. 1. & 2. &
tot. tit. ne cler. vel monac. c. Cyprianus, & c. his, qui 21. q. 3.
l. repetita, C. de Epiſcop. & cleric. §. abſurdum, vbi gloſſ. ca.
de præſentium, vbi gloſſ. 16. quæſt. 1. cap. ſæpè Principis 23.
quæſt. 8. l. cum Prætor in fine, vbi glo. ff. de iudic. l. placet, C.
de Epiſcop. & Cleric. § alium authen. de Sanctiſſ. Epiſcop.
& D. Paulus in Epiſt. ad Timoth. 2. capit. 2. inquit. Nemo
Deo militaris implicet, ſe negotijs ſæcularibus, & adſunt
Canones Apoſtolici in ordine 6. & 80. cum alijs citatis in
glo. ſtatut. Vrb. libro 3. cap. 37. Nam vt inquit Plutarch. in
problem. 108. quem refert Tholoſan. in Syntagma iuris
libro 47. cap. 10. numero 18. lege ſacerdotibus, nec magi-
ſtratum ſæcularem capere, nec petere permittebatur ea-
dem, qua ſupra diximus, & alijs rationibus. Hinc eſt,
58 † quod Prælati, ſiue Clerici non poſſint eſſe officiales, &
miniſtri laicorum. Dec. in cap. ſecundo, numero ſexageſi-
mo quarto. de iudic. vbi Papa, numero quadrageſimo ſex-
to, & quadrageſimo ſeptimo. Abb. in cap. non minus, co-
lumna tertia, de immunit. Eccleſ. poſt Innocent. in cap. di-
lecta, de exceſſ. prælat. Et valdè abſurdum, atque ini-
quum eſt, eos admitti ad officia publica ſæcularia, cum ſi
in eis deliquerint, non poſſint à iudicibus ſæcularibus pu-
niri. Didac. pract. quæſt. cap 33. numero 6. ſecundum gloſſ.
& Doctor. in dict. capit. 2. Ne clerici, vel monachi, & hanc
dicit communem Barb. in cap. cum ab Eccleſiarum de of-
fic. ordin. Clar. in §. final. quæſt. 36. numero 21. Decian. in
tractat. crimin. libro 4. cap. 9. numero 143. Vincent. de Fran
ch. in deciſ. 479. Surd. in conſilio 396. numero 33. qui repro
bat conſuetudinem contrariam in Gallia, de qua per Caſ-
ſan. in Burgund. rubrica 1. §. 5. numero 71. ver. dic, quod
præd. regula. & per Gulielm. de Benedict. in cap. Raynu-
tius in verb. vxorem in 2. deciſ. numero 55. Nam talis con
ſuetudo de iure minimè ſuſtineri poteſt, cum ſit irratio-
nabilis, & contra ius diuinum, quo Clerici ſunt exempti à
iuriſdictione ſæcularium, vt latè per Decian. in dict. capit.
nono. numero 10. ver. tertio extende, & per Ruland. in con
ſilio 4. libro primo, & per allegata infra libro tertio, tit.

& alibi, etiam quod eſſet præſcripta tanto tempore, de
cuius initio non extaret memoria, vt ibi: & Rota in antiq.
deciſ.839. Surd. d.conſ.396.nu.33. Clar.d.§.fin.q.36. num.
21. Cabal.lib.1.reſolut.crimin.caſu 64.numer.5.& ſeq. Et
59 † monendi ſunt Principes, & clerici, vt à præmiſſis ſe ab-
ſtineant glo.notab.in dicto c.2.vbi Hoſtien. Abb.& cæteri.
Ne clerici, vel monac. per tex.in cap.fin.de vita, & honeſt.
cleric. Caſſan. vbi ſupra numer.71.in fine Marta de iuriſd.
par.4.centur.2.caſ.127.numero ſeptimo, Rauden.de ana-
log cap.39.numero 150. Et contra ſimiles proceditur etiã
ad priuationem officij Garzias Maſtrill. in deciſion.159.
par.2.& ſi tales officiales poſt adeptum officium efficiun-
tur clerici, Princeps ſæcularis poteſt illud tanquã vacans
alteri concedere, l. prætur. ff. de vacat. mun. l. omnes, C. de
60 epiſc.& cleric. Tholoſ.in d.c.10. num.18. † Nam eo ipſo,
quod quis efficitur clericus, vel monachus deſinit eſſe Im-
perator, vel Rex, cap. præſens 20. quæſt.3. vbi glo.in verb.
Comite, gloſ.in c.ſcripſit 27.quæſt.2.§. ſed neque Auth.
de ſanctiſſ.epiſ. Ioan. de Platea, in l. Colonos, C. de agric.&
cenſit.lib.11. Aluarottus in c.1.col.vlt. ver.quæro, de mi-
lite vaſallo. Molin.de Hiſpan.primogen.lib.1.c.13 nume-
61 ro 61. Corſet.de poteſt.reg.par.4.nume.25. q.60.† & feu-
da per habitus aſſumptionem, & ſtatus mutationem, ipſo
iure amittuntur, c.1.§ qui clericus, ſi de feudo defunc. vbi
62 Iſer.& alij Cotta in verb. Eccleſiaſticus qui efficitur.† Nã
cum ſit effectus miles Dei, qui negocijs ſæcularibus vaca-
re prohibetur, vt probatum eſt ſuperius, conſequens eſt, vt
nec officium ſæcularis iuſtitiæ amplius exercere debeat, c.
1.de milite vaſallo. Et ſi pœniteat habitum clericalem, ſeu
monachalem aſſumpſiſſe, niſi à Principe ſæculari ſit poſt
pœnitentiam denuò admiſſus, l. officiales, C. de epiſcop. &
cleric.& Auth ſequen. Lucas de Penn. in l. quidã ignauiæ,
C. de decur. lib.10. quod limitatur in eo, qui religionem eſt
ingreſſus ſecundum eum ibi, ſequitur D. de Pont. de po-
teſt. proreg tit. de elect. offic.§.7. num.15. Et hoc procedit
in clericis primæ tonſuræ, qui clericali habitu incedunt,
Abb.in d.c.1. ne cleric. vel monac. vel qui habeant benefi-
cia eccleſiaſtica ſecundum Abb. vbi ſupra Didac. pract.q.
63 cap.33. ſub numero 6.† Procedit pariter in monachis, ca-
pit. monachi, vbi glo.16.quæſt.1. Eadem ratione, quia ſer-
uos Dei decet à cauſarum ſtrepitu eſſe quietos, capit.1.de
ſyndic. cum alijs alleg. paulò ſuperius, & non eſt eis danda
occaſio vagandi contra tex.in cap.1. de ſtat. monach. & in
64 Clement. in agro §. ad hæc, eod † Procedit etiam in militi-
bus Hieroſolimitanis, qui vt veri religioſi, & exempti ab
omni iuriſdictione ſæculari ad officia ſæcularia eligi pro-
hibentur Vincent. de Franch. deciſio.479. numero 2 & 3.
Caball. d. caſu 64. per tot, quod idem dici poteſt de alijs ſi-
milibus Barbat. de præſtan. Cardin. in 5. quæſt. 1 par. col.
3. Cotta vbi ſupra in fine, quod non placuit Bald. in cap. 1.
65 ver. ſed quid de militibus, de milite vaſallo. † Et ſtatuta
prohibentia clericos ad officia ſæcularia admitti, ſunt in-
ſta, & valida, quia habent communis iuris aſſiſtentiã Di-
dac. pract. quæſt cap.33.num.6. Franc.d.deciſ.479.& Ca-
66 ball.d.caſu 64.nu.10.† Minus poſſunt eſſe Vicereges, ſeu
Regum, vel Viceregum Locatenentes ſecundum Abb. in
cap. clerici in 4.notab. Ne clerici, vel monach. Dec. in d.c.
a.num.7.& in cap. decernimus, numero 64. de iudic. Na-
67 uar. in manuali c.27.num.117. † Verum cum licentia, &
conſenſu Principis eccleſiaſtici poterunt clerici ſæcularia
officia gerere. vt per Bald. in Auth. habita, C. ne fil. pro pa-
68 tre. Item † ſi clericus fuerit delegatus in vna tantum cau-
ſa, poterit illam cognoſcere, c. in Archiepiſcopatus de ra-
ptor. Calder. in conſ.6. An ſacerdos de uffic. delegat. Innoc.
in c.1. in fine de obligat. ad ratiocin. Nam vna tantũ cauſa
non poteſt eos retrahere à diuinis, vt vniuerſitas cauſarũ,
& ideò vnam tantum cauſam habere poſſunt Abb. poſt
Hoſt.& Ioã. And. in c. ſed nec. Ne clerici, vel monach. Dec.
in c. conſtitutus in 1.notab. de appellat. & in d.c. decerni-
mus, nu.66.& 67. licet ſubdat, quod de honeſtate non de-
bent prælati delegationem ſibi factam à iudicibus ſæcu-
laribus ſuſcipere Ripa in d.c.a.num.47. Ne cleric. vel mo-
69 naci, Rom. ſing.274. tu ſcis. Item † poſſunt eſſe Conſiliarij
Regum, ac Principum, ſed ſine adminiſtratione Abb. poſt
Hoſtien. in dicto c. clericis, col.3. ver. nota ex his, & in c. ſed
nec col.5. Ne cler. vel monac. cap. non eſt, & ibi Abbas, de
voto, ver. conſilium Bald. in dict. Auth. habita, C. ne filius
pro patre Ioan. Andr. & Abb. in cap. clerici. Ne clerici, vel
monac. Felin. in c. licet de foro compet. quod & nos pro-
bauimus in glo. ſtat. vrb. libro 3. cap.37. Imo ex hoc dicun-
tur habere dignitatem regalem, l. prima, ibi. quod decus
lateris noſtri exornat. C. de præpoſ. lib.11. Menoch. de ar-
bitr. caſu 597. num.10. omnibus enim, & Prælatis ipſis ex-
pedit, quod Reges, & Principes bono vtantur conſilio,
quod non debent eis denegare, ita enim & ſe ipſos defen-
dunt, l. vulgaris, de furt. Nauar. in manuali d. cap.27. num.
214.& 215. Didac. in Clement. ſi furioſus 2.p.§.5. nume.8,
70 † Poſſunt etiam legationem à ſæcularibus Principibus ſu-
ſcipere, ad notat. in c. cum parati vbi Franc. in 7. notab. de
appellat facit text.& ibi gloſ. in verb. legatum, c. Epiſco-
pus 18. diſtinct. Dec. in d.c. decernimus, num.70. de iudic.
Calder. in d. conſil.6. Corſett. de poteſt Reg par.5. nume-
ro 47. fuit enim Alexander Medices Archiepiſcopus Flo-
rentinus pro Sereniſſimo magno Duce Hetruriæ apud
Summos Pontifices orator, qui euaſit Cardinalis, indè Põ-
tifex Leo XI. nuncupatus die 1. Aprilis 1605. vixit dies 27.
glorioſiſſimus Pontifex in toto Chriſtiano orbe, obijt re-
pentè cum omnium mœrore. Sunt enim ſancti legati Prin
cipum apud omnes gentes, vt probatur infra libro 4. tit.
71 25. Tandem † quando iuriſdictio temporalis eſt dignita-
ti eccleſiaſticæ annexa, tunc eam adminiſtrare non prohi-
bentur Abb. in cap. inter dilectos, num.2. de fide inſtrum.
& in dicto cap. clerici, numer.5. Ne clerici, vel monaci Ro-
land. conſilio 4. libro 1. Dummodo ſe abſtineant in ea ad-
miniſtranda à iudicio ſanguinis D. Thom.2.2. quæſtio.64.
art.4. Didac. in Clem. ſi furioſus par.2.§. fin. num.7. Molin.
de Hiſpan. primogen. lib.1.c.13. num.97. Corſett. vbi ſupra
num.47. in fine, ver. quod intellige, quod & ſupra lib.1. tit.
12. dictum fuit in ver. Nec iudices. Nec iudices eccleſiaſti-
ci. de hac re latè diſſeruit Cardin. Bellarmin. de Romano
Pontifice, libro 5. de poteſt. temporali Pontificis, cap.1. &
ſeqq. vſque ad finem, & Stephan. Aufret. de poteſt. eccleſ.
in ſæculares per tot. tract.

SVMMARIVM.

1 *Iudex omnes potentia ſubditos habet.*
2 *Cauſa fiſcales à quo cognoſcenda.*
3 *Domeſtici Cæſaris à quo iudicandi.*
4 *Suarij habent proprium iudicem.*
5 *Actor debet ſequi forum rei.*
6 *19. Loco contractus quis conuenitur.*
7 *Ciuis vnius loci alterius incola vbique conueniri poteſt.*
8 *Actione reali, vbi res eſt, reperitur, limitatur.*
9 *Iura, & actiones ſequuntur perſonam.*
10 *Actoris dignitas non mutat forum rei.*
11 *Clericus actor ſequitur forum rei laici, limitatur.*
12 *Roma communis patria, in qua omnis conuenitur.*
13 *Incola vrbis fit incontinenti.*
14 *D. Paulus, vt ciuis Romanus ad vrbem miſſus.*
15 *Romulus hoſtes victos eadem die ciues fecit.*
16 *Roma vertex mundi.*
17 *Cauſa legatorum, & aliorum in vrbe non cauſa habitandi cõ-
morantium remittuntur ad partes.*
18 *Romæ repertus ibi vt ciuis, & incola conuenitur.*
19 *Legati non poſſunt conueniri, vbi legatione funguntur.*
20 *Et ſi ibi contraxerint limitatur.*
21 *Rota ſecundum leges iudicare debet.*
22 *Romæ quis conuenitur ex contractu alibi geſto.*
23 *Legati cauſam dotis in loco legationis excipiunt.*
24 *Legatione finita ſi moratur, conuenietur.*
25 *Quæſtio an ius reuocandi domum competat, vbi agitanda.*
26 *Ius reuocandi domum opponens cauet.*
27 *Legati nec litem ante moram excipere tenentur.*
28 *Reus vbi ſe defendere tenetur.*
29 *Tabernam vbi quis habet, ibi ſe defendere debet.*
30 *Contractus appellatione veniunt quaſi contractus.*
31 *Contraxiſſe vbi quis dicatur.*
32 *Legati ex delictis in legatione commiſſis vbi conueniendi.*
33 *Hæres vbi conueniendus.*
34 *Reus vbique deprehenſus cogitur cauere.*
35 *Iuſiurandum vbi deferendum.*
36 *Lis vbique poteſt conteſtari.*
37 *Mulier rea in foro viri conuenitur.*
38 *Vidua, & miſerabiles non trahuntur, declaratur.*
39 *Iudex coram quo conueniendus.*

40 Iu-

40 *Iudex ex cauſa officij, durante officio non poteſt conueniri, limitatur pluribus modis.*
41 *Syndicari quis non poteſt, durante officio.*
42 *Iudices nec rei nec actores eſſe poſſunt.*
43 *Syndicatores dantur pro officialibus ſyndicandis.*
44 *Conſules artium poſſunt conueniri officio durante.*
45 *Iudex pro barattaria conuenitur, officio durante.*
46 *Iudex pro negligentia, durante officio conuenitur.*
47 *Iudex non ſe interponens inter rixantes conuenitur, durante officio.*
48 *Iudex nimis ſeuerus, durante officio, conuenitur.*
49 *Iudex, durante officio conuenitur, ſi integram familiam non retineat, vt tenetur.*
50 *Iudex in cauſa ambitus, durante officio, conuenitur.*
51 *Iudex infirmus incurabiliter conuenitur.*
52 *Iudex non admittens appellationem, conuenitur.*
53 *Duces, Reges, & Barones conueniuntur.*
54 *Iudex aliquid per iniuriam auferens conuenitur.*
55 *Iudex pro actione tempore peritura conuenitur.*
56 *Iudex à non ſubdito conuenitur.*
57 *Iudex, durante officio poteſt accuſari tantum.*
58 *Iudex ad beneplacitum conuenitur.*
59 *Iudex pro priuatione officij conuenitur.*
60 *Princeps poteſt mandare, vt iudex conueniatur, durante officio.*
61 *Officium confirmatum, & prorogatum differunt.*
62 *Electio ad aliud non impedit ſyndicari pro primo, finito officio ſuo, imò non ſindicatus non eligitur.*
63 *Iudicis conuenti iuriſdictio ſuſpenditur.*
64 *Illuſtris, & Clariſſimi iudex competens quis.*
65 *Senatoris Iudex quis ſit.*
66 *Dignitatis cuiuſcunque, vel militia Iudices competentes.*

Profeſſores
67 *Negociatores* } *Iudicem proprium habent.*
Cohortales
Curiales

68 *Par in parem non habet imperium.*
69 *Fiſcus reus vbi conueniendus.*
70 *Actor rerum priuatarum habet Iudicem Præſidem.*
71 *Officiales procuratoris Cæſaris procuratorem Iudicem habet limitatur.*

Coloni
72 *Inquilini* } *Cæſaris Iudicem habent proprium.*
Serui

73 *Cubicularij habent proprium Iudicem.*
74 *Silentiarij eorum vxores, & liberi Iudicem habent.*

Scrinarij vtique
75 *Centenarij* } *habent Iudicem. limitatur.*
Ducenarij

76 *Palatini habent ſuum iudicem. limitatur.*
77 *Militantes in ſcholis habent iudicem.*

78 *Cornicularij* } *habent Iudicem.*
Numerarij

79 *Milites habent Iudicem, limitatur.*

Duces militares
80 *Apparitores Ducum* } *Iudicem proprium habent.*
Limitanei
Præpoſiti Caſtrorum.

81 *Milites fortunæ non habent Iudicem proprium.*
82 *Milites orientis habent proprium iudicem.*
83 *Tributorum cauſa ad Præſides pertinent.*
84 *Fabricenſes eorum vxores, & liberi iudicem habent.*
85 *Nuntij ſedis Apoſtolicæ habent proprium iudicem.*
86 *Suſpicionis cauſa iuſta non eſt alias appellaſſe à ſententia iudicis.*

Cauſa Eccleſiaſticæ
87 *Immunitatis* } *Ad Eccleſiaſticum pertinent.*
Natalium
Priuilegij

88 *Cauſa criminales in loco delicti, vel vbi delinquens deprahenditur.*
89 *Latrunculator non iudicat de ciuilibus.*
90 *Actio realis, vbi eſt experitur.*
91 *Prætor deſideratur, vbi eſt cauſa cognitio.*
92 *Fugientes obnoxij vindicantur à ſuo iudice.*
93 *Negans ſe publici debitorem, vel ciuem ad effugienda munera vbi de hoc conueniendus.*
94 *Liberti vbi munera ſoluunt, debitores ſuſpecti de fuga omnibus ſubſunt.*
95 *Quantitas variat iuriſdictionem.*
96 *Petitio attenditur pro quantitate metienda.*
97 *Pluribus petentibus tota res conſideratur.*
98 *Pluribus actionibus intentatis, quantitas ſingularum actionũ conſideratur.*
99 *Plus petens ad declinandum iudicem punitur.*
100 *Iudex de certa, iudicat de maiori ſumma partibus conſentientibus.*
101 *Quantitas conuentionis, non reconuentionis attenditur pro iudice.*
102 *Iudex competens conuentionis, eſt competens & reconuentionis, limitatur.*
103 *Plures diuerſi fori litigantes ad vnum reducendi.*
104 *Venditor in cauſa euictionis ſequitur forum emptoris.*
105 *Priuilegium fori non allegat, qui illud conſecutus eſt, & poſt introductum iudicium.*
106 *Iudicium vbi captum, ibi debet finiri.*
107 *Hæres vbi defunctus eſt conueniendus.*
108 *Actor reconuenitur coram eodem iudice, limitatur.*
109 *Præſes vbi non eſt, eius loco eſt defenſor.*
110 *Iudice denegante iuſtitiam ſuperior adeundus.*
111 *Iudex incompetens, delegatione fit competens.*
112 *Iudex ordinarius non declinatur.*
113 *Incidens cognoſcit iudex negocij, limitatur.*
114 *Fori præſcriptio quando opponenda.*
115 *Iudicem non facit conſenſus priuatorum.*
116 *Conſentire qui videntur in iudicem.*
117 *Iudicare munus publicum eſt.*
118 *Iudicandum eſt in loco conſueto.*
119 *Iudex nullum domeſticum habere debet Cancellarium.*

De actore, & Reo. Tit. 6.

HActenus de iudicibus, & quales poſſint, & eſſe de-
beant pro publico bono; reſtat nunc videre, qui
1 eis habitu ſubditi ſint, † omnes enim regulariter
potentia ſubditos habent, qui ſunt in Ciuitate, & prouin-
2 cia ſibi commiſſa, niſi à iure reperiantur exempti. † Pri-
mum enim ſi nomine fiſci agatur, rationalis, ſiue procura-
tor Cæſaris, vel fiſci non alius iudex competens eſſe cenſe-
tur leg. ad finem 5. C. vbi cauſ. fiſcal. leg. 2. C. eod. Niſi fortè
cum ex crimine alicuius pœna fiſco iudicanda ſit, de crimi
ne nondum conſtet leg. 1. C. eod. & d. l. 2. & 5. in quibus ſup
ponitur iam non de crimine, ſeu pœna agi, ſed de bonis ex
crimine iam concludenter probato, & iudicato d. l. 1. §. fin.
Nam defunctis reis criminis apud procuratorem cauſam
agendam eſſe ratio permittit: hoc enim caſu non de crimi-
ne aut pœna mortui amplius quæritur, ſed de bonis de-
3 functi d. §. fin. † Præterea Colonis, Inquilinis, vel ſeruis Do
mus Cæſaris, ſiue agant, ſiue conueniantur, præpoſitus ſa-
cri cubiculi, & Comes domus iudex competens eſt l. vlti.
4 C. vbi cauſ. fiſcal. † Suarijs autem ſiue agant, ſiue conue-
niantur, Præfectus Vrbis index conſtituitur l. 2. C. de Sua-
5 rijs lib. 11. † Præterea actor ſequi debet forum rei. Ideoq;
alibi agens, quam vbi reus domicilium habet, fori præſcri-
ptione repellitur. l. 2. C de iuriſd. omn. iudic. leg. actor. 3. C.
vbi in rem actio exercer. debeat leg. 1. ibi, vbi autem domi-
cilium C. vbi de hæredit. agat. l. in poſſeſſione 3. C. vbi cau-
6 ſa ſtatus agi opor. † Si tamen poſt contractum aliò migra-
uerit reus, rectè ibi, vbi contractus tempore domicilium
habuit, conuenitur d. leg. 2. ibi, vel tempore contractus C.
7 de iuriſd. omn. iudic. † Sed & ſi alibi ciuis ſit tam ijs magi-
ſtratibus, apud quos incola eſt, quam illis, apud quos ci-
uis eſt, parere debet leg. incola 29. ff. ad municipal. intereſt
8 etiam, vtrum in rem, an in perſonam agatur. † Nam in rẽ
actio etiam ibi, vbi res eſt aduerſus poſſidentem moueri
poteſt. l. vlti. C. vbi in rem actio exerc. deb. l. quod legatur
38. ff. de iudic. & videtur eſſe in arbitrio actoris, vtrum lo-
cum, vbi res ſita eſt, an domicilium rei conuenti velit ſequi
leg. cum in longi. 12. §. nihil enim prohibet C. de præſcript.
9 long. tempor. † Sed non ita erit, ſi iura actiones, & debito-
rum nomina reus habeat, quia hæc inhærent oſſibus, eius
perſonam ſequuntur, & non poteſt conueniri, vbi illa ha-
bet, ſed vbi ipſe perſonaliter reperitur. Alexan. in conſi. 31.
li. 1. per tot. Cui videtur contradicere Seraph. in deciſ. 352.
qui citat Alex. vbi ſupra, & alios, qui cum Alexandro con-
ueniunt, & ſic extra propoſitum, quia quando fit mentio
de

de bonis ſitis in certo loco, tunc non veniunt intra, & actio-
ne s Lap. allegat. 92. Roman. conſil. 509. Socin. conſil. 105.
num. 4 lib. 1. Tiraquel. in l. ſi vnquam. in verb. bona, C. de
reuoc. donat. & eſt textus in l. Caius, ff. de legat. 2. Intereſt
etiam, qualis ſit actor, vt paulò ſuperius in fiſco, colono,
10 & Inquilino Cæſaris dictum eſt. † Non tamen diſtinguitur, an actor ſit Senatoria, vel alia dignitate decoratus. Nā
nihilominus rei domicilium ſequi tenetur, l. ſi in 3. C. vbi
11 cauſ. ſtatus agi oportet. † vel clericali, ſeu ſacerdotali, c. ſi
clericus 5. de for. compet. c. ex tranſmiſſa, & c. cum ſit eod.
& 11. quæſt. 1. c. experientiæ, & c. ſi quiſquam. Niſi agatur
de re eccleſiaſtica, & talem eſſe reus non negetѕ vel negare
id probabiliter non poſſit, vt in allegatis iuribus. Planè
12 † Roma communis patria eſt, l. Roma 33. ff. ad municipal. Ideoque reus ibi deprehenſus poteſt conueniri, & ibi
cogitur, actionem excipere, quamuis alibi domicilium habeat, l. nec non & ſi 28 §. ſi cum in fine, ff. ex quibus cauſ.
13 maior. c. licet, 20. de foro compet. Immò † ibi habitans incontinenti dicitur incola, & ciuis ex conſtitutione Diui Antonini, de qua in l. in orbe Romano, ff. de ſtat. homin. ſuper
qua latè agit Alciat. lib. 2. diſpun. c. 21. glo. in verb. allectio.
in l. ciues 7. verſ. & ſecundum hoc C. de incolis, libro 10. Io.
de Platea, ex Bart. & Bald. quos ipſe citat in l. 1. num. 2. C.
de priuileg. corporat. lib. 11. l. pupillus, §. incola, vbi Alciat.
ff. de verbor. ſignific. Rota in antiq. deciſ. 829. Nota quod
illi, aliàs 6. de for. compet Lucas Petrus in praxi libr. 1. cap.
6. eadem ratione, quia Roma communis omnium patria
eſt, vt d. l. Roma, vbi Alberic. & alij glo. in cap. licet in ver.
compelli poterit, de for. compet. Lucas de Penna in l. nemini prope fin. ver. item eſt communis patria, C. de conſula.
14 lib. 10. & in l. 1. C. de priuileg. corpor. libro 12. & † Diuus
Paulus hæc omnia optimè ſciens, quamuis prouincialis,
tamen in orbe Romano degens ad flagella ciuitāda in patribus aſſeruit ſe Romanum Ciuem, & vt talis fuit illæſus
ad vrbem remiſſus, vt conſtat apud acta Apoſtol. cap. 16.
15 in fine, & c. 22. in fine. † Nam ab vrbis conditore Romulo teſte Claudio Imper. apud Tacit. lib. 11. Romulus tantū
ſapientia valuit, vt pleroſque populos eadem die hoſtes,
deinde ciues haberet, & id ſemper fuit obſeruatum, & inſuper lege firmatum, quod Roma eſſet omnium communis patria, & quod omnes, qui in orbe Romano ſunt, ſint
& Romani Ciues, vt in d. l. Roma, & in l. orbe Romano.
16 Hinc Sidonius lib. 1. † Appellat Romam verticem mūdi,
patriam libertatis, in quam vnicam totius mundi ciuitatē
ſoli Barbari, & ſerui peregrinantur. Et Claudianus in Romæ laudibus ita cecinit.

Hæc eſt, in gremium victos quæ ſola recepit,
Humanumque genus communi nomine fouit,
Matris non dominæ ritu: Ciueſque vocauit.
Quos domuit, nexuque pio longinqua reuinxit.

Ita Rhenus duas dicebatur habere Ripas, hanc citeriorem Romanam, illam vlteriorem Barbaram, vt cecinit idem Claudianus ita.

O quoties doluit Rhenus, qua barbarus ibat,
Quod te non geminis frueretur iudice Ripis.

Et Rutilius ita.

Feciſti patriam diuerſis gentibus vnam,
Profuit iniuſtis te dominante capi.
Dumque offers victis propria conſortia iuris,
Vrbem feciſti, quod prius orbis erat.

Et Otho Imperator apud Tacitum libr. 4. in concione alloquens Prætorianis militibus. Italiæ, inquit, alumni, & Romana verè iuuentus, & Clemens VIII. in renouatione conſtitutionis Sixti V. de prohib. alienat. poſt Pium IV. in conſtit. confirmationis iuriſdictionis Magiſtrorum viarum, & alios in alijs conſtitutionibus, inquit. Volumus autem, vt vnicuique priuato ſiue ſubdito, ſiue extero liberum, & licitum ſit in alma vrbe noſtra, quæ communis patria, & nationum omnium domicilium eſt, cum eius ad decem millia paſſuum circuitu, quæcunque bona ſtabilia ex quocunque contractu ex teſtamento, & ab inteſtato acquirere, habere apprehendere, & retinere poſſe. Quod idem eſt, ac ſi cum Modeſtino in l. Roma 33. ff. ad municipal. dixiſſent. Roma communis omnium patria eſt, & cū Antonino, in dicta l. in orbe Romano. ff. de ſtat. homin. dixiſſent in orbe Chriſtiano, qui ſunt ex conſtitutione Summorum Pontificum Ciues Romani effecti ſunt, & prædictis argumentis ad dilatandam in vniuerſum Chriſtianū
orbem Romanam eccleſiam vtuntur D. Auguſt. de Ciuit.
Dei, lib. 5. c. 17. & ad demonſtrandam Romanæ, & Catholicæ eccleſiæ vnitatem Stephanus Stapletanus de magnitud. Rom. Eccleſiæ, lib. 1. c. 4. Tamen Rota præmiſſis omnibus vti fabuloſis ſpretis noluit Etruſchum vrbis habitatorem longè ante delatam hæreditatem gaudere vrbis ſtatuto fœminarum excluſiuo in Collen. hæreditatis die 10.
Iunij 1616. & 1617. exigens expreſſam animi declarationē,
vel continua decem annorum habitationē vrbis, vt requiritur in alijs ciuitatibus inferioribus, nulla ampliſſimæ vrbi prærogatiua communicationis ciuilis cōſortij reſerua-
17 ta, & incōtinenti attributa ſuis habitatoribus. † Verum ſi
legationis, vel teſtimonij dicendi, vel iudicādi, vel alterius
litis cauſa, vel denique ex alia, quam ſolę habitationis neceſſitate quis Romæ moretur: his enim caſibus reo cōuento reuocandi domum ſuam ius datur, & eius cauſa ad partes ſuas remittitur tractanda, & finiēda, l. 2. § legatis, ff. vbi
quis ager. vel conue. §. item etſi epiſcopi Nouel. conſt. 123.
d. c. licet 20. de for. compet. c. vlt. de dilat. Rota in antiquis
deciſ. 828. aliàs 6. de foro compet. in princ. vbi in ver. tamē
18 dicit † Rotam de ſtylo ſeruare contrarium, ea qua ſupra
diximus ratione vltimo loco in d. Collē. ſpreta, quia Roma
cōis patria eſt, & ibi repertus vt Ciuis, & incola pōt conue-
19 niri. † Si quis quicunque ille ſit ex contractu Romæ inito
conueniatur, tunc domum reuocandi ius non habet, quāuis ex cauſis iā enumeratis conſtet Romæ morari, d. l. 2. §.
20 omnes exceptis legatis, † qui licet ibi contraxerint, nō cōpelluntur ſe Romæ defendere, quamuis rem, cuius nomine conueniuntur ſecum habeant, dummodo ante legationem contraxerint, d. §. oēs, l. non alias 14. §. ſed ſi poſtuletur, ff. eo. Nam ſi legationis tempore quis ſeruum, vel aliā
rem Romæ emerit, aut ex alia cauſa poſſidere cœperit, nō
iniquè cogitur eius nomine iudicium accipere, aliter enim
poteſtas dabitur legatis ſub hac ſpecie res alienas domum
auferendi, d. §. omnes ibi. dummodo, & ſi legationis 25. ff.
vbi quis ager. vel conuen. l. non aliàs 24. in princ. ff. eod. l. cū
furioſus 39. § fin. ff. eo. §. reuerendi Nouell. conſtit. 123. Idē
dicendum ſi conſtituit Romæ tempore legationis ſe ſoluturum. Secus tamen ſi conſtituit Romæ ſe ſoluturum tēpore ſolutionis non adiecto: tunc enim quamuis tempore
legationis conſtituit: nihilominus ius reuocandi domū habet, l. ſi quis 18. ff. eo. l. cum quæritur 3. ff. de legatio. l. contraxiſſe 20. ff. de actio. & oblig. c. dilecti 17. de foro cōpet.
& cum dictis, & alijs infra dicendis diſtinctionibus approbo ſtylum Rotæ, de quo in dicta deciſ. 6. de for. compet. in
antiquis, non autem indiſtinctè, vt ibi contra iuris regulas
aſſeritur ex Compoſtell. in cap. ſtatutum de reſcript. in 6.
21 † Nam nec ipſe, nec Rota poſſunt id contra ius commune
inducere, quia ſecundum, non contra leges debent iudicare ad tradita per nos in tract. de tutela, & cura, libr. 3. q. 1.
nu. 20. & ſeq. & ſupr. lib. 1. tit. 1. ver. Præterea leges, & ver.
22 reſtat legum obſeruatio, &c. † Sed & domum reuocandi
ius ex cauſis ſupradictis denegatur, ſi alibi quam in ſua ciuitate, vel prouincia contraxerit, tamē Romæ ſe defendere coguntur ſupradictis cauſis non obſtantibus, l. 2. §. itē
ſi extra, ff. vbi quis ager. vel conu. l. inſulæ 9. ff. eod. Viui. in
23 verb. debitor promittens. † Præterea ſi vxor à legato Romæ diuerterit, dotis nomine defendendum Romæ virum
24 iure reſponſum eſt, l. ſi vxor. 42. ff. eod. Sed † ſi perfecta legatione, vel alia cauſa, ob quam Romæ reus morabatur,
nihilominus Romæ ſubſiſtat, priuilegio domū reuocandi
non vtitur, l. 2. § planè ſi perfecta, ff. vbi quis ager. vel cō-
25 uenir. Idem † dicendum, ſi de eo quæratur, an domū reuocandi ius habeat. Nam hæc quæſtio Romæ determināda
26 eſt, d. l. 2. § ſed ſi dubitetur, l. legato 5. ff. de legatio. † Sed &
is, qui domum reuocandi ius habet, Romæ ad cautionem
iudicio ſiſti præſtandam compelli poteſt, nuda tamen repromiſſione, non ſatiſdatione. d. l. 2. §. quod ſi conſtiterit.
27 † Adeo aūt is, qui Romæ in legatione eſt, ibi iudiciū ſuſcipere nō cogitur, vt quāuis antea ibi cōteſtatus ſit, interim
tamen actio ſit differenda: niſi iudiciū ſpōtè ſuſcepiſſet, l.
non diſtinguemus 32. §. itē ſi quis Romę, ff. de recep. arbit.
28 † Porrò reus quoq; ibi vbi contractū, vel negocium, ex
quo agitur, geſtum eſt, ſe defendere tenetur. nec hoc caſu
actor domiciliū, & forū rei ſequi debēt, l. hæres abſens 19. §. ſi
quis tutelā, ff. vbi ager. vel conuen. l. interdum 38. §. fin. ff.
eod. leg. argentarium 45. ff. eod. l. 2. §. omnes autem, ff. eod.
leg. 1. C. vbi ratiocin. agi opor. l. neque fœmina, §. fin. ff. de
pro-

procur. Nouell.conſtit.68.& nos in tracta.de tutela,& cu-
ra lib 2.tit.25.num.46.cap.1.§. contrahentes de for.comp.
29 in 6.cap.dilecti 17.de foro compet. † Quod tamen ita ac-
cipi debet,ſi eo loco conſtitit reus tabernam,vel officinam
conductam habens,non ſi eò venit ſtatim abiturus l.hæ-
res abſens 19.§. nunquid dicemus ff. vbi quis ager.vel con-
ue. Nam ſi habet tabernam, vel officinam non ſolum ex
ſua,ſed etiam ex ſerui ſui perſona dominus ibi, vbi cõtra-
ctum eſt,conueniri poteſt d.leg.19.§. apud labeonem leg.
non alias 24.§.1.ff.eod.omniſque oblig.pro contractu ha-
benda, vt vbicumq; aliquis obligetur, & contrahi videa-
tur,quamuis quaſi contractus ſit, vel etiam delictum cõ-
30 miſſum.l.omnem 20.& d.l.24.§.1 ff.eod. † Nam appella-
tione contractus veniunt etiam quaſi contractus non ſo-
lum in legibus, ſed & etiam in ſtatutis, vt latè ex multis,
quos ipſe citat,probat Tiraquellus de legib.connub. gloſſ.
5.num.128.& ſeq.& 131.Aret.in l.mutuum num.3.ver.poſ
ſent ff.de acqui.hæred.& in l.quicquid adſtringendæ nu.
6.ff.de verb.obligat.Rom.in conſi.129 verſ.2. ratio Alex.
in conſil.34.num.8.lib.5.Gozzad.in conſi.103.num.17 So
cin.in conſi.129.num 5.lib.1.Aym.de antiquit. temp.part.
4.§.transeo num.38.etiam quod leges,vel ſtatuta loquan-
tur,ac diſponant de præſcriptione, vt in terminis per alle-
gata iura firmat Seraphin.in dec.730.per tot.incip.ſint du
31 biatum . Sed † & contraxiſſe vnuſquiſque in eo loco in-
telligitur, in quo vt ſolueret, ſe obligauit leg.contraxiſſe
20.ff.de act.& obligat.l.hæres abſens 19.§.fina.ff. vbi quis
ager.vel conue. Proinde is, qui ita fuit obligatus, vt in Ita-
lia ſolueretur,ſi in prouincia habeat domicilium,vtrobiq;
poteſt conueniri & hic,& ibi d.§.fi. quod item dicendum
eſt,ſi quis certo loco, quid ſe facturum,vel petiturum ſti-
pulanti promiſit d.l.contraxiſſe 20.ff.de actio. & obligat.
Quod tamen eò extendendum non eſt,vt vbi inſtrumentũ
contractus conſcriptum eſt,quaſi ibi contractum ſit, dica
mus reum defendendum eſſe.leg.exigere 65.ff.vbi quis a-
get.vel conuen. legatus etiam ibi, vbi cõtraxit,ſe defende-
32 re non cogitur, vt paulo ſuperius eſt oſtenſum. Sed † ex
delictis in legatione commiſſis coguntur iudicium Romæ
pati,ſiue ipſi admiſerint,ſiue eorum ſerui leg.non alias 24.
33 §.1.ff.eod.† Præterea ibi hæres, vbi hæreditatem adijt hæ-
reditarijs actionibus conueniri poteſt, quamuis domici-
lium ibi non habeat,quod tamen & ipſum in legatis diſtin
ctionem recipit l.de eo 26. cum duabus legibus ſequenti-
34 bus ff.vbi quis agere,vel conuen.Sed & † Reus, vbicunq;
depræhenſus cogi poteſt ad cautionem iudicio intra cer-
tum diem arbitrio iudicis terminandum ſiſti præſtãdam,
vt in allegatis iuribus ibi: licet niſi ſatiſdetur mittantur in
poſſeſſionem,& d.l.2. §. quod ſi conſtiterit ff.eod.quod &
paulo ſuperius dictum fuit.Sed & de damno infecto alibi
cauere tenetur,aut vicinum in poſſeſſionem mittere l. ſed
35 & ſi 28.§.ædium ff.eod. † Adeo autem actor rei domici-
lium,& forum ſequi tenetur,vt quamuis alibi iuſiurandũ
reo deferatur,ſed dare non oportere,tamen ad id præſtã-
dum, vel referendum cogi non poſſit, quod & in legato
36 abſolutum eſt d.l.28.§.ea quibus.† Si tamen dies actionis
exitutus eſt ad litem conteſtandã, alibi cogi põt,& ita cõ-
teſtata in prouinciam transfertur d.leg 28.§. ſed & ſi dies.
Porrò mulier rea in foro mariti ſui conuenienda eſt l.mu-
37 lieres 9.C.de incol.† Viduæ autem pupilli, & aliæ debiles
38 perſonæ extra ſuam prouinciam in ius vocandæ non ſunt,
niſi fortè iudicium Imperatoris,vel iudicis Eccleſiaſtici im
plorauerint, hoc enim caſu aduerſarius eas ſequi debet. l.
1.C.quand.Imper.inter pupillos,&c.capi.ex parte 15.§.ex
hoc autem de for.compet.quod autem ad Eccleſiaſticum
iudicem ſpectat, id intelligas, niſi cauſa ſit petitorij, non
poſſeſſorij iudicij d.cap.15.& cap.ex tenore 11.eod. titulo.
39 † Ordinarius iudex ab aliquo in ius vocandus coram præ-
fecto prætorio conueniendus erat, non enim in ſua cauſa
ipſe iudex eſſe debet leg.qui iuriſdictioni 10.ff.de iuriſdic.
omn.iudic.leg.Iulianus 17 ff.de iudic & vbi quis ager: vel
conuen.leg.de ordinario 4.C.de offic. Præfect.prætor l.2.
C.de offic. præfect. Auguſt.cum allegans ſupra tit.4. verſ.
ſed & nemo 4.quæſt.4.cap.1.& cap.nullus cap.cauſa 17.c.
inſinuante 25.cap cum R.35.de offic.ordin.Clar.§.fi.q.45.
40 † Sanè ſi quis aduerſus eum,qui in magiſtratu eſt ex cau-
ſa officij actionem habeat,differtur actio,donec magiſtra
tus eius ſit finitus leg.pars literarum 48.ff de iudica.& vbi
quis aget.vel conuen.deb.cum alijs allegatis in gloſſ.ſtatu.
41 Vrb.lib.1.cap.13.verſi.ante finem officij.† Nam ante offi-
cium finitum maximè pro geſtis, & adminiſtratis in offi-
cio non poſſunt conueniri,nec iudicari leg.nec magiſtrati-
bus ff.de iniurijs,& ibi Barto.& in leg.2. vbi & Iaſ.ff.de in
ius vocan.§.ſi verò,& §.ſi quis autem Authen.vt iudic.ſi-
ne quoquo ſuffrag.glo.in leg.continet in fine ff.quod metu
cauſ.Clar.in §.fina.quæſt.16.verſi.præterea.Quod eo maxi
mè procedit in maioribus magiſtratibus habentibus digni
tatem cum adminiſtratione gloſſ.in d.leg. nec magiſtrati-
42 bus Bart.& alij in d.leg.pars literarum.† In tantum,vt nõ
poſſint eſſe rei,nec actores Barto.Ang.& alij in d.leg.pars
literarum,& poſſint excipere expectandum eſſe ſyndica-
tum Bart.in l.ſi tutor pupillo ff.de authot.tutor.Alexand.
in l.de pupillo §.ſi quis ff.de nou.ope.nuncia.Paris de Put.
43 de ſindic.in verb.durante officio cap.1.& 2.Nam† ſyndi-
catores ipſi dantur pro ſyndicandis officialibus præteri-
tis.Catald.de ſyndica.quęſt.31.Put.de ſyndicatu vbi ſupra
cap.1.nume.4. vbi citat Ang in leg.iubemus C.ad leg.Iul.
repetun.eſſet enim incompatibile eodem tempore iudicẽ
eſſe,& ſyndicari,dũ alios ipſe iudicat,& promiſcuis actib.
non debent officia turbari leg.conſulta diualia C.de teſta.
44 Canalc.de Biacch.Reg.par.5.nume.4.verum † præmiſſa
ceſſant in magiſtratibus minoribus non habentibus digni-
tatem,ſed ſolam adminiſtrationem,vt ſunt Conſules Ar-
tium,& ſimiles ſecundum Iacob.de S.Georg.in d.leg.pars
literarum num.2.vbi etiam Barto.& Angel. facit tex.&
ibi gl.in d.leg.nec magiſtratibus.Homod.de ſyndic.nu.42.
45 Secundo ceſſant † præmiſſa in omnib. quacunq.dignitate
poſitis, ſi conueniantur, & conuincantur de Barattaria.
Nam de ea poſſunt etiam durante officio conueniri leg.iu
bemus C.ad leg.Iul.repetund.Roman.in conſ.415 nume.
3.& 4.Specula.de ſupplicat.§.ſequitur verſi.item durante
Bart.in l.principalibus ff.ſi cert.pet.Clar.in §.fi.quęſt. 16.
Boſſ.de officiali corrupto num.14. Catald.de ſyndic.q.30.
Homod.de ſyndic.num.42.& 43.Paris.de Put.in verb.Ba-
rattaria cap.1.num.2 & in verb.durante cap.2.nume.3.6.
7.9 & 12.Farinac.conſil.5.num.2 & ſeq.lib.1.Tertio limi-
46 ta † in officialibus illis, qui de nimia negligentia conue-
niuntur,nam pro ea, durante officio poſſunt conueniri l.ſi
quos C.de offic.præfec. prætor.orient. Homod.vbi ſupra
num.43.Paris de Put.in verb.Barattaria cap.1 Quarto limi
47 ta † in eo officiali,qui videns aliquos rixari,ſe non interpo
nit Cyn. in l.ſi ſeruus C.de noxal. Homod.vbi ſupra Gut-
48 tier practic.q.lib.4.q.28.num.5.Quinto limita † in eo offi
ciali, qui ob nimiam ſeuitiam conueniretur ad remouen-
dum,quoniam ob nimiam ſeuitiam,durante etiam officio
poteſt remoueri leg.1.& 2.vbi Barto.ff.de his,qui ſunt ſui
vel alien.iur.D.de Ponte in decil.7.num.12.& in deciſ.16.
num.33.facit Guidop.deciſ.62.& ſing.564.in verſic.index
49 Sexto limita † in officiali non habente integram familiã,
pro qua tenenda percipit ſalarium, quoniam durante offi
ciò de hoc ſyndicatur leg.1.& 3.C.de offic. Præfe.Prætori
50 Homod.vbi ſupra.Septimo limita † ſi pro officio habendo
pecuniam,vel aliquid aliud dediſſet. Nam de hoc,durante
officio poteſt puniri Homod.de ſyndic.num.44.faciunt al
legata ſupra lib.1.titu.4.verſic.iuſiurandum,& infra lib.3.
51 titu.112.Octauo limita † in officialibus longa,atq; incura-
bili infirmitate detentis Albert.& Salic.in leg.ſi quos C.de
offic.præfe.prætor.orien. Vant.de nullita.ex defect.iuriſ-
52 dic.num.135.Homod.vbi ſupra num.43. Item limita † in
eo officiali,qui non admittit appellationem ad ſuperiorẽ,
& ſic facit, quod eſt in præiudicium iuriſdictionis ſupe-
rioris leg.ſi appellationem,& ibi Bald.C de appella. Alex.
ad Bart.in d.l.pars literarum ff.de iudic.& vbi quis.Nono
53 limita † in officialibus dignitatem tantum habentibus,vt
ſunt Duces,Comites,Marchiones,& Barones Bart.Angel.
& Iacob.in d.leg.pars literatum Paris de Put.de ſyndic.in
verb.durante officio cap.1.Clar.§.final.q.35.Nam de iſtis
dicitur ſicut de officialibus perpetuis, qui etiam quod ha-
beant iuriſdictionem maiorem,vel minorem,poſſunt nihi
lominus,durante officio conueniri. & ſyndicari ſecundum
Bart.Iaſ.& alios in leg.de pupillo §.ſi quis ff.de oper.nou.
nunc Homod.vbi ſupra num.42.Put.in verb.durante c.2.
num.20.Iacob.in d.leg.pars literarum circa finem. Deci-
54 mo limita † in eo officiali,qui aliquid per minatam auferri
ſubditis.Put.vbi ſupra cap.1.Afflict.in conſt.in eos num.6.
55 Vndecimo limita, † quando actio contra officialem inten
tanda eſſet tempore peritura leg.Senatus ff.de offi.Præſi.
Cyn.

Digitized by Google

Cyn.in l.ſi præſes,C.de epiſc.audi.glo.in d.l.nec magiſtra-
tibus,ff.de iniurijs Homod. vbi ſupra num.42. Put.d.c.1.
56 num.2.& cap.2.num.1.& 13. Duodecimo limita † ſi offi-
ciales conuenirētur à perſonis nō ſubditis iuriſdictioni iu-
dicis, quem conuenire intendunt. Afflict.in conſtit.ſta-
tuimus,num.50.per tex.in l.principalibus, ff.ſi cert.petat.
Put.vbi ſupra, cap.2.Iaſ.in d.l.2. ff de in ius vocan. Deci-
57 motertio limita, † ſi ageretur tantum ad accuſationem
proponendam,& durante officio, inquiſitio ſuperſedere-
tur,l.Senatuſconſulto in fine,ff.de offic.præſid.Bart.in leg.
hos accuſare,in princ. ff.de adulter. Decimoquarto limita
58 † in officiali ad beneplacitum conſtituto, hic enim æqui-
paratur perpetuo, & durante officio poterit conueniri
Bart.in l.de pupil lo,§.ſi quis,vbi Iaſ.num.5. Alexan.col.6.
ff.de nou. oper.nunc. & in addit. ad Bart.in d.l.pars lite-
rarum,ff.de iudic. Homod.num.42. Put.c.1.num.2.& c.2.
59 numer.1.& 13. Decimoquinto limita, † quando agitur de
delicto, pro quo imponeretur pœna priuationis officij.
Afflict.in dicta conſtit.ſtatuimus num.50.& in conſtit.eos
num.6.Put.d.c.1.num.2. & cap.2. num.12. Homod.num.
43.Clar.in §.fin.q.16.Caballus caſu 76.nu.7. & nos in glo.
60 ſtat.vrb.lib.1.c.13. Decimoſexto limita, † quādo Princeps
mandat,quod durante officio poſſit conueniri, glo.in §.ſi
quis Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio Grāmat.de-
ciſio.40.num.6.& ſeq.ex Bald. in l.obſeruare. §.proficiſci,
ff.de offic. Proconſ.Multos alios caſus tradit Socin. in reg.
306.ver.Magiſtratus, Carpanus ſuper ſtatuto Mediolani
c.297. & tradunt relati Doctores: ex præmiſſis infertur,
quod officialis datus ad tempus eo finito, poterit ſine du-
bio conueniri,& ſyndicari ex allegatis in princ. huius diſce
ptationis,& ſi tempus fuerit prorogatum, non poterit,ni-
ſi in caſibus ſupra relatis. Si finito tempore fuerit confir-
61 matus,poterit conueniri, quia † officium confirmatum,
nouum reputatur,prorogatum verò idem l.libertus, §.in
quibus,vbi Doctor. ff.ad municipal. ſecūdum diſtinctio-
nem,quam facit Roma.in l.dies cautionis,nu.3.poſt Bald.
in l.ſi à re,C.de pact.inter emptor. & venditor. l.Titius fi-
lius, §.ſi ita,ff.de excuſat.tutor.gloſs ſingularis,in c hi,qui
authoritate, quæ eſt finalis, de præbend.in 6.Sed quoad
prorogationem obſeruandum eſt, non dici prorogatum,
& ſic idem,niſi ſit eiuſdem formæ, & naturæ abſque ali-
qua noua qualitate,& forma diuerſis à primo Bal.in lege
obſeruate,§.proficiſci,q.19.ff.de offic.Proconſ.& in leg.ſi
conſtante,C.de donat.ante nupt. Catald de ſyndic.nume.
47.Paris de Put.in verb.reformatus,c.1.& ſeq.Bart. in d.
§.ſi ita,& d.glo.fin.in d.c.hi,qui de pręben.in 6.Et talis eſt
illa prorogatio,quæ fit à lege poſt tempus finitum, vſque
ad aduentum ſucceſſoris Pariſ.vbi ſupra in verb.ſucceſſor
in officio cap.2.num.5.& eſt textus in l.meminiſſe vbi Do-
62 ctor.ff.de offic.Proconſ.† Poterit etiam conueniri,& ſyn-
dicari pro primo. Homod.num.44. & antea Bart. per illū
textum in l.1.C.vt omn.iudic.tam ciuil.quam crimin.Im-
mò non poſſunt ad aliud eligi, qui de primo rationem nō
reddiderunt in ſyndicatu ſecundum Bart.in l.reſcripto,§.
ſi debitores,ff.de muner.& honor. & in l.neminem, C.de
ſuſcept.& Archar.lib.10.§.iubemus, §.ſi quis autem, Au-
th.de collat.Catald.de ſyndic. quæſt.104. Paris de Puteo,
in verb.officium ſyndicatus,ver.iudices,c.8.nu.4. Vincēt.
de Franch.deciſ.429.cum alleg.ſupra libro 1.tit.3.ver.de-
63 bitores.† Obſeruandum tandem eſt, quod ſi contra offi-
cialem ex aliqua ex præmiſſis cauſis, vel ex alia, durante
officio procedi debeat, tunc pendente iudicio ſuſpenden-
da,ac interdicenda eſt officij adminiſtratio ſecundū Bart.
in l.filium,§.inquiſitionibus,ff.ad municipal.Lucas de Pē-
na,in l.iudices,col.2.ver.ſed an iudici,C.de dignit.libr.10.
Grammat.conſil.10.nu.2.Franciſc.March.deciſ.654.libr.
1.Farinac.conſil.5.faciūt allegata per nos de tutela, & cu-
ra,lib.1.tit.10.num.37.Hoc tamen intelligendum eſt,ſi ex
informationibus ſubſtantiale aliquid propoſiti criminis
apparuerit,ex quo veniret officio priuandus, tunc ſuſpen
ditur,atque interdicitur adminiſtratio,donec cauſa ſit fi-
nita Franch.deciſ.8.Caball.caſ 76.& antea Bart.in l.liber-
tus,§.in queſtionibus,ff.ad municipal.Et ſi opponatur de-
liquiſſe etiam extra officium,vt per Franch.vbi ſupra in d.
deciſ.8.Bar.& c.per tot.Tandem obſeruandum eſt,quod
in omnibus illis caſibus, in quibus durante officio poſſunt
iudices conueniri, poſſunt etiam & ipſi ſeſe defendere, vt
64 ſupponunt omnes relati Doctor. † Vir quoque Illuſtris,
vel clariſſimus reus ad iuriſdictionem Principis,vel ab eo
delegati pertinet,niſi fortè non illuſtri,ſed clariſſima tan-
tum dignitate prædītus virginem rapuerit, vel fines ali-
quos inuaſerit, vel in ſimili crimine fuerit deprehenſus:
tunc enim intra prouinciam, in qua crimen commiſſum
eſt,accuſari debet,propoſita fori præſcriptione nō obſtan
te,l.quoties 3.C.vbi Senat.vel Clariſ.l.1.C.eo.diſtinc.21.c.
inferior,c.nolite,c.denique,c.nūc autem,c.ſubmittitur, &
65 c.vlt.Clar.§.fin.q.35. Villalo.l.272.† Sed & Senatores in
pecuniarijs cauſis ad Præfectum Prætorio, vel vrbi perti-
pent,vel in prouincijs conſtituti ibi conueniendi ſunt, vbi
66 domicilium habent,l.2.C.eo.Et † cuiuſque dignitatis,vel
militiæ homines de publicis functionibus apud Præſidem
prouinciæ conueniendi ſunt,l.1.C.in quib.cauſ.milit. fori
præſcript.vti non poſs.Porrò is,qui alicuius certæ profeſ-
ſionis,vel negociationis eſt,apud eum, ad quem eius pro-
feſſionis,vel negociationis cura pertinet,reſpondere cogi-
67 tur,l.per iniquum 7.C.de iuriſdic.omn. iudic. † Curialis
quoque,vel cohortalis, aut decurio extra ſuam prouinciā
in ius euocandus non eſt, niſi à prætoriorum præfecto id
fiat,vel Imperialis iuſſio de eo inſinuetur,leg.1. de curial.
68 vrb.Rom.Nouel.conſt.151.† Par item in parem, non ha-
bet imperium,neque in maiorē, niſi ſe ipſius iuriſdictio-
nis ſubijciat,l.ille à quo 13.§.tempeſtiuum,ff.ad S.C.Tre-
bell.l.Labeo 3.§.fin.cum l.ſeq ff.de recept.arbit.l.eſt rece-
ptum 14.ff.de iuriſdict.& diſtinct.21.c.inferior, c.nolite,
c denique,c.nunc autem,c.ſubmittitur, & c.vlt. Villalob.
69 M.1.P.355. † fiſcus reus apud rationalem conueniendus
70 eſt, l.ad fiſcum 5.C.vbi cauſæ fiſcales. † Actor rerum pri-
uatarum,vel procurator Cæſaris de iniurijs, vel depreda-
tionibus prouincialibus illatis ad Præſidis prouinciæ iuriſ-
71 dictionem pertinet,l.vniuerſi 9.C.eod.† Officialis autem
procuratoris Cæſaris apud ipſum procuratorem conue-
niendus:niſi capitalis accuſatio aduerſus eum inſtituatur
tunc enim ad Præſidem prouinciæ pertinet, l.nullum 10.
72 C.eod.† Colonum,inquilinum,vel ſeruum domus Cæſa-
ris reum apud Præfectum ſacri cubiculi, & Comitem do-
morum conueniendum eſſe diximus ſupra. Quod tamen
recipit diſtinctionem in criminalibus cauſis:his enim caſi-
bus apud Præſidem prouinciæ conueniendi ſunt, procu-
ratore tamen Cæſaris præſente,l.vlt.C.vbi cauſ.fiſcal.l.ſi
73 quis 6.l.dominicis 7.& l.cum aliquid 8.C.eod.† cubicula-
rius quoque ſacri cubiculi Imperatoris,& Auguſtæ ab or-
dinaria iuriſdictione eximitur, & pertinet ad iuriſdictio-
nem Magiſtri officiorum,l.cubicularios 3. C.de prępoſ. ſa
74 cr.cubic.† Idem dicendum eſt de ſilentiario Imperatoris,
eiuſque vxore,de ſcrinario,eiuſque vxore,parentibus, li-
beris,colonis,& ſeruis,denique de decanis, l.ne ad diuer-
ſa 4.C.de ſilentiar.& decur.l.in ſacris 12. C.de proxim. ſa-
75 cr.ſcrin.l.2.C.de decanis. Sed & † centenarij,& ducenarij
in rebus agentes ad iuriſdictionem magiſtri officiorum
pertinent,niſi vel extra vrbem Conſtantinopolitanā ſint
conſtituti, vel officium depoſuerint, his enim caſibus ad
ordinarium iudicem ſpectant,l.ex eo 4. C.de agentibus in
76 reb. † Palatinum apud Præfectum vrbis non litigat, ſed
apud Comitem ſuum:niſi de ædificatione domorū, & ſer
uitutibus,& annonis contentio ſit, l.viros 12. C.de Palati-
nis.In prouincijs verò palatinus cōſtitutus ad iuriſdictio-
nem Præſidis pertinet,dummodo cauſis publicis occupa-
tus non ſit d.l.viros,§.rectores. Sed criminalem ſententiā
aduerſus eum præſes ferre nō poteſt,niſi Comes, ſub quo
palatinus militat,certioratus,hoc & permiſerit,dict.§.re-
77 ctores.† Præterea militantes in ſchola veſtis ſacræ, item
Caſtrenſiani,& miniſteriani,nec non horum matres, vxo-
res,& filij ad iuriſdictionem pertinent magiſtri officiorū,
niſi de tributis,muneribus ſuſcipiendis, vel criminibus a-
gatur:his enim caſibus ad iudicem ordinarium ſpectant,
l.qui in ſchola,C.de Caſtrenſianis,& miniſterianis, l.ante
C.eo.In ſcholis quoque militantes,quo ad primiceriorum
gradum peruenerunt, iuriſdictioni magiſtri officiorū ſu-
bijciuntur,preterquā in cauſis criminalibus,& in tributis
78 publicis,l.2.C.de primi.ſchol.Clar.§.fi.q.35 † Cornicula-
rij,primiſcrinij,& numerarij præfecti prætorio eiuſdē iu-
riſdictioni ſubiacent,l.vlt. §.fin. C.de apparitor. præfect.
prætor.In prouincijs autem conſtituti Præſidibus ſubij-
ciuntur,niſi publicum officium aliquo.l.eis ſit iniunctum
d.§.fin.& alijs ſupra citatis,& allegatis ſupra libro 1.tit.9.
verſ.Primum Præſidis nomen Auth. vt omnes obediant,
&c. per

Digitized by Google

79 &c. per tot. † Milites apud magiſtrum militum conuenien-
di ſunt etiam caligati leg. magiſteriæ 6. C. de iuriſdic. omn.
iudic. leg. 1. C. de exhiben. reis l. de militibus 8. C. de cuſtod.
reor. vbi in fine etiam de caligatis l. qui cum vno 4. §. tent
ff. de re milit. Ignominia tñ miſſus ad iudicem ordinarium
80 remittẽdus eſt d. l. 4. §. ignominia. † Sed & Duces militares,
Ducumq. apparitores limitanei, Caſtrorũq. præpoſiti ad
81 iuriſdictionẽ magiſtri officiorum ptinẽt l. viros 8. C. de di-
uer. offi. † Hi qui vltra numerũ militãt, hodie milites ſortin
næ nuncupati, ad ordinariam iuriſdictionem pertinent. §.
Præſidum prouinciarum, non magiſtri militum. l. eos, qui
5. C. de apparator. magiſtr. milit. l. eos, qui 3. C. de offic. ma-
82 giſt. milit. Sed † & milites orientis excipiuntur à iuriſdi-
ctione magiſtri militum, & præfecto prætorio orientis,
ſorſque Ducibus tam in criminalibus, quam in ciuilibus
cauſis ſubijciuntur leg. tam collatores 18. C. de re milit. Pla
83 ne †. iure nouiſſimo nouellarum conſtitutionum in cauſis
criminalibus & tributorũ occaſione nauis milites ad Præſi
dum prouinciarum iuriſdictionem pertinet §. Quod autẽ
primitus per tot. Authen. vt iudices ſine quoquo ſuffrag.
& infra lib. 4. titul. 18. & 19. Poſſunt benè milites priuilegio
fori renunciare leg. ſi quis 29. C. de pact. non autem alijs
priuilegijs ſibi ad publicam vtilitatem conceſſis circa per-
ſonas, circa arma, circa equos, circa iumẽta, & alias res mi-
litares, vt per Calderam de error. pragmatic. libro 1. ca. 4.
84 per tot. † Porro fabricentes, horumque vxores, ac filij corã
magiſtro officiorum conueniendi ſunt leg. eos qui 6. C. de
fabricenſ. Suarij (vt ſupra quoque dictum eſt) præfecto vr
bi ſubijciuntur leg. 2. C. de Suar. & ſuſceptor. Primipilarij
ad ordinarium iudicem pertinent leg. 2. C. de primipil. Cle
rici, & Monachi non niſi apud Eccleſiaſticum ſuum magi-
ſtratum ſunt conueniendi: vt dictum eſt ſupra verſicu. vel
Clericali. & plura dicentur infra in lib. ſequen. titu. 1. Item
85 officiales, & nuncij Sedis Apoſtolicæ. † Hi enim ad iuriſdi-
ctionem Sedis Apoſtolicæ ptinent ex extrauagan. commu.
cum Matheus 3. de hæret. Illud denique hoc loco notan-
86 dum, quod † legitima recuſandi iudicis cauſa non ſit, ſi
quis in alia cauſa ab eo ſe prouocaſſe dixerit, leg. 1. ff. apud
eum à quo appellatur, contradicit text. in cap. ad hæc 6. &
87 in cap. propoſuit 24. de appellat. † ex genere quoque cau-
ſæ, & actionis quæ agitur, nec non ex re petita, quis magis
vni, quam alteri iudici ſuppoſitus eſt. Iuxta vnũ tantum, &
non alterius: Nam cauſam Eccleſiaſticam cognoſcit iudex
Eccleſiaſticus, non Laicus cap. decernimus 2. de iudic. cap.
ex tenore 11. de foro compet. cap. quanto 3. cap. nouit 13.
de iudic. cap. vlt. de foro compet. in 6. cap. venerabilem 35.
§. idem de electio. Item & cauſam natalium cap. tuam de
ord. cognit. cap. cauſam 7. qui fil. ſint legit. cauſa religionis
ſpectat ad Papam diſtin. 17. cap. multis, & cap. nec licuit,
& cap. regula verſic. nec vllum. Item diſt. 18. cap. de conci-
lijs. Item & cauſa, in qua agitur de priuilegijs Sedis Apo-
ſtolicæ cap. cum veniſſent, 2. de iudic. vel de immunitate
Eccleſiæ vt infra lib. 3. titu. 68. Clar. §. fina. quæſt. 37. Vultus
88 in verbo iudex laicus. † In cauſis criminalibus accuſator
non habet neceſſe domicilium rei ſequi, ſed ibi, vbi crimẽ
commiſſum eſt, reus coram ſuo iudice accuſari poteſt, nec
non & ibi, vbi reus deprehenditur, vt probatur ſupra lib.
1. tit. 12. ver. Porro iudicia publica ibi, & cæteris dictis mo-
que vbi vis illata, & facta dicitur monumentanea poſſeſ-
ſio poſtulanda eſt ibi, vbi prædiũ, ex quo quis deiectus eſt,
loci iudicem aduerſus eum, qui poſſeſſionẽ turbauit con-
89 uenit iudicare leg. 1. § vbi de poſſ. ag. oport. † Latrunculã-
tor de cauſa pecuniaria iudicare non poteſt leg. ſolemus
90 61. §. fin. ff. de iudic. † Præterea in rem actio ibi, vbi res eſt
exerceri poteſt, vt ſupra dictum eſt leg. actor 3. C. vbi in rẽ
actio leg. quod legatur 38. ff. de iudic. & ſi de feudo conte-
tio ſit, tunc ad dominum feudi cognitio pertinet c. ptt. ex
tranſmiſſa 6. cap. verum 7. de foro compet. Nicol Vigell.
91 de feud. cap. 5. quæſt. 2. Item † vbicunque cauſæ cognitio
eſt ibi Prætor deſideratur, non magiſtratus municipalis iu
dex competens eſt, quia huiuſmodi cauſæ imperij magis
ſunt, quam iuriſdictionis leg. vbicumque 105. ff. de regu.
92 iur. & ſupra lib. 1. tit. 6. † Curiales, cohortales, & alij cor-
porib. obnoxij aufugientes ſine fori præſcriptione ſuo cor-
pori vindicari poſſunt: niſi vel milites ſint, vel ſpeciali be-
neficio principali ſe defendant l. 2. C. vbi quis de Curiali,
vel cohor. l. 1. C. eod. Idẽ dicendũ de iſs, qui ſuperactiones,
vel concuſſiones perpetraſſe dicuntur l. 1. & 2. ff. de concuſſ.

93 Idẽ ſi † ſuper functionibus & debitis publicis lis ſit, tũc
enim nemini licet fori præſcriptionem opponere præter
eos, qui ſpecialiter excepti ſunt l. 2. §. fin. C. vbi quis de cu-
rial. condit. conuen. Is tamen qui ſe negat alicuius Ciuitatis
ciuem, vel incolam eſſe, apud eum Præſidem prouinciæ
agere debet, ſub cuius cura eſt ea Ciuitas, à qua vocatur
ad munera, non apud eam, ex qua ipſe ſe dicit oriundum
eſſe l. de iure 37. in princ. ff. ad municipal. Idque Diuus A-
drianus reſcripſit mulieri, quæ aliunde oria, alibi nupta
eſt, niſi in matrimoniũ ſe dederint non legitimum, d. l. 37.
94 † Libertos eõ loco munus facere debere, vnde patrona erit,
& vbi ipſi domicilium habebunt, ſancitum eſt in d. leg. 37.
§. libertos. Obſeruandum tamen eſt contra prædictas exẽ-
ptiones, & immunitates, quod contra debitorem de fuga
ſuſpectum omnis iudex eſt competens ad effectum aſſecu
randi iudicium, illo capto, & remittendi ad ſuum, vel ciui-
lem, vel Eccleſiaſticum iudicem, vt per Abb. in c. p. in cum
non ab homine col. 4. vbi Bald. col. 3. de iudic. Iaſ. in l. 1. nu.
71. ff. de offic. eius Martil. ſing. 43. Vit. opin. 177. in fin. Ste-
phan. Aufrer. in repet. Clemen. 1. de offic. ordin. q. 2. num.
7. & 9. 10. & 11. & ſeq. & de poteſtate ſæculari in Eccleſia-
95 ſticos leg. 3. num. 15. † Porro quantitas quoque petita va-
riat competentiam iudicis. Nam ita Paulus: extra territo-
rium (inquit) ius dicenti impunè non paretur. Idem & ſi ſu
pra iuriſdictionem ſuam velit ius dicere l. extra 20. ff. de
iuriſdictio. huius exemplum eſt, quod ſi cauſa intra trecẽ-
torum ſolidorum quantitatem conſiſtat, non ad Præſidẽ
prouinciæ, ſed ad defenſorem Ciuitatis pertinebat §. & iu-
96 dicare Auth. de defenſor. Ciuit. † Quoties autem de quan
titate ad iuriſdictionem pertinente quæritur, ſemper
quantum petatur quærendum eſt, non quantum debea-
tur. l. cum quædam 19. §. fina. ff. de iuriſdic. & in gloſſ. ſtat.
Vrb. lib. 1. cap. 44. cum declaratione, de qua infra titu l. 48.
97 nume. 50. † Sed & ſi plures petant non ſingulorum partes
ſpectandæ ſunt, ſed potius tota res l. ſi idem 11. §. fina. ff. de
98 iuriſd. Si tamen † pluribus actionibus agatur, quarum ſin
gularum quantitas intra iuriſdictionem iudicantis ſit, co-
aceruatio verò excedat modum iuriſdictionis: ſingularum
actionum quantitas ſpectatur, non omnium coaceruata
99 d. leg. 11. Vilalo. cap. 108. & lib. 2. tit. 40. num 15. † Sane ſi ap
paret actorem, ideo plus petiiſſe, ne apud minorem iudicẽ
neceſſe haberet litigare, ſuo damno coercetur d. § & iudi-
100 care Authent. de defenſor. Ciuit. Plane † iudex, qui vſq;
ad certam ſummam iudicare iuſſus eſt, etiam de maiori re
iudicare poterit, ſi inter litigatores conueniat l. inter 28. ff.
101 ad Municipal. l. de qua re 74. §. 1. ff. de iudic. † Sed et ſi mu
tuæ ſint actiones, & alter minorem quantitatem, alter ma
iorem petat, magis conuentionis, quam reconuentionis
quantitas ſpectanda eſt, & is erit vtriuſque cauſæ iudex
competens, qui conuentionis iudex eſſe poteſt, non obſtan
te eo, quod reconuentionis quantitas iuriſdictionem eius
excedat; ne in poteſtate calumnioſa rei cõuenti ſit, an apud
eundem actor litigare poſſit d. l. ſi idem 11. §. fin. ff. de iuriſ.
102 † Nam iudex conuentionis competens, eſt etiam compe-
tens reconuentionis, vt in dictis iuribus cap. diſpendia 3. §.
reus quoque de reſcript. in 6. Niſi ſuſpectum dixerint d.
§. reus Nouella cõſt. 96. §. ſancimus. Vel niſi cum poſſeſſo-
rio actum eſſet, & poſſeſſio actori adiudicata, reus petito-
rium apud eundem iudicem mouere velit, hoc enim caſu
actori reconuento fori præſcriptio non denegatur c. vlt. de
iudic. ca. 1. de cauſ. poſſ. & propr. vt tamen ni ſi contra a-
ctionem penalem reconuentio fuerit propoſita l. 2. §. ſed ſi
agatur ff. de iudic. & ſupra lib. 1. tit. 12. ver. nec reus crimi-
103 nis. † Sed ſi plures rei diuerſi fori conueniantur ſimul
non eſt ſeparanda actio, ſed omnes ad eũdem, ſed dignio-
rem iudicem vocandi ſunt, quamuis non omnibus compe-
tentem, ſi ſeparatim cum ſingulis ageretur l. 1. ff. de quibus
reb. ad eund. iud. & l. 2. ff. eod. c. ſanè 5. de foro comp. Clar.
104 §. fin. quæſ. 36. † Venditor quoque diuerſi fori ab emptore
re denunciatur, vt eum euictionis nomine defenderet pri
uilegio ſui iudicis vti non poteſt, ſed emptoris iudicem ſe-
qui ſolet leg. venditor 49. ff. de iudic. leg. 1. C. vbi in rem a-
105 ctio, &c. † Sed & ſi quis poſtea quam in ius vocatus eſt
miles, Clericus, vel alterius fori eſſe cœperit in ea cauſa ius
reuocandi forum non habebit quaſi præuentus leg. ſi quis
7. ff. de iudic. l. cum quædam puella 19. ff. de iuriſdic. cap.
propoſuiſti 19. de foro compet. Bald. in d. leg. 7. Sic d. deci-
ſio. nume. 2. & 3. Gabr. lib. 2. de iudic. concluſ. 1. Nec minus

ſi poſt

Digitized by Google

ſi poſt commiſſum delictum ſit factus alterius fori Barto.
in l.1.ff.de pœn.Didac.pract.quæſtionum q.32.nu.4.Clar.
§.fin.q.36.cum alijs allegatis in Syntagma iuris,loco 1.titu.
13.cap.6.per tot. Viuius opin.112.Stephan.Aufrer.de po-
106 teſt.ſæculari in Eccleſiaſticos reg.1.fallent.11.nu.19.† Nã
vbi cæptum eſt ſemel iudicium, ibi & finem accipere de-
107 bet leg.vbi cęptum 30.ff de iudic.† Hæres quoq; abſens
ibi defendendus eſt, vbi defunctus debuit, nulloque ſuo
proprio priuilegio excuſatur l.hęres 19.ff.de iudic. le. ſi is
34.ff.eod. Villalo.cap.70.vbi Fichard.in addit 72. Viuius in
verb. Clericus, Eccleſia. Proinde ſi is,qui Romæ iudiciũ
acceperat, hæres eius quamuis domicilium trans mare ha
beat, Romæ tamen defendi debet d.l.ſi is 34. Surd. d. de-
108 ciſ.110.† Sed & qui non cogitur in aliquo loco iudicium
pati,ſi ipſe agat,ibi cogitur excipere actionem, & ad eun-
dem iudicem mitti leg.qui non 22.ff.de iudic.l.cum Papi-
nianus 14. C.de ſent. & interlocut.§. Reuerendiſſimi No-
uella conſt.123.& §.ſancimus igitur Nouella.conſt.96.Vil
lalo.ca.72.Viu.in verb.reconuentionis. Niſi Clericus apud
iudicem ciuilem agens ibi reconueniatur Clar.in §.fin.q.
36.& infra:niſi fortè reus iuſtum iudicem recuſet d.§.ſan-
cimus. Vel actor ſuam iniuriam perſequatur,vel furtum,
vel damnum, quod nunc paſſus eſt,alioquin aut impunè
contumelijs,& damnis afficietur,aut erit in poteſtate cu-
iuſque pulſando actorem ſubijcere eum iuriſdictioni,
dum ſe vindicat leg.2.§.ſed ſi agant ff.de iudicijs. Teſtis
quoque,qui falſum dixit teſtimonium ab eo iudice, apud
quem dixit,puniri poteſt,fori præſcriptione non obſtante
leg.nullum penitus 12.C.de teſtib.niſi fortè Clericus apud
iudicem laicum falſum dixerit Rolan.conſi.4.lib.1.ſed ali-
109 bi aliter probatur infra tit.32.num.36.Sed † & in quibus
Ciuitatibus Præſides præſtò non ſunt, apud defenſorem
Ciuitatis lis peragi poteſt §.ſi verò ibi in Ciuitatibus Au-
110 then.vt differentes iudices.† Si quoque iudex ordinarius
iuſtitiam deneget,ſuperior iudex poteſt adiri Auth. præ-
dicta in princip. Præſertim iudex Eccleſiaſticus d.auth. &
cap.ex tranſmiſſa 6.in fine cap.licet 10.& c.ex tenore §. fi.
de foro compe. Niſi & iudex Eccleſiaſticus iuſtitiam dene
get,vel negligens ſit,& ob id ciuilis iudex adeatur c.quali-
ter 17.de iudic. Authẽ.vt Clerici apud proprios Epiſcopos,
111 Et † qui iudex aliàs competens non eſt, competens fit per
delegationem cauſæ ab ordinario ei factam per allegata
ſupra lib.1.tit.7.& exemplo leg.tam collatoris 18.§.erit au-
112 tem C.de re milit. † Præſidis verò prouinciarum,& præ-
fecto prætorio iudicium nemo ex ijs,qui eis ſub ſunt,decli
nare poteſt l.2.§.fi.C.vbi quis de curia.condit.conuen.No
uell.conſtit.68.& nouella 8.vt iudices ſine quoquo ſuffr.§.
113 quod vero à nobis. † Quęſtio autem,cui iudex competẽs
non eſt,competenti quæſtioni incidens ab eodem iudice
terminari poteſt,fori præſcriptione non obſtante,ne conti
nentia cauſæ diuidatur l.nulli 10.C.de iudic.l.quoties 3.C.
eod.l.1.C.de ordin iudic.l.1.C.de offic.Rector.prouinc.ca.
prudentiam 21.§.ſexta ver.fin.de offic.delegat.c.de prudẽ
tia 3.de donat.inter vir.& vxor. Niſi cauſa Eccleſiaſtica ci
uili cauſæ incidat, vt puta natiuitatis, hæc enim quamuis
incidens,ad ciuilem iudicem non pertinet cap. lator 5.qui
fil.ſint legit.cap.tuam 3.de ordin.cognit. Vel niſi principa
lis quæſtio poſſit ſine incidenti definiri exemplo c.cauſam
7.qui fil.ſint legit. Sed & is, qui fori præſcriptioni renun-
ciauit,ea amplius vti non poteſt l.ſi quis 29. C.de pact.l.ſi
quis 39.C.de Epiſ.& Cler.c.dilecti 17.ver.qui ſe certo loco
de foro compet. Niſi Clericus fori præſcriptioni renũcia-
uerit c.ſi diligẽti 12.& c.ſignificaſti 18.eo.l.cui contradicit,
d.l.39.Rol.d.conſ.4.& Caldera de errorib. pragmatic.lib.
1.c.2.perſiſtunt in limitatione,atq.canonica iura tuentur,
114 quibus aſſentimur.† Idem dicendum eſt,ſi ante litem cõ-
teſtatam fori præſcriptio oppoſita non ſit. Nam fori præ-
ſcriptiones in principio litis opponendas eſſe, legum decre
uit authoritas l.præſcriptiones 13.C.de excep.l.nemo 4.C.
de iuriſd.omn.iudic.l.ſed & ſi 52.ff.de iudic.& in glo.ſtat.
Vrb lib.1.cap.62. Poſtremo ſi litigatores in non competen
tem iudicem conſentiant, fori præſcriptionem obijcienti
obſtabit exceptio pacti conuenti leg.1.ff.de iudic.l.1.C.de
iuriſdic.omn.iudic.l.cum vendente 4 C.vbi cauſ.fiſcal. Nã
ſi ſe ſubijciant alicui iuriſdictioni, & conſentiant: inter
conſentientes cuiuſuis iudicis,qui tribunali præeſt,vel aliã
iuriſdictionem habet,eſt iuriſdictio d.l.1 ff.de iudic.cum
alijs ſupra citatis. Niſi iudex,in quem conſenſerunt,antea
ſe pronunciauerit incompetentem c. ſignificantibus 38.de
offi.delegati. Vel niſi Clericus conſentiat in iudicem laicũ,
115 vt infra.† Plane priuatorum conſenſus iudicem non fa-
cit eũ,qui nulli præeſt iuriſdictioni, nec quod is ſtatuit rei
iudicatę continet authoritatem l.priuatorum 3.C.de iuriſ.
116 omn.iudic.d l.1.ff.de iudic.l.neque 81.ff.eod.† Sufficit au
tẽ ipſos litigatores in iudicẽ aliquem conſentire nec ipſius
iudicis conſenſus eſt neceſſarius l.2.§.conuenire ff.de iudic.
ſane conſenſiſſe videntur, qui ſciunt, ſe non eſſe ſubiectos
iuriſdictioni eius,& in eum nihilominus conſentiunt. Cæte
rum ſi putent eius iuriſdictionem eſſe, non erit eius iuriſ-
dictio: error enim litigatorum non habet conſenſum d.l.
2.in princ.l.ſi per errorem 15.ff.de iuriſd. & latè dilucidat
Eduardus Caldera de error.pragmat.li.1.c.1. Planè ſi in iu
dicis nomine,vel prænomine non in corpore erratum eſt,
conſenſus per iſtum errorem nõ vitiatur l.ſi in iudicis 80.
ff.de iudicijs. Is quoque qui authoritate magiſtratus com
pulſus in iudicem conſenſit,conſenſiſſe non videtur:quod
ea,quæ vi metuſue cauſa geruntur,rata non ſint habenda
l.2.in princpi.ff.de iudic. Sed & ſi conuenerit,vt alius Præ-
tor,quam cuius iuriſdictio eſſet,ius diceret, & prius quam
aditus eſſet,mutata volũtas fuerit: proculdubio nemo cõ-
pellitur huiuſmodi conuentioni ſtare l.ſi conuenerit 18.ff.
de iuriſdic. Non autem videtur in iudicem conſenſiſſe,qui
edi ſibi genus actionis apud eum iudicem deſiderat l.non
videtur 3 ff.de iudic. & quod attinet ad conſenſum in iudi
cem incompetentem, nil refert, an iudex ſit ſæcularis, vel
Eccleſiaſticus. Nam in vtrumque poſſunt laici litigantes
conſentire,vt in ſecularem,probatur ſupra,in Eccleſiaſti-
cum probatur 11 q.1.c.quicunq; & c.omnes. Clerici autem
tantummodo in Eccleſiaſticum conſentire poſſunt, non
autem in laicum gl.in c.ſignificaſti de foro compet. Rolan.
in conſi.4.num.10.lib.1.& per tex.in c.12.& 18.de foro com
pet. Authen. Vt Clerici apud proprios Epiſcopos,& Calde
117 ra de errorib.pragm.lib.1.c.1.& 2.† Porro iudicare, quod
iudicis officium eſt primarium,munus publicum eſt, quã-
uis circa res priuatas verſetur leg. quippe 78.ff. de iudic.
118 † Si autem locus in iubendo iudicare non eſt compræhen
ſus videtur eo loco iudicare iuſſus, quo ſolet iudicare ſine
incommodo litigatorum l.ſi locus 59.ff.eod. Sedebant ve-
rò iudices pedanei ſub porticu regia,in quibus cellulis iudi
cabant continuè à ſummo ſtatim diluculo vſque in veſper
tinum crepuſculum,§. ſedebunt Auth.de iudicib. & in gl.
119 ſtat. Vrb.lib.1.ca.57.† Nullus autem iudicum domeſticũ,
vel cancellarium ad prouinciam ſibi commiſſam ducere
poterat l.nullus 8.C. de aſſeſſorib. vt enim me ad hæc cõ-
ferrem hortata eſt animi ęgritudo,fortunæ magna,& gra
ui commota iniuria. Ad ipſam eo quo modo potui,lenien-
dam,cum illa inexplicabilis ſit pro conſolatione ab amicis
exoranda.

SVMMARIVM.

1 *Aſſeſſores qui eſſe poſſunt,& vbi.*
2 *Aſſeſſor duorum magiſtratuum nemo.*
3 *Aſſeſſor Aduocatus eſſe non poteſt.*
4 *Iudex non aſſeſſor ſubſcribit.*
5 *Aſſeſſor audit,& cognoſcit,iudice abſente.*
6 *Aſſeſſores vt iudices 50.dies excipiunt querelas.*
7 *Aſſeſſoris officium ſuſcipere nemo cogendus.*
8 *Aſſeſſores immunes a muneribus.*
9 *Scriptores duo iudicibus permiſſi.*
10 *Domeſticus iudicis nec ſcriptor,nec aſſeſſor.*
11 *Iudex & ſe,& miniſtros finito officio,tenetur exhibere ad que relas excipiendas.*
12 *Officium epiſtolarium quod.*

De aſſeſſoribus, & miniſtris iudicum. Tit. 7.

1 ASſidere tãtũ iudicibus poſſunt ẽt liberti.leg.2.ff.de
offic. aſſeſſ. non ſolum ordinarijs, ſed & delega-
tis c.ſtatutum 11 § aſſeſſorem de reſcript.in 6. in-
fames aſſidere non poſſunt d.l.2. Nemo enim in ſua pro-
uincia aſſeſſor eſſe poteſt,niſi Principe,vel prouinciæ Præ-
ſide permittẽte l.in conſilio 10.in prin.& ver.niſi per cæle-
ſte oraculum C.de aſſeſſor. Si tamen eadem prouincia po-
ſtea diuiſa ſub duobus Præſidibus conſtituta eſt, ex altera
ortus in altera aſſidebit, nec videtur in ſua prouincia aſſe-
diſſe l.ſi eadẽ 3.de offic.aſſeſſor. Sed & in conſilio curatoris
Rei-

Reipublicæ vir eiuſdem Ciuitatis aſſidere nō prohibetur,
quia publicō ſalario non fruitur leg.in conſilium 6.ff.eod.
2 †Præterea non eſt conceſſum cuiquam duobus magiſtra-
tibus aſſidere,& vtriuſque iudicij curam peragere l.nemo
13.§.nec ſit conceſſum C.de aſſeſſor.& in gl.Stat.Vrb.lib.3.
3 c.3 a.†Neque aduocationis,& aſſeſſionis officio ſimul fun-
gi d.l.nemo 13.in princ.& §.Nec callidis l.in conſiliarijs 5.
ff.de offic.aſſeſſor.l.quiſquis 6.C. de poſtulando,& in glo.
ſtat.Vrb.li.3.c.32.omne aūt officiū aſſeſſorū,quo iuris ſtu-
dioſi partib.ſuis funguntur:in his ferè cauſis cōſtat:in cogni
tionibus,poſtulationib.libellis,edictis,decretis,epiſtolis l.
4 1.ff.de offic.aſſeſſor.†Nec ſubſcribere libellos aſſeſſor po-
teſt,ſed iudicis,vel præſidis hoc munus eſt,qui nec demā
5 dari hoc aſſeſſori poteſt l.a.C.de aſſeſſor.† Item ſine iudi-
ce præſente aſſeſſoribus audientiam negocijs præbere cō-
ceſſum eſt,niſi fortè iudex,vel apud Principē agat,vel iuſ-
ſu Principis alias occupationes ſubſtineat, hoc enim caſu
aſſeſſores etiam ſine iudice cauſas audire poſſunt,dummo
do litis conteſtatio fuit coram ipſo iudice,& in medijs rur
ſus ſemel cauſa apud ipſum iudicem introducatur,& ſen-
tentia diffinitiua ab ipſo proferatur,in his enim caſibus ſi-
ne diſtinctione iudicis præſentia exigitur,§.illud etiam re-
ctè Nouell.c.60.Authē.vt de functi,ſeu funera eorū.Huic
repugnat extrauag.commu.t.§. licet enim quibuſdam de
6 hæreticis.†Poſt depoſitam autem adminiſtrationem aſſeſ
ſores,ſiue Conſiliarij iudicum, & Cancellarij,& domeſti-
ci 50.dies in prouincia reſidere iubentur,excepturi aduer-
ſus ſe actiones à læſis conſtituendas, & ablata in quadru-
plum reſtituent,vt duplum ſpoliatus accipiat,& duplum
fiſcus acquirat l.conſiliarios 3.C.de aſſeſſorib.l nullus 8.in
fine C.eod.§ neceſſitatem Authen.vt iudices ſine quoquo
7 ſuffrag.c.9.† Aſſeſſores autem non metu cogendi,ſed præ-
mijs ad aſſeſſoris munus alliciendi ſunt l.1. C.de aſſeſſor.l.
1.C.de annonis,& capit.adminiſtr.d.c.ſtatutum 11. §.aſſeſ-
8 ſores de reſcript.in 6.†Et ab omni indictionis munere im-
munes habentur leg.non minus 11.C.de aſſeſſorib. Sed de
aſſeſſoribus,ac eorum officio agit Duarenus eodem titul.
9 Porrò præcipitur ſingulis iudicibus,vt duobus tantum v-
tantur amanuenſibus ad ſcribendum §.his,qui Authen.de
iudicib.Et duobus,qui lites præparent,& introducant,ne-
queuntibus ipſis pluribus apparere iudicibus,quam duo-
10 bus d.§.his,qui † Domeſticus iudicis à publicis actibus ar
cetur,& ſi poſt depoſitam adminiſtrationem iudicis quæ-
rela aduerſus domeſticum exiſtat,ab eodem iudice, cuius
domeſticus fuit,exhibendus eſt l.domeſticus 4.& l.ſi poſt
11 9.C.de aſſeſſorib.† Quiſquis fuerit exhibitus vſq.ad nego
cij terminum ab eo apparitore,cui primum traditus fuit,
obſeruari iubetur l.1.C.de ſportulis,& ſumpt.in diuer.iu-
12 dic.† De epiſtolarum autem officio proponitur in l.præci
pimus 32.§.in his autem ibi, & ea, quæ geruntur,& in §.
huic ſaluberrimę ibi libellantes C. de appellatio. nunc de
reliquis iudicij perſonis agendum.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulare quid ſit.*
2 *Poſtulare qui poſſint.*
3 *Illuſtres perſonæ poſtulare prohibentur.*
4 *Clariſſimi pro ſe poſtulant,non pro alijs.*
5 *Poſtulare laudis cauſa viris honoratis permiſſum.*
6 *Catholicus qui non eſt,non poſtulat.*
7 *Excommunicati non poſtulant.*
8 *Minores 17.annis non poſtulant,limitatur.*
9 *Surdi non poſtulant.*
10 *Cæcus poſtulat.*
11 *Monaſtria,& Aſcetria non poſtulat.*
12 *Mulier pro ſe poſtulat.*
13 *Infames non poſtulant pro alijs,vt Cinedi,limitatur.*
14 *Damnati crimine capitali non poſtulant limita.*
15 *Operas ſuas qui turpiter locant,non poſtulat,limitatur.*
16 *Infamibus hodie licet poſtulare.*
17 *Aduocatione interdictus poſtulare prohibetur.*
18 *Interdictus corā vno iudice pōt corā alio poſtulare, declaratur.*
19 *Interdictus ad tempus,finito tempore poſtulat.*
20 *Liberti poſtulant.*
21 *Iudices non poſtulant.*
22 *Aduocatus Fiſci contra fiſcum non poſtulat,limitatur.*
23 *Decuriones contra patriam non poſtulant.*
24 *Poſtulare non licet contra eum, pro quo antea poſtulauit, limitatur in tutore.*
25 *Poſtulare ex neceſſitate qui debent.*
26 *Reſtitutus infamis pro omnibus poſtulat.*
27 *Poſtulare prohibitus non patitur ab aduerſario.*
28 *Poſtulantes prohibiti puniuntur.*
29 *Clerici,& Monachi prohibentur poſtulare,limitatur.*

De poſtulantibus. Tit. 8.

1 POſtulare † autem eſt,deſiderium ſuum, vel amici ſui
in iure apud eum,qui iuriſdictioni præeſt, exponere,
vel alterius deſiderio contradicere.l.1. §. poſtulare ff.
2 de poſtulando 3.q.7.c.infames §.eſt autem.† Non autem
omnibus ſine delectu poſtulare permiſſum eſt, idque di-
gnitatis iudicis tuendæ,& decoris cauſa l.1.in princ.ff.eod.
Nam quidam in totum prohibentur poſtulare, quibuſdā
pro ſe tantum poſtulare permiſſum eſt,quibuſdam deni-
que pro ſe,& pro certis dumtaxat perſonis d.l.1.§.ea pro-
3 pter.† In totum poſtulare prohibentur Illuſtres perſonę,
ne cogantur aut aſſidere cum magiſtratibus,quo ipſi loco
iudicant,aut adſtare tanquam litigatores. Vtrinque enim
res cum periculo fit: ſiue dignitates afficiantur contume-
lia,ſiue iudiciarius ordo præter dignitatē procedat. Ideo-
que non niſi per procuratorem huiuſmodi perſonæ litiga-
re poſſunt l.quicunque 25.C.de procura. Auth. vt ab illu-
4 ſtribus &c.per tot.† Poſt illuſtres verò cæteri clariſſimi ꝑ
ſe poſtulare poſſunt: pro alijs non poſſunt,excepto eo, qđ
ſi patronus cauſarum ad regendæ prouinciæ munus eue-
ctus adminiſtrationem depoſuerit,liceat & ad patrociniū
cauſarum reuerti, & pro alijs etiam poſtulare l.ſi quis 9.
5 C.de aduocat.diuer.iudi.† Honoratis quoque viris non pe
cuniæ,ſed laudis cupiditate ductis,cauſas agere in iudicio
licet leg.quiſquis 6.§.apud Vrbem C. de poſtuland.3.q.7.
d.cap.infames §.apud Vrbem.Idem dicendum eſt.de de-
6 curionibus leg.2.C.de aduoc. diuer.iudic. † Sed nemo vel
in foro,vel apud quemquam iudicem accedat,ad togato-
rum cōſortium,niſi ſacroſanctis Catholicæ religionis fue
rit imbutus miſterijs l.vlt.C.de poſtul.de pęnit.diſt.1.cap.
7 nemo vel in foro,† Neq. excommunicatus c. intelleximus
7.de iudi.c.decernimus 8.de ſent.excomm.in 6.Villalo. E.
8 123.† Et minores 17.annis in totum poſtulare prohibentur
Plane iniuſtius eſt, minorē ſeptemdecim annis defenſorem
audire,quam abſentem quaſi cōtumacem, & indefenſum
condemnare l.1. §.initium ff.de poſtuland.d.c.infames §.
nam vt c.5.§.fi.de procu.c.vlt.de iudic.in 6.Hac enim æta
te,vel paulo maiore fertur Neruæ filius,& publicè de iure
reſpōſitaſſe d.§.initium,quod defendendo;. nō accuſando
credendum eſt id feciſſe,quia minor prohibetur poſtula-
re d.§.initium Viu.opin.incip.pupillis num.17.Villalo.M.
9a.Sed & de filiofamilias habetur apud Viuium. filius fa-
milias non pōt,& apud Clar.in § fi.q.14.ver.ſed quidquid
9 † Surdi quoque,hoc eſt ij, qui prorſus non audiunt in to-
tum poſtulare prohibentur,non enim eis erat permitten-
dum poſtulare, qui decretum Prætoris exaudire poterāt.
Quod ēt ipſis periculoſum erat futurū. Nam nō exaudito
decreto Prætoris,quaſi nō obtēperaſſent,pœna vt cōtuma
10 ces plecterentur d.§.initium.† Cæcus pro ſe poſtulare pōt
pro alijs non pōt d.l.1.§.caſum & §.ſecundo. Idem de fœ-
11 mina dicendum eſt d.§.ſecundo loco. † Monaſtria tñ aut
Aſcetria,nec pro ſe quidem poſtulare pōt §.ſi qñ c.27.Au
12 th.de Sanctis Epiſ.† Interdum vero ēt pro alijs mulier po-
ſtulare pōt,puta ſi vel in rem ſuam mādata ei ſit actio,vel
pro parentibus ſuis poſtulare velit morbo,vel ætate impe-
13 ditis,nec alium procuratorem habentibus.† Præterea pro
alijs poſtulare prohibētur perſonæ turpitudine notabiles,
vt puta, qui corpore ſuo muliebria paſſi ſunt. Si qui tñ vi
prædonum,vel hoſtium ſtuprati ſunt,non debēt prohibe-
14 ri d.§.2.& §.remouet aūt.† Qui capitali crimine damnati
ſunt. Item calumniæ cauſa publico iudicio damnati d.l.1.
§.remouet autem ff.de poſtulan.& cęteri ſimiles,de quib.
ſupra li.1.tit.26. Pro ſe tñ nec non pro parente,patrono,pa
tronaue,liberis,parentibuſque patroni,vel patronę,liber-
tiſue ſuis,fratre,ſorore, vxore, ſocero, ſocru, genero, nu-
ru,vitrico,nouerca, priuigno, priuigna, dūmodo affinitas
adhuc duret. Item pro pupillo,pupilla, furioſo, furioſa,
fatuo, fatua: cui eorum à parente, aut maioris patris

tutorum ſentẽtia,aut ab eo,cuius de ea re iuriſdictio fuit,
ea tutela,curatiove data erit:itẽ muto, ſurdo,prodigo, &
alijs,quibus curator dari ſolet, infames poſtulare nõ pro-
hibentur,l.1.§.hoc edicto,ff.de poſtula,& §.fin.cũ legibus
15 ſequent.ff.eo.† Remouetur inſuper à poſtulãdo pro alijs,
& qui operas ſuas,vt cum beſtijs depugnaret, locauit, l.1.
§.remouet.Beſtias aũt accipere dẽmus ex feritate magis,
quam ex animalis genere,nam ſi leo manſuetus ſit,vel alia
dentata manſueta,cum qua pugnauit,nõ remouebitur,d.
l.1.§ beſtias.Qui aũt locauit operas ſuas notatur, ſiue de-
pugnauerit,ſiue non,d.l.1.§.ergò Villalo.E.123.Qui verò
ſine mercede virtutis oſtentandæ cauſa cum beſtijs depu
gnauit,non notatur,niſi in arena paſſus ſit ſeſe honorari,
d.l.1.§.quid ſi.Sed & ſi quis operas ſuas locauerit, vt feras
venetur,vel vt depugnet feram, quæ regioni nocet, extra
arenam,non eſt notatus,d.l.1.§.ſed & ſi quis.Imò vbique
locorum adſunt ſtatuta, quod depugnans lupũ, lucretur
aliquid,neque ex hoc notatur. Planè qui locauit operas
ſuas,vt cum beſtijs pugnet, pro ſe poſtulare non prohibe-
tur,ſed nec pro ijs quorum tutelam,vel curã adminiſtrat.
16 d.l.1.§.his igitur,ff.de poſtulan.l.puto aũt.ff.eo.† Iure aũt
nouo ẽ: infamibus ſine diſcrimine poſtulare videtur per-
miſſum, cũ infamiæ exceptio hodie procuratoribus non
obſtet,quin pro alijs poſſint agere,atque alios defendere,
17 §.fin.Inſt.de exceptio. † Is quoque cui aduocationibus eſt
18 interdictum,poſtulare prohibetur,l.1.C.de poſtulan.† Si
tamen apud certũ magiſtratum alicui aduocationibus ſit
interdictũ,apud alium,vel ſucceſſorẽ eius, qui interdixit,
poſtulare non prohibetur, d.l.6. §.fin.ff de poſtuland.Idẽ
dicendũ,ſi in alia prouincia,quam in qua præſes is eſt,qui
interdixit,velit poſtulare:dummodo ex ea cauſa poſtula-
re prohibitus,non ſit,quæ infamiã irrogat,l.ex ea 9.ff.eod.
19 & id ſecundum ius antiquum,vt dixi.† Imperator quoq;
Antoninus reſcripſit,eũ,cui aduocationibus in quinquen-
nium interdictum eſſet,poſt quinquennium pro omnibus
poſtulare non prohiberi,ne ſcilicet pœna tẽpore determi-
nata contra ſentẽtiæ fidem vlterius porrigatur. Quod idẽ
Diuus Hadrianus reſcripſit de exilio reuerſum, l.Impera-
20 tor 8.ff.eo.† Poſtulare aũt non prohibentur liberti,l.2.C.
21 eo.† Iudicis verò,& aduocati partes eũdẽ ſuſtinere pro-
hibitũ eſt,vt iã dixi,& poſtulatoris, l.quiſquis 6 C.de po-
22 ſtulando.† Aduocatus nẽ fiſci contra fiſcũ poſtulare pro-
hibetur,etiamſi ſalariũ à fiſco non perceperit,l.1. C.de ad-
uoc.fiſc.Principe tamen cõcedente poteſt, dumodo ab ea
cauſa abſtineat, quã cum fiſci aduocatus erat,tractauit,l.
2.C.eo.Sed & hi,qui fiſci cauſas agunt,ſuã,vel filiorũ.vel
parentum ſuorum,vel pupillorũ,quorum tutelas gerunt,
cauſam ẽt aduerſus fiſcum agere nõ prohibentur,l.hi,qui
23 10.ff de poſtulãdo. † Decuriones quoq; contra patriã ſuã
cauſam agere prohibentur,niſi pro perſonis ſupra enume
ratis,l.2.in fi.C.de aduoc.diuer.iudic.& d.l.10.in fi.ff.de po
24 ſtuland. † Sed & contra eũ, pro quo antea poſtulauit in
eadẽ cauſa poſtulare prohibetur,l.rẽ nõnouã 12 §.patro-
ni,C.de iudic. Villal.A 62. eſt tamen reſcriptũ nõ prohibe
ri tutorẽ adeſſe pupillo in negocio,in quo aduocatus cõtra
patrẽ eius fuiſſet,l.vlt.ff.de poſtul.Sed & illud permiſſum
eſt, agere tutorẽ contra pupilli cauſam aduerſus fiſcũ, in
qua aduerſus patrẽ pupilli ante aduocatus fiſci fuiſſet, d.
25 l.vlt.§.ſed & illud.† Planè oẽs,qui non ſponte, ſed neceſ-
ſario funguntur officio ſine offenſa poſtulare poſsũt,etiãſi
hi ſint,qui niſi pro ſe poſtulare poſſunt, l.puto 6. ff.de po-
ſtul.Sed & infames ſcdm antiquum ius pro certis perſonis
26 poſtulare poſſe ſupra iã dictũ eſt.† Qui tñ eodẽ antiquo
iure in integrum reſtituti fuerint pro omnibus poſtulare
poſſunt,l.1.§.deinde ff.de poſtulan.Nec intereſt, vtrum à
Principe,an à Senatu fuerint reſtituti,d.l.1.§.de qua autẽ.
Sed à Prætore in integrũ reſtitui infames nõ poſſunt,d.l.1.
§.an aũt.At hodie ſine diſtinctione infamia poſtulantibus
27 nõ obſtat,vt ſupra dictũ eſt.† Sanè quos prohibet Prætor
apud ſe poſtulare,omnimodo prohibet, etiãſi aduerſarius
eius patiatur poſtulare, l.quos prohibet 7. ff.de poſtulãd.l.
28 filiusfamilias 8 §.mulires,ff.de procurator.† Qui aũt poſtu
lare prohibiti nihilominus poſtulauerint tũ interdicta po
ſtulatione repelluntur, tũ pro æſtimatione iudicis extra
ordinẽ pecuniaria pœna mulctantur,l.1 § qui aduerſus ea
ff.de poſtulan. Nec nõ & alia pena de qua in l.vlt.C.eo &
29 de penit.diſt.1.c.quicunq; † clerici, & monachi poſtulare
prohibentur 5.q.3.c.vlt.& c.ex par.2.& c.vlt.de poſtul.&
c.1.eo.Niſi propriã proſequantur cauſam d.c.1. & d.c.vlt.
vel cauſam ſuæ eccleſiæ defendant,d.c.1.& c.vlt.vel cauſã
coniuncti.ſeu miſerabilium,d.c.vlt.& diſtin.87.c.1. & ſeq.
vel tandem in publico iudicio 5.q.3.c.vlt. de qua re in fi-
ne operis ſingulariter tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati qui ſunt,& laudes eorum.*
2 *Aduocati militibus comparantur.*
3 *Aduocatio dicitur tempus.*
4 *Aduocationem præſtare quid eſt.*
5 *Aduocatos prætor dabat.*
6 *Aduocatio pro aduocatis accipitur.*
7 *Aduocatio pro ordine aduocatorum.*
8 *Aduocatione,& foro intercedere quid eſt.*
9 *Aduocatione litem inſtruere quid eſt.*
10 *Aduocationes infida quæ ſunt.*
11 *Aduocatorum certus numerus.*
12 *Aduocati qui conſtituendi ſint.*
13 *Filij aduocatorum extraneis præferuntur.*
14 *Cohortales aduocati eſſe prohibentur.*
15 *Hæretici eſſe aduocati prohibentur.*
16 *Iuris imperiti aduocati eſſe prohibentur.*
17 *Iudex aduocatum non habentibus dabit.*
18 *Aduocatus,& procurator quid vltra quam cauſa depoſcit,di-
cere non debet.*
19 *Aduocatus ratione non probris certat.*
20 *Aduocatus agit,quod cauſa deſiderat.*
21 *Lis ex induſtria non protrahenda.*
22 *Aduocati domi debent reſidere.*
23 *Aduocati functiones prouinciales ne ſuſcipiant.*
24 *Aduocati cum cliente paciſci prohibentur.*
25 *Aduocati oblatum a cliente libenter accipiant.*
26 *Aduocati non debeat patrocinium denegare petentibus,limitatur.*
27 *Aduocatus partem ſuſceptam non poteſt relinquere,& aduer-
ſario adhærere.*
28 *Honorarium petere poſſunt aduocati.*
29 *Licitum honorarium quale.*
30 *Salarium pollicitationis incertæ non petitur.*
31 *Honorarium ſub ſpecie mutui cautum.*
32 *Honorarium non cautum peti poteſt.*
33 *Honorarium qualiter deſiniendum.*
34 *Clerici honorarium prætendere prohibentur.*
35 *Honoraria accepta non reſtituuntur.*
36 *Honorarium aduocato non præſtitum debetur hæredibus, ipſo
defuncto.*
37 *Aduocati ſunt immunes à muneribus.*
38 *Peculium quaſi Caſtrenſe acquirit aduocatus.*
39 *Aduocati clariſſimi ornatis Comitis dignitatem ſortiuntur.*
40 *Veſtitus aduocatorum toga.*

De Aduocatis. Tit. 9.

1 ADuocatos † accipere debemus oẽs omnino,qui cau
ſis gerendis quoquo ſtudio operantur.Nõ tamen
qui pro tractatu nõ aſſumti cauſis accipere quid
ſolẽt,aduocatorũ numero erũt,l.1.§.aduocatus, ff.de ex-
traord.cognit.Qui.n.vrbanam militiam reſpõdendi,ſcri-
bendi,cauendi plenam ſollicitudinis,ac ſtomachi ſequun-
tur,ius ciuile hac ratione diſcunt,multum inuigilant,labo
rant,multis præſto ſunt multorũ ſtultitiã patiuntur,arro-
gantiã perferunt,difficultatẽ ſuperant,ad aliorũ arbitriũ,
non ad ſuũ,magna enim laus eſt,& grata hominibus,vnũ
hominem elaborare in ea ſcientia,quæ ſit multis profutu-
ra.Nam vt cecinit Poeta.

Qui cauſas orare ſolent,legeſque,forumque
Et pauidi cernunt incluſum corde tribunal.
quum proſtrata ſopore.
Vrget membra quies.& mens ſine pondere ludit.

2 Ideo † aduocati,& procuratores ab Imperatore Leone
militibus cõparantur,qui vocis munimine confiſi laborã-
tium ſpem,vitã,& poſteros defendunt in l.aduocati 14.C.
de aduocatis diuer.iudic.& vniuſcuiuſq; aduocati domus
oraculum dicitur Ciuitatis.Qui.n.dirimũt ambigua facta
cauſarũ,ſuæq; defenſionis uirib. in rebus ſæpè publicis,ac
priuatis lapſa erigũt,fatigata reparant, non minus proui-
dent humano generi, quã ſi prælijs,ac vulneribus patriã,
parenteſque ſaluarent. Nec enim ſolos noſtro imperio
militare credimus illos,dicit Imperator, qui gladijs, cli-
peis,

peis, & thorace nituntur, ſed & etiam aduocatos, dicta
l. 14. Talia enim hoc munere conſequi non poſſunt hi, qui
addicti iudicibus obſequio, & famulatu adulantur, qui
non vocati, ſed vltrò oblati lites auiditate lucri quærant.
Mihi autem à præceptoribus eſt traditum, rogatum non
rogantem oportere ſuſcipere curam, & rogatum ſuaden-
te, iure diligenter perſpecto, recuſare. Non enim oportet
in iram, vel inuidiam, aut in miſericordiam impellendo, à
recto iudicem flectere, ne ſimiles ei ſimus, qui eã, qua vſu-
rus eſt, regulam prius inflectit, vt admonet Ariſt. lib. 1. Re-
thor. c. 1. ver. non enim, & teſte Mureto in Seneca lib. 1. de
3 ira, c. 13. in verb. Aduocatio ambitioſior. † Aduocationem
vocabãt tempus, quod interdum dabatur à iudicibus ijs, qui
ad cauſam ſuam tuendam non ſatis erant instructi ad vo-
candorum amicorum cauſa, quorum conſilio, & auxilio
vterentur, & teſte Liptio eodem loco c. 16. num. 148. dare,
aut petere aduocationem ſignificat moram, aut tempus
deliberandi, & ſi ſecundum Vlpian. in l. puto, §. 1. & in l. 1.
4 is igitur, ff. de poſtulando, † aduocationem præſtare idem
ſit, quod poſtulare, vel allegare, & ſecundum Paulum in
l. penult. & vlt. ff. eod. & cauſam agere, l. 1. ff. de inoff. teſta
men. Et aduocationes poſtulare eſt aduocatos à Prætore
5 petere, l. ait prætor 23. ff. ex quib. cauſ. maior. † Prætor. n.
aduocatos dare ſolebat, l. 1. ff. de poſtul. Viuius in verb. ad-
6 uocatus num. 2. † Et in iure paſſim aduocatio pro ipſis ad-
uocatis accipitur, l. de quæſtione tali 30. C. de tranſactio.
7 † Plerumque pro ordine ipſo aduocatorum, l. cum aduo-
8 catio, & l. iubemus, C. de aduoc. diuer. iudic. † Hinc aduo-
catione, & foro interdicere eſt prohibere ab officio aduo-
candi, quod ipſos aduocatos reſpicit, l. moris de pœnis, &
9 l. Imperator. ff. de poſtulando. † Aduocatione autem litẽ
inſtruere eſt falſam litem intendere ad hoc inſtructos ad-
uocatos inſtruere ſecundum Hermogenianum in leg. falſi
10 20. & in l. 1. ff. de falſ. † Aduocationes autem inſidæ illę di-
cuntur, quæ litis, clientiſve ſecreta pandunt, & cum iudi-
cibus aiunt, quæ aiunt, negant, quæ negant iudices, vt nõ
contradicant, ſed obſequantur, vt non inſtituant, ſed in-
ſtruantur, contra tales inuehit Polyantea, in verb. aduoca-
tus, & text. in l. aut facta 16 ff. de pœnis Viu. vbi ſupra nu.
11 8. † Conſtituitur verò aduocatorum certus numerus cui-
libet foro alij 150. l. 7. & l. nemini 11. C. de aduoc. diuer. iu-
dic. alij 50. l. petitionem 13. C. eod. alij 40. l. iubemus 20. C.
12 eod. † Nemo autem in aduocatorum numerum ſumen-
dus eſt, niſi per quinquennium iuri operam dederit, l. iu-
bemus 20. §. nec de cætero. C. de aduoc. diuer. iudic. vbi ſta
tuta tempora, &c. ſtatuta autem tempora ſunt quinque
anni, vt ex præfatione pandectarum apparet. Ne putent,
vt cum ab vmbra ſcholaſtica in forum venerint, ſe in aliũ
13 terrarum orbem delatos, & cœlum pati neſciant. † Filij
aduocatorum extraneis ad idem officium aſpirantibus
præferuntur, l. nemini 11. §. filios autem, C. eod. l. petitio-
nem 13. d. l. 20. § & filios, l. petitiones 22. §. & filios, & l. per
14 hanc 24. C. eod. † Repelluntur verò ab hoc officio cohor-
15 talis, l. iubemus 17. C. de aduoc. diuer. iudi. † Hæretici, lege
nemo 24. C. de epiſcop. audien. & alij, de quibus ſupra tit.
16 8. & infra tit. 10. † Antequam autem aduocatorum cõſor-
tio aliquis ſocietur, examinandus eſt, & iuriſperiti Docto-
res iubentur iurati ſub geſtorum teſtificatione deprome-
re eſſe eum, qui ſubrogari voluerit peritia iuris inſtructũ,
l. nemini, §. 1. C. de aduoc. diuer. iudic. Aduocatorum no-
ſtri temporis examen eſt coniunctio, vel familiaritas, vel
amicitia iudicum, omni iuris prudentia in non coniuncto,
in non familiari, in non amico vt plurimum poſthabita.
17 † Porrò iudex non habentibus aduocatum dabit, & pro-
uidebit, vt par cauſidicorum diſtributio fiat, l. 1. §. ait præ-
tor, ff. de poſtulando. l. prouidendum 7. l. nec quicquam 9.
§. aduocatos, ff. de offic. proconſ. c. 1. de offic. iudic. 3. quæſt.
7. c. infames, §. ſi verò in vno, & §. autem Viu. lib. 1. comm.
opin. in verb. aduocatus, num. 2. Habentibus ad ſufficien-
tiam, alij ad conſinuendos litigatores dandi non ſunt fra-
tres, nepotes, familiares imperitos, id enim iudicibus ſub
grauiſſimis pœnis etiam excommunicationis latæ ſenten-
tiæ eſt prohibitum in conſtitutionibus Pij IV. & Pauli V.
Quę quidem pœnæ faciunt tales iudices omnium incapa-
ces, & ab omnibus vitandos, ac de hæreſi ſuſpectos, vt 24.
quæſt. 3. c. de illis, cap. cum aliquis, c. certum, & c. deſideres
15. cap. ſignificauit 18. c. quod in dubijs 30. §. 1. de ſentent.
excommun. & 11. q. 3. c. præcipuè, c. ſi quis epiſcopus 3. &
ſeq. c. ſicut, c. excommunicatos, c. cum excommunicato, c.
qui communicauerit, c. audi. §. cum ergò, c. quibus, cap. ſi
quis frater, c. qui meritò, c. qui vero, cap. vlt. & apoſtolico
canone ſi quis 10. c. fin. de pœnis vbi omnes, & in ca. gene-
rali, de elect. in 6. & in diſtinc. 4. c. vlt. Decian. lib. 5. tract. cri
min. c. 17. ver. 24. 34. 48 110. ibi. Item qui aſſerit, & ver. 129.
Clar. in §. fin. quæſt. 77. num. 18. Peregrin. de priuileg. fiſc.
lib. 3. tit. 11. num. 2. 8. 27. & per tot. Tacitè enim, ac perfri-
cata fronte videntur tales factis ipſi ſpernere eccleſiaſticas
cenſuras, quod citra hæreſim fieri non poteſt ex allegatis
ſuperius, & in libr. 1. tit. 25. & per Farinaccium in tractatu
de hæreſi. quæſt. 187. num. 17. & ſequen. & quæſt. 178. nu.
16. & de hoc ſunt textus in diſtinct. 19. cap. nulli fas. 5. & in
25. quæſt. 1. c. violatores 5. quos in id citat gloſa in verbo,
incurſuram in extrauagan. 1. §. nulli ergo, qui eſt vltimus.
Et Marius Alterius in tractatu de cenſuris eccleſiaſticis li-
bro 5. diſputatione 27. c. 7 col. 4. litera B. verſic. Gloſa &c.
Præterea omiſſis multis, quæ indè proficiſcuntur alijs ma
lis, vnum, & illud magnum eſt, quod ſicut Summi Ponti-
fices in antedictis eorum conſtitutionibus alliciendo præ-
clara Chriſtiani orbis ingenia, firmam ſpopõdent fidem,
in ſua curia non gratia, ſed iuriſprudentia certaturos, ita
inobſeruatores qui ſunt, conſtitutionibus aduertantes illã
falluntur gratia, & vndecunque confluentia ingenia fugant,
alioque relegant ad otij languores contra Sanctorum Pa-
trum ſacras cõſtitutiones, quibus inuiolabiliter obſerua-
tis, curia ſemper claruit, & clareſit, quod Deus faxit, cla-
riſſimis vtriuſque iuriſprudentiæ viris. Ex illis enim huius
18 ſegetis prouenit fertilitas. † Aduocatorum autem, & pro-
curatorum officia hæc ſunt. Ne quid vltra quam cauſa
depoſcit, dicant, l. quiſquis 6. §. ante omnia, C. de poſtulã.
19 † vt ratione non probris certent, d. §. ante omnia, & d. ca.
20 infames, §. ſi quis adeo † vt agant, quod cauſa deſiderat,
21 temperent ab iniuria, d. §. ante omnia. † vt ex induſtria li-
tem non protrahant, d. l. 6. §. nemo, & d. c. infames, §. præ-
22 terea non licet. † Ne in alijs degant regionibus, neve pere
grinentur, l. per hanc 24. §. hoc etiam prouidendum, C. de
aduocat. diuer. iudic. l. vlt. C. eod. & ſi ſine commeatu per
biennium abſuerint, vel cum commeatu per quinquen-
23 nium ab officio remouentur, d. l. vlt. † Ne prouinciales ſu-
24 ſcipiant functiones, l. ne quis 3. C. eo. † Ne cum cliente ſuo
paciſcantur de quota litis, l. ſumptus 53. ff. de pact. lege ſi
quis 5. C. de poſtul. lege 1. §. ſi cui, ff. de extraordin. cognit.
dicto cap. infames, §. arcentur etiam. Ne cum cliente aliũ
contractum ineant, lege quiſquis 6. §. præterea, C. de po-
25 ſtulan. † Ne aſpernantur id, quod à cliente offertur acci-
26 piant, dicta leg. 6. nemo ex his. † Ne cui patrocinium de-
negent, l. prouidendum 7. §. ſi quis verò, C. de poſtulando.
Ne præuaricentur, & pœnam ſi præuaricentur, diximus
27 ſupra, libro primo, tit. 21. † Ne relicta parte ſuſcepta, ad-
uerſario patrocinentur, leg. rem non nouam 12. §. patroni
vet. hocque ſubſecuto, C. de iudicijs. Niſi cliens non ſol-
uit ſalarium, vel aduocatum deſerat, controuertitur, ſed
magis reprobatur per allegata, & apud Viuium in verb.
aduocatus, numero octauo, & ſecundum Diuum Thom.
in 2. 2. quæſt. 71. artic. 3. Poſt cauſam tamen actam cauta
28 honoraria ſumma ab ijs rectè peti poteſt, † dummodo li-
citam quantitatem non egrediatur, l. 1. §. ſi cui cautum, ff.
de extraordin. cognit. l. 1. C. de ſuffrag. & nos in gloſſ. ſtat.
vrb. libro 3. tit. 92. de ſalario aduocat. Viuius vbi ſupra nu-
29 mero 6. & D. Thomas vbi ſupra artic. 4. † Licita autẽ quã-
titas intelligitur pro ſingulis cauſis vſque ad centum au-
30 reos, d. l. 1. §. licita autem, ff. extraord cognit. † Sed & ſala-
rium incertæ pollicitationis neque extra ordinẽ rectè pe-
titur, neque iudicio mandati, vt conſtituatur, l. qui mutuã
31 56. § ſalarium, ff. mãd. † Si item ſub ſpecie mutui honora-
rium ſit cautum agenti ex ea cautione, exceptio nõ nume-
32 ratę obſtabit, l. ſi ſub ſpecie 3. C. de poſtul. Sed † ſi honora-
riũ cautũ nõ ſit, extra ordinem peti poteſt arbitrio iudicis
definien. l. 1. §. in honorarijs. ff. de extraord. cognit. & ſi per
verba curialia dictum ſit, non prætendi Seraphin. deciſio.
1322. nu. 1. & 2. & Rota in recentiorib. deciſ. 291. par. 1. &
deciſ. 238. eadẽ par. 1. Nã teſte D. Aug. li. 7. de Ciuit. Dei, c. 3.
propè fin. In omni gñe humano plus allicit auaritia, quam
peritia, & in eis ipſis, qui ſunt artificioſi, rarò inuenies ho-
33 minẽ, qui nõ hẽat artẽ ſuã pecuniaria mercede venalẽ. † In
honorarijs aduocatorũ definiẽdis ita verſari iudex dẽt, vt
pro modo litis, proq; aduocati facũdia, & fori conſuetudi-

H 2 ne,

Digitized by Google

ne, & iudicij, in quo erat acturus, æſtimationem adhibeat
dummodo legitimam quantitatem non egrediatur, d. §. in
honorarijs, legitimum autem honorarium definitum eſt
34 ſuperius. † Quod clerici nullo iure prætendere poſſunt 15.
35 q. 2. in princ. & c. ſeq. † Honoraria autem accepta aduo-
cati ſi per eos non ſteterit, quominus cauſam agant, red-
dere non tenetur, nec minus reddere tenentur eorum he-
redes, l. qui operas 38. ff. locat. & conduct. l. 1. §. Diuus Se-
36 uerus, ff. de extraordin. cognit. † Imo ſi aduocatus deceſ-
ſerit lite non finita, honorario non habito, debetur hære-
dibus per allegata, & Viuius in verb. Doctor, vel aduoca-
37 tus Soarez A. 102. † Poſtremò aduocati à functionibus
publicis habentur immunes, l. ſancimus 6. l. ne quis 3. C. de
38 aduoc. diuer. iudic. Et † quidquid aduocatus filiusfami-
lias lucratur ſibi, non patri acquirit ad inſtar Caſtrenſis
peculij, l. fori tui 4. l. cum aduocatio 8. §. omneque, C. eod.
39 † & poſt depoſitum officium clariſſimi ordinis comitis
dignitatem aduocati ſortiuntur, l. ſuggeſtionem 18 C. eo-
dem liberi aduocatorum præ cæteris ſunt promouendi, vt
40 iam dictum fuit, & plura dicentur alio loco. † Aduocato-
rum veſtitus toga ſemper fuit, vt conſtat apud Specul. li-
bro 1. parti. 4. tit. de aduocato §. ſequitur videre de veſti-
bus num. 1. & ſeq. & apud Maſtrillum de Magiſtratibus
lib. 5. c. 2. num. 16. & 26. vt vilibus, vt natis ex parentibus
artificibus non conueniat, vt dicit Afflict. de conſtitut. ru-
br. 48. de noua militia num. 5. in fine. Sed & plura de priui-
leg. aduocatorum hodie tamen obſoleta leguntur in l. 5.
7. 15. 16. 17. §. fin. & l. penult. & tot tit. C. de aduoc. diuer. iu-
dic. & in gloſſ. ſtat. vrb. lib. 1. c. 19. Nimirum quia figulus
figulum odit, & iudices quaſi non ſint de corpore con-
quaſſant omnium priuilegia, & ſua, contra iura, quæ pro-
fitentur.

S V M M A R I V M.

1 Procuratorum vſus neceſſarius, & quare.
2 Procurator quis eſt.
3 Procurator verè ſine mandato non dicitur.
4 Agenti ſine mandato obſtat exceptio. Tu non es procurator.
5 Mandatum generale habens vbi requiritur ſpeciale nō eſt ſufficiens.
6 Exceptio mandati dilatoria ante litem conteſtatam opponēda.
7 Defendere ſine mandato quis, quos, & quomodo poſſit.
8 Filius patris nomine agit ſine mandato.
9 Pater liberorum nomine frater, affinis, libertus ſine mandato agunt.
10 Maritus pro vxore ſine mandato agit.
11 Mandati fines nemo egreditur.
12 Mandatum qui non habet cauens de rato auditur.
13 Ratihabitione confirmatur, quod ſine mandato geſtum eſt.
14 Agit nemo ſine mandato contra Domini voluntatem.
15 Procuratorem conſtituere poteſt actor, & reus quiſquis ille ſit.
16 Filia familias conſtituit procuratorem ad dotem.
17 Deciſio in Romana dotis 8. Martij 1613. coram Veroſpo reprobatur.
18 Seruus, & qui de ſtatu litigat, poteſt conſtituere procuratorē.
19 Mutus, & ſurdus dant procuratorem, & dantur in aliquibus negocijs.
20 Pupillus, tutore authore, dat procuratorem.
21 Minoribus in damnis ſubuenitur, non in proſperè geſtis.
22 Minor in beneficialibus, & ſpiritualibus dat procuratorem.
23 Tutor procuratorem conſtituit.
24 Mater tutrix non conſtituit actorem ſuo periculo.
25 Procurator procuratorem, lite conteſtata, dare poteſt.
26 Procurator in rem ſuam ante litem conteſtatam procuratorem dare poteſt.
27 Procurator cum facultate ſubſtituendi, alium dare poteſt.
28 Procurator à procuratore in extraiudicialibus datur.
29 Procurator ad contrahendum matrimonium alium non dat, niſi ſit ei mandatum.
30 Procurator inutiliter datus alium non dat.
31 Actor ciuitatis procuratorem non dat.
32 Defenſor dat procuratorem.
33 Infamis infamem procuratorem dare poteſt.
34 Infamis procurator dari non poteſt de iure canonico.
35 Filiusfamilias, & paterfamilias procurator dari poteſt.
36 Litigans de ſtatu dat procuratorem.
37 Furioſus non datur procurator.
38. 44. Mutus, Surdus, Fœmina, Religioſus } Procurator non datur
39 Secularis a religioſo datur etiam in cauſa ſpirituali, ſed nō pro miniſterio eccleſiaſtico.
40 Potentiores procuratores non dantur.
41 Fiſco, Republica } non datur mandatum, nec fit ceſſio
42 Milites procuratores non dantur, limitatur.
43 Veterani milites procuratores dantur.
44 Fœminæ pro ſe, & pro parentibus agunt.
45 Procurator inuitus non datur.
46 Inuitus quis dicatur.
47 Procurator, quem cauſa contingat, datur.
48 Procuratores plures vnius in vna cauſa non dat, limitatur, & declaratur.
49 Pluribus procuratoribus datis poſterior eſt procurator.
50 Plures procuratores vnius litis plurium perſonarum dantur.
51 Familiæ erciſcundæ iudicium plures procuratores deſiderat.
52 Delegatus in miniſterio eccleſiaſtico nō dat in eo procuratorē.
53 Vt liberi ducantur per procuratorem, non agitur.
54 Publica iudicia per procuratorem non exercentur.
55 Actio popularis non exercetur per procuratorem, limitatur.
56 Procurator abſens conſtitui poteſt.
57 Procurator ad litem futuram ex die ad diem, & ſub cōditione datur.
58 Procuratore dato, poteſt iudex ex cauſa dominum litis vocare, vt ipſe reſpondeat.
59 Actor poteſt agere tam cum domino, quam cum procuratore.
60 Morte mandantis mandatum expirat, limitatur.
61 Procurator actoris eum defendit reconuentum.
62 Fines mandati quandoque excedit procurator.
63 Officium procuratoris finitur prouocatione.
64 Finitur alio procuratore dato.
65 Exceptione procuratoria remiſſa quid iuris.
66 Litis conteſtatio non impedit falſi procuratorii exceptionem.
67 Pœna contra patrocinantes contra communem.

De procuratoribus. Tit. 10.

1 VSus † procuratorum, per quàm neceſſarius eſt, vt
qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe, vel nolunt, vel non
poſſunt, ſaltem per alios poſſint, vel agere, vel cō-
2 ueniri l. 1. §. penult. ff. de procurator. † Procurator autem
eſt, qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat, &
vel omnium rerum, vel vnius rei eſſe poteſt d. l. 1. §. procu-
3 rator autem. Mandato autem domini dicitur; † quia ſine
eo procurator verè dici non poteſt, ſed vel falſus procura-
tor, vel negotiorum geſtor dicēdus eſt. l. licet 24. C. de pro-
4 cur. † Sine mandato itaque alieno nomine agenti obſtat
exceptio. Tu non es procurator, non habes mandatum, vt
patet ex iam allegatis cap. 1. de procur. c. procurator 36. de
5 elect. in 6. l. ſi quis 3. §. procuratorem, ff. iudic. ſolui † Vel ha
bens mandatum generale, vbi requiritur ſpeciale, c. qui ge
neraliter de procurator. Viuius in verbo mandatū Villal.
6 M. 10. † quæ tamen exceptio cum ſit dilatoria poſt litem
conteſtatam fruſtra opponitur, niſi fortè probetur illi mā
datum nō eſſe, vel falſus procurator inueniatur, hoc enim
caſu quouis tēpore iudicium inhibetur, d. l. licet 24. C. de
7 procur. † Defendere tamen quis reum abſentē ſine man-
dato poteſt, dummodo iudicatū ſolui, vel rem ratā haberi
ſatiſdare ſit paratus, l. ſeruū quoq; 33. §. publicè, ff. de pro-
curat. & l. exigendi 12. C. eo. l. qui proprio 46 §. qui aliū, ff.
de procurat. §. ſi verò reus Inſtit. de ſatiſdat. l. in eo, quod
110. §. nemo. ff. de reg. iur. Clar. in §. fin. q. 32. & 33. Gabr. li.
2. de except. concluſ. 3. Soarez, A. 13. Quod locū habet non
ſolū in defenſore, ſed ēt in eo, qui ſine mandato alieno no-
mine agere poteſt, arg. l. ſi aūt 7. ff. de negoc. geſt. Planè nō
facilè per procuratorē quis ſuſpectus excuſabitur: quoniā
formæ cauſa eſt: niſi conſtet ei à tutore mandatū nomina-
tim, aut ſi ēi abſente tutore, quaſi nō defenderetur, iudex
8 ei at cogniturus. l. non ſolum 39. §. fin. ff. de procurat. † Sed
& filius patris nomine agens mandatum probare non co-
9 gitur d. l. exigēdi 12 C. de procur. l. ſed & ea 35. ff. eo. † Idē
dicendum, ſi parens liberorū cauſam agat, vel frater fra-
tris, vel affinis, vel libertus patroni, dicta l. 35. Viu. in verb.
10 filij naturales. † Sed & maritus citra mandatum cauſam
vxoris

Digitized by Google

vxoris agere poteſt l.maritus 21.C.de procu. Si autem mã-
11 datum ſuſceperit licet maritus ſit, † fines mandati egredi
12 non poteſt d.l.21.§.fin autem Villalo. A.12.† Plane qui a-
lieno nomine actionem inſtituens, mandatum probare nõ
poteſt, de rato cauens, nihilominus auditur §.fin autem
inſt.de ſatiſdat.l.1.C.de procurator. Viuius opinione inci-
pie. Amicus numero 2.l.2.C.de conſor.eiuſd.lit. de qua re-
latius dicitur infra ſuo loco, vbi de hac cautione tractabi-
13 tur.† Sed & id quod ſine mandato alieno nomine geſtum
eſt, ratihabitione domini confirmatur: quia ratihabitio
mandato comparatur leg. licet 56.ff.de iudic.l. vero pro-
curatori 12.§.fina.ff.de ſolut.leg.ſemper 60.& leg.hoc iu-
re 194.§ decreti ff.de reg.iuris. Turzan.reg.16.Villalo.M.
10.Gabr.de procurator.lib.2.conclu.4.Viuius in verb.ab-
14 ſente.† Plane quod dictum eſt etiam ſine mandato quoſ-
dam alieno nomine agere poſſe, id intelligi debet ſub hac
conditione, niſi contraria domini voluntas probetur. Nam
in his perſonis, in quibus mandatum non exigimus, dicen-
dum eſt, ſi fortè euidens ſit, contra voluntatem eos experi
ri eorum, pro quib.interueniunt, debere repelli. ergo non
exigimus, vt habeant voluntatem, vel mandatũ, ſed ne cõ-
traria voluntas probetur, quãuis de rato offerant cautio-
15 nẽ.l.Põponius 40.§.ti.ff.de procur.† Non aũt intereſt, vtrũ
filiusfamilias, an pater familias actor, aut reus procurato-
rem dederit l.filiosfamilias 8.ff.de procu. c.vlt.in fin.de io
16 dic.in 6.l.ſeruum 33.ff.de procu.† Sed & filia familias pro-
curatorem conſtituere poteſt d.l.8. Quod autem ad dotis
exactionem, cum patre dare procuratorem ſuperuacuum
eſſe, Valerianus Seuerus ſcribit cum ſufficiat patrẽ ex vo-
luntate filiæ dare. Sed puto ſi fortè pater abſens ſit, vel ſu-
ſpectæ vitæ (quo caſu ſolet filiæ competere de dote actio)
poſſe eam procuratorem dare d.l.8.§. ſed & filia familias,
17 vbi gl.in verb.ſolet ff.de pcu.† vt deciſio facta in Romana
dotis die 8. Martij 1613.& denuò cõfirmata coram R.P.D.
Verſpo firmans filiæ, viuente patre de dote actionem non
competere, non poſſit ſubſiſtere, quoniam patre ſuſpectæ
vitæ effecto, vt ibi non negabatur propter decoctionem, a-
ctio de dote competere ſolet, vt dicit tex.in d.§.ſed & ſi fi-
lia, vbi gl.Bal.in l.2.§.quod ſi nu.2.vbi Iaſ.num.32.ff.ſolo.
matri.glo.in l.cum à ſocero in verbo ſola C.de iur.dot.cõ-
cordat.l.ſi cum 22.§.nec non illud ff.ſol.mat. imò ipſe inte
græ vitæ exiſtens, atq; præſens non agit, niſi ipſa filia con-
ſentiente l.t.in fine l.7.C. ſolut. matr.l.2. §.denique pater
l.Titia 34.l.poſt dotem 40.ff.eod. & §.gener. & quod ha-
beat actionem ex promiſſione dotis facta à Patre dicit La
derch.conſ.131.& late probat Paſchalis de patr. poteſt.c.
18 4.num.88.& ſeq.& 77.& ſeq.† Seruus tamen procurato-
rem dare non poteſt. Alia verò negocia peculiaria per
procuratorem gerere non prohibetur, ſed & eum, qui de
ſtatu ſuo litigat procuratorem habere poſſe, non dubita-
tur, non ſolum in adminiſtratione, ſed etiam in actionibus,
quæ ei, vel aduerſus eum competunt ſiue ex poſſeſſione
ſeruitutis, ſiue libertatis de ſtatu ſuo litiget d.l.ſeruum 33.
19 ff.eod.c.accedens 10.de procu.† Præterea mutus quoque
& Surdus per eum modum, qui procedere põt, procurato
rem dare non prohibetur: forſitan, & ipſi dantur, nõ qui-
dam ad agendum, ſed ad adminiſtrandum l.mutus 43.ff.
20 de procu.† Is quoque qui in tutela, vel cura eſt, procura-
torem dare poteſt, tutoris tamen, vel Curatoris authorita
te interueniente l.neq.tutores 11.C.de procu.& nos in trac.
de tutela, & cura li.2.tit.16.per tot. Nam ſi authoritas non
interuenerit, geſtum per huiuſmodi procuratorem ratũ
non eſt: niſi fortè cum danti geſtum proſit, aduerſarius il-
21 lud rõne propoſita impugnare velit. Nam † minorib. ætas
in damnis ſubuenire, non in rebus proſpere geſtis obeſſe
22 conſueuit l.non eo minus 14.C.eod.† Plane minor ætate
in beneficialibus, & alijs ſpiritualibus cauſis procuratorẽ
dare poteſt cum diſtinctione, de qua in cap.vlt.de iudic.in
23 6. † Porro interdum non dominus negocium mandare
& procuratorem dare poteſt, puta tutor in cauſa pupilli,
curator in cauſa minoris, vel alterius, cuius curam gerit
leg.11.C.de procurato. & vt in d.tracta.libro 2.titulo 16.
Quod tamen de iuſto tutore, & curatore intelligendum
eſt: nam qui ipſe tutor, vel curator iure eſſe non poteſt, nec
24 procuratorem dare poteſt alienæ liti d.leg.11.† Itaq. quã-
quam mater filij negocia ſecundum patris voluntatem
pietatis fiducia gerat, tamen ius actoris periculo ſuo li-
tium cauſa conſtituẽdi non habet, quia nec ipſa filij nomi-
ne rectè agit, aut res bonorum eius alienat, vel debitorem
impuberis accipiendo liberat leg.liberto.30.§.quanquam
25 ff.de negoc.geſt † Procuratorem quoque procurator dare
poteſt, & cauſam alij mandare, lite ſcilicet conteſtata, d.l.
11.ibi ad exemplum procuratorum l.nulla 23.C.de procu
rator.leg.quod quis 8.C.eodem leg.ab executione 4. §.fin.
ff.de appella.leg.ſi procuratorem 8.§. ſi quis mandauerit
ff.manda. Nam ante litem conteſtatam procurator alium
procuratorem dare non poteſt, poſt litem verò conteſta-
tam tanquam dominus litis iam factus poteſt, etiam acto-
re mortuo, vt in iuribus allegatis, & in d.leg.nulla 23.C.de
procurator.cap.1.§.1.de procurat.in 6. Turza.opin.87.&
26 88.† Sed procurator in rem ſuam datus etiam ante litem
conteſtatam alium procuratorem dare poteſt.d.§.1.verſi.
27 niſi in rem ſuam, † Et datus cum facultate alium ſubſtituẽ
28 di d.§.1.verſic.vel à domino ſubſtituendi alium. † In ex-
traiudicialibus negocijs quandoque procurator à procu-
29 ratore conſtitui poteſt d.c.1.§.fi.† Non tamen poteſt con-
ſtitui procurator à procuratore conſtituto ad contrahen-
dum matrimonium, niſi hoc eidem ſpecialiter ſit commiſ
30 ſum c.vlt.de procurat.in 6.† Nec minus ab eo procurato-
re, qui inutiliter datus apparet, exemplo Clemen.religio-
ſus 3.de procurator. Nec ab eo, qui ad miniſterium Eccle-
ſiaſticum procurator datus fuit cap.vlt.§.fin de offic.dele
31 gati. † Actor etiam Ciuitatis negocium publicum per p-
curatorem agere non poteſt l.nec Ciuitatis 74.ff.de procu
rator.l.1.§ quibus ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine
32 c.quia in cauſis 7.de procurator. † Defenſor abſentis rei,
in quo vt ſupra diximus, mandatum non requiritur, ad
defendendam quoque cauſam alienam procuratorem da
33 re poteſt.l.licet 42.§.fi.ff.de procurator.† Infamia autem
vel dantis procuratorem, vel etiam ipſius dati exceptionẽ
non præbet aduerſus procuratoris perſonam. Nam infa-
mis infamem procuratorem dare poteſt §.fin.inſtit.de ex-
34 cept. Viu.in verb. Procuratoris officium.† Secus autem eſt
de iure canonico, quo infamis procurator dari non poteſt
35 3.quæſt.7.cap.1.in princ.& c.infames 5.q.3.cap.vlt.† Sed
vtroque iure non intereſt, vtrum pater familias, vel filius
familias procurator datus ſit. Nam filiusfamilias quoque
procurator dari poteſt, & ad agendum, & ad defenden-
dum l.filiusfamilias 8.§.ipſe quoque ff.de procurator ca.
non iniuſtè 14 C.eod.cap.qui generaliter 5.§.1.eodem in 6.
36 † Idem dicendum eſt de eo, qui de ſtatu ſuo litigat l. ſer-
37 uum quoque 33.§.cum verò ff.de procu.† Planè furioſus
inutiliter procurator datur l.2.in fine ff.de procurat. Item
38 † nec mutus, nec ſurdus, nec fœmina, nec alij, quib.ius po
ſtulandi denegatum eſſe ſupra oſtendimus, procuratores
dari poſſunt l.mutus 43.ff eod. Nec excommunicatus ca.
poſt ceſſionem 7.de probatio. Nec religioſus à ſæculari in
39 cauſa vtique ſæculari Clem.religioſus 3.de procura.† Se-
cularis verò à religioſo etiam in cauſa ſpirituali dari po-
teſt c.1.de procurator.in 6. Sed non pro miniſterio Eccle-
ſiaſtico pro ipſo religioſo exercendo cap.vlt.§.fin.de offic.
40 delegat. Turza.reg.74.prout etiã infra.† Potentiores quo-
que procuratores dari prohibentur l.1.C.ne liceat potent.
41 patroc.leg.2.C.eod.† Ideoque neque fiſco, neq.reipublicæ
cauſa peragenda, vel defendenda demandari põt: quãuis
mãdator, vel debitor fiſci ſit, vel litem, partemue ei dona-
uerit l.ad fraudem 4.C.ne fiſc.vel reſpub.l. abhorret 3.C.
42 eod.l.1.C.eod.leg.2.C.eod.† Milites quoq; nec ſi velit ad-
uerſarius procuratores dari poſſunt, niſi hoc tempore litis
conteſtatę quocumq; caſu prætermiſſum eſt: excepto eo,
qui in rem ſuam procurator datus eſt, vel qui communẽ
cauſam omnis ſui numeri perſequitur, vel ſuſcipit: quia
talis procuratio conceſſa eſt l.filiusfamilias 8. §. milites ff.
de procurato.l.ita 13.C.eod.leg.qui ſtipendia 9.C.eod. Pro
patre tamen, vel matre, vel etiam vxore procuratorio no-
mine milites experiri non oportet: cum neq.defenſionem
alienam ſuſcipere, vel redimere negocia, vel quaſi ſuffra-
gatores accedere vtilitate publica permittantur l.militem
7.C.de procurator. Nec ex ſacro reſcripto procuratorio
43 nomine poſſunt experiri d.l.7. † Plane veterani procura-
tores fieri poſſunt leg.filiusfamilias 8.§.veterani ff.de pro-
curator. fœminæ procuratrices exiſtere non poſſunt nam
alienam ſuſcipere defenſionem, virile eſt officium, & ex-
tra ſexum muliebre eſſe conſtat leg.alienam 18.C. de pro-
44 curator.leg.neque fœmina 54.ff.de procurator. † Sed in
rem ſuam procuratrices eſſe poſſunt leg.quia 4.C. eodem

Digitized by Google

Et pro parentibus agere interdum permittētur cauſa co-
gnita ſi fortè parētes morbus,aut ætas impediat,nec quē-
quam,qui agat,habeant,l.fœminis 41.ff.de procur.Porrò
etiam,abſente aduerſario, procurator dari poteſt , §.pen,
45 Inſt.de ijs,per quos agere poſſumus. † Sed inuitus procu-
46 rator non ſolet dari. † Inuitum accipere debemus , non
eum tantum,qui contradicit;verum eum quoque,qui cō-
ſenſit non probatur,l.filiusfamilias 8.§.inuitus, ff.de pro-
cur.l.2.ff.eod.l.inuitus 17.C.eod. c.licet 7.de procurator.
47 in 6.† Cum autem,quem cauſa contingat procuratorem
dari nihil prohibet . Itaque is,cui ex S.C. Trebelliano hæ-
reditas reſtitura eſt , hæredem iure dabit procuratorem .
Item creditor debitorem quamuis dominū rei ad actionē
hypothecariam.Idem dicendum,ſi vnus reorum ſtipulan
di,cui conſtitutum eſt , alterum reum in conſtitutam pe-
cuniam det procuratorem, vel alter reorum promittendi
alterum ad defendendum, l.licet 42.§.is, cui hæreditas cū
48 ſeq.ff.de procur.† Vnus autem plures procuratores in ea-
dem cauſa habere non poteſt,l.ſi quis 31.§.fin.ff.de procu-
rator.c.non iniuſtè 14.de procur.c.ſi duo 6.eo.tit.in 6.Pro-
inde pluribus procuratoribus in ſolidū ſimul datis,occu-
pantis melior conditio erit,vt poſterior nō ſit in eo, quod
prior petit,procurator.l.pluribus 32 ff.eod.d.c.ſi duo.Ni-
ſi adiectum ſit occupantis non fieri conditionem meliorē,
vel cauſa ſit ſpiritualis. Nam in ea magis idoneus debet
47 præferri,d.cap.ſi duo.† Sed & Iulianus ait,eum qui dedit
diuerſis temporibus procuratores duos, poſteriorem dan
do,priorem prohibuiſſe videri , d.l.31. §.fin.d.c.non iniu-
50 ſtè,§.quod fieri.† Vnius tamen litis plurium perſonarum
plures dari procuratores non eſt prohibitum,dict.leg.31.
§.vnius,ff.de procurat.

51 † Sanè ſi plures hæredes ſint,& familiæ erciſcundæ,aut
communi diuidundo agatur , pluribus eundem procura-
torem dare non eſt permittendum, quoniam explicari res
non poteſt citra adiudicationes,& condemnationes,l.licet
42.§.ſi plures,ff.de procurat.Planè permittendū eſt dare,
ſi vni cohæredi plures hæredes exiſtant,dict.l.42.§.planè.
Porrò non omnes actiones per procuratorē inſtitui poſ-
52 ſunt. † Nam in miniſterio eccleſiaſtico ſibi delegato pro-
curatorem quis dare non poteſt, quoniam ſolus habēs or-
dinariam poteſtatem,illum conſtituit,c.vlt.§.un. de offic.
deleg.c.quod ſedem 10.& c.inter cætera 15.de offic.ordin.
53 † Vt liberi qui in poteſtate abſentis dicuntur, dicantur,
interdictum procurator deſiderare non poteſt , niſi cauſa
cognita,ideſt ſi nominatim, & mandatum ſit,& pater va-
letudine,vel alia iuſta cauſa impediatur , l.Pomponius 40.
44 ff.de procurator. † Publica quoque iudicia per procura-
torem exerceri nō poſſe,dictum eſt ſupra,lib.1.tit.12.ver.
55 per procuratorem. † Is etiam, qui popularem actionem
mouet,procuratorem dare non poteſt,quamuis reus , qui
populari actione conuenitur, ad defendendum procura-
torem dari non prohibeatur, l.qui populari 5.ff.de popu-
larib.action.Sed & qui ita de publico agunt,vt & priuatū
commodum defendant,cauſa cognita,permittuntur pro-
curatorem dare,l.non cogendum 45.§.qui ita.ff.de procu
rator,l.licet 42.in princip.ff eo. vnde dicendum eſt, eum,
qui de via publica agit,& priuato damno ex prohibitione
afficitur, quaſi priuatæ actionis dare poſſe procuratorē .
Multo magis dabit ad ſepulchri actionem is , ad quem ea
56 res peruenit.d.l.licet. † Præterea dari procurator non ſo-
lum coram, ſed etiam abſens poteſt,vel per nuncium , vel
per epiſtolam, dummodo ſi certus ſit , qui datus intelligi-
tur,& is ratum habuerit, l.1.§.1. & §.fin.cum l.ſequ. ff.de
57 procurat.† Item ad litem futuram, & ex die,item ſub cō-
ditione,& vſq; ad diem procurator dari poteſt, & in per-
petuum,l.item 3.cum l.ſequen.ff.de procurator.c.non iu-
ſtè 14. de procurator.Sed & nihil intereſt , vtrū ab initio ,
an cœpta iam lite , negocium ad perſonam procuratoris
trāſitum fecerit,l.nihil 20. C.de procurator . l.qui proprio
58 46.ff.eod. † Quamuis autem in pecuniarijs cauſis tā agen
di,quam reſpōdendi per procuratorem cuique tribuatur
facultas: tamen interdum iudex ob cauſas vehementiores
ipſum dominum litis vocare poteſt , l.vlt. C de procurat.
59 c.1.de iudic.in 6 † Ipſi quoque actori libera poteſtas per-
mittitur,ipſum dominum potius conuenire, quam eum ,
qui in rem ſuam procuratur eſt datus,leg ſi actor 19.ff.de
60 procurat. † Quod autem dicitur mandatum morte man-
dantis diſſolui,in procuratore lite conteſtata, & ſic domi-
no litis effecto verum non eſt,lege nulla dubitatio 13 C.de
procurator . Nā & mortuo litis domino,procurator poſt
litem conteſtatam vtiliter negocium peragit.Niſi mandās
61 prælatus,& rector eccleſiæ fuerit.Clement.vlt.eod.† Pla-
nè procurator actoris eum in cauſa reconuentionis defen
dere tenetur,quod ſi non fecerit , denegatur ei actio, niſi
fortè aduerſarium in poſſeſſionem venire, vel ſeruū nomi-
ne noxali iudicio recōuentus, ſeruum ex noxali cauſa du-
ci patiatur : dummodo in his caſibus aduerſario de rato
caueat,l.mutus 43.§.pœna,ff.de procurator.l.eum,qui 3.l.
actionem 5.C.de procurator. l.1. §.ſin autem , C.de ſatiſ-
dan. l.ſed & eæ 35. §.fin. cum l.ſequent. ff.de procurator.
62 † Cum autem ſupra dixerimus mandatū in perſona pro-
curatoris requiri : ſciendum eſt , procuratorem mandati
ſtius fines excedentem,exceptione repelli:niſi fortè actio
mandata ſine alia expetiri non poſſit : tunc enim quam-
uis alterius actionis in mandato mentio nulla facta ſit, ni-
hilominus procurator eam vtiliter intendit, l.2.ff.de iuriſ-
dictio. Hinc eſt, quod ad rem mobilem petendam procu-
rator datus ad exhibendum rectè aget , l.ad rem 56. ff.de
procurator. Sed & ad legatum petendum procurator da-
tus, ſi interdicto vtatur aduerſus hæredem de tabulis ex-
hibendis: procuratoria exceptio, quaſi non & hoc ei man-
datum eſſet,non obſtat,l.ad legatum 62. ff.eod. Sed & ad
duas res petendas, procurator datus , ſi vnam rem petat ,
exceptione non excluditur, & rem in iudicium deducit, l.
vlt.§.fin. ff.de procurator. Ita quoque, procurator datus,
vt confeſtim agat , & poſtea litem peragere non prohibe-
63 tur,l.qui procuratorem 57. ff.eod. † Planè finitur procu-
ratoris officium poſt prouocationem in cauſa interpoſitā,
64 l.inuitus 17 C.de procurator. † Idem dicendum ſi poſtea
alius procurator ſit datus : Nam hoc caſu prior prohibi-
tus intelligitur,vt ſupra quoque dictum eſt,l.ſi quis 31.§.
fin.ff.eod.c ex inſinuatione 3.& c.in noſtra 4. de procura-
65 tor.c.non iniuſtè 14.eod.† Sed ſi exceptio procuratoria ſit
ab aduerſario remiſſa, ſi ante litem conteſtatā non ſit op-
poſita:denique ſi in eadem cauſa iudex abſente reo, quaſi
nō defenderetur, aduerſus eum erat cogniturus, his enim
caſibus quilibet procurator eſt admittendus dictis exce-
ptionibus non obſtantibus , leg.qui procuratorem 57.§.ſi
quis tenuit,ff.de procurator.l.ita demum 13.C.eod.l.1.§.
milites.ff.eod. l.ſed et vnum quoque 33.§.publice , ff.eod. Sed
exceptio procuratoria remiſſa diſtinctionem recipit in
milite,& in alijs, quos prætor dignitatis ſuæ tuendæ cauſa
apud ſe prohibet poſtulare : hoc enim caſu etiam remiſſa
ab aduerſario exceptione procurator repellitur, leg.quos
66 prohibet 7.ff.de poſtulando. † Et litis conteſtatio non fa-
cit , vt illi procuratoris exceptio obijci non poſſit : hæc
enim exceptio quandocunque opponi poteſt , l.licet 24.
C.de procurator.Sed de ijs plura proponuntur in ſyntag-
67 ma commun.opin. in his loco 11. tit.6. † & de pœnis con-
tra communem patrocinantium, & aduocantium loco 3.
tit.11.Nam ſecundum Diuum Thom.in 2.2.quæſt.71. ar-
tic.3 patrocinantes cauſam iniuſtam peccant , & tenētur
partibus ad damna, ſequitur Cardin.Bellarm . de arte be-
ne moriendi,lib.2.c.11.ver.addam vnum.

SVMMARIVM.

1 *Mutari an poſſit procurator.*
2 *Subſtitutus procurator an poſſit mutari.*
3 *Mutandi procuratoris cauſa.quæ.*
4 *Procurator,qui non patitur mutari ex hoc ſit ſuſpectus,& mu-
tatur .*
5 *Procurator in rem ſuam non mutatur.*
6 *Retentione vtens procurator non mutatur.*
7 *Mutari in parte non poteſt procurator.*
8 *Aduocato,ſeu procuratore recuſante cauſam iniuſtam , alius
illam accipere non poteſt.*
9 *Mutari vbi poteſt procurator,id competit etiam hæredi.*
10 *Mutandi procuratoris iudex quis.*
11 *Mutari ab actore,& reo poteſt procurator.*
12 *Defenſor cogitur a reo cauſam ſuſcipere.*
13 *Mutato procuratore,id,quod antea geſſit, valet.*

De mutando procuratore. Tit. 11.

1 QVamuis † autem dominus cauſæ ſuæ, etiam dato
procuratore adeſſe non prohibeatur: tamen pro-
curatorem mutare, vel in ſe iudicium transferre, li-
te iam cum procuratore conteſtata non poteſt, niſi cauſa
cognita, l. Paulus 69. l. poſt litem 17. cum l. ſequen. ff. de pro
curator. c. ſi quem 8. c. is, qui 3. & ca. ſi duo 6. §. cæterum de
procurator. in 6. c. ex inſinuatione 3. c. in noſtra 4. de procu
rator. c. quamuis 2. & c. is, qui 3. de procurat. in 6. de hac re
Gabr. lib. 2. de iureiurand. concluſ. 1. nume 9. 10. & 11. Vil-
lalo. P. 332. & Rota in Collectaneis Farinacij deciſ. 443. de-
2 ciſ. 386. par. 1. & deciſ. 172. par. 2. & deciſ. 198. † Quod idē
procedit, ſi procurator datus, alium in locum ſuum ſubſti
tuerit: hoc enim caſu poſtea ſubſtitutionem reuocare, &
cauſam reaſſumere non poteſt d. c. is, qui 3. & dictu cap. ſi
3 duo 6. §. cæterum de procurator. in 6 † In cauſæ autem co
gnitione non ſolum hæc verſantur, quæ infra dicentur in
procuratore non compellendo ſuſcipere iudicium, verum
& ætas, & religionis beneficium, l. poſt litem 17. §. fin & in
princ. ff. de procurat. l. rem non nouam 12. §. hoc ſubſecu-
to, C. de iudic. Item ſi ſuſpectus ſit procurator, aut in vin-
culis, aut hoſtium, prædonumque poteſtate, vel iudicio
publico, priuatove, vel valetudine, vel maiore ſua re di-
ſtringatur, vel exilio, vel ſi latitet, vel ſi inimicus poſtea
fiat, aut affinitate aliqua aduerſario iungatur, vel hæres ei
exiſtat, aut longa peregrinatio, & aliæ ſimiles cauſæ impe-
dimento ei ſint. Ex huiuſmodi enim cauſis, vel domino,
vel ipſo procuratore poſtulante, alterutro inuito, procura-
tor mutari, & lis transferri poteſt, vt in allegatis iuribus, &
l. 22. C. de procuratorib. l. poſt litem 17. l. mutari 24. ff. eod.
& l quæ, omnia 25. ff. eod. Si tamen aduerſarius, vel ipſe
procurator dicat, dominum mentiri apud iudicem, hoc fi-
4 niri oportet d. l. 25. §. 1. † Procurator tamen, qui ſibi aſſerit
procurationem, eamque à ſe transferri nolet, ob hoc ip-
ſum ſuſpectus eſt, & mutari poteſt, quod operam ſuam
ingerat inuito. niſi purgare magis conuicium, quam pro-
curationem exequi maluerit. Et hactenus erit audiendus,
ſi dicat ſe procuratione quidem carere velle: ſed ita, ſi id
illæſa exiſtimatione ſua fiat. Cæterum ferendus eſt procura-
5 torem ſuum purgans, d. l 25 §. nec ferendus. † Planè ſi dicat
in rem ſuam ſe procuratorem datum, & hoc probauerit,
non debet carere propria lite. nec ideo poterit mutari d. l.
25. §. fin. l. procuratore 55. ff. eod. Rota in Collectaneis Fa-
6 rinacij deciſ. 120. num. 2. & deciſ 443. num. 4. par. 1. † Item
ſi retentione aliqua vti velit, non facilè ab eo lis erit trans-
ferenda, niſi dominus ſoluere paratus ſit d. l. 25. §. fin. cum
7 l ſequen. & infra num. 12. in fine. † Sed & ſi dominus quæ-
dam transferre velit, quædam relinquere: iuſtè procura-
tor hanc inconſtantiam recuſabit, niſi fortè ſine mandato
8 procurator egerit, l in cauſæ 27. ff. de procurator. † Præte-
rea ſi procurator, vel Aduocatus cauſam tanquam iniuſtā
pendente lite recuſauerit, non licet domino ad alterius pa-
trocinium conuolare. ne melioribus contemptis improba
aduocatio ſubrogetur, l. rem non nouam 12. §. hoc ſubſecu
9 to, C. de iudic. † Non ſolum autem ipſi, qui dedit procu-
ratorem, mutandi eius ex cauſis ſupradictis poteſtas eſt,
ſed etiam hæredi eius, cæteriſque ſucceſſoribus, l. poſt li-
10 tem 17. §. non ſolum. ff. de procurator. † Et hæc cognitio
procuratoris mutandi. Prætoris eſt, l. in cauſæ 27. §. hac au-
11 tem, ff. eod. l. quæ omnia 25. §. 1. ff. eodem. † Quę autem de
procuratore mutando dicta ſunt, tam ex parte rei, quam
ex parte actoris locum habent, excepto eo, quod ante litē
conteſtatam actor etiam ſine cauſæ cognitione procura-
torem mutare poteſt, l. ante 16. ff de procurator. l. ſi pater
12 3. C. mand. † Reus autem cuius nomine defenſor extitit, ſi
ante litem conteſtatam in præſentia fuerit, & poſtulet ſuo
nomine litem ſuſcipere, cauſa cognita, audiendus eſt, l. is,
13 cui 4. ff. de procurator. † Poſtea verò mutato procuratore,
nihilominus id, quod per eum antea geſtum eſt, ratum
manet, & iudicatum ſolui ſtipulatio committitur, l. ſi pro-
curatorem 65. ff eod.

SVMMARIVM.

1 *Officia, & poteſtas procuratoris, quæ.*
2 *Bonam fidem præſtare debet procurator.*
3 *Agens ſine mandato cauet de rato, & de ſoluendo iudicatum.*
4 *Procurator ad adminiſtrandum, non alienat, limitatur.*
5 *Procurator cum libera nouat, & permutat ſine dolo malo ſol-
uit, & exigit.*
6 *Procurator à procuratore eiuſdem non exigit ſine ſpeciali man
dato.*
7 *Dominus, quod in rem eius verſum eſt, reſtituit.*
8 *Procurator generalis non tranſigit.*
9 *Nec iuramentum defert.*
10 *Procurator poſt litem conteſtatam ſubſtituit.*
11 *Procurator tenetur reddere rationem.*
12 *Procurator tenetur reum defendere, limitatur.*

Inimicitia.	
Dignitas.	
Abſentia.	*Superueniens liberat procuratorem ab onere defendendi.*
13 *Valetudo.*	
Peregrinatio.	
Hereditas.	
Affinitas.	

14 *Præſentem dominum procurator defendere non cogitur, limi-
tatur, & diſtinguitur.*
15 *Præſens quis dicatur.*
16 *Quibus caſibus procurator cogendus.*
17 *Procurator actoris cogitur defendere in reconuentione, alias
non agit.*
18 *Defendere quid ſit.*
19 *Procurator in rem ſuam reconuentionis iudicium non patitur,
limitatur.*
20 *Pater de dote agens, & ſi in rem ſuam, filiam defendere tene-
tur.*
21 *Actor vniuerſitatis eam defendere tenetur.*
22 *Agens, vt vnus de populo in actione populari non cogitur, de-
fendere.*
23 *Procurator defendere tenetur non in alio loco.*
24 *Perſona, quæ à procuratore defendenda.*
25 *Procurator recuſans agere, non cogitur defendere, limitatur.*
26 *Procurator abſentis reſpondet, an ſit hæres.*
27 *Defendens eum, cuius nomine non agit, in vnam tantum rem
defendere poteſt.*
28 *Defendere non dicitur, qui actorem fruſtrat, ne cauſa finia-
tur.*
29 *Procurator acquirit domino.*
30 *Procurator retinet pro domino.*
31 *Procurator tam actionem, quam exceptionem domino acqui-
rit.*
32 *Domini ignorantis conditio non fit deterior.*
33 *Fines mandati non excedit procurator.*
34 *Abſolutus per collusionem procuratoris quid iuris.*
35 *Procurator, qui inſtrumenta aduerſario prodidit, punitur.*
36 *Procurator tenetur mandati actione de lite ſuſcepta exequen-
da, limitatur.*
37 *Procurator tenetur actione depoſiti ad omnia, quæ accepit à do-
mino, vel eius nomine.*
38 *Subſtitutus tenetur ſubſtituenti rationem reddere.*
39 *Procurator tenetur a[illegible] domino.*
40 *Dominus tenetur procuratori.*
41 *Pœnam pro ſuo delicto procurator non recuperat.*
42 *Procurator factus hæres domini non recipit, limitatur.*
43 *Procuratori ſine mandato agenti, vel defendenti negotiorum
geſtorum actio competit, non mandati contra dominum.*
44 *Procuratori competit actio etiam pro ſalario.*
45 *Procurator pro ſalario retinet ſcripturas, declaratur.*

De poteſtate, & officiis procuratorum. Tit. 12.

1 NVnc † poteſtas, & officia procuratorum ſunt enu-
meranda. In primis autem exequi mandatum de-
bet procurator, & cauſam ſuſceptam agere, l. filius
famil. 8. §. procuratorem. ff. de procurat. Clement. 1. eodē
tit. Niſi mandatum non ſuſceperit, vel in cauſa ſit prouo-
catum, l. inuitus 17. C. de procurat. aliæ exceptiones ex iis,
quæ hactenus de conſtituendo, & mutando procuratore,
2 dicta ſunt, patent, & patebunt inferius. † Nihil autem am-
plius, quam bonam fidem præſtare eum oportet, qui pro-
3 curat, l. ſi remque 10. ff. mandati. † Qui ſine mandato alie-
nam cauſam agit, vel defendit de rato cauere, & iudica-
tum

Digitized by Google

rom ſolui tenetur ſatiſdate,§.ipſe autem inſtit.de ſatiſdat.
§.ſin autem inſtit.eod. de qua re infra ſuo loco latius dice-
4 tur. † Procurator autem cui res adminiſtrandæ commiſſæ
ſunt, eas ſine ſpeciali domini mãdato alienare non poteſt,
niſi fructus, aut alias res perituras, l. procurator 63. ff. de
5 procurator.l.procuratorem 16.C. eod. † Sed & ſi cui gene-
raliter libera adminiſtratio rerum commiſſa eſt, is poteſt
nouare,aliud pro alio permutare,dummodo dolus malus
abſit,l.procurator 63.ff.de procurator.l.procuratorem 16.
C.eod.c.qui ad agendum 4.§. procurator quoque de pro-
curator. in 6. Sed & id quoque ei mandatum videtur, vt
ſoluat creditoribus, & vt exigat à debitoribus, l.procura-
6 tor 58.cum l.ſequen.ff.de procurator. † Ab eo tamen, qui
eiuſdem domini procurator eſt, exigere ſine ſpeciali man
dato non poteſt,l.qui duos procuratores 47.l. qui proprio
7 47.§.fin.l.itaque 48.ff. de procurator. † Et ſi dominus pre-
tium, quod in rem eius verſum eſt, non reſtituat, præſes,
8 cauſa cognita,reſtitui iubebit,l.ſi pretium 19.C.eod.†Man
dato autem generali non continetur tranſigendi facultas,
l.mandatum 60.ff.de procurator.d.c.4.§.procurator quo-
9 que de procurat. in 6.† Nec facultas deferendi iuramen-
10 tum d. §. procurator quoque.† Mandare poſt litem con-
teſtatam alij cauſam agendam procurator poteſt, vt in
11 tit. præcedenti fuit probatum. † Reddere quoque ratio-
nem procurator tenetur,vt in cæteris negotijs gerendis,ita
& in litibus bona fide.Itaque quod ex lite conſecutus erit,
ſiue principaliter ipſius rei nomine, ſiue extrinſecus ob eã
rem: debet mandati iudicio reſtituere vſque ad eo, vt ſi
per errorem,aut per iniuriam iudicis non debitum conſe-
12 cutus fuerit,id quoque reddere debeat. † Porrò procura-
tor ad litem ſuſcipiendam datus iudicium ſuſcipere, &
reum defendere tenetur,l. filiusfamil.8. § procuratorem,
ff.de procurator.Clement.1.de procurator.l.ſeruum quo-
que 33.§.ait Prætor,ff.eod. Niſi fortè reus pro eo iudica-
tum ſolui non ſatiſdederit dicto §.procuratorem.Sed & ſi
iudicatum ſolui reus ſatiſdederit, pro ignorante tamen,
vel inuito procuratore, reuſque ante litem conteſtatam
mortuus ſit cogi procuratorem ad ſuſcipiẽdum iudicium
ſatis inciuile eſt, l. ſi defunctus 15.ff. de procurator.& d.§.
13 procuratorem. † Idem dicendum, ſi inimicitiæ capitales
interuenerint inter ipſum procuratorem, & dominum d.
l.8.§.fin.cum legibus ſequent.& l.ſi poſt 14.l.mutus 43.§.
fin.ff.de procurator. Idem eſt & ſi dignitas acceſſerit pro-
curatori,vel Reipublicæ cauſa abfuturus ſit, aut ſi valetu-
dinem,vel neceſſariam,peregrinationem alleget,vel hære-
ditas ſuperueniens eum occupet d.l.8.& ſequentibus, & l.
43.& 44.ff.de procurator. Idem erit ſi affinitas inter Do-
minum, & procuratorem dirempta ſit, vel bona abſentis
poſſideri cęperint, vel alia iuſta cauſa interuenerit d.l. 43.
14 §.fin. cum ll.ſequen. † Sed & ſi dominus præſens ſit ad ſu
ſcipiendum iudicium procurator cogi non debet, l.vel hæ
15 reditas 10.cum l. ſeq. ff. de procurator. † Præſens autem
habetur,& qui in hortis eſt,& qui in foro, & qui in Vrbe,
& qui in continentibus ædificijs,l.præſens 5. cum duabus
ſequen.ff.eod. Planè ſi dominus præſens non ſit,interdum
etiam cauſis ſupra enumeratis non obſtantibus procura-
tor ad defendendum reum, & iudicium ſuſcipiendum co-
gi poteſt, puta ſi actor affirmauerit tractu temporis futu-
rum,vt res pereat,vel actio præſcribatur, l.ſed etiam 12.ff.
eod. Item ſi procurator iudicatum ſolui defendendique
abſentis gratia ſatiſdederit, vel cum ſatiſdatione paratus
eſſet, ei repromittenti creditum ſit d.l.43 §. & qui non. in
16 fine. † Quibus tamen caſibus non indiſtinctè procurator
ad ſuſcipiendum iudicium compellendus, neque ob rem
non defenſam ex ſtipulatu teneri debet,ſed cauſa cognita,
eſtque ea res arbitrio iudicis temperanda: quemadmodũ
& ſupradicta pro procuratore adducta,neque paſſim ad-
mittenda ſunt, neque diſtinctè deneganda, ſed à Prætore
cauſa cognita temperanda d.§.& qui cum ſequen.l. ſed &
17 hæc 13.de procurator. † Non ſolum autem procurator rei
ad defendendum rem tenetur, ſed & procurator actoris
in reconuentione dominum abſentem defendere debet,
quamuis ad eam rem ſpeciale mandatum non habeat.
Æquum enim viſum eſt, qui alicuius nomine,vt procura-
tor experitur,eundem etiam defenſionem ſuſcipere, l.ſer-
uum quoque 33.§.ait Prætor, ff. de procurat.l. ſed & hæc
35 §. defendere,ff.eod.c. qui generaliter 5. de procurator.
in 6.Alioquin ei abſentis nomine actio denegabitur,vt ſu-
18 pra eſt probatum. † Defendere autem eſt id facere, quod
dominus in litem faceret,& cauere idoneè,nec debebit du
rior conditio procuratoris fieri,quam eſt domini, præter-
quam in ſatiſdando d.l.ſed & ex 35.§.defendere, ff.eodẽ.
19 † Planè procurator in rem ſuam datus, actorem abſentẽ
in cauſa reconuentionis defendere non tenetur, l. ſi quis
34.ff. de procurator. Niſi fortè in fraudem rei, vel ex cauſa
lucratiua,non neceſſaria in rem ſuam procurator ſit factus
d.l.34. & l.ſeruum quoque 33.§.fin.ff.eod.exemplo,l. pa-
20 ter 70. ff. eod. † Sed & pater,qui de dote agit, quamuis in
rem ſuam procurator ſit,filiam tamen defendere tenetur,
l.non ſolum 39.§.ſi de dote,vbi gloſſ. in verb. ſi de dote, ff.
eod.l.& ideo 3.§.final.ff. rerum amotar.& ſupra tit.10.nu.
12.tamen pater agere non poteſt, niſi ipſa filia conſentien-
te,vel non contradicente gloſſ.in d §.ſi de dote ſupra cita-
ta,& probatur ſupra d.tit.10.nume.17.in fine, dum firma-
mus filiæ actionem de dote competere, & ideo habere bo-
na promittentis obligata, & ſi pater ipſe illam promiſerit,
vt latius demonſtratur infra lib. 3.tit.98.nume.46.& ſeqq.
vſque in finem, & probat Rota in Lauretana pecuniaria
ibi citata,& eſt tex.in l.denique 6 & ſeq.ff.de ritu nuptiar.
21 † Actor quoque vniuerſitatis ſi agat compellitur defen-
dere,l.item eorum 6.§.actor,ff.quod cuiuſque vniuerſ.no
22 mi. † In popularibus tamen actionibus, vbi quis quaſi v-
nus ex populo agit, defenſionem vt procurator præſtare
cogendus non eſt, l. mutus 43.§. in popularibus, ff de pro-
23 curator. † Non ſolum autem ſi actio poſtuletur à procu-
ratore,ſed etiam ſi præiudicium, vel interdictum, vel ſi ſti
pulatione legatorum, vel damni infecti velit caueri, debe-
bit abſentem defendere in competenti tribunali,& eadem
Prouincia d.l.35.§. non ſolum. Cæterum cogi eum à Pro-
uincia in aliam Prouinciam abire,& defendere, durum eſt
24 d.l.35.§.cæterum. † Sed & ex perſonæ procuratorum de-
bebunt defendere, quibus ſine mandato agere licet, vt puta
liberi,licet ſint in poteſtate: item parentes,fratres, affines,
25 & liberti d.l.35.in princ. † Planè ad defendendum acto-
rem procurator non compellitur, ſi & actionem cauſa co-
gnita, recuſauerit, vel ex iuſta cauſa remotus fuerit dict.l.
35.§.prætor ſatiſdationem. Quamuis autem procurator a-
ctoris, qui eius defendendi cauſa iudicatum ſolui ſatiſde-
dit, ob rem non defenſam ſtipulationem committi malit:
tamen nihilominus ad ſuſcipiendum iudicium tenetur d.
§.præter, l.inuitus 27. C.eod.& l.non cogendum 45.§.Sabi
nus ait, ff. de procurator. Planè exceptionibus, hactenus
propoſitis, quibus procuratorem ad defendendum in re-
conuentione actorem non teneri diximus, non obſtan. ni-
hilominus eum defendere tenetur, ſi ſpecialiter defenſio-
nis quoque mandatum ſuſceperit, per allegata ſupertus
ſub ver.Porrò procurator. Idem dicendum,ſi ad commu-
ni diuidundo iudicium agendum datus proponatur: tunc
enim & ad defendendum videbitur datus, l. ſi defunctus
15.§.fin.ff. de procurator. Omnium autem actionum no-
mine debet defendere etiam earum, quæ in hæredem non
dantur, l.omnium 37.ff.eod. Quinimo non ſolum in actio-
nibus, & interdictis, & poſtulationibus debet dominum
defendere,verum in interrogationibus quoque, vt in iure
interrogatus,ex omnibus cauſis reſpondeat,ex quibus do-
26 minus. † An ergo hæres ſit abſens reſpondere debebit, &
ſi reſponderit, vel tacuerit, tenebitur, l.non ſolum 39.ff. de
procurat.l.ſi ſine 9.§. Celſus, ff. de interrog. in iure facien.
27 † Ei autem,qui defendit, cuius nomine ipſe non agit, libe-
rum eſt, vel in vnam rem defendere, l.qui proprio 46.§.1.
ff.de procurator. Planè, qui iudicium abſentis nomine ſu-
ſcepit, actore poſtea in integrum reſtituto, reſtitutorium
quoque iudicium ſuſcipere eſt cogendus, dict.l.46.§. item
28 quæritur. † Non autem poteſt videri boni viri arbitratu li
tem defendere is, qui actorem fruſtando efficit ne ad exi-
tum controuerſia deducatur, l.omnis 77.cum l.ſequent. ff.
eod.l.ſeruum quoque 33.§.ait Prætor, ff.eod. Qui autem
præter procuratorem teneantur reum defendere, nec non
quid iuris ſit, ſi reus abſens non defendatur, dicetur infra
vbi de contumacia rei,& edicto peremptorio agetur. Ha-
ctenus ergo de officijs procuratorum, quorum tamen plu-
ra vide ſupra titul.9.inter officia Aduocatorum,& infra in
29 mandati actione, titu.hoc. † Per procuratorem autem do-
mino acquiritur, l.1.C.per quas perſonas nobis acquiritur.
30 † Sed & per procuratorem retinemus, veluti ſi debitorẽ
conueniat intra legitimum tempus, atque ita præſcriptio-
nem,

Digitized by Google

nem, vel vſucapionem interrumpat, vel ſi prohibeat no-
uum opus fieri, vt interdictum nobis vtile ſit. Quod vi, aut
clam. Nam & hic priſtinum ius nobis conſeruat, l. per pro-
31 curatorem 72. ff. de procurator. † Non ſolum autem ex
eo, quod procurator geſſit, domino tam actio, quam exce
ptio acquiritur, ſed etiam contra dominum actio ſimul,
& exceptio naſcitur, l. quacunque 50. ff. eod. ca. non iniu-
ſtè 14. §. fin. de procurat. Vnde ſi is, qui Stichum, aut Da-
mam, vtrum eorum ipſe vellet, ſtipulatus eſt. ratum ha-
beat, quod alterum procuratorio nomine Titius petit,
fiat, vt is in iudicium deducta videatur, & ſtipulationẽ
32 conſumat, l. ſi is. 66. ff. eod. † Planè ignorantis domini con
ditio deterior per procuratorem fieri non debet, l. ignoran
33 tis 49. ff. eod. † Et ſi procurator ad vnam ſpeciem conſti-
tutus officium mandati egreſſus eſt: id, quod geſſit, nullũ
domino facere præiudicium potuit. Quod ſi plenam pote
ſtatem agendi habuit, res iudicatas reſcindi non oportet,
cum ſi quid fraude, vel dolo egit, ipſe procurator à domi-
no eo nomine poſſit conueniri, l. ſi procurator 10. C. de pro
34 curator. † Planè ſi per colluſionem procuratoris abſolu
tus ſit aduerſarius, mandati quidem actione procurator
domino tenetur: ſed ſi ſoluendo non ſit, tunc de dolo a-
ctio aduerſus eum, qui per colluſionem abſolutus eſt, de-
35 neganda non eſt, l. ſi procuratorem 8. §. 1. ff. mandati. † Sed
& procurator, qui litis inſtrumentum aduerſario prodi-
dit ſi quidem humilior ſit, in metallum damnatur: ſi verò
honeſtior adempta bonorum parte dimidia, in perpetuũ
36 relegatur, l. ſi quis 38. §. ſi quis inſtrumen. ff. de pœn. † Præ-
terea procurator de lite, quam ſuſcepit exequendi manda
ti actione tenetur d. l. ſi procuratorem 8. §. 1. ff. mandat. ibi,
ſed & de lite. Niſi ſententia lata ſit, & ab ea prouocatum,
tunc enim appellationem inuitus perſequi non cogitur, ca.
non iuſtè 14. §. fin. de procurator. l. 17. ver. nec eandem, C.
eod. Sed ſi non appellauit, vel ſaltem dominum non cer-
tiorauit tenetur, dict. §. final. verſ. potuit enim procurator.
37 † Idem dicendum, ſi inſtrumenta cauſæ domino non red-
dat, nec enim probabilis eſt ſententia exiſtimantium, ex
hac cauſa agi poſſe depoſiti, vniuſcuiuſque enim contra-
ctus, & initium ſpectandum eſt, & cauſa, d. l. 8. in princip.
38 † Iterò ſi procurator alij negotium gerendum mandaue
rit: hic poſterior procuratori, & procurator domino man
39 dati iudicio tenetur, d. l. 8. § ſi quis mandatum. † Quam-
quam autem inter dominum, & procuratorem regulari-
ter mandati actio competat: interdum tamen alio reme-
dio agendum, puta ſi quis in rem ſuam procurator ſit da-
tus, tunc enim ex vendito, vel alia ſimilis competit actio, l.
licet 42. §. ea obligatio, ff. de procurator. l. qui proprio 46.
§. item contra, ff. eod. Sed & de dolo competit actio, l. 10.
40 in fine, C. eod. l. 8. §. 1. ff. mandat. † Quemadmodum autẽ
procurator domino ex cauſis iam enumeratis, & alijs plu-
ribus mandati actione tenetur, ita contra quoque domi-
nus procuratori tenetur actione mandati contraria, ſi for-
tè procurator impenſas in litem fecit, vel ſoluit, vel ſe pro
domino obligauit, l. qui proprio 46. §. item contra § litis
impendia, ff. de procurat. Nam litis impendia bona fide fa
cta, vel ab actoris procuratore, vel rei, (& ſi negotio fidem
adhibere procurator non potuit) iudicio mandati reſti-
tui, neceſſe eſt, l. qui mutuam, §. fin. ff. mand. d. §. litis impen
41 dia, ca. cum pro cauſa 6. de procurator. † Pœnam tamen,
quam ex ſuo delicto præſtitit, recuperare non debet d. l.
42 46. §. pœnam. † Idem dicendum eſt ſi procurator hæres
domino extitit. Nam hoc caſu nemo eſt, à quo repetere poſ
ſit, niſi fortè pro parte tantum hæres extiterit, hoc enim ca
ſu pro ea parte, qua hæres non eſt, à cohæredibus repetet,
43 l. ſi quis 31. ff. de procurator. † Porrò procurator, qui ſine
mandato, vel egit, vel defendit mandati actione ob impen-
ſas agere non poteſt, ſed negotiorum geſtorum actio illi
competit, d. l. ſi quis 31 §. ſi non ſit mandatum. Sed & acto-
ris procurator non in rem ſuam datus, propter impenſas,
quam in litem fecit, poteſt deſiderare, vt ſibi ex iudicatio-
ne ſatisfiat, ſi dominus litis ſoluendo non ſit, l. actoris 30. ff.
44 de procurator. † Non ſolum autem impenſarum nomi-
ne, ſed etiam ob ſalarium procuratori actio competit ad-
uerſus dominum, vt ſupra ſub titu. 9. propè finem dictum
45 eſt, † & hac ratione poteſt retinere inſtrumenta, & ſcrip-
turas, & omnia, quæ habet ad dominum pertinentia, do-
nec ſibi ſatisfiat Doctor. in l. ſi non ſortem 26. §. ſi centum,
ff. de cond. indeb. & ſupra tit. 11. num. 6. Quod pro expen-
ſis in lite factis veriſſimum credimus ex l. quæ omnia, §. pla
nè, vbi glo. Bart. num. 2. Angel. num. 5. Caſtren. num. 4. ff. de
procurator. Gail. obſeru. 12. numer. 5. lib. 2. Pro ſalario non
vtrique Fulgoſ. d. §. ſi centum, num. 6. Iaſ. num. 10. Boet. de-
ciſ. 15. Capyc. deciſ. 11. Rota in collectaneis Farinacij deciſ.
691. per tot. pat. 1.

SVMMARIVM.

1. *Actoris officium, quod.*
2. *Aduocatorum, & procuratorum actorum ſuccumbentiũ pœna.*
3. *Reo, edita actione, dilatio datur ad deliberandum.*
4. *Actori non licet, quod non licet reo.*
5. *Rei ſunt fauorabiliores, quam actores.*
6. *Dubia in re potius reo fauendum, limitatur.*
7. *Reus in exceptione actor eſt.*
8. *Actor, & reus prohibentur ingredi domum iudicis.*
9. *Corrumpens iudicem, cauſam perdit, & aliter punitur, & excommunicatur.*
10. *Actor, & reus quis ſit, vbi dubitatur.*
11. *Sorte aliquando deciditur, quis actor, vel reus ſit.*

De actore, & reo, nec non de re litigioſa. Tit. 13.

1 IN primis, † itaque illud actor obſeruare debet, vt nõ
prius ad agendum procedat, quam rem diligenter ex-
plorauerit, certus enim eſſe debet, antequam iudicio
experiatur, cum ſit in poteſtate eius, quando velit experi-
ri, quod in reo ſecus eſt, l. qui in alterius 42. in fine, ff. de reg.
2 iur. † Hinc ideo Aduocati, & procuratores actorum ſuc-
cumbentium, vel ignorantia, vel calumnia, vel auaritia
meritò notati tenentur in foro conſciẽtiæ, & actori, & reo
ad damna, c. 2. de offic. ordin. l. Prætor. l. 2. §. ſecum ſeruũ,
ff. vi bonorum raptor. l. qui occidit, §. in hac, ff. ad l. Aquil.
c. fin. de homicid. in 6. & in Syntagm. iuris loco 3. tit. 11. D.
Thom. 2. 2. q. 7. art. 3. & D. Auguſtin. lib. Epiſtol. epiſtol. 54.
inquit, quamquam Aduocatus vendat iuſtum patrociniũ,
& iuriſperitus verum conſilium: Veruntamen iuſtius ei
dicitur. Redde quod accepiſti, quando contra veritatem
ſtetiſti, iniquitati aſtitiſti, iudicem fefelliſti, iuſtam cauſam
oppreſſiſti, de falſitate viciſti, & teſte D. Gregorio in Eze-
chielem homil. 7. propè finem, iuſtus aduocatus iniuſtas
cauſas nullo modo ſuſcipit, nec verba durè pro iniuſtitia
3 defendit. † Itaque reo edita actione dilatio datur, qui co-
gnita actione, qua conuenitur, deliberare ſecum poſſit, v-
trum cedere, an contendere vltra debeat, & ſi contenden-
dum putet, veniat inſtructus ad agendum, l. 1. in prin. ff. de
4 eden. de qua re plura dicentur infra ſuo loco. † Non autẽ
debet actori licere, quod reo non permittitur, l. non debet
5 41. ff. de reg. iur. c. nõ licet, de reg. iur. in 6 † Fauorabiliores
enim rei, quam actores habentur, l. fauorabiliores 167. ff.
eod. l. in pari 170. l. cum pari 96. l. in eo 33. ff. eod. l. inter pa-
res 38. ff. de re iudic. l. militis 36. §. veteranis in fi. ff. de mili-
tar. teſta. l. 1. §. fin. cum l. ſeq. ff. de in ius vocando, l. viro 39.
ff. ſolut. matrimon. l. ſi ſeruum 91. §. ſequitur, ver. nam cum
6 quæritur, ff. de verbor. oblig. † Hac ideo ratione etiam in
re dubia potius reo, quam actori fauendum eſt, cap. cum
ſint 11. & c. in pari 65. de reg. iur. in 6. ca. ex literis 3. §. quod
ſi de probat. c. inter dilectos 6. §. fin. de fid. inſtrumen. Niſi
cauſa ſit liberalis d. §. quod ſi, ver. præterquam in liberali
7 cauſa. † Quamquam reus quoque in exceptione ſua actor
eſt, quia eam probare tenetur, perinde ac ſuam actionem
actor, l. 1. ff. de exceptio. l. in exceptionibus 19. ff. de proba-
8 tio. † Tam autem actor, quam reus domum iudicis ingre
9 di prohibentur, l. 1. §. fin. ff. ad leg. Iul. de ambitu. † Et vter
ex ijs, data pecunia iudicem corruperit, corrumpendum-
ve aliter curauerit, litis damno punitur, vel falſi pœna coer
cetur, l. 1. C. de pœna iudic. qui malè iudic. l. 1. §. ſed & con-
ſtituto, ff. de calumniator. Nouella 124. §. ſi quis litigan-
tium, l. 1. §. ſed & ſi quis, & l. qui duobus 21. ff. ad legem
Cornel. de falſis Clar. §. final. quæſtione 73. ver. iudex. Et
de iure canonico excommunicatur extrauagant. comm. 1.
10 de ſent. excommunic. † Planè in quibuſdam iudicijs qua-
ri ſolet, vter actor ſit, & vter reus: quo caſu hę regulæ præ-
ſcriptæ ſunt, vt in præiudicialibus quidem actionibus a-
ctoris partes ſuſtineat is, qui habet intẽtionẽ ſecundũ id,
quod

Digitized by Google

quod intendat,l.generaliter 13.ff.de excep.in cauſis appel
lationum qui appellat,prior agere dicitur l. qui appellat.
29.ff.de iudic.in mixtis iudicijs, puta familiæ erciſcundæ,
communi diuidundo, & finium regundorum, placuit eũ
11 videri actorem,qui ad iudicium prouocaſſet. † Sed cum
ambo ad iudicium prouocant, ſorte res diſcerni ſolet l.in
tribus 13.cum l.ſeq.ff.de iudic.Hactenus de actore,& reo,
quorum tamen plura officia videbimus in ſingulis actio-
nibus,exceptionibus,& probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Res litigioſa alienari prohibetur ſub pœna.*
2 *Litigioſam rem ignorans emens,quid iuris.*
3 *Res litigioſa quæ dicatur,vt ſit locus pœnæ.*
4 *Renunciatio,vt res non vendatur,litigioſam rem non facit.*
5 *Creditor pignus vendens non facit rem litigioſam.*
6 *Ante litem conteſtatam alienatio ſubſiſtit.*
7 *Lis dicitur cum procuratore,tutore,vel curatore,ut res litigio-ſa dicatur.*
8 *Litigioſi in vitium non cadit dotum in dotem, in donationem ante nuptias,per tranſactionem,diuiſionem,legatum, vel fideicommiſſum,*
9 *Alienatio neceſſaria non cauſat vitium rei litigioſæ.*
10 *Alienans ex cauſa antiquiori, vel conditionis implendæ non incidit in vitium litigioſi.*
11 *Legatarius defendit litem rei ſibi legatæ.*
12 *Res litigioſa nec in ſacrum licet dedicare.*
13 *Ignorantia cuius excuſet a vitio litigioſi.*
14 *Actor,& Reus rem litigioſam prohibentur alienare*
15 *Sed ſi de perſonali tantum, ſeu de poſſeſſione lis ſit, quid Iuris.*

De re litigioſa non alienanda. Tit. 14.

1 RES † autem litigioſa regulatiter quidem alienari
prohibetur,& ſi alienata ſit,emptor quidem rem
redhibere,& precio carere compellitur,non vt lu
cro cedat venditori, ſed vt eam alia tanta quantitas ab eo
fiſci iuribus inferatur leg.cenſemus 4.C.de litigioſ.ca.Ec-
cleſia 3.vt lite penden.cap.vlt.11.quæſt.1. Turzan.opi.52.
ibi,& facier,& in ſyntagm.iuris loco 11.titu.2.plura ad rẽ
2 referuntur.† Si autem ignorans rem litigioſam emerit,vel
per aliam ſpeciem contractus eam acceperit, tunc irrita
rei alienatione facta precium cum alia tertia parte recipit
3 d.l.cenſemus §.ſin autem.† Res verò litigioſa hoc loco di-
citur,ſiue mobilis, ſiue immobilis,de cuius dominio inter
actorem,& reum mouetur quæſtio,ſiue citatione ad ma-
giſtratum facta,ſiue precibus imperatori oblatis,& iudici
inſinuatis,& per ipſum aduerſario eius,qui principẽ adijt
4 cognitis Nouella 112.§.1.† Planè litigioſam rem non facit
denunciatio impediendæ venditionis cauſa facta d.§.1.&
5 l.1.ff.de litigioſ.l.1.C.eod.† Proinde cum creditor pignus
vendit,non poteſt videri litigioſæ rei emptio contrahi, &
ſi debitor interdicat,ne venditio perficiatur leg.2.C.de di-
ſtract.pign. Idem dicendum, & ſi debitor pignus vendat,
creditore contradicente,Nouell.112.§.ab hac verò. Tur-
za.opin.144.Sed & ſi inter primum,& ſecundum lis conte
ſtata ſit:& ego à tertio emero,qui nullam controuerſiam
patiebatur:mihi ſubueniendum eſt, quia is,qui mihi ven-
didit nullam litem habuit,& quod poteſt fieri,vt duo inui
cem eius litem inter ſe iungant, qui cum ipſo litigare non
6 potuerunt l.2.§.ſi inter ff.de litigioſ.† Ante litem verò cõ-
teſtatam,alienatio ſubſiſtere videtur per allegata,ſed cõ-
trouertitur apud Ficard.in addit.ad Villalo.L.131.vbi di-
7 ſtinguitur.† Si tamen cum procuratore,tutore,curatoreue
alicuius acceptum iudicium ſit, conſequens erit dicere,
quaſi cum ipſo litigetur, ita ad eum regulam pertinere d.
8 l.1.§.final.† excipiuntur inſuper à regula propoſita,ij,qui
vel dotis nomine,vel ante nuptias donationis, vel tranſa-
ctionum,aut diuiſionis rerum hæreditariarum factæ,vel p
legata,vel fideicommiſſi cauſam,tales res,vel actiones de-
derint,vel acceperint d.l.cenſemus 4.§.fi.& l.3.C.de litig.
9 & Nouell.112.§.illud quoque,& § ſed & illud.† Idem di-
cẽdũ de ijs, qui neceſſitate non voluntate alienauerint l.&
10 poſt 12.§.final. cum leg.ſequen.ff.famil.herciſcun.† Idem
dicendum eſt de ijs,qui ex vetuſtiori cauſa alienant l.aſſe-
nationes ff.famil.erci.vel alienant,cauſa conditionis implẽ
11 dæ Alex.conſi.27.num.5.verſi.conſulo lib.1.† Planè ſi per
cauſam legati, vel fideicommiſſi res litigioſa ſit alienata,
hæreſque teſtatoris in iudicio ſuccubuerit,cauſa legati,vel
fideicommiſſi expirat.Vnde licentia datur legatario, vt ſi
velit,ſocium litis ſe addat, ne quam fortè negligentiam po
ſtea,aut proditionem poſſit hæredi obijcere. Nouella 112.
12 d.§.illud quoq;.† Adeo autẽ rei litigioſæ alienatio prohi-
bita eſt,vt ne quidem in ſacrum eam dedicare liceat, alio-
quin dupli pœnam patitur alienans,aduerſario, non fiſco
13 præſtandam l.rem 3.ff.de litigioſ.† excuſat tamen à pœna
alienationis rei litigioſæ ignorãtia accipientis,vt diximus.
Ignorantia autem ſpectatur,non eius, cui acquiritur, ſed
eius,qui comparauit.Vnde ſi ſeruus ſciens emerit rem liti
gioſam, domino ignorante, nihilominus pœna committi-
tur:niſi domini mandato ſeruus emerit:nam hoc caſu ſciẽ
tia ſerui non nocet per domini ignorãtiam excuſata leg.a.
14 ff.de litigioſ. † Non ſolum autem reus, ſed & actor actio-
nem, vel rem in iudicium deductam alienare prohibetur
15 l.2.C.de litigioſ. † Sed ſi de poſſeſſione tantum lis ſit, tra-
dit Villal.L.131.& P.174.vel perſonali tantum agatur tra-
dit Turza.opin.104.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſter quid ſit.*
2 *Sequeſter regulariter non datur.*
3 *Debitor prius conuincendus,& poſtea ſoluere compellendus.*
4 *Sequeſtrum pro re mobili quando detur.*
5 *Sequeſtrum pro fructibus quando detur.*
6 *Dos quando ſequeſtretur.*
7 *Sequeſtrum poſt appellationem ab executore conceditur.*
8 *Sequeſtratio ad quæ concedatur.*
9 *Peculium ſerui ſequeſtratur.*
10 *Sequeſtrum,ne ad arma deueniatur datur.*
11 *Sequeſtrum lata ſententia contra poſſeſſorem, conceditur, & ſi ſit appellatum,limitatur.*
12 *Fructus,& res peritura ſub ſequeſtro venduntur.*
13 *Actio depoſiti lite finita,datur.*
14 *Depoſitum eſt in ſequeſtro propriè.*
15 *Deponunt plures apud ſequeſtrum.*
16 *Depoſitum,& ſequeſtrum differunt.*

De re litigioſa ſequeſtranda. Tit. 15.

1 SEqueſter † autem dicitur,apud quem plures eandem
rem,de qua controuerſia eſt,deponunt, dictus ab eo,
quod occurrenti, aut ſequenti eos, qui contendunt,
2 committitur,l.ſequeſter 109 ff.de verb.ſignific.† Regula-
riter itaq.ad rem litigioſam ſequeſtrandam reus cogi non
poteſt l.1.C.de prohib.ſequeſtr.capi.1.de ſequeſtr. poſſ.c.
quotiens 2.q.7.& ca.Epiſcopus 77.diſtinct. Viui.in verbo
3 ſequeſtrum regulariter.† Oportet enim debitorem primo
conuinci, & tunc ad ſolutionem compelli d.l.1.§.oportet
4 C.de prohib.ſequeſtr.† Si tamen pro re mobili petita ſatis
datum non ſit,& perſona ſuſpecta ſit,ex qua datio deſide
ratur:apud officium deponi debebit, ſi hoc iudici videbi-
tur,donec vel ſatiſdetur,vel lis finem accipiat leg.ſi fideiuſ
ſor 7.§.fin.ff.qui ſatiſd.cogant.l litibus 19.C.de agricol.&
cenſit.lib.11.l.Senatus conſulto 16.§.fin.ff.de offic. præſid.
& poteſt permitti,non citato aduerſario, & ſine ordine iu
5 diciario Viuius vbi ſupra in fine.† Idem dicendum de red
ditibus fundi inter dominum,& colonum in controuerſiã
deducti,deque fructib. fundi litigioſi poſt appellationem
6 reo eos diſſipante,quemadmodum,† & dos pendente ma-
trimonio ſequeſtrari iubetur, vt ex ea mulier cum familia
alatur,ſi maritus eam diſſipare incipiat.leg ſi cum dotem
22.§.ſin autem ff.ſolut.matr.leg.Imperatores 21.§.fina.ff.
de appellat.leg.ab executione 5.C.quor.appell. non recip.
7 cap.dilectus 2.& cap.vlt.de ſequeſtrat.poſſ. † Sed & ſi ab
executione fuerit appellatum(quod interdum fieri poteſt,
ſi modum iudicationis executor excedat)non mobilis,vel
fructus fundi poſſeſſori auferuntur, & committuntur ſe-
queſtro,reddendis ei parti,pro qua ſicer cognitor iudica-
8 uerit d.l.ab executore.5.C.quor.appell.non recip.† Ad hæc
ſequeſtratio conceditur, ſi ob non præſtationem actori
tciti

Digitized by Google

reſtitutionem reus differat, quemadmodum reſponſum
eſt, ſi frater cauere non poſſit, vt curator portionis eius cõ
ſtituatur, apud quem, refecta pecunia collocetur, vt tunc
demum recipiat, quod redactum eſt, cum bona propriã
9 contulerit, l. 1. §. ſi frater, ff. de collat. bonor. † Sed & ſi ſer-
uus ex ſeruitute in libertatem proclamauerit, peculium,
& aliæ res, quæ vindicantur, arbitratu iudicis ſequeſtrari
iubentur, l. 1. §. ſuper peculio in fine, C. de aſſert. tollen.
10 † Poſtremò ſi metus ſit, ne litigatores veniant ad arma
poſſeſſio ſequeſtrari poteſt l. ſi oleum 10. ff. de dolo malo,
l. æquiſſimum 13. ff. de vſufruct. & quemadm. l. in vendi-
tione 8. §. fin. ff. de bonis auth. iudic. poſſid. Niſi intra trien
nium cauſa poſſeſſionis non finiatur, l. litibus 19. vbi Bart.
11 & alij, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. † Tandem notãdum
eſt, quod lata ſententia contra poſſeſſorem, conceditur ſe-
queſtratio, & ſi illius executio fuerit per appellationem
ſuſpenſa, c. vlt. de ſequeſtr. poſſ. 2. q. 6 c. quoties poſt d. l. ab
executore 5. C. quor. appell. non recipi. Niſi fortè triennio
ante litem motam, pacificè à reo res ſit poſſeſſa, d. Clemen.
12 1. de ſequeſtr. poſſ. vbi gloſſ. in verb. ante † Porrò ſi fru-
ctus, vel aliæ res ſequeſtrandæ, perituræ ſunt, vendi iuben
tur, & pretium pro iis ſequeſtrari, l. litibus 19. § ſin autem
13 redditus, C. de agric. & cenſit. † Sequeſtratione autem fa-
cta, & cauſa ſequeſtrationis finita, cum ſequeſtro rectè a-
getur depoſiti actione ſequeſtraria, l. et, apud quem 5. §. in
ſequeſtrum, l. ſi in Aſia 12. §. cum ſequeſtro, ff. depoſiti.
14 † Propriè enim in ſequeſtro eſt depoſitum, quod à pluri-
bus in ſolidum certa conditione cuſtodiendum, redden-
15 dumque traditur, l. propriè 6. ff. depoſiti. † Et licet depo-
nere tam plures, quam vnus poſſunt, attamen apud ſeque
ſtrum non niſi plures deponere poſſunt. Nam tunc id fit,
cum aliqua res in controuerſiam deducitur. Itaque hoc ca
ſu in ſolidum vnuſquiſque videtur depoſuiſſe, quod aliter
cum communem rem plures deponunt, l. licet 17. ff. eodẽ.
16 † & ideo differre notauimus de differentijs induuiduorũ
in verbo ſequeſtrum, & depoſitum. Hactenus igitur tam
de perſonis iudiciorum, quam de rebus litigioſis dictum
ſit, nunc dicendum reſtat de actibus iudiciorum, quorum
alij litis conteſtationem præcedunt, alij verò eam ſequun
tur. Actus litis conteſtationem præcedentes ſunt hi: Cita-
tio, citati contumacia, & abſentia, ob eamque contingen-
tes actus: editio libelli: dilatio, exceptiones dilatoriæ, &
cautiones hinc inde præſtandæ, de quibus ſingulis infra di-
cemus ſuo loco, & primum de citatione.

S V M M A R I V M.

1 *Actionum inſtituendarum principium, vnde proficiſcatur.*
2 *Citatio de iure diuino.*
3 *In ius vocare quid eſt.*
4 *Domus cuique tutiſſimum refugium.*
5 *In ius vocatur qui aditum ad ſe præſtat.*
6 *In ius de domo quis vocari poteſt.*
7 *In ius à vinea, balneo, & theatro vocatur.*
8 *Furioſus. Infans. Impubes. Puella.* } *In ius non vocantur.*
9 *In ius non vocantur quibus reuerentia debetur.*
10 *Perſonæ, quæ ſine licentia Prætoris in ius vocari non poſſunt, & pœna*
11 *Parentes qui in ius vocari non poſſunt.*
12 *Patroni qui in ius vocari non poſſunt.*
13 *Ciuis ſuam Ciuitatem in ius non poteſt vocare.*
14 *Ruſticitas non excuſat à debitis naturæ.*
15 *Liberi, & parentes patroni vtrique non vocantur.*
16 *Vxor, & heres patroni in ius non vocantur.*
17 *Iudex non permittit prohibitos vocari in omni cauſa.*
18 *Defendere ſe poſſunt qui agere prohibentur.*
19 *Pœna vocantis prohibitos in ius ſine licentia.*

De citatione. Tit. 16.

1 Omnium † actionum inſtituendarum principium
ab ea parte edicti proficiſcitur, quam Prætor edi-
cit de in ius vocando. Vtique enim in primis aduer
ſarius in ius vocandus eſt, id eſt ad eum vocandus, qui ius
dicturus ſit, §. omnium inſt. de pœna temer. litig. Vill. ca. 3.
7. Viuius in verbo ſententia non poteſt opin. 709. nume. 8.
2 Rim. conſ. 136. de validitate, nume. 2. lib. 5. † Non iſte cita-
tionis actus originem ducit à iure diuino, vt in Geneſi ca. 3.
quo loci poſt lapſum primi parentis, vocauit Dominus
Deus Adam, & dixit ei. Vbi es? ipſoque comparente, &
cauſa cognita, tulit ſententiam contra Serpentem, mulie-
3 rem & Adamum. † Eſt enim in ius vocare, iuris experien-
di cauſa vocare, l. 1. ff. de in ius vocando. Plerique autem
putauerunt, nullum de domo ſua in ius vocari licere, quia
4 † domus tutiſſimũ cuique refugium, atque receptaculum
ſit, eumque, qui inde in ius vocaret, vim inferre videri: ſa-
tiſque pœnæ ſubire eum, ſi non defendatur, & latitet. Cer-
tum enim eſt, quod mittitur aduerſarius in poſſeſſionem
bonorum eius, l. plerique 18. cum l. ſequen. ff. de in ius vo-
can. Viuius in opin. incipien. capi non poteſt, num. 1 & ſeq.
Gabr. lib. 7. concluſ. 10. num. 1. & nos in tractatu de tutela
5 lib. 1. tit. 1. num. 6. † Sed ſi aditum ad ſe præſtet, aut ex pu-
blico conſpiciatur, rectè in ius vocari eum Iulianus ait, d. l.
6 19. ff. eod. De domo tamen ſua nemo extrahi debet, † & ſi
is, qui domi eſt, interdum vocari in ius poteſt, l. ſed & ſi 21.
ff. eod. Niſi cauſa criminalis ſit, ob quam veniat corpora-
liter puniendus Viu. d. opin. num. 5. & 6. Soarez c. 16. Gabr.
d. concluſ. 10. tunc enim de domo ſua quis extrahi poteſt.
7 † A vinea etiam, & balneo, & theatro quis in ius vocari po
8 teſt, l. ſed etiam 20. ff. eod. † Non tamen furioſos, vel infan
tes in ius vocare oportet, l. quinque 4. ff. de in ius vocan. Ne-
que impuberes puellas, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, in
9 ius vocare permiſſum eſt, l. neque 22. ff. eod. † Sed & eas
perſonas, quibus reuerentia præſtanda eſt, ſine iuſſu Præ-
toris in ius vocare non poſſumus, l. generaliter 13. ff. eodẽ.
10 Nam ita Prætor ait: † Parentem, patronum, patronam, li-
beros, parentes, patroni, patronæve in ius ſine permiſſu
meo ne quis vocet, d. l. 4. §. 1. & §. fin. inſtit. de pœna temer.
litigant. & 12. q. 2. c. Epiſcopus, §. libertus Viui. in opin. inci
pien. filius vocare, num. 1. vbi nume. 2. extendit ad patrem
& matrem ſpiritualem. Si quis aliter vocauerit in eũ quin
quaginta ſolidorum iudicium dabo, d. §. fin inſtit. de pœn.
11 temer. litig. & d. cap. Epiſcopus, §. libertus. † Parentem hic
vtriuſque ſexus accipe: & in infinitum omnes parentes ẽ
vltra tritauum: hoc enim honeſtius eſt, d. l. 4. §. parentem.
Sed & eos accipi parentes Labeo exiſtimat, qui in ſeruitu
te ſuſceperunt, d. l. 4. §. parentes. Nec tantum, (vt Seruius
dicebat) ad ſolos liberos iuſtos pertinet, ſed & ſi vulgò
quæſitus ſit filius, matrem in ius non vocabit: quia certa
eſt, & ſi vulgò conceperit: pater verò is tantum, quem nu-
ptiæ demonſtrant. Parentes naturales in ius vocare nemo
poteſt. Vna eſt enim omnibus parentibus ſeruanda reue-
rentia, d. l. 4. §. final. cum legibus ſequentibus. Patris tamen
adoptiui parentes impunè vocabit, quoniam hi parentes
eius non ſunt: cum iis tantum cognatus fiat, quibus & ad-
gnatus. l. patris 7. ff. de in ius vocan. Quinimò ipſum ado-
ptiuum patrem, quamdiu in poteſtate eſt, in ius vocare
non poteſt, ſed iure magis poteſtatis, quam præcepto Præ-
toris, niſi ſit filius, qui caſtrenſe habeat peculium, tunc
enim cauſa cognita permittitur, l. adoptiuum 8. ff. de in ius
vocando, l. qui in poteſtate 3. C. eod. Emancipatus verò eũ
in ius vocare non prohibetur, d. l. 8. ibi, quamdiu in poteſta
te. Sed naturalem parentem, nec eundem dum eſt in ado-
ptiua familia in ius vocari licet, d. l. 8. § ſed naturalem. Hæc
12 de parentibus, ait Prætor: Patronum, patronam. † Patro-
ni accipiendi ſunt, qui ex ſeruitute manumiſerunt, vel qui
colluſiones detexerunt, vel ſi præiudicio pronuncietur eſſe
libertus, cum alioqui non fuerit, aut ſi iurauerit eum libertũ
meum eſſe: quemadmodum per contrarium pro patrono
non habebor, ſi contra me iudicatum eſt, aut ſi me deferen
te, iurauerit ſe libertum non eſſe, l. adoptiuum 8. §. patro-
num, ff. de in ius vocan. Sed & ſi ad iuſiurandum adegi li-
bertum, ne vxorem ducat, vel libertam ne nubat, impunè
in ius vocabor. Et Celſus quidem ait, in tali liberto ius pa-
tronatus ad filium meum, me viuo tranſire. Sed Iulianus
contra ſcribit, & plerique Iuliani ſententiam probant, ſe-
cundum quod euenit, vt patronus quidem in ius voce-
tur, filius quaſi innocens non vocetur, d. l. 8. § final. Is quo-
que, qui ex cauſa fideicommiſſi manumittitur, non debet in
ius vocari, quamuis vt manumittat, in ius vocetur, l. is
quoque 9. ff. de in ius vocando. Sed & ſi hac lege emi, vt
manumittam, & ex conſtitutione Diui Marci venit ad li-
bertatem, cum ſim patronus, in ius vocari non potero. Sed
ſi ſuus

ſi ſuis nummis emi, & fidem fregi, pro patrono non habe-
bor, l. ſed & ſi 10. ff. eod. Proſtituta contra legem venditio-
nis venditorem habebit patronum, ſi hac lege venierat,
vt ſi proſtituta: eſſet, fieret libera. At ſi venditor, qui ma-
nus iniectionem excepit, ipſe proſtituit (quoniam & hæc
peruenit ad libertatem) ſub illo quidem, qui vendidit, li-
bertatem conſequitur: ſed honorem haberi ei æquum nõ
eſſe. Marcellus lib. 6. Digeſtorum exiſtimat. d. l. 10. §. 1. Por-
rò patronum etiam accipimus, & ſi capite minutus ſit, vel
ſi libertus capite minutus ſit, dum arrogaretur per obre-
ptionem. Cum enim hoc ipſo, quod arrogatur, celat condi
tionem: non id actum videtur, vt fieret ingenuus, d. l. 10. §.
patronum. Sed & ſi ius anulorum accepit, reuerentiam
patrono exhibere debet, quamuis omnia ingenuitatis mu-
nia habeat. Aliud eſt ſi natalibus ſit reſtitutus. Nam Prin-
ceps ingenuum facit, d. l. 10. §. ſed & ſi ius. Qui autem ma-
numittitur à corpore aliquo, vel Collegio, vel Ciuitate, ſin
gulos in ius vocabit: Nam non eſt illorum libertus, ſed
Reipublicæ honorem habere debet, & ſi aduerſus Rem-
publicam, vel vniuerſitatem velit experiri, veniam edicti
petere debet, quamuis actorem eorum conſtitutum in ius
ſit vocaturus. d. c. Epiſcopus. §. ſi verò, & §. qui manumit-
titur, d. l. 10. §. qui manumittitur, ff. de in ius vocand. l. in
13 tantum 6. §. vniuerſitatis in fine, ff. de diuiſ. rer. † Idem di-
cendum eſt de Ciue, qui in ius vniuerſitatem ſuæ Ciuita-
tis ſine Prætoris permiſſu non debet vocare Viu. opin. inci
piente filius vocare, numer. 5. Si per pœnam deportationis
ad peregrinitatem redactus ſit patronus, putat Pompo-
nius eum amiſiſſe honorem, ſed ſi reſtitutus fuerit, fore ei
etiam huius edicti commodum ſaluum, d. l. 10. §. ſi per pœ
nam. Semper autem hic honor patrono habendus eſt, & ſi
quaſi tutor, vel curator, vel defenſor, vel actor interueniat
patronus, d. l. 10. §. final. Sed & ſi patroni tutor, vel curator
interueniat, impunè poteſt is in ius vocari Pomponius ſcri
bit, & verius eſt, d. §. fin. libertus tamen tutor pupilli nomi
ne patronum ſuum ſine permiſſu Prætoris in ius vocare
poteſt, l. quæſitum 16 ff. de in ius vocãdo. Communis quo-
que libertus (licet plurium ſit) debet à Prætore petere, vt
ei liceat, vel quendam ex patronis ſuis vocare, ne in pœnã
14 incidat ex edicto Prætoris, l. communis 23. ff. eod. † Nec ru
ſticitas ab hac pœna excuſationem præſtat, cum naturali
ratione honor huiuſmodi perſonis debeatur, l. 2. C. de in
ius vocan. Nec de patruno, patronaque in ius non vocan-
dis ſine Prætoris permiſſu.
15 Ait inſuper Prætor † liberos, parentes, patroni, patronæ-
ve liberos, parentes patroni, patroneve vtriuſque ſexus ac-
cipere debemus, l. quique 4. § 1. ff. de in ius vocand. l. ado-
ptiuum 8. §. fin. ff. eod. l. 2. C eod. l. ſed ſi 10. §. liberos, ff. eod.
Parentes etiam patroni adoptiui excipiuntur, ſed tamdiu,
quamdiu adoptio durat, d. l. 10. §. parentes etiam. Si filius
meus in adoptionem datus ſit, adhuc vocari à liberto meo
in ius non poterit: ſed nec nepos in adoptiua familia ſuſce
ptus, d. l. 10. §. ſi filius meus. Sed ſi filius meus emancipatus
adoptauerit filium, hic nepos in ius vocari poterit: nam
mihi alienus eſt, d. l. 10. §. ſed ſi filius. Liberos autem, vt in
parentibus quoque diximus, & vltra trinepotem accipi-
mus, d. l. 10. §. liberos autem. Si liberta ex patrono fuerit eni
xa, mutuo ſe ipſa, & filius eius in ius vocabunt, d. l. 10. §. ſi
liberta. Planè ſi liberi patroni capitis accuſauerunt liber-
tum paternum, vel in ſeruitutem petierunt: nullus honor
eis debetur, dict. l. 10. §. ſin autem liberi, ff. de in ius vocan.
Hactenus de liberis, parentibuſque patroni, patronæve.
16 † Sanè vxorem quoque, necnon & hæredes patroni,
quamuis extraneos in ius ſine permiſſu Prætoris vocare
prohibitum eſt, l. 1. C de in ius vocando, l. 2. C. eod. Quam-
uis autem non adijciat Prætor, cauſa cognita ſe pœnale iu
dicium daturum, tamen Labeo ait moderandam iuriſdi-
ctionem, ſi pœniteat libertum, & actionem remittat, vel ſi
patronus vocatus non veniat, aut non inuitus vocatus ſit,
licet edicti verba non patiantur, l quamuis 11. ff. de in ius
vocando. Prætor ait, in ius ſine permiſſu meo, ne quis vo-
17 cet. † Permiſſurus enim eſt, ſi famoſa actio non ſit, vel pu
dorem non ſuggillat, qua patronus conueniatur, vel parẽ
tes: & totum hoc cauſa cognita debet facere: nam interdũ
etiam ex cauſa famoſa permittere debet patronum in ius
vocari à liberto, ſi eum grauiſſima iniuria affecit, flagellis
forè cecidit, l. ſed & ſi 10. §. Prætor ait, ff. de in ius vocan.
18 † Planè libertus à Patrono reus conſtitutus, qui ſe defen-
dere paratus pro tribunali Præſidem Prouinciæ frequen-
ter interpellat: patronum accuſatorem in ius vocare non
videtur, l. libertus 14. ff. eod. Idem dicendum de eo, qui ad-
uerſus patronum Principi, vel Præſidi libellum dat, hic
enim in ius vocare non videtur, l. libertus 15. §. neq; enim,
19 ff. de in ius vocand. † Porrò in eum, qui aduerſus edictum
Prætoris eos, de quibus hactenus dictum eſt, in ius vocaue
rit, quinquaginta aureorum iudicium datur, ſed neque he
redi, neque in hæredem, nec vltra annum datur, l. ſi liber-
tus 12. & l. in eum 24. ff. de in ius vocando, §. fin. inſt. de pœ
na temerè litigan. l. vlt. ff. de in ius vocand. Planè ſi inopia
dignoſcitur reus laborare à Præfecto Vrbi quaſi inofficio-
ſus caſtigatur, d. l. vlt. in fi. Si libertus in ius vocauerit con-
tra edictum Prætoris filium patroni ſui, quem ipſe patro-
nus in poteſtate habet: probandum eſt, abſente patre, ſub-
ueniendum eſſe filio, qui in poteſtate eſt, & ei pœnalem in
factum actionem, id eſt quinquaginta aureorum aduerſus
libertum competere, l. ſi libertus 12. ff. de in ius vocan. Ha-
ctenus, qui in ius vocari non poſſint ſine Prætoris permiſ-
ſu, dictum eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Contumax quis dicatur.*
2 *Peremptorium vnde dictum.*
3 *Iudices omnes quo caſu per edictum citant.*
4 *Peremptorium edictum quo ordine fit.*
5 *Succeſſor finitis edictis anteceſſoris vnum alium ſolet dare.*
6 *Terminus cuiuslibet edicti quantus.*
7 *Peremptorium non ſemper poſt tria edicta datur, ſed pro condi-tione cauſa, perſona, vel temporis ex interuallo.*
8 *Denunciationes habent vim edicti.*
9 *Iudex in peremptorio comminatur etiam abſentem.*
10 *Peremptorium poſt edictum fertur ſententia et iam pro abſente ſi iuſtitia ſuadeat.*
11 *Abſente impetrante, peremptorium circumducitur, nec vlla fertur ſententia.*
12 *Abſentem reum, qui poſſunt defendere.*
13 *Sententia lata contra contumacem valet.*
14 *Actor in poſſeſſionem bonorum latitantis mittitur, vel reus mulctatur.*
15 *Ruſticitas non parentis excuſat, & dies feſtus.*
16 *Iurans, ſeu ſatis dans iudicio ſiſti, quid iuris.*
17 *Actor abſens aliquando expenſis, & damno coercetur, limitatur.*
18 *Contumacia ex quibus excuſetur, tum actoris, tum rei.*
19 *Peremptorium non ligat pupillum, abſentem Reipublicæ cauſa, nec minorem 25. annis.*
20 *Contumaces, qui non videntur eſſe plures.*
21 *Clericus ad iudicem laicum non comparet.*
22 *Vocatus ad maiorem iudicem non eſt contumax corã minore.*
23 *Vocatus tenetur comparere, vbi dubitatur de iuriſdictione iudicis vocantis, limitatur.*
24 *Abſens reuerſus auditur.*
25 *Si per alium factum ſit ne reus ſiſtat, quid iuris.*
26 *Dolo impediens iudicio ſiſti punitur.*
27 *Dolus malus quomodo accipiatur, & cui imputetur.*
28 *Impediens dolo, ne quis iudicio ſiſtat, tam actori, quam reo tenetur.*
29 *Actio de dolo hæredi, & contra hæredem competit.*
30 *Dolo malo quis feciſſe dicatur, ne quis iudicio ſiſtat.*
31 *Actio hæc de dolo, quam pœnam infligat.*
32 *Lege Iulia de vi publica tenetur, qui vi fecit, ne quis iudicio ſiſtat.*
33 *Actione in factum tenetur, qui vi exemit in ius vocatum.*
34 *Eximere, & eripere differunt.*
35 *Vi eximere non dicitur quis illum, qui in ius non potuit vocari.*
36 *Vis, ceſſante dolo, punitur.*
37 *Dolus in quo requiritur, vt puniatur.*
38 *Producens vocatum, ceſſat omnis pœna.*
39 *Actio, ne quis eum, qui datur etiam contra mandantes, & ſi plures.*
40 *Quid autem veniat in hac actione.*
41 *Dominus pro ſeruo eximente, tenetur.*
42 *Pœnam ſoluens non liberat exemptum.*
42 *Eximens vinculatum, & confeſſum reum, tenetur lege Iulia maieſtatis.*

Citatio

44 *Citatio vt afficiat. quomodo facienda, & vbi.*
45 *Forma citationis, ſeu exemplum.*
46 *Citatus vltra duas dietas extra ſuam Diœceſim non tenetur venire.*
47 *Citatus ad locum non tutum, vel parum honeſtum non tenetur venire.*

De contumacia, & abſentia citati. Titulus 17.

1 Contumax † autem is eſt, qui tribus edictis propoſi-
tis, vel vno pro tribus (quod vulgo peremptorium
appellatur) literis euocatus præſentiam ſui facere
contemnit l. contumacia 53. §. 1. ff. de re iudic. cum alijs al-
legatis per nos in gl. ſtat. Vrb. li. 1. c. 56. & in ſyntag. comm.
2 opi. iuris loco 10. tit. 4. † Peremptorium verò inde hoc no-
men ſumpſit, quod perimeret diſceptationem, hoc eſt vl-
tra non pateretur aduerſarium tergiuerſari, l. & terrinm
3 70. ff. de iudic. † omnibus autem iudicibus permiſſum eſt,
vt quæ partes iudicium non obſeruant, eas propoſitis edi-
ctis euocent, ne cauſæ indeciſæ, & abſq. termino perma-
4 neant Nouell. c. 112. §. inſuper omnib. alijs iudicibus. † Ad
peremptorium edictum hoc ordine venitur, vt primo q̃s
petat poſt abſentiam aduerſarij edictum primum, mox
alterum per interuallum non minus decem dierum, & ter
tium: quibus propoſitis, tūc peremptorium impetret l. ad
peremptorium 68. cum duabus ſeq. ff. de iudic. c. vlt. §. fin.
5. q. 2. c. 1. de dilationib. eadem q. 2. c. præſenti ſeptem die-
rum interuallum datur, & ideo ciuili iure lōgius concedi-
tur decem dierum d. l. ad peremptorium ff. de iudic. & No
5 uella c. 112. §. ſi verò cauſam. † Edictum autem quod ab an-
teceſſore datum eſt in numero trium edictorum cōnume-
rari debet. Planè licet ab anteceſſore numerus finitus ſit, ſo
let tñ ſucceſſor vnum edictum dare per interuallum non
minus decem dierum l. edictum 55. ff. de iudic. Nouella c.
6 112. §. ſi verò cauſam. † Quod autem dictum eſt per inter-
uallum non minus decem dierum: id iure nouo immutatū
eſt, quo cauetur, vt vna quæq; vocatio non minus, quā tri
ginta dierum ſpatio includatur d. §. ſi verò cauſam c. con-
7 ſuluit 24. de offic. delega. † Planè peremptorium edictum
non ſemper poſt tria edicta propoſita datur, ſed non nū-
quam poſt vnum, vel alterum non nūquam ſtatim, qđ ap
pellatur vnum pro omnibus l. nonnunquā 72. ff. de iudic.
Hoc aūt æſtimare oportet eum, qui ius dicit, pro conditio-
ne cauſæ, vel perſonæ, vel tēporis, & ita ordinem edictorū
8 & compendium moderari d. l. 72. §. hoc aūt. † Sed & tres
denunciationes ad peremptorij edicti vicem aduerſus cō-
tumaces cōualeſcere ſalubriter ſtatutū eſt l. tres 9. C. quo-
9 mod. & quand. iudex. † In peremptorio aūt cōminatur is,
qui edit, & abſente aduerſa parte cogniturum ſe, & pronū
10 ciaturū l. in peremptorio 71. ff. de iudic. † Porrò poſt edictū
peremptorium impetratum, cū dies eius ſupetuenerit, tūc
abſens citari debet, & ſiue reſponderit, ſiue nō reſpōderit,
agetur cā, & pronunciabitur, non vtiq; ſecundum præſen
tem, ſed interdū vel abſens (ſi bonam cauſam habent) vin-
cet l. poſt edictum 73. ff. de iudic. l. 1. §. fi. C. vbi in rē actio.
exerc. deb. Nouella c. 53. §. ne igitur latitante reo l. conſen-
taneum 8. C. quomod. & quand. iud. l. properandum 13. §.
ſin autem reus C. de iudic. c. cauſam 3. c. prout nobis 4. de
dol. & contum. c. per tuas 58. de appell. cap. quoniā 5. §. por
rò vt lit. non conteſt. 24. q. 3. c. de illicita §. de conuentione.
11 canone apoſtolico 73. † Si tñ is, qui edictum impetrauit pe
remptorium, abſit die cognitionis: is verò, aduerſus quem
impetratum eſt, adſit: tunc circumducendum erit edictū
peremptorium, neque de cauſa cognoſcetur, neque ſecun-
dum præſentem pronunciabitur l. & poſt 73. §. quod ſi ff.
de iudic. l. Diū. 27. §. quod ſi ff. de liberal. cauſa. Circundu-
cto autem edicto, inſtantia tantum perijt, & ex integro li-
12 tigari poteſt d. §. quod ſi. † Sed abſente reo videndum,
num aliqui ſint, qui ad defenſionem eius ſuſcipiendam co
gi poſſint. Nam ſupra tit. 10. dictum eſt, eum, qui defendē-
di abſentis gratia iudicatum ſolui ſatiſdedit, vel pro quo
abſens ſatiſdedit, vel procuratorem actoris in reconuētio-
ne abſentem defendere cogendum, quæ adeo vera ſunt, vt
quamuis abſens poſt ſatiſdationem interpoſitam deſierit
eſſe ſoluendo, defenſor tamen non rectè iudicium recuſet
l. mutus 43. § & qui non ff. de procurator. leg. Titius 76. ff.
eod. fideiuſſores quoque, per quos iudicatum ſolui ſatiſda
tum eſt, aut defendere abſentem coguntur, aut alium de-
fenſorem præſtare, ſi non actione ex ſtipulatu ob rem non
defenſam teneri velint, de qua re infra in ſtipulatione iu-
13 dicatum ſolui dicetur tit. 25. † Porrò ſententia contra con-
tumacitet abſentem lata valet, adeo vt nec appellari ab ea
poſſit l. poſt edictum 77. §. fi. ff. de iudic. leg. ex conſenſu 23.
ff. de appella. §. fin. l. 1. C. quor appella. Vant. de nullit. defe-
ctu citat. nu. 109. actorque in poſſeſſionem bonorum lati-
tantis mitti ſolet l. 2. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. l. conſenta-
neum 8. C. quomod. & quand. iud. l. 2. in fine C. vbi in rem
actio l. eum qui 3. C. de procurator. l. poſt edictum 73. §. fi.
ff. de iudic. Vant. de nullit. defect. citat. num. 109. & ſeq. de
14 quibus rebus infra ſuis locis copioſius dicetur. † Interdū
tamen ſi quis in ius vocatus non ierit, ex cauſa à compete-
te iudice mulcta duntaxat pro iuriſdictione iudicis dāna-
15 bitur l. 2. § ſi qs ff. ſi quis in ius vocatus. † Ruſticitati enim
hominis parcendum erit. Item ſi nihil interſit actoris eo tē
pore in ius aduerſarium veniſſe, remittit prætor pœnā: pu
16 ta quia dies feriatus fuit d. §. ſi quis. † Sed & reus, qui iudi-
cio ſiſti ſatis dedit, ſi poſtea abeſſe cœperit, actor ex ſtipu-
latu eo nomine tenetur, de qua re dicetur infra ſuo loco.
Et qui iureiurando præſtito ſe iudicio adfuturum ante li-
tem conteſtatam ſe abſentet à magiſtratu competente ap
præhendi poteſt, & ad ſuſcipiendum iudicium cogi. No-
17 uella c. 53. §. ſi quis verò. † Actor quoq; qui comparente
in iudicio reo, ſe abſentat, interdum litis damno, & expen-
ſis à reo factis coercetur, interdum mitius punitur. Nouel
la c. 53. in prin. Nouella c. 68. §. cæterum l. properandū 13.
§. & ſi quidem pars C. de iudic. ſed ſi ex actis iudici cōſtet,
actorem iuſtam cauſam fouere, tunc reus præſens, ipſo a-
ctore abſente, condemnandus eſt d. §. & ſi quidem pars, &
ſi actor prius contra reum præſentem edictum perempto
rium ſit impetratus, tunc. n. quamuis abſente actore, reus
præſens non eſt abſoluendus, ſed lis inhibenda leg. & poſt.
73. §. quod ſi quis ff. de iudic. imo per ſententiam terminā-
18 da iuxtà formam Nouell. c. 112. §. at verò ſi lis, &c. † Planè
pœnæ iſtæ tam actoris, quam rei conuenti iam enumeratæ
aliquot recipiunt exceptiones generales. Nam vt paulo ſu
perius dictum eſt ruſticitati hominis parcēdum erit, itē ſi
nihil interſit actoris eo tempore in ius aduerſarium veniſ-
ſe, remittit Prætor pœnam, puta, quia dies feriata fuit, vt
iam fuit probatum. Sed & pœnam contumacis nō patitur,
quem aduerſa valetudo, vel maioris cauſæ occupatio de-
fendit l. contumacia 53. §. pœnam ff. de re iudi. l. quæſitum
eſt 60. ff. eod. l. cum non 10. C. quomod. & quand. iud. cap.
19 querelam 2. de procur. Clar. §. fin. q. 31. † Præterea contra
pupillum indefenſum, eumq. qui Reipublicæ cauſa abeſt,
vel minorem 25. annis propoſitum peremptoriū nihil ha-
20 bet momenti l. contra 53. ff. de re iudic. † Sed & contuma-
ces non videntur, niſi qui cum obedire deberent, non obte
quuntur, adeſt qui ad iuriſdictionem eius, cui negāt obſeq.
pertinent d. l. 53. §. fi. ff. de re iudic. l. contrà pupillum 54. §.
fi. ff. eod. Nam vocati ad non competentem iudicem tenē-
tur venire priuilegia ſua allegaturi, vt in allegatis iurib. l. ſi
quis 5. ff. de iudi. l. 2. in princ. ff. ſi quis in ius vocat. c. ſi duo-
21 bus 7. de appella. † Niſi Clericus ad iudicem laicum ſit vo-
catus, corā quo nec allegaturus ſua priuilegia venire, nec
procuratorem mittere tenetur Archid. in c. 2. 15. q. 4. Felin.
in c. veniens in fine de accuſa. Clar. in §. fi. q. 36. nu. 4. ver. eſt
autem hæc exceptio. Quod veriſſimum eſt, ſi non dubite-
tur, vocatum eſſe Clericum per allegatos, & per Hoſtien.
in ſum. de iudic. §. 3. per tex. in c. ſi duobus de appellat. & in
l. ex quacunq. & in l. ſi quis ex aliena ff. de iudic. ſi verò du
bitetur, tenetur, & Clericus venire allegaturus ſuum priui
legium Hoſtien. vbi ſupra per allegata iura Miſing. obſer-
uat. 7. cent. 6. Gail. obſer. 49. lib. 1. Aufrer. de poteſt. ſæcul. in
22 Eccleſiaſt. reg. 2. Fallent. 23. † Proinde is, qui ad maius au-
ditorium vocatus eſt, ſi litem incohatam apud ſe defert, cō-
tumax non videtur l. contra pupillum 54. §. fi. ff. de re iudi.
23 † Planè ſi de iuriſdictione dubitetur ex quacunq. cauſa ad
Prætorem, vel alios, qui iuriſdictioni præſunt, in ius voca-
tus venire debet, vt hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictio eius
ſit leg. ſi quis 5. ff. de iudic. & lege ſecunda ff. ſi quis in ius
vocat. non ierit. Nam & legati, cæterique qui reuocandi
domum ius habent, in ea ſunt cauſa, vt in ius vocati veniāt
priuilegia ſua allegaturi, d. l. 5. in qua non ſunt Clerici ad

Digitized by Google

iudicem laicum vocati, vt iam dictum fuit cum dicta de-
claratione. Prætereà ſi per actorē ſteterit, quominus reus
in iudicio compareat, exceptione reus defenditur. l.1. §.ſi
reus ff.de eo per quem factum erit. Nouella.c.53.§ ne igi-
tur latitante Clementina multorum 2.de pœnis,de qua cū
alijs ſimilibus dicetur infra in actione ex ſtipulatu iudicio
24 ſiſti. † Sed & abſens reuerſus interdum auditur, ſi reſciſ-
ſis ijs, quæ per abſentiam ſuam geſta ſunt iudicium ſuſci-
pere ſit paratus. l.ſi quis 8. §.ſi quis per ſententiam, C. de
præſcript. trig. vel quadrag.ann. l. rectè defendi 63. ff.de
iudic.d.§.ne igitur latitante,& per allegata inferius tit. 54.
ver. Idem dicendum de miſſione in poſſeſſionem reo lati-
tante facta reſcindenda, ipſo reuerſo. Sanè præter pœnas
hactenus enumeratas Paſtor quoque duas actiones occa-
ſione abſentiæ alterutrius litigatoris introduxit, quibus
vel actor, vel reus aduerſus tertium experiri poſſit: vnam
25 quidem, † ſi per alium factum ſit, quominus in iudicio
reus ſe ſiſtat; alteram verò, ſi reus ab alio vi ſit exemptus,
quarum actionum naturam nunc deſcribam; & primum
quidem eius, cum per alium ſtetit, quominus in ius voca-
26 tus veniat. † Equiſſimum enim putauit Prætor, dolū eius
coercere, qui impedit aliquem iudicio ſiſti.l.1.ff.de eo, per
quem factum erit. ex edicto igitur Prætoris aduerſus eū,
qui dolo fecit, quominus in iudicium vocatus ſiſtat, in fa-
ctum actio competit quanti actoris interfuit eum ſiſti, in
quo iudicio deducitur, ſi quid amiſerit actor ob eam rem:
veluti ſi reus tempore dominiū rei interim ſibi acquirat,
27 aut actione liberatus ſit.l.ex hoc edicto 3.ff.eod. † Dolum
malum ſic accipimus, vt ſi venienti ad iudicium aliquid
pronunciauerit triſte, propter quod is neceſſe habuerit ad
iudicium non venire, vel eum detinuerit, teneatur ex hoc
edicto.l.1. §.dolum, ff. eod.l.ſed actio 3. ff ſi quis caution.
Plane ſi reus dolo actoris non ſteterit, non habebit aduer-
ſus eum ex hoc edicto actionem: cum contentus eſſe poſ-
ſit exceptione, ſi ex ſtipulatu conueniatur de pena, quod
ad iudicium non venerit; aliter atque ſi ab alio ſit impedi-
tus; nam actionem propoſitam aduerſus eum exercebit.
l.1.§.ſi reus ff.de eo, per quem factum erit l. ex hoc edicto
3.§.ſed ſi ſtipulator ff eod. Si itaque ſtipulator dolo pro-
miſſoris, & promiſſor dolo ſtipulatoris impeditus fuit,
quo minus ad iudicium veniret, neutri eorum. Prætor ſuc
currere debebit ab vtraque parte dolum dolo compen-
ſando.d.§.ſed ſi ſtipulator. Planè ſi ſtipulator dolo Titij,
& promiſſor dolo Meuij impeditus fuerit quominus iu-
dicio ſiſtatur: vterque aduerſus eum, cuius dolo impedi-
tus fuit, actione in factum experietur. d.l.3. §.etſi ſtipula-
28 tor.† ex his intelligendum, quod ſi reus ab alio impeditus
ſit, quominus iudicio ſiſtat iam actori, quàm reo actio in
factum aduerſus impedientem competere poſſit, actori
quidem, ſi reus propter illud impedimentum exceptione
tutus ſit aduerſus actorem ad pœnam agentem: reo verò
conuento, ſi exceptione aduerſus actorem tutus non ſit, d.
l.3.§.etſi ſtipulator, & in princ. d.l.1.§.ſi reus ff. eod. l.2 §.
fin.cum l.ſeq. ff.ſi quis cautionibus, vnde Paulus ait, ſi pri-
uatus eum detinuerit nullo modo proderit detento ex eo
exceptio; ſed actio ei datur aduerſus eum, qui detinuit, in
id, quod eius intereſt.d.§.fin.cum l.ſequen. ff.ſi quis cautio.
29 † Porrò etiam hæredi actio datur, ſed non vltra annum:
aduerſus autem hæredem hactenus danda eſt, vt ex dolo
defuncti hæres non lucretur. l.1.§.fin.ff.de eo, per quē fa-
ctum erit. Serui autem nomine ex hac cauſa noxali iudi-
cio agendū, omnes conſentiunt.l.1.§.ſerui nomine ff.eod.
quoq; hac actione tenetur, qui rogauit, vt actor, vel reus
30 impediretur. † Nam feciſſe dolo malo non tantum is pu-
tatur, qui ſuis manibus, vel per ſuos retinuit: verum qui
alios quoque rogauit, vt eum detinerent, vel abducerent,
ne iudicio ſiſteret, ſiue ſcientes, ſiue ignorantes quid eſſet,
31 quod comminiſceretur.d.l.1.§.2.† Ideoque ſi plures do-
lo fecerint, omnes tenētur. d.l.1.§.ſi plures, ſed ſi vnus præ
ſtiterit pęnam, cęteri liberabuntur, cum nihil interſit.d.§.
ſi plures. Nam venit in hanc actionem id tantum, quod
actoris intereſt, vt ſupra dictum eſt, l.ex hoc edicto 3.ff.
de eo, per quem factum erit, l.ſed actio 3. ff.ſi quis cautio.
Vnde petiturus à reo certum, quamuis à fideiuſſore quin-
quaginta ſtipulatus fuero, ſi in iudicium reus nō venerit,
& dolo Sempronij factum fuerit, ne in iudicium reus ve-
niat; centum à Sempronio conſequar; tanti.n. mea intereſ-
ſe videtur, quia ſi veniſſet in iudicium, actio mihi centum
aduerſus eum, vel hæredem eius cōpetebat, licet fideiuſ-
ſor minorem mihi ſummam promiſerit, d.l.3. §.ſi à fide-
iuſſore, ff.de eo, per quem factum erit. Planè ſi is, qui dolo
fecit, quominus in iudicio ſiſtatur, ſoluendo non fuerit: æ-
quum erit aduerſus ipſum reum reſtitutoriam actionem
competere, ne propter dolum alienum, reus lucrū faciat, et
32 actor damno afficiatur, d.l.3 §.planè. † Non ſolū actione
propoſita is, per quem factum eſt, quominus in iudicio ſi-
ſtatur, tenetur, ſed interdum quoq; l.Iulia de vi publica,
& priuata ſi ſcilicet vi adhibita id effecit, l.lege Iulia 8.ff.
ad l.Iul.de vi publ.l legis Iuliç 4.ff.ad l.Iuliā de vi priuata,
33 vt & ſupra ēt lib.1.tit.29. dictum fuit. † Nunc ad alterā
in factum actionē accedamus, qua tenetur is, qui in ius vo
catum vi exemerit. Hanc.n.actionē prætor propoſuit, vt
metu pęnæ compeſceret eos, qui in ius vocatos vi eripiūt,
34 l.1.in princ ff.ne quis eum qui in ius vocabitur.† Inter exi
mere aūt, & eripere hoc intereſt, quod inter genus, & ſpe-
ciem, eximendi.n. verbū generale eſt, vt Pōponius ait, eri-
pere ſpeciale, l.ſed eximendi 4.ff.eod. Si quidē eripere eſt,
de manibus auferre per raptum eximere quoquo modo
auferre, vt puta ſi quis non rapuerit quem, ſed morā fece-
rit quo minus in ius veniret, vt actionis dies exiret, vel res
tpe amitteretur: videbitur exemiſſe, quāuis corpus non e-
xemerit. Sed & ſi eo loci denuerit, nec abduxerit: ijs ver-
bis tenetur d.l.4. & de differētijs indiun. in verb. rapere 2.
35 † Planè actioni propoſitæ locus non eſt, ſi perſona, quę in
ius vocari non potuit, exēpta eſt. veluti pareus, patronus,
cęteræq; perſonæ, l.1.§.fin cum l.ſeq.ff.ne quis eū, qui. nā
ſi deliquit, qui vocat, non deliquit, qui patronū vi exemit.
Cū.n. vterque cōtra edictū faciat, & libertus, qui patronū
vocat, & is, qui patronū vi eximit, deterior tñ loco liber-
tus eſt, qui in ſimili delicto petitoris partes ſuſtinet, eadē
æquitas eſt, in eo, qui alio, quā quo debuerat, in ius voca-
batur. Sed & fortius dicendū eſt, non videri eum vi exi-
ſiſſe, ibi nō conueniri d.l.1.cum l.ſeq. ff.ne quis eum, qui
in ius &c. Huic cōſequens eſt, quod ſi quis ſeruum eximit
in ius vocatum, ceſſet edictum; quoniam nō fuerit perſo-
na, quæ in ius vocari potuit. Quid ergo? ad exhibendū, erit
agendum. l.quod ſi 3.ff.eod. Idē erit, ſi quis vi, vel aliter
exemerit Clericū a Iudice laico euocatū, cū ab eo euocari
nō pōt per allegata infra, & per allegata per Aufrer.in Cle
men.1.de off.ord.2.quæſt. Sed & ſi quis ad pedaneū iudi-
cem vocatum eximat, pęna huius edicti ceſſabit. d.l.3.§.ſi
quis. Planè ſi quis eum, qui per calumniā vocabatur exe-
merit, cōſtat eū, hoc edicto teneri.l.ſed eximendi 4.§ nē ſi
quis ff.ne quis eū qui in ius &c.l.ſi per aliū.5.§.in eū, in fi-
36 ne ff.eod. † Sufficit aūt in hac actione vi exemiſſe, quāuis
37 dolus malus ceſſet.l.quod ſi 3. §. fin.ff.eod † In eo tñ, cu-
ius inſtinctu exēptus eſt reus, dolus requiritur. d.l.4.§.fin.
38 † Cæterum ſi nihilominus productus eſt, ceſſat pęna: cū
verba cū effectu ſunt accipiēda.l.1 §.docere, ff.ne quis cū
qui in ius &c. Hæc autē actio hæredibus ita dabitur, ſi eo-
rū interſit, ſed in hæredē non dabitur, nec poſt annū.l.5.§.
39 fin.ff.eod. † Non ſolū aūt aduerſus eximentē dabitur, ſed
ēt aduerſus eū, cuius inſtinctu, & mādato exēptus eſt, ſiue
is præſens, ſiue abſens.d.l.4.§.fin.& d.l.5.in princ. Proinde
ſi plures deliquerint in ſingulos dabitur d.l.5.§ hoc iudi-
40 ciū. † In hoc aūt iudicio id cōtinetur, nō quod in veritate
eſt, ſed quāti ea res eſt ab actore æſtimata, de qua cōtro-
uerſia eſt, hoc.n. additū eſt, vt appareat ēt ſi calūniator is
ſit, rñ hāc penā eū perſequi.l.ſi per aliū.5.§.in eū ff.ne quis
41 eū, qui in ius &c.l.quoties, C.de exact.tribut.† Serui autē
nomine dominus noxali iudicio tenetur: niſi ſciente domi
no ſeruus emerit, tunc enim ſine noxæ deditione iudiciū
42 ſuſcipiet.l.1.§.1.ff.ne quis eū.† Planè qui debitorē vi exe-
mit, & hac actione conuentus ſoluit, debitorē non liberat,
43 quia pęnā ſuā ſoluit.l.is, qui ff.eod.& d.l.5.§.fin.eod. † Si
quis aūt confeſſum reū, & in vincula coniectū exemerit. ēt
lege Iulia maieſtatis tenetur. l.cuiuſq.4. §. pen.ff.ad l.Iul.
maieſt.vt & li.1.tit.28.ēt dictū fuit. Hactenus de citatione,
citati contumacia, & abſentia, nec nō de actionib. occaſio-
44 ne abſentiæ cōpetentibus dictū ſit. † vlterius quod attinet
ad ſolā citationē, ſi citatus nō cōpareat, ſufficit publicè ci
tationē ad domū, vel ad eius eccleſiā affixā fuiſſe. Clem.1.
in prin.ver.ad domū de foro cōp.c.vlt.de dolo, & cōtum.
Turza.opi.131.vel ad tēplū magnū Curię Pōtificis extrau.
cō.1.de dolo,& cōt.cuius exēplū propon.ē in d.extrau.1.
de dil.& in extrau.1.§.vt aūt de furtis, Quę oīa intelligēda
ſunt,

Digitized by Google

ſunt,ſi ad domicilium citati non pateat tutus acceſſus, vel
45 ad ſe perueniri non permittat.Clem.1.de iudic. † forma
ſeu exemplum citationis proponitur in extrauag.commu.
46. 1.de dilationib.† Citatus vltra duas dietas extra ſuã Diœ
ceſim non tenetur venire c.non nulli 28.de reſcript. capit.
olim 7.de except.c.vlt.§.conſeruatores de offic.deleg.in 6.
46 † Nec citatus ad locum non ſatis tutum,vel parum hone-
ſtum c.cum R.35.de offic.delega.c.ex parte 47.de appella.
l.21.§.ſed & ſi ff.de recept.arbitr. & exemplum proponi-
tur in Clementina paſtoralis 2.de re iudic.

S V M M A R I V M.

1 *Actor actionem edere debet.*
2 *Actionis nomen non edendum, ſed factum narrandum in ſcriptis.*
3 *Edere quid ſit.*
4 *Inſtrumenta etiam edenda,& quæ.*
5 *Reus edere quicquam cogitur,limitatur.*
6 *Reus negociorum geſtor rationes edere tenetur.*
7 *Inſtrumenta communia ab actore, & reo, qui illa habet edenda.*
8 *Reus inſtrumenta,quibus vti vult,edere debet.*
9 *Fiſco agenti reus debet edere inſtrumenta,limita.*
10 *Eccleſiæ agenti reus edere debet inſtrumenta.*
11 *Mercator reus ſcripturam edere debet.*
12 *Vſurarius reus vſurarum tenetur edere.*
13 *Actor,quæ vſurus non eſt,non tenetur edere.*
14 *Actor non tenetur edere,quæ reus habet.*
15 *Actor pro legato edit non totum teſtamentum, ſed partem, vbi legitur legatum.*
16 *Editio inſtrumentorum quo iure petitur.*
17 *Acta publica ciuilia,& criminalia edenda.*
18 *Stipulatio tota eſt edenda.*
19 *Editiones ſine die, & conſule edenda, & quare limitatur, & declaratur.*
20 *Exempla inſtrumentorum ſine ſubſcriptione edi poſſunt.*
21 *Actio cum citatione edenda ſumptibus actoris.*
22 *Libellus poteſt mutari,& emendari,limitatur.*

De edendo. Tit. 18.

1 REo † itaque in ius vocato,qua actione actor agere
volet,eam prius edere debet: vt ſciat reus,vtrum
cedere,an contendere vltra debeat:& ſi contenden
dum putet, veniat inſtructus ad agendum, cognita actio-
2 ne,qua conueniatur l.1.in prin.ff.de edendo.† Non enim
nomen actionis edi neceſſe eſt, ſed factum ita exponẽdũ,
vt inde actio iudici conſtare poſſit.c.dilecti 6.de iudic.Soa
rez A.49.Villalo.L.118.& A.35.cum addit.& id in ſcriptis
edi oportet cap.1.de libelli oblat.5.q.2.cap.vlt.verſ.& non
3 prius,& Reo petente Villa.L.114.cum duob.ſeqq.† edere
autem eſt,copiam deſcribendi facere,vel in libello comple
cti,& dare, vel dictare, eum quoque edere labeo ait, qui
producat aduerſarium ſuum ad album, & demonſtret,
quid dictaturus ſit, vel id dicendo, quo vti velit l.1.§.1.ff.
4 de edend.l.ſi quis 6.§.edi ff.eod.† Non ſolum autem actio,
ſed & alia omnia,quæ quis apud iudicem editurus eſt, e-
denda ſunt,vt inſtrumenta,leg.1.in princip.& §.edenda ff.
5 eod. † Non autem ea inſtrumenta edenda ſunt,quibus qs
vſurus non eſt d.§.edenda. Rationes quoque edendæ sũt
leg.non eſt nouum 5.C.de edendo, de quarum editione
infra peculiariter tractabitur. Non autem quemadmodũ
actor reo,ita contra reus actori inſtrumenta ſua edere te-
netur. Qui enim agere,vel accuſare volunt, probationes
habere debent, nec originem petitionis ex inſtrumento
eius,qui conuenitur,fundari oportet, leg. qui accuſare 4.
C.de edend.leg.vlt.C.eod.leg.1.C.eodem leg.2.ff. eodem
leg.nimis graue 6.C.de teſtib.cap.1.de probat.4. quæſt.3.
cap.vltimo §.qui intendit Villalo. E 106. Quod tamen in-
terdum cauſa cognita aliter ſe habet,ſi iudici ex cauſa ali-
6 ter videatur.leg.1.C.de edend.† Si enim reus negocia geſ
ſit actoris,vt rationes edat actori æquum eſt leg.prętor ait
7 4.§.1.ff.de edend. Villalo.E.59.† Idem dicendum ſi inſtru-
menta actori, & reo communia ſint per mox allegata, &
c.G.perpetuus 12.de fid.inſtrumento. Vel ſi actor ſuas ra-
tiones, & inſtrumenta caſu amiſiſſe doceatur, aut in lon-
ginquo habere: idque exemplo argentarij docetur, cui
alioquin rationes edendę non ſunt leg.ſi quis 6 §.prohibet
8 ff.de eden.l.illatæ 4.C.de fide inſtrum. † Sed & ea inſtru-
menta,quibus apud iudicem reus vti velit,æquum eſt,vt
9 actori edat.l.1.§.edenda ff.de edend. † Si quoque nomine
fiſci agatur,reus inſtrumenta edere tenetur, ſed ea tantũ,
quæ ad eam cauſam,ex qua agitur,pertinent;dummodo
de re pecuniaria, non de capitali agatur leg.Senatus 3.ff.
de edendo l.2.§.1.ff.de iure fiſci,& §.itẽ diui fratres Clar.
in §.fin.quæſt.27.verſi.ſed hic incidenter Villalo.E.16.ſed
quando agitur de re capitali,dicta exceptione non obſtan
te,miniſtri fiſcales inſtrumenta, & ſcripturas de facto le-
gibus ſpretis arripiunt,& arripienda perquirũt, & ius vni
10 uerſum conturbant.† Idem dicendum eſt,ſi agatur nomi
ne Eccleſiæ Vill. E.17.vel pro matrimonio, pro dote, pro
11 alimentis,vel pro libertate Villa.E.18 † Idẽ ſi reus ſit mer
cator,vel ſimilis,qui de neceſſitate officij tenetur confice
12 re librum. Vill.E.19.† Idem ſi ſit vſurarius,& cauſa reſpi-
ciat vſuras. Viu.opin.incip. Vſurarius verſic. item nota vl-
terius. Vel agatur ad fundandam replicationem actoris
13 Fichard.in addit.ad Villa.A.47.† Actor autem ea inſtru-
menta,quibus vſurus non eſt,nec edere tenetur l.1.§.eden
da ff.de edẽ. Fichard.ad Vill.I.81. Turz.opi.122. Non tñ
nouum eſt,reum,à quo petitur pecunia,implorare ratio-
nem creditoris,vt fides conſtare poſſit leg.non eſt 5.C. de
14 edend. † Sed nec ea,quibus actor vſurus eſt,reo edere te-
15 netur,ſi horum exemplum reus habeat: † Sic ſi legatum
petatur,non iubet Prætor verba teſtamenti edere,ideo qa
hæredes ſolent habere exemplum teſtamenti l.2.ff.de edẽ
do. Nec integra edenda ſunt,ſed id tantum,quod ad cau-
ſam pertinet c.contingit 5.de fid.inſtrumen.Et ſecundum
16 Vill.E.20.† editio inſtrumẽtorum petitur non iure actio-
17 nis, ſed officio iudicis. Præterea † acta publica tam ci-
uilia,quam criminalia exhiberi debent inſpicienda ad in-
18 ueſtigandam veritatis fidem l.2.C.de edend.† Edere au-
tem non videtur,qui totam ſtipulationem non edit.l.1.§.
19 penult.ff.de edend.† Editiones tamen ſine die,& conſu-
le fieri debent: ne quid excogitetur,aut prolata die fiat.l.
1.§.editiones ff.de edendo. Viuius opin.incip.Accuſator
ibi & hoc idem habet locum Clar.§.fina.quæſt. 12.verſic.
ſed quid ſi accuſator. Diem tamen, & conſulem excipit
Prætor,quo inſtrumentum conſcriptum eſt, non in quem
ſolutio concepta eſt. Nã dies ſolutionis,ſicut ſumma,pars
eſt ſtipulationis d.leg.1.§.diem ff.de edend.ſed & rationes
cum die,& conſule edi debent: quoniam accepta, & data
non aliàs poſſunt apparere niſi dies,& conſul fuerit editus
d.leg.1.§.rationes,de qua re infra dum de rationibus eden
20 dis agetur.† Præterea exempla inſtrumentorum etiam ſi-
ne ſubſcriptione edentis edi poſſe receptum eſt leg.exem-
21 pla 11.ff.de edend.† Actio autem ſiue libellus vnà cum ci-
tatione oblata reo edi iubetur. Nouella cõſt.53.§.ſãcimus
l.1.§.1.& l.6.§.1.ff.de edend. & cuius expenſis edendus ſit,
tradit Villal.E.21.Et quod regulariter expenſis actoris ſit
edendus,niſi in loco adſit contraria conſuetudo dixit Bar.
in l.1.ff.de edend. Capell. Tholoſ.q.91. Berou.q.303.nu.7.
22 Menoch.de arbitr.caſu 228.nu.15. † Nec actor libellum e-
ditum prohibetur mutare;puta ſi per errorem minus cõ-
plexus fuerit, quam ad eum pertineat,aut aliud pro alio
petierit,aut ſi quis ex teſtamento dari ſibi oportere inten-
derit,quod ex ſtipulatu debetur:namq.in hiſce,alijſq; ſi-
milibus caſibus in eodem iudicio cognita veritate, errorẽ
ſuum corrigere actori permittitur l.edita 3.C. de eden.§.
ſi minus cum ſeq.inſtit.de actionib.ſecus autem eſt ſi poſt
ſententiam dictam finito iudicio idem facere velit: hoc.n.
caſu non poterit mutare,nec emendare,quia obſtabit ex-
ceptio rei iudicatæ d.§.ſi minus ibi,ſed in eodem iudicio l.
in delictis 4.§.ſi detracta ff.de noxalib.action. etiam quod
adſit clauſula,ſaluo iure addẽdi,&c. Vill.c.63.L.121.Ad-
uerſus quam an poſſit reſtitui tradit Gabr.lib.2. de actio.
concluſ.2.num.15.

S V M M A R I V M.

1 *Rationes argentarij reddere tenentur cum die,& conſule.*
2 *Ratio quid eſt.*
3 *Rationes reddere,& edere differunt.*
4 *Rationem reddere quid eſt.*
5 *Argentarius rationes reddere tenetur.*
6 *Nummularius rationes reddere tenetur.*

7 *Argentarius filiusfamilias rationes edit, limitatur.*
8 *Argentarius ſeruus rationes edit, limitatur.*
9 *Succeſſores argentarij rationes edunt, limitatur.*
10 *Actor reo, reus actori rationes edit.*
Procurator Domino
11 *Socius ſocio* } *rationes edit.*
Tutor pupillo
12 *Plures obligati edere rationes, an omnes, vel vnus edere debeat.*
13 *Rationes edendæ, omnibus petentibus, declaratur.*
14 *Pertinere ad me quid videtur.*
15 *Procuratori rationes edendæ.*
16 *Argentario, & heredi ratio non edenda, limitatur.*
17 *Ratio ſemel edita, iterum non edenda, limitatur.*
18 *Iterum pro ſæpius accipitur.*
19 *Ratio edi quomodo intelligatur.*
20 *Dies appoſitus in principio cenſetur appoſitus ad ſequentia ſine die.*
21 *Pignus non eſt edendus.*
22 *Ratio ibi edenda, vbi exercitata, limitatur.*
23 *Ratio ſi non edatur, punitur edere obligatus.*
24 *Dolo malo non edere, quis dicatur.*
Aetas
25 *Ruſticitas* } *non edentis excuſat.*
Sexus
26 *Heredi actio hæc datur.*
27 *Ratione non edita, id ipſum debetur, quod perditum eſt ob rationem non editam.*
28 *Dominus ſerui non edentis de peculio, vel de in rem verſo tenetur.*
29 *Actio hæc Prætoria in factum quomodo ceſſet.*

De rationibus edendis. Tit. 19.

DE rationibus edendis extat Prætoris edictum, cuius
1 hæc ſunt verba. † Argentariæ menſæ exercitores
rationem, quæ ad ſe pertinet edant, adiecto die,
& conſule l. Prætoris 4. in princ. ff. de edend. Villal. M. 83.
in addit. 2. & R. 4. huius edicti ratio æquiſſima eſt: nā cum
ſingulorum rationes argentarij conficiant: æquum fuit, id
quod mei cauſa confecit, meum quodammodo inſtrumē-
tum mihi edi d. l. 4. § 1. l. argentarius 10. in princ. ff. eodem.
2 † Rationem autem eſſe labeo ait, vltrò citroq. dandi, acci-
piendi, credendi, obligandi, ſoluendi ſui cauſa negociatio-
nem, nec vllam rationem, nuda duntaxat ſolutione debiti
incipere, nec ſi pignus acceperit, aut mandatum, compel-
lendum edere, hoc enim extra rationem eſſe. Sed & quod
ſolui conſtituit, argentarius edere debet, nam & hoc ex ar-
3 gentaria venit l. ſi quis 6. §. rationem ff. de edend. † Plane
inter reddere & edere rationes multum intereſt: nec is, q.
edere iuſſus ſit, reliquum reddere debet. Nam & argenta-
rius edere rationem videtur, etiā ſi quod reliquū eſt apud
eum non ſoluat l. Boues 89. ff. de verb. ſignifi. late Menoch.
4 de arbitr. caſ. 209. † Reddere verò rationem eſt excompu-
tare, & reliqua, ſi quæ ſunt reſtituere l. cū ſeruus ff. de cōd.
& demonſt. d. l. boues §. inter reddere vbi Alci. & Rebuff.
ff. de verb. ſigni. quod nos antea notauimus in trac. de dif-
5 feren. indiuiduorum. In verb. edere. † Argentarius aūt ra-
tiones edere iubetur; nec intereſt cum ipſo argentario cō-
trouerſia ſit, an cum alio. Ideo autem argentarios tantum
neque alios vllos abſimiles rationes edere cogit, quia offi-
cium eorum, atque miniſterium publicam habet cauſam,
& hæc principalis eorum opera eſt, vt actus ſui rationem
diligenter conficiant d. l. 4. in princ. & d. l. 10. in prin. ff. eod.
6 de edendo. † Sed & nummularios non eſſe iniquum cogi
rationes edere, Pomponius ſcribit, quia & hi, ſicut argenta-
rij rationes conficiunt, & quia accipiunt pecuniam, & ero-
gant per partes, quarum probatio ſcriptura, codicibuſq;
eorum maximè continetur, ideo frequētiſſimè ad fidē eo-
rum decurritur l. quædam 9. §. nūmularios ff. de edendo.
7 † Sanè ſi argentarius ſit filiusfamilias; ipſe cogi debet ad
rationes edendas, non pater eius, niſi fortè vel ſciēte patre
argentaria exerceretur, vel quæſtus ex argentaria patri
quæreretur d. l. 4. §. ſed & filiusfamilias ff. de edendo l. quædā
9. §. nihil intereſt ff. eod. ſed rectè Sabinus reſpondit, tūc id
admittendum, cum patri quæſitum referret, vt ſola ſciētia
eum nō liget d. §. ſed & filius. Vel cum pater filio ſucceſſe-
8 rit l. quædam 9. §. nihil intereſt ff. eod. † Similiter ſi ſeruus
argentarius ſit, dominus ad edendas rationes non tenetur,
ſed ſeruus: niſi vel voluntate domini ſeruus argentariā fe-
cerit, vel dominus rationes penes ſe habeat. Planè ſi ſeruus,
qui inſcio domino argentariam exercuerit rationes nō edi-
derit, dominus de peculio, vel de in rē verſo tenebitur. Sed
ſi dominus habet rationes, nec edat, inſolidum tenetur d. l.
9 4. §. ſed ſi ſeruus ff. de edendo d. §. nihil intereſt. † Porrò &
ſucceſſores argētarij coguntur rationes edere: nec intereſt,
ſi ſucceſſores, aut pater, aut dominus argentarij eiuſdē fue-
runt profeſſionis, quia cū in locum, aut ius ſuccedāt argen-
tarij, partibus eius fungi debebunt l. ſi quis 6. §. 1. ff. de edē.
& d. §. nihil intereſt. Planè ſingularis ſucceſſor nō tenebitur
puta legatarius, vel donatarius d. l. §. is autem ff. de edend.
ſed nec hæres tenebitur, ſi neq. poſſideat, neq. dolo malo
fecerit d. l. 9. §. ſed nec hæres. Planè ſingularis ſucceſſor in-
terdum cauſa cognita tenetur. Vt ſi hæredi antequam lega-
tarijs traderet, denunciatum fuerit, ne tradat, tenebitur hę-
res quaſi dolo fecerit. Quod ſi nihil dolo fecerit, cā cogni-
ta legatarius, & ſi ſingularis ſucceſſor, cogendus eſt edere
10 d. l. 9. §. ſed ſi ei, antequam ff. de edend. † Sed & præter ha-
ctenus enumeratos, interdum & alij ad rationes edendas
tenentur puta, actor reo, & contra reus actori, cuius nego-
cia geſſit l. non eſt nouum 5. l. iuſtum 6. l. procurator 7. l. ea
11 quæ 8. C. de eden. l. illata 4. C. de fid. inſtrum. † Item pro-
curator domino, ſocius ſocio, & tutor pupillo, ſed non ex
edicto Prætoris propoſito, verum vel mandati, vel pro ſo-
12 cio, vel tutelæ actione l. 9. in prin. ff. de eden. † Planè ſi plu-
res ſint, qui ad edendas rationes tenentur; omnes edere de-
bent, aut vnius editioni ſubſcribere, niſi fortè vnus tm̄ ra-
tiones habuerit: tunc enim hic ſolus ad editionem compel-
letur leg. ſi quis 6. §. 1. ff. de edend. Hæc de ijs, qui rationes
edere tenentur, dicta ſufficiant nunc de ijs, quibus edendæ
13 ſunt, eſt dicendum † Et regulariter quidem omnibus po-
ſtulantibus, & iurantibus non calumniæ cauſa ſe petere
rationes, quæ ad ſe pertineant. Prætor edi iubet l. quædam
9. §. ſi. ff. de edend. l. ſi quis 6. §. exigitur, & §. ex hoc edicto
§. pertinere, & §. ad nos autem pertinet ff. eod. exigitur aūt
ab aduerſario argentarij iuſiurandum, non calumniæ cau-
ſa poſtulare edi ſibi, ne fortè vel ſuperuacuas rationes, vel
quas habet, edi ſibi poſtulet vexandi argentarij cauſa d. §.
exigitur. Ita demum autem actori tenetur ad edendum ar-
gentarius, ſi ad ſe rationes pertineant d. l. 9. §. ſi. ibi rationes
quæ ad ſe pertineant § ex hoc edicto § pertinere, & §. ad
14 nos. † Pertinere videtur ad me ratio, ſi modo eam tracta-
uerit me mandante. Sed & ſi procurator meus, me abſente
mandauerit; quaſi ad me pertineat, mihi edi debet d. §. per-
nere. Item ad me pertinet non tantum, cum ipſe contraxi,
vel procurator meus, vel is, cui ſucceſſi, ſed etiam ſi quis in
15 mea poteſtate eſt, contraxit d. §. ad nos. † Procuratori quo-
que meo edēda ratio eſt, quam argētarius mecum habet,
quaſi ad eum pertineat d. l. 6. §. procuratori ff. de edendo,
cauebit tamen de rato, ſi ei mandatum non ſit d. §. procu-
16 ratori. † Prohibet autem Prætor argentario edi illa ratio-
ne, quod ipſe etiam inſtructus eſſe poteſt inſtrumento ſuę
profeſſionis; & quod abſurdum eſt, cum ipſe in ea cauſa
ſit, vt edere debeat, ipſum petere, vt edatur d. l. 6. §. prohi-
bet. Sed nec hæredi argentarij, edi ratio debet. ſi inſtrumē-
tum argentariæ ad eum peruenerit: ſi minus edenda eſt ex
cauſa d. l. 6. §. penul. Nam & ipſi argentario ex cauſa eden-
da eſt, ſi naufragio, vel ruina, vel incendio, vel alia ſimili
cauſa rationes perdidiſſe ſe probet, aut in longinquo habe-
re: veluti tranſmare d. §. penul. ibi nam, & ipſi argentario.
17 † Sed & nec iterum poſtulanti edi Prætor iubet, niſi cauſa
cognita, veluti ſi peregrè habere, quod primum editū eſt,
vel minus plene editum doceat, vel eas rōnes caſu maiore,
non verò negligentia perdiderit, nam ſi quo caſu amiſerit
cui ignoſci debeat, ex integro edenda ratio eſt d. l. 6. §. Prætor
ait, & §. ſi. ff. de edend. Hæc autem vox iterum, duas res
ſignificat, altera eſt, qua demonſtratur tempus ſecundum
quod Græci δεύτερον dicunt, altera, quæ ad ſequētia quoq;
tempora pertinet, quæ Græcè dicitur πάλιν. Quod ita acci-
pitur, quoties opus erit. Nam poteſt fieri, vt bis editā ſibi
18 rationem, quis perdiderit, † vt verbum. Iterum pro ſæpius
19 accipitur leg. veluti 7. § hæc vox ff. de edendo. † Porrò edi
ratio ita intelligitur, ſi à capite edatur. Nā rō nſi à capite
inſpiciatur intelligi nō pōt: ſcilicet vt nō totū cuiq. codicē
rōnum, totaſq. mēbranas inſpiciēdi, deſcribēdiq. poteſtas
fiat:

Digitized by Google

ſtat: ſed vt ea ſola pars tõnum, quæ ad inſtruendum aliquẽ
pertineat, inſpiciatur, & deſcribatur, l. argentarius 10. §. edi
autem, ff. de edendo. Si item initium tabularum habet
diem, & Conſulem, in quibus Titij ratio ſcripta eſt, poſt-
modum mea ſine die, & Conſule, etiam mihi edendus eſt
20 dies, & Conſul. l. 6. §. ſi initium de edend. † Nam dies, &
Conſul appoſitus in principio, cenſetur etiam appoſitus
ad ſequentia ſine die, vt notant ibi glo. Bald. & cæteri om-
nes, l. Prætor ait 4. in principio, ff. eodem l. 1. §. diem autem
21 ff. eodem. † Planè ſi pignus acceperit, aut mandatum, hoc
non compellitur edere argentarius, ſed quod ſolum conſti-
tuit, edere debebit, enam & hoc ex argentaria venit, d. l. ſi
22 quis §. rationem, ff. de edendo. † Præterea ibi quis compel
litur edere, vbi argentariam exercuit, quamuis in alia Pro-
uincia inſtrumentum argentariæ habeat, d. l. 4. ſed ibi quis
ff. eod. Quod ſi in alio loco argentariam exerceat, alibi au-
tem ad editionem compellatur, minimè hoc facere cogi-
tur, niſi deſcriptum velis. vbi de ea re agitur, ibi dari, tuis
videlicet ſumptibus; quo caſu ſpatium ad perferendas eas
tribuendum eſt. Si verò argentarius in villa habeat inſtru-
menta, vel in horreo, aut ad locum te perducet, aut deſcri-
ptas rationes dabit, d. l. 6. in principio, & § final. cum l. ſeq.
ff. de edend. Hactenus de rationibus edendis. Nunc de pœ-
na non edentis, ſeu de actione ob non editas rationes eſt
23 dicendum. † Si itaque editum non ſit, in id, quod actoris
intereſt, actio competit, quod ita intelligi debet, ſi dolo
malo non edidit argentarius. Culpam enim non præſtabit;
niſi dolo proximam, l. vbi exigitur 8. in principio, ff. de e-
24 dendo. † Dolo autem malo non edidit, & qui malitioſè e-
didit, l. Prætor ait 4. §. is etiam, ff. eod. d. l. 8. §. 1. eius excuſa-
tio nulla eſt, qui dicit, ſe deſijſſe facere argentariam: Ni-
hilominus enim ad editionem eſt compellendus, aut ad
25 id, quod intereſt, probandum, dict. §. is etiam. † Planè eis,
qui ob ætatem, vel ruſticitatem, vel ob ſexum lapſi non e-
diderunt, vel ex alia iuſta cauſa ſubuenietur: l. 1. §. final. ff.
eod. Hæc autem actio, neque poſt annum, neque in hære-
26 dem, niſi ex ſuo facto dabitur, † hæredi autem dabitur,
l. hæc actio 13. ff. de edend. Venit, vt diximus in hanc actio-
nem, quod intereſt actoris, rationes editas eſſe, non qui-
dem quanti hodie intereſt. Sed quanti tunc interfuit, cum
27 decerneretur à Prætore. Et † ideo licet intereſſe deſijt, vel
minoris, vel pluris intereſſe cœpit locum hæc actio non ha-
bebit, neque ad augmentum, neque ad diminutionem, l.
vbi exigitur 8. §. is autem, ff. de edend. l. ſi quis 6. §. ex hoc
edicto, ff. eod. Siue autem quis condemnatus ſit, ſiue quod
perijt, non obtinuerit, eo quod non habuit rationes, ex qui-
bus cauſam ſuam tueri poſſet: id ipſum, quod ita perdi-
derit, hac actione conſequitur, l. argentarius 10. §. cum au-
28 tem, ff. de edendo. † Planè dominus ſerui ſui non edentis
nomine non niſi de peculio, vel de in rem verſo tenetur, l.
Prætor ait 4. §. ſed & ſi ſeruus, ff. eod. vt ſupra quoque di-
ctum eſt, niſi fortè, vel voluntate domini ſeruus argenta-
riam exercuerit, vel dominus rationes habeat, nec edat:
29 tunc enim in ſolidum tenetur, vt dictum eſt. † Poſtremò
cum aliud ſuppetit remedium, quo quis ad rationes eden-
das cogi poſſit, hæc in factum actio Prætoria ceſſat, alia au-
tem remedia ſunt, mandati, pro ſocio, & tutelæ actio. di-
cta l. 9. in principio, ff. de edend. vt ſupra quoque fuit o-
ſtenſum. Et hæc de edendo dixiſſe ſufficiant. Nunc de di-
lationibus, & aliquot exceptionibus dilatorijs eſt dicen-
dum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio, cauſa cognita, conceditur.*
2 *Dilatio, ex quibus cauſis detur.*
3 *Dilatio ad certiorandum dominum danda, limitatur.*
4 *Dilatio datur fideiuſſori, ad reum certiorandum.*
5 *Dilatio impetranti reſcriptum non conceditur ſic ad reſcrip-
tum redarguendum.*
6 *Dilatio ad probandum, & producendum iura, datur.*
7 *Dilatio coram Principe non datur.*
8 *Dilatio ob abſentiam conceditur.*
9 *Dilatio ad conſulendum conceditur procuratori.*
10 *Dilatio in criminalibus ad reſpondendum de facto proprio, nõ
datur, ad excipiendum ſic, limitatur.*
11 *Dilatio impedito datur.*
12 *Dilatio ſpoliato datur, & quanta.*
13 *Dilatio ad concludendum in cauſa datur.*
14 *Dilatio ob caſus fortuitos datur.*
15 *Dilationes arbitrariæ ſunt.*
16 *Dilatio quanta ſit danda, iudex ſtatuit.*
17 *Feriæ connumerantur in dilationibus datis.*
18 *Dilatio ſemel danda, limitatur.*
19 *Dilatio appellanti danda eſt.*
20 *Dilatio data defuncto, & ſucceſſori datur.*
21 *Dilatione data, officium iudicis quieſcit.*
22 *Dilatione data præſcriptio non currit.*

De dilationibus. Tit. 20.

1 Dilatio † non aliàs, niſi cauſa cognita indulgeri po-
teſt, & cauſæ cognitio non interpellatione plena-
ria, ſed concedente magis iudice pro tribunali ex-
pedit, vt ſi fortè dilationis petitio fuerit improbata, ſuſce-
pta quæſtio per ſententiam iudicis dirimatur, l. à proce-
dente 4. C. de dilationibus. l. inter 6. C. eodem. l. vltima, in
fine, ff. de ferijs, & dilatio. l. argentarium 45. ff. de iudicijs,
l. 2. §. final. C. vt intra cert. tempus 3 quæſtione 3. cap. vlti-
mo, §. à iudice; Iudicum enim debet eſſe diligentia, vt ſi
nulla rationabilis à reo, vel actore dilatio poſtuletur, vr-
geant cauſarum notionem, non expectans moris, dicto §.
final. de qua te nonnulla poſuimus in glo. ſtat. Vrb. libro 1.
2 c. 59. † Sanè cauſæ, ex quibus dilatio dari debeat, hæ ferè
in iure numerantur. In primis ſi reus alterius nomine quo-
libet modo poſſidens immobilem rem, litem ab aliquo per
3 in rem actionem ſuſtineat: † huic enim dominum, cuius
nomine poſſidet, nominanti danda dilatio eſt ad denun-
ciandum domino, vt rem defendat, l. 2. C. vbi in rem actio
exerceri debeat. Nouella cap. 68. §. quod ſi alter, cap. quo-
niam 5. §. in alijs, vt lit. non conteſtat. Niſi reus etiam nonſi
ne ſuo proprio poſſideat Villalo. N. 14. in addit. 2. Vel niſi
poſſeſſorio recuperandæ agatur, controuertitur apud Ga-
briel. libro quinto, de reſtitut. ſpoliator. concluſ. 1. numero
4 94. & ſequent. † Idem dicendum, ſi fideiuſſor, vel manda-
tor conuentus exceptionem opponat de reo principali
prius conueniendo, iſque abſit: tunc enim fideiuſſori, vel
mandatori ad reum adducendum dilatio dari debet No-
5 uella conſt. quarta. §. poſtulet igitur. † Item reſcripto ad
iudicem extraordinarium impetrato, ei quidem, qui im-
petrauit, dilatio deneganda eſt. Aduerſario autem, qui in
iudicium vocatur, danda eſt ad improbanda precum men-
dacia, vel proferenda aliqua inſtrumenta, vel teſtes: quo-
niam inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad alie-
num iudicium trahitur. Nouella cõſ. 53. §. ſed & illud cum
6 ſequen. & l. 2. C. de dilationibus. † Probationum quoque,
& inſtrumentorum cauſa dilatio dari debet: & ſi inſtru-
menta litis apud eos eſſe dicantur, qui Reipublicæ cauſa
aberunt, cognitio ſuſtinenda eſt, l. notionem 99. §. fina. ff.
de verborum ſignification. l. interdum 36. ff. de iudic. No-
uella con. 115. §. ſed & hoc 3. quæſt. 3. cap. vlt. §. ſpacium, l.
7 1. C. de dilatio. Clar. §. final. quæſt. 48. ver. ſed pone. † Planè
in cauſa appellationis, vel conſultationis, quæ vertitur co-
ram Principe, non datur dilatio ad probandum, ſiue per ſe
ipſum cognoſcat, ſiue per alium, cui per reſcriptum com-
miſit, l. cum à nobis 5. C. de dilationibus. dict. cap. vltimo,
8 §. cum verò. † Porrò ob abſentiam litis conſortum, vel
conſortis dilatio indulgenda non eſt, l. non idcirco 44. ff. de
iudic. l. prima, C. de conſortib. eiuſdem litis Villalo. N. 14.
9 in addit. 2. de qua te latius alibi dicetur. † Si Procurator
dominum conſulere velit, dilatio eſt danda, capit. dilectus
10 11. de procurator. † Ad reſpondendum de proprio facto
in criminalibus, dilatio danda non eſt. Clar. in §. fina. quæ-
ſtione 45. ver. ſed hic quæro. Ad excipiendum reo citato
danda eſt. 1. quæſtione 3. in principio, cum cap. ſequent. &
cap. vltim. §. ſed & illi verò, l. 2. C. de dilatio. Nouella conſt.
53 §. ſed & illud cum §. ſequent. Niſi ex ipſa citatione, vel
alio modo cauſam, aduerſus, quam ei fuit excipiendum, co-
gnoſcere potuit, ca. præterea 2. de dilatio. Niſi libellus po-
ſtea fuit mutatus in id, quod principalis cauſæ mutationẽ
11 importet, c. literæ 3. eo. † Si publico negotio impeditus de
propoſita actione ſatis deliberare non potuit, dilatio dan-
12 da eſt, c. vlt. eodem. † Item reo ſpoliato, & reſtituto tanta
ei dilatio danda eſt, quanto tempore fuit ſpoliatus. 3. q. 2.
in princ cum c. ſequen. c. prius, c. tamdiu, cap. eiectis, cap. ſi
13 Epiſcopus, §. Præſul verò. † Ad concludendum autem in

Digitized by Google

cauſa dilatio denegãda non eſt Nouella con.115.§.ſed &
14 hoc† Sed & humanũ eſt, propter fortuitos caſus dilationẽ accipi: veluti cum pater litigator filium, vel filiam, vel vxor virum, vel filius parentem amiſit, & in ſimilibus
15 cauſis.leg.interdum 36.§.humanum ff.de iudic.† Vt ideo arbitrariæ ſint capit. quod ad conſultationem de re iudi. cap.perſonas de appellatio.leg.2.& ibi Doctor.ff.de re iudic.& nos in gloſ.ſtatut. Vrb.libro ſecundo capit.10. & in ſyntagm.commun.opin. loco 11.titulo 10. maximè in criminalibus ſecundum Innocent.in cap.adeptionum numero 4.de accuſat. Alexand.in leg. 2.numero 8.ff.de re iudic.
16 quos Clar. citat in §.fin.quæſt.48.ſub num.2.†Quanta autem dilatio danda ſit à iudice, cauſa cognita, ſtatuendum eſt: ita tamen, vt ſiquidem ex ea prouincia, vbi lis agitur, vel perſonæ, vel inſtrumenta poſcantur, non amplius, quam tres menſes indulgeat: Si verò ex continentibus prouincijs non vltra ſex menſes, in tranſmarina demum dilatione non vltra nouem menſes computari oportebit. leg.1.C.de dilatio.leg.nec de ſtatu C. eodem 3. quæſt.3.c. vltim.§.ſpacium. Et ita iudicantes ſentire debebunt, vt io hac ratione non ſibi conceſſum intelligant dandæ dilationis arbitrium, ſed eandem dilationem, ſi rerum vrgentiſſima ratio flagitauerit, & neceſſitas deſideratæ inſtructionis exegerit, non facile amplius, quam ſemel, nec vlla trahenda arte ſciat eſſe tribuendam. dicta leg. 1.C.de dilatio. Et hæc quidem de dilationum probationum cauſa dãdis. Si verò detentatori rei immobilis dilatio danda ſit, ad enunciandum domino, tunc ſiquidem dominus in proximo eſt, vna aut duabus tantummodo prouincijs in medio conſtitutis, quatuor menſium dilatio danda. Si maius ſpacium interueniat ſex: ſi remotiores prouinciæ interueniãt, octo: In locis verò quamlibet remotiſſimis, nouem menſes non excedat. Nouella.conſt.68.§.quod ſi aliter. Plane Prætor in huiuſmodi dilationibus vicena millia paſſuum in ſingulos dies dinumerari iubet.

Si ad concludendum in cauſa dilatio petatur: triginta dierum ſpatium dandum, quibus elapſis, ſi nondum concludat, alter menſis dandus. Si ſic quoque differat, tertius menſis dandus, nec vltra tres menſes dilatio concedenda. Nouella.con.115.§.ſed & hoc præſente. Poſtremò luctus cauſa nouem dierum dilatio danda d. Nouella. 115.§.me-
17 moria, † feriæ autem ſiue repentinæ ſint, ſiue ſolemnes, dilationum temporibus non excipiuntur, ſed his connume-
18 rentur leg.ſiue pars 3.§.fina.C.de dilatio.† Porro dilatio in ſingulis cauſis pluſquam ſemel tribui non poteſt. leg.in pecuniarijs 10 ff.de ferijs leg. 1.§.final.C.de dilatio. & nos in gloſ.ſtatut. Vrb.libro primo cap.quinto in verſicu. dilationibus. In capitalibus tamen cauſis tres dilationes reo, accuſatori duæ dari poſſunt. Sed vtramque cauſa cognita dicta leg.10.ibi in Capitalibus Clar.§.fina.quæſtio.48.ver. quæro quot, & nos in gloſ.Stat. Vrb.libro ſecundo cap.10.
19 fol.553.numero 20.verſic.Imo.† Si quis appellauerit, dilatio ei indulgenda eſt, 3.quæſt. 6.cap.pulſatus in princip. ſed & in pecuniarijs cauſis inſtrumentorum dilatio vtilitatis litigantium gratia, cauſa cognita iterum tam ex eadẽ, quam ex alia prouincia impertiri ſolet, & maximè ſi aliquid inopinatum emergat. leg.oratione 7.ff.de ferijs, &
20 dilatio.† Proinde ſi defunctus aliquam dilationem acceperit propter inſtrumenta, cauſa cognita ſucceſſori quo-
21 que eius amplius dari debet d.leg.7.§.fina.† Poſtremò dilatione data, officium iudicis interim conquieſcit. leg.ſiue pars 3.C.de dilatio. Gabriel libro 2.de dilatio.conclu.1.vbi diſtinguitur Veſtr.lib.7.cap.1.numero 15. Ideo practici ſolent ante ſententiam ad cautelam impetrare reuocationẽ.
22 Veſtr.lib.5.nume.3.† Et temporis præſcriptio contra creditorem per illud tempus non currit l.c.1.§.in omnibus ff. de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones dilatoriæ quando opponendæ.*
2 *Exceptiones dilatoriæ quæ ſint.*
3 *Exceptiones dilatoriæ omnes ſimul objiciendæ.*
4 *Exceptione vna dilatoria appoſita, & aliæ poſtea poſſunt opponi, ſi fuerit proteſtatum.*
5 *Exceptio dilatoria ſuperueniens, vel errore omiſſa poteſt opponi.*
6 *Exceptio dilatoria, quæ poſt litem conteſtatam opponitur.*
7 *Exceptio dilatoria excommunicationis opponitur, ſed non ſemper obſtat.*
8 *Exceptiones dilatoriæ ex quibus cauſis competunt.*
9 *Recuſatoria iudicis dilatoria exceptio eſt.*
10 *Iudex datus in locum recuſati non recuſatur.*
11 *Iudex poſt litem conteſtatam non recuſatur.*
12 *Recuſatio iudicis quomodo facienda.*
13 *Recuſato iudice, deputantur arbitri, vel alij iudices.*
14 *Delegato recuſato, delegans de ſuſpicione cognoſcit.*
15 *Arbitris vbi eſt locus, qualiter eligantur.*
16 *Arbitris tempus ſtatuendum.*
17 *Iudice ſuſpecto pronunciato quid agendum.*
18 *Epiſcopo ſuſpecto recuſato, quid agendum.*
19 *Appellatio loco recuſatoriæ ſuccedit.*
20 *Exceptiones dilatoriæ in genere vbi proponantur.*
21 *Excommunicationis exceptio dilatoria, cum declaratione.*
22 *Excommunicationis exceptio contra quos opponi poſſit.*
23 *Spolij exceptio dilatoria eſt.*
24 *Spolij exceptio contra quem competat.*
25 *Spolij exceptio quando poſſit opponi, & quid in Eccleſiaſticis.*
26 *Spolij exceptionis effectus dimittatur.*

De exceptionibus dilatorijs, & recuſatoria Iudicis. Tit. 21.

SAtis ſuperque de dilationibus dandis dictum eſt nunc
1 de dilatorijs exceptionibus dicendum: † quarum natura hæc eſt, quod non niſi ante litem conteſtatam opponi poſſunt l.ſi quis 12.C.de except. l.exceptionẽ C. de pro-
2 batio.† Quæ autem ſint huiuſmodi exceptiones dilatoriæ impedientes litis ingreſſum videri poſſunt latiſſimè apud Viuium poſt alios opin.incipien.exceptio oppoſita, & incipiens exceptio ſpoliationis n.4.& apud nos in gl.ſtat. Vrb. lib.1.c.62. Et in ſyntagm.comm.opin.iuris loco 10.titul.5.
3 † Quæ quidem omnes ſimul intra certum tempus à iudice ſtatuendum ſunt objiciendæ. cap.paſtoralis 4.de excep.
4 Villalo.c.16.cum addit.† Sed ſi vna oppoſita, de alijs objiciendis fuerit proteſtatus, priore diſcuſſa: has enim etiam poſt terminum objicere poterit d.c.4.ver.quas nõ fuerint
5 proteſtatæ.† Idẽ eſt ſi alia exceptio dilatoria poſt terminũ cõpetere cœperit d.c.4.ver.niſi forte aliqua. Vel ſi aliqua p ignorantiam fuit omiſſa d.c.4.ver.vel is, qui voluerit eam
6 opponere.† Vel exceptio dilatoria ſit talis, quæ etiam poſt litem conteſtatam poſſit opponi exemplo Clem.1.de exce-
7 ptio. † Sed exceptio excommunicationis, & ſuſpenſionis, quamuis excommunicato, & ſuſpenſo obſtet, donec abſoluti ſint c decernimus 8.de ſent.excom.in 6.c.1.de except. in 6. Tamen ſi non ſit probata incontinenti, ſed altiorem indaginem requirat, ad cautelam remittenda eſt, ne cauſa principalis nimium differatur cap.Apoſtolicæ 9.de excep.
8 † Competunt autem huiuſmodi dilatoriæ exceptiones varijs ex cauſis, de quibus in l.exceptiones 10.ff.de except.& alibi. Conſiſtunt autem huiuſmodi cauſæ, vel in perſona actoris, vel in perſona rei conuenti, vel in perſona procuratoris, vel in perſona iudicis, vel denique in alijs huiuſmodi circunſtantijs, de quibus partim ſupra dictum eſt, & di-
9 cetur.† Hic autem de exceptione ſumpta ex perſona iudicis, quam recuſatoriam iudicis vocant, pauca dicemus, quamquam de ea quoq; tractatum ſupra ſit in tit.2.3.4. & 5. Nam ibi cauſas, ex quibus exceptio hæc cõpetat, ſeu iudex recuſari poſſit, enumerauimus, quarum nonnullas, & alias poſuimus in gl.ſtat. Vrb. lib. 1.ca.186. quarum tamen cauſarum exceptiones præter eas, quas in dictis locis
10 enumerauimus, & plures ſunt.† Nam qui ſemel Iudicem datum recuſauit, poſtea alio iudice dato eius recuſandi po-
11 teſtatem amplius non habet. Nouell.c.53.§.vbi verò.† Sed & niſi intra viginti dies à libelli editione, iudex recuſatus ſit, vel ante litem conteſtatam, poſtea fruſtra recuſatur, niſi fortè cauſa recuſandi iudicis poſtea contigerit d. Nouella c.53.§.ſancimus igitur l.vlt.C.de ſen.& interlocu.l.apertiſſimi 14.C.de iud.l.nemo 4.C.de iuriſd.om.iud.& exẽplo eorũ, quæ dicta ſunt ſupra de cauſis procuratorũ mutandorũ ti.11. Non aũt diſtinguitur à quo iudex ſit datus. Nã quãuis ab Imperatore, vel alio ſublimi magiſtratu datus ſit, eius recuſandi poteſtas eſt reo, dummodo legitima cau-
12 ſa ſub ſit d.l.apertiſſimi 14.C.de iudi.† Recuſari aũt iudex debet per libellũ recuſationis ex poſt ſcriptũ d.l.14.ibi libello

recu-

recuſationis ei porrecto, C. de iudic. c. ſecundo 41. §. tertio
c. ſpeciali 61. de appellat. c. licet 10. in fine de foro compet.
c. ſuſpicionis 39. de offic. delegat. Si verò is abſens ſit, præ-
ſes prouinciæ præſens: tunc Præſidi libellus recuſationis
offerri debet; Sin autem is quoque abſens ſit, tunc eadem
hæc apud defenſorem locorum, vel duumviros munici-
pales geſtis apud eos habitis celebrari poſſunt, l. cum ſpes
13 16. C. de iudic. † Recuſato autem iudice, illicò, id eſt intra
tridtium proximum compelluntur partes arbitrum, vel
arbitros eligere, & apud eos litigare: ne & datus iudex re-
moueatur, & alter non eligatur, d. l. 16. ibi illicò autem, l.
apertiſſimi 14. in princip. & §. in eo ſcilicet, C. de iudic. cui
concordant allegati canones. Si alij iudices cum recuſato
dati ſint: tunc enim non apud arbitros, ſed apud ipſos cõ-
iudices cauſa recuſationis eſt probanda, cap. ſi contra 4. de
14 offic. deleg. in 6. † Et recuſato iudice delegato: tunc ad de-
legantem cognitio ſpectat, d. c. ſi cõtra, §. cum autem, cap.
ſuper 27. §. quem verò, & §. eius ergo, eod. tit. c. iudex 5. de
offic. delegat. in 6. Et recuſato officiali epiſcopi cognitio
15 pertinet ad epiſcopum, d. c. ſi contra in fine. † Sed vbi lo-
cus eſt arbitris, ſi ſuper eorum electione variatum fuerit
inter partes, tunc vel Præſidis prouinciæ (ſi adeſt) vel defen
ſionis locorum, vel magiſtratuum municipij arbitrio di-
rimenda: & executore, cui mandata eſt huiuſmodi cauſæ
exactio, imminente, & ſtatuta ab arbitris effectui manci-
pante, niſi fuerit prouocatum: tunc enim ipſe, qui antea
iudicem dedit, qui ſuſpectus viſus eſt, appellatione trun-
cata formam cauſæ imponit legitimam, d. l. cum ſpes 16.
16 §. electione, C. de iudic. † Arbitris enim tempus ad defi-
niendum ſtatui debet, intra quod niſi exceptio fuerit di-
ſcuſſa, proceditur in negotio principali, cap. legitima 2. de
17 appellat. in 6. c. ſuſpicionis 39. de offic. deleg. † Si iudex ſu-
ſpectus fuerit pronunciatus: tunc aſſenſu recuſantis alij
negocium principale committitur cognoſcendum, vel id
ad ſuperiorem tranſmittitur, c. ad hæc 27. in fine, & capit.
cum ſpeciale 61. §. & ipſa probata de appellat. cap. ſi quis
contra 4. de for. compet. l. 14. in princ. & verſ. in eo ſcilicet,
18 & l. 16. § ſancimus, ver. illico, C. de iudic. † Sed ſi clericus
ſuum epiſcopum ſuſpectum dixerit; tunc enim vicini epi-
ſcopi cognoſcent. 2. q. 6. c. placuit, item 11. q. 3. c. presbyte-
19 ri. † Affine remedium exceptionis recuſatoriæ iudicis eſt
appellatio, 2. q. 6. c. ſi quis iudicem in princ. Et hæc de re-
cuſatoria iudicis ſufficiant, cum alijs pluribus dictis ſupra
tit. 2. 3. 4. & 5. Sed & de exceptione procuratoria, & alijs
huiuſmodi dictũ eſt ſupra, & dicetur paſſim in locis ſuis
20 ſpecialibus, & † de dilatorijs exceptionibus in genere eſt
tex. in §. appellantur Inſtit. de exceptio. & §. penult. Inſtit.
eod. l. 2. §. fin. & l. 3. ff. de except. & nos in glo. ſtat. verb. libro
21 1. c. 62. † Sed in ſpecie inter dilatorias connumeratur etiã
exceptio excõmunicationis, vt paulò ante dictum fuit, &
probat Viui. opin. incipien. excõmunicatus agendo. Quod
tamen procedit, ſi excipiens ſpeciem excommunicationis,
& nomen excommunicatoris exprimat, c. 1. in princip. de
except. in 6. & illam infra octo dies probauerit, d. cap. 1. ibi
ſciturus eam rem, & cap. prudentiam 21. §. ſexto nobis, de
offic. delegat. Sed ſi poſtea pendente lite probetur, tunc. n.
ſequens proceſſus inhibetur, quamuis acta antea facta va-
leant, d. c. 1. §. ſi verò poſtmodum. Nam in quacunq; parte
iudicij exceptio hæc opponi poteſt. d. c. 1. ver. in quacũque
parte iudiciorũ, & §. ſed ſi poſt. Sed ſi antea bis fuerit op-
poſita non videtur amplius opponi poſſe, d. §. ſi verò, verſ.
promiſio, quod vltra duas vices. Nec refert, quod ſit oppo
ſita à reo, quia & iudicis officio actor excommunicatus
poteſt hac exceptione repelli, d. c. 1. §. ſed ſi poſt, & c. exce-
ptionem 12. in fine de except. Viuius vbi ſupra ibi, & excõ-
22 municatus iſte. † Sed ſi vniuerſitate agente non ipſa, ſed
rectores ipſius ſint excommunicati, non videtur, quod cõ-
tra eam opponi poſſit, c. vlt. de procurat. Sed ſi exceptio,
non actio proponenti excommunicationis exceptionẽ op-
ponatur, tunc excommunicationis exceptio non videtur
excipienti obſtare, c. cum inter 5. de except. quod verũ eſt,
ſi non per ſe ipſum, ſed per procuratorem ſe defendat ex-
cipiendo. Viuius vbi ſupra, ibi ſed defendendo Villalo. E.
113. Cæterum ſi exceptio, quam excommunicatus obijcit,
contineat reconuentionem, repelletur exceptione excom-
municationis, d. c. cum inter 5. ver. cæterum non ſic in re-
conuentione. Appellanti verò, & appellationẽ proſequen-
ti excommunicationis exceptio oppoſita non obſtat, d. c. 5.
ver. porrò cum excommunicato, c. dilectæ 10. c. ſignifica-
uit 11. & c. vlt. eod. tit. de exceptio. Nec opponenti de nul-
litate ſententiæ Villalo. E. 125. Tandem obſeruandum eſt,
quod excommunicationis exceptio ipſi excommunicato,
non ei, cui excommunicatus ſuam actionem ceſſit, obijci
poteſt. Galleſ. ad formam Cameræ de perſona petentis
exequutionem num. 4. & ſeq. fol. 128. Viuius in verb. Ceſ-
23 ſionarius in fine. † Inter dilatorias eſt etiam exceptio ſpo-
lij. Nam reus ſpoliatus in iudicio reſpondere non tenetur,
niſi fuerit reſtitutus 2. q. 2. in princ. cum c. ſequen. cap. om-
nes, c. nullus, c. in ſcripturis, c. nullus, & c. vlt. item 3. quæſt.
1. c. 1. epiſcopi cum ſequen. vſque ad c. nullitatem, c. vlt. §.
patet ergo, & q. 2. c. cum eccleſia, c. oportet, c. audiuimus,
c. prius item 5. q. 2. c. vlt. in princ. item 33. q. 2. c. hiſtoria cũ
pluribus ſequent. c. cum dilectus 2. c. vlt. in fine de ordin.
cognit. cap. 1. §. illum autem de reſtit. ſpoliat. in 6. Viuius in
verb. exceptio ſpoliationis, num. 1. & in verb. ſpoliatus ſua.
Et ſpoliatus non, Gabriel lib. 5. de reſtit. ſpoliat. concluſ. 1.
24 num. 1. † Niſi ab alio, quam ab actore ſpoliatus reus fue-
rit, hoc enim caſu aduerſus actorem propoſita ſpolij ex-
ceptione non adiuuatur, d. c. 1. in princ. Niſi fortè cauſa cri-
minalis ſit, in criminalibus enim nihil refert, à quo reus ac-
cuſatus fuerit ſpoliatus, vt exceptione ſpolij adiuuetur, d.
c. 1. in princ. ver. in ciuilibus negocijs, & §. ſed ſi in ciuilib.
Viuius in verb. ſpoliatus non tenetur: ibi, & dicit Ange-
lus, vbi controuertitur: Gabr. lib. 5. de reſtit. ſpoliat. con-
25 cluſ. 3. vbi etiam controuertitur. † Sed ſi intra quindecim
dies exceptio ſpolij oppoſita non fuerit probata, illa non
obſtante proceditur in cauſa d. §. ſed ſi in ciuilibus. Item ſi
ab alio, quam ab actore ſpoliatus intra tempus à iudice
ſtatuendum, reſtitutionem non petierit, nec cauſam ad fi-
nem perduxerit, oppoſitione non obſtante in cauſa con-
tra eum proceditur, d. c. 1. §. ſolet. Idem erit, ſi agatur ſu-
per rebus eccleſiaſticis, d. c. 1. §. fin. Vel ſi rebus eccleſiaſti-
cis ſpoliatus, de rebus priuatis conueniatur, d. §. fin. verſic.
vel è contrario. Vel ſpoliatus res eccleſiæ, quibus ſpoliatus
eſt, profundat 3. q. 2. c. vlt. Vel ſi quis vi occupans poſſeſ-
ſionem ab ea incontinenti ſit deiectus, quoniam tunc ex-
ceptione ſpolij non iuuatur, vt non procedatur in cauſa,
ipſo non reſtituto. 3. q. 1. cap. vlt. §. ſed obijcitur. Viuius in
verb. ſpoliatus, num. 3. & Gabr. vbi ſupra concluſ. 1. num.
7. & 8. Vel ſi à iudice fuerit reus ſpoliatus Villalo. S. 87. vel
ſi per ſententiam conſtet de dominio ſpoliatoris. Fichar.
in addit. ad Vill. S. 87. Vel ſi exceptio hæc ſpolij non fuerit
oppoſita ante litem conteſtatam. Viuius in verb. exceptio
ſpoliationis, num. 2. & ſpoliatus non tenetur. Gabr. libr. 5.
de reſtit. ſpoliat. concluſ. 2. num. 29. Vel notorius defectus
tituli ſpoliato obijciatur. Viuius in verb. ſpoliatus, numer.
1. Vel tandem ſi ex reſtitutione ſpolij irreparabile dam-
num ſequi poſſit. Gabr. d. concluſ. 1. cum concluſ. ſequen.
26 2. † Vis enim exceptionis ſpolij hæc eſt, vt repellat agen-
tem, non etiam vt agens ad reſtitutionem cogatur, vel cõ-
demnetur, c. cum dilectus 2. de ordin. cognit. Clar. §. fin. q.
19. ver. per exceptionem. Niſi per reconuentionẽ ſpoliatio
opponatur, d. c. 2. §. nos autem diſtinguendum, Vel niſi ex-
cipiendo ſimul petatur, vt actor de crimine, de quo exci-
pitur, puniatur. Clar. vbi ſupra, ver. criminaliter, vſque ad
ver. vltimo. Sed & ad exceptiones dilatorias pertinet etiã
de cautionibus in iudicio hinc inde præſtandis, de quibus
in ſequentibus tit. dicetur.

S. V M M A R I V M.

1 *Cautum quid dicatur, & cautionis vocabulum quale ſit.*
2 *Satiſdatio quid.*
3 *Cauere, & ſatiſdare differunt.*
4 *Cautiones quæ in iudicio præſtandæ.*
5 *Cautiones a quibus in iudicio præſtandæ.*
6 *Semel qui cauit, amplius non cauet, limitatur.*
7 *Vitioſè cautum, qualiter intelligatur.*
8 *Fideiuſſores admittent illos probat.*
9 *Calamitas contingens quid operetur.*
10 *Mulier non cauet, nec minor 25. annis.*
11 *Fideiuſſor locuples eſſe debet, & facilis conuentionis.*
12 *Fideiuſſores approbati pro locupletibus habendi.*
13 *Appellari poteſt ab approbatione fideiuſſorum.*
14 *Fideiuſſorem qui accipit, probat.*
15 *Cauendum fideiuſſoribus regulariter.*

16 *Satiſdandum ibi eſt, vbi agitur, limitatur.*
17 *Forma iuramenti non valentis ſatiſdare vbi agitur.*
18 *Satiſdatione præſtita, & non ſeruata, quid iuris.*
19 *Satiſdatio ſine die valet.*
20 *Iniuriarum actio competit, ſi idoneus fideiuſſor non accipiatur.*
21 *Peierare non dicitur, qui ex cauſa non præſtat.*

De cautionibus, & ſatiſdationibus in iudicio hinc inde poſtulandis. Tit. 22.

1 CAutum † dicitur ſiue perſonis, ſiue rebus cautũ ſit. l. habere 188. §. fin ff. de verbor. ſignific. ex his verbis colligitur, cautionis vocabulum generale eſſe, continens ſub ſe tam ſatiſdationem, quam pignoris obligationem, quemadmodum, & nudam repromiſſionem, & ideo ſi cui lex, vel pactum cautionem iniungit, iſtiuſda repromiſſione præſtita liberatur, l. ſancimus 3. ff. de verbor. ſi-
2 gnific. † Satiſdatio eſt cautio perſonis, ſeu fideiuſſoribus facta, quamquam interdum ſatiſdationis appellatione, nuda repromiſſio continebitur, qua contentus eſt is, cui ſatiſdatio debebatur, d. l. ſancimus 3. C. de verb. ſignific. & l. ſatiſdationis 61. ff. eod. de alia huius verbi ſatiſdationis ſignificatione, ac ſatis acceptionis tradit, l. 1. ff. qui ſatiſd. coga. & l. ſtipulationum 5. §. ſatis acceptio, ff de verb. oblig.
3 † cauere aotẽ & ſatis dare differunt. Nam qui datis fideiuſſoribus, & ſponſoribus promittit, ſatiſdare dicitur. Qui verò promittit ſine fideiuſſoribus, dicitur cauere, l. 2. §. 6. ff de iudic. l. 2. §. ſed vtrum, ff. eod. l. 5. & penult. ff. de petit. hæredit. & l. 1. ff. de ripa munien. vt notauimus in tract. de
4 differentijs indiuiduorum &c. in verbo ſatiſdare. † Cautiones autem in iudicio præſtandæ tales ſunt: ab actore quidem de lite vſque ad finem perſequenda. Nouell con. 112. §. cæterum vſque ad §. porrò, de lite infra duos menſes conteſtãda. Nouell. c. 96. in princ. vſque ad §. illud quoque 3. q. 3 c. vlt. §. libellum, de ſumptibus, & expenſis litis, ſi non obtinuerit reo reſtituendis, vel decima parte eius quantitatis, quam in libello complexus eſt, pro ijs ſoluẽda. Nouell. c. 53. §. & quia moris, & §. quia verò compertum. Nouella 96. in princ. & Nouel. 112. §. cæterum, d. cap. vlt §. quod fieri, & illis non præſtitis, ſi oppoſitum fuerit, non poterit actor in cauſa procedere, quia exceptiones de cautionibus præſtandis ſunt dilatoriæ, vt in allegatis, & alle-
5 gan. iuribus. † à procuratore verò actoris, tutore, & curatore, ſiue in rem. ſiue in perſonã agatur, de rato ſatiſdandum, §. ipſe autem. Inſtit. de ſatiſdat. §. ſin autẽ per procuratorẽ Inſtit. eod. Sed quoad tutores, & curatores cũ declaratione, de qua nos in tract. de tutela, & cura, libr. 2. tit. 4. num. 8. A reo conuento cautio præſtanda eſt iudicio ſiſti, iudicatum ſolui, item quod tempore ſententiæ recitandę, ipſe in iudicium ſit venturus, §. quod ſi proprio. Inſtit. de ſatiſdat. § ſi verò aliquis, & in princip. Inſtit. de ſatiſdat. A defenſore rei conuenti iudicatum ſolui ſatiſdandum eſt, ſi à reo ſatiſdatum non ſit. §. ſi verò in perſonam, & §. ſi verò reus Inſtit. eod. Porrò ſciendum, poſſeſſores rerum immobilium ad ſatiſdationem non compelli, l. ſciendum 25. ff. qui ſatiſdat. cogan. Viuius in verb. fideiuſſiones. Cautionem, & in verb. fideiuſſor non eſt idoneus, nu. 4. de qua
6 tamen re plura dicentur infra in iudicio ſiſti cautione. † Sed & is, qui ſemel cauit, ad cauendum amplius non tenetur: niſi fortè vitioſè antea ſit cautum, l. quoties 6. ff. qui ſa
7 tiſd. cogan. l. qui ſatiſdare 3. ff. de fideiuſſorib. † vitioſe cauiſſe cautum eſſe intelligitur per perſonam, quæ pro alio inter-
8 cedere non poſſit, d. l. 3. † Quamuis autem fideiuſſores per quos cautum eſt, idonei non ſint; tamen iteranda cautio non eſt, quia qui admiſit eos fideiuſſores, idoneos eſſe cõprobauit, l. qui ſatiſdare 3. in fine. ff. de fideiuſſor. l. ſi arbitrio 10. §. multoque magis, ff. qui ſatiſd. cogant. Surd. deciſio. 288. Pro parte &c. num. 6. Minori tamen 25. annis ſuccurrendum eſt, fortaſsè & mulieri ſi non idoneũ fideiuſſorem acceperit propter imperitiam, l. de die ponenda, §.
9 ſi ſeruus, ver. minori cum ſua glo. ff. qui ſatiſd. cogan. † Sed & ſi medio tempore calamitas fideiuſſoribus inſignis, vel magna inopia acciderit, cauſa cognita ex integro ſatiſdandum erit, lege ſi arbitro 10. §. fin ff. qui ſatiſdat. cogant. Idem dicendum, ſi ſeruus inueniatur, qui antequam iudicium acciperetur, fideiuſſit iudicatum ſolui, l. de deponen-
10 da 8. §. ſi ſeruus, ff. eod. † Sed & qui mulierem ad iubet ad ſatiſdandum, non videtur cauere, d. l. 8. §. 1. Sed nec miles, nec minor 25. annis probãdi ſunt: niſi hæ perſonæ in rem ſuam fideiubeant, vt pro ſuo procuratore. Item ſi à marito fundus dotalis petatur, in rem ſuã mulier fideiubebit,
11 d. l. 8. §. 1. † Locuples autem fideiuſſor, per quem ſatiſdatur, eſſe debet, non tantum in facultatibus, ſed etiam ex conueniendi facilitate. l. 2. ff. qui ſatiſd. cogant. Viuius in verbo fideiuſſor non eſt idoneus. Clar. in §. fin. quæſtio. 45. nu. 12. Vnde ſi fideiuſſor dicatur habere fori præſcriptionem, & metuat petitor, ne iure fori vtatur: merito talem fideiuſſorem recuſabit. Sed ſi aliàs cauere non poſſit: prædicendum ei, non vſurum eum priuilegio, ſi conueniatur. l. ſi fideiuſſor 7. qui ſatiſd. cogant. l. 1. ff. ſi quis in ius vocat.
12 † Planè ſi ab arbitro probati ſunt fideiuſſores, pro locupletibus habendi ſunt, cum potuerit querela apud competentem iudicem deferri, l. ſi arbitro 10. ff. qui ſatiſdat. co-
13 gant. † Si quidem arbitro ad probandum fideiuſſores cõſtituto, ſi in alterutrã partem iniquum arbitrium videatur, perindè à beo atque à iudicibus appellare licet, d. l. 10. & l. 9. ff. eo. l. 2. ff. à quib. appell. non lic. Qui aotẽ ab arbitro probatos ex cauſa improbat, alios improbatos probat, d. l.
14 10. §. 1. † Et qui ſua voluntate accipit fideiuſſores, contẽtus ijs eſſe dẽt, d. l. 10. §. multo magis, vt paulo ſuperius quoque dictũ eſt. Porrò ſi procurator agat, & præſens ſit abſentis ſeruus, ſeruo cauendum, non procuratori, l. mutus 43. §. ſi
15 procurator. ff. de procurat. † Quo autem cautionis genere cauendũ. vtrũ fideiuſſoribus an verò nuda repromiſſione, & regulariter non niſi fideiuſſoribus cauendũ eſt, l. prætoriæ 7. in princ. ff. de prætor. ſtipul l. 1. §. ſtipulationũ, ff. eo. quod videtur contradicere firmatis in princ. & allegatis per Viuiũ opin. 296. fideiuſſores dare promittens, & per Villalo. O. 17. & 18. cũ add. t. de qua te dicetur alibi, vbi de prætori-
16 jis ſtipulationibus in genere agetur tit. 24. & ſeqq. † De loco cautionis illud tenendũ, quod regulariter quidẽ ibi ſatiſdandũ ſit, vbi agitur, niſi ibi ſatiſdare nõ poſſit, l. ſi fideiuſſor 7. §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatiſd. cog. exẽplo l. de die 8. §. tutor cũ ſeq. ff. eo. tunc. n. põt audiri, ſi in alio loco ſatiſdare ſit paratus, vt in allegatis iuribus. Quod tamen ita verum eſt, ſi neceſſaria ſit ſatiſdatio. Si autem ſatiſdatio voluntaria eſt, non in alium locum remittitur, nec enim meretur, qui ipſe ſibi neceſſitatem ſatiſdationis impoſuit, d. l. ſi fideiuſſor 7. §. ſi autem, ff. qui ſatiſdat. cogan. Idem dicendum, ſi miſſo iam legatario in poſſeſſionem, cum per hæredem ſtetiſſet quo minus caueret, hæres poſtulet, vt poſſeſſione decedat, paratũque ſe dicat in municipio cauere: nam impetrare non debebit, d. l. de die 8. §. Planè ſi miſſo, ff. eod. Diuerſum eſt ſi ſine culpa, aut dolo eius legatarius miſſus ſit in poſſeſſionẽ, d. §. planè ibi diuerſum
17 eſt. † Is autem, qui ſatiſdationis nomine aliò mitti deſiderat, de calumnia iurare debet hoc modo: Romæ ſe ſatiſdare non poſſe, & ibi poſſe, quò poſtulat remitti: idque ſe non calumniæ cauſa facere, d. l. 8. §. Sic autem iurare. Sic autem non eſt compellendus iurare, alibi ſe, quam eo loco, ſatiſdare non poſſe, quia ſi Romę non poſſet, pluribus autem locis poſſet, cogeretur peierare, d. §. ſic autem ibi. Nam ſic non eſt. Planè quibuſdam hoc iuſiurandum de calumnia remittitur veluti parentibus, & patronis, d. l. 8. §. ſed quibuſdam. Non autem ſimpliciter is, qui ſatiſdationis gratia aliò mitti deſiderat, hoc impetrare debet, ſed cauſa cognita. d. l. 8. §. fin. in princ. Quid enim, ſi cum erat eo loco, quò ſe mitti deſiderat, noluit cauere? hoc enim impetrare, cum per eum ſteterit, quominus ibi, vbi deſide-
18 rat, ſatiſdaret, d. §. fin. † Porrò ſatiſdatione præſtita ſi nõ præſtatur id, de quo cautum eſt, actio aduerſus fideiuſſores ex ſtipulatu committitur, l. quoties 6. ff. qui ſatiſd. cogan. Quod tamen ita verum eſt, ſi non vitioſè cautum, vel ſatiſdatum ſit, hoc enim caſu cautum non videtur, vt diximus ſupra. Proinde minori vigintiquinq; annis fideiuſſori, & mulieri ſuccurritur, d. l. de die 8. §. minori, ff. eod. Et ſi falſo procuratori ſatiſdatum eſt, ſtipulatio non committitur, niſi fortè dominus poſtea mandauerit, vel ratum habuerit id, quod ſuo nomine geſtum eſt, l. Iulianus 11. ff. qui
19 ſatiſd. cog. † Planè dies in ſtipulatione omiſſus ſatiſdationẽ nõ vitiat: ſed in ſtipulatoris arbitrio eſt, quo die præſtari velit, qđ eſt promiſſũ moderato tñ ſpacio de hoc à iudice ſtatuẽdo, d. l. 8. in princ. ff. eo. Hæc de actione ex ſatiſdatione

Digitized by Google

tione pſtita, de qua tñ plura dicentur inf. in ſeqq. titulis.
20 † Naſcitur autem occaſione ſatiſdationis oblatæ iniuriarum actio: nam qui pro rei qualitate euidentiſſimè locupletem (vel ſi dubitetur) approbatum fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa non accepit, aduerſus eum iniuriarum
actio eſſe poteſt quia ſanè non quælibet iniuria eſt, duci in
ius eum, qui ſatis idoneum fideiuſſorem det. Sed & fideiuſ
ſor ipſe, qui non ſit acceptus, tanquam de iniuria ſibi facta queri poterit, l. ſi vero 5. §. qui pro rei qualitate, ff. qui
21 ſatiſd. cogan. † Poſtremo, qui iurato promiſit non videtur peierasse, ſi ex iuſta cauſa cautum non præſtiterit, l. vlt.
ff. eod. Et hæc de cautionibus & ſatiſdationibus in genere,
nunc de quibuſdam cautionibus in ſpecie eſt dicendum,
ſcilicet rem ratam haberi, iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui.

SVMMARIVM.

1 *Rem ratam habiturum cauere debet eum, ad quem res pertinet is, cuius nomine agit, limitatur.*
2 *Domino præſente cautio de rato ceſſat, limitatur.*
3 *Cautio de rato ante litem conteſtatam peti poteſt.*
4 *Defenſor non cauet de rato.*
5 *Cautio de rato, & iudicatum ſoluendo quandoque præſtanda.*
6 *Emens. Vendens. Locans. Paciſcens. Stipulans. Exigens.* } *Pro alio de rato cauere debet, id eſt, quod ipſe, & eius heredes ratum habebunt.*
7 *Cautio de rato comprehendit omnes, quos res tangit, vel tangere poteſt, limitatur.*
8 *Stipulatio ratam rem haberi, quando committatur, & actio oritur, & limitetur.*
9 *Rem ratam haberi quid ſit, definitur.*
10 *Ratum haberi poteſt, & verbis & facto.*
11 *Ratum haberi quando poſſit, & quando non.*
12 *Ratum dominus habere, quando non videatur.*
13 *Stipulatio quando non committatur.*
14 *Stipulatio de rato quando non committatur.*
15 *Petenti aliud, quam quod cautum fuit, obſtat exceptio ſtipulationis non commiſſæ.*
16 *Stipulatio de rato quibus caſibus committatur.*
17 *Dominus quod ratum non habuit poteſt habere.*
18 *De rato, qui cauit ſi ei ſucceſſit, ſtipulatio ceſſat.*
19 *Debitum naturale non manet.*
20 *Stipulatio de rato quando inutilis ſit.*
21 *Actione de rato ſemel actum amplius agi non poteſt, limitatur.*
22 *Actio de rato quibus competat.*
23 *Actio de rato continet, quod intereſt.*
24 *Impendia litis veniunt in actione de rato.*
25 27 *Pœna non venit in actione de rato, limitatur.*
26 *Quinquaginta ſi perijt, procurator dominus centum petat, ad quinquaginta fideiuſſor de rato tenetur.*
28 *Indiuiſibilis eſt ſtipulatio de rato, limitatur.*
29 *Actio de rato tunc competit, quando conſtat, dominum ratum non habuiſſe, limitatur.*
30 *Dominus qui ratum non habet reſtituere tenetur, quod accepit à procuratore, declaratur.*

Ratam rem haberi, & de ratihabitione. Tit. 23.

SI quis igitur alterius nomine actionem inſtituat de ra-
1 to cauere debet. † Cuius enim nomine, (inquit Prætor)
quis actionem dari ſibi poſtulabit, id ratum habiturũ
eum, ei ad quem ea res pertineat, viri boni arbitratu ſatis
det. l. ſeruum quoque 35. §. ait Prætor ibi: & ei quo nomine, ff. de procurator. §. ipſe autem inſtitut. de ſatiſdat. §. ſin
autem per Procuratorem inſtit. eod. Non autem diſtinguitur quacumque actione agatur, Qui enim alieno nomine
agit quacumque actione, id ratum habiturum eum ad
quem ea res pertinebit, cauere debet, l. non ſolum 39 §. qui
nomine, ff. de procurator. Proinde & ſi ſtatus controuerſiam alicui faciat procurator, ſiue ex ſeruitute in libertatẽ
aduerſus eum quis litiget, ſiue ipſe ex libertate in ſeruitutem petat: debet cauere, ratam rem dominum habiturũ,
l. procurator 8. §. ſi quis, ff. de procurat. l. non ſolum 39. §.
ſi ſtatus, ff. eod. Is quoque, qui curatorem alicui abſenti petit, ratam rem eum habiturum neceſſe habebit ſatiſdare,
l. minus 43. §. is, qui. ff. de procurator. Planè ſi procuratori
opus nouum nunciatum ſit, iſque interdicto vtatur, ne ei
vis fiat ædificanti: non compellitur cauere, ratam rem dominum habiturum: quia defenſoris partes ſuſtinet, à
quo cautio de rato non exigitur, l. non cogendum 45. §. ſi
procuratori, ff. de procurator. Sed & ſi ſuo nomine procurator agat, de rato cauere non tenetur, quod tamen interdum ſecus eſt, vt puta iuſiurandum procuratori retulit, iurauitque abſenti dari oportere, agit hoc iudicio ſuo nomine propter iuſiurandum (nec enim hæc actio domino competere potuit) ſed debebit de rato cauere. Sed & ſi procuratori conſtitutum eſt, & ex ea cauſa agat, dubitandũ non
eſt, quin locus ſit de rato cautioni. d. l. non ſolum 39. §. ſed
interdum, ff. de procurator. Si pater filij nomine iniuriarum agat, cum duæ ſint actiones, vna patris, altera filij, ceſ
ſat de rato cautio. d. l. 39. §. ſi pater. De dote tamen pater
agens, ratam rem filiam habituram, cauere tenetur, dict. l.
39 §. ſi de dote. Actor etiam à tutore datus omnimodo cauet. Sed actor Ciuitatis, nec ipſe cauet, nec magiſter Vniuerſitatis, nec curator bonis conſenſu creditorum datus, l.
actor 9. ff. ratam rem haberi. Interdum tamen ſi de decreto dubitatur, ab actore vniuerſitatis interponenda de rato
cautio eſt, l. item eorum 6. §. actor, ff. quod cuiuſque vni-
2 uerſ. nomi. † Præterea ſi, vel dominus præſens ſit, vel de
mandato conſtet, procurator de rato cauere non tenetur,
l. 1. in princ. C. de ſatiſdando, §. ſin autem inſt. de ſatiſdat. l.
1. C. de procurator. l. ne ſatiſdatio 21. ff. ratam rem haberi,
l. ſi procuratorem 65. ff. de procurator, Ideoque quamuis
poſtea mutata voluntate, dominus procuratorem eſſe noluerit, tamen iudicium, quo procurator expertus eſt, ratũ
eſſe debet, d. l. 65. ibi. Et ſi poſtea mutata voluntate, d. l. 1. §.
& ſi poſtea, C. de ſatiſdando. Si tamen minor 25. annis dominus mandauerit, nihilominus cauendum erit, hoc modo. Si dominus in integrum reſtitutus fuerit, hæreſue eius,
aut is, ad quem ea res, qua de agitur, pertinebit: quanti ea
res erit, tantam pecuniam dari, l. cum minor 3. in princ. ff.
3 ratam rem hab. † Ante litis autem conteſtationem ratihabitionis ſatiſdatio à procuratore exigitur. Cæterum ſemel
lite conteſtata, non compelletur ad cautionem, l. Pomponius 40. § ratihabitionis, ff. de procurator. Niſi fortè, vel lite iam conteſtata procurator interueniat, vel falſus procurator probetur l. 1. C. de conſortib. eiuſdem litis, l. licet 24.
4 C. de procurator. † Is quoque, qui defenſionem alicuius
nomine ſuſcipit, de rato cauere non tenetur, dummodo iudicatum ſolui ſatiſdet. l. Pomponius 40. §. ſed & is, qui. ff.
de procurator. Is tamen, qui quaſi defenſor in rem actione conuenitur præter ſolitam ſatiſdationem iudicatum
ſolui, etiam de rato debet cauere. d. l. ſed & is, in principio.
5 † Eſt & alius caſus, quo quis eiuſdem actionis nomine, &
de rato caueat, & iudicatum ſolui, vt puta poſtulata eſt cognitio de in integrum reſtitutione, cum minor circumſcriptus diceretur in venditione, alterius procurator exiſtit:
debet cauere hic procurator ratam rem dominum habiturum, ne fortè dominus reuerſus velit quid petere, item
iudicatum ſolui, vt ſi quid fortè propter hanc reſtitutionẽ
in integrum præſtari adoleſcenti debeat, hoc præſtetur, l.
non ſolum 39. §. eſt & caſus, ff. de procurator. Sed ſi ſuſpectus tutor poſtuletur, defenſorem eius oportere etiam de
rato cauere: ne reuerſus ille velit retractare, quod actum
eſt, d. l. 39. §. item ait, l. tutore 6. ff. ratam rem haberi. Idem
dicendum de eo, qui abſentem emptorem, eundemque poſ
ſeſſorem fundi defendit, & iudicium nomine eius accipit,
poſtulatque à venditore fundi, vt ab eo defenderetur, hoc
enim caſu venditori deſideranti caueri ſibi ratam rem emptorem habiturum, defenſor rato ſatiſdare debet, quia ſi
fundum agenti reſtituerit, nihil prohibet, dominum repetere & cogi venditorem rurſus defendere, l. qui abſentem
75. ff. de procurator. Poſt verò poſtquam placuit inter omnes id, quod inuicem debetur, ipſo iure compẽſari, ſi procurator abſentis conueniatur, non debebit de rato cauere,
quia nihil compenſat, ſed ab initio minus ab eo petitur, l.
6 poſteaquam 21. ff. de compenſatio. † Porrò non ſolum ſi
quis alieno nomine agat, de rato cauere tenetur: ſed & ſi
quid emat procurator, aut vendat, aut locet, aut ſi ei ſoluatur, vel ſi paciſcatur, vel ſtipuletur duplum, damni infe-
cti,

ẞi,aut legatorum nomine,vel quodlibet aliud abſentis no
mine gerat negotium, ſtipulatio rem ratam haberi ſolet
interponi,l.non ſolum 20.ff.rat.rem hab.l.Pomponius 40.
§.ſi ſtipuletur, ff. de procurator.l. interdum 10.cum legi-
bus ſequen. ff.rat.rem haberi. Quo enim tutiore loco ſit,
qui contrahit,de rato ſolet ſtipulari,d.l.10.cum legibus ſe-
quentib. Non ſolum autem dominum ratam rem habitu-
rum caueri oportet,ſed & eius hæredes,alioſque,ad quos
ea res pertinet,l.ſi ſine 22.§.ſi in ſtipulatione,ff.rat.rem ha
beri,l.procurator 23.ff.eod.l.ſeruum quoque 33.§ ait Præ
7 tor, ff. de procurator. † Ideoque qui patris nomine iniu-
riarum agit ob eam rem, quod filius eius verberatus, pul-
ſatuſque ſit,in ſtipulatione cogendus eſt,filij quoque per-
ſonam comprehendere, præſertim cum fieri poſſit, vt pa-
ter ante decedat, quamuis ſciret procuratorem ſuum e-
giſſe,& ita iniuriarum actio redeat ad filium. Sed & ſi ne-
poti iniuria facta fuerit, & procurator aui propter hanc
cauſam iniuriarum aget,non ſolum filij,ſed etiam nepotis
perſona comprehendenda erit in ſtipulatione. Quid enim
prohibet,& patrem,& filium,antequam ſcirent procura-
torem egiſſe decedere? quo caſu iniquum eſt, fideiuſſores
non teneri,nepote iniuriarum agente,l.ſi ſine 22.§.qui pa-
tris,ff.ratam rem haberi. Planè cæteros creditores præter
dominum,eiuſque hæredes,alioſque, de quibus dominus
cauere tenebatur,hæc verba, Ad quem ea res pertinet, nõ
continent,l.non ſolum 39. §. quæritur, ff. de procurator.
Hæc de ipſa cautione rem ratam haberi ſufficiant. nunc
8 de actione inde deſcendente eſt dicendum. † Si itaque do
minus id,quod geſtum eſt ratum non habuerit,committi-
tur ratam rem haberi ſtipulatio, & oritur ex ſtipulatu a-
ctio.l.quo enim 12.§.fin.ff.rat.rem hab. l.amplius 15. in fi-
ne,ff.eod.l.ſi ſine 22.§.quod ſi debitam,ff.eod. Siue igitur
dominus petat, ſiue compenſatione vtatur, committitur
ſtatim hæc ſtipulatio. Nam qualiter qualiter quis eundem
actum retractat,qui à procuratore actus eſt,committi ſti-
pulationem oportet, d.§.final.cum alijs ſupra citatis legi-
bus Villalo. P. 349.& plura referuntur in Syntagma com.
opin.iuris loco 12.tit.18.Planè ſi dominus à ſententia iudi-
cis,procuratore victo prouocauit,ſtipulationis defecit cõ-
ditio: cum ad auxilium commune ſuperatus confugiſſet,
l.cum minor.3.§.falſus,& in princ.ff.rem rat.hab.Idem di
cendum,ſi dominus 25.annis minor per in integrum reſti-
tutionem id,quod geſtum eſt reſciderit, l.cum minor 3. in
princ.ff.rat.rem hab. Item quoties domino,quamuis ipſe
antea egiſſet, rurſus agenti non obſtaret exceptio rei iudi-
catæ, non debet procuratori, ſi dominus actum non ha-
buerit ratum. Vtputa procurator ad exhibendum agit, &
cum aduerſarius abſolutus eſſet,quia non poſſidebat,cum
poſſeſſionem eiuſdem rei nactus eſſet, egit cum eo domi-
nus ad exhibendum. Nam hoc caſu procurator, eiuſque
fideiuſſores non tenentur: quoniam hæc alia res eſt, & ſi
dominus egiſſet,mox abſoluto, quia non poſſideret,ex in-
tegro ageret,non obſtabit rei iudicatæ exceptio.l. procura-
tor.8.in princ.ff.rem rat.hab. Præterea ſi alius, poſteaquã
verus dominus contra id, quod geſtum eſt, venerit, rem
ratam haberi, ſtipulatio non committitur,quemadmodũ
in falſo procuratore poſtea agente reſponſum eſt,l.procu
rator 23.ff.rem rat.haberi. Planè ſi cum procurator cauiſ-
ſet ratam rem dominum habiturum, & dominus poſtea
vendidiſſet eundem fundum,emptor fundum petierit,ſti
pulationem ratam rem haberi committi Iulianus ſcribit,
l.ſi indebitum 16.§.fin.ff.eod. Idem dicendum ſi hæres do
mini,domino,antequam ſciret negotium geſtum eſſe,mor
tuo ratum non habuerit, vel alius, ad quem ea res perti-
net,de quo dominus etiam cauere tenebatur,l.ſi ſine 22.§.
9 ſi procuratori, ff. ratam rem haberi. † Ratam autem rem
haberi, hoc eſt comprobare, agnoſcereque,quod actum
eſt à falſo procuratore,l.quo enim tutiore 12.§.rem habe-
10 ri ratam, ff.eodem. † Nec tantum verbis ratum haberi po
teſt,ſed etiam actu. Vnde ſi eam litem, quam procurator
inchoauit,dominus comprobans perſequatur,non eſt cõ-
11 miſſa ſtipulatio,l.non tantum 5.ff.eod. † Si tamen eo tem
pore ratum habuerit dominus, quo iam agere amplius nõ
poteſt,iſta ratihabitione nihil agitur,l.bonorum 24.ff.eod:
l.pater 25.§.procurator, ff.eod. Nam cum procurator ab
eo æs alienum exegerat,qui tempore liberaretur,& ratam
rem dominum habiturum cauerat,deinde poſt tempus, li
berato iam debitore,dominus ratam rem habuerat, poſſe
debitorem agere cum procuratore,Africanus exiſtimauit:
hoc argumento, quod ſi nulla ſtipulatio interpoſita fuiſ-
ſet, condictio locum aduerſus procuratorem habitura e-
rat: in locum autem condictionis interponi ſtipulationem,
d.§.procurator,& l.ſi is.7.ff.eod. Idem Africanus reſpon-
dit bonorum poſſeſſionem ab alio agnitam ratam haberi
oportere eo tempore, quo adhuc in ea cauſa ſit, vt peti
poſſit. Itaque poſt centeſimum diem ratam haberi non
poſſe,l.bonorum 24.in princ.ff.ratam rem haberi. Planè li
cet procurator talis ſit factus, vt per eum amplius agere
dominus non poſſit,puta,furioſus, vel mortuus: nihilomi-
nus, quod antea per eum geſtum eſt ratum haberi poteſt
d.l.24. §. an autem Præterea ratum habere dominus de-
bet,cum primum certior factus, quod tamen cum quodã
ſpacio temporis accipi debet,ſicut in legato,cum de repel-
lendo quæreretur, ſpatium quoddam temporis aſſumi-
tur,nec minimum, nec maximum, & quod magis intelle-
ctu percipi, quàm elocutione poſſit exprimi, l. quo enim
12.§ Iulianus ff.eod.l.ratum autem 13. ff. de ſolutio. Si au-
tem ſemel ratum habuerit dominus geſtum à Procurato-
re,quamuis minorennis ætatis aduerſus id in integrum re-
ſtitui petat,tamen ſtipulatio de rato non committitur:niſi
fortè, & de caſu in integrum reſtitutionis in ſtipulatione
ratihabitionis nominatim ſit cautum, l. cum minor 3. in
12 princip.ff.rem rat. hab. † Ratum autem dominus habere
non videtur non ſolum ſi aduerſus ſtipulatorem, ſed etiã
ſi à ſtipulatore conuentus eo nomine compenſatione, vel
deductione vtatur.l.amplius non peti 15.in fine,ff.eodem.
13 † Non autem committitur ſtipulatio, ſi dominus ab alio,
quam qui de ratum habendo ſtipulatus eſt,petierit: dum-
modo nihil interſit eius, qui ſtipulatus ab alio petit,l.2. ff.
14 eod. † Alioquin ſi quis vni ex reis promiſerit rem ratam
dominum habiturum, aut amplius eam non peti: dicen-
dum eſt,ſtipulationem committi,ſi ab eo petatur, qui euſ-
dem obligationis ſocius eſt,vel à fideiuſſore,l.1.& l.ſi quis
14 ff.eod. Non autem diſtinguitur,vtrum debitam,an in-
debitam pecuniam procurator, qui de rato cauit, accepe-
rit. Nam vtroque caſu,domino ratum non habente,ſtipu-
latio committitur,l.ſi indebitum 16.l.ſi ſine 22.in princ.ff.
15 rat. rem hab. † Planè ſi aliam rem poſtea petat dominus,
quam procurator antea petierat,ex ſtipulatu de rato agen
ti exceptio nocebit,niſi fortè cum procurator totum antea
petijſſet,dominus poſtea partem petat,d.l.22.§. ſi procu-
rator,l.ſi procurator 18.& l.cum debitore 17.ff eod. Idem
dicendum,ſi procurator iudicium de hæreditate ediderit,
deinde dominus fundum ex ea hæreditate petierit: quia
ſi verus procurator fuiſſet, exceptio rei iudicatæ dominũ
16 ſummoueret,d.§.ſi procurator.† Plerunque autem ſtipu-
latio ratam rem haberi committitur his caſibus, quibus ſi
verus procurator egiſſet,domino,aut ipſo iure,aut per ex-
ceptionem actio inutilis eſſet,d.§.ſi procurator ibi, plerun
17 que autem, &c. † Planè & ſi dominus ratum non habue-
rit,quod à procuratore geſtum eſt,& ob id ipſo iure ſtipu
latio ſit commiſſa, ſi tamen poſtea pœnitentia ductus ra-
tum rurſus habuerit,ex ſtipulatu de rato agenti, doli ma-
li exceptio nocebit,l.12.§.quid ergo, ff.ratam rem haberi,
l.bonorum 24.§.an autem,ff.eod. Vnde ſi dominus à pro-
poſita actione deſtiterit; Paulus putat, non committi ſti-
pulationem amplius non peti,l.amplius 15.l.quo enim 12.
18 §.Iulianus,ff.ratam rem hab. † Sed & ſi is,qui de rato ca-
uit,ſucceſſerit ei, quem ratum habiturum promiſit, de ra-
to ſtipulatio non committitur,l.vlt.ff.eod. Planè ſi domi-
nus de eadem re egerit, quamuis litem amiſerit,nihilomi-
nus ſtipulatio committitur,d.l.8.§.1.ff.ratam rem hab. Do-
minus tamen procuratoris defenſionem ſuſcipiens, non
inutiliter doli mali exceptione aduerſus debitorem vte-
19 tur: † quia naturale debitum non manet, dict.§.1. Sed &
hoc caſu, quo dominus agens, rurſus ſuccubuit, non niſi
impendia litis in actionem ex ſtipulatu de rato veniunt, l.
20 ſi ſine 22.§.cum procurator, ff. rem rat. † Præterea ſtipu-
latio de rato inutilis efficitur, ſi cum procurator antea ali-
cui ſtatus controuerſiam mouiſſet, ideoque de rato cauiſ-
ſet,dominus poſtea rurſus agens obtinuerit, & ſtipulator
ſeruus eius fuerit iudicatus, cum & ſi quæ fuiſſet actio, eã
domino acquiſiuiſſe intelligeretur,l.procurator 8.§.fin.ff.
21 ratam rem haberi. † Poſtremò ſi actione propoſita,ſemel
actum ſit,rurſus agenti obſtabit exceptio: niſi fortè ex a-
lia cauſa agatur. Nam in id committitur ſtipulatio, quod
interſit

Digitized by Google

intereſſit agentis. Et ideo ſæpius ex ea ſtipulatione agi po-
teſt, prout intereſſit agentis, quod litigat, quod conſumit,
quod aduocat, quod damnatus ſoluit: ſicuti in ſtipulatio-
ne damni infecti accidere poteſt, vt is, qui ſtipulatus ſit,
ſubinde agat. Cauet enim, ſi quod ibi ruet, ſcindetur, fo-
dietur, ædificabitur. Finge ergo ſubinde damnum dari, nõ
erit dubium, quin agere poſſit. Nam ſi toto damnu com-
putato, tunc agendum eſt: propemodum non ante aget,
quam dies ſtipulationis præterierit: intra quem ſi dãnum
datum ſit, ſtipulatori cautum erit, quod verum non eſt, l.
ſi procurator 18. ff. eodem. Hactenus an, ſi dominus ratum
non habuerit, quod à procuratore geſtum eſt, committa-
tur de rato ſtipulatio, & ex ſtipulatu actio competat, di-
ſcuſſum eſt. Nunc dicendum eſt, quibus & aduerſus quos
competat. Quid in ea veniat petendum, quando detur.
22 Quique ſint eius euentus. † Si quis igitur ſtipulatus fue-
rit, Titium, hæredemque eius ratum habiturum, & Titius
pluribus hæredibus relictis deceſſerit, is ſolus tenetur, qui
non habuit ratum, iſque ſolus ex hæredibus ſtipulatoris a-
get, à quo fuerit petitum, l. inter cohæredes 44. §. ſi quis ſti-
23 pulatus, ff. famil. erciſc. † Venit autem in hanc actionem
id, quod actoris intereſt, id eſt quantum ei abeſt, quãtum-
que lucrari potuit, l. ſi commiſſa 13. ff. ratam rem hab. l. ſi
procurator 18. l. in ſtipulatione 19. ff. eod. l. 2. & l. procura-
tor 8. ff. eod. Proinde quamuis debitam pecuniam domi-
nus exegiſſet, ac percepiſſet, licet procurator nihil percepe
rit, nihilominus ſtipulatio de rato committitur: quia verò
procuratore agente exceptionem rei iudicatæ, vel ſimilem
nactus fuiſſet, & ita debitam etiam pecuniam potuiſſet re-
tinere, l. cum minor 3. §. fin. l. ſi ſine 22. §. quod ſi debitam,
ff. ratam rem haberi. In hac ſtipulatione non eſt cogitan-
dum rei promittendi, vel ſtipulandi compẽdium, ſed quid
intereſt fuerit eius, qui ſtipulatus eſt, ratum haberi, quod ge-
24 ſtum eſt, l. 2. ff. eod. † Ideoque, & impendia litis in hanc a-
ctionem veniunt tum prioris, tum poſterioris iudicij, d. l.
2. §. hoc amplius, & §. cum autem, & d. l. 8. §. ſi quis ibi, &
25 propter impendia, ff. eod. † Quod tamen ſtipulator pœ-
næ nomine præſtitit, actione propoſita non repetit, puta
cum procurator in rem ageret, cautionem dedit ratam rẽ
dominum habiturum, poſtea iudicio, reuerſus dominus,
iterum de eadem re egit, & cum reus haberet poſſeſſionẽ,
nolletque eam reſtituere, magno condemnatus eſt, in am
plius fideiuſſores non tenentur; hoc enim non debet impu
tari fideiuſſoribus, quod ille propter ſuam pœnam præſti-
26 tit, l. vlt. ff. de fideiuſſor. † Sed & ſi procurator quinqua-
ginta petijt, & dominus centum petat, tenebuntur fideiuſ
ſores in quinquaginta tantum, & quanti intereſſit differri
quinquaginta actionem, l. procurator 4. ff. ratam rem ha-
27 beri. † Planè quoties pœna ſtipulationi ſubiecta eſt, non
amplius quæritur, quanti ſtipulatoris intereſſit rem ratam
dominum habuiſſe, ſed quanta ſit pœna ſtipulationi inſer
ta, l. ſtipulationum 5. §. fin. ff. de verb. obligat. l. in executio-
ne 85. § penult. ff. eod. l. hæredes 25. §. in illa, ff. famil. erciſc.
l. eadem 4. § Cato ibi, ſed videamus, l. inter cohæredes 44.
28 §. ſi quis, ff. famil. erciſc. † Ideoque quamuis dominus pro
parte ratum habuerit, pro parte ratum non habuerit: nihi
lominus in ſolidum pœnæ ſtipulatio committitur, licet a-
lias non niſi pro ea parte, pro qua dominus ratum non ha-
buiſſet, committeretur, vt in allegatis iuribus. Si tamen, vel
ſtipulator, vel promiſſor pluribus hæredibus relictis, de-
ceſſerit, ex quibus vnus ratum non habuerit, vel ab vno fue
rit petitum, non niſi pro eius parte pœnalis quoque ſtipu-
latio committitur, d. §. Cato. & d. l. inter cohæredes 44. §. ſi
29 quis, ff. famil. erciſc. † Nunc videndum eſt, quando actio
hæc competat. Quo loco ſciendum eſt non ante compete-
re hanc actionem, quam conſtet, dominum ratum non ha-
buiſſe. Si tamen indebitum procuratori ſolutum ſit agi ſta-
tim ex hac ſtipulatione aduerſus procuratorem poteſt, vt
ratum habeat dominus, quo poſſit dignoſci, vtrum ne do-
mino condici debeat id, quod indebitum ſolutum ſit, ſi is
ratum habeat, an verò procuratori condicendum ſit, ſi do
minus ratum non habeat, l. ſi indebitum 16. ff. ratam rem
haberi, l. ſi ſine 22. ff. eod. Planè interdum, & ſi conſtat do-
minum ratum non habere id, quod à procuratore geſtum,
tamen actio propoſita inhibetur, donec poſterius iudiciũ à
domino ſuſceptum fuerit finitum: puta ſi procurator ali-
cui ſtatus controuerſiam mouit, & ſuccubuit: hoc enim ca
ſu domino rurſus de eadem re agente ſtipulatio quidem
committi videtur: ſed non ante ex ea agi poterit, quam
deliberatè iudicatum fuerit: quia ſi ſeruus ſit iudicatus,
inutilis ſit ſtipulatio. l. procurator 8. §. fin. ff. rat. rem habe-
30 ri, vt & paulo ſuperius dictum fuit. † Poſtremò, quod ad
euentus propoſitæ actionis pertinet, ſciendum, quod do-
minus, qui ſolutionem procuratori factam, ratam non ha
bet, pecuniam, quam à procuratore accepit condictione
indebiti eidem reſtituere teneatur, d. l. 8. §. 1. ibi, & ſi procu
rator. Procurator autem, qui indebitam pecuniam exegit,
domino ſolutionem ei factam ratam non habente condi-
ctione indebiti non tenetur, cum in locum condictionis in-
terpoſita ſit de rato cautio, l. ſi ſine 22. in princ. ibi, & condi
ctio, l. vlt. §. fin. ff. ratam rem haberi.

S V M M A R I V M.

1 *Cautio iudicio ſiſti, quæ & à reo præſtatur.*
2 *Dominus pro ſeruo ſiſtendo promittit.*
3 *Cautio iudicio ſiſti datis fideiuſſoribus, præſtatur.*
4 *Poſſeſſores immobilium hac cautione non grauantur.*
5 *Poſſeſſor quis accipiendus ſit.*
6 *Poſſeſſor an ſit tempus cautionis ſpectandum.*
7 *Illuſtres viri ſatiſdare non compelluntur, nec alij.*
8 *Satiſdare, qui non compelluntur iuratoriam cautionem præſtare debent.*
9 *Fideiuſſor locuples pro rei qualitate dandus eſt, limitatur.*
10 *Fideiuſſor locuples, & facilis ad conueniendum dandus.*
11 *Fideiuſſor de eadem ſchola dandus eſt.*
12 *Clericus Oeconomum dat fideiuſſorem.*
13 *Stipulatio iudicio ſiſti, quando committatur, & actio ex ſtipulatio detur, & quid in ea veniat.*
14 *Siſtere in eadem cauſa, qualiter accipiatur.*
15 *Siſtere tempore iuſto, qualiter accipiatur.*
16 *Mora quomodo purgata dicatur legitimè.*
17 *Exhibere ſe, qui tenetur, vel alium.*
18 *Satiſdare, qui non tenetur qui ſatiſdedit tenetur, limitatur.*
19 *Seruus ſatiſdare non tenetur.*
20 *Procurator pro domino iudicio ſiſti ſtipulatur.*
21 *Retentus, qui non ſtetit, excipit non ſtetiſſe, quia retentus, limitatur.*
22 *Impediens ne aliquis ſiſtat, tenetur ipſe.*
23 *Impeditus ſiſtere, excuſatur. limitatur.*
24 *Mulier grauida non ſiſtens excuſatur, & poſt partum.*
25 *Furore incipiens, excuſatur non ſiſtens.*
26 *Reipublicæ cauſa abſens excuſatur non ſiſtens.*
27 *Impeditus munere publico excuſatur non ſiſtens.*
28 *Teſtis ſub examine non ſiſtens, excuſatur.*
29 *Reus capitaliter damnatus excuſatur.*
30 *Res capitalis damnatus quis.*
31 *Carceratus non ſiſtens excuſatur.*
32 *Funere domeſtico, impeditus excuſatur non ſiſtens.*
33 *Captus ab hoſtibus item, & defunctus excuſatur, limitatur.*
34 *Promittens ſub pœna tradere intra certum tempus, an ipſo elapſo, poſſit tradere.*
35 *Reum latitantem fideiuſſores, quomodo defendunt.*
36 *Tutor iudicio ſiſti promittens, qualiter excuſetur.*
37 *Actio ex ſtipulatu iudicio ſiſti cui denegetur.*
38 *Agens contra vnum, alterum ex hac ſtipulatione non conuenit.*
39 *Tranſactio liberat à ſtipulatione iudicio ſiſti.*
40 *Cauſa finita, ceſſat iudicio ſiſti actio.*
41 *Renunciatio generalis omnibus exceptionibus non comprehendit ſpeciales à iure conceſſas.*
42 *Actio iudicio ſiſti, qualiter ad hæredes tranſeat.*
43 *Actio iudicio ſiſti quid contineat.*
44 *Tempus, quod debeat attendi pro æſtimando intereſſe.*
45 *Reum criminis non exhibens, qualiter puniatur.*
46 *Pœna promiſſa debetur in ſolidum, ſi non ſit ſtatum.*
47 *Pœna maior legibus promiſſa, quid iuris.*
48 *Pœna fiſco ſoluta non ceſſat intereſſe partis.*
49 *Tempus, quando actio hæc ſit inſtituenda.*
50 *Siſti promiſſis apprehenditur inuitus, vt ſiſtat.*
51 *Actor in bona ſiſtere debentis mittitur.*
52 *Semel exhibitus, an iterum exhibendus.*

Iudi-

Digitized by Google

Iudicio ſiſti. Tit. 24.

ALtera iudiciariæ cautionis ſpecies eſt, iudicio ſiſti.
1 Reus enim conuentus, ſiue in rem, ſiue perſona-
li actione conueniatur, iudicio ſiſti cauere tenetur,
quod in iudicio, vel per ſe, vel per procuratorem perman-
ſurus ſit vſque ad terminum litis, §. ſed hodie inſtit. de ſa-
tiſdat. & ſupra tit. 22. ver. à reo, &c. Vinnius in verb. fideiuſ-
2 ſor datus, nume. 4. Sed & dominus, qui ſeruum in crimi-
ne capitali defendit, ſiſtendum eum ſatiſdato promittere
iubetur, l. ſi ſeruum 27. ff. de accuſat. l. 2. §. ſi abſens, ff. ſi ex
noxali cauſa agatur. In noxali quoque actione dominus
ſeruum iudicio ſiſti promittere, vel iudicium pro eo acci-
3 pere compellendum eſt, d. §. ſi abſens. Regulariter au-
tem, qui iudicio ſiſti cauere tenetur, non niſi datis fideiuſ-
ſoribus liberatur, per allegata ſupra d. tit. 22. in principio.
4 Poſſeſſores autem immobilium rerum ſatiſdare non cō-
pelluntur, l. ſciendum 15. in princ. ff. qui ſatiſd. cogantur, l.
quicumque, C. de fund. patrim. lib. 11. l. de creationibus, C.
de Epiſc. audi. l. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. Rom. conſ. 67. nume-
ro 4. Alex. conſ. 37. nume. 12. lib. 2. Surd. deciſ. 95. numero 5.
5 Poſſeſſor autem is accipiendus eſt, qui in agro, vel Ciui-
tate rem ſoli poſſidet, aut ex aſſe, aut pro parte, d. l. ſcien-
dum, §. poſſeſſor. Sed & qui vectigalem, vel emphyteuti-
cum agrum poſſidet, poſſeſſor intelligitur, d. l. ſciendum,
§. ſed & qui. Item qui ſolam proprietatem habet, poſſeſ-
ſor intelligendus eſt, d. l. ſciendum 15. §. item. Eum verò,
qui tantum vſumfructum habet, poſſeſſorem non eſſe, Vul
pian. ſcripſit d. l. 15. §. eum verò. Creditor quoque, qui pi-
gnus accepit, poſſeſſor non eſt, tametſi poſſeſſionem ha-
beat, aut ſibi traditam, aut precario debitori conceſſam, d.
l. 15. §. creditor. Sanè ſi fundus in dotem datus ſit, tā vxor,
quam maritus propter poſſeſſionem eius fundi poſſeſſo-
res intelliguntur, d. l. 15. §. ſi fundus. Diuerſa tamen cauſa
eſt eius, qui fundi petitionem perſonalem habet, d. l. 15. §.
diuerſa. Tutores quoque pupilli nomine conuenti, ſiue pu
pilli eorum, ſiue ipſi poſſideant, poſſeſſorum loco haben-
tur. Sed & ſi vnus ex tutoribus poſſeſſor fuerit, idem dicen-
dum erit, d. l. 15. §. tutores. cum alijs allegatis in tractat. de
tutela, & cura lib. 2. tit. 53. num. 5. Poſſeſſori autem prodeſt
poſſeſſio, ne ad ſatiſdandum teneatur, quamuis res liti-
6 gioſa ſit, & euinci ei poſſit, d. l. 15. §. ſi fundum. Poſſeſſor-
enim quis nec ne ſit, tempus cautionis ſpectandum eſt.
Nam ſicut ei, qui poſt cautionem vendidit, nihil obeſt: ita
nec prodeſt ei, qui poſt cautionem poſſidere cœpit, d. l. 15.
7 §. fin. Porrò præter poſſeſſores rerum immobilium ſa-
tiſdare quoque non compelluntur viri Illuſtres, l. quoties
57. C. de dignitatibus. Item ij, qui ſacris ſcrinijs militant, &
miniſteriani Cæſaris, nec non ſcholares, l. in ſacris 12. §. 1.
C. de proxim. ſacror. ſcrin. l. ante omnia 54. §. fin. C. de Ca-
ſtrenſianis, & miniſterianis, l. quoties 3. §. ne tamen, C. de
8 priuileg. ſcholarium. Qui tamen omnes nudam ſaltem
repromiſſionem, vel iuratoriam cautionem, licet ſatiſdare
non compellantur præſtare tenentur, vt in allegatis iuri-
bus, & in l. multis 8. C. de principib. agentium in rebus. Vi-
dendum nunc eſt per quos, & quales iudicio ſiſti ſatiſdari
9 debeat. Qui igitur ſatiſdare tenentur, pro rei qualitate
fideiuſſorem locupletem dare debent: exceptis neceſſarijs
perſonis: ibi enim qualiſcumque ſufficit, veluti pro paren-
te, pro patrono, pro patrona, liberiſve ſuis, vel vxore nuru-
ve, l. 1. cum duabus legibus ſequen. ff. in ius vocati, vt eant,
& in eum, qui non accepit, cum ſciret eam neceſſitudinem
perſonarum quinquaginta aureorum iudicium compe-
tit: quoniam pro locuplete accipitur fideiuſſor in neceſſa-
rijs perſonis, d. l. 1. cum ſequen. ff. in ius vocati, vt eant. Et
hæc quidem intelliguntur, ſi quis pro neceſſarijs fideiuſſe-
rit, quod admittendus ſit hic fideiuſſor qualiſcumque, vt
ibidem. Idem dicendum, ſi quis non pro ſuis, ſed pro neceſ-
ſarijs ipſius actoris in ius vocatis fideiuſſerit. Nam ita ait
Prætor. Si quis parentem, patronum, patronam, liberos,
aut parentes, patroni, patronæ, liberoſve ſuos, eumve, quē
in poteſtate habebit, vel vxorem, vel nurum in iudicium
vocabit, qualiſcumque fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa ac-
cipiatur. Quod ait Prætor (ſubijcit Vulpianus ibi) liberoſ-
ve ſuos accipimus, & ex fœmineo ſexu deſcendentes libe-
ros. Parenti quoque datur hoc beneficium, non ſolum ſi
ſui iuris, ſed etiam ſi in alterius poteſtate ſit. Nurum, &
pronurum, & deinceps accipere debemus. Quod ait Præ-
tor, qualiſcumque fideiuſſor accipiatur, hoc quantum ad
facultates, id eſt etiam non locuples, l. 2. §. Prætor ait, ff. qui
10 ſatiſd. cogan. Alias autem non ſufficit locupletem eſſe fi-
deiuſſorem facultatibus, niſi etiam locuples ſit conuenien-
di facilitate, dicta l. 2. in princip. & ſuit dictum ſupra titul.
11 22. ver. locuples autem. Porrò ſi agens in rebus conue-
niatur, fideiuſſorem de eadem ſchola, non extraneum of-
ferre compellitur, quem defenſor loci æſtimauerit, l. 2. in
princip. C. de præpoſ. agent. in rebus, l. multis 8. in princip.
ibi nullaſque, C. de princip. agent. in rebus. Si quoque mi-
niſterianus Cæſaris conueniatur, actuarium, vel ex ſua
ſchola aliquem fideiuſſorem dare poteſt, l. ante omnia 4. §.
1. C. de Caſtrenſianis. Si item alius Scholaris, eiuſque vxor,
mater, aut liberi conueniantur, aliquis ex eius ſchola fide-
iuſſor dari poteſt, l. ante omnia 3. in princip. C. de priuileg.
12 ſcholar. Poſtremo, clericus conuentus Oeconomum da-
re fideiuſſorem poteſt, l. cum clericis 25. §. memoran, C. de
Epiſcop. & cleric. l. omnes 31. §. præterea, C. eod. & de his
hactenus. Nunc de actione, quæ ex hac ſatiſdatione, ſeu
13 cautione proficiſcitur, eſt dicendum. Si quis igitur iudi
cio ſiſti ſatiſdederit, vel alio modo cauerit. Siquidem non
ſiſtatur reus in iudicio, regulariter committitur iudicio ſi-
ſti ſtipulatio, & ex ſtipulatu oritur actio, l. eum, pro quo
17. in principio, ff. de in ius vocando. Idem dicendum, ſi ſi-
ſtatur quidem, ſed non in ea cauſa, in qua fuit tempore
cautionis, l. ſi quis 11. ff. ſi quis cautioni in iudicio, leg. 1. in
principio, ff. ſi ex noxali cauſa agat. Nam ſi quis quem-
piam iudicio ſiſti promiſerit, in eadem cauſa eum debet ſi-
14 ſtere. In eadem autem cauſa ſiſtere, hoc eſt, vt actori
petitum loco deteriore non ſit, quamuis exactio rei poſ-
ſit eſſe difficilior, licet enim difficilior exactio ſit, tamen di-
cendum eſt, videri in eadem eum cauſa ſtetiſſe. Nam & ſi
nouum æs alienum contraxiſſet, vel pecuniam perdidiſ-
ſet, videretur tamen in eadem cauſa ſtetiſſe. Ergo & qui
alij iudicatus ſiſtitur, in eadem cauſa ſiſti videtur, dicta l.
ſi quis, & dicta l. 1. Sanè qui nouo priuilegio vtitur, non
videtur in eadem cauſa ſiſti, l. qui autem 12. in principio, ff.
ſi quis cautionibus. Idem dicendum, ſi ſeruus ſiſti promiſ-
ſus promiſſoris eſſe deſierit, vel actio amiſſa ſit, vel is, qui
pari loco erat in litigando, cœperit eſſe duriore, vel loco,
vel perſona mutata, l. prima, §. ſi deſinat, ff. ſi ex noxali cau
ſa agatur. Itaque ſi ſeruus ei, qui in foro promiſſoris con-
ueniri non poteſt, venditus, aut potentiori datus ſit, magis
eſt, vt non videatur in eadem cauſa ſiſti, dicta leg. prima,
§. itaque. Sed & ſi noxæ deditus ſit, Ofilius non putat in
eadem cauſa ſiſti, cum noxæ deditione cæteras noxalem a-
ctionem perimi putet, ſed alio iure vtimur. Nam ex præ-
cedentibus cauſis non liberatur noxæ deditus, perinde
enim noxa caput ſequitur, ac ſi veniſſet, dicta l. prima, §. fi-
nal. Si autem ſeruum in eadem cauſa ſiſtere quis promiſe-
rit, & liber factus ſiſtatur: ſi quidem de ipſo controuerſia
eſt capitalium actionum, iniuriarumque nomine non re-
ctè ſiſtitur: quia alter de ſeruo ſupplicio, & verberibus ſa
tisfit, alter de libero vindicta ſumitur, vel condemnatio
pecuniaria. Quo verò ad cæteras noxales cauſas pertinet
etiam in meliorem cauſam videtur perueniſſe, l. ſi ſeruum
5. ff. ſi ex noxali cauſa agatur. Sed ſi ſtatu liberum ſiſti
promiſſum ſit, in eadem cauſa ſiſti videtur, quamuis liber
ſiſtatur, quod implicitus ei caſus libertatis fuerit, l. ſed & ſi
6. ff. eodem. Qui duos homines in iudicium ſiſti promiſit,
ſi alterum exhibeat, alterum non: ex promiſſione non vi-
detur eos ſtitiſſe, cum alter eorum non ſit exhibitus, l. vlti-
ma, ff. in ius vocati, vt eant, l. ſi ſeruus 9. ff. ſi quis cautioni-
bus. Si quis tamen ancillam ſiſtere promiſerit, quæ præ-
gnans erat, & ſi ſine partu eam ſiſtat in eadem cauſa eam
ſiſtere intelligitur, l. inter ſtipulantem 83. §. fin. ff. de verbo-
rum obligationib. Is quoque qui non iuſto tempore ſiſtit,
quaſi non ſtiterit, actione propoſita tenetur, l. 1. ff. ſi quis
15 cautio. ind. ſiſti cauſa. Iuſtum autem tempus ſiſtendi il-
lud eſt, de quo inter ſtipulantem, & promittentem conue
nit, l. de die 8. in principio, ff. qui ſatiſd. cogan. Sin autem
nihil de eo conuenerit, arbitrio iudicis illud moderandum
permittitur, dicta l. 8. Prætor tamen vicena millia paſſuum
in ſingulos dies dinumerari iubet propter eum diem, quo
cautum promittitur, & in quem ſiſtere in iudicium opor-
tet. Talis enim itineris dinumeratio neutri litigatorum o-
neroſa eſt, dicta leg. prima, ff. ſi quis cautionib. indic. ſiſti
cauſa.

Digitized by Google

cauſa. Villalo. D.66. Sed & ſi poſt tres, aut quinque plu-
reſve dies, quam iudicio ſiſti, ſe reus promiſit, ſecum agen
di poteſtatem fecerit, nec actoris ius ex mora deterius fa-
ctum ſit: æquum eſt dici, defendi eum debere per excep-
tionem, l. & ſi 8. ff. ſi quis cautio, l. ſancimus 26. C. de fide-
16 iuſſor. † Ita enim mora dicitur legitimè purgata, non au-
tem facto deteriore iure actoris, vt in allegatis iuribus. Vi
uius in verb. moræ purgatio. Clar. § fin. q. 46. Idem dicen-
dum erit, ſi exhibitus fuit poſt factam exequutionē, poſt-
quam mora purgari non poteſt. l. ſi inſulam, ff. de verbor.
obligat. vbi Bart. in 4. & 5. quæſt. Alex. nu 32. Rota coram
Platta in Viterbien. ſeu Romana fideiuſſionis 22. Iunij
1588. & coram Pamphilio in Romana deuolutionis Vi-
neæ 26. Martij 1599. Sed exequutio tunc demum ad hunc
effectum facta intelligitur, ſi illa ſolutione ſit perfecta, vt
per Bartol. in dicta l. ſi inſulam in 5. quæſtio. quem ibi ſe-
quitur Bolognett. nome.... & Rota in Romana fideiuſſio-
nis de repræſentando coram Coccino, quod fortè verum
eſt, non facto deteriore iure actoris, aliter non eſt verum.
17 † Qui autem apud acta exhibiturum ſe eſſe promiſit, & ſi
officiu non caueat, ad exhibendum tamen cogitur, l. eum
pro quo, ff. de in ius vocan. Idem dicendum eſt de eo, qui
inuenturum ſe ſpoponderit: nam & hic ad exhibendum
18 tenetur, l. ſi Barſatoram 13. C. de fideiuſſoribus. † Is quo-
que qui cum iudicio ſiſti ſatiſdare non teneretur, nihilo-
minus ſatiſdedit: ſi non ſtiterit tam ſe, quam fideiuſſores
ſuos obligat, l. ſed & ſi 4. §. item quæritur, ff. ſi quis cautio-
nibus. Intereſt tamen hoc caſu, vtrum per errorem ſatiſda
tio promiſſum ſit, an ex conuentione. Si per errorem dan-
da fideiuſſoribus exceptio, ſi ex conuentione minimè dan-
da. Nam & Iulianus ſcribit: Si iudicio ſiſtendi cauſa plu-
ris, quam ſtatutum eſt per ignorantiam promiſſum fue-
rit, exceptionem dari debere: ſi autem ex conuentione
tantæ ſummæ promiſſio facta ſit, exceptionem pacti con-
uenti replicatione infirmandam, d. §. item quæritur. Surd.
19 deciſ. 260. Dominus ſub nu. 18. & 19. † Quoties verò ſer-
uus iudicio ſiſtendi cauſa, vt ipſe litigaturus, vel ab alio ſti
pulatur, vel ipſe promittit, nec committitur ſtipulatio, nec
fideiuſſores tenentur: quia ſeruus conuenin, vel conueni-
re non poteſt, l. quoties 13. ff. eod. l. ſi ſeruus 9. ff. ſi quis cau
tionib. l. ſi ſeruus 4. ff. de diuer. tempor. præſcript. Idem di-
cendum, & ſi quis alij, qui agere non poteſt, fideiuſſorem
iudicio ſiſtendi cauſa dederit, l. 2. §. 1. ff. qui ſatiſd. cogan.
20 † Procurator tamen domini ſui nomine vtiliter iudicio ſi-
ſti ſtipulatur, ſiue pœnam adijciat, ſi ſtatus non fuerit, ſi-
ue non adijciat: nam hoc poſteriore caſu, ſi non ſiſtatur,
non procuratoris, ſed eius, cuius negotium geſtum eſt. in-
tereſſe ſpectatur: vt quantum domini litis interfuit ſiſti,
tantum ex ea ſtipulatione, non ſtato reo procuratori de-
beatur, l. ſi procurator 14. ff. ſi quis cautionibus. Idem di-
cendum, & quidem fortius, ſi procurator ita ſtipulatus eſ
ſet. Quanti ea res erit, vt hanc exceptionem verborum
non ad ipſius, ſed ad domini vtilitatem relatam interpre-
21 temur, dicta leg. decima quarta, §. eadem &c. † Portò ad-
uerſus actionem propoſitam exceptio datur ei, qui cum
ad iudicium venire volebat, à magiſtratu retentus eſt, &
retentus ſine dolo malo ipſius. Nam ſi ipſe hoc affectauit,
vel cauſam præſtitit, non proderit ei exceptio. Ac ipſius
quidem dolus ei oberit, cæterorum non oberit, qui dolo
malo fecerunt, vt retineretur, leg. ſecunda, §. final. cum l.
ſequent. ff. ſi quis cautionibus. Sed ſi priuatus eum deti-
nuerit, nullo modo proderit hæc exceptio, ſed actio ei da-
tur aduerſus eum, qui eum detinuit, in id, quod eius inter-
eſt: niſi fortè ab aduerſario ſit detentus, dicto §. final. cum
leg. ſequent. l. 1. §. ſi reus, l. ex hoc edicto 3. §. ſed ſi ſtipula-
tor. ff. de eo, per quem factum erit. Sed & ſi ſeruus aduer-
ſarij, domino ſciente, & cum poſſet, non prohibente, dolo
fecerit, quominus reus in iudicio ſiſtat, danda exceptio eſt
aduerſus dominum, ne ex dolo ſerui dominus lucretur. Si
verò ſine voluntate domini ſeruos hoc fecerit, noxale iu-
dicium dandum eſt, nec factum ſerui domino obeſſe de-
bet, niſi hactenus, vt ipſo careat, quando ipſe nihil deli-
22 quit, l. 2. ff. de eo per quem factum erit, &c. † Sed & ſi duo
rei ſtipulandi ſint, & vni debitor iudicio ſe ſiſti cum pœ-
na promiſerit, alter autem impedierit, exceptio aduerſus
alterum reo danda eſt, ſi ſocij ſint, ne proſit ei dolus pro-
pter ſocietatem, l. ſi duo. 5. in principio, ff. ſi quis cautioni-
23 bus. † Præterea ſi iudicio ſiſtendus valetudine, vel tempe-
ſtate, vel vi fluminis prohibitus ſe ſiſtere non potuit, exce-
ptione adiuuatur: quia etiam lex 12. tabularum, ſi iudex,
vel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur,
iubet diem iudicij eſſe diffiſum, l. ſecunda, §. ſi quis in iu-
dicio, & §. quod diximus, ff. ſi quis cautionibus. Tempeſta-
tem autem hoc loco intelligere debemus, ſiue marina, ſi-
ue terreſtris ſit: & talem, quæ impedimento ſit itineri, vel
nauigationi, dicto §. quod diximus. ibi tempeſtatem intel-
ligere: Vis fluminis etiam ſine tempeſtate accipienda eſt,
ſi magnitudo eius impedimento ſit, ſiue pons ſolutus ſit,
vel nauigium non ſtet, dicta leg. ſecunda, §. vis fluminis. Si
quis tamen cum poſſet non incidere in tempeſtatem, vel
in vim fluminis, ſi ante profectus eſſet, vel tempore oppor
tuno nauigaſſet, ipſe ſe arctauerit, exceptio ei deneganda
erit, cauſa tamen cognita, dicta leg. ſecunda, §. ſi quis ta-
men. Nam neque ſic arctandus eſt, vt poſſit ei dici: Cur
non multo ante profectus es, quam dies promiſſionis ve-
niret? neque iterum ei permittendum, ſi quid ſit, quod ei
imputetur, cauſari tempeſtatem, vel vim fluminis, dicta l.
ſecunda, §. nam neque. Quid enim ſi cum Romæ eſſet, ip-
ſo tempore promiſſionis ſiſtendi, nulla neceſſitate vrgen-
te, voluptatis cauſa in municipium profectus ſit? non ne
indignus eſt, cui exceptio patrocinetur? Aut quid ſi tem-
peſtas quidem in mari fuit, terra autem iſte potuit venire,
vel flumen circumire? æquè dicendum eſt, non ſemper ei
exceptionem prodeſſe: niſi anguſtiæ non patiebantur ter-
ra iter merin, vel flumine circumire, dicta leg. ſecunda, §.
quid enim ſi cum Romæ. Præterea ſi, vel flumen ſic abun-
daſſet, vt impleſſet omnem locum, in quo ſiſti oportuit (vt
ſæpè nos vidimus Romæ Tiberis abundantia Palaria iu-
dicum, in quibus ſiſti oportet, impleta) vel aliqua fortuita
calamitas eundem locum euertiſſet, vel præſentiam ve-
nienti periculoſam feciſſet (quod idem Romæ in receſſu
Tiberis vidimus) ex bono, & æquo enim hic exceptio ei
24 accommodanda eſt, dicta l. ſecunda, §. ſi tamen. † Sed & ſi
mulier, quam ſiſti oportuit, grauida ſit, exceptionem ei
dandam, Labeo ait, dicta l. 2. §. ſi non propter. Idem dicen
dum, ſi poſt partum decubuerit, quaſi valetudine impe-
25 dita ſit, d. l. 2. §. ſi tamen poſt partum. † Idem eſt, & ſi quis
furere cęperit. nam qui furore impeditus eſt, valetudine
26 impeditur, d. l. 2. § idem eſt. † Sed & ſi is, quem ſiſti opor
tuit Reipublicæ cauſa abeſſe ceperit, exceptio deneganda
non eſt, præterquam ſi ſeruus Reipublicæ cauſa abeſſe di-
catur: hic enim Reipublicæ cauſa abeſſe nequit, l. ſi quis 6.
27 & l. ſi quis 7. ff. ſi quis cautionibus. † Si quis item municipa
lis muneris cauſa ſine dolo malo ſuo impeditus, in iudicio,
ſecundum ſuam promiſſionem non ſtitit: ęquiſſimum eſt,
ei exceptionem tribui, l. 2. §. ſi quis municipalis, ff. ſi quis
28 cautionibus. † Simili modo, & ſi ad teſtimonium deſide-
ratus, ad iudicium occurrere non potuit, erit ei ſubuenien-
29 dum, d. l. 2. §. ſimili modo. Sed † & ſi quis rei capitalis an-
te condemnatus iudicio ſiſtere ſe non potuit, merito, &
huic ignuſcitur, l. ſed & ſi 4. in princ ff. ſi quis cautionibus.
30 Clarus §. final. q. 46. † Rei autem capitalis condemnatum
accipere debemus, qui morte, exiliove, coercitus eſt, d. l. 4.
§. Rei capitalis. Dixerit aliquis: Quò ergo hæc exceptio
damnato? reſpondebitur, fideiuſſori eius eſſe neceſſariam,
aut ſi fortè in exilium abijt, defenſori eius exceptio iſta
proderit, dicta l. quarta, §. dixerit aliquis. Damnato autem
hæc exceptio datur, non etiam capitis reo facto nondum
31 damnato, dicta l. 4. §. illud ſciendum. † Planè ſi vinculis,
vel cuſtodia militari impeditus, ideo non ſtitit, in ea erit
32 cauſa, vt exceptione vtatur, dicta l. 4. §. planè. † Præterea
ſi quis funere domeſtico impeditus non venit, debet ei
33 exceptio dari, dicta l. 4. § præterea. † Item ſi quis in ſerui-
tute hoſtium fuit, ac per hoc in iudicium non ſtitit, debet
exceptione adiuuari, d. l. 4. §. item ſi quis. Sed & ſi quis de-
ceſſerit, qui fideiuſſorem dedit iudicio ſiſtendi cauſa, non
debebit Prætor iubere exhiberi eum, l. ſi deceſſerit 4. ff. qui
ſatiſd. cogan. Quod ſi ignorans iuſſerit exhiberi, vel poſt
decretum eius ante diem exhibitionis deceſſerit, denegan-
da erit actio. d. l. 4. §. quod ſi ignorans. Si autem poſt diem
exhibitionis deceſſerit, aut amiſerit Ciuitatem vtiliter agi
poteſt: niſi fortè actio, ob quam ſiſti reus debuit morte
eius fuerit extincta, dicta l. 4. in fine, l. ſancimus 26. §. fin. C.
de fideiuſſoribus. l. ſi eum 10 §. idem dicendum in fine, ff.
ſi quis cautionibus. Sed & ſi pro condemnato fideiuſſe-
rit, & condemnatus deceſſerit, aut Ciuitatem Romanam

Digitized by Google

amiſerit, rectè nihilominus cum fideiuſſore eius agetur, l.
ſi verò 5. in principio, ff. qui ſatiſd. cogant. Idem eſt, & ſi
dolo fideiuſſoris, vel promiſſoris reus ante diem perierit,
34 dicta l. 10. §. homo, ff. ſi quis cautionibus. † Planè ſi quis
pro alio ſpoponderit ſub pœna, quatenus eum intra cer-
tum tempus tradat, & tempore exiſtente repræſentare
eum non poſſit, liberatur à pœna promiſſa, ſi vel poſtea
intra ſex menſes eum exhibeat, vel eum defendere ſit pa-
ratus, dummodo tamen in hoc poſteriore caſu contrarium
non conuenerit, vel vſque ad finem iudicij eum defendat,
vel denique ſex menſes, intra quos eum tempore elapſo
exhibere potuit, non ſint elapſi, l. ſancimus 26. C. de fide-
35 iuſſoribus. Clar. dicta quæſtione 46. † Sanè reo latitante,
ita demum fideiuſſores eum defendere videbuntur, ſi vel
vnus ex his eum pro ſolido defendat, vel omnes, vel qui-
dam ex his vnum procuratorem dederint, in quem iudi-
cium transferatur, l. licet 24. ff. de procurator. De abſente
autem defendendo plura dicentur infra titul. proximo.
36 † Præterea ſi tutor iudiciu ſiſti promiſerit, & ſtipulationi,
non obtemperauerit, & interea pupillus adoleuerit, aut
mortem obierit, aut etiam abſtentus ſit ab hæreditate,
37 † denegabitur, & ex ſtipulatu actio: nam & ipſius rei,
quæ petebatur, ſi tutor iudicatus fuerit, & eorum quid ac-
ciderit, non eſſe dandam in eum iudicati actionem proba
tum eſt, l. ſi tutor 15. ff. ſi quis cautionibus, & comproba-
uimus in tractatu de tutela, & cura libro ſecundo, titul. 4.
38 & 5. & libro tertio, quæſtione 52. † Sed & ſi cum alio de
ipſa re, cuius nomine ſiſti promiſſum eſt, agatur, hæc ex ſti
pulatu actio denegatur: puta ſi duo rei promittendi ſint,
& vnus ad iudicium non venerit, contempta ſua promiſ-
ſione iudicio ſiſtendi cauſa facta, actor autem ab altero pe
tat rem: ab altero pœnam deſertionis petendo, exceptio-
ne ſummouebitur, l. ſi duo 5. §. item ſi duo, ff. ſi quis cautio
nibus. Æquè ſi à patre facta fuerit promiſſio iudicio ſiſten
di cauſa ex filij contractu, deinde de re actor egerit cum fi
lio: exceptione ſummouebitur, ſi cum patre ex eius promiſ
ſione agat. dicta l. 5. §. æquè. Contra idem erit, ſi filius pro-
miſerit, & actor egerit cum patre de peculio. dicta leg. 5. §.
contra. Et ſi autem principalis actio, cuius nomine iudicio
ſiſti cautum eſt, per exceptionem elidi poteſt, nihilominus
propoſita actio competit. Sic ſi eum iudicio ſiſti promiſe
ro, qui iam tempore liberatus eſſe dicatur, quamuis fortè
iam actione non teneatur, actio tamen in me danda eſt, vt
vel exhibeam, vel defendam, vt veritas inquiratur, leg. ſi
39 eum 10. in principio, ff. ſi quis cautio. † Non tamen exigi-
mus reum iudicio ſiſti, ſi de negotio, propter quod iudicio
ſiſti promiſerit, fuerit tranſactum, l. 2. in principio, ff. eod.
l. neque impuberes 22. ff. de in ius vocand. Sed hoc ita, ſi
modo prius id negotium tranſactum fuit, quam ſiſti opor
teat, dicta l. 2. ibi, ſed hoc ita. Cæterum ſi poſtea trãſactum
eſt, exceptio doli opponi debet, dicta l. 2. §. cæterum. Quis
enim de pœna promiſſa laboret poſt negotium tranſa-
ctum? cum tranſacti negotij exceptionem, putauerit quis
nocere, quaſi etiam de pœna tranſactum ſit: niſi contra-
rium ſpecialiter partibus placuerit, dict. l. 2. §. ſi quis enim.
40 † Cauſa autem, ob quam iudicio ſiſti promiſſum eſt, ante
diem exhibitionis finita, non committitur iudicio ſiſti ſti-
pulatio, quamuis & alia actio eidem contra eundem com
peteret: niſi fortè temporalis actio, ſi non ſtiterit, ob hoc
in periculum caderet, l. ſecunda, §. final. ff. de cuſtodia reo-
41 rum. † Sed hæ exceptiones, ita demum competunt, ſi
non illis ſpecialiter per pactum ſit renunciatum: nam illa
generalis conuentio in ſtipulatione appoſita, nec vlla exce-
ptio obijciatur, nihil operatur, leg. ſed & ſi 4. §. quæſitum
eſt. ff. ſi quis cautionibus. Et ſi autem ſeruum quis in iudi-
cio ſiſti promiſerit, vel alium, qui in aliena poteſtate eſt,
iiſdem exceptionibus vtitur, quibus ſi pro libero, vel pa-
trefamilias fideiuſſiſſet: præterquam ſi Reipublicæ cauſa
diceretur abeſſe. Nam ſeruus Reipublicæ cauſa abeſſe
non poteſt, vt paulo ante dictum eſt, l. ſi quis 7. ff. eodem.
42 † Porrò actio propoſita, ita demum ad hæredem ſtipu-
latoris tranſit, ſi & principalis actio, ob quam iudicio ſiſti
cautum eſt, hæredibus eius competit; alioquin hæredibus
non datur, quemadmodum exemplo iniuriarum actionis
Paulus oſtendit, leg. ſi eum 10. §. qui iniuriarum, ff. ſi quis
cautionibus. Idem dicendum de hæredibus promiſſoris,
vt hac actione ex ſtipulatu non teneantur, niſi & principa
lis actio aduerſus eos tranſiret, dicto §. qui iniuriarum, ibi,
idem dicendum. Secundum, quod & ſi fideiuſſores dati
erunt, minimè dabitur in eos actio, mortuo reo, ſi non poſt
longum tempus deceſſerit: alioquin ad iudicium veniſ-
ſet, & litem cum eo conteſtari actor potuiſſet, dicto §. qui
43 iniuriarum. ibi. Secundum quod. † Præterea ſi contra
promiſſum reus non ſtiterit, in tantum actio datur, quan-
ti ea res eſt, leg. ſecunda, §. final. cum l. ſequent. ff. qui ſatiſd.
cogant. Quod veram quantitatem continet, niſi certa
quantitas in ſtipulatione ſit adiecta, dicto §. final. cum leg.
ſequent. Itaque ſiue in duplum eſt actio, cuius nomine cau
tum eſt, ſiue tripli, ſiue quadrupli, tanti fideiuſſor tenetur,
quanti res eſſe intelligetur, dicto §. final. cum l. ſequent. l.
44 cum quis 3. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. † Illud au-
tem tenendum eſt, æſtimationem eius, quod interſit agen-
tis, ad illud tempus referendum, quò ſiſti debuit non ad
id, quò agitur, quamuis deſierit eius intereſſe, l. qui autem
45 12. ff. ſi quis cautionibus. † Planè ſi quis reum criminis, de
quo ſatiſdedit, non exhibuerit, pœna pecuniaria plectitur,
& ſi dolo non exhibeat, etiam extra ordinem eſt damnan
dus, leg. ſi quis 4. ff. de cuſtodia reorum. Sed ſi, neque cau-
tione, neque in decreto Præſidis certa quantitas compre-
henſa eſt, ac ne conſuetudo quidem oſtenditur, quæ cer-
tam ſummam habeat; Præſes de modo pecuniæ, quæ in-
46 ferri debet, ſtatuet, dicta l. 4. §. ſed ſi neque. † Pœna pro-
miſſa, ſi ſtatum non ſit in ſolidum debetur, niſi pro parte
ſtipulationi ſit ſatisfactum: tunc enim pars ex pœna re-
mittitur. Nam ſi plurium ſeruorum nomine iudicio ſiſten
di cauſa, vna ſtipulatione promittatur; pœnam quidem
integram committi, licet vnus ſtatus non ſit, Labeo ait;
quia verum ſit, omnes ſtatos non eſſe. Verum ſi pro rata
vnius offeratur pœna, exceptione doli mali vſurum eum,
qui ex hac ſtipulatione conuenitur, leg. ſi ſeruus 9. ff. ſi quis
47 cautionibus. † Sed ſi maior ſit promiſſa pœna, quam le-
gibus ſit ſtatutum quid iuris, habetur in l. ſed & ſi 4. §. fi-
48 nal. ff. eodem. † Sed ſi pœna fiſco ſit ſoluta, non ideo ceſſat
ſtipulatio æſtimationis eius, quod intereſt non ſtitiſſe, vt
fuit promiſſum. Viuius in verb. fideiubens, & ſupra nume-
ro quadrageſimo ſexto, & in tractatu de conditio. parte
ſecunda, capit. quinto, quæſtione decima nona, numero ſe-
49 cundo, verſicul. tertio caſu. † De tempore autem huius a-
ctionis inſtituendæ illud notandum, ſi intra ſex menſes
poſt commiſſam iudicio ſiſti ſtipulationem fideiuſſor reũ
ſiſtere paratus, interim actionem hanc inhibendam eſſe, l.
ſancimus 26. C. de fideiuſſor. Clar. in § final. quæſtione 46.
Et ſi autem homo ſiſti promiſſus ante diem dolo promiſ-
ſoris perijt, non tamen ante pœna ex ſtipulatu peti poteſt,
quam dies promiſſionis venerit, tota enim ſtipulatio in
diem collata eſſe videtur, leg. ſi eum 10. §. primo, ff. ſi quis
cautionibus. hactenus de cautione iudicio ſiſti, eiuſquea-
50 ctione. † cuius affine remedium eſt, vt ſiſti promiſſus ad
iudicium trahatur inuitus, vel apprehendatur. Nouella c.
51 53. §. ſi qui verò. Viuius in verb. debitor capi. † vel actor in
bona eius mittatur, & alia, quæ ſupra tit. 17. & alibi expoſi
52 ta. † Semel verò exhibitus ante ſententiam vſque ad ſen-
tentiam eſt exhibendus, niſi iudicio ſiſti cautum ſit toties
quoties iudici viſum fuerit, tunc enim durat cautio etiam
poſt ſententiam. Viuius in verb. fideiuſſor datus, numer. 6.
Gabr. lib. 7. concluſ. 15. Nunc de tertia cautione iudicatum
videlicet ſolui dicendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Iudicatum ſolui cautio, vnde ſit appellata.*
2 *Reus conuentus iudicatum ſolui ſatiſdare tenetur, limita-
tur.*
3 *Poſſidens immobilia iudicatum ſolui ſatiſdare ne tenetur, ſed
repromittere tantum.*
4 *Defenſor iudicatum ſolui tenetur ſatiſdare.*
5 *Procurator iudicatum ſolui tenetur ſatiſdare.*
6 *Tutor, & curator iudicatum ſolui non tenetur ſatiſdare.*
7 *Sequeſtratur res, donec ſatiſfaciat.*
8 *Iudicatum ſolui ſatiſdatio tres clauſulas continet.*
9 *Actio iudicatum ſolui, vt competat requiſita.*
10 *Actio iudicatum ſolui, an competat ex alterius ſtipulatione.*
11 *Procurator quis accipiatur.*
12 *Tutor quis accipiatur.*
13 *Curator quis accipiatur.*
14 *Stipulatio iudicatum ſolui qualiter extinguatur.*

Stipu-

Digitized by Google

15 *Stipulatio iudicatum ſolui, qualiter committatur.*
16 *Cautio iudicatum ſolui coram vno iudice data non committitur coram alio, limitatur.*
17 *Stipulatio pro vna cauſa, non committitur pro alia.*
18 *Stipulatio commiſſa pro vno caſu, pro alio non committitur.*
19 *Vnus ex fideiuſſoribus, vel hæredibus conuentus, alter an conueniri poſſit.*
20 *Stipulatio iudicatum ſolui, vt committatur, quid oportet.*
21 *Stipulatio iudicatum ſolui ob rem non defenſam committitur, limitatur.*
22 *Defenſio qualis eſſe debeat, ne committatur ſtipulatio, iudicatum ſolui.*
23 *Defenſio, quæ non in ſolidum fit, non eſt defenſio.*
24 *Defenſio vbi facienda ſit, ne committatur ſtipulatio.*
25 *Defenſione ſuſcepta ab vno, alter illam proſequi poteſt.*
26 *Defenſio poſt ſententiam, vel exceptionem fruſtratoria.*
27 *Solutio partis defenſionem non excludit.*
28 *Defendere non videtur, qui interrogatus non reſpondet.*
29 *Stipulatio iudicatum ſolui non committitur, quandiu exiſtere poteſt, qui defendat.*
30 *Actio ob rem non defenſam quando competat, vel non.*
31 *Dementia ſuperueniens non excuſat, ſi non defendatur.*
32 *Magiſtratus ſuperueniens non excuſat, ſi non defendatur.*
33 *Stipulatio iudicatum ſolui ob rem non defenſam, ex quibus emaneſcat.*
34 *Stipulatio non committitur, ſi per actorem ſtet, ne res defendatur.*
35 *Stipulatio iudicatum ſolui, ſi dolus malus non abfuerit qualiter commiſſa dicatur, vel ne.*
36 *Abfuturum eſſe dolum, qualiter intelligatur.*
37 *Stipulatio ſine tempore ad principium ipſius refertur.*
38 *Actio iudicatum ſolui, quibus competat, & contra quos.*
39 *Actio iudicatum ſolui quid, & quantum contineat.*
40 *Actio iudicatum ſolui quando competat.*
41 *Fideiuſſor quod ſoluit mandati actione recuperat.*
42 *Sumptus litis an recuperet fideiuſſor.*
43 *Stipulatio iudicatum ſolui actionem iudicati non nouat.*

Iudicatum ſolui. Tit. 25.

1 VNde † cautio hæc iudicatũ ſolui ſit appellata, facilè
intelligere poſſumus. Namq; ſtipulabatur quis, vt
ſolueretur ſibi quod fuiſſet iudicatũ, §.1.ibi, vnde
2 autem. Inſtit. de ſatiſdationibus. † Reum autem conuentũ
iudicatum ſolui ſatiſdare debere ſupra dictum eſt, & ꝓba-
tur in d.§.1.& in §.ſi verò aliquis conuenitur. Quod tñ ita
verum eſt, ſi per alium reus iudicium ſuſcipiat, alioquin ſi
per ſeipſe iudicium ſubſtineat ad propoſitam cautionem
præſtandam non compellitur, ſiue in rem, ſiue perſonali
actione conueniatur, quamquam iure antiquo in actione
in rem aliter obſeruabatur. §.ſed hodie inſtitu. de ſatiſda.
3 † Sed & reus, qui immobilia bona poſſidet, quãuis ꝑ pro-
curatorem defendatur, iudicatum ſolui ſatiſdare non te-
netur: verum ſufficit nuda repromiſſio. l.ſciendum 15.ff.q
ſatiſd.cogant. Alex.in conſil.65.in fine lib.5.Natt.in conſil.
267.num.4 Neguſant.de pignor. 1.membr.5.par.num.27.
4 & 28.& vt iñ.proximo copioſius dictum eſt. † Sanè ſi reus
iudicatum ſolui non ſatiſdedit, ſaltem defenſor eius ad eã-
dem ſatiſdationem præſtandam tenetur. §.1.§.ſi quidem
§.ſi verò reus inſtit.de ſatiſdat.l ſi ad 10.ff.iudicatum ſol-
ui l.qui proprio 46.§.qui alium ff.de procurat. Si quidem
nemo defenſor in aliena re ſine ſatiſdatione idoneus eſſe
creditur: nec obſtat, quamuis ſub geſtorum teſtificatione
procurator factus ſit leg.1.§.fin.C.de ſatiſdan.l.ne ſatiſda-
tio 21.in fine ff.ratam rem haberi. Sed & ſi filius defendit
abſentem patrem, vel contra pater filium ſatiſdare iudica-
tum ſolui debet. l.filiusfamilias 14.ff.qui ſatiſda.cogan. Et
ſi locupletiſſimus, vel conſularis ſit non videtur defendere,
niſi ſatiſdare fuerit paratus l.minor 51 §.fi.cum duab.le-
5 gib.ſeqq.ff.de procura. † Procurator quoq. actoris, ſi ei ab
aduerſario in ipſo litis exordio defenſionis allegatio fuerit
oppoſita, quaſi abſentis in hac parte ꝓcurator ſatiſdatio-
nem ſuper excipiendæ litis præſtare cogitur, qua nõ præce-
dente, lis, q̃ ei data eſt vlterius à iudice procedere non con-
ceditur. l.1.§.fin auẽ C.de ſatiſdando l. ſi defunctus 15.§.fi.
ff.de procur. Proinde is, qui ad communi diuidundo iudi-
cium datus eſt agendum, idem ad defendendum quoq. vi-
6 detur datus, duplici cautelà interponenda. d.§ fi. † Planè
tutores, & curatores pupillum, vel adultum defendẽtes, iu-
dicatum ſolui ſatiſdare nõ tenentur. l.1.§.ſufficit ff.de ad-
mini.tutor.l.vlt.§.defenſionem C.eod. Idem dicendum de
domino, qui ſerui ſui nomine noxali iudicio conuenitur. l.
ſi plurium 39.§.qui autem ff.de noxalib. actionib. Is tñ, q
alienum ſeruum ſuum eſſe fatetur, & ideo noxali actione
eius nomine conueniri põt ad ſatiſdandum, cauſa cognita,
7 tenetur d.l.39.§.1. † Poſtremo ſatiſdationis propoſitæ pro-
ximum remediũ eſt, rei litigioſæ ſequeſtratio, donec ſatiſde-
tur l.ſi fideiuſſor 7.§.ſi ff.qui ſatiſdat cogan. de qua ſupra
tit.15.dictum eſt, hactenus de ſatiſdatione iudicatum ſol-
ui, nunc de eius actione eſt dicendum. Cuius quidem tri-
8 plex cauſa eſt. † Nam iudicatum ſolui ſtipulatio tres clau-
ſulas in vnum collectas habet, de re iudicata, de re defen-
denda, de dolo malo. leg. iudicatum 6.ff.iudicatum ſolui.
9 † Competit ergo actio propoſita, ſi vel id, quod iudicatum
eſt, non ſoluatur, vel reus non defendatur, vel denique
quod in defendenda cauſa dolo malo ſit commiſſum. d.l.
6.§.1.inſti.de ſatiſda.l.ſi defunctus 15.ff.de procuratorib.
vt puta, ſi in cautione de rato hæredum perſonæ dolo ꝓ-
miſſoris ſint omiſſæ l.ſi ſine 22.§.ſi in ſtipulatione ff. ratam
rem hab. Vt autem actio propoſita competat, neceſſe eſt,
vt vtiliter ſtipulatio iudicatum ſolui fuerit interpoſita: nã
quoties vitioſè cautum, vel ſatiſdatum eſt, non videtur
10 cautum l.quoties 6.ff. qui ſatiſd.cogant. † Proinde ex ſtipu-
latione alterius actori actio eſt deneganda, niſi fortè pro-
curator, tutor, vel curator ipſius ſit ſtipulatus. l.ſi quis 3.§.
11 1.ff.indic.ſolu. † Procuratorem autem accipere debemus,
cui mandatum eſt, ſiue huius rei tantum mandatum ſuſce-
pit, ſiue etiam vniuerſorum bonorum d.l.3.§. procurato-
rem. Sed & ſi ratum fuerit habitum, procurator videtur
d.l.3.§ ſed & ſi. Item ſi antequam mandatem tibi, vt fun-
dum peteres, ſatis acceperis petiturus fundum, & poſtea
mandata meo agere inſtitueris, fideiuſſores tenentur. leg.
Iulianus 13.ff.qui ſatiſd.cogan. Quamuis autem ex liberis,
vel ex parentibus aliquis interuenerit, vel vir vxoris nomi-
ne à quibus mandatum non exigitur: non tamen commit-
titur ſtipulatio, niſi fuerit ei mandatum, vel ratum habi-
tum. Quod enim eis agere permittitur edicto prætoris
non facit eos procuratores. Itaque ſi talis perſona inter-
ueniat, ex integro erit cauendum. leg. ſi quis 3.§.ſed ſi
12 fortè ff.indic.ſolu. † Sed & quod de tutore diximus, ita
accipiendum eſt, ſi is fuerit, qui tutelam adminiſtrabat.
dicta leg.tertia §.ſed & quod. Sed ſi tutor non eſſet, tu-
toris appellatione non continebitur dicta leg.tertia §.ſi tu-
tor non. Quinimo & ſi tutor fuerit, non tamen quaſi
tutor negocium adminiſtrauit, vel dum ignorat, vel ex alia
cauſa dicendum erit non committi ſtipulationem. Nam
edicto prætoris illi tutori agendi facultas datur, cui à pa-
rente maioreue parte tutorum eorum, vel cuius de ea re
iuriſdictio fuit, tutela permiſſa erit d.leg. tertia §.ſed & ſi
quidem. Item ſi tutor eſſe proponatur regionis alicuius,
vel prouinciæ, vel rerum Italicarum: conſequens erit dice-
re, ſtipulationem ita demum committi, ſi ex ea cauſa ege-
git, quæ ad adminiſtrationem earum pertinebat. d.l.3.§.ſi
13 tutor. † Poſtremò curatorem accipiemus furioſi, vel furio-
ſæ; item pupilli, pupillæ, cæterorumque, puta, adoleſcẽtis,
vel ſi alterius, cuius curator ſit: nam his caſibus ipſi, cuius
cura geſta eſt, committetur ſtipulatio. d.leg.3.§.ſed & cu-
ratorem ff.iudic.ſolui, & in tractat.de tutela, & cura libro
2.titulo 13.de ſtipulando nomine pupilli, ſeu minoris, & ti-
tulo 1.verſicu.ſi pupillus libro 3.quæſtio.32.verſicu.non,
enim, & quæſt.43.& quæſt.47.& hæc de eo, ſi alius, quam
14 actor iudicatũ ſolui ſit ſtipulatus, dicta ſit. † Præterea ex-
tinguitur ſtipulatio hæc, ſi petitor poſt ſatiſdationem an-
te iudicium acceptum hæres poſſeſſori extiterit le.ſi præ-
tor 8.ff.iudic.ſolui, ſed & ſi defenſor abſentis in dominum,
poſtea iudicium tranſtulerit: fideiuſſores, ob rem iudica-
tam. quos defenſor dedit, non tenebuntur, ſed nec pigno-
ra, quæ dederunt leg.1.§.fin.ff.quib.mod.pign. ſolu. ſecus
tamen, ſi ex parte actoris tranſlatio lius fiat: tunc enim di-
cimus, committi iudicatum ſolui ſtipulationem à reo fa-
ctam, nec intereſt, dominus, an procurator ſatis acceperit
15 leg.in cauſæ 27.§.ſi ex parte ff.de procurator. † Sed & ſi à
domino, vel procuratore in procuratorem iudicium
transferatur, non dubitatur, quin committatur ſtipula-
16 tio dicto §.ſi ex parte ibi. Sed & ſi à domino. † Præ-
terea ſi, quis ad aliquem iudicem itutus, ſtipulatus

Digitized by Google

eſt iudicatum ſolui, & aget apud alterum, non committe-
tur ſtipulatio, quia non huiuſmodi iudicis ſententiæ fide-
iuſſores ſe ſubdiderunt, l. ſi quis 3. in principio, ff. iudic. ſol-
ui. Gabriel. libro 3. de fideiuſſorib. concluſ. 4. Idem dicen-
dum, ſi cum quod Sempronius iudex iudicaſſet, ſolui ſa-
tisdatum eſſet, reo ſententia Sempronij abſoluto, & appel
latione ab actore interpoſita, iudex appellationis reum
condemnauerit: hoc enim caſu non committitur iudica-
tum ſolui ſtipulatio, niſi fortè ei, quod Sempronius iudi-
caſſet, adiectum ſit: Quive in eius locum ſubſtitutus erit,
l. cum apud 20. ff. de iudic. ſolui. Clar. in § final. quæſtione
17 46. Viuius in verb. fideiuſſor datus. † Sed & ſi fuero à fi-
deiuſſore procuratoris ſtipulatus iudicatum ſolui, quaſi
in rem acturus, & poſtea in perſonam egero, vel alia a-
ctione acturus aliam dictauero: non committitur ſtipu-
latio: quia de alio actum videtur, de alio ſtipulatio inter-
poſita eſt, l. cum quærebatur 13. §. final. ff. iudic. ſolui. l. non
18 à iudice 64. § final ff. de iudic. † In hac ſtipulatione, quia
plures cauſæ ſunt vna quantitate concluſæ, ſi committe-
tur ſtatim ſtipulatio ex vno caſu, amplius ex alio commit-
ti non poteſt, l. iam tamen 5. §. in hac ſtipulatione, ff. iudic.
ſolui. dicta leg. tertia, in principio, ff. eodem. Vtputa, ſi cum
reus rem non defenderet, poſtea ex eremodicio ſenten-
tiam ſit paſſus: ob rem iudicatam clauſula non commit-
titur: quia ob rem non defenſam ſtipulatio commiſſa eſ-
ſet: non aliter, ac ſi, cum quis ſtipulatus eſſet, ſi Nauis ex
Aſia venerit, aut ſi Titius Conſul factus fuerit: nauis prior
ex Aſia venerit, hoc enim caſu commiſſa ſemel ſtipula-
tione, quamuis poſtea Titius quoque Conſul factus fue-
rit, amplius tamen ea non committitur. Altera enim cau-
ſa non vtraque inerat ſtipulationi, dicta leg. decima ter-
19 tia, in principio, & leg. vltima in fine, ff. eodem. † Planè ſi
vnus ex fideiuſſoribus ob rem non defenſam conuentus
ſit, deinde poſtea ea res defenditur: alter fideiuſſorum ob
rem iudicatam conueniri poteſt, dicta leg. vltima, ibi. ſi v-
nus ex fideiuſſoribus, &c. Et ſi reus promittendi duobus
hæredibus relictis deceſſerit, alter rem non defendat, al-
ter defendat: is, qui non defendit, ob rem non defenſam
conueniri poteſt: ille qui defendit ob rem iudicatam: quo-
niam in vnius, eiuſdemque perſona non poſſe committi
has duas clauſulas creditur, & ſemper præualet rei iudi-
catæ clauſula, eaque ſola committitur, dicta leg. vltima, §.
20 & ſi reus. † Vt autem committatur iudicatum ſolui ſtipu
latio, non ſufficit cum ea perſona acceptum eſſe iudicium,
quæ ſtipulatione comprehenſa eſt: ſed oportet etiam cau-
ſam perſonæ eandem eſſe, quæ ſtipulationis interponen-
dæ tempore fuit. Et ideo ſi is, qui procurator datus eſt, hæ-
res extiterit domino, atque ita acceperit iudicium, ſiue e-
tiam prohibitus acceperit, non committitur ſtipulatio, l.
ſi ante 7. §. & ideo, ff. iudicatum ſolui. Nam & aliàs reſpon
ſum eſt, ſi quis abſentem defendens ſatiſdederit, deinde,
vel procurator ab eo datus, vel poſtquam hæres ei extite-
rit, iudicium acceperit fideiuſſores non teneri, dicta leg. ſe-
ptima, §. nam & aliàs. Idem dicendum, ſi cum tutor pro
pupillo iudicatum ſolui ſatiſdediſſet, tutela poſtea ſit fini-
ta, & actio in ipſum pupillum transferatur, maximè ſi
pro abſente pupillo, vel pro infante ſatiſdedit, leg. ſecun-
21 da, §. final ff. de adminiſtrat. tutor. † Porrò cum ſupra di-
xerimus, etiam ob rem non defenſam committi iudicatum
ſolui ſtipulationem: hæc regula præter enumeratas exce-
ptiones generales recipit, & alias ſpeciales, de quibus nunc
dicendum eſt. Nam ſtipulatio hæc, quamdiu res non de-
fendatur, ſimul atque defendi cœperit, aut defendi debere
deſierit, reſoluitur, l. hæc ſtipulatio 15. ff. iudicatum ſolui.
22 † Sed qualis defenſio exigatur, ne committatur ſtipula-
tio, & quarum perſonarum videndum eſt. Et ſanè ſi ex-
trinſecus perſona defenſoris interueniat, hoc eſt eius, qui
propoſita actione conueniri non poteſt, neque procura-
tor ab eo, qui poteſt conueniri, datus eſt, ſtipulatio com-
mittitur, ſi non, & ipſe iudicatum ſolui ſatiſdet, niſi fortè à
ſtipulatore ſine ſatiſdatione admittatur, l. iam tamen 5. §.
nunc videamus, ff. iudicatum ſolui. Nam ſi eum qualem-
cumque ſtipulator admiſerit, conſequens erit dicere, ſtipu
lationis iſtius nullam partem committi, quia ſibi imputa-
re debet, qui talem defenſorem admiſit, dicto §. nunc vi-
deamus in fine. Sed & ſi ante acceptum iudicium procu-
rator datus prohibitus fuerit à domino, vel aliàs cauſa
eius mutata ſit, ſi quidem actor ignorans cauſam eius mu
tatam eſſe egerit, non aliud dici poteſt, quam ſtipulatio-
nem committi l. ſi ante 7. ff. iudic. ſolui. Sin verò ſciens eg-
rit, ſtipulatio non committitur, d. l. 7. §. quod ſi quis. Cæte-
rum ſi ex fideiuſſoribus, qui iudicatum ſolui cauerant, exi-
ſtat vnus defenſor: placuit ob rem iudicatam ſtipulatio-
nem non committi, cæteraque eadem eſſe, atque ſi extra-
neus defenſor exiſtat, d. l. 5. §. 1. & §. ſi ex fideiuſſoribus, ff.
iudic. ſolui. l. licet 42. §. fin. ff. de procuratoribus. Idem di-
cendum, vno ex pluribus hæredibus, alijs ceſſantibus, de-
fenſionem ſuſcipiente, dict. § 1. Planè ſi plures fideiuſſores
defendere fuerint parati, non ſufficit, vt vnuſquiſque eo-
rum pro parte ſua defendat, vel defenſorem ſubſtituat,
ſed niſi quiſque in ſolidum defendat, vel vnum dent pro-
ratorem, omnes (deſiderante ſcilicet hoc actore) commit-
titur ſtipulatio ob rem non defenſam, dict. l. 5. §. ſi tamen.
Nam & plures heredes neceſſe habebunt vnum dare pro-
curatorem, ne defenſio per plures ſciſſa incommodo ali-
quo afficiat actorem, d. l. 5. §. nam & plures. Aliud eſt in hę
redibus actoris, quibus neceſſitas non imponitur, vt per v-
num litigent, d. l. 5. §. aliud, l. non tamen 38 ff. de procura-
tor. Planè ſi aduerſarius plures intendat actiones, & in ſin-
gulas ſinguli exiſtant defenſionem ſuſcipere parati, abſens
rectè videtur defendi, l. omnium 37 cum leg. ſequen. ff. de
23 procurator. Ex his patet † non videri rem boni viri arbi-
tratu defendi, quæ non in ſolidum defenſa ſit, l. ex clauſula
17. ff. iudic. ſolui, ideoque committi ob rem non defenſam
24 ſtipulationem, d. l. 17. † Sed & illud ſciendum eſt, ibi rem
eſſe defendendam, vt rectè defendatur, vbi debet agi, d. l.
25 5. §. fin. Porrò † ſi plures fuerint fideiuſſores, poſteaquam
cum vno lis conteſtata eſt ex clauſula ob rem non defen-
ſam, ipſe reus poteſt ſuſcipere defenſionem, quo caſu is,
eum quo actum fuerit, abſolui debet, l ſi quis 3. §. fin. cum
26 l. ſequent. ff. iudic. ſolui. † Iam tamen fideiuſſore, qui iudi-
cium acceperat, damnato, fruſtra defenſionem reus ſuſci-
pit, d. l. 5. in princ. Cæterum & ſi ſolutum fuerit, poſtquam
iudicatum eſt, repetitio erit, quod ſolutum eſt, d. l. 5. §. cæ-
27 terum. † Si tamen ex duobus fideiuſſoribus, qui iudica-
tum ſolui ſpoponderant, alter ob rem non defenſam par-
tem ſuam ſolueri, nihilominus res defendi poterit, nec ta-
men is, qui ſoluerit, repetet, ſtipulatio enim pro parte eius
perempta eſt, perinde ac ſi acceptum ei factum eſſet, l. ſi
28 ex duobus 14. ff. iudic. ſolui. † Poſtremo non videtur defen
dere, qui in iure interrogatus non reſpondet, l. ſi ſine 9. §.
Celſus. ibi. an ergo, ff. de interrogat. in iure facien. Hacte-
nus de eo, ſi res defendatur, an, & quatenus ob rem non
defenſam, ſtipulatio non committatur, dictum eſt, nunc ſi
res non defendatur, quatenus ſtipulatio non committatur,
29 videndum reſtat. † Et ſanè ob rem non defenſam ſtipula-
tio non committitur, quamdiu poteſt exiſtere, qui defen-
dat, l. ſi quis 3. §. penul. ff. iudic ſolui, l. cum quærebatur 13.
§. proinde videndum, ff. eo. exiſtere verò qui defendat, po-
teſt, quamdiu lis ex ſtipulatione non fuerit conteſtata, d.
§. proinde. † Sed & ſi iuſtam cauſam reus habeat, cur iudi
30 cium accipere nolit actio ob rem non defenſam denegan-
da erit: quia vir bonus arbitratus non eſt, vt qui iuſtam
excuſationem afferret, defendere cogeretur, l. non cogen-
dum 45. § 1. ff. de procur. † Planè quamuis reus, poſtquam
31 iudicatum ſolui promiſit, demens factus ſit, nihilominus
ſtipulatio committitur, ſi eum nemo defendat, dict. l. 3. §. ſi
reus, ff. iudic. ſolui. † Idem dicendum, quamuis reus poſt
32 iudicatum ſolui ſtipulationem in magiſtratu ſit, nec inui-
tus in ius vocari poſſit: nam niſi res boni viri arbitratu de-
fendatur, fideiuſſores tenentur, l. ſi reus 12. ff. iudic. ſolui.
In alijs autem caſibus, quibus Prætor accipere iudiciũ non
cogit, res non videbitur indefenſa eſſe, l. vir bonus 18. ff. eo.
33 † Ideoque ſi fortè lis finita fuerit, ad quam defenſio erat
neceſſaria, vel ſolutione, vel tranſactione, vel acceptilatio-
ne, vel quo alio modo, conſequenter placuit euaneſcere
ob rem non defenſam clauſulam, l. cum quærebatur 13. §.
penultimo, l. hæc ſtipulatio 15. ibi, aut defendi debere de-
ſierit, ff. eodem, leg. ſi eum 33. ibi. ſi autem adierit, ff. de
fideiuſſoribus. Planè ſi ſeruus, qui in rem actione petteba-
tur, lite conteſtata deceſſerit, deinde poſſeſſor litem de-
ſeruerit: nihilominus fideiuſſores pro lite defendenda
dati tenentur, quamuis res litigioſa in rerum natura
eſſe deſierit: quoniam expedit de euictione actionis
conſeruandæ cauſa, item fructuum nomine rem iudi-
catam, l. ſi ſeruus 11. ff. iudicat. ſolui. Sed & ſi reus, pro quo
ſatiſ-

ſatiſdatum eſt, ſoluendo eſſe deſierit, ſtipulatio nihilomi-
nus re non defenſa, committitur, l. Titius 76. ff. de procura
34 tor. † Quoties autem per actorem ſteterit, quominus res
defendatur, non committitur ſtipulatio, d. l. 33. in fin. de fi-
deiuſſorib. Ideoque ſi eum hominem, quem à Titio petie-
ram, pro quo ſatis de lite acceperam, Titius liberum, hære-
demque reliquerit; ſiquidem tenetur ipſius fuit, dicendum
eſt, iudicium in eum transferri, & ſi non patiatur id fieri,
committi ſtipulationem, d. l. 33. §. ſi eum hominem. Si au-
tem meus petitor is fuerit, neque iuſſu meo hæreditatem
adierit, fideiuſſores tenebuntur ob rem non defenſam, d. l.
33. §. ſi autem meus. Si autem adierit, me iubente, ſtipula-
tio euaneſcit, d. l. 33. §. ſi autem adierit. Sed & ſi meus fue-
rit, & idcirco differam aditionem, vt cum vicero, tunc eum
iubeam adire, & interim ob rem non defenſam agere ve-
lim: non committetur ſtipulatio, quia vir bonus non arbi-
35 tratetur, d. l. 33. §. planè. † Poſtremo de vltima clauſula iu-
dicatum ſolui ſtipulationis, hoc eſt dolum malum abeſſe,
abfuturumque eſſe: notandum quod & in futurum tem-
pus permanens factum demõſtrat, l. nouiſſima 19. in prin
36 cip. ff. iudic. ſolui. † Verbum enim abfuturum eſſe pleniſ-
ſimum eſt, & ad omne tempus refertur, vt ſi aliquo tem-
pore non abfuerit, dolus (quoniam verum ſit non abfuiſ-
ſe) committatur hæc clauſula etiam ex dolo hæredis, dict.
l. 19. §. verbum enim. Sin autem adiectum ſit, ſi huiuſmo-
di rei dolus malus non aberit, quanti ea res erit, dare ſpon
des: etiam ob extranei dolum promiſſor de pœna tenebi-
37 tur, dicta l. 19. §. ſin autem, † Doli autem mali clauſula ſi-
cut reliquæ ſtipulationes, in quibus tempus nominatim a-
diectum non eſt, ad principium ſtipulationis refertur, di-
cta l. 19. §. doli autem: hactenus de cauſis actionis ex ſtipu-
latu iudicatum ſolui. Nunc ſequuntur reliqui huius actio-
38 nis loci, & primum quibus detur. † Proinde ſi procurator
meus iudicatum ſolui ſatis accepit, mihi ex ſtipulatu actio
vtilis eſt: ſicut iudicati actio mihi indulgetur, l. ſi procura-
tor 28. in principio, ff. de procurator. Sed & ſi agat procu-
rator meus ex ea ſtipulatione, me inuito, nihilominus ta-
men mihi ex ſtipulatu actio tribuetur. Quæ res facit, vt
procurator meus ex ſtipulatu agendo, exceptione debeat
repelli, ſicut cum agit iudicati non in rem ſuam datus, ne-
que ad eandem rem procurator factus, dicta l. 28. §. ſed ſi
agat. Nam licet procuratori commiſſa ſit ſtipulatio, ta-
men domino erit danda vtilis ex ſtipulatu actio, directa
penitus tollenda, l. in cauſæ 27. §. final. ff. eodem. Hæredi-
bus quoque datur, & aduerſus hæredes, non tamen om-
nibus, nec aduerſus omnes: ſed iis duntaxat, qui viciſſent
aduerſus victos, hiſque, aduerſus quos res defenſa non eſ-
ſet, aduerſus eos, qui rem non defendiſſent, l. pœnales 32.
§. Iulianus ff. ad leg. Falcid. §. ſi verò aliquis inſtit. de ſatiſ-
dat. dicta l. nouiſſima, in principio. Non autem quemad-
modum ex ſtipulatione procuratoris domino datur vtilis
ex ſtipulatu actio, vt dictum eſt, ita quoque ex promiſſio-
ne procuratoris aduerſus dominum actio danda eſt, dicta
l. 28. §. per contrarium, ff. de procurator. Nam ſi procura-
tor meus iudicatum ſolui ſatiſdederit, in me ex ſtipulatu
actio non datur, dict. §. per contrarium. Sed & ſi defenſor
meus ſatiſdederit in me ex ſtipulatu, actio vtique non da-
tur; quia nec iudicati mecum agi poteſt, dicto §. per con-
39 trarium. † Porrò iudicatum ſolui ſtipulatio expeditam
habet quantitatem: in tantum enim committitur, in
quantum iudex pronunciauerit, l. iudicatum 9. ff. iudic.
ſolui. Quilibet autem fideiuſſorum non niſi pro parte vi-
rili tenetur. Nam ſi pro parte eius ſoluere mihi paratus
eſt, non debet dari mihi in eum iudicium, neque enim æ-
quum eſt, aut iudicio adſtringi, aut ad inficiationem com-
pelli eum, qui ſine iudice dare paratus eſt, quantum aduer-
ſarius eius per iudicem ab eo conſecuturus eſt, l. ex iudica-
40 ti 16. ff. iudic. ſolui. † Cæterum in hac ſtipulatione poſt
rem iudicatam ſtatim dies cedit, ſed exactio in tempus reo
principali indultum differtur, leg. prima, ff. iudic. ſolui.
Quod tempus olim quatuor, hodie duorum menſium eſt,
l. debitoribus, ff. de re iudicat. l. ſecunda, C. de vſur. rei iu-
dicat. gloſſ in dicta l. prima, in verb. principali. Quoties au-
tem ex ſtipulatione iudicatum ſolui ob rem non defenſam
agitur cum fideiuſſoribus, non eſt iniquum cauere domi-
num priore iudicio abſolui, quia omiſſa cautione, fideiuſ-
ſores mandati iudicio non conſequentur, aut certè cogen
tur dominum priore iudicio defendere, l. ſi ex duobus 14.
41 §. quoties, ff. iudic. ſolui. † Quod autem hoc iudicio fideiuſ
ſores præſtiterunt, mandati iudicio recuperant: niſi (vt di-
ctum eſt) cautionem ab actore non exegerint de reo prin-
cipali priori iudicio abſoluendo, vel eum non defenderint,
l. iam tamen 5. §. in hac ſtipulatione, & dicta l. 14. §. quo-
ties. Quamuis autem ſine mandato defenſionem rei prin-
cipalis ſuſceperint, & victi ſunt, vtique quod ob rem iudi-
catam præſtiterunt conſequentur, dicta l. 5. §. quid tamen.
42 † Sumptus tamen litis minimè petent, dict. l. 5. §. ſumptus.
Sin autem obmuerint; poterunt, & ſumptus litis conſe-
qui, quaſi iuxta mandatum, & ſi non mandatum fuerit, di-
cto §. ſumptus, & dicta l. 5 in principio. Si verò fideiuſſor
defenſionem ſibi ſpecialiter non mandatam omiſerit ob
id mandati iudicio domino non tenebitur, in quantitatem
enim interuenit, & hoc illi fuit mandatum, non in defen-
43 ſionem, dict. §. in hac ſtipulatione in principio. † Poſtremo
de iudicatum ſolui ſtipulatione, & hoc notandum, quod
per eam actio non mouetur: quia hoc ſolum agitur hac
ſtipulatione, vt & fideiuſſoribus cautum ſit, non vt ab obli
gatione iudicati diſcedatur, l. ſi Stichum 8. §. idem Celſus,
ff. de nouatio. In arbitrio, itaque actoris eſt, vtrum ex ſtipu
latu, an iudicati actione agere velit.

SVMMARIVM.

1 *Reus conuentus poteſt in eodem iudicio actorem reconuenire.*
2 *Reconuentio, quibus, quando, & in quibus caſibus negatur.*
3 *Reconuentio ſtatim opponenda, vbi poteſt opponi.*
4 *Reconuentionis cauſa per reſcriptum eſt impetranda, vbi fuit impetrata cauſa conuentionis.*
5 *Reconuentio differt ab exceptione.*

De reconuentionibus. Tit. 26.

1 REus † actorem in eodem iudicio reconuenire po-
teſt, quo acto, conuentio, & reconuentio paribus
paſſibus ambulare debent, ca. cum dilectus 2. de or-
din. cogni. §. nos autem ver. quamquam in idem cap. 1. de
mutuis petitionibus, & nos in gloſſ. ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 67.
2 † Niſi interdicto recuperandæ poſſeſſionis agatur. huic
enim reconuentio opponi non poteſt, ſecundum diſtin-
ctionem, quam facit text. in c. vlt. de ordin cognit & in ca.
ad vltimum 2. de cauſ. poſſ. & propriet. Tiraq. in regula
17. Minus opponi poteſt per excommunicatum, cap. cum
inter 5. §. final. de exceptio. Nec opponi poteſt apud alium,
quam actionis iudicem, cap. diſpendia 3. §. reus quoque. de
reſcript. in 6. Nec apud arbitros cap. cum dilectus 6. de ar-
bitris. Villalo. R. 8. Item non poteſt opponi, ſi prius liqueat
de cauſa vna, quam de alia, vel reus in reconuentione mo-
ram faciat vſque ad litis conteſtationem in cauſa conuen-
tionis. Nam lite conteſtata ſuper ea, aduerſus eam non po-
teſt reconuentio, vt paribus paſſibus cum conuentione am
bulet, opponi, vt per Abb. & Felin. in dict. capit. 2. de mu-
tuis petitionibus. Viuius in verb. Reconuentioni. ibi. & ad-
uerte. Minſynger. obſeruatio. centur. 1. Nec minus poteſt
opponi, ſi vna cauſa ſit ſummaria, altera plenaria. Viuius
3 vbi ſupra. † Et vbi opponi poteſt, ſtatim poſt conuentio-
nem eſt opponenda, non autem poſt litem conteſtatam, vt
dictum eſt, nec ideo in cauſa appellationis, vt dixi, in gloſſ.
4 prædicta. Et ſi cauſa conuentionis ſit per reſcriptum † Prin
cipis commiſſa, oportet impetrare reſcriptum commiſſio-
nis cauſæ reconuentionis, quo impetrato, modus proce-
dendi per reſcriptum conuentionis præſcriptus, etiam re-
conuentioni datus intelligitur, cap. prudentia 2. vbi gloſſ.
& Doctor. de mutuis petit. & nos in gloſſ. prædicta in prin
5 cipio, & fine. † Differentia autem reconuentionis, & exce-
ptionis habetur in dict. capit. cum dilectus 2. de ordin. co-
gnit. Et hæc de reconuentionibus, & alijs actibus iudicia-
libus litis conteſtationem præcedentibus dicta ſufficiant.
Sequitur nunc videre de ipſa litis conteſtatione, & actibus
eam ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio quid ſit.*
2 *Litis conteſtatio qualiter fiat.*
3 *Lis, aut de iure, aut de facto eſt.*

Digitized by Google

4 *Lis poſt editum libellum infra quantum tempus conteſtanda.*
5 *Reus ad litem conteſtandam præciſè cogendus.*

De litis conteſtatione, tit. 27.

1 Litis † conteſtatio definitur, quod ſit, cum iudex per narrationem negocij cauſam audire cœperit, quam litis conteſtationem, ſeu ſtatum cauſæ Rhetores appellant l. 1. § lis enim tunc C. de lit. conteſt. de qua & nos in gloſ. ſtat. vrb. lib. 1. c. 59. nonnulla notatu digna poſuimus. Et hæc eſt vera litis conteſtationis definitio, ſed à paucis rectè intellecta, & ab aliquibus aliter explicita. Ideoque quid mihi hac in re videatur, quàm breuiſſimè exponam, Inquit enim Imperator, lis tunc conteſtata videtur, cum Iudex per narrationem negocij cauſam audire cœperit. in d. l. 1. §. lis enim, pro intelligentia verborum dictæ definitionis videtur locus Quintiliani lib. 3. Inſtit. orator c. 6. vbi ait. Simplex cauſa, etiamſi variè defenditur, nõ poteſt habere plus vno, de quo pronuncietur, atque inde erit ſtatus cauſæ: quod & orator præcipuè ſibi obtinẽdum, & iudex ſpectandũ maximè intelligit: in hoc enim cauſa conſiſtet: ex quibus verba hæc, cauſam audire; de quibus in dicta definitione, mihi interpretanda videntur pro inquirere, & indagare id, in quo cauſa conſiſtat. Nam cauſam audire, aliud ſignificare non videtur, quàm vt iudex id, in quo cauſa, & controuerſia conſiſtit, hoc eſt, ſtatum cauſæ cognoſcat. litis cõteſtatio igitur nihil aliud eſt, quam ſtatus cauſæ inquiſitio, & litis conſtitutio: ex eo dicta, quod litigatores litem conteſtentur, hoc eſt ſimul fateantur, & ob oculos ponant id, in quo lis conſiſtit. Hoc autem fit per actionem propoſitam, & reſponſionem aduerſus eam inſecutam, per exceptionẽ, replicationem, duplicationẽ &c. Hoc eſt quod Imperator in dicta definitione ait, Per narrationem negocij. Nam actio, replicatio, & duplicatio nihil aliud ſunt, quàm partes negocij, ſine quibus totum negocium plenè cognoſci non poteſt. Actio enim omnis conſtat ex iure, & facto, quorum alterutro deficiente, deficit actio, vtroque autem exiſtente, vt neutrũ a reo negari poſſit: tunc per exceptionem actio infirmari poteſt. exceptio autem eſt duplex. Peremptoria, & dilatoria, vt probatum fuit ſupra tit. 21. & ſeq. & probabitur infra. Dilatoriæ exceptiones ſunt, quibus lis a cauſa actionis ad alias eius circumſtantias transfertur, vt in dicto tit. 21. & ſeq. eſt igitur infirmandæ actionis ratio triplex, quarum vna conſiſtit in negando eo, quod in actione propoſitum eſt, altera in diſtinguendo, tertia in lite differenda, ſeu ad alias actionis circumſtantias a cauſa eius transferenda. Quod autem de actione infirmanda dictũ eſt, idem de exceptione per replicationem, de replicatione per duplicationem &c. Infirmanda eſt intelligendum. Nam vt actio argumentum eſt, quo id, quod petimus, probare nitimur nobis deberi, ita quoque exceptio argumentum eſt ad perimẽdam, ſeu differendam actionem productam. Proinde aut negando, aut diſtinguendo eliditur, aut denique litem a cauſa exceptionis ad alias eius circumſtantias transferendo. Hanc autem exceptionem, & litis translationem, qua infirmatur exceptio. Replicationem vocant. Sed & eadem replicationis, necnon duplicationis, & triplicationis, quæ actionis, & exceptionis infirmandæ ratio eſt. Quando autẽ ad actionem, exceptionem, vel replicationem propoſitam non negando, ſed diſtinguendo, aut litem differendo, transferendoue ab aduerſario reſpondetur, lis conſtare iudici nondũ poteſt c. ſi oblato 2. de litis conteſt. in 6 c. 1. eod. c. 54 § licet de elect. negando reſpondetur, lis conſtat, orta quæſtione,
2 quam conſtitutionẽ, ſeu ſtatum Rhetores vocant. † Hanc litis cõteſtationem, ſi quidem in principali fiat negocio, litis conteſtationem a veteribus Iuriſconſultis appellatã eſſe exiſtimo ex d. c ſi oblato Tiraquell. lib. 1. retractus §. 15. gl. 2. nu. 1. & ſeq. Nec enim olim, vt nunc fieri ſolet ad excipiendum, replicandum, & duplicandum dilationes dabantur. Sed iudex vno, eodemque tempore exceptiones, replicationes, & duplicationes audiebat, vt illud, in quo cõtrouerſia cõſiſtebat, cognoſceret. quo cognito, tunc demum ad id probandum dilationes ſolebat concedere, vt conſtat ſuperius tit. 20. de dilationibus. Antequam autem Iudex de cauſa, ſeu actione propoſita pronunciet, lis conſtituenda eſt, ſeu quid litem faciat, inquirendum. Lite namque conſtituta, quemadmodum medicus, cauſa morbi cognita, certius de actione propoſita iudicabit, & negocio medebitur. Contra nondum conſtituta, ſeu conteſtata lite, omnis de negocio principali ſententia iuri, & iuſtitiæ eſt periculoſa. Imo litis conteſtatione omiſſa, proceſſus eſt nullus d. cap. 1. de litis conteſt. & dicto §. licet. Niſi non iure actionis, ſed Iudicis officio agatur c. iudicis 2. de offic. iudic. Clar. §. fin. quæſt. 45. vel cauſa ſit matrimonialis Villa. L. 129. vel beneficialis poſſeſſorij Gab. lib. 5. de reſt. ſpol. concluſ. 1. num. 115. & ſeq. Villal. L. 124. & 125. vel niſi periculum ſit in mora, vel agatur in poſſeſſorio edicti Car-
3 boniani. Villa. L. 125. & 126. vbi Fichardus in additio. † lis autem omnis, ſeu quæſtio iudicialis aut de iure eſt, aut de facto; illa quidem ſecundum leges, hæc verò ſecundum motum, & arbitriũ iudicis eſt definienda, vt probauimus in tract. de tutela, & cura lib. 3. quæſt. 1. & latè probat Me-
4 noch. in tract. de arbitr. quæſt. 53. † Tempus autem litis conteſtandæ definitur poſt viginti dies ab editione libelli, vt interim reo facultas ſit deliberãdi, an cedere debeat, vel contendere, & exceptiones dilatorias, ſi quas putat ſe habere, obijciendi, vel tranſigendi. Nouella c. 53. §. ſed et illud cum ſequen. 13. q. 3. cap. vlt. §. offeratur. vltra duos menſes, tamen litis conteſtatio differenda non eſt. Nouel-
5 la 96. † Etſi Reus non velit litem conteſtari, præciſè cogendus eſt ad litem conteſtandam Tuzza: opin. 137.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ lite conteſtata præſtandum.*
2 *Iuramentum calumniæ non poteſt remitti.*
3 *Iuramentum calumniæ quare introductum.*
4 *Iuramentum calumniæ quando, & quoties præſtandum.*
5 *Iuramentum calumniæ vnicum in tota cauſa, vt ſufficiat, quid agendum, limitatur.*

Actor.
Reus.
6 *Aduocatus.* } *vtriuſque partis iurat de calumnia.*
Tutor.
Curator.

Actoris.
7 *Rei.* } *iuramenti forma.*
Aduocati.

8 *Improba aduocatio quæ dicatur.*
9 *Iudices iurant & ipſi, & illius forma.*
10 *Iuramentum de calumnia in quo loco præſtandum.*
11 *Iuratur de calumnia per procuratorem.*
12 *Iurandum, præſente aduerſario, limitatur.*
13 *Iurandum quomodo ſit, & quando.*

Notoria
14 *Spiritualia* } *calumniæ iuramentum non exigunt.*
Beneficialia

15 *Actore de calumnia non iurante, ei denegatur actio.*
16 *Reo recuſante iurare, habetur pro confeſſo.*
17 *Pœnæ non iurantium proponuntur.*
18 *Iuramenti calumniæ omiſſio an vitiet proceſſum.*

De iuramento calumniæ, & alijs huiuſmodi iuramentis, tit. 28.

1 Lite † autem conteſtata, ſtatim, antequam ad alia procedatur iuramentum calumniæ præſtandum eſt, etiã aduerſario illud remittente l. 2. in princ. & §. ſed quia C. de iureiurando propter calumn. dand. l. 12. C. de iudic.
2 † Nam nec conſuetudine illud remitti poteſt c. cæterum de iuramen. calumn. glo. in cap. 1. in verbo. tacitè eod. in 6. Alex. conſ. 45. nu. 3. lib. 2. c. conſtitutus. 3. §. præſentium de
3 fideiuſſoribus. † Idque ideò ne homines facilè ad litigandum procedant, ſed vt ſacramenti timore contentioſa litigantium inſtantia compeſcatur d. l. 2. in princ. §. 1. inſtit.
4 de pœna temerè litigant. † Non ſolum autem in primordio litis hoc iuſiurandum præſtandum eſt, ſed etiã quoties probatio ab aduerſario exigitur, exigens eam, prius de calumnia iurare debet, quod non cauſam differendo huiuſmodi allegationem propoſuerit, ſiue propter literas fuerit certatũ, ſiue propter inſtrumenta, ſiue quæſtio ſeruorũ expoſcatur, ſiue quid aliud, in quo neceſſitas probationis incumbit l. 1. C. de iureiurando propter calumn. dand. c. in appellationis 2. in princ. & §. fin. de iuramen. calum. in 6.

Ideoque

Ideoque ſi quis ab argentario rationes ſibi edi petierit, iu-
rare debet l. ſi quis 6. §. exigitur. de edendo. Sed & ſi quis
aduerſario deferat iuſiurandum litis deciſorium, ipſe
prius de calumnia iurare tenetur: ſi hoc exigatur leg. iuſiu-
randum 34. §. qui iuſiurandum ff. de iureiurando l. ſi non,
5 37. ff. eod. l. delata 9. C. eod. † Planè ne quis ſæpius in eadé
lite iurare cogatur, iuramento calumniæ in primordio li-
tis præſtando apponi debet hæc clauſula generalis: ſi quan-
do (per totam ſcilicet litem) probat omnes ab aduerſario ſuo
requirat, quod non per calumniam id faciat extrahendæ litis,
ſed quia reuera ſibi neceſſariã fore ab aduerſario ſuo exhi-
bendam probationem arbitretur, quo iuramento genera-
li ſemel præſtito, deinceps à iurando liberatur quis, quã-
uis multas ab aduerſario probationes requiſierit. Nouella
c. 50. §. quia verò. Niſi iudici aliter videbitur expedire eſt.
in princip. & §. final. in fine de iuramento calumniæ in 6.
6 Porrò † iuramentum calumniæ præſtant, Actor ſimul, &
reus, Aduocati, tutores, & curatores vtriuſque partis, ſed
& iudex ipſe § item actoris inſti. de pœna temerè litigã.
leg. 2. in princ. C. de iureiurand. propter calumn. dand. &
Nouella 124. in princip. c. cum cauſam 6. eodem c. in appel-
lationis 2. §. procuratores de iuramẽ. calum. in 6. §. vtriuſq;
inſtit. de pœna temerè litigan. l. rem non nouam 12. §. pa-
troni C. de iudic. & in princ. l. Villalo. l. 159. vbi Fichard. in.
addit. Quo verò ad Aduocatos hoc iuramentum conſue-
tudine ſublatum dicunt Villalo. A. 65. & Soarez A. 110. Ta-
men conſuetudine non obſtãte, præſtan dum erit iuxtà for-
mam paulo inferius traditam pro bono publico, contra q.
conſuetudo non prævalet cap. conſtitutus 3. §. præſentium.
de fideiuſſorib. Actor quidem iurare debet non calumniãq;
d' animo litem ſe mouiſſe, ſed exiſtimando ſe bonam cau-
ſam habere d. l. 2. in princip. C. de iureiur. propter calum.
dand. §. item actoris inſtitu. de pena temere litigant. Aliud
iuramentum actoris proponitur in § 1. in princip. Nouell.
cõſt. 124. Verum de iure canonico non ſolum de opinione,
ſed & etiam de veritate iurare tenetur cap. 1. in prin. & in
7 §. fina. de iuramento calumn. in 6. † Reus autem iurabit,
quod putans ſe bona inſtantia vti ad reluctandum peruc-
nerit. §. 1. in princip. inſtitu. de pœna temerè litigan. & d. l.
2. §. ſi enim, & ipſe. Sed vterque tam actor, quam reus ge-
nerale illud iuramentum, de quo iam dictum eſt, præſta-
bit, ſcilicet quod non protrahendæ litis animo, ſed quod
reuera ſibi neceſſarium putet, probationes ab aduerſario
ſit exacturus §. quia verò Nouella c. 50. Sed & vterq. iura-
bit, quod nihil penitus, vel iudicibus patrocinij gratia, vel
cuicunque aliæ perſonæ ex eadem cauſa quocunque mo-
do dederit, promiſeritue, aut poſtea daturus ſit, vel per ſe,
vel per quamcunque aliam perſonam, exceptis his, quæ
aduocatis ſuis pro aduocatione præbent, aut alijs, quibus
leges dari permittunt. §. 1. in princip. Nouella cõſt. 124 Vtri-
uſque partis aduocati iurare debent, quod omni virtute
ſua, omnique ope, quod iuſtum & verum exiſtimauerint,
clientibus ſuis inferre procurabunt, nihil ſtudij relinquẽ-
tes, quod ſibi poſſibile eſt: non autem credita ſibi cauſa,
quod improba ſit, vel penitus deſperata, & ex mendacio-
bus allegationibus compoſita ſ, ipſi ſcientes, prudenteſq;
que malæ conſcientia hi patrocinabuntur. Sed & ſi cer-
tamine procedente aliquid ſibi tale cognitum fuerit, à
cauſa recedent, ab huiuſmodi communione ſeſe penitus
8 ſeparantes, † Hocque ſubſecuto, nulla licentia concedatur
ſpreto litigatore ad alterius aduocati patrocinium conuo-
lare: ne melioribus contemptis improba aduocatio ſubro-
getur. Sin autem pluribus patronis adhibitis, & iuramento
ab omnibus præſtito, quidam ex his cauſa procedente pa-
trocinandum eſſe crediderint, quidam recuſauerint: exeãt
quidem recuſantes, volentes autem remaneant l. rem non
nouam 12. §. patroni C. de iudic. leg. 2. in princip. C. de iure-
iurando propter calumn. dando cap. cum cauſam 6. de iu-
ramento calumniæ c. in appellationis 2. §. procuratores eo-
dem tit. in 6. contrarijs allegatis per Surd. in deciſ. 18. Propi-
ratorio in princi. vbi limitat in procuratore, & aduocato fi-
ſci ſub num. 10. 11. & ſequen. in litibus, qui per tutores, aut
curatores agitantur, iuramenta quidem tutores, aut cura-
tores ſubibunt ſed nullo ex hoc præiudicio generando ijs,
qui ſub tutela, vel cura eorum degunt d. l. 2. §. quod obſer-
uari, & §. in litibus Nouella c. 124 Fichard. ad Villa. l. 159.
9 addit. † Poſtremo iudices iurabunt omnimodo ſeſe cum
veritate, & legum obſeruatione iudicium diſpoſituros, &
ante ſedem iudicialem ſacroſanctæ ſcripturæ deponi iu-
bentur, & permanere vſque ad litis terminum, & defini-
tiuæ ſententiæ recitationem, d. l. rem non nouam 12. in prin-
cip. C. de iudic. Hoc autem iuramento calumniæ ſecũdum
ius ciuile iurat quiſque, quod credit, & exiſtimat verum,
& iuſtum eſſe, licet cauſæ natura forſitan alia eſt, d. l. 2. §. &
licet, C. de iureiurand. propter calumn. dand. quod aliter
10 eſt de iure Canonico, vt ſuperius dictum eſt. † Porrò quã-
uis hoc iuſiurandum in iudicio regulariter præſtari de-
beat, tamen propter dignitatem, vel ſexum perſonæ in
domo litigatoris ſacramentum præſtant, altera parte, vel
procuratore eius præſente, dicta leg. ſecunda, §. ſin au-
tem, vel dignitas. §. ſi mulier. Nouella conſtitut. 124. Quod
dicendum quoque eſt, ſi litigator ob aduerſam valetudi-
nem, vel aliam ſimilem cauſam ad iudicem venire non
poſſit, §. quod dicta Nouella 124. Sed ſi eum abeſſe con-
tingat in alijs locis, apud Præſidem, aut defenſorem eius
loci, quo degit, iuſiurandum præſtare iubetur, §. ſi
partes ead. Nouella d. l. 2. §. ſin autem abfuerit, & §. hoc
11 etiam † vel procuratorem conſtituet ad iurandum, ca. in
pertractandis 3. & c. Imperatorum 4. de iuramento calum-
niæ, c. vlt. eod. tit. in 6. Et nos in glo. ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 66.
12 ver. tunc enim Fichard. in addit. ad Villalo. l. 119. † Quam-
quam autem aduerſario, vel eius procuratore præſente
iuſiurandum calumniæ præſtandum eſt, tamen ſi mulier
ſit, quæ propter honeſtatem vitæ extraneis ſe viris oſten-
dere ſe non conſueuit, tunc & abſente aduerſario miſſi co-
hortales iuramentum ab ea ſuſcipient, §. ſi mulier Nouel-
13 la c. 124. † Hoc iuramentum perinde ac alia tactis Sacro-
ſanctis Euangelijs præſtandum eſt, ſtatim (vt diximus) in
litis primordio lite iam conteſtata ſecundum ius ciuile, vt
probauit in princ. tit. Niſi ſit ſacerdos, c. 1. & c. cæterum §.
& c. vlt. in princ. de iuramento calumn. 11. q. 1. ca. teſtimo-
nium, & ſecundum ius canonicum non eſt neceſſe, quod
ſtatim poſt litem conteſtatam de calumnia iuretur, ſed an-
te, vel poſt quandocumque iudici videbitur iurandum, c.
1. in princ. & in c. appellationis 2. §. fin. de iuramen. calumni.
14 in 6. & in dicta glo. ver. & poteſt præſtari. † Nec eſt iuran-
dum, quando notorium eſt id, de quo eſt iurandum Viui.
opin. incipien. Notorium ver. ſed Bald. ibi dicit, & nos in
d. gloſſ. ver. in notorijs, Nec eſt iurandum in ſpiritualibus,
& in beneficialibus huiuſmodi iuramentum non eſt neceſ-
ſarium, vt probauimus in d. gloſ. in fine. & in Syntag. com.
15 opin. iuris loco 1. tit. 21. † Sed ſi actor, vbi iurandum eſt, no-
luerit ſubire ſacramentum hoc, actio ei denegatur, d. l. 2.
§. quod ſi actor. Nam ſi actor noluerit ſubire ſacramentũ
calumniæ, & hoc legitimè fuerit approbatum, non liceat
ei penitus ad litem peruenire, ſed cadat ab inſtituta actio-
ne, quaſi improbus litigator, & triſtitia iudicium ei cum
ſumma interminatione occurrat, & à iudicio eum, quam
longiſſimè expellat. d. §. quod ſi actor, & §. illo vtique gene-
16 raliter. Nouella c. 124. † Sin autem reus vbi iurandum eſt
hoc ſacramentum ſubire recuſauerit, in ijs capitulis, quæ
narratione comprehenſa ſunt, pro confeſſo habetur, & li-
cet iudici ſententiam proferre, prout ei & ipſa rei quali-
tas ſuggeſſerit, d. l. 2. §. ſin autem reus, & d. §. illo vtique ge-
neraliter. Sed an actor & reus teneantur hoc iuramẽtum
præſtare, vbi perfectè ſuam intentionem probauerint? ha-
17 betur in d. glo. ver. an cogatur. † Nec autem omnia pro ve-
teris calumniæ actione introducta ſunt, quæ in deſuetudi-
nem abierunt, & in partem decimam litis actores mulcta-
bant, quod nuſquam factum eſſe Imperator inuenit. Sed
pro his introduxit, & præfatum iuſiurandum, & vt impro-
bus litigator, & damnum, & impenſas litis inferre aduer-
ſario ſuo cogatur. §. hæc autem omnia. inſtit. de pœna te-
merè litigan. & d. l. 2. §. antiqua. C. de iureiurando propter
18 calumn. dand. & c. vlt. §. fin. de iuramento calumniæ † Tan-
dem obſeruandum eſt, quod propter omiſſum tacitè in to-
ta cauſa calumniæ iuramentum iudicialis proceſſus aliàs
factus legitimè, non eſt nullus, nec etiam annullandus, d. c.
1. §. 1. de iuram. calumn. in 6. quod videtur contra id, quod
dictum fuit à principio, ſcilicet præſtãdum eſſe etiam ad-
uerſario illud remittente, per leges ibi allegatas, quibus
contradicit Canon in d. §. 1. de hac re vide gloſ. noſtram in
ſtatuto Vrb. lib. 1. c. 66. ver. tacitè, ſed non contradicit, quia
loquitur de expreſſa remiſſione, non autem de tacita, ex
qua proceſſus non eſt nullus. Sed & ne falſò præſtetur iuſiurandum
ne timore vindictæ Dei, ſciendum, quod anno 1553. qui-
dam

Digitized by Google

dam ordinis Patricij in ius vocatus à Plebeio, cui debebat
aureos ferè 300. petens dilationem 8. dierum ad reſpon-
dendum iurat, facta imprecatione (conſtabat autem ipsũ
falsò iurare) ſe dolo cum eo non agere, differendo reſpon-
ſum, vix extra palatij ſcalas delapſus, cecidit ſimilis Apo-
pletico, & ſexta die moritur, teſte Genebr. lib. 4. Chrono. d.
anni.

SVMMARIVM.

1 *Probandum eſt id, de quo controuertitur, vel dubitatur.*
2 *Veritas confeſſa à partibus non indiget alia probatione.*
3 *Tenor inſtrumenti probatus probat, vt inſtrumentum.*
4 *Confeſſio releuat ab onere probandi.*
5 *Iuſiurandum deciſorium, vim probationis habet.*
6 *Affirmanti, non neganti incumbit onus probandi.*
7 *Voluntatem mutatam, qui dicit probare debet.*
8 *Dolus eſt probandus.*
9 *Negans quod antea fuerat confeſſus neceſſe habet probare.*
10 *Confeſſio nimis generalis, & ſine cauſa, cuius virtutis.*
11 *Interdictum quaſi debitum promittens an debeat probare in-
debitum.*
12 *Excipiens de pecunia non numerata, an debeat probare.*
13 *Neganti quandoque incumbit onus probandi.*
14 *Præſumptio eſt pro eo, qui accipit, non qui ſoluit.*
15 *Affirmanti incumbit onus probandi.*
16 *Debitum ſolutum quis debeat probare.*
17 *Indebiti condictione cui incumbat onus probandi*
18 *Neganti iuſtum, incumbit onus probandi.*
19 *Facto poſito ius ex eo præſumitur.*
20 *Filio neganti ſe in poteſtate patris incumbit onus probandi.*
21 *Neganti, & affirmanti falſum inſtrumentum, incumbit pro-
batio.*
22 *Affirmans non poſſe probare, cadit à cauſa, limitatur.*
23 *Titulum ſuæ poſſeſſionis quis dicere debeat.*
24 *Negans ſponte renunciaſſe probare debet.*
25 *In mixtis vterque actor, & reus probare debet.*
26 *Vxori neganti virum debitum reddidiſſe incumbit probatio.*
27 *Neganti dolo commiſſum delictum incumbit probatio.*
28 *Actor actionem, reus exceptionem probare debet, limitatur.*
29 *Solutionem canonis emphiteuta probare debet.*
30 *In hipothecaria cui incumbat probatio.*
31 *Neganti bona eſſe ſoluendo, incumbit probatio.*

De probationibus. Tit. 29.

1 Lite conteſtata, iuramentoque calumniæ præſtito, † ſe-
quitur probatio præſtanda eius, de quo inter partes
controuertitur, ſeu dubitatur, qua deficiente contra
eum, cui probandi onus incumbebat, ſententia ferenda eſt,
quamuis inſtrumenta perijſſe conqueratur: neque apud
eos, qui rem geſtam ignorauerint, amiſſorum inſtrumen-
torum habita teſtatio ad probationem veritatis quicquã
prodeſſe poteſt leg. ſicut 5. C. de fide inſtrument. leg. apud
eos 13. C. eod. de ijs vtique agit Quintilianus de oratore
2 lib. 5. cap. 1. & ſequentibus. † Niſi veritas contentorum in
inſtrumentis miſſis fateatur à partibus Auth. ſi quis in ali-
quo, vbi gloſ. in verb. alia Bart. Bald. Alexand. Dec. nume-
ro 20. 39 & 40. & alij omnes C. de edend. Boer. deciſ. 281.
3 num. 6 † Vel totus eorum tenor probetur argumento l. 3.
C. de falſ. & leg. optimam C. de contrahend. ſtipulat. vbi
Salice. Bald. in leg. 1. C. de Epiſcop. & Cleric. Specula. de in-
ſtrum. edit. §. reſtat ver. penult. Socin. in conſi. 266. Gozad.
conſil. 57. num 8. Grat. conſi. 122. nume. 19. lib. 2. Boer. d. de
ciſ. 281. num. 5. omnes per notata per Doctor. in d. auth ſi
quis in aliquo, vbi latè Bolognet. c. cum olim 12. de priui-
leg. Planè ſi quis in ſeruitutem petatur inſtrumentorum
furtum monſtrare ſufficit leg. ſi de poſſeſſ. 20. C. de proba
4 tio. † Sed & confeſſio aduerſarij à probandi onere releuat
quoniam confeſſus pro iudicato habetur l. 1. ff. de confeſſ.
c. vlt. ver. niſi ſua ſponte 15. q. 5. & cap. 1. 2. q. 1. de qua re
5 latius dicetur infra in tit. de confeſſ. & c. 37. † Poteſt quoq;
is, cui probandi onus incumbit aduerſario iuſiurãdum de
rei veritate deferre, vt vel iuret, vel iuſiurandum referat
l. cum de indebito 25. §. in omnibus ff. de probatio. de quo
6 etiam dicetur infra de iureiurando titu. 34. † quoties au-
tem quæritur, vtri probatio incumbat, actori ne, an reo?

hac in ea re ſequenda regula eſt, vt affirmanti, non negan-
ti probandi onus imponatur. Ei enim, qui dicit incum-
bit probatio, non qui negat. leg. ſecunda ff. de probatio.
leg. eum, qui 22. ff. eodem leg. prima C. de probat. leg. vlt.
C. de ſolutionibus leg. quinquaginta 12. §. nam ſi creditum
leg. quoties 18. §. qui dolo leg. patronis 6. leg. ante omnia
23. leg. emptorum 4 leg. 1. l. cum de 17. ff. de proba. c. bonæ
7 23. § porrò de elect. † Proinde is, qui mutatam voluntatẽ
8 dicit, hoc probare debet leg. eum 22. ff. de probat. † Ei qui
dolo dicit factum aliquid (licet in exceptione) docere de-
bet dolum admiſſum fuiſſe l. quoties 18. §. qui dolo ff. eod.
Becc. conſil. 106. numero 26. & ſequent. Surd. conſil. 298.
numero 38. & in deciſione 104. numero 15. Planè regula
hæc ſuas habet exceptiones, quarum aliquas ſubijciemus.
9 † Si is itaque qui negat, antea fuerit confeſſus in ſcriptis,
vel ſine ſcriptis: hoc enim caſu poſtea rurſus neganti pro-
batio incumbit leg. 2. §. fina. C. de quadrienn. præſcrip. leg.
generaliter 13. C. de non numerata pecunia l. precibus 18.
C. de probat. leg. cum de indebito 25 §. fin. leg. quidam 15.
ff. eod. leg. non epiſtolis 13. l. non nudis 14 C. eodem c. ſi cau
tio 14. de fid. inſtrumen. c. is, qui conqueritur 4. de ſolutio.
c. afferte 2. & ca. vlt. de præſumpt. c. per tuas 10. de probat.
Nimis enim indignum eſſe iudicatur, vt quod ſua quiſq.
voce, vel ſcriptura dilucidè proteſtatus eſt, id in eundem
caſum infirmare, teſtimonioque proprio reſiſtere d. leg.
generaliter 13. §. nimis enim C. de non numerata pecunia.
Nec ideo mirum, quod ei quamuis neganti hoc caſu in-
cumbat probandi onus, quia ex eius antecedenti confeſſio
ne præſumptio eſt pro affirmante, & ideo neganti contra
præſumptionem probatio eſt iniungenda d. capi. ſi cautio
de fide inſtrumento. & d. leg. 25. §. fina. ff. de probatio. &
10 d. l. 13. C. de non numerata pecunia. † Niſi fortè talis con-
feſſio ſit nimium generalis non expreſſa cauſa, hoc enim
caſu præſumptio ex ea ſumpta inualida eſt ad transferen
dum onus probandi exemplo dicti cap. ſi cautio 14. de fid.
inſtrumento. exemplo libelli inepti incerti, & ſine cauſa, de
quo in cap. vlt. de libelli oblat. leg. 6. in princi. ff. de confeſſ.
Planè ſi quis indebitum quaſi debitum promiſerit, vel ca-
uerit generaliter, non adiecta cauſa, ex qua debeatur: ſi po
ſtea debitum fuiſſe negauerit, non ipſi neganti: ſed affir-
manti debitum fuiſſe, probatio incumbit. Secus ſi ſpeciali-
11 ter cauſas, ex quibus debentur, in cautione expreſſit. † Tũc
enim ſtare eum oportere ſuæ confeſſioni, niſi euidentiſſi-
mis probationibus in ſcriptis habitis oſtendere paratus ſit,
ſeſe hæc indebitè promiſiſſe d. l. 25. §. fina. cum alijs mox ci
12 tatis. † Sed & is, qui exceptione non numeratæ pecuniæ
vtitur, quamuis ſe eam pecuniam debere cauerit, & ita ſi-
bi numeratam quodammodo confeſſus ſit: tamen proban
di onere releuatur, & qui numeratam eam dicit, proba-
re tenetur leg. ſi ex cautione C. de non numerata pecunia
leg. aduerſario 10. C. eodem. Niſi argentario cautum ſit: hic
enim, ſi ei agenti non numeratæ pecuniæ exceptio obij-
ciatur, numeratam eam eſſe probare non habet neceſſe. §.
13 inſuper & §. in illo vtique Nouella conſt. 136. † Præterea
qui indebitum condicit, quamuis id, quod ſoluit, debitum
fuiſſe neget, tamen id, quod negat probare tenetur l. cum
de indebito 25. ff. de probationibus ca. is, qui conqueritur
4. de ſolutionibus, &c. ſi cautio 14. de fide inſtrumento.
Quia præſumptio eſt pro eo, qui accipit. dicta leg. 25. §. e-
14 tenim abſurdum. † Qui enim ſoluit, nunquam ita reſu-
pinus creditur, vt facilè ſuas pecunias iactet, & indebitas
15 effundat. d. leg. 25. §. qui enim. † Si tamen reus, cui debi-
tum ſolutum condicitur, ſolutionem ſibi factam negaue-
rit, fueritque conuictus: tunc poſtea debitum fuiſſe affir-
manti probatio incumbit, non neganti d. l. 25. in princ. Ete-
nim abſurdum eſt, eũ, qui ab initio negauit pecuniam acce-
piſſe, poſtquam fuerit conuictus, eam accepiſſe, probatio-
nem non debiti ab aduerſario exigere d. l. 25. §. etenim ab-
16 ſurdum. † Sed & ſi is, qui indebitum ſoluiſſe dicitur, vel
pupillus ſit, vel minor, vel mulier, vel fortè vir quidẽ per-
fectæ ætatis, ſed miles, vel agricultor, & forẽſium rerũ ex-
pers, vel aliàs ſimplicitate gaudens, & deſidiæ deditus, tũc
is, q accepit pecunias, oſtẽdere debitas ei fuiſſe ſolutas, &
ſi nõ oſtenderit, eas redhibere debet. d. l. 25. §. ſin aũt is, qui
indebitu. Sed hoc ita ſi totã ſummã indebitã fuiſſe ſolutã
is qui dedit, contendit. Si autem pro parte quæritur, quod
pars pecuniæ ſolutæ debita non eſt: vel quod ab initio qui-
dem debitum fuit, ſed vel diſſoluto debito poſtea ignarus
ite-

Digitized by Google

iterũ ſoluit, vel exceptione tutus errore eas pecunias depẽ
dit ipſe omnino hoc oſtẽdere debet, vel ꝙ plus debito per-
ſoluit, vel iam ſolutam pecuniam per errorẽ repetita ſolu
tione dependit, vel tutus exceptione neſciens ſuam proie-
cit pecuniam ſecundum generalem regulam, quæ eos, qui
opponendas eſſe exceptiones affirmant, vel ſoluiſſe inde-
bitas contendunt, hæc oſtendere exigit. d.l.25. § ſed hoc
17 ita. Præterea † conditione indebiti reo incumbit probatio,
debitum fuiſſe, non actori indebitũ condicenti, ſi non qui-
dem ſolutio, ſed cautio tantum indebiti condicatur; niſi
fortè actor cauſas ſpeciales, ex quibus debeatur, cautioni
inſeruerit. d.l.25 §. fin. vt & paulò ſuperius dictũ eſt. Sed
& negan ti non affirmanti probatio incumbit, ſi præſum-
ptio ſit pro affirmante. Nam hic eſt præſumptionis effe-
ctus, & aduerſarium probandi neceſſitate oneret; cuius
exemplum iam in condictione indebiti propoſitum eſt: in
hac enim regulariter præſumptionem pro eo eſſe qui ac-
cepit, dictum eſt: ideoque neganti debitũ, non affirmanti,
probationem imponi, vt iam extat probatum. Huc acce-
dit, quod Vlpianus dicit: Cum ex præſumptione libertas
præſtita eſſe videbitur, hæredis eſt contrariã voluntatẽ te-
ſtatoris probare. l. generaliter 24. §. ſed ſi ita in fine, ff. de fi-
deicomm. libert. Aliud exemplum habetur in l. licet 76. ff.
de legat. 1. aliud in l. cum de indebito 25. §. ſin verò ab ini-
18 tio ff. de probat. & in l. ſi pactum, 9. ff. eod. † Inſuper inſtũ
neganti, non affirmanti probatio incumbit. l. ab ea 5. ff. de
probat. l. in exceptionib. 19. § ſed et ſi ff. eod. & nos in tract.
de tutela & cura lib. 1. quæſt. 1. Nam ita Paulus inquit. Ab
ea parte, quæ dicit aduerſarium aliquo iure prohibitum
eſſe, ſpecialiter lege, vel conſtitutione id probare oportet.
Ideoque reſpondit, ſi quis negat emancipationem ritè fa-
ctam, ipſum præſtare debere probationem. d.l. ab ea 5. &
dicto §. ſed et ſi c. bonæ memoriæ 23. §. porrò de electione
19 c. ſicut 16. §. fin. de re Iudic. Huiusratio eſt, quod † aliquo
facto poſito, quod ipſo iure actionem, vel exceptionẽ pa-
riat, præſumitur illud, & in caſu propoſito eandem vim
habere, niſi contrarium doceatur. § fin. Inſtit. de fideiuſſo-
ribus Ioannes Bologne. poſt rubr. ff. de Iuſt. & iu. de mul-
20 tiplici differentia iuris, & facti. Præterea † ſi filius in pote-
ſtate patris ſe eſſe neget, ipſi neganti probatio incumbit,
cum pro patre ſit præſumptio: quemadmodum & ſi quis
ex ſeruitute in libertatem proclamet, ſeruumque ſe eſſe
neget, liberum ſe eſſe probare debet. l. ſi filius 8. ff. de pro-
21 bationibus. † Sed et ſi falſum dicatur inſtrumentum, tam
neganti, quàm affirmanti probatio à iure imponitur. l. fin.
C. ad l. Cornel. de falſ. l. vbi falſi 22. C. eod. l. pen. C. de pro-
22 bationib. † Sed nec ex eo ſolo neganti probatio imponi non
debet, quod affirmans ſe probare nõ poſſe contendat. Sed
ſi non probauerit, cauſa cadit. l. actor. 23. C. de probat. l. 2.
C. eod. l. 1 §. interrogatorijs. ff. de interrogationibus 6. q. 5.
in princ. cum c. ſeq. & c. vltimo. Niſi fortè aduerſario iu-
rirandũ deferat: hoc enim caſu negans, aut iurare debet,
aut iuſiurandum affirmanti referre, aut cauſa cadere, vt
infrà dicetur in tit. 34. vel petat, vt dicat, vtrum pro hære-
de, an pro poſſeſſore poſſideat, l. cogi 11. C. de perit. hære-
23 dit. † Nam etſi cogi poſſeſſorem ab eo, qui excipit, tituli
ſue poſſeſſionis dicere, iniquum eſt, tamen eum dicere cogi-
tur, vtrum pro poſſeſſore, an pro hærede poſſideat. d.l. 11.
Sed et cogitur reus dicere, vtrum in totum an pro parte
poſſideat. l. 1. §. 1. & l. 2. cum legibus ſeqq. ff. de interroga-
tionibus in iure faciendis. Et actione probata, cogitur di-
cere titulum ſuæ poſſeſſionis, & probare. l. ſiue poſſidetis
16. C. de probationibus. de hac re latè Maſcard. de proba-
24 tionib. lib. 3. concluſ. 1371. & ſeqq. † Sed et ſi quis ſpontè
beneficio renunciaſſe neget, eum quamuis negantem pro-
25 bare oportet c. ſuper hoc 5. de renunciat. † Si iudiciũ mix-
tũ ſit, in quo vterque actor, & reus eſt, in hoc enim vter-
26 que probat. c. ex literis 3. de probat. † Si viro affirmante ſe
debitum coniugale vxori reddidiſſe, illa hoc neget, vxori
neganti hoc in caſu probatio incumbit 33. q. 1. c. requiſiſti.
§. fin. cum c. ſequen. c. 1. de frigid. & malefic. c. continceba-
27 tur. de deſponſat. Impub. † Si delictum dolo commiſſum
eſſe negetur. hoc neganti incumbit onus probandi. c. 1. de
28 præſump. † Porrò quemadmodũ affirmanti, non neganti
probatio incumbit: ita quoque actor actionem, & reus
exceptionem ſuam probare debet, vt de actore. l. verius.
21 in fin. ff. de probat. l. 2. C. eod. l. iuſta 8. C. eod. l. cum te
9. C. eod. l. 2. C. de commodat. & de exceptione à reo pro-
banda eſt tex. in l. in exceptionibus 19. ff. de probat. on. l.
quinquaginta 12. ff. eod. cuius vtriuſque tam actoris, quã
rei eædem ſunt exceptiones, quas ſupra deduximus. Et in
ſpecie quoad reum, ſi pro eo excipiente ſit præſumptio,
quod tunc actori non reo incumbat onus probandi, dicit
tex. in l. ſi pactum 9. ff. de probat. Si exceptio ſit negatiua,
tunc enim eius probatio affirmanti actori incumbit. l. aſ-
ſeueratio 10. C. de non num. pec. l. ſi ex cautione 3. C. eod. l.
ante omnia 23. ff. de probat. l. quoties 18. §. fin. l. non eſt 11.
ff. de probat. l. 1. §. ſed et ſi ff. de magiſtr. conueniend. Actor
quod aſſeuerat probare ſe nõ poſſe profitendo reum ne-
ceſſitate miniſtrandi contrarium non aſtringit, paulo ſu-
perius dictum eſt, cuius ratio eſt, quia per rerum naturã
factum negantis probatio nulla eſt, l. actor 23. C. de pro-
batio. cum alijs allegatis ſupra. Clar in §. fin q. 52. Et quia
negatiua mouentis eſt improbabilis ſecundũ omnes, quos
citat Clar. ibi nu. 3. Niſi illa coarctata ſit loco, & tempo-
29 re, vt ipſe ſubdit, & ideo ſi dominus fundum emphyteuti-
cum repetat ob canonem non ſolutum è contra verò em-
phyteuta ſoluiſſe dicat, cum dominus habeat intẽtionem
fundatam ex inſtrumento conceſſionis non ipſi ſolutionẽ
canonis factam non fuiſſe, ſed emphyteutæ factam fuiſſe
incumbit onus probandi, glo. in l. 2. in verbo repellere, C.
de iure emphyt. vbi Iaſ. num. 132 & ſeq. Clar. in §. emphy
teuſis, q. 10. in fin. Gabriel lib. 1. de probationib concluſ. 6.
numer. 21. Aliud exemplum proponit Turza. opin. 16 vbi
excipiens contra vendicantem dominium, quod vẽditor,
ſiue author eius non fuerit dominus rei, probandi onere
30 releuatur, idque in aduerſarium transfertur. † Idem etiã
dicitur de actione hypothecaria, in qua negatur is, à quo
debitor rem habuit, dominus eius rei fuiſſe Villalo. P. 185.
Sed controuertitur, & diſtinguitur apud Gabr. in d. con-
cluſ. 6. & reprobatur apud Villalo. N. 1. & Viuium in opin.
31 incipien. Negatiua, † item neganti bona eſſe ſoluẽdo pro-
batio iniungitur. Villalo. T. 15. Suarez B. 26. controuerti-
tur apud Gabr. lib. 1. de probatio. concluſ. 7. Hactenus v-
tri probãdi onus incumbat, dictum eſt: nunc per quę pro-
batio fieri poſſit, eſt videndum. Sed & de probationibus
plura referuntur in ſyntagmate commun. opin. iuris loco 9.
tit. 1.

SVMMARIVM.

1 *Signis, & argumentis probatio fit.*
2 *Summa probat. alijs adminiculis adiuuata, limitatur.*
3 *Scriptura domeſtica an probet.*
4 *Confeſſio probat contra confitentem.*
5 *Aſſertio teſtatoris in teſtamento cum iuramento probat.*
6 *Teſtatori declaranti cum iuramento modum ſui patrimonij cre-
ditur.*
7 *Teſtatori aſſerenti ſe debere incapaci, non creditur.*
8 *Scriptura procuratoris an probet.*
9 *Mentio inſtrumenti facta in alio inſtrumento non obligat, niſi
conſtet de relato.*
10 *Epiſtola probat contra ſcribentem, limitatur.*
11 *Solutio facit præſumere debitum.*
12 *Res inter alios geſta non probat.*
13 *Factum defuncti probat contra hæredes.*
14 *Solutio partis facit præſumptionem totius debiti.*
15 *Cenſus, & publica monumenta probant.*
16 *Argumenta cuiuſque rei probandæ ſufficientia reſident in arbi-
trio iudicis.*
17 *Iudex non debet ſe obligare ad vnam ſpeciem probationis.*
18 *Filiatio qualiter probetur.*
19 *Profeſſio matris irata dicentis filium ſpurium non probat.*
20 *Subiectum partum quale facilè credendum.*
21 *Libertas, & ingenuitas qualiter probetur.*
22 *Origo qualiter probetur.*
23 *Aetas qualiter probetur.*
24 *Solutio debiti qualiter probetur.*
25 *Poſſeſſor malæ fidei qualiter probetur.*
26 *Dominium rerum qualiter probetur.*
27 *Remiſſio ſeu liberatio debiti, qualiter probetur.*
28 *Matrimonium qualiter probetur.*
29 *Crimen publicum qualiter probetur.*
30 *Dolus qualiter probetur.*
31 *Dolus quando præſumatur.*
32 *Dolus ex facto ipſo probatur, vt conſtat pluribus exemplis.*

33 Do-

Digitized by Google

33 *Dolum non arguit quantitas pretij.*
34 *Dolum non arguit qualitas cauſe.*
35 *Memoria operis an extet, probat teſtis de auditu.*
36 *Naufragium qualiter probetur.*
37 *Fideicommiſſa tacita qualiter probentur.*
38 *Exceptio tunc probanda poſtquam actio eſt probata.*
39 *Dilatio ad probandum quanta, & quoties danda.*
40 *Probatione facta euentus qui ſequuntur plures.*
41 *Negantium conuictorum pœna plures.*
42 *Probatione non facta, euentus plures qui ſequuntur.*
43 *Reus in exceptione eſt actor.*
44 *Iuſiurandum delatum, vim probationis obtinet.*
45 *Præſumptionem habens transfert onus probandi in aduerſarium.*
46 *Titulum ſuæ poſſeſſionis quis dicere non eſt cogendus.*

Per quæ probandum. Tit. 30.

ET ſanè quatenus per inſtrumenta, & teſtes probatio
1 fiet, dicetur infra in tit. ſequentib. † Non ſolum au-
tem per hæc probatio fit, vt ibi probabitur, ſed etiã
ſignis, alijſque argumentis ſimilibus iudici fides fieri po-
teſt, l. iudicia 19. C. de rei vendic. l. & ſi 3. C. de fid. inſtrum.
& iure haſtæ, l. 1. C. de fide inſtrum. l. ſicut 5. C. eod. l. ſi ſo-
lemnibus 7. l. emancipatione 11. C. eod. l. cum res 12. C. de
probationib. l. vlt. §. Seia, ff. de actio. & obligat. c. cum cau-
ſam 13. de probat. Quintilianus de oratore lib. 5. c. 9. & ſe-
2 quentibus. † Proinde, & fama probat. l. teſtium 3. §. eiuſ-
dem ff. de teſtib. Sed ſi alijs fuerat adminiculis adiuuata.
d. §. eiuſdem c. ſuper 5. §. fin. de eo, qui cognou. conſangui.
c. tam literis 33. de teſtib. c. tua nos 8. § ſi verò publicum.
de cohabit. Cleric. c. cum cauſam 13. ver. famam. de proba.
c. præterea 27. de teſtib. Alijs enim indicijs, & argumentis
non adiuta vim probandi planè non habet, ſed tantum-
modo ſemiplenè. Turz. opin. 57. Villalo. F. 6. Viuius opin.
incip. fama num. 1. Quintilianus de Oratore lib. 5. c. 3. Niſi
verſamur in antiquis, ſed controuertitur, & diſtinguitur
apud Viuium vbi ſuprà num. 2. & ſeq. Gabr. lib. 5. de præ-
ſumpt. concluſ. 1. num. 77. Villalo. F. 9. & 11. Vel niſi agatur
in interdicto recuperandæ poſſeſſionis Gabr. lib. 5. de re-
ſtit. ſpoliat. concluſ. 1. num. 124. De ipſa autem probanda
habes apud Villa. F. 7. & 9. Clar. in §. fin. quæſt. 6. num. 12.
Turza. opin. 42. Viuium opin. incip. teſtes in his Gabr. lib.
5. de præſcript. concluſ. 1. nu. 78 & ſequ. & apud Maſcard.
3 concluſ. 748. & ſequen. de probatio. † Et ſcriptura dome-
ſtica alijs adminiculis adiecta pro ſcribente probandi vim
habet, quamquam per ſe ſola ad probationem nõ ſufficit,
l. Publia 26. §. fin. ff. depoſiti, l. exemplo 7. C. de probat. l. vl-
tim. C. de conueniend. fiſci debitor. l. verba 6. C. de teſtam.
4 l. rationes 6. C. de probat. l. inſtrumenta 5. C. eod. † Confeſ-
ſio quoque aduerſarij in epiſtola, vel alia ſcriptura, aliove
modo facta contra confitentem probationis vim non mi-
nimam obtinet: contra quam tamen probatio in contra-
rium admittitur, l. cum de indebito 25. ff. de probatio. l. nõ
epiſtolis 13. C. eod. Itaque ſi contrarium fuerit probatum,
confeſſio ipſi confitenti non præiudicat vt in iuribus alle-
gatis: niſi fortè iudicialis ſit confeſſio, non extraiudicialis:
contra hanc enim non admittitur probatio in cõtrarium,
ſed confeſſus pro iudicato habetur, vt dicetur infra ſuo
5 titulo. † Sed & ſi teſtator in teſtamento, vel codicillis ex
cauſa depoſiti, vel alia ſimili ſe debere ſcripſerit, & adie-
cerit ſe iuraſſe, quod velit reſtituere credendum eſt ſcri-
pturæ, nec in contrarium admittitur probatio. l. cum quis
35. §. codicillis, ff. de legat. 3. c. vlt. de ſucceſſ. ab inteſt. Pla-
nè ſi ſine iuriſiurandi mentione confeſſus ſit: in contrariũ
probatio admittitur, d. §. codicillis. Quo probato, debiti
quidem actio negatur, ſed ex fideicommiſſo actio ſupe-
6 reſt, leg. penult. §. quiſquis, ff. de legat. 1. † Sed & ſi teſtator
iureiurando modum patrimonij ſui declarauit, ei ſtandũ
eſt, etiamſi contrarium probari poſſit. Nouella con. 48. §.
ſancimus, & §. atque eſto ſanè, creditoribus tamen ipſius
defuncti ex hoc nullum præiudicium generatur, d. c. 48. §.
7 cæterum. Planè † ſi teſtator ei, qui ex teſtamento capere
non poteſt, ſe debere ſcripſerit in fraudem legis confeſſio
à teſtatore facta præſumitur: ideoque alijs probationi-
bus deficientibus huic ſcripturæ teſtatoris fides nulla eſt
adhibenda, l. qui teſtamentum 27. ff. de probat. lege cum
8 quis 35. §. penult. ff. de legat. 3. † Sed & ſi procurator debi-
toris ſcripſerit, omnia creditoribus eſſe ſoluta: nõ probat
contra procuratorem, quaſi nihil ei à domino debeatur, l.
9 inquiſitio 18. C. de ſolutionib. Item † ſi in inſtrumento ſu-
per alia re facto alterius inſtrumenti mentio fiat: ex hoc
non introducitur obligatio, vt ea, quæ in altero inſtrumen
to continentur, exigi poſſint, niſi alterum illud inſtrumen-
tum exhibeatur, vel alio modo debitum probetur, l. vlt.
ff. de probatio. Auth. ſi quis in aliquo, vbi Doctor. C. de e-
10 dendo Nouella c. 119 §. Inſuper & hoc, † epiſtolæ quoq;
probationis vim habent non autem obligationis, ideoque
probationem in contrarium recipiunt, l. Publia 25. §. Ti-
tius, ff. depoſit. l. Imperatores 29. ff. de probat. l. non epiſto
lis 13. C. eod. Epiſtola, qua quis cohæredem ſibi aliquẽ ca-
nit, petitionem nullam aduerſus poſſeſſorem rerum hære
ditariarum dabit. Nam Epiſtola inter alios conſcripta non
probat inter eos, inter quos agitur, dict. l. epiſtola 52. ff. de
11 pact. l. 1. C. res inter alios acta, † ex ſolutione quoque, &
alio ſimili actu interdum debitum præſumitur, l. cum de
indebito 25. §. ſin verò ab initio, ff de probat. l. cum de 6.
ff. de vſuris, l. 2 C. de fideicom. Vnde ſi conſtat defunctum
vſuras ſoluiſſe, hæredem quoque tam ad ſortem, quam ad
vſuras ſoluẽdas obligatum eſſe probatur, d. l. 6. ff. de vſur.
12 cum alijs citatis. † Inter alios tamen res geſta alijs nõ præ-
iudicat, l. 1. C. res inter alios acta. Ideoque licet quidam de
hæredibus partem quaſi debiti hæreditarij ſoluerint, cæ-
teri tamen cohæredes ob hoc ad ſolutionem niſi debitum
fuerit probatum, vrgeri non debent, d. l. 1. Verum regula
hæc, vt per ſe vera, plures tamen recipit limitationes, vt
conſtat apud Alexandrum poſt alios in repet. l. ſæpè, ff. de
re indic. & apud Tiraquell. in rubr. C. res inter alios acta.
13 † Factum verò defuncti præiudicat eius hæredibus, d. l.
14 6. de vſur. † Planè ſolutio partis, vel vſurarũ præſumptio-
nem tantum debiti facit, non autem obligationem, l. ſi cer
tis 28. C. de pact. leg. operis 31. ff. de oper. libert. Ideoque ſi
contrarium fuerit probatum, ſolutio ſemel, atque iterum
per errorem facta ſoluenti non præiudicat, d. l. 28. & d. l.
15 31. † Cenſus quoque, & monumenta publica probandi
vim habent, & quidem ipſis teſtibus potiorem, l. cenſus
10. ff. de probationibus declaratur, & limitatur per Gabr.
lib. 1. de probat. concluſ. 5. num. 11. Fichar ad Villal. L. 13.
16 In ſumma, † quæ argumenta cuique rei probandæ ſuffi-
ciant, nullo certo modo ſatis definiri poteſt, ſed iudicis ar-
bitrio relinquitur, l. teſtium fides 3. §. eiuſdem, ff. de teſtib.
l. ob carmen 21. §. ſi teſtes, ff eod. Sicut non ſemper, ita ſæ-
pè in publicis monumentis cuiuſque rei veritas deprehen
ditur: alias numerus teſtium, alias dignitas, & authoritas,
alias veluti conſentiens fama confirmat rei, de qua quæ-
17 ritur, fidem d. §. eiuſdem. † Itaque iudex non vtique ad
vnam probationis ſpeciem, cognitionem ſtatim alligare
debet, ſed ex ſententia animi ſui exiſtimare eum oportet,
quid aut credat, aut parum probatum ſibi opinetur, d. §.
eiuſdem. In fine 4. q. 2. c. vltimo §. ſæpè etiam. Et Quinti-
18 lianus de oratore lib. 5. c. 10. † Sanè de eo, an quis filius ali-
cuius ſit, probando Imperator Antoninus. Probationes
(ait) quæ de filijs dantur, non in ſola affirmatione teſtium
conſiſtunt: Sed & epiſtolas, quæ vxoribus miſſæ allegan-
tur (ſi de earum conſiſtat) nonnullam vicem inſtrumen-
torum obtinere, decretum eſt, l. Imperatores 29. ff. de pro-
batio. & c. tranſmiſſæ 3. c. cauſam 4. c. per tuas 12. Qui filij
ſint legitimi, & de hac filiatione probanda multa tradunt
Gabr. lib. 1. de præſumpt. concluſ. 14. Viuius opin. incip. fi-
lij ſola, & Maſcard. de probationib. concluſ. 686. cum plu-
ribus ſequentibus lib. 2. Planè ſola profeſſio, vel aſſeuera-
tio nuncupantium filios ius filiationis non tribuit, ſed
præſumptionem quandam facit, quę contraria probatio-
ne poteſt elidi, l. neque profeſſio 5. C. de teſtam. l. non nu-
dis 14. C de probation. vt tradunt etiam allegati Doctores
19 in locis citatis. † Et ideo profeſſio matris iratæ filium ſpu-
rium dicentis veritati non præiudicat, d. l. Imperatores 29.
§. fin. ff. de probatio. Turza. opin. 120. Villalo. M. 31. Viuius
20 opin. incip. matri. Maſcard. vbi ſupra. † Quod ad ſubiectũ
partum probandum attinet. Non facilè credendum ſubie-
ctum eum, quem ambo parentes dicuntur charum filium
habuiſſe reſcripto Diuorum fratrum ad Lucium Tibera-
num emiſſo declaratur, l. 1. §. ad quæſtionem, ff. de quęſtio-
21 nib. † De libertate, & ingenuitate probanda hæ regulę in
iure traduntur; quod patris aui, vel auiæ, nec non & fra-

tris

Digitized by Google

tris libertate probata ex eo filij, vel nepotis, vel fratris li-
bertas non probetur, cũ in liberali cauſa matris, nõ patris,
vel fratrum inſpiciatur conditio. l. neque 10. C. de proba-
tionibus, l. aui 28. C. de liberali cauſa. Item quod ſoli teſtes
ad ingenuitatis probationem non ſufficiunt, leg. 1. C. de te-
22 ſtibus 4. quæſtio. ſecunda, cap. vltim. §. ſoli teſtes. † Ori-
go cuiuſque non ſola nominis ſimilitudine probatur, ſed
ex ipſis rebus probationes ſumendæ ſunt leg. Imperatores
38. §. penult. ff. ad municipalem Villal. O. 32. Viuius opin.
23 incipien. Nomina numer. 1. † Cum de ætate hominis quæ-
ritur teſ. riptum extat, durum iniquum eſſe, diuerſis
profeſſionibus prolatis, ei potiſſimum ſtare, quæ noceat,
ſed cauſa cognita, veritatẽ executi oportere, & ex eo potiſ
ſimum annos computari, ex quo præcipuè fidem in ea re
conſtare credibilius videtur l. cum de ætate 13. ff. de proba
tio. Aetas autem probatur ex natiuitatis ſcriptura, aut ex
alijs demonſtrationibus legitimis l. 2. in princip. ff. de excu
ſat. tutor. Matris quoque profeſſio de ætate filiorum reci-
pitur: ſed & Aui recipienda l. etiam 16. ff. de probat. de ea
autem probanda latè agit Maſcar. de probat. concluſ. 665.
24 & in pluribus ſequentibus. † Solutio debiti probatur, ſi in
rationibus creditoris ſcriptum ſit ſolutum eſſe l. 2. §. fin. C.
de quadrien. præſcript. l. 2. C. de diſcuſſionib. l. ſecuritates
11. C. de ſuſceptoribus. Sed & ſi Chirographum debitori
redditum ſit: dummodo non contra voluntatem credito-
ris l. 2. ff. de pactis l. liberationem 3. §. 1. ff. de liberat. legat.
& magis inique l. quod debitori 15. C. de ſolutionibus l. pe
cuniæ 14. C. eod. Sed & probatur ſolutio per apocham, vt
in titu. ſequente. Item trium annorum continuorum ſolu-
tione penſionis, vel vſurarum probata etiam præcedentiũ
annorum penſiones ſolutæ præſumuntur l. quicunque 3.
C. de apochis publicis Gabriel. lib. 1. de præſump. concluſ.
31. Viuius opin. incipien. emphiteuta eo ipſo: de hac re latè
agunt. Et de ea aliter, & alijs modis probanda late agit Ma
ſcard. concluſ. 1318. & pluribus ſequentibus lib. 3. de pro-
bationibus. Per teſtes quoque ſolutio probari poteſt, dum
modo ſi in ſcriptis ſit contractum, per quinque teſtes ido-
neos, & ſummæ, atque integræ opinionis, qui præſtò fue-
rint ſolutioni celebratæ probetur l. teſtium 14. C. de teſtib.
§. & quamuis Nouella conſt. 90. ſi tamen vel ſine ſcriptis
contractum ſit, vel apocha caſu fortuito amiſſa probetur
etiam pauciores teſtes in probanda ſolutione ſufficiunt d.
25 l. 14. §. ſin verò cum quæritur, an quis malæ fidei poſſeſſor
ſit? probatio nulla eſt, ſi dicarnt, illum in re comparanda
ſtipulatione euictionis ſibi proſpexiſſe; nec opinio eius ex
hoc læditur, vt malæ fidei emptor exiſtimetur. Alijs itaq;
hoc indicijs probandum eſt l. non ex eo 30. C. de euictioni-
26 bus † Dominium rerum probatur non ſolum inſtrumen-
tis, ſed etiam quibuſcunque alijs argumentis, & indicijs l.
proprietatis 3. C. de probationib. leg. cum ſuper 10. C. de rei
vendic. de illo autem probando, & qualiter probetur, la-
tè tradit Maſcard. de probationib. lib. 1. conclu. 536. & plu
ribus ſequen. Ad probationem tamen dominij non ſuffi-
cit locatio ei facta, qui poſtea dominij controuerſiam mo
uet: etiam in ſcientia dominij proprij, & errantis nullum ha
beat cõſenſum l. ad probationẽ 23. C. de locato declarat, at
27 que limitat hoc Maſcar. in conclu. 542. lib. 1. de proba. † li-
beratio, ſiue remiſſio debiti, per quæ probetur latè tradi-
tur in rubr. ff. de ſolutionib. & alibi. Sed & reſcriptum eſt,
liberationem per hoc præſumi, cum creditor defuncto de-
bitori ſæpius ex alia cauſa ſoluiſſet, nec ſui crediti compẽ
ſationem vnquam deſiderauerit l. Procula 26. ff. de pro-
28 battor nb. Afflict. deciſ. 13. vertitur dubium. † De matrimo
nio probando illud cauetur in iure, quod non ſolum tabu-
lis, ſed & perſonis comparatis, vitæque coniunctione con-
ſideranda perpendẽdum ſit, neque enim tabulas facere ma
trimonium l. an maritalis 22. ff. de donat. ſed & de eo pro-
bando cauetur c. illud quoque 11. de præſumpt. 35. q. 6. ca.
videtur, §. quod autem, & latè agunt Gabr. lib. 1. de teſtib.
conclu. 1. 8. & de præſumpt. concluſ. 1. nume. 40. Maſchard.
de probationibus lib. 2. concluſ. 1021. & ſequentib. & infra
29 lib. 3. titu. 100. & ſequent. † In publico crimine probando
requiruntur idonei teſtes, vel apertiſſima documenta, vel
indicia indubitata, & luce clariora. l. ſciant cuncti 25. C. de
probationibus, & ex vita anteacta ſumitur præſumptio.
c. ſtudijs 3. c. mandata 6. c. cũ in iuuentute 15. de præſum-
30 ptio. c. ſemel 8. de reg. iur. in 6. & ſupra tit. 3. num. 6. † Do-
lus quoque ex indicijs perſpicuis probari debet, quamquã
interdum ex ipſo facto dolus apparet l. dolum 6. C. de do-
lo malo l. 1. §. fin. ff. de doli mali, & met. except. l. dolus em-
ptoris C. de reſcind. vendi. l. ſi procurator 8. §. dolo, & leg.
dolus eſt 44. ff. mand. l. eleganter 7. ff. de dolo l. interpoſitas
13. §. ad vim C. de tranſactio. l. fraudis 79. ff. de regul. iur. &
de pœnitentijs diſtinct. 5. cap. qualitas Gabr. lib. 1. de præ-
31 ſumpt. concluſ. 14. num. 7. † Et de eo præſumendo, vel non
tradunt Gabr. lib. 7. concluſ. 5. num. 5. & 65. & lib. 2. de ar-
bit. concluſ. 3. num. 49. Viuius opin. incipien. metus, & inci
piens homicidium. Turzan. opin. 154. nu. 3. Villalo. Dec. 91.
Surd. deciſ. 216. num. 9. Et de eo probando tradunt ijdem
in citatis locis, & latè agit Maſcard. lib. 1. de probationib.
32 concluſ. 531. & ſeq. † Sed & in cõtractuum cauſis inter-
dum factũ ipſum dolum præſefert. d. l. 1. §. fin. ff. de doli
mali, & metus. cum alijs ſupra citatis, ſic dolus eſt, ſi pro-
curator nolit perſequi, quod perſequi poteſt: aut ſi non
exegerit, quod exigere poteſt: aut ſi nolit ſoluere, quod
exegerit. l. ſi procuratorem 8. § dolo. & l. dolus eſt. 44. ff.
mand. Sic dolo facit qui petit, quod redditurus eſt. l. in
33 condemnatione 133. §. dolo facit, ff. de reg. iuris. † Planè
ex quantitate precij dolus à venditore commiſſus nõ præ-
ſumitur, niſi ex eo appareat de læſione enormi. Dec. in l.
34 fraudis 79. num. 3. ff. de reg. iur. † Sed nec qualitas cauſæ
principalis dolum in tranſactione cõmiſſum eſſe arguit. l.
interpoſitas 13 §. ad vim, vel dolum, C. de tranſactionib.
35 d. l. fraudis 79. ff. de regul. iur. † In eo an memoria operis
extet, probando ſufficit teſtimonium de auditu, & cum
omnium hæc eſt opinio, nec audiſſe, nec vidiſſe, cum id
opus fieret, neque ex his audiſſe, qui vidiſſent, aut audi-
uiſſent, & hoc infinitè ſimiliter ſurſum verſum accide-
retur, tum memoriam facti operis non extare credendũ eſt.
l. ſi arbiter 28. vbi gloſ. & Doctor. ff. de probationib. Gab.
lib. 5. de præſcript. concluſ. 1. num. 81. Villalo. T. 14. Maſc.
de probationib. lib. 2. concluſ. 1040. & infra tit. 32. nu. 90.
36 † De naufragio cum quæritur debent examinari duo, vel
tres de naui, qui melius ſcire poſſunt veritatem. Eis autem
omnibus deficientibus ob interitum, ex libris nautarum,
vel magiſtrorum nauis inquiſitio facienda. l. 3. C. de nau-
frag. & de alijs probandi naufragij modis tradit Maſcar,
in concluſ. incipien. Caſus naufragij relata in concl. 1086.
Huc pertinent quæ tradit Viuius in opin. incip. Impedi-
37 mentum, & incipien. ſterilitas. † Poſtremò tacita fideicõ-
miſſa frequenter ſic deteguntur, ſi proferatur Chirogra-
phum, quo ſe cauiſſet is, cuius fides eligitur, quod ad eũ
ex bonis defuncti peruenerit teſtaturum. Sed & ex alijs
probationibus manifeſtiſſimis idem fit. §. & quia Inſt. de
fideicomm. l. vlt. C. eod. & totis titulis ff. de legat. 1. 2. & 3.
38 † Quod autem ad tempus probationis attinet ſciendum,
exceptionem à reo oppoſitam, ſiue peremptoriam, ſiue
dilatoriam tunc demum probandam cum actor ſuã pro-
bauerit actionem: ſi modo, vel ius, vel factum actionis à
reo fuerit negatum. l. ſi quidem 9. C. de except. l. emptor
9. C. de præſcript. long. temp. l. exceptionem 19. C. de pro-
bationib. Maſcard. de probationib. lib. 1. concluſ. 37. Actor
39 prius. † Quanta verò, & quoties probationum cauſa di-
latio danda ſit, dictum eſt ſupra de dilationibus, tit. 20. de
tempore itaque probationis, nunc nihil amplius dicendũ
40 eſt. † Sequuntur euentus probationis quorũ primus eſt,
quod ſi fuerit probatũ, quod aduerſarius negauerat, vel
aduerſarius ipſe poſtea fuerit confeſſus: in duplum aduer
ſus inficiantem datur actio; niſi fortè inficianti iuſiuran-
dum ſine probatione delatum ſit, iſque poſtea malit con-
fiteri, quod antea negauerat, quàm iurare; hoc enim caſu
à dupli pœna eximitur, & tantum ad impenſas litis tene-
tur. Nouella. c. 18. §. ſtudium & §. at aduerſus Inſtit. de pœ
na temere litigan. l. 2. in princ. & l. vnde Neratius 23. §. hęc
41 actio. ff. ad leg. Aquil. l. contra 4. de lege Aquil. † Similiter
ſi quis, cum antea negaſſet, poſtea dicat ſe ſoluiſſe, non in
duplum condemnandus eſt, cum ſimplum ſoluerit, ſed in
alterum tantum. d. Nouella. c. 18. §. præterea ſi quis cum
negaſſet. Sed & actor qui literas ſuas à reo propoſitas ne-
gauerit, fueritque conuictus, litem perdit, & alterum tan
tum inſuper ſoluit. d. Nouella. c. 18 §. ſed etſi reus protu-
lerit literas actoris &c. Tutor verò & curator negans, nõ
pupillus, vel is, qui ſub cura eſt, & cuius cauſa agitur, pu-
nitur. d. Nouel. §. ſi verò cauſa agitetur. & procuratores &c.
Quamuis autem pœna inficiationis ſoluta ſit, per hoc ta-
men non minuitur pœna altera, quæ iure actionis, vel du-
pli,

Digitized by Google

pli,tripli,vel quadrupli debetur d.Nouella.§.ſi qood ve-
rò aliud. Planè ſi in rem agatur,reuſque,poſtquam nega-
uerat, rurſus confiteatur, aliaque exceptione vtatur, non
niſi translatione poſſeſſionis à ſe in actorē punitur d. No-
uella §.enim verò,& l.vlt.ff.de rei vendic.ſed & in legatis,
& fideicommiſſis, ſi is, a quo legatum, vel fideicommiſ-
ſum relictum eſſe dicitur, poſtquam relictū à ſe negaue-
rat,confiteatur à ſe relictum,ſed exceptione velit vti: om
nino ſoluere cogendus eſt.

Hæc ſi fuerit probatum, vel ab aduerſario confeſſum,
42 quod prius negatum eſt.† Si autem non fuerit probatum
id,quod ab aduerſario negatum eſt:is,coi probaodi neceſ
ſitas incumbit,cauſa cadit,& reus eſt abſoluen.l.qui accu-
ſare 4.in fine C.de eden.l.ſi quidem 9.C.de exceptio.l.2.C.
de proba.l.negantes.9.C.de obli.& actio.2.q.1.c.1.c.iudex
c.primates c.vnus c.natura c.nomen item 2.q.5.c.conſului
ſti 11.q.3.c.graue c.quamuis c.non ſolum 15.q.5.c.vlt.24.
q.3.in princi.30.q.5.c.ſi quis diuinis §.his ita reſpondetur
c.nullum,& de teſtit.ſpoliator.c.cum ad ſedem 15.& c.vl.
§.ſanè ſi actor de iureiur. Maſcard.de probat.lib.1.conclu.
36.Actore non probante. Si fuerit probatum,quod ab ad-
uerſario negatum eſt,obtinebit is,qui probauit,& is,cōtra
quem probatum eſt in ſimplum condemnabitur. Niſi ad-
uerſarius probaturus ſit contrarium,niſi fortè negatiuam
delicti iam probati in contrarium ſit probaturus c.ad no-
ſtram 12.de probatio.niſi illa coarctata ſit loco,& tempo-
re per allegata paulo ſuperius. Sed ſi atteſtationes fuerint
publicatæ, tunc enim non admittitur probatio in contra-
rium, ſecundum diſtinctionem,de qua in c.cum veniſſet
25.§.quæſtiones de teſtibus Clem.teſtibus 2.de teſtib.c.iu
rauit 6.de probatio.25.Nouella 90.§.quia verò, de qua re
latius dicetur quando agetur de probatione per Teſtes.
Quando autem dictum eſt de actione probanda.Idem in-
telligi debet de probanda exceptione, vt niſi reus proba-
43 uerit ſuam exceptionem condemnetur.† Nam reus in ex-
ceptione actor eſt.l.1.ff.de excep.l.in exceptionibus 9.ff.de
44 probatio.† Sed ſi fortè aduerſario iuſiurandum quis dem
lerit,is qui iurare nolit, neque iuſiurandum referat,vel re-
ferat quidem,& is,cui relatum eſt,iurauit,hoc enim caſu
etiam non probans obtinebit, vt dicetur infra de iureiurā-
do titul.34. Idem dicendum ſi à iudice cauſa cognita non
probanti iuſiurandum deferatur, vt pariter probabitur
infra d.tit.34.vel ſi ad iuramentum in litem ſuper æſtima-
tione litis, vel rei in litem deductæ iudex aliquem admiſe
rit l.in actionibus ff. de in litem iurand. vbi late poſt alios
Bolognet.de hoc in litem iuramento latè agit Plot.in repe.
l.ſi quando C.vnde vi,& nos in tract.de tutela lib.2.ti.28.
45 † Sed & ſi præſumptio ſit pro eo, cui probationis neceſſi-
tas incumbebat, probandi onus in aduerſarium transfer-
tur,vt paulo ſuperius oſtendimus. Sunt igitur probationis
affinia remedia præſumpoones, & coniecturæ, de quibus
latè per Alcia.in tract.de pręſumpt.in prælud.& per Mā-
tic. de coniectur.& de tacitis, &c. & per Menoch.de præ-
ſumpt.pariter in præludijs.Item iuſiurandi delatio tā par-
tis, quam iudicis,de qua dicetur infra de iureiurando tito.
34.Planè actor,vel reus,quod aſſeuerat probare,ſe nō poſ
ſe profitendo, aduerſarium neceſſitate probandi contra-
rium, vel dicendi poſſeſſionis ſuæ titulum non adſtringit,
46 vt paulo ſuperius prædictum eſt.† Nam cogi poſſeſſionē
ab eo,qui expetit titulum ſuæ poſſeſſionis dicere, inciuile
eſt,præter eum,qui dicere cogitor, vtrum pro poſſeſſore,
an pro hærede poſſideat,& vtrum inſolidum,an pro par-
te hæres ſit,vt dictum fuit,& alia huiuſmodi,de quibus di
cetur infra in interrogationibus in iure faciendis tit. 33. &
hæc de probationibus in genere dicta ſufficiant,nunc de
quibuſdam in ſpecie magis frequentibus eſt dicēdum, in-
ter quas ſicut primum locum obtinent inſtrumenta, ita
primum de inſtrumentis diſſerendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentorum appellatione,quæ contineantur.*
2 *Inſtrumenta quare fiant.*
3 *Inſtrumenta qualiter conficienda,& à quibus.*
4 *Inſtrumenta in protocollum redigenda.*
5 *Imperatoris nomen,dies,menſis,Conſul,indictio,& locus ſunt in inſtrumento apponendi.*
6 *Teſtes viri non fœmina adhibendi in inſtrumentis.*
7 *Teſtes quot adhibendi.*
8 *Chirographum non exigit teſtes,limitatur.*
9 *Subſcriptio partium contrahentium requiritur.*
10 *Inſtrumentis,& teſtibus par fides adhibenda.*
11 *Conſuetudo in inſtrumentis celebrandis attenditur.*
12 *Signa,& charta inſtrumenti conſideranda.*
13 *Falſo inſtrumento nulla fides adhibenda*
14 *Falſi ſuſpectum inſtrumentum pro falſo habetur.*
15 *Falſo pronunciato inſtrumento nulla fides amplius adhibetur.*
16 *Inſtrumentum exhibere nolens,vt falſum dicatur,quādiu?*
17 *Fides inſtrumento ſemel habita,ſemper habenda.*
18 *Inſtrumenti fides ſi ſuſpecta,quid agendum.*
19 *Comparatio literarum qualiter fiat.*
20 *Impugnans inſtrumentum eo vti non poteſt.*
21 *Scriptura ſine nomine quem adiuuet.*
22 *Inſtrumentis originalibus non exemplis creditur,limitatur.*
23 *Inuentarium tutelare quando probet.*
24 *Inſtrumentum contra voluntatem confectum nullum.*
25 *Inſtrumentum qualiter,& per quot teſtes reprobetur.*
26 *Error non nocet veritati.*
27 *Plus valet quod actum,quam quod ſcriptum.*
28 *Actum quod iure non ſubſiſtit non valet.*
29 *Plus vales ſcriptum,quam quod actum.*
30 *Abundans non vitiat,omiſſum ſic.*
31 *Pugnantia,& mendacia inuicem colliduntur.*
32 *Diuerſitas nihil habet firmitatis,limitatur.*
33 *Cauſæ plures non officiunt.*
34 *Inſtrumentum ab eodem notario non perfectum, nullius eſt momenti. limitatur.*
35 *Raſura non aufert vim inſtrumenti.*
36 *Inſtrumentum mutilatum nullum.*
37 *Presbiteri in inſtrumentis ſecularium idonei teſtes non ſunt.*
38 *Teſtibus inſtrumentarijs mortuis,an inſtrumentum probet.*
39 *Inſtrumenta quando producenda.& quouſque.*
40 *Archiuum non dat robur inſtrumentis.*
41 *Inſtrumenta ibi exhibenda,vbi litigatur,limitatur.*
42 *Inſtrumenta quoties exhibenda.*
43 *Comparatio literarum quando facienda pro inſtrumento roborando,& quomodo.*
44 *Recognitio per comparationem fit ex indubitabili,et certa ſcriptura,non de dubitabili.*
45 *Apocha probat ſolutionem,limitatur,& declaratur.*
46 *Acceptilationis vis,& apocha.*
47 *Apocha publicarum functionum ius.*
48 *Apocha publica quæ.*
49 *Antapocha quæ ſint.*

De inſtrumentis. Tit. 31.

1 INſtrumentorum† nomine latius quidē ſumpto,ea om-
nia accipiuntur,quib.cauſa inſtrui pōt, & ideo tam te-
ſtimonia, quam perſonæ inſtrumentorum loco habent
l.1.ff.de fide inſtrum.l.notionem §.ſi. ff.de verb.ſignific.ex
his patet inſtrumentorum appellatione non ſolum tabu-
las,ſed & teſtes contineri,quibus accedit l.in exercendis 15.
C.de fid.inſtrum.latè Maſcard.de probationib.li.1.q.6.per
tot.& Quintilianus de Oratore lib.5.c.5.Dec.in c.1.de fide
inſtrum. Nouella.c.73.§.certè ſi tale. Turza.reg.48.Viuius
opin.incip.verbum promitto ver.& nota cum eris,& inci-
pien.teſtis ver.validior. Verum de illis tantū dicetur in hoc
tit.de teſtibus verò in tit.ſequente: Anguſtiore aūt ſigni
ficatione inſtrumenta denotant tantum tabulas, ſiue ſcri-
2 pturas ad probandum confectas: † fiunt igitur ſcripturæ,
& inſtrumenta ob id, vt quod actum eſt, per eas facilius
probari poſſit: quod ſi aliunde conſtet ēt ſine inſtrumētis
valet id,quod actum eſt,niſi nominatim conuenerit, vt in-
ſtrumentum conficiatur: hoc enim caſu antequam inſtru
mentum fuerit perfectum, contractus perfectus non cen-
ſetur,ideoque pœnitentiæ locus eſt l.in re 4.ff.de fid.inſtru
men.l.contrahitur 4.§.fin.ff.de pignorib.l. contractus 16.
3 C.de fid.inſtrum.† In ordinandis verò, ſeu conficiendis in-
ſtrumentis hæ regulæ præſcribuntur, vt Tabelliones, qui
inſtrumentorum conficiendorū officio præſident,ipſi per
ſe omnibus modis,& inſtrumenti conficiendi mandatum
(quod vulgus rogitus appellat)accipiant,& cum abſolui-
tur,interſint.Nouell.c.44.in princip.vſque ad §.illud præ-
4 terea leg.contractus 16.C.de fid.inſtrument.† Vt inſtru-
menta primum in protocollum redigant, ponendo diem
inſtru-

Digitized by Google

inſtrumenti celebrati,& alia,quæ in huiuſmodi protocol-
5 lis prænotari ſolẽt. d.Nouel.c.44.§.illud præterea,† vt Im
peratoris nomen proponant,deinde Conſules,in dictionẽ,
nec non menſem,& diem, quo inſtrumentum conficitur,
tempusque illud non obſcuris,& abſoletis,ſed vulgaribus
literis denotent. Nouel.c.47.§.ſancimus, §.ſed & illud ap-
ponimus. Item & locus celebrati contractus, vel diſpoſi-
tionis inſtrumentis conficiendis exprimendus eſt,vt proba
rut,& diſtinguitur apud Viuium opin.incip.inſtrumentũ
teſtam.poſt Dec.in c.1.per tot.de fid.inſtru. Vt teſtes quo-
que in contractibus celebrandis adhibeãtur, & in inſtru-
mentis denominentur,inſtrumentaq; ſubſcribant.l.vlt.C.
ſi cert.pet. Nouel.c.73. §.ſi quis igitur, & §.oportet autẽ.
Niſi fortè quantitas,de qua inſtrumentũ conſcribitur,50.
libras auri iure quidem antiquo, iure aũt nouo vnam li-
bram auri non excedat,d.l.vlt.& d.Nouel.c.73.§.porrò il
lud quoque. Sed & ſi non in vrbibus,verum in agris, vbi
magna ſimplicitas eſt,& neque ſcriptorum, vel multorũ
teſtium copia eſt,ſcripturæ fiant: iſta inſtrumentorum ſo-
lemnitas non requiritur,d.Nouel.c.73. §.item hæc omnia
in vrbibus. Non aũt refert,quamuis in foro, & publicè in-
ſtrumenta conficiantur, & per tabelliones abſoluta ſint:
6 † nam nihilominus, & ipſa antequam ſumma imponatur
manus, ſcriptis deſignatam teſtium præſentiã deſiderant.
d.Nouel.c.73.§.ſed & ſi inſtrumenta Viu.opin.incip.teſtes
inſtrumentis,& quidem oportet,quod teſtes viri ſint non
fœminæ Villal.S.14. Viui.opin.incip.teſtes in ſcriptura, &
quod in inſtrumentis nominatim deſcribantur,d.§.ſed &
ſi inſtrum.glo.in l.generali.C.de tabellionib.lib.10.Dec. in
7 c.1.nu.34.de fid.inſtru.† Non aũt pauciores,quam quinq;
teſtes requiruntur:niſi fortè is,qui contrahit literarum ſit
petitus,ſeq; ſubſcribat,tunc.n.tres teſtes ſufficiunt.d.No-
8 uel.c.73.§.oportet.† Planè ſi is,qui contrahit,contentus ſit
chirographo eius, cum quo contrahit: non poteſt poſtea
quaſi ſolemnitas inſtrumenti defuerit, contractum infir-
mare.d.Nouel.c.73.§.verum enim verò. Nam chirogra-
phum à partibus ſcriptum,vel ſubſcriptum non exigit te-
ſtes, neque alias inſtrumentorum publicorum ſolemnita-
tes.Gabr.lib.1.de probat.concluſ.9. Viuius opin.incip.ver-
bum promitto. Niſi fortè conuenerit, vt præter chirogra-
phum illud contractus in inſtrumentum ſolemne redige-
retur,hoc enim caſu, quamdiu illud perfectum non eſt,
conſtat pœnitentiæ locum eſſe,d.l.contractus 16.C.de fid.
9 inſtrum † Poſtremò in inſtrumentis conficiendis requiri-
tur etiam,vt ipſi,qui contrahunt, ſubſcribãt, aut ſi ipſi li-
teras neſciunt,alium qui pro ijs ſubſcribat,adhibeant,d.l.
16.& l.ſcripturas 11.C.qui potior. in pign.hab. l.libellorũ
3.§.item ſubſcribere,ff.de accuſat. d.Nouell.c.73.§.opor-
10 tet autem.† Porrò in exercendis litibus eandẽ ad proban-
dum vim obtinent tam fides inſtrumentorũ,quam depoſi
tiones teſtium.d.l.in exercendis 15.C.de fid.inſtru.cũ alijs
alleg.in princ.dummodo inſtrumenta ſint perfecta, teſti-
busq; adhibitis,& ſubſcriptionibus ſubiectis abſoluta ſe-
cundum ea,quæ dicta ſunt d.l.contractus 16. C.de fid.in-
ſtru.l.vlt.§.fin.C.ſi cert.petat.c.cum à nobis 28.§.nec ſcri-
ptum de teſtib. Villalo. S.14. Viu.opin.incip. Teſtes in ſcri-
11 ptura,& incipien.verbum,promitto.† Niſi cõſuetudo in-
ſtrumentum minus ſolẽne, vel cum alia ſolẽnitate appro-
bet,c.cum dilectus 9. §.ſuper tertio Viui.opin.incip. teſtes
in inſtrumentis,C.de fid.inſtr. Vel niſi defectus ſit vnius, vel
alicuius literę quæ non eſt conſiderabilis exẽplo c.ex parte
11. de fid.inſtr. Vel niſi inſtrumentũ ſit imbreuiatum, ſeu
cæteratũ,quia tunc põt extendi cũ clauſulis cõſuetis. Gab.
12 lib.6.de conſuet.cõcl.3.nu.9.† Oportet tñ iudices conari,
vt ſi qua ſigna chartis adſcripta inuenerint,ipſa quoq; di-
ſquirant,& recognoſcant, cũ ex illis ẽt multa eluceſcãt.d.
Nouel.73.§.oportet verò iudices,c.inter dilectos 6.de fid.
13 inſtr.† Planè falſum inſtrũm nullã fidem meretur,l.iube-
mus 24.C.de probat.diſt.9.c.ſi ad ſcripturas,l.2. in fi.ff.de
14 fid.inſtr. Turza.opin.96.† Quod ẽt de ſuſpecto inſtrõ di-
cẽdum eſt ex mox allegatis,& per ea,quæ latè tradit Ma-
ſcard.de probat.lib.2.concl.739.nu.5.& ſequ.niſi fortè is,
qui eo inſtrõ vtitur,veritatẽ eius probauerit, d.l.iubemus
24.C.de probat. Secus tñ eſt, ſi vnum tantum non oẽs ſu-
ſpecti inſtrũi articulos probauerit. Villal.l.78. cum ſeq.cõ-
15 trouertitur, & diſtinguitur apud Gabr.lib.7.concl.3.† Si
tamen falſum inſtrumentum fuerit pronunciatũ, res iudi
cata pro veritate accipitur, nec vlterius probatio in con-
trarium admittitur, niſi inter alios falſum ſit pronuncia-
16 tum,l.2.C.de fid.inſtr.c.cum Ioan.10.de fid.inſtr. † Sed &
ſi is,qui fidem inſtrõ adſtrinxit, poſtea illud cum falſum
diceretur, noluerit exhibere: quaſi falſa caribula nullas
habebit vires aduerſus eum,contra quẽ probata eſt:ſi mo
do is,qui exhiberi ſibi deſiderat,de calumnia iurauerit, &
alter, quod ſcriptura ſine dolo ſuo perierit, iurare nolit:
quod tamen ita obtinet,ſi nõ prior controuerſia finita ſit,
17 l.cum quidam 20.C.de fide inſtr.Maſcard.concl.909.† Si
.n.iam pleniſſimum finem accepit, & neque per appella-
tionem ſuſpẽſa eſt, neque per ſolutã retrotractionẽ adhuc
lis viuere ſperatur, ſufficit ſemel in inſtrõ fidem eſſe factã,
d.l.20.§.ſi enim,l.ſeruo inuito 65. §.cum prætor. ff.ad Tre
bel.Bart.in l.ſi ſuperatus,ff.de pignor. Cynus, Bald.& alij
in l.15,apud quẽ, C.de edend. & alij plures citati per Pere-
gr.de fideic.art.53.nu.31.& ſeq. Rota diuerſorum in recẽ
38 tioribus deciſ.18. par.2. † Sanè cum inſtrĩ fides ſuſpecta
ad comparationem literarum ẽt deueniri ſolet: & ſi qui-
dem literæ inter ſe ſimiles appareant, inſtrõ creditur. Sin
aũt diſſimiles inter ſe reperiantur,ei credendũ non eſt: niſi
fortè teſtes cum inſtrõ conſentiant Nouel.cap.73.§.1.& §.
19 certè ſi tale.† Sæpè numero etenim tempus,& ætas homi
nis,ſæpè item morbus ingraueſcens ſcripturæ diſſimilitu-
dinem efficit interdum ẽt calami, & atramenti mutatio.
d.§.1.Sed de cõparatione literarũ plura dicentur inferius.
20 † Porrò ea quoq; ſcriptura, qua proferens antea ſe non
vſurum eſſe profeſſus eſt,vel quam ipſe antea falsã dixit,
vel impugnauit proferenti minimè prodeſt, l.ſi aduerſa-
rius 3.C.de fid.inſtr.c.cũ olim 19.ver.licet enim de cenſib.
c.ex eo 38.de reg.iur.in 6.de hac re agit Viu.opin.incip.in-
ſtrũm in iudicio,& incipien.ſcripturã,& inſtrũm, ſeu ſcri
pturam. Maſcard.de probat.concl.915.nu.5.& 6. lib.2.li-
21 mitat,atque declarat.† Sed & ſi ſcriptura non proferẽtis
nomen contineat, vel eius,cui proferens ſucceſſit,ſed alte-
rius cuiuſdam,ea ſcriptura non proferentẽ,vel recitãtem,
ſed quẽ tenor ſcripturæ deſignat adiuuat. l.ad probatio-
22 nem 21.C.de probation.† Authenticis quoque inſtrĩs,nõ
exemplis eſt credendum,l.2.ff.de fid.inſtr.c.1.eo.tit. Ma-
ſcard.de probat.lib.2.concl.711.in princ.multo minus exẽ
plorum exemplis Maſcard.poſt alios,quos citat in cõcluſ.
712.in princ.exempla tñ actorum, manu commentarien-
ſis,ſiue notarij adnotata,fidem merentur,l.in fraudem 45.
§.quoties apud,ff.de iure fiſci,c.vlt. de fid.inſtr. Maſcar.d.
concl.711.ſub nu.7.ver.iſtud tamen. Nã exempla cõfecta
ab eodem notario, à quo & authenticum confectum eſt,
probant,vt in allegatis iuribus Villal.E.145.& P.335.quod
idem dicendum eſt de exemplorum exemplis qñ primum
exemplum fuit exemplatum ſeruatis ſeruand. Maſcard.d.
23 cõcl.712.nu.3.& 5.† Sed & inſtrĩs, ſine chirographis exu
ſtis tutores ex inuentario creditum probare poſſunt, ſi in
eo conficiendo fuerunt citati debitores,l.chirographis 56.
ff.de adm.tut vt probauimus in tract.de tutela,& cura,li.
24 2.tit.1.† Si probatur, cõtra voluntatem eius,qui in inſtrõ
continetur,illud confectum eſſe: nullius eſt momenti, l.cũ
25 precib.18.C.de probation.† Qualiter aũt,& per quot te-
ſtes,& quales inſtrũm ſit reprobandum latè agunt. Doct.
in c.cum Ioannes de fid.inſtr. Dec.in conſ.101.& Maſcar.
26 de probat.concl 919.per tot. † errores quoque eorũ, qui
inſtrã conſcribunt, veritati præiudicium afferre non poſ-
ſunt,l.illicitas 6.§.veritas,ff.de offic.præſid.l.2. C.de error.
aduocator.l.ſi librarius 92. ff.de reg.iur. Quõ autem pro-
bentur errores latè agit Maſcard.de probat.concl.637.&
ſeq.& concl.641.& ſignanter quod probentur,& corrigã-
tur ex protocollo errores inſtrõrum ex eo trãſumptorum
dicit tex.in §.pen.Auth.de tabellio.vbi glo.Alex. in conſil.
105.lib.2.Anchar.in conſ.432.Angel.in conſ.147.Dec.in l.
ſi librarius 92.poſt Bar.nu.8.ver.de ſecundo,ff.de reg.iur.
facit tex.in §.alia verò,& ibi glo. in verb.authoritas Inſtit.
27 iuris canonici de eccleſiaſticis conſtit. † Verum ſi aliud a-
ctum,aliud ſcriptum probetur,plus valet id, quod eſt actũ,
quam quod eſt ſcriptum.l.1.C.plus valere quod agitur,l.
2.l.emptione 3.l.ſi quis 4.C.eod.l.vlt.C.eo.l.quamuis 4.C.
ſi quis alter. vel ſibi l.cum propria 5.l.multum intereſt 6.
C.eod.l.ſi ancillam 7.C.de contrahen.emptio.l.cum ea 21.
28 C.de tranſaction.† Niſi fortè id, quod in veritate actum
eſt, ipſo iure non ſubſiſtat. Vt puta, Lucius Titius, cum
haberet filiam in poteſtate Seiam, Pamphilo ſeruo alieno
in matrimonium collocauit, cui etiam dotem dedit,
quam ſub titulo depoſiti in cautionem contulit,& poſtea
denunciatione nulla à domino facta,pater deceſſit, mox

L & Pam.

Digitized by Google

& Pamphilius ſeruus, quæſitum qua actione Seia pecu-
niam petere poſſit, cum ipſa patri hæres extiterit? Paulus
reſpondit, quoniam dos conſtitui non poteſt ex cauſa de-
poſiti, actione de peculio pecuniam repetendam. l. Lucius
27. ff. depoſit. Planè ſi in fraudem legis aliud actum aliud
ſcriptum eſſe doceatur: neutrum valet, l. cũ quis 35. §. Ti-
tia, ff. de legat. 3. l. qui teſtamentum 27. ff. de probat. Velu-
ti ſi filiusfamilias, qui mutuum accepturus erat, fideiuſſe-
rit alio reo dato, & ita ipſe pecuniam acceperit quaſi alij
mutuo datam, tunc eius fideiuſſio in fraudem Macedo-
29 niani non ſubſiſtit. † Sed & alio modo, plus valet ſcriptu-
ra, quam id, quod actum eſt; puta ſi teſtator alij fundum,
alij vſumfructum eiuſdem fundi legauerit, hoc propoſi-
to, vt alter nudam haberet proprietatem: tunc enim con-
tra voluntatem ipſius teſtatoris vſusfructus inter eos com
municabitur, cum proprietatem, vel fundum detracto v-
ſufructu alteri legare debuerit, l. ſi alij 19. ff. de vſufructu
30 legato. † Porrò non ſolent quæ abundant, vitiare ſcriptu-
ras, l. non ſolent 94. ff. de reg. iuris, l. verba ſuperflua 17. C.
de donationib. l. teſtamentum 17. C. de teſtamen. l. pedicu-
lis 33. §. Labeo, ff. de auro, & argen. legato. Nam neceſſaria
prætermiſſa imminuunt contractum, & teſtatoris, officiũe
voluntati, non abundans cautela, d. l. teſtamentum 17. §.
31 namque, C. de teſtam. cum alijs mox allegat. † Vbi autem
pugnantia inter ſe in inſtrumento inueniuntur, neutrum
ratum eſt, l. vbi pugnantia 148. ff. de reg. iur. Idem ſi men-
dacium in inſtrumento deprehendatur diſtinct. 9. c. ſi ad
32 ſcripturas, † Sed & ſcripturæ diuerſæ fidem ſibi inuicem
derogantes ab vna, eademque parte probatæ, nihil firmi-
tatis habere poterunt, l. ſcripturæ 14. C. de fid. inſtrum. c.
imputari 13. eod. niſi diuerſitas in idem rendat, c. nihil 7. de
33 verbor. ſignific. † Plures tamen cauſæ plurium debitorum
in eodem inſtrumento contentæ ei non officiunt, l. ge eo,
34 quod 10. C. ſi cert. petat. † Si inſtrumentum nõ fuit ab eo-
dem Tabellione abſolutum, ſed à diuerſis nullã vim pro-
bationis habet, dict. l. contractus 16. C. de fid. inſtrum. Niſi
tabellione mortuo alius authoritate ordinarij, ac ſeruatis
ſeruandis id perfecerit, c. penult. & vlt. de fid. inſtrum. vel
tranſumptauerit, d. cap vlt. & vt latè probat Maſcard. de
35 probationib. lib. 2. concluſ. 927. per tot. † ex eo enim quod
inſtrumentum raſurã habeat, non ideo ſequitur vim pro-
bandi non habere, c. ex literis, de fide inſtrum. c. ex cõſcien
36 tia 9. de falſi crimine Villalo. R. n. 5. cum nu. ſeq. † Secus ſi
inſtrumentum ſit mutilatum, c. inter dilectos 6. de fide in-
ſtrum. Si teſtes presbyteri in conficiendo inſtrumento ſint
37 adhibiti. † Nam in inſtrumentis conficiendis non ſunt ro-
gandi à ſæcularibus, quia eos in talibus rebus eſſe nõ con-
uenit, quamquam teſtimonium ſacerdotum credibilius
habeatur, c. vlt. 14. q. 2. Ideoque id procedit potius de hone
ſtate, quam de neceſſitate, vt per Syluan. in conſ. 16. num.
4. in conſ. 159. nu. 20. Catauit. ſuper tit. magn. Cur. 114. nu.
38 4. Felyn. in c. cum nuncius col. 2. nu. 3. in fin. de teſtibus. † Si
teſtes, qui inſcripti in inſtrumento cõtinentur, deceſſerint,
non videtur inſtrumentum alicuius firmitatis robur habe
re. ſecundum diſtinctionem, quam facit Papa in c. 2. de fi-
39 de inſtrum. † Poſt publicatas atteſtationes vſque ad con-
cluſionem non eſt, qui prohibeat inſtrumentorum prola-
tionem, c. cum dilectus 9. eo. tit. Imo pro illis producendis
eſt dilatio concedenda, vt fuit dictum ſupra nu. 20. in fine,
& illa etiam finita, producuntur, Fichard. in addit. ad Vil-
40 lalo. l. 83. † Sed ſi proferatur inſtrumentum informe in ar-
chiuio repertum, nõ ideo ex loco, vbi reperitur robur ac-
cipit; vt probatur, & diſtinguitur apud Gabr. lib. 1. de pro-
41 bationib. concluſ. 5. † Nunc de inſtrumentis exhibẽdis, &
comparatione literarum dicendum eſt, exhibẽda autem,
& edenda inſtrumẽta ſunt regulariter apud iudicẽ, apud
quem litigatur, l. iudices, 7. C. de fide inſtrum. c. accipimus
4 eo. tit. Interdũ tamen, & alibi cauſa cognita edi poſſunt,
& fides illis fieri exẽplo teſtiũ examinandorũ in alijs locis
42 degentiũ, d. l. 17. † Non aũt ſemel, ſed ſæpius inſtrumenta
edi debent, dũmodo aduerſarius, qui denuò ea ſibi ędi pe-
tit, de calũnia iurauerit, & inſtrumẽta caſu fortuito amiſ-
ſa non ſint, idq; is, qui edere denuò debet, iureiurãdo affir
mauerit. vt ſupra dictũ eſt per tex. in l. cum quidã 10. C. de
fid. inſtr. & per allegata per Maſcard. de probat. concluſ.
909. Bene põt ille, cuius intereſt, inſtrumentum edi illius
amiſſione probata, per teſtes probare inſtrumenti amiſſi
tenorẽ, probatis prius tribus requiſitis de quibus per Bar.
& Caſtr. in l. teſtiu nu. 14. & 15. C. de teſtib. & vt voluerũt
Oſaſc. in decis 69. nu. 1. Guidop. in conſ. 75. Alba. in conſil.
101. nu. 7. Caph. in conſ. 171. nu. 47. & in conſ. 287. num. 46.
lib. 2. Ruyn. in conſi. 178. nu. 5 lib. 1. cũ alijs citatis per Ma-
ſcard. in concl. 908. de probat. Sed & plura de exhibendis
inſtrumentis dicta ſunt ſupra de eden. tit. 18. & de tabulis
teſtam exhib alibi Deo concedente, locus erit diſſerendi.
43 † Nunc ad comparationẽ literarũ accedendum. Itaque ſi
falſum dicatur inſtrumentũ, & manus eius, qui ſcripſiſſe
illud dicitur, eſſe negetur, aliaq; eius probandi argumẽta
deficiant ad cõparationem literarũ confugiendũ, Nouell.
c. 73. §. certè ſi ad vnũ Gabr. lib. 1 de probat. concl. 9. nu. 13.
Si itaq; ad vnum oẽs teſtes mortui ſunt, aut ẽt abſint for-
tè, aut aliqui per teſtes, qui ſubſcripſerunt, fidẽ imponere
facilè non ſit, neq; tabellio, qui inſtrumentum abſoluit (ſi
quidẽ forẽſe, & publicũ fuit) ſuperſit, vt à ſe confectis te-
ſtimoniũ præſtare poſſit, aut non agat domi: ſiquidẽ ne-
getur manus alicuius eſſe, cõparatio literarũ aſſumenda,
vel eorũ, qui abſoluerũt, vel qui ſubſcripſerunt; dummo-
do omnis alia probatio deficiat, & nihil fraudolenter actũ
ſit, quod probabiliter fortè veritatẽ poſſit abſcondere, ea-
que præſtito iureiurando affirment ij, qui comparationẽ
literarũ deſiderant, d. §. certè ſi ad vnum. Quibus tamen
contrahentes liberare ſe poſſunt, ſi velint, & vtriq; in hoc
conueniunt, vt inſtrumenta inſinuent, & apud acta proti-
teantur. d. Nouell. c. 73. §. atq; his contrahentes. Sed & hi,
qui comparationẽ faciunt, iurare debent, quod neque lu-
cri cauſa, neque inimicitijs, neque gratia tenti huiuſmodi
faciant comparationẽ, d. §. certè ſi ad vnũ, ibi & ſi fidẽ. §.
nihil aliud, & §. vt aũt omnino, l. cõparationes 19. in fin C.
de fid. inſtr. Nouel. c. 50. §. porrò, & illud. Quibus iuramen
tis præſtitis cũ ſumma, atque exactiſſima diligẽna cõpa-
ratio literarũ procedat, d. §. certè ſi ad vnũ ibi, vt tamẽ cũ
ſumma &c. Neque temerè iudices oportet ſcripturarum
fidẽ ex aliarũ comparatione admittere, d. c. 73. §. oportet
verò, & §. 1. Sed & non licet comparationẽ facere, niſi ex
ſcriptura forenſi, hoc eſt facta corã iudice, vel ex ſcriptu-
ra publica, vel denique ex chirographis quæ triũ teſtium
ſubſcriptionibus ſint firmata, prius impoſita fide literis
teſtiũ ex illorũ depoſitione ſaltẽ duorũ, non ex cõparatio-
ne literarũ teſtiũ, d. l. cõparationes 19. in princip. C. de fid.
inſtr. Nouel. c. 50. §. porrò, & illud Surd. in cõſ. 197. nu. 25.
& ſeq. tradit requiſita ad legitimã recognitionẽ faciendã
per comparationẽ literarũ, ex alia aũt ſcriptura compara-
tionẽ fieri lex vetat, & ne ex ea quidẽ, quã quis in ſemetip-
44 ſum conſcriptã profert. d. l. 19. §. alter. n. † Nã recognitio
per comparationẽ dẽt fieri ex ſcriptura alicuius indubita-
bili, & certa, nõ de dubitabili, & incerta, d. l. cõparationes,
& latè Surd. d. conſ. 187. nu. 11. & ſeq. Planè ex ſcriptura ab
aduerſario prolata comparationẽ facere nõ prohibemur,
d. Nouel. c. 50. §. porrò, & illud. Poſtremò non ſolũ literarũ
ipſius tabellionis, qui inſtrumentũ conſcripſit, recognitio
per comparationẽ eſt facienda, ſed & ſubſcriptionum te-
ſtium, & contrahentium; vt ex multis comparationibus
vna quædã ex omni parte fides colligatur, efficiaturq;, vt
vna deficiente, nil actũ eſſe, iudices credãt d. Nouel. c. 73.
§. ſi nemo horũ ſit. Hæc de cõparatione literarũ pro reco-
gnoſcenda alicuius manu, ac de inſtrumentis in genere di
cta ſufficiant. Nunc diſſerendũ eſt de apochis, & antapo-
45 chis inſtrumentorũ ſpeciebus quibuſdã. † Apocha itaque
regulariter ſolutionẽ probat, l. pecuniæ 14. C. de ſolutioni-
bus, l. 2. C de apochis public. Nã pecuniæ ſolutæ profeſſio
collata inſtrumento maiorẽ rei geſtæ probationẽ cõtinet,
quã ſi chirographũ acceptæ mutuæ pecunię fuiſſet reddi-
tum, d. l. 14. & d. l. 2. Deſiderantur tamẽ in ijs teſtes, teſtiũ-
que ſubſcriptiones. l. ſuper 17. C. ſi cert. petat. Ab eo verò
apocha conſcripta, cui ſolui non põt, non prodeſt debito-
ri: niſi quatenus ſolutio facta proficeret, l. 1. C. de ſolutio.
& liberatio. Sed & ſi contrariũ doceri põt, ſolutionem vi-
delicet factam non eſſe, apocha expirat. l. ſi acceptilatũ 19.
§. fin. ff. de acceptilat. l. neque 6. C. de compenſationib. l. ſi
inter 6. C. de ſolutionib. l. ſi obligatum 13. l. ſi literarũ 25.
46 C. eo. l. ex plurib. 89. ff. de ſolutio. † Si quidẽ inter acceptı-
lationẽ, & apochã hoc intereſt, qđ acceptilatione oĩmodo
liberatio contingit, licet pecunia ſoluta nõ ſit: apocha non
alias, quã ſi pecunia ſoluta ſit. d. l. 19. §. fin. ff. de acceptilat.
vt obſeruauimus in opuſculo de differentijs indiuiduorum,
in verb. acceptilationis. Planè ſi debiti remittendi animo
apocha conſcripta ſit, ea debitori prodeſt ad exceptionẽ
etiam pecunia non ſoluta. l. intereſt 21. C. de ſolutionibus,
l. ſi

Digitized by Google

47 l. ſi acceptilatum 19. §. fina. ff. de acceptilat. † Sed & apochis, quæ publicarum functionum gratia ſiue in ſolidum ſiue ex parte ſoluta eſſe conſcribuntur, nulla exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi. leg. vltim. C. de apochis publicis leg. in contractibus 14 §. ſed quoniam C. de non numerata pecunia. Idem dicendum, ſi ſuper depoſito, vel dote accepta apocha conſcripta ſit: nam & huic non numeratæ pecuniæ exceptio non obſtat d. §. ſed quoniã. Sed & in alijs omnibus apochis poſt triginta dies à tempore conſcriptæ apochæ numerandos, non numeratæ pecuniæ
48 exceptio ceſſat d. l. 14. §. ſuper cæteris. † Poſtremò apocha publica à tabulario non ſubſcripta fiſco non præiudicat. l. 2. C. de conueniendis fiſci debitorib. Prius tamen exactor, qui pecuniam accepit, à fiſco conueniendus eſt, ſi ſit ſoluē
49 do. d. l. 2. † Antapochas à debitore accipere ſolet creditor ad ſolutiones annuas ſibi factas probandas, teneturq. debitor huiuſmodi antapocham, vel apochæ exemplum cum ſubſcriptione ſua creditori exigenti præſtare l. plures 18. C. de fid. inſtrumen. quo tamen, negligentia vel debitoris, vel creditoris omiſſa, creditori non præiudicatur: cũ hoc, quod pro quibuſdam introductum eſt inferre eis iacturam, minime rationi conuenit æquitatis d. l. plures 18. §. qđ reſecantes C. de fid. inſtrument. & hæc de inſtrumentis dicta ſufficiant, nunc ſequitur diſſerere de teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium vſus frequens, ac neceſſarius.*
2 *Multitudo ſuperflua teſtium refrenanda.*
3 *Ius ciuile quot, & ius canonicum teſtes admittat.*
4 *Parentes & liberi contra ſe nec volentes admittuntur.*
5 *Reus contra accuſatorem teſtis eſſe non poteſt.*
6 *Inimicus teſtis repellitur, licet examinetur.*
7 *Teſtes apud iudicem cauſa producendi, & examinandi.*
8 *Teſtium ac teſtimoniorum authoritas diuerſa.*
9 *Vox in veritate excutienda plurimum valet.*
10 *Exiſtimatio teſtis illuminat dicti veritatem.*
11 *Abſentes teſtes non temere euocandi.*
12 *Milites teſtes à ſignis non ſunt euocandi.*
13 *Commiſſarij ad teſtes abſentes examinandos deputantur, vel mittuntur idonei, & diſcreti, in ciuilibus, nõ in criminalibus.*
14 *Conſuetudo in teſtibus euocandis attendenda.*
15 *Epiſcopi, & Clerici non ſunt cogendi à ſæcularibus iudicibus teſtimonium perhibere.*

Valetudinarij
Senes
16 *Debiles* } *teſtes abſentes non ſunt euocandi.*
Pauperes
Fœmina

17 *Sumptus teſtibus à producente præſtandi.*
18 *Citandus eſt is, contra quem teſtes producuntur.*
19 *Teſtes inuiti cogendi perhibere teſtimonium, limitatur.*
20 *Neceſſitate exigente etiam magiſtratus teſtificantur.*
21 *Mercator quando teſtis idoneus.*
22 *Teſtes de domo ſui aduerſarij non producendi.*
23 *Teſtes euocati venientes per quindecim dies non examinati impunè diſcedunt, nec inuiti ſunt retrahendi.*
25 *Teſtes non coguntur fideiuſſores præſtare, ſed iurare non diſceſſuros, donec examinentur.*
26 *Teſtes humiles, & varij torquentur.*
27 *Teſtes cogendi per excommunicationem.*
28 *Vox teſtis obſeruanda, & ſigillatim interrogandus.*
29 *Teſtes non ſemel, ſed ſæpius produci poſſunt, limitatur.*
30 *Teſtes de omnibus non interrogati repetuntur.*
31 *Teſtes propter obſcuritatem dicti repetendi.*
32 *Teſtes ſi de alijs articulis poſtea producantur, an ſint recipiendi, & ſi de contrarijs.*
33 *Quarta teſtium productio non recipienda, limitatur.*
34 *Teſtes ſeorſim examinandi.*
35 *Teſtes ex quibus falſi pœna coercentur.*
36 *Clerici coram laico falſum deponentes an ab eo puniri poſſunt.*
37 *Teſtium dictis ſtandum eſt, limitatur.*
38 *Numerus legitimus teſtium qualis ſit.*
39 *Teſtium numerus vbi indefinitus, duo ſufficiunt.*
40 *Vnus teſtis dictum nullius.*
41 *Teſti ſingulari in dicto non creditur.*
42 *Epiſcopus teſtis vnicus probat.*
43 *Iudex vnicus de ſua teſtificans ſententia probat.*
44 *Arbiter vnicus de actis coram ſe geſtis probat.*
45 *Teſtis vnicus probat primam tonſuram.*
46 *Papæ ſoli atteſtanti creditur, & eius legato.*
47 *Principi ſoli atteſtanti creditur.*
48 *Teſtis fides, dignitas, mores, grauitas conſideranda.*
49 *Conditio teſtis eſt exploranda.*
50 *Arenario teſti, nec humili creditur ſine tormentis.*
51 *Clerico quamuis humili creditur.*
52 *Reprehenſibili inemendato non creditur, limitatur.*
53 *Teſti, qui ob dicendum, vel non teſtimonium, quid accipit, non creditur.*
54 *Reo publici iudicij, & minori 25. annis non creditur.*
55 *Damnato in publico iudicio non creditur.*
56 *Hæretici teſtes idonei non ſunt, limitatur.*
57 *Apoſtata teſtimonium non dicit.*
58 *Dubitans de fide teſtis eſſe non poteſt.*
59 *Excommunicatus teſtis eſſe non poteſt, limitatur.*
60 *Illegitime coniugatus teſtis eſſe non poteſt, limitatur.*
61 *Serui teſtes idonei non ſunt, limitatur.*
62 *Mulier teſtis in teſtamento non eſt, in alijs actibus ſic.*
63 *Domeſtici teſtes idonei non ſunt, neque ij, quibus imperari poteſt, vt teſtes fiant.*

Pater,
Filius,
64 *Familiaris* } *teſtis idoneus non eſt, limitatur.*
Cognatus
Affinis.

65 *Teſtis aliàs productus contra eundem non producitur.*
66 *Inimicus teſtis idoneus non eſt, limitatur.*
67 *Plures teſtes ex vna domo poſſunt adhiberi.*
68 *Parentes, & liberi contra ſe non teſtificantur, limitatur.*
69 *Libertus patronum* / *Seruus contra dominum* } *non teſtificatur.*
70 *Procurator in cauſa teſtis eſſe non debet.*
71 *Teſtis, qui negocio rogatus non interfuit, non probat.*
72 *Teſtis nullus in re ſua idoneus.*
73 *Cauſa propria, quæ dicatur, vt quis teſtis in ea non ſit.*
74 *Teſtis de vniuerſitate an idoneus pro ea.*
75 *Teſtis denuncians in cauſa propria eſſe poteſt.*
76 *Teſtes in ciuilibus, & criminalibus poſſunt adhiberi.*
77 *Ingenuitas ſolis teſtibus non probatur.*
78 *Solutio debiti per ſcripturam teſtibus ſolis non probatur.*
79 *Teſtes, aduerſario abſente examinati non probant, limitatur.*
80 *Teſti ſine iureiurando deponenti non creditur, limitatur.*
81 *Iuramenti teſtis forma.*
82 *Teſtes examinati apud arbitrum non probant coram ordinario.*
83 *Teſtis in ſcriptis deponens non probat.*
84 *Teſtibus contraria deponentibus non creditur, declaratur.*
85 *Teſti incontinenti ſe corrigenti, creditur.*
86 *Diuerſitas in verbis non in rebus non aufert de fide.*
87 *Teſtis in cauſa hæreſis probat, quod antea negauit.*
88 *Diuerſum ſi verum vtrumque eſſe poteſt diuerſo tempore probatum dicitur.*
89 *Teſtibus diſpari numero pro libertate, & contra deponentibus, pro libertate pronunciandum.*
90 *Teſtis de auditu non probat, limitatur.*
91 *Teſtatio ſine cauſa ſcientiæ nullius momenti.*
92 *Teſtibus an ſit credendum, ex iudicis arbitrio pendet.*
93 *Teſtibus qui vſus eſt, illos non repellit productos contra ſe in alia lite, limitatur.*

De teſtibus. Tit. 32.

1 TEſtimoniorum† vſus frequens, ac neceſſarius eſt, & ab his præcipuè exigendus, quorum fides nõ vacillat. l. 1. in princ. ff. de teſtib. De hac itaq. probationis ſpecie, quæ fit per teſtes latè diſſerit Maſcar. de probationib. li. 1. q. 5. & lib. 3. concl. 1356. Teſtes idonei, & pluribus ſequentibus, & poſt omnes latiſſimè Farin. in tra. de teſtib. & plura referuntur in ſyntag. comm. opi. iuris loco 9. tit. 2. Huc pertinent, quæ ſtatuit Plato in li. 34. de legib. dialogo 11. in fine, & quæ docuit Quintilianus de Oratore li. 5. c. 7.
2 †ſuperflua autem multitudo teſtium refrenanda eſt, & numerus teſtium moderandus, vt quem numerum

Digitized by Google

neceſſarium eſſe putauerit, ſolum euocari patiatur: ne ef-
frenata poteſtate ad vexandos homines ſuperflua multi-
3 tudo teſtium protrahatur, d.l.1.§.fin. ff. de teſtib.† Ius ci-
uile admittit tres pro quolibet articulo, leg. quoties, C. de
naufrag. & ius diuinum, vt in Deuteronom. 17. quãdoque
etiam decem, & non plures. Ius canonicum admittit qua-
draginta, & non vltra, c. cum cauſam 37. de teſtib. de hac
4 re vide glo. noſtram ad vrb. ſtatuta lib.1.c.27.& c.73.† Pa-
rentes, & liberi inuicem aduerſus ſe, nec volentes ad teſti-
monium admittendi ſunt, l. parentes 5. C. de teſtib. Nouel.
5 c.90. §. inſuper ſi quis. † Item reus publici iudicij à dicen-
do teſtimonio aduerſus accuſatorem arcetur. l. in teſtimo-
6 nium 20. ff. de teſtib. † Si tamen alioquin inimicitias alere
dicantur, aut actione contendere pecuniaria nõ prohiben-
tur teſtimonium dicere, huiuſmodi tamen quæſtione in
tempus exceptionũ reſeruata, quã oppoſita non probant.
Nouella c.90.§. ſi alioquin l.2. ff. de teſtib. auth. ſi dicatur,
§. ſi verò ex lite pecuniaria. vbi Cynus numero 2. & cæteri
ſcribentes, C. eod. Farinac. de teſtib q 53. per tot. & quæſt.
62. num. 354. Idem dicendum, ſi ex aliqua alia cauſa teſtis
non idoneus dicatur, idque ipſum controuertatur, tunc.n.
nihilominus teſtis examinandus eſt, & controuerſia iſta in
tempus exceptionum reſeruanda, d. Nouella c.90.§. enim
verò, & §. inſuper. Plures, qui à dicendo teſtimonio arcen-
7 tur, enumerabuntur infra inter exceptiones. † Regulari-
ter apud ipſum iudicem, vbi cauſa agitatur, teſtes produ-
cendi ſunt, & ab eo examinandi, l. teſtium 3.§. idẽ Diuus, ff.
8 de teſtib. & §. Caninio quoque. † Alia enim eſt authoritas
præſentium teſtium, alia teſtimoniorum, d.§. idem Diuus,
& d.§. Caninio quoque vnde & Imperator Hadrianus te-
ſtibus ſe, non teſtimonijs crediturum reſcripſit, d.§. idem
9 Diuus. † Plurimum enim in excutiẽda veritate etiam vox
ipſa, & cognitionis ſubtilis diligentia affert, l. de minore
10.§ plurimum, ff. de quæſtion. Nam & ex ſermone, & ex
eo, qua quis conſtantia, qua trepidatione quid diceret,
10 † quemadmodum, & cuius exiſtimationis quiſque in ci-
uitate ſua ſit, quædam ad illuminandam veritatem in lu-
11 cem emergunt, d.l.10. §. Nam & ex. † Non tamen temerè
teſtes euocandi ſunt per lõgum iter, & abſentes, d.l.3.§. te-
ſtes non temerè. ff. de teſtib. l. iudices 17. C. de fid. inſtrum.
Nouell. c.90 §. porrò quoniam, c. conſtituris 3.§. pręterea
12 de fideiuſſorib. c. ſtatutũ 11.§. proferendo de reſcript. † &
multo minus milites euocandi ſunt à ſignis, vel muneribus
13 perhibendi teſtimonij cauſa, d.§. teſtes nõ temerè. † Ideo-
que his caſibus examinatio teſtium cõmitti poteſt iudici
eius loci, in quo teſtes degunt, vel defenſori loci, vel Pręſi-
di prouinciæ, qui depoſitionibus ſub vtriuſq; partis præ-
ſentia factis, eas ad iudicem, apud quem lis conteſtata eſt
remittet, d.§. porrò quoniam. Vel commiſſarij idonei, &
diſcreti ad teſtes abſentes examinandos mittuntur, cap. ſi
teſtium 8. in fine de teſtib. eſt enim articulus receptionis
teſtium delegabilis. Clement. 1. & ibi glo. de offic. delegat.
Quod tamen in ciuilibus tãtum cauſis obtinet, d.§. porrò,
& d.§. præterea. Nam in criminalibus vbi de maximis re-
bus verſatur periculum, omnibus modis neceſſe eſt teſtes
prodire in conſpectum iudicis, & ibi quæ comperta hẽnt,
14 ac cognita edocere, d.§. porrò, ibi his omnib.† Sed & con-
ſuetudo loci in euocandis teſtibus eſt attendenda, d.l. te-
ſtium fides 3.§. fin. de teſtibus. Nam ſi probabitur, ſæpè in
aliam ciuitatem teſtimonij gratia pleroſque euocatos eſ-
ſe, non eſt dubitandum, quin euocandi ſint, quos neceſſa-
rios in ipſa cognitione deprehenderit, qui iudicat. d.§. fin.
15 † Nulli tamen magiſtratui licet epiſcopos cogere, vt per-
hibendi teſtimonij cauſa in ius prodeant, ſed mittendi ad
eos ſunt ex perſonis iudici apparentibus, vt propoſitis ſan-
ctis euangelijs, prout ſacerdotes decent, dicant quæ noue-
runt. Nouella c.123.§. præterea nulli, & 11 q 1. c. teſtimo-
nium, §. fin. quod idem ſtatutũ eſt de clericis, d.c. teſtimo-
nium in princ. niſi de licentia epiſcopi, vt per Aufret. in re-
16 pet. Clem. 1. de offic. ordin. num. 83.7. concl. nu. 11. † Itẽ &
de valetudinarijs, ſenibus, debilibus, vel pauperibus, qui
ad ipſum iudicem accedere commodè nõ poſſunt, c. ſi qui
teſtium 8. de teſtib. Item & de fœminis, c. mulieres 2. de iu-
17 dic. in 6.† Pręterea ad officium iudicis pertinet cauere, vt
teſtibus ad iudicium venturis ſumptus cõpetentes à pro-
ducente præſtentur: cum id ipſa iuſtitia perſuadeat, ab eo
ſumptus itineris recognoſci, qui euocandas perſonas ſua
intereſſe crediderit, d.l.3. §. Caninio, ff de teſtib. l. quoniã
10. C. eo. l. eos, qui 6.§. ſi quis autem, C. de appellatio. cap.
ſtatutum 11.§. proferendo de reſcript. 4. q.2. c. vlt. §. liberi
18 teſtes. † Sed & aduerſarium contra quẽ teſtes producun-
tur, à iudice citari oportet, vt ſiſtẽdis teſtimonijs interſit.
19 Nouel. c.90 §. ſcimus. † Teſtes quoque inuiti ad dicẽdum
teſtimonium à iudice cogi poſſunt. d. Nouel. c.90.§ præte-
rea, c.1. cap. dilectorum 10. de teſtib. Viu. opin. incip. teſtes
interrogati, lege tamen Iulia iudiciorum publicorũ caue-
tur, ne inuito teſti denuncietur, vt teſtimonium litis dicat
aduerſus ſocerum, generum, vitricum, priuignum, ſobri-
num, ſobrinam, ſobrinove natum, eosve, qui priore gradu
ſint, item ne liberto ipſius, liberorumve eius parentum, vi-
ri, vxoriſve. l. lege Iulia 4. ff. de teſtib. 4 q.2. c. vlt. §. item le-
ge Iulia. Item nec aduerſum patrem, filium, fratrem, d.l.4.
ibi eosve qui priore gradu ſint, l. parentes 5. de teſtib. Viui.
opin. incip. teſtis idoneus, Clar. d.§. fin. q.24. verſic. ſcias ta-
men. Et vt nec patroni, patronæve aduerſus libertos, neq;
liberti aduerſus patronum cogantur teſtimonium dice-
re, d.l.4. & l.11. C. de teſtib. d.c. vlt. §. liberti 4. q.2. Sed in di
cta lege Iulia generi appellatione ſponſum quoque filiæ
contineri placet, item ſoceri, ſpõſæ patrem, l. in legibus 5.
ff. de teſtib. d.c. vlt. §. cum autem. Præterea inuiti teſtimo-
nium dicere non coguntur ſenes, valetudinarij, milites &
illi, qui in magiſtratu Reipublicæ cauſa abſunt, & quibus
venire non licet, l. inuiti 8. ff. de teſtib. d c. vlt. §. item inuiti.
Item inuiti teſtimonium non dicunt publicani: Itẽ is, qui
non deteſtandi teſtimonij cauſa aberit. Item is, qui quid
exercitui præbendum conduxerit, l. inuiti 19. ff. de teſtib.
d.c. vlt. §. publicani. Sed nec pupillis teſtimonium denun-
ciari poteſt, d.l.19. in fine, & d.§. publicani, ver. Sed nec pu
pillis, illud incunctabile eſt, vt ſi res exigat non tantum pri
20 uati, † ſed etiam magiſtratus (ſi in præſenti ſint,) teſtimo-
nium dicant, l. ob carmen 21.§.1. ff. de teſtib. Item Senatus
cenſuit. Prætorem quoque dare debere teſtimoniũ in iu-
21 dicio adulterij cauſa, d.§.1. & d.c. vlt. §. ſi res exigit. † Me-
diator negocij ad dicendum teſtimonium compelli non
poteſt, niſi fortè vtraque pars in teſtimoniũ eius conſen-
tiat, ſeque contentos forè his, quæ ipſe dixerit, profitean-
22 tur. Nouel. c.90.§. præterea. † Nimis quoq; graue eſt ad-
uerſariũ cogi, vt ipſe de domo ſua teſtes aduerſus ſe pro-
ducat, l. nimis graue 6. C. de teſtib. d.c. vlt. § qui intendit.
23 † Sed & teſtes vocati, qui per 15. dies iudicem examina-
turum expectauerint, illis diebus elapſis diſcedere poſſũt,
nec rurſus inuiti ſunt retrahendi. l. ſi quando 15.§. ſed cum
24 minimè, C de teſtib. † Epiſcopus quoque ad dicendum
teſtimoniũ cogi non põt, l. nec honores, C. de epiſc. & cler.
11. q.1. c. teſtimonium, §. nec honore. Clerici, & aliæ eccle-
ſiaſticæ perſonæ ad teſtimoniũ dicendũ cogendi nõ ſunt.
11. q.6 c. ſtatutum, ver. & nulla. Niſi veritas aliter haberi
non poſſit, & tunc de licentia ſuperioris 14. q.2. c. vlt. Clar.
d.§. fin. q.24. ver. Item ſi clericus. Stephan. Aufrer. in repet.
Clemen. 1. de offic. ordin. num. 82. per text. in c. quamquã
25 14. q.2.† Non autem ad fideiuſſores præſtare teſtes cogẽ-
di ſunt, ſe in iudicio affuturos, & permanſuros, donec te-
ſtimonium dixerint, ſed tantum ad iuratoriam cautionẽ
de hoc præſtandam, d.l. ſi quando 15. C. de teſtib. Sed & iu-
riſiurandi religione teſtes, priuſquam perhibeant teſtimo
nium arctandi ſunt. l.8. C. de teſtib. 2. q.4. c. vlt. § & prius
3. q.9. c. penul. 4. q.2. c. vlt. §. iuriſiurandi. De forma autem
iuriſiurandi cauetur in c. quoties. §. probatio de teſtibus,
26 † & ſi qui humiliores ſunt, & in dicendo teſtimonio va-
riant tormentis ſubijci poſſunt, vt ſupra libro 1. probatũ
27 eſt, l. iuriſiurandi 8. C. de teſtib. † Item de modo cogendi
teſtes per excommunicationem cauetur in c.1. in fine. in c.
cum ſuper 2. & in c. vltimo in fine de teſtib. cogend. Viui.
28 opin. incip. teſtis citatus. † De obſeruanda voce ipſius te-
ſtes, item cõſtantia, & trepidatione proponitur in l. de mi-
nore 10.§. plurimũ, ff. de quæſt. De ſingulis circunſtantijs
negocij diligenter inquirendis proponitur in c. cum cau-
ſam 36. de teſtib. Et quod ſigillatim, & diligenter exami-
29 nandi ſint, cauetur in c. venerabili 52. eod. tit † Porrò non
ſemel tantũ, ſed & ſæpius in eadẽ cauſa teſtes producere
licet, dũmodo id fiat ante publicationẽ atteſtationum, ſeu
antequã teſtificata ſint didicita. Nouell. c.90. §. quia verò
vſque ad § porrò. Clement. teſtibus 2. de teſtib. c. iuraui
6 de probat. c. cum veniſſet 25. §. quæſtiones, de teſtibus.
Niſi in ſũmario iudicio teſtes publicati fuerint examinati,
hoc.n. caſu variato agẽdi modo licet eoſdẽ, vel alios teſtes
ſuper

Digitized by Google

ſuper iiſdem Capitulis producere.c.veniens 38.ca.cum in
tua 44. de teſtib. ſed publicatis teſtibus primæ inſtantiæ,
non licet eos,nec alios in cauſa appellationis producere d.
30 Clemen.teſtib.2.† Si dolo,vel culpa examinatoris non de
omnibus Capitulis teſtes fuerint interrogati,ſed de aliqui
bus,& fuerint publicati,nō eſt qui prohibeat,vt denuo ꝓ-
ducantur,& de omiſſis interrogentur c. per tuas 48.de te-
31 ſtib.† Item propter obſcuritatem dictorum ex officio iudi
cis quamuis publicati repetendi ſunt,c.cū clamor 53. ibi
32 gl.eod.ti.† Si de alijs articulis poſtea producantur teſtes,q̄
producti ſunt,prius recipiēdi ſunt c.fraternitatis 17.c.cau
ſam 19.c.cum veniſſet 25.§.fin.de teſtib.& eſt exemplū in
c.cum cauſa 42.eod.ti.ſed ſi de articulis,qui priorib.cōtra-
rij ſunt , denuo teſtes producantur,non ſunt recipiendi d.
Clem.teſtib.2.ver.vel directo contrarijs,de teſtib. Verum
ſi nō directo,ſed per indirectum poſteriores articuli prio-
rib.ſint contrarij, tunc recipiuntur, vt colligitur ex verbis
d.Clem. ibi vel directo contrarijs, cuius exemplum eſt in
exceptione aduerſus priores articulos c.ex tenore 35. de te
33 ſtib.† Planè quarta teſtium productio non aliter admittē
da eſt,niſi is,qui teſtes produxit,teſtificata non perceperit
neq; eorum habuit inſpiciendi copiam,neque ipſe,neque
aliquis aduocatorum eius : aduerſarius verò perceperit
ſolus,& exceptiones aduerſus ea oppoſuit non producen
ri tamen edidit, quominus per exceptiones recomperta;
ea demum,quæ teſtificatis ſuis deſunt, apponat,tūc enim
quarta productio teſtium hanc petenti danda eſt,præſti-
to prius ab ipſo iuramento,quod teſtificata neque perce-
perit, neque harum inſpiciendi copiam habuerit , neque
ipſe, neque aliquis aduocatus , quiue eius gerat negocia,
neque dolo aliquo,aut machinatione , aut arte , quartam
teſtium productionem fieri petat : ſed quia teſtimonijs
per denunciationem petitis prius vti non potuerit d. No-
uella c.90.§.porrò c.in cauſis 15.c.ſignificauerunt 36. cap.
cum cauſam 37.§.fi.c.conſtitutis 46.&c.vltra 55.de teſtib.
Et ſi id factum fuerit vſq; ad quartam productionem te-
ſtium licentia eſt vti teſtibus, ſed non per longum tempo-
ris interuallum,ne per hanc cauſam lites nimium protra-
hantur:ſed omnino ipſis quędā adhibēda celeritas,prout,
iudex id faciendum putauerit,vt in allegatis iuribus.Et de
34 examinandis teſtibus,hæc dicta ſufficiant.† Qui quidē an-
te prandium ieiuni,non poſt examinandi ſunt ca.1. in fine
teſtib.14.q.2.c.placuit verſi.& vt nullus vbi gloſ.dicit hoc
eſſe de honeſtate,non autem de neceſſitate.Nunc de exce-
ptionibus aduerſus teſtes dicendum,ſed prius ſciendū eſt,
35 † quod teſtes, ſi vel falſum teſtimonium perhibuerint,vel
contraria inter ſe dixerint,vel denique ob dicendum teſti-
monium,quid acceperint falſi pœna coerceri l.1.§.1.ff.ad l.
Cornel.de falſ.& vt latè dictum eſt ſupra libro 1.titul.37.
36 † Nec refert,an teſtes huiuſmodi Clerici ſint,vel Laici,ſo-
lum enim dubitatur, ſi Clerici falſum deponant coram iu
dice Laico,an poſſint ab ipſo falſi pœna coerceri? & hanc
quæſtionem in vtramque partē latè agit Stepha. Aufrer.
in repetit.Clemen.1.de offic.ordin.3.quæſt.nu.81. Viuius
in verb.Clericus productus,& teſtem exemptum num. 4.
37 Clar.in §.fi.q.38.n.14.& ſupra tit.6.nu.116.† Regulariter
autem dictis teſtium ſtandum eſt, verumq.eos depoſuiſſe
præſumendum l.teſtium fides 3.ff.de teſtib.l.ob carmē 21.
§.ſi teſtes ff.eod.4.q.2.c.vlt.in prin.& §.teſtium fides. Niſi
non ſit legitimus numerus l. teſtium 14. C. de teſtib.§. &
38 quia inſtit.de fideicom.hæredit.Clar.§.fi.q.53.† Qui autē
ſit legitimus teſtium numerus in quibuſdam caſibus defi-
nitum eſt l.vbi numerus 12.ff.de teſtib.Nam ſi Epiſcopus
pręsbyter,Diaconus, Cardinalis eſſet cōdēnādus amplior
numerus teſtium requiritur.Clar.in d.§.fina.quæſtio. 66.
quod negatur ibidem verſicu.penult.& vltim.& apud Vi
ui.opin.incip.teſtibus duobus conuincitur , & incipiente
39 teſtes duo ſufficiunt.† In ijs igitur negocijs,in quibus nu-
merus definitus nō eſt, duo teſtes ſufficiunt, pluralis enim
locutio duorum numero contenta eſt d.leg. vbi numerus
2.quæſt.4.in princip.cap.1.item 4 quæſt.2.capit.vlt.§.vbi
numerus contradicit d.quæſt.4.capit.præſul,& c.nullam.
Quam obiectionem Gratianus in d.cap.nullam verſic.ſed
hoc vel ſpeciali,&c.ſoluit diſtinguendo, & ſic ſtat firma
propoſitio,pro qua Viui. opin.incip.teſtis ver.in ore duo-
40 rum,& Clarus vbi ſupra.† Vnius igitur teſtimonium in
quacumque cauſa admittendum non eſt,quamuis præcla
ræ curiæ honore præfulgeat leg.iuriſiurandi 8.§.ſancimus
C.de teſtib.l.maritus quidam 2.ff.de quęſtionib.c.veniens
10.§.fin.c.licet 23.cap.cum à nobis 28.& c.licet 47.§. nec
tamen de teſtib.Canon.Apoſtol.74.& 4.quæſt.2.cap.vlti.
§.vnius verò 35.quæſt.6.cap.vlt.§.quod autem 33.quæſt.
2.in princip.verſicu.per vnum hominem Viuius opin.in-
cip.teſtimonium vnius Villalo.M.35.Gabr.lib.1.de teſtib.
41 concluſ.1.numero 1. † Quod idem eſt in ſingulari in di-
cto per allegata,& de ſingularitate teſtium in dicto habe-
mus exemplum in c.bonæ memoriæ 23.§. porrò verſicu.
42 cum,& ſi quilibet de elect.† Verum ſi teſtis Epiſcopus ſit,
huius enim vnius teſtimonium ſufficit. 11.q.1.cap. omnes
43 §.teſtimonium.† Idem eſt,ſi iudex de ſententia ſua teſti-
monium perhibuerit.Nam & huic,quamuis vnico credi-
tur c.poſt ceſſionem 7.de probatio. Viu. opin.incip. iudex
interponens Villalo.D.17. Gabr.lib.2.de ſent.conclu.5.nu.
28.Idem eſt in ordinario atteſtante,ſe ex iuſta cauſa dele-
44 gaſſe. Villalo.O.27. † Idem eſt in arbitro,vel arbitratore
de actis apud ſe habitis deponentibus. Viui.opin.incip.Ar-
biter teſtis . Villalo.C.116. in addit.ibi nota etiam alium.
45 † Si prima tonſura ſit probanda,ſufficit vnicus teſtis. Viu.
46 opi.incip.teſtimonium vnius nume.2.† Teſtimonio Papæ
quamuis vnico creditur d.c.28.in fine de teſtib.controuer-
titur,& diſtinguitur apud Viu.opi.prædicta num.4.apud
Clarum §.fi.q.53.ver.ſed quid ſi aliquis Gabr.lib.1.de pro-
bat.concl.2.Item & Cardinalis legati de latere , vt diſtin-
47 guenda dicit Gabr.vbi ſupra concl.3.† Si Princeps in lite-
ris ſuis teſtetur,aliquem deliquiſſe,ſeq; in eo fundet, q̄uis
vnicus probet ſecundum aliquos apud Viu.opi.incip.Prin
cipis literis.Sed quatenus ſoli Principi ſit credendum,co-
pioſè diſſerit Gabr.lib.1.de probat.concluſ.2.& Clar.§.fi.
q.53.verſ.ſed quid ſi alius. Viuius opi. Teſtimonium vnius
num.4.& Farinacc.de teſtib.q.63.c.3.latè . Sed & ſtante
ſtatuto,vel conſuetudine,quod in aliquibus caſibus ſtetur
dicto vnius teſtis,tunc ſtabitur,vt ex pluribus probat Ti-
raquell.in tractat. de Iudicio de rebus exiguis ferendo in
prin. Et quando,& in quibus caſib. teſtis quamuis vnicus
faciat plenam, ſemiplenam, & nullam probationem latè
diſſerit Farinacc.d.q.63.cap.1.& ſequentib.per totam illā
48 quæſt.† In teſtimonijs etiam fides,dignitas, mores grauj-
tas,examinanda eſt l.1.in princi.ff.de teſtib.Et ideo teſtes,
qui aduerſus fidem teſtationis ſuæ vacillant,audiendi non
49 ſunt d.l.1.† In primis igitur conditio cuiuſque teſtis explo
randa eſt,vtrum decurio,an plebeius ſit, & repræhenſibi-
lis,an locuples, vel egens ſit , vt lucri cauſa quid facile ad-
mittat , vel an inimicus ſit, aduerſus quē teſtimoniū fert,
vel amicus ei, pro quo teſtimonium dat. leg.teſtium 3.in
prin.ff. de teſtib.Nouella cōſt.90.§.corroborantes l.eos te
ſtes 4.C.de teſtib.2.q.1.c.in primis §.ſed & de perſonis 2.
q.4.c.præſul in fine q.7.c.teſtes 3.q.5.c.ſuſpectus c.conſti-
tuimus q.4.cap.nulli q.2.c.vlt.§.teſtium,& §.eos teſtes 6.
q.1.c.qui crimen.verſi.teſtes autem c.infames in fine,& de
verb.ſignifi.c.forum 10.§.fi.& de teſtib cogendis c.præte-
50 rea 7.§.huiuſmodi. † Planè ſi ea rei conditio ſit,vt arena-
rium teſtem , vel ſimilem perſonam admittere cogamur,
ſine tormentis teſtimonio eius credēdum non eſt.l. ob car
men 21.§.ſi ea rei ff.de teſtib.d.l.3.§.lege Iulia ff.eod.humi
libus enim,& abiectis teſtibus fides non eſt habenda ſine
tormentis §.ſi ea rei,& d.§.lege Iulia,& 2.q.1.c.in primis
51 §.teſtes autem 4.quæſt.2.cap.vlti.§.ſi autem ea rei.† Niſi
præsbiteri ſint 5.q.6.c.quia iuxta §.præsbiteri l.8.C.de E-
piſco.& Cler.ſunt enim ſacris ordinibus decorati,& digni
tate Eccleſiaſtica inſigniti,quæ ab omni humilitate ad ſu-
blimitatem eos erigit per ea, quæ latè deducuntur infra li.
3.titu.1.& ſequentib.Et quoad repræhenſibiles, quod di-
ctum eſt procedit,niſi ſe emendauerint c.teſtimonium 54.
52 de teſtib.† Niſi emendatum comitetur infamia,vel ſit pe
53 nitus d.c.54.† Ei quoq; qui ob teſtimonium dicendum,
vel non dicendum , pecuniam accepiſſe conuictus fuerit
credendum non eſt d.§.lege Iulia.4.q.2.c.placuit §. lege Iu
lia in fine 14. quæſtio.5.capitulo vltim.§. ſed non ideo,&
54 de teſtib.c.1.c.ſicut nobis 9.† Sed & in teſtimonium accu-
ſator citare non debet eū,qui in iudicio publico reus erit,
aut qui mino.viginti quinq.annis erit l.in teſtimonium 20.
ff.de teſtib.4.q.2.c.vlt.§.in teſtimonium,& §.lege Iulia &
cap.vlt.de teſtib.& d.q.2.cap.1.in fine.lege Iulia de vi pu-
blica cauetur, ne hac lege in reum teſtimonium dicere li-
ceat ei,qui ſe ab eo,parenteue eius liberauerit,quiue im-
pubes erit , quique iudicio publico damnatus erit , quiue

in vinculis cuſtodiave publica erit, qui ve ad beſtias, vt de-
pugnet, ſe locauerit, quæve palā quæſtum faciat, feceritve, d.l.3.§.lege Iulia, ff.de teſtib.l.Scio 14.ff.eod.l.ex eo 18.
ff.eod.l.repetundarum 15.ff.eod.4.q.2.c.vlt. §.lege Iulia.
55 † Planè neque lex Iulia de vi, & repetundarum, & pecu-
latus neque lex Rhemia in publicis iudicijs calūniæ damnatos, teſtimonium dicere non vetuerunt; verumtamen
quod legibus omiſſum eſt, non omittendo religione iudicantium, ad quorum officium pertinet, eius quoque teſti-
monij fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere, l.quæſitum 13.ff.de teſtibus. Ob carmen quoque fa-
moſum damnatus inteſtabilis fit, l.ob carmen 21. ff.de te-
56 ſtib.& d.c.vlt.§.ob carmen. † Hæretici quoque à dicendo
teſtimonio arcentur, l.quoniam 12.C.de hæretic.cap.1.de
hæretic.2.q.7.c.non poteſt, c.ſi hæreticus, §.ortodoxis, ca.
teſtes in princ.ver.& veræ fidei 3.q.4.c.beatus, cap.ſi quis
verò, & q.5.c.inſpectos, ver.& qui rectam 6.q.1.c.qui crimen, ver.Chriſtum omninò. Canon. Apoſtol.74. Inter ſe tamen hæretici teſtimonium perhibere poſſunt, digni videlicet litigatoribus teſtes, exceptis Manicheis, & quibuſdā
alijs, quibus omnis legitimus actus interdictus eſt, d.l.12.
§.inter ſe, & in c.in fidei fauorem 5.de hæretic.in 6.q.7.c.
ſi hæreticus in princ. Hæreticis autem iudicialia tantummodo teſtimonia contra orthodoxos interdicitur pro orthodoxis non, vtique Nouella c.45.§.enim verò d.c.ſi hæreticus, verſ.ſin autem orthodoxus. Teſtamentaria verò
teſtimonia, & quę in vltimis elogijs, vel in contractibus
conſiſtunt propter vtilitatem neceſſarij vſus, eis ſine vlla
diſtinctione permittuntur, ne probationum facultas anguſtaretur, exceptis tamen ijs hæreticis, quos ne inter hæreticos quidem teſtes eſſe poſſe iam diximus, d.l.12.C.de hæretic. Sed & pro orthodoxis, & Republica hæreticis teſtimonium ferre eſt permiſſum contra hæreticos, non contra orthodoxos, d.l.12.& d.Nouella 45.§.enim verò. Horum enim teſtimonio contra hæreticos ſæpè vtitur Card.
Bellarmin. in controuerſijs fidei ad fidem illuſtrandam, &
illos conuincendum de mendacijs, & erroribus ſuorum ēt
57 atteſtationibus cohæreticorum. Apoſtata, † & legis ſuæ
tranſgreſſor teſtimonium non dicit, d.c.beatus, & d.cap.ſi
58 quis verò. † Item qui de fide dubitat capit.1. de hæretic,
59 † Item excommunicatus, & anathematizatus, c.decernimus 8.de ſent excom.in 6.3.q.4.c.nullus. Niſi in cauſa hæ-
reſis excommunicatus teſtimonium dicat, c.in fidei 5. de
60 hæretic.in 6. † Item illegitimè coniugatus teſtis eſſe prohibetur 3.q.4.c.conſanguineorum. Item & raptor, d.c.conſanguineorum. ver.ſimiliter. Nec non & pauper d.l.3. in
princ.ff.de teſtib.2.q.1.cap.in primis, §.ſed & de perſonis,
61 verſ.& ne inopis 4.q.2.c.vlt.§.teſtium fides. † Serui quoq;
teſtimonium recipiendū non eſt. Nouel.c.90 §.enim verò,
c.forum 10. §.teſtes autem 10. de verbor.ſignific. dicta l.3.
in princ. Si tamen alia probatio deſit, ſerui reſponſo credendum eſt, l.7. ff.de teſtib. d.c.vlt. §.ſerui neque pro domino. Niſi vel pro domino ſuo, vel contra dominum teſtimonium prohibeat, l.ſeruos 7.C.de teſtib.l.1.§.Diuus
Antoninus.ff.de quæſtio.d.l.1.§.Antoninus, & §.ſi ſerui, l.
Diuus pius 9.§.ex quibus, ff.de queſtio.l.vnius 18.§.ſeruo,
62 ff.eod.& d.c.vlt. §.ſerui neque pro domino. † Mulier teſtimonium dicere in teſtamento quidem non poterit, alias
autem poſſe teſtem eſſe mulierem, argumento eſt lex Iulia de adulterijs, quæ adulterij damnatam teſtem produci, vel dicere teſtimonium vetat, non damnatam verò teſtimonij in iudicio dicendi ius habet, l.ex eo 18. ff.de teſtibus, leg.qui teſtamento 20.ff.qui teſt.facer. poſs.15. quæ-
63 ſtio.quarta, capit.ex eo. † Domeſtici teſtimonij fides iure
ciuili improbatur. Idonei enim non videntur eſſe teſtes,
quibus imperari poteſt, vt teſtes fiant, l.ſecunda, C.de teſtib.l.idonei 6.l.teſtes 24. ff.eodem 4.quæſtio.ſecunda, capit.primo, & cap.vltim.§.etiam ciuili, capit.item idonei, §.
teſtis, §.teſtes, & 3.quæſt.quinta, in princip.cum capit.ſequen.cap.ſimiliter, ver.vel affines, cap.accuſatores quæ-
ſtio.9.cap.abſens, ver.nec affines, & de teſtibus, cap.ſuper
64 eo 22. & cap.in literis 24. † Teſtiſque idoneus pater filio,
aut filius patri antedicta ratione non eſt, lege teſtis 9. ff.de
teſtibus. Nec familiaris, nec cognatus, nec affinis producentis, vt in allegatis canonibus. Niſi talis teſtis productus
contra producentem, vel alium producentis familiarem
teſtimonium perhibuerit, d.quæſt.quinta, capit.primo,
verſic. ſed ſi voluerint. In conſanguinitate verò proban-
da, & matrimonio contrahendo, vel diſiungendo teſtes
domeſtici, ac familiares, &c. admittuntur, capit. videtur
65 3. qui matrim. accuſ. poſſ. † Præterea produci teſtis non
poteſt, qui ante in eandem rem teſtimonium dixit, lege
produci 23.ff.de teſtibus 4.quæſtio.ſecunda, cap.placuit,
66 §.fin. Quod autem ſupra diximus explorandum. † An teſtis inimicus ſit aduerſus quem teſtimonium fert, non ita
accipi debet, quaſi ſub prætextu inimicitiarum omnino
detrahenda ſit fides teſtimonio, vel quæſtioni, ſed cauſa
cognita, aut habenda fides, aut non habenda, leg.prima, §.
præterea, ff.de quæſtio. Nam cum quis latrones tradidit,
quibuſdam reſcriptis continetur non debere fidem haberi eis in eos, qui eos tradiderunt. Quibuſdam verò, quæ
ſunt pleniora, hoc cauetur, vt neque de ſtricto habeatur,
vt in cæterorum perſona ſolet, ſed cauſa cognita, æſtimetur habenda fides ſit, nec ne, l.prima, §.cum quidam, ff.
de quæſtionibus, l.ſicuti 4. C.eodem. Plerique enim dum
metuunt, ne fortè deprehenſi, eos nominent, prodere eos
ſolent, ſcilicet impunitatem ſibi captantes, quia non facilè eis indicantibus proditores ſuos credatur. Sed neque
paſſim impunitas eis per huiuſmodi proditiones concedenda eſt, neque tranſmittenda allegatio dicentium idcirco ſe oneratos, quod eos ipſi tradidiſſent, d.l.prima, §.
67 plerique, & dicta l.4. † Porrò pater, & filius qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes vtique in eodem teſtamento, vel eodem
negocio fieri poſſunt, quoniam nihil nocet ex vna domo
plures teſtes alieno negocio adhiberi, l.pater 17.ff.de te-
68 ſtibus 4.quæſtio.ſecunda, cap.vltim. §.pater. † Parentes,
& liberos inuicem aduerſus ſe ad teſtimonium admittendos non eſſe ſupra dictum eſt, & probat, lex parentes 5.C.
de teſtibus, dicto cap.vlt.§.parentes. Niſi cauſa ſit matri-
69 monialis per mox dicta paulò ſuperius. † Sed nec libertus contra patronum, l.libertorum 11.C.de teſtibus 12.q.
ſecunda, cap.epiſcopus, §.fin.4.quæſtio ſecunda, cap.vltimo, §.liberti. Nec ſeruus contra dominum, vt iam proba-
70 tum fuit. † Mandatis quoque cauetur, ne patroni in cauſa, cui patrocinium præſtiterunt teſtimonium dicant, leg.
vlt.ff.de teſtibus 4.quæſt.ſecunda, cap.vlt.§.patroni, & de
teſtibus, cap.inſuper 6.cap.vlt. in princ.eod.tit. Quod &
in executoribus negociorum obſeruandum eſt, vt in alle-
71 gatis iuribus. † Præterea teſtis, qui contractui, vel ſolutioni, vel alij negocio probando non interfuit, vel caſu, nō
rogatus interfuit, non probat, Nouell.con.90. §.& quamnis vſque ad §.ſi eiuſmodi 3.quæſt.9.c.teſtes in princ.verſ.
ſub eorum præſentia, & §.de his etiam, item 5.quæſtio.2.
cap.relatum, §.vnde canonica, verſ.nec de. Sed quoad rogitum contradixit, text.in l.ad fidem 11. ff.de teſtib. dum
inquit. Ad fidem rei geſtæ faciendam etiam non rogatus
72 teſtis intelligitur, & 4.quæſtio.2.cap.vlt §.ad fidem. † Sed
& nullus idoneus teſtis in re ſua intelligitur. Ideoquē omnibus in cauſa propria dicendi teſtimonij facultatem iura ſummouerunt, l.nullus 10.ff.de teſtibus, l.omnibus 9.
C.eod.dicto cap.vlt.§.nullus, & §.omnibus, facit quod nemo ſimul accuſator, & teſtis eſſe poteſt 4.quæſt.4.cap.pri
73 mo, & cap.nullus. † Palam autem eſt, eam propriam eſſe
cauſam, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem
ſuo nomine pertinet, l.1 §.in propria, ff.quand.appellād.
74 ſit. † Hinc eſt, quod quis de vniuerſitate in cauſa vniuerſitatis teſtis ſit, huius enim teſtimonium ob id nō infirmatur, c.inſuper 6.& c.nuncius 12.de teſtib.c.tertio loco 5.de
probat.item 14.q.2.in princ. cum c.ſeq. Niſi cauſa ſit criminalis, in hac enim teſtes de vniuerſitate non admittun-
75 tur pro ea.d.q.2.in princ.cum c.ſeq. † Sed ſi quæratur de
admonitione præmiſſa denunciationi: hoc enim caſu denuncians teſtis eſſe poteſt in propria cauſa cap. in omni 4.
76 de teſtibus. † Adhiberi verò teſtes poſſunt non ſolum in
criminalibus cauſis, ſed etiam in pecuniarijs litibus, ſicuti
res poſtulat: & hi quibus non interdicitur teſtimonium,
nec vlla lege à dicēdo teſtimonio excuſantur. l.1.§.1. ff.de
77 teſtibus. † Sed ad ingenuitatis probationem ſoli teſtes nō
78 ſufficiunt l.1.C.de teſtib. † Solutio quoque eius debiti, qđ
per ſcripturā contractū eſt per teſtes ſolos probari nō poteſt: niſi quinq; teſtes idonei, & ſummæ, atq; integræ opinionis, qui præſtò fuerint ſolutioni celebratæ. l.teſtiū 14.
C.de teſtib. Nouel.c.90.§.& quāuis 3.q.9.c.teſtis, §.de his.
79 † Abſente quoq; aduerſario teſtes examinati nō probāt;
niſi fortè aduerſarius citatus examini adeſſe noluerit, idq;
per

Digitized by Google

per cõtumaciã, non ex iuſta cauſa impeditus. Nouel. c. 90. §.
ſcimus, l. ſi quando 15. §. ſed cũ minimè ibi, & altera parte
ceſſante, C. de teſtib. c. in nomine 2. de teſtib. 2. q. 1. c. in pri-
mis, §. deinde cauſarum ver. ſi eo præſente, & §. quod au-
80 tem dicit. † Teſti quoque, qui ſine iureiurando depoſuit,
non creditur, l. iuriſiurandi 8. C. de teſtib. l. teſtium 14. ibi.
hique cum ſacramenti religione, C. eod. 2. q. 4. ca. vltimo, §.
& prius 3. q. 9. c. penult. 4. q. 1. cap. vlt. §. iuriſiurandi, & ſupra
ver. Sed & iuriſiurandi religione. Nec refert, an Monachi,
vel religioſi ſint, c. tuis 39 & cap. nuper 51. de teſtib. Poteſt
tamen iuriſiurandi neceſſitas à partibus remitti, d. cap. 39.
ver. niſi fortè à parte. Si enim teſtis antea in eadem cauſa
examinatus iurauerit, hoc enim caſu, cum repetitur, de-
nuò iurare non cogitur. c. præterea 7. in princ. de teſtibus
cogendis. Epiſcopus teſtis iurare non cogitur 11. q. 1. ca. te-
81 ſtimonium, §. Epiſcopus. † De forma autem iuriſiurandi
teſtium cauetur in capit. quoties 5. §. probatio. de teſtibus.
82 † Sed & teſtes apud Compromiſſarium iudicem exami-
nati apud Ordinarium iudicem fidem non faciunt, niſi
denuò examinentur, vel aliud in compromiſſo inter par-
tes conuenerit, vel denique teſtes mortui ſint, l. cum apud
16. C. de teſtib. c. præſentia 50. de teſtib. c. veniens 38 c. cau-
83 ſam 11. c. conſtitutus 30. §. fin. eodem. † Teſtis quoque, qui
non viua voce deponit, ſed in ſcriptis teſtimonium perhi-
bet, non probat. l. teſtium fides. 5. §. idem Diuus, ff. de teſti-
bus, & §. Caninio 3. q. 9. c. teſtes 4. q. 2. cap. vlt. §. altera eſt 5.
q. 2. c. relatum, §. vnde Canonica, ca. tua nos 8. §. ſi verò pu-
blicum. ver. cum non ſit de cohabit. Cleric. c. à nobis 2. Qui
matrimon. accuſ. poſſ. Sed licet non probet, facit tamen
præſumptionem d. c. 2. ver. niſi quantum ad præſumptio-
84 nem. † Teſtibus etiam contraria deponentibus non credi-
tur, l. ob carmen 21. §. ſi teſtes, ff. de teſtib. Nouella c. 90. §. ſi
qui planè, l. ſi teſtes 24. ff. de manumiſſ. Nam teſtibus va-
riantibus, vel contraria, ac diuerſa deponentibus non cre-
ditur, vt probant iura allegata, & 3. q. 9. ca. teſtes, §. fin. cum
c. ſequen. 4. q. 2. c. vlt. §. in teſtibus ver. & ideo, & §. qui fal-
ſo, vel variè, l. 2. ff. de teſtib. Si tamen ex pluribus teſtibus
quiſque non ſibi, ſed alteri teſti contrarius eſt, ſtatur al-
terutri teſtium: quo caſu non ad multitudinem reſpici o-
portet, ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem, & teſtimo-
nia, quæ rei aptiora, & vero proximiora eſſe iudex compe-
rerit: niſi fortè in numero ſit magnus exceſſus, & vtriuſ-
que partis teſtes eiuſdem dignitatis, ac fidei: hoc enim ca-
ſu creditur potius his, quæ à pluribus prolata ſunt, d. l. 21.
§. ſi teſtes, & d. Nouell. c. 90. §. ſi qui planè, & d. c. vltimo, in
85 princ. & can noſtra 32. de teſtib. † Sed ſi teſtis incontinen-
ti ſe correxerit, probat c. præterea 7. §. fin. de teſtib. cogen-
86 dis. † Si diuerſitas ſit in verbis, non in rebus, ſeu ad idem
tendat, non aufert de fide. cap. nihil 7. de verbor ſignificat.
87 † In cauſa autem hæreſis ſi teſtis, quod antea negauerat,
poſtea confiteatur, probat tamen, ca. accuſatus 8. §. licet de
88 hæreticis in 6. † Tandem ſi vtrumque verum eſſe poſſit
diuerſo reſpectu, & ſi diuerſum, vel contrarium ſit, pro-
bat. exemplo c. cum tu fili 16. de teſtib. glo. in c. vltim. 4. q. 2.
89 plura dicit de materia. † Si etiam teſtes non diſpari nume-
ro tam pro libertate, quam contra libertatem dixerint pro
libertate magis pronunciandum eſſe, ſæpè conſtitutum
90 eſt, l. ſi teſtes 24. ff. de manumiſſ. † Teſtis de auditu non
probat. c. præterea 27. & ca. tam literis 33. in princ. ver. niſi
de auditu de teſtib. 2. q. 1. ca. in primis, §. ſed & de perſonis
ver. vtrum teſtimonium 3. q. 9. ca. teſtes in princ. Niſi fortè
alijs argumentis talis teſtis adiuuetur, d. c. præterea 27. ver.
vel etiam de auditu, vel de antiquis deponatur. exemplo
35. q. 6. c. de parentela illa, & ibi glo. in verb. audiſti, c. licet
47. de teſtib. l. ſi arbiter 28. vbi glo. & Doctor. ff. de probat.
c. quod per nouale de verbor. ſignific. c. veniens eod. titu. in
6. c. 1. vbi glo. de præſcript. in 6. Oldrad. in conſ. 244. nume-
ro 13. Faber. in §. ex non ſcripto, nume. 14. inſtit. de iure na-
turali, d. cap. licet ex quadam, vbi omnes de teſtibus. Anti-
quum tempus quot ſit, ſunt opiniones relatæ per Menoc.
de arbitrar. lib. 2. centur. 1. caſ. 3. Quod tamen intelligi de-
bet, ſi ij, à quibus ſe audiuiſſe dicit, eſſent ad teſtimonium
perhibendum ſufficientes, minimè ſuſpecti, &c. d. cap. 27.
91 † Poſtremo ſolam teſtationem prolatam, nec alijs legiti-
mis adminiculis cauſam approbatam nullius eſſe momen-
ti, certum eſt, l. ſolam 3. C. de teſtib. 4. q. 2. ca. vlt. Nam ſine
ratione ſcientiæ dicti ſui teſtis non probat, quod dicit, vt
92 in allegatis iuribus notant omnes. † Sed & aliæ plures hu-
iuſmodi exceptiones contra teſtes, & eorum atteſtationes
ex iudicis arbitrio dependent, l. quæſitum ſcio 13. ff. de te-
ſtib. d. c. vlt. §. in teſtibus. Si quidem Imperator Adrianus
reſcripſit, eum, qui iudicat, magis ſcire poſſe, quanta fides
ſit adhibenda teſtibus, l. 3. §. 1. ff. eodem. Nam Iunio Varo
legato Prouinciæ Ciliciæ, ita reſcripſit. Tu magis ſcire po-
tes, quanta fides adhibenda ſit teſtibus, quin & cuius di-
gnitatis & cuius exiſtimationis ſint, & qui ſimpliciter viſi
ſunt dicere, vtrum vnum, eundemque præmeditatum ſer-
monem attulerint, an ad ea, quæ interrogaueras, ex tempo-
re veriſimilia reſponderint, d. §. 1. l. de minore 10. §. pluri-
mum, ff. de quæſtionibus. Id magis ex præmiſſis ſcire non
poſſunt iudices Romanæ Curiæ, quia vt plurimum illos
non examinant, nec deponentes vident, & audiunt, ſed a-
lij, quos vulgò interpretes appellant, examen teſtium cõ-
93 mittunt. † Planè ſi quis teſtibus vſus fuerit, ijdemque te-
ſtes aduerſus eum in alia lite producantur: non licebit ei
perſonas eorum excipere, niſi oſtenderit inimicitias inter
ſe, & illas poſtea emerſiſſe, ex quibus teſtes repelli leges
præcipiunt: non admittitur tamen ei licentia ex ipſis depo
ſitionibus teſtimonium eorum arguere. Sed & ſi liquidis
probationibus datione, vel permiſſione pecuniæ inimicos
corruptos eſſe oſtenderit, etiam eam allegationem integrã
ei ſeruari leges volunt. l. ſi quis 13. C. de teſtib. l. 1. §. 1. ff. eo.
d. c. vlt. §. ſi quis teſtibus cum diſtinctione, de qua in ca. 31.
de teſtib. tandem obſeruandum eſt, teſtes probatorios, &
reprobatorios probatoriorum, reprobare licere, vlterius
procedere non licere, c. licet 49. de teſtib. c. 2. eod. titul. in 6.
Tertia enim teſtium reprobatio non conceditur, d. c. licet,
& d. ca. 2. hæc de teſtibus breuiter dicta ſufficiant, de qui-
bus adeſt ampliſſimus tractatus Proſperi Farinac. ad quẽ,
qui plura deſiderat, recurrat, vbi cætera vſque ad nau-
ſeam repetiet.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſuperat omnem probationem.*
2 *Confeſſus pro iudicato habetur.*
3 *Confeſſio ſua cuique, non aliena nocet.*
4 *Defenſor confitens non præiudicat defenſo.*
5 *Confeſſio pupilli ſine tutore, nulla.*
6 *Minor confeſſus reſtituitur.*
7 *Confeſſio ſi conſtat de corpore, non recipit contrariam probationem.*
8 *Confitens occidiſſe ex confeſſo tenetur, & ſi non occiderit ipſe, ſed alius.*
9 *Confitens ſe heredem ex parte, ex ea conuenitur.*
10 *Confeſſio contra ius, & naturam nullius roboris.*
11 *Confeſſiones falſæ naturalibus debent conuenire, vt obligent.*
12 *Confitens occidiſſe, vel vulneraſſe, cum oſtẽdat viuum, nec vulneratum, non obligatur.*
13 *Clarum eſt quod per euidentiam facti conſtat iudici.*
14 *Hæreditas loco domini habetur.*
15 *Confeſſus certum pro iudicato eſt, ſi incertum non eſt.*
16 *Errans non fatetur, probatur exemplis.*
17 *Error probandus eſt ab eo, qui ſe in eo fundat.*
18 *Error iuris non prodeſt confitenti.*
19 *Confitenti vltro de maleficio non ſemper eſt credendum.*
20 *Confitenti de actione ciuili eſt credendum, & iudicatus eſt.*
21 *Confitens, abſente ſuo aduerſario non habetur pro iudicato, niſi aliquis pro eo adſit.*
22 *Confeſſus in iudicio pro iudicato eſt.*
23 *Locus iudicij quisnam ſit ad hoc, vt confeſſus in eo dicatur.*
24 *Confeſſio extra iudicium non probat, ſed præſumptionem facit.*
25 *Confeſſio extraiudicialis, quæ ſit.*
26 *Confeſſio in criminalibus qualiter à reo extorquenda.*
27 *Confeſſo in ciuilibus, licet pœnitere. Limitatur, & declaratur.*
28 *Confeſſio patitur exceptiones pacti rei iudicatæ, &c.*
29 *Confeſſus ius exceptionibus non vtitur, vt in exemplis.*
30 *Confeſſus factum, exceptionibus vtitur, limitatur.*
31 *Confeſſus tenetur quaſi ex contractu, & re iudicata.*
32 *Confeſſus ijs tenetur, à quibus fuit interrogatus.*
33 *Confeſſus ſe hæredem in ſolidum tenetur, limitatur.*
34 *Confeſſus non reſtituens tenetur ad æſtimationem litis.*
35 *Confitenti datur dilatio ad ſoluendum.*
36 *Iudicis partes nullæ in confitentes ſunt rei iudicandæ, ſed æſtimandæ.*

Con-

37 *Confeſſus falſo ſe teneri, dum ſe obligat, liberat verum debitorem, limitatur.*
38 *Confeſſio, & actionem, & exceptionem parit.*
39 *Interrogatorijs actionibus eliciuntur confeſſiones.*
40 *Edictum de interrogationibus Prætorium.*
41 *Interrogatus an ſit heres, vel poſſeſſor debet reſpondere.*
42 *Interrogatio eſt neceſſaria in actione perſonali.*
43 *Interrogandi facultatem iudex ex æquitate concedit.*
44 *Interrogatus. An ædes, vel locus eius ſit, tenetur reſpondere.*
45 *Interrogatus an ſit heres ex teſtamento, an teneatur reſpondere, vel ex fideicommiſſo.*
46 *Interrogatus de ætate, an teneatur reſpondere.*
47 *Interrogatus in actione ſpeciali reſpondere non tenetur.*
48 *Interrogatus de peculio non tenetur reſpondere de poteſtate.*
49 *Interrogatus in iure tenetur reſpondere ſub pœna.*
50 *Interrogatus, quod quis ſit à Prætore, vel ab aduerſario, nihil intereſt.*
51 *Interrogatio ſerui nulla eſt.*
52 *Interrogandus de ſe non de alio, quis eſſe debet.*
53 *Filius non interrogatur pro patre.*
54 *Defenſor abſentis interrogatus reſpondit.*
55 *Interrogatus tacens, vt teneatur, eſt interrogandus in iudicio non extra.*
56 *Interrogatus tempus impetrat ad deliberandum.*
57 *Interrogatus an heres ſit, quando reſpondere non cogitur.*
58 *Titulum ſuæ poſſeſſionis quis dicere non tenetur.*
59 *Tacere, & ad interrogata non reſpondere, idem eſt.*
60 *Reſpondere obſcurè, & tacere, idem eſt.*
61 *Interrogatus in criminalibus tacens, vel obſcurè reſpondens torquetur, vt clarè reſpondeat.*
62 *Interrogatus an inſtrumento producto vti velit, tenetur reſpondere.*
63 *Interrogatus, an poſſideat, reſpondere cogitur.*
64 *Interrogatis non reſpondentis pœna, quæ ſit.*
65 *Interrogatus ſe hæredem reſpondens ex aſſe, intelligitur.*
66 *Interrogatus falſo reſpondens in ſolidum tenetur.*
67 *Interrogatus reſpondendo erroneè, venia dignus eſt.*
68 *Culpa dolo proxima, inexcuſabilis eſt.*

De confeſſis, & interrogationibus in iure faciendis. Tit. 33.

1 OMnem † probationem ſuperat confeſſio aduerſarij, de ſpecie enim probationis, quæ fit per confeſ-
ſionem, latè differit Maſcard. lib. 1. de probationib.
quæſt. 7. & in concluſ. 344. Confeſſio facta in iudicio, & in
pluribus ſequentibus, & plura referuntur in Syntag. com-
mun. opin. iuris loco 6. tit. 14. & in gloſſ. ſtat. Vrb. lib. 1. cap.
2 179. † Confeſſus enim pro iudicato eſt: quia quodammo-
do ſua ſententia damnatur, l. 1. l. 3. in fin. l. certum 6. §. ſi a-
lias, ff. de confeſſ. l. 1. C. eod. l. 1. §. fin. ff. de interrogat. facien.
l. ſi quis 7. ff. eod. l. ſi quis 8. ff. eod. Clar. §. fin. q. 65. in princ.
3 † Cuique autem ſua, non aliena confeſſio nocet, l. duobus
§. 1. vbi Iaſ. ff. de iureiurand. Bald. conſ. 45 lib. 1. Bero. conſil.
201. num. 10. lib. 3. Nat. conſ. 438. num. 11. Surd. deciſ. 218.
num. 4. Ideoque procuratores, tutores, & curatores fateri
non ſufficit, l. certum 6. §. ſed & an, & ipſos, ff. de confeſſ. l.
vlt. in princ. ff. de actio. & obligat. Villalob. C. 143. Viuius
opin. incip. Confeſſioni tutoris. Clar. §. fina. q. 34. verſic. ſed
quæro. Maſcard. lib. 1. de probationib. concluſ. 369. nume-
ro 6. & concluſ. 370. & nos in glo. ſtat. Vrb. lib. 1. ca. 179. nu-
4 mero 40. & ſequent. † Vnde ſi defenſor in iudicio interro-
gatus, an is, quem defendit, hæres, vel quota ex parte ſit &
falſo reſponderit; ipſe quidem defenſor aduerſario tene-
bitur, ipſi autem, quem defendit, nullum facit præiudi-
cium tot. tit. res inter alias acta, & l. ſi ſine 9. §. Celſus, C. de
interrogat. in iure faciend. l. proinde 25. §. ſi procurator, ff.
ad leg. Aquil. Sed & ſi procurator, aut tutor, aut curator,
aut quiuis alius confiteatur abſentem vulneraſſe: confeſ-
5 ſoria in eos vtilis actio danda eſt, d. §. ſi procurator. † Præ-
terea in pupillis confeſſis tutoris authoritas exigitur, d. l.
6 certum 6. §. in pupillis. † Sed & minor à confeſſione ſua in
integrum reſtitui poteſt, d. l. 6. §. minorem. Clar. in §. fin. q.
7 55. & q. 60 † Nihil autem intereſt, verum, an falſum quis
ſit confeſſus, nec admittitur probatio in contrarium, ſi con
ſtat de corpore, l. ſi is 4. ff. de confeſſ. l. de ætate 11. §. 1. ff. de
8 interrog. in iure faciend. l. ſi filius 12. ff. eod. † Proinde ſi is,
cum quo lege Aquilia agitur confeſſus eſt ſeruum occidiſ
ſe: licet non ipſe, ſed alius ſeruum occiderit, ex confeſſo
9 tenetur, d. l. ſi is. 4. ff. de confeſſ. † Similiter ſi quis, cum hæ-
res non eſſet, interrogatus reſponderit ex parte ſe hære-
dem; ſic conuenietur, atque ſi ex parte hæres eſſet: fides
enim ei contra ſe habebitur, d. l. 11. §. 1. & 2. & d. l. 12. ff. eo-
10 dem. † Planè confeſſiones ita ratæ ſunt, ſi id, quod in con-
feſſione venit, & ius, & natura recipere poteſt, l. ſi is. 14. §.
fin. ff. de interrogat. in iure faciend. exemplo. l. confeſſioni-
bus 13. §. fin. & d. l. 14. in princip. l. ſi ſeruus 16. §. final. & in
princ. & d. l. 13. §. & ſi eum, ff. eod. Vnde is, qui patremfa-
milias ſuum reſpondit eſſe ſeruum, non tenetur noxali a-
ctione, ac nec ſi bona fide liber homo mihi ſeruiat, mecum
noxali iudicio agi poteſt: & ſi actum fuerit, manebit inte-
gra actio cum eo, qui admiſit, d. l. confeſſionibus 13. §. fin.
Idem dicendum, ſi eum, qui in poteſtate patris eſſet, re-
11 ſpondiſſet filium meum. † Nam ita me obligari Paulus
ait, ſi ætas eius pateretur, vt filius meus eſſe poſſit, quia
falſæ confeſſiones naturalibus conuenire debent, propter
quæ fiet, vt patrisfamilias nomine reſpondendo non obli-
get, d. l. 13. §. & ſi eum. Sed & falſis confeſſionibus reſpon-
dentes ita obligantur, ſi eius nomine, de quo quis interro-
gatus eſt, cum alio actio ſit, quia quæ cum alio actio eſſet,
ſi dominus eſſet, in noſmetipſos confeſſione noſtra confe-
remus, d. l. confeſſionibus 13. in princ. Niſi quis ſeruum hæ
reditarium ſuum eſſe confeſſus eſt: hoc enim caſu, quam-
uis nemo ſit, cum quo agi poſſit, puta hæreditate nõdum
adita, nihilominus tamen confeſſus tenetur, l. ſi ante 15. in
12 princip. ff. de interrogat. in iure faciend. † Proinde ſi quis
hominem viuum falſo confiteatur occidiſſe, & poſtea pa-
ratus ſit oſtendere hominem viuum eſſe, ceſſat Aquilia,
quamuis confeſſus ſit ſe occidiſſe: hoc enim ſolum remit-
tit actori confeſſoria actio, ne neceſſe habeat docere, reum
occidiſſe. Cæterum occiſum eſſe hominem à quocumque
oportet. Hoc apertius eſt circa vulneratum hominem; nã
ſi confeſſus ſit vulneraſſe, nec ſit vulneratus, æſtimationem
cuius vulneris faciemus? vel ad quod recurremus? Proin-
de ſi occiſus quidem non ſit, mortuus autem ſit: magis eſt,
vt non teneatur de mortuo, licet confeſſus ſit, l. vnde Nera-
tius 23 §. fin. ff. ad leg. Aquil. l. ſi is. 4. ibi. ſi tamen, ff. de con-
feſſis. Maſcard. lib. 1. de probation. concluſ. 354. Confeſſio
13 etiam ſponte. † Quod enim per euidentiam facti conſtat,
adeo clarum eſt, vt nihil magis, nec iudex aliud requirat,
quam illud, quod oculis videt, atque id eſſe agnoſcit, vt in
allegatis iuribus, c. euidentia de accuſat. Azo in ſumma. C.
ad leg. Aquil. Didacus variat. reſolut. lib. 1. ca. 1. ver. ſepti-
mo. Alba. conſ. 16. num. 8. & conſ. 97. num. 3. Socin. conſilio
61. num. 1. lib. 3. cum alijs allegatis per Maſcard. vbi ſupra
q. 8. Tranſeamus per tot. Planè ſi ante aditam hæreditatẽ
ſeruum hæreditarium meum eſſe reſpondeam, teneor,
quamuis actio aduerſus hæredem, qui nondum adijt hæ-
14 reditatem competere nondum poſſit: † quia domini loco
habetur hæreditas, l. ſi ante 15. in princ. ff. de interrogat. in
15 iure faciendis. † Præterea certum confeſſus pro iudicato
erit: ſi incertum non erit, l. certum 6. in princ. ff. de confeſſ.
Veluti ſi corpus ſit confeſſus, ſi ſtichum, vel fundum dare
ſe oportere, quo tamen caſu vrgeri debet, vt certum confi
teatur. Item qui rem confeſſus eſt, vt certam quantitatem
16 fateatur, d. l. 6. §. 1. † Is quoque qui errat non fatetur, l. 2.
ff. de confeſſ. l. de ætate 11. §. ex cauſa, §. qui iuſto, & §. final.
ff. de interrogat. in iure facien. l. cum fideicommiſſum 7. ff.
de confeſſ. l. cum teſtamentum 8. C. de iuris, & facti ignor.
l. non idcirco 9. C. eod. l. non Epiſtolis 13. C. de probationi-
bus, c. ex parte 3. de confeſſ. c. cum cauſam 62. de appellat.
c. ſi aduerſus, §. fin. de reſtit. in integr. in 6. Maſcard. lib. 1.
de probationib. concluſ. 378. Confeſſionem erroneam. Vn-
de ſi quis interrogatus, an patri hæres eſſet reſponderit,
mox prolato teſtamento inuentus ſit exhæredatus æquiſ-
ſimum eſt ei ſuccurri, d. l. de ætate 11. §. ex cauſa, ff. de inter-
rogat. in iure facien. Idem dicendum ſi quis hæredem ſe ex
teſtamento eſſe reſponderit, & mox falſum, vel inofficio-
ſum, vel irritum teſtamentum fuerit pronunciatum, d. l.
11. §. idem dico. Sed & qui iuſto ductus errore negauerit
17 ſe hæredem, venia dignus eſt, dict. l. 11. §. qui iuſto. † Planè
error confitentis releuat quidem eum, ne confeſſoria a-
ctione conueniri poſſit, vel ne pro iudicato habeatur, ſed à
probandi onere non releuat eum, qui enim confeſſus eſt,
quamuis per errorem, præſumptionem contra ſe habet,
niſi

niſi errorem, & contrarium probauerit, vt ſupra dictum
18 eſt de probarionibus tit. 29. verſ. ſi is itaque. † Sed & iuris
error confitenti nihil prodeſt, etiam quoad confeſſoriam
actionem, l. 2. ff. de confeſſis. Sed & qui propter culpam la-
tam, vel dolo proximam errauit, non adiuuatur, d. l. 11. §.
qui iuſto, & §. fina. Nec etiam intereſt, quamuis ſine inter-
rogatione præcedente quis ſit confeſſus, l. ſi ſine 9. in princ.
19 ff. de interrogat. in iure facien. † Planè ſi quis vltrò de ma-
leficio fateatur, non ſemper ei fides habenda eſt: nonnun-
quam enim aut metu, aut qua alia de cauſa in ſe confitea-
20 tur, l. 1. §. ſi quis vltrò, ff. de quæſtionib. † Si alia quacum-
que actione ciuili, vel honoraria, vel interdicto exhibito-
rio, vel reſtitutorio, vel prohibitorio conuentus confitea-
tur: omne omnino, quod quis confeſſus eſt, pro iudicato
21 habetur, l. certum 6. §. ſi alia, ff. de confeſſ. † Sed & ſi quis
abſente aduerſario confeſſus ſit pro iudicato non habebi-
tur, quia nec qui iurat, de operis obligatur, nec abſenti
quis condemnari ſolet, l. vlt. ff. de interrogat. in iure facien.
d. l. 6. §. ſi quis abſente, ff. de confeſſ. Maſcard. lib. 1. de pro-
batio. concluſ. 347. & concluſ. 350. Certè procuratorem,
tutorem, curatoremve præſentem eſſe ſufficit, d. l. 6. §. cer-
tè. Præterea multum etiam refert, quo loco confeſſio facta
22 ſit. Nam Prætor ait. † Qui in iure interrogatus reſponde-
rit pro iudicato eſt, in iure ſic accipiendum eſt, apud ma-
giſtratum populi Romani, vel Præſidem Prouinciæ, vel
alium iudicem competentem, l. voluit 4. §. fina. ff. de inter-
rogat. in iure faciend. l. 1. §. 1. & ibi gloſſ. ff. eod. c. at ſi clerici
23 4. de iudic. Villalob. C. 142. † Ius enim is ſolus locus eſt, vbi
iuriſdicendi, vel iudicandi gratia iudex conſiſtat, vel ſi do-
24 mi, vel in itinere hoc agat, dict. l. 4. §. ius enim. † Sanè extra
ius confeſſio facta, quamuis non obliget confitentem, præ-
ſumptionem tamen aduerſus eum facit, & non niſi con-
trarium probauerit liberabitur, vt ſupra oſtenſum eſt in
dicto titul. 29. facit Viuius opin. incip. Confeſſio facta co-
ram. Clar. §. fin. q. 21. & q. 55. Villalo. C. 135. Maſcard. dict.
25 concluſ. 347. † Et confeſſio coram quocunque etiam in-
competente iudice, & vbicumque facta habet vim confeſ-
ſionis extraiudicialis. Viu. opin. prædicta Clar. §. fina. q. 55.
ver. præterea etiam Maſcard. lib. 1. de probat. concluſ. 352.
26 Surd. deciſ. 12. † Præterea in criminalibus cauſis quæſtio-
nem ad extorquendam reo confeſſionem, niſi alijs etiam
argumentis ſuſpectus ſit, non adhibendam, necnon con-
feſſionem huiuſmodi cum ſua qualitate accipienda dixi-
mus ſupra lib. 1. de quæſtionib. & tormentis tit. 19. per tex.
in l. 1. §. Diuus Seuerus, ff de quæſtionib. & per alia iura ibi
27 allegata. † Sed & in ciuili cauſa confeſſo, licet pœnitere, ſi
nulla captio ex eius pœnitentia ſit actori: maximè ſi po-
ſtea plenius inſtructus quid faciat inſtrumentis, vel epiſto-
lis amicorum de iure ſuo edoctus, l. de ætate 11. §. fin. ff. de
interrogat. in iure facien. cap. cum cauſam 62. de appellat.
Nam re integra, vel eodem die licet pœnitere, & confeſ-
ſionem reuocare. vt notant omnes in allegatis iuribus Tur
za. opin. 173. Villalob C. 135. in fine. Gabr. libr. 1. de confeſſ.
concluſ. 3. 5. & 6. Maſcard. lib. 1. de probat. concluſ. 350. nu
mero 8. & ſeq. & concluſ. 352. numer. 9. Re verò non inte-
gra, & poſtquam alteri eſt ius quæſitum non vtique Ro-
land. conſ. 85. num. 6. lib. 2. Surd. deciſ. 218. nume. 5. & 256.
28 num. 8. & 9. † exceptionibus etiam, quæ inſtitutis in iudi-
cio contra reum actionibus opponuntur, & is vti poteſt,
qui ex ſua reſponſione conuenitur, veluti pacti conuenti
rei iudicatæ, & cæteris, l. non vtique 9. ff. de except. l. ſi fi-
lius 52. §. fin. ff. de interrogat. in iure faciend. Vnde mortuo
ſeruo, quem in iure interrogatus ſuum eſſe confeſſus eſt
non tenetur is, qui reſpondit, quemadmodum, & ſi pro-
prius eius fuiſſet poſt mortem eius teneretur, l. ſi ante 15.
§. mortuo, ff. eod. Nam vt confeſſus obligetur, debet ſubeſ-
ſe actio principalis, quæ nulla exceptione poſſit elidi, l. con
feſſionibus 13. §. final. cum l. ſequent. ff. eod. l. vlt. ff. de con-
feſſ. cum alijs allegatis paulo ſuperius verſ. Planè confeſ-
29 ſiones ita ratæ. † Planè qui non factum, ſed ius confeſſus
eſt, hoc eſt non ſe promiſiſſe, vel legatum eſſe, ſed debere:
omnimodo tenetur, quamuis in confeſſione facti excep-
tione defenderetur, exemplo l. 2. ff. de confeſſ. l. qui Stichū.
5. ff. eod. Vnde Iulianus ait, Confeſſum certum ſe debere
legatum omnimodo damnandum, etiam ſi in rerum natu
ra non ſit, ita tamen vt in æſtimationem eius damnetur, d.
l. 2. & Vulpianus ait. qui Stichum debere ſe confeſſus eſt,
ſiue mortuus iam Stichus erat, ſiue poſt litis conteſtatio-
30 nem deceſſerit, condemnandus eſt, d. l. 5. † Planè ſi errore
facti lapſus ſe debere confeſſus ſit: exceptione defendi-
tur, aut ſaltem per in integrum reſtitutionem ei ſuccurri-
tur, l. cum fideicommiſſum 7. ff de confeſſ. c. ex parte 3. de
confeſſ. c. cum cauſam 62. de appellat. c. ſi aduerſus, §. fina.
de in integr. reſtit. in 6. Niſi negotium ſit finitum, tūc enim
ratione erroneæ confeſſionis facti cauſa retractanda non
eſt, d. §. fin. ibi. donec negotium ſit finitum, d. cap. ex parte
31 ver. cum negotio. † Porrò, qui interrogatus reſponderit,
ſic tenetur quaſi ex contractu eius obligatus, pro quo pul
ſabatur, dum ab aduerſario interrogatur, l. de ætate 11. §.
qui interrogatus, ff. de interrogat. in iure faciend. Sed ſi à
Prætore fuerit interrogatus, nihil facit Prætoris authori-
tas, ſed ipſius reſponſum, ſiue mendacium, d. l. 11. §. ſed ſi à
Prætore. Item quaſi ex re iudicata tenetur, l. certum 6. §.
ſed & ſi fundum, ff. de confeſſis. Nam ſi fundum vēdicem
meum eſſe, tuque confeſſus ſis, perinde teneberis, atque ſi
dominij mei fundum eſſe, pronunciatum eſſet, d. §. ſed &
32 ſi fundum. † Iis autem ſolis ex confeſſione ſua quis obli-
gatur, qui in iure interrogaſſent, l. vlt. ff. de interrogat. in
iure faciend. Vnde Procuratore Cæſaris ob debitum fiſca-
le interrogante, ſi vnus ex filijs, qui nec bonorum poſſeſ-
ſionem acceperat, nec hæres erat, reſpondit ſe hæredem: à
cæteris creditoribus hæreditarijs, ſi vnus ex filijs, qui in iu-
re, non interrogaſſent, ex reſponſo ſuo conueniri non po-
33 teſt, d. l. vlt. † Qui autem reſpondit ſe hæredem, nec adie-
cit pro qua parte hæres ſit, in ſolidum tenetur, l. ſi ſine 9.
34 §. qui interrogatus, ff. de interrogat. in iure faciendis. † Et
qui confeſſus non reſtituit, in litis æſtimationem conden-
natur. l. certum 6. §. ſi alia quacumque in fine, ff. de confeſſ.
35 † Dandum tamen tempus eſt, cum competenti cautela ad
ſoluendum pecuniam, d. §. ſi alia quacumque, l. ſi debitor
21. ff. de iudicijs, l. debitoribus 31. ff. de re iudic. dict. §. ſi alia
ver. dabitur igitur. Neque enim damnum magnum eſt in
mora modici temporis. Modicum autem tempus hic intel-
ligendum eſt, quod poſt condemnationem reis indultum
36 eſt, d. l. ſi debitori 21 ff. de iudic. † Notandum inſuper eſt,
quod in hac actione, quæ aduerſus confitentem datur, iu-
dex non rei iudicandæ, ſed æſtimandæ datur. Nam nullæ
partes iudicantis in confitentes ſunt. Puta enim quod qui
conuenitur, fateatur, ſe occidiſſe ſeruum, vel animal, & pa
ratus ſit æſtimationem ſoluere, & aduerſarius magni litem
æſtimet, l. proinde 25. §. fin. cum l. ſequenti, ff. ad leg. Aquil.
37 † Porrò, qui falſo confeſſus eſt ſe teneri, dum ſe obligat
ſua confeſſione, verum debitorem liberat, l. ſi quis 8. ff. de
interrogat. in iure faciend. l. qui ſeruum 20. in princ. ff. eo-
dem. Niſi fortè confeſſus per exceptionem tutus ſit, vel
ſoluendo non ſit, vel denique cauſa talis ſit, vt vno ex duo-
bus conuento, & ſoluente, alter non liberetur. His enim ca-
ſibus verus debitor non liberatur, d. l. 20. in princ. l. 13. §. fin.
l. qui ex parte 18. ff. eod. Planè hoc poſteriore caſu, ſi defen
dendi veri debitoris cauſa confeſſus ſit, etiam debitori ex-
ceptio prodeſt: cum confeſſo, mandati, vel negotiorum ge
ſtorum actione ceperit eſſe obligatus, d. l. 20. ibi. niſi quaſi
38 defenſor, &c. † Poſtremo ex confeſſione non actio ſolum
confeſſoria competit, de qua hactenus dictum eſt, ſed etiā
exceptio. l. quidam 30. in princ. ff. de donationib. Ideoque
qui in iure interrogatus nihil ſibi deberi reſpondit, actio-
nem amiſit, licet enim non tranſactionis, ſed donationis
hæc verba eſſe quis accipiat, attamen is, qui in iure confeſ-
ſus eſt, ſuam confeſſionem infirmare non poteſt, dict. l. 30.
Hæc de confeſſionibus in iure factis, quam breuiſſimè di-
39 cta ſufficiant. † Ad quas eliciendas interrogationum fa-
cultas à iure aduerſario conceſſa eſt, in locum interrogato-
riarum actionum, quæ in deſuetudinem abierunt, l. 1. ff. de
40 interrogat. in iure faciendis. † Nam de interrogationibus
edictum Prætor propoſuit, quia ſciebat, difficile eſſe eis,
qui hæredem, bonorumve poſſeſſorem conueniunt, pro-
bare aliquem eſſe hæredem, bonorumve poſſeſſorem, quia
plerumque difficilis probatio hæreditatis eſt, l. 2. & 3. ff.
41 eod. † Voluit autem Prætor adſtringere eum, qui conue-
nitur ex ſua in iudicio reſponſione, vt vel confitendo, vel
mentiendo ſe oneret: ſimul vt de portione, pro qua quiſ-
que hæres extiterit ex interrogatione certioretur, l. voluit
42 4. in princ. ff. eod. l. 1. §. 1. ff. eodem. † Eſt autem interrogatio
tunc potiſſimum neceſſaria, cum in perſonam eſt actio, &
ita ſi certum petatur: nedum ignoret actor, qua ex parte
aduerſarius defuncto hæres extiterit, interdum plus petē-
do

Digitized by Google

do aliquid damni ſentiat, d.§.1. vbi gloſſ. in verb. damni.
43 † Non autem ſolum in hoc caſu interrogandi facultas a-
ctori conceditur. Sed & vbicumque iudicem æquitas mo-
uerit, æquè oportere fieri interrogationem, dubium non
44 eſt, l. vbicumque 21. ff. de interrogat. in iure facien. † Ideo-
que non alienum eſt, eum, à quo damni infecti ſtipulari ve
limus, interrogari in iure, an ædes, vel locus eius ſit, ex quo
damnum timeatur, & pro qua parte, vt ſi negat ſuum præ
dium eſſe, ne damni infecti caueat: aut cedere, aut reſiſten
dum putauerit, quaſi dolo verſatus tradere compellatur,
45 l. non alienum, ff. de interrogatio. in iure faciend. † Illud
quæritur, an quis cogatur reſpondere, vtrum ex teſtamen
to hæres ſit, & vtrum ſuo nomine ei quæſita ſit hæreditas,
an verò per eos, quos iuri ſuo ſubiectos habet, vel per eũ,
cui hæres extitit? Summatim igitur Prætor cognoſcere
debebit, cum quæreretur, an quis reſpondere debeat quo
iure hæres ſit: vt ſi valdè intereſſe compererit, plenius re-
ſpondere iubeat. Quæ obtinere debent non ſolum in hære
dibus, ſed etiam in honoratijs ſucceſſoribus, l. ſi ſine 9. §. il-
lud quæritur, ff. eod. Iulianus ſcribit, eum quoque, cui hæ-
reditas reſtituta eſt, debere in iure interrogatum reſpon-
dere, an hæreditas ei ex cauſa fideicommiſſi ſit reſtituta, d.
46 l. 9. §. final. † De ætate quoque interrogatus interdum re-
47 ſpondere debet, l. de ætate 11 in princip. ff. de interrog. † In
ſpeciali verò actione non cogitur poſſeſſor dicere, pro qua
parte eius ſit: hoc enim petitoris munus eſt, non poſſeſſo-
ris, l. in ſpeciali 73. ff. de rei vendic. quod etiam in Publicia-
48 na obſeruatur, d. l. 73. §. quod etiam. † Si de peculio aga-
tur non oportere reſponderi à patre, vel domino, an in po-
teſtate habeat filium, vel ſeruum, quia hoc ſolum quæri-
tur, an peculium ſit apud eum, cum quo agitur, d. l. 9. §. fi-
49 nal. ibi Iulianus ſcribit, ſi de peculio. † Porrò interrogatus
in iure cogitur reſpondere. Quod ſi tacet, in ea cauſa eſt,
vt inſtituta actione in ſolidum conueniatur, nam qui om-
ninò non reſpondet, contumax eſt, contumaciæ autem pę
nam hanc ferre debet, vt in ſolidum conueniatur: quia
Prætorem contemnere videtur, l. de ætate 11. §. qui tacuit,
ff. de interrogat. in iure facien. cap. ſi poſt. 2. de confeſſ. in 6.
50 † Nihil autem intereſt, ſiue à Prætore interrogatus ſit, ſi-
ue ab aduerſario, l. ſi ſine 9. §. 1. & d. l. 11. §. qui interrogatus.
51 † Si verò ſeruus interroget, vel interrogetur nulla interro
52 gatio eſt, d. l. 9. §. 1. ff. eod. † Sed & alius pro alio non debet
reſpondere cogi: de ſe enim debet quis in iudicio interro-
gari, hoc eſt, cum ipſe conueniatur, d. l. 9. §. alius, l. filius 19.
53 ff. eodem. † Vnde ſi filius cum pro patre ſuo ageret, tacuit
interrogatus, omnia perinde obſeruanda erunt, ac ſi non
54 eſſet interrogatus, d. l. 19. † Planè is, qui abſentem defen-
dit, eius nomine interrogatus, ſi non reſpondit, pœnam nõ
defendentis ſubit, vt probatum fuit ſupra hoc libro titul.
12. vet. Quinimo non ſolum in actionibus, & eſt tex. in c. 2.
55 verſ. verum de confeſſ. in 6. † Vt autem tacens in ſolidum
teneatur, requiritur, vt in iure, vel apud iudicem, non ex-
traiudicialiter ſit interrogatus, l. voluit Prætor 4. §. final. ff.
de interrogat. in iure faciend. l. 1. §. interrogatorijs, ff. eod.
56 † Præterea qui interrogatur. An hæres, vel quota ex parte
ſit, vel an in poteſtate habeat eum, cuius nomine noxali iu
dicio agitur: ad deliberandum tempus impetrare debet:
quia ſi perperam confeſſus fuerit, incommodo afficiatur:
Et quia hoc defunctorum intereſt, vt ſucceſſores habeant,
intereſt, & viuentium, ne præcipitentur, quamdiu iuſtè
deliberant, l. qui interrogatur 5. cum l. ſequenti, ff. de in-
57 terrogat. in iure faciend. † Sed & ſi interrogatus. An hæ-
res ſit, controuerſiam hæreditatis ab alio patiatur non co-
gitur reſpondere: ne aut negando ſe hæredem, præiudicet
ſibi, aut dicendo ſe hæredem, illigetur etiam ablata ſibi hę
reditate, l. & quia 6. §. interdum, ff. eod. Filio quoque, qui
ſe abſtinuit, ſi interrogatus an hæres ſit tacuerit ſuccurren
dum eſt: quia hunc, qui abſtinuit, Prætor non habet hære
58 dis loco, l. ſi filius 12. § ſin autem, ff. eod. † In rei vendica-
tione, vel alia ſimili poſſeſſor interrogatus non cogitur di-
cere titulum ſuæ poſſeſſionis, nec pro qua parte eius ſit
res, vel poſſeſſio. l. in ſpeciali 73. ff. de rei vendic. Hactenus
59 ſi interrogatus tacuerit, quid iuris ſit, dictum eſt. † Idem
autem iuris eſt, ſi interrogatus reſponderit quidem, ſed
non ad interrogatum, d. l. de ætate 11. §. quod autem, ff. de
interrogat. in iure faciend. c. præſentium 2. §. præterea ſi-
gillatim, & ibi gloſ. in verb ſufficienter de teſtib. in 6. Qui
tamen interrogatus, an ex dimidia parte hæres ſit, reſpon-
derit. Hæres ſum: ad interrogatum videtur reſpondiſſe, d.
l. 9. §. qui interrogatus ibi, niſi fortè ita, ff. de interrogat. in
60 iure faciend. † Sed & nihil intereſt neget quis, an taceat
interrogatus, an obſcurè reſpondeat, vt incertum dimittat
interrogatorem, d. l. 11. §. nihil, ff. eod. d. §. præterea ſigilla-
61 tim. † Sed in cauſis criminalibus interrogatus reſponde-
re nolens, vel nec apertè, ſed obſcurè reſpondens non habe
tur pro confeſſo, ſed torquetur, vt reſpondeat, vt apertè
reſpondeat, affirmando, vel negando. Clar. in § final. q. 45.
62 ver. ſed pone. † Item inſtrumentum producens, ſi interro
gatus fuerit, an eo vti velit, taceat, vel obſcurè reſpondeat,
hoc enim caſu pro confeſſo non habetur, vt probatur ſi-
mul, & diſtinguitur apud Gabr. lib. 7. de malefic. concluſ.
63 7. † Itaque in iure interrogatus, an fundum poſſideat, re-
ſpondere cogendus eſt, & quota ex parte fundum poſſi-
deat, vt ſi minore ex parte poſſidere ſe dicat, in aliam par
tem, quæ non defenderetur, in poſſeſſionem actor mitta-
tur, l. qui ſeruum 20. §. in iure, ff. de interrogat. in iure fa-
cien. Idem & ſi damni infecti caueatur. Nam & hic reſpõ
dere debet, quota ex parte eius ſit prædium, vt ad eam
partem ſtipulationem accommodemus, d. l. 20. §. idem &
64 ſi damni. † Pœna autem non reſpondentis hæc eſt, vt in
poſſeſſionem eamus. & ideo eò pertinet ſcire, an poſſide-
65 ant, d. l. 20. §. pœna. † Sed & qui interrogatus hæredem ſe
reſponderit, nec adiecit ex qua parte: ex aſſe reſpondiſſe
dicendus eſt, niſi fortè ita interrogetur, an ex dimidia par-
te hæres ſit, & reſponderit: hæres ſum, hic enim, vt dictum
eſt, ad interrogatum reſpondiſſe videtur, d. l. 9. §. qui in-
terrogatus. Sed & ſi interrogatus quis, an ex aſſe hæres eſ-
ſet, reſponderit, ſe ex parte hæredem: ſi ex dimidia eſſet,
nihil ei nocet reſponſum, l. de ætate 11. §. ſi interrogatus
66 quis, ff. de interrogat. in iure faciend. † Præterea, & is in
ſolidum tenetur, qui falsò ad interrogatum reſpondet, &
negat id, quod eſt, d. l. 11. §. nihil intereſt, §. qui tacuit, §. qui
cum eſſet. Si ergo cum eſſet ex ſemiſſe hæres, dixerit ſe ex
quadrante hæredem: mendacij hanc pœnam feret, quod
in ſolidum conuenietur, non enim debuit mentiri, dum ſe
minoris portionis hæredem aſſeuerabat, d. §. ſi cum eſſet.
Interdum tamen iuſta ratione poteſt opinari ſe hæredem
ex minori parte, quid enim, ſi neſcit partem ſibi adcreuiſ-
ſe, vel ex incerta parte fuit inſtitutus: cur ei reſponſum no
67 ceatur, d. l. 11. §. interdum. † Qui ergo iuſto errore ductus
negauerit ſe hæredem, venia dignus eſt, d. l. 11. §. qui ergo.
68 † Sed & ſi quis ſine dolo malo, culpa tamen reſpondit, di-
cendum erit abſolui eum debere, niſi culpa dolo proxima
ſit, d. l. 11. §. ſed & ſi quis. Sanè ſi ſeruus non ſit vnius, ſed
plurium, & omnes mentiti ſunt, eum in ſua poteſtate non
eſſe, vel quidam ex illis, aut dolo fecerunt, quominus ſit in
poteſtate: vnuſquiſque eorum tenebitur in ſolidum, quẽ-
admodum tenerentur, & ſi haberent in poteſtate. Is ve-
rò, qui nihil dolo fecit, quominus in poteſtate haberet, vel
non negauit non tenebitur, l. ſi ſeruus 17. ff. de interrogat. in
iure faciend. Hæc de eo, ſi interrogatus, vel tacuerit, vel ad
interrogatum non reſponderit, vel obſcurè reſponderit,
vel denique mentitus ſit, quam breuiſſimè dicta ſufficiãt.
Si autem interrogatus confeſſus ſit, ex ſua confeſſione con
ueniri poteſt, vt ſupra in principio huius tituli dictum eſt,
& partes iudicis in iudicialiter confeſſis ſunt, præcipere
confeſſis, vt ſoluant, l. 1. C. de confeſſ. l. 1. & l. 3. & 6. ff. eod.
Vel dare terminum ad ſoluendum, illoque elapſo exequi,
vt probatur in glo. ſtatut. Vrb. libro 1. cap. 179. numero 20.
& ſequentib.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſiurandi religione lites deciduntur.*
2 *Iuſiurandum vim tranſactionis, & rei iudicatæ obtinet.*
3 *Iuſiurandi vim habet nouationis, delegationis, ſolutionis, & acceptilationis.*
4 *Probatione deſtitutus defert iuſiurandum, vt aut iuret, aut ſol uat, limitatur.*
5 *Iuſiurandum, qui deferre non poſſint, & qui iurare non compelluntur.*
6 *Iuſiurandum delatum propter rem non remittitur.*
7 *Iuſiurandum non defertur pupillo.*
8 *Iuſiurandum alieni de facto alieno non defertur.*
9 *Hæres de facto defuncti non iurat.*
10 *Procurator, & defenſor non iurant.*

11 *Tutor delato iuramento pro pupillis iurat.*
12 *Iuſiurandum poteſt deferri pro omnibus, vel pro aliquibus rebus.*
13 *Iuſiurandum deferens prior iurat de calumnia, limita.*
14 *Iuſiurandum d ferens, ſi illud renocauit amplius non defert.*
15 *Iuſiurandum hoc non defertur, vbi lex requirit probationes, nec in matrimonialibus, nec vbi lex prohibet iurare, nec ei, qui ſuam intentionem probauit.*
16 *Iuramento delato poteſt is, cui delatum eſt, illud referre deferenti.*
17 *Iuſiurandum delatum referens non iurat de calumnia.*
18 *Iuſiurandum extra iudicium delatum non refertur.*
19 *Iuſiurandum in cauſa delicti delatum non refertur.*
20 *Iuſiurandum tale referri debet, quale fuit delatum, limitatur.*
21 *Iuſiurandum hoc ſemper ante ſententiam poteſt deferri.*
22 *Iuramento delato tempus datur ad iurandum.*
23 *Iuramentum delatum apud iudicem præſtandum, limitatur.*
24 *Iurandum eſt, vt delatum eſt, aliàs non erit iuratum.*
25 *Iurandum eſt omne licitum delatum iuſiurandum.*
26 *Solemniter per Deum iuratur, per demonianos iuratur.*
27 *Iurandum non eſt illicitè, nec ſine cauſa.*
29 *Exceptione iuriſiurandi tuetur, qui iurauit.*
30 *Iuramentum præſtitum actionem, & exceptionem parit.*
31 *Pœna peierantis.*

De iureiurando Tit. 34.

1 MAximum †. remedium expediendarum litium in
vſum venit, iuriſiurādi religio: qua vel ex pactio-
ne ipſorum litigatorum, vel ex authoritate iudi-
cis deciduntur controuerſiæ l. 1. ff. de iureiurando Maſcar.
lib. 1. de probationib. quæſt. 9. & in ſent. [illegible] comm. opin.
loco 1. ci. 21. plura referuntur, & in gloſſ. ſtat. Vrb. lib. 1. c.
89. Menoch. de arbitr. caſ. 72. lib. 2. Huc pertinent, quæ do-
cuit Quintilianus de oratore lib. 5. c. 6. & Budeus in l. iuſiu-
randum ff. de iureiurando, & de iuramento pulcra nota-
tu digna affert Diuus Thomas in 2. 2. q. 89. per tot. & Po-
2 lyantea in verbo iuramentum. † Iuſiurandum enim ſpe-
ciem continet tranſactionis, maioremque habet authori-
tatem, quam res iudicata, cuius vicem obtinet, cum ipſe
quis iudicem aduerſarium ſuum de cauſa ſua faciat, defe
rendo ei iuſiurandum, l. 2. ff. eod. l. 1. in princip. ff. quar. rer.
actio non datur l. ſi deferente 13. ff. quib. mod. pign. ſoluat
3 l. qui iuraſſe 26. §. fin. ff. de iureiurand. † Sed & iuſiuran-
di conditio ex numero eſſe videri poteſt, nouandi, delegā-
diue, quia proficiſcitur ex conuentione, quamuis habeat,
& inſtar iudicij d. §. fina. ibi iuriſiurandi conditio. Solutio-
nis quoque loco cedit. l. iuſiurandum 27. ff. eod. Et accep-
tilationi non eſt abſimile iuſiurandum l. iuſiurandum 40.
4 ff. eod. † Is itaque cui probandi onus incumbit, cum proba
tione deſtituitur, poteſt aduerſario deferre iuſiurandum,
vt aut iuret, aut ſoluat l. iuſiurandum 34. §. ait Prætor leg.
manifeſtè 38. ff. de iureiurādo l. delata 9. C. eod. c. & ſi Chri
ſtus 26. eod. tit. 22. q. 1. c. 1. in fine cata ergo verſi. niſi neceſſi
tas c. tu malum, & c. ſi peccatum, etiamſi deferens proba-
re poſſit. Viuius in verb. iurare in litem ver. & dato quod
quis. Sed per actorem nihil probato reus poteſt ſine tur-
pitudine recuſare iurare, vt in gloſ. ſtat. Vrb. lib. 1. c. 89. cō-
tradicit text. in d. leg. 34. §. ait Prætor. Nam ita Prætor ait:
eum a quo iuſiurandum petetur, ſoluere, aut iurare cogā.
Alterum igitur eligat reus, aut ſoluat, aut iuret. Si non iu-
rat ſoluere cogendus erit à Prætore d. leg. 34. §. ait Prætor
cum alijs ſupra allegatis iuribus. Niſi referat iuriſiuran-
dum actori leg. manifeſtæ 38. ff. de iureiurando, & d. l. de-
5 lata 9. C. eod. † Manifeſtæ enim turpitudinis eſt, & confeſ-
ſionis, nolle nec iurare, nec iuſiurandum referre d. l. 38. &
d. leg. 9. ſi famoſa actione agatur, tunc iuſiurandum dela-
tum referri non poteſt cap. vlti §. ne liceat de iureiurando.
Nec minus ſi illud iudex detulerit d. c. vlt. in princ. Viuius
in verb. teſtis vnicus de viſu numero 3. Villalo. l. 154. Ga-
briel libro 1. de probat. concluſ. 1. numero 41. Clar. §. final.
quæſtione 63. & infra verſicu. ſed & ſi in cauſa Menoch. d.
caſu 72. de arbitr. Prodigus etiamſi deferat iuſiurandum,
audiendus non eſt. Idemque in cæteris ſimilibus ei di-
cendum eſt. Nam ſiue pro pacto conuento, ſiue pro
ſolutione, ſiue pro iudicio hoc iuſiurandum cedit, non ab
alijs delatum probari debet, quamuis ad hæc habiles ſunt,
leg. tutor 35. §. 1. ff. de iureiurando. Sed & qui non com-
pelluntur iudicium accipere, nec iurare compellendi ſunt,
vt legati prouinciarum dicta leg. 35. §. final. Item ſi patro-
nus libertam ſuam duxerit vxorem, non compellitur iura-
re de rerum amotarum iudicio leg. ſi patronus 16 ff. eod.
Et in quibus caſibus non permittitur exceptionem non nu-
meratæ pecuniæ opponere, vel ab initio, vel poſt taxa-
tum tempus elapſum, in his nec iuſiurandum offertur,
licet leg. in contractibus 14 §. illo obſeruando C. de non nu
merata pecunia. Vt illud Prætoris iurare, vel referre co-
gam, totum accipiendum ſit, niſi cauſa cognita appa-
reat, cogendum non eſſe ex allegatis, & allegandis, &
probat Stephanus Forcatulus in Neryomantia iuris po-
riti dialogo 96. Theſaur. deciſio. 61. Menoch. de arbitr. caſ.
6 72. † Quoties autem propter rem iuratur, nec parenti,
nec patrono remittitur iuſiurandum leg. quoties 14. ff. de
iureiurando. Propter rem verò iuſiurandum exigitur, ve-
luti de pecunia credita, cum iurat actor, ſibi dari oporte-
re, vel reus ſe dare non oportere, dicta leg. 14. ibi propter
rem idem eſt, cum de pecunia conſtituta iuſiurandum
7 exigitur dicta leg. 14. §. idem eſt. † Pupillo non defertur
iuſiurandum leg. iuſiurandum 34. §. pupillo ff. de iureiu-
rando 22. quæſtione quinta cap. paruuli c. pueri in princi.
8 & cap. honeſtum in fine. † Nec alij, quam de cuius facto
quæritur leg. nec filius 7. C. de iureiurand. leg. nam poſtea
9. §. fina. cum leg. ſequen. ff. eodem leg. 3. §. penulti. leg. ſed
& ſi 11. §. fina. cum leg. ſequen. ff. eodem leg. nec filius 7. §.
ſi petenti ff. de publiciana in rem actio. leg. videamus 4. ibi
graue enim ff. de in litem iurando Gabr. libro ſecundo de
iureiurand. concluſ. 6. numero 10. Viuius in verb. iurare in
litem. Ideoque pater amouentis iurare non cogitur, cum
iniquum ſit, de alieno facto alium iurare leg. Marcellus 11.
9 §. iurare ff. rerum amotarum. † Is ergo cogitur iurare,
qui amouiſſe dicitur, & idcirco nec hæres eius, qui quæue
amouiſſe dicetur, iurare cogetur d. §. iurare, & dicta leg.
10 34. §. procurator ff. eodem. † Procurator quoque non
11 compellitur iurare, nec defenſor. d. §. procurator. † Planè
cum etiam à pupillorum tutoribus velut ab ipſis pupillis
relicta fideicommiſſa videantur, ſi fideicommiſſum reli-
ctum negetur ad iuſiurandum tutor adigi poteſt leg. cum
12 etiam 5. C. eodem. † Non autem neceſſe habet actor de
omnibus rebus iuſiurandum deferre, veluti de rebus amo
tis. Nam permittitur de quibuſdam rebus iuſiuran-
dum deferre, de quibuſdam probare, leg. de rebus 14. ff.
rerum amotar. Sed electa via probandi, an ſit locus huic
iuramento diſſeruimus in gloſſ. ſtatut. Vrb. libr. primo ca
13 pit. 89. † Sanè qui iuſiurandum defert, prior de calum-
nia iurare debet, ſi hoc exigatur: deinde ſic ei iurabitur
leg. iuſiurandum 34. §. qui iuſiurandum ff. de iureiurando
leg ſi non 37. ff. eodem leg. delata 9. ibi ſi non per actorem
C. eodem, quod ſi de calumnia iurare nolit, denegabitur e
actio, quamuis aduerſarius iurare nolit, ſibi enim imputet
qui proceſſit ad delationem iuriſiurandi, nec prius de
calumnia iurauit leg. ſi non 37. ff. de iureiurando. Planè
hoc iuſiurandum de calumnia parentibus, ac patronis iu-
ſiurandum deferentibus remittitur dicta leg. 34. §. qui iu-
14 ſiurandum in fine. † Si quis iuſiurandum detulerit, &
nec dum eo præſtito, poſtea, vt pote ſibi allegationibus
abundantibus, hoc renocauerit, iterum ad ſacramentum
ei recurrere non licet. Satis enim abſurdum eſt redire
ad hoc, cui renunciandum putauit, & cum deſperauerit
aliam probationem, tunc denuo ad religionem conuola-
15 re leg. ſi quis 11. in princip. C. de iureiurand. † Sed dela-
tioni huius iuriſiurandi locus non erit, vbi lex requirit ma
nifeſtiſſimas probationes. Viuius in verb. teſtis vnicus de
viſu numero tertio, & ſupra verſicul. ſi famoſa, & infra
verſicu. ſed & ſi cauſa delicti: Minus locus erit, ſi cauſa
matrimonialis ſit, vt probatur, & diſtinguitur apud Vil-
lalo. l. 155. vbi Fichard. in additio. & apud Gabriel. libro
primo de probat concluſ. 1. numero 4. & ſequen. cum alle-
gatis infra libro tertio titulo 104. prope finem. Idem vti-
que erit, vbi ſtatuto, vel lege iurare prohibitum ſit, vt
patet ex allegatis ſupra, & infra, & probat Viuius in
verb. ſtatutum lex. Tandem idem erit, ſi is, cui defertur,
ſuam intentionem ſatis probauerit. Nam contra fa-

ctas

Digitized by Google

ctas probationes non eſt deferendum, & delatum, & iuratum, nec exceptionem, nec actionem parit, ca. ſicut 2. de probatio. & infra tit. 36. in princ. Surd. deciſ. 17. numero 3.
16 † Dantur autem ei, cui iuſiurandum delatum eſt, facultas, ſimaliter, referendi iuſiurandum, & ſi is, qui petet, conditione iuriſiurandi relati non vtetur, iudicium ei Prætor non dabit. Æquiſſimè enim hoc facit: cum non debeat diſplicere conditio iuriſiurandi ei, qui detulit, d. l. 34. §. datur, ff. de iureiurand. & in princip & in §. fin. l. delata 9. in fine, C.
17 eod. l. generaliter 12. C. eod. §. ſed iuramento. † Referens autem iuſiurandum de calumnia prior iurare non cogitur. Neque enim ferendus eſt actor, ſi conditioni, quam ipſe detulit, de calumnia velit ſibi iurari, d. l. 34. §. datur ibi.
18 ſed nec iuſiurandum. † Planè iuſiurandum, quod ex conuentione extra iudicium defertur, referri non poteſt, l. iuſ-
19 iurandum 7. ff. eod. † Sed & ſi in cauſa delicti iuſiurādum delatum ſit, referri id non debet, l. Marcellus 11. §. fin. cum l. ſequenti, ff. rerum amotar. l. idem 13. ff. eod. c. vlt. §. nec liceat de iureiurando. Sic enim Vulpianus ait. Si quis rerum amotarum iudicio delatum ſibi iuſiurandum deferre velit, non videtur Prætor id permiſiſſe: non magis, quam ſi quis ei, qui furti agat, iuſiurandum referat, an ipſe fur ſit, d. l. 11. §. fin. cum l. ſequen. cum alleg. ſupra verſ. ſi famoſa.
20 † Tale denique iuſiurandum referri debet, quale delatum eſt, quod tamen non perpetuò verum eſt, neque ſemper conſonans eſt per omnia referri iuſiurandum quale defertur: forſitan ex diuerſitate rerum, vel perſonarum quibuſdam emergentibus, quæ varietatem inducunt. Ideoque ſi quid tale inciderit, officio iudicis conceptio huius
21 iuriſiurandi terminanda eſt, d. l. 34. §. non ſemper. † Iuſiurandum autem deferri poteſt, vel in principio litis, vel in medio, vel in ipſa diffinitiua ſententia: poſt ſententiam, ſiue ea in rem iudicatam tranſierit, ſiue per appellationem ſuſpenſa ſit, fruſtra defertur. l. generaliter 12. C. de iureiu-
22 rand. † Si denique is, cui iuſiurandum delatum eſt, dubitet, aut remittendum ei iuſiurandum eſt, aut ſpacium dandum, vt certioretur, & ſic iuret, d. l. 34. §. 1. ff. eod. l. qui interrogatur 5. cum l. ſequente, ff. de interrog. in iure facien. Quod idem dici debet de actore, cui refertur iuſiurādum,
23 dubitante, vt in allegatis iuribus Natta conſ. 35. † Porrò delato iureiurando, illud regulariter apud ipſum iudicem præſtandum eſt, l. generaliter 12. §. omne igitur, C. de iureiurand. Verum ad egregias perſonas, eoſque, qui valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad iuſiurandum præſtandum, l. ad perſonas 15. ff. eod. Sed & ſi iuſiurādum defertur abſenti, licet fortè per procuratorem ventilata, debet venire ad iudicem, vel ſi iudex exiſtimauerit, ad eum mittendum eſt, vt eo loco, vbi eſt, ſub actorum teſtificatione iuret, vel referat, vel recuſet, iuſiurandum delatum, d. l. 12. §. his de præſentibus, C. eod. Niſi localiter ara alicuius Sancti tenens iurandum ex delatione ſit. Felin. in ca. tuis de teſtib. Plautus in Rudente actu 5. ſcena 3. Cicero pro Flacco. Martin. del Rio magicarum diſquiſ. lib. 4. ca. 4. q. 3. Theſaur. deciſ 47. num. 16. & 17. & deciſ. 61. qui affert exemplum iuramenti delati, vt præſtetur ſuper Diui Antonij ara, & infra lib. 3. tit. 93. ſub nume. 9. Sed plura de loco iuriſiurandi præſtandi dicta ſunt ſupra hoc libro de iu-
24 ramento calumniæ, & alijs iuramentis tit. 28. † Iurari autem oportet, vt delatum eſt iuſiurandum, l. ait Prætor 3. §. fin. cum legibus ſequentibus, ff. de iureiurando. Cæterum ſi ego detuli, vt per Deum iurares, tu per caput tuum iuraſti, vel filiorum tuorum: non erit ratum habendum iuſiurandum. Quod ſi exegi, vt per ſalutem tuam iurares, &
25 iuraſti, ſtabitur, l. non erit 5. ff. eod. † Omne enim omnino licitum iuſiurandum, per quod voluit quis ſibi iurari, idoneum eſt, & ſi ex eo fuerit iuratum, Prætor id tuebitur, d. l. 5. §. omne enim. Sed non facilè iurandum ſecundum Epictetum in Enchiridion c. 44. inquit enim. Iuſiurandum recuſa. ſi fieri poteſt omnino, ſin minus quantum potes, & Diuus Thomas in 2. 2. q. 89. art. 2. & 8. dicit tantum in neceſſitate eſſe iurandum. Contra qui per ſalutem ſuam iurat, licet per Deum iurare videatur (reſpectu enim diuini numinis ita iurat) attamen ſi non ita ſpecialiter iuſiurandum ei delatum eſt, iuraſſe non videtur, & ideo ex integro ſolemniter iurandum eſt, d. l. 5. l. qui per ſalutem 33. ff. eo-
26 dem. † Solemniter autem per Deum, non per creaturas iuratur, d. l. 5. & d. l. 33. & 22. q. 1. c. & iurabunt, c. conſidera, c. clericum, c. ſi quis, & cap. mouet te, §. ſicut etiam. Quam varium, & multiplex iuſiurandum apud diuerſas gentes erat, & per quos Deos iurare conſueuerint, docet Alexan. ab Alex. lib. 5. Genial. dier. c. 10. & Deus omnipotens, quando in ſacris ſcripturis dicit, Amen dico vobis, quaſi iuſiurandum nobis præſtat, teſte Diuo Auguſtino tractat. 41. in Ioannem relato per Card. Bellarmin. de gemitu columbæ lib. 1. c. 8. Planè ſi quis illicitum iuſiurandum detulerit, ſcilicet improbatæ publicæ religionis, pro eo habetur, atque ſi iuratum non eſſet. Vnde Diuus Pius iureiurando, quod propria ſuperſtitione iuratum eſt, non eſſe ſtandum reſcripſit, d. l. 5. §. Diuus. Nam per Dæmonia, & falſos Deos iurandum non eſt, d. c. mouet te in princ. & hoc videtur vo-
27 luiſſe Diuus Pius in d. l. 5. † dum per propriam ſuperſti-
28 tionem non eſſe iurandum ſtatuit. † Nec aliter illicitè, neque ſine cauſa iurandum eſt ſub pœnis, de quibus in 22. q. 1. c. ſi quis per capillum, & q. 4. ca. qui ſacramento, & c. neceſſe, & per totas illas quæſtiones, Surd. deciſ. 17. nu. 3.
29 † Porrò ſi is, cui delatum iuſiurandum eſt, iurauerit, exceptione iuriſiurandi defenditur, de qua dicetur infra titul.
30 ſequente 36. † Sed & interdum ex iureiurando præſtito obligatur quis, & obligat deferentem. Vtputa ſi quis iurauerit, me ei vendidiſſe rem centum, non ſolum exceptione vtitur: ſed & ex empto agere poterit, vt ei cætera præſtentur, id eſt, vt res tradatur, & de euictione caueatur, leg. ſi duo 13. §. ſi quis iurauerit, ff. de iureiurando. Sed & ipſe ex vendito tenetur, vt pretium ſoluat, niſi de hoc ipſo iuratum eſt, quod pretium ſit ſolutum, dict. l. 13. §. an tamen. Idem dicimus, & ſi quis ſocietatem feciſſe iurauerit. Nam & is pro ſocio poterit conueniri, d. l. 13. §. idem dicemus. Item ſi quis iurauerit ob decem pignori dediſſe fundum, non alias pignoratitia agere poterit. quam ſi decem ſoluerit. Sed & in decem ex iureiurando ſuo poteſt conueniri, d. l. 13. §. Marcellus. Idem dicendum, ſi quis iurauerit, rem ſibi ab vxore in dotem datam eſſe. Nam & hic vxori vti-
31 lis de dote actio datur, d. l. 13. §. quamuis. † Porrò ſi iureiurando præſtito, poſtea iurans de periurio fuerit conuictus, fuſtibus, caſtigatur, vel ad tempus exulat, l. quod ſi 21. cum lege ſequenti, ff. de dolo malo, d. l. 13. §. fin. l. vlt. ff. ſtellionatus, de qua relatius dicetur in titulo proximè ſequenti. Nec ſemel periuro defertur 22. q. 5. c. paruuli in ca. quæſtioni, vbi Abb. & Dec. de appellat. Nec minus ei, qui veriſimiliter eſt peieraturus gloſ. Abb. & alij in ca. clericos de habitat. cleric. Marſil. ſing. 74. Menoch. de arbitr. caſu 392. num. 2. & 3. Surd. deciſ. 17. num. 4. & 5.

SVMMARIVM.

1 *Periurium committit, qui falſum iurat, & qui nō præſtat, quod dare iurauit.*
2 *Periurium quid ſit, definitur.*
3 *Periurium quodam calore commiſſum habet Deum vltorem.*
4 *Pupillus peierare non dicitur.*
5 *Peierare non dicitur, qui iuſta cauſa iudicio non ſteterit.*
6 *Peierare non dicitur, qui iurauit munus non ſuſcipere, & poſtea ſuſcepit.*
7 *Iuramentum illicitum non ſeruatum non facit periurium, limita.*
8 *Iuramentum ſeruandum, non ſeruatum cauſat periurium.*
9 *Iuramentum omne illius relaxatione non impetrata, ſtat in ſuo robore, & non ſeruatum cauſat periurium.*
10 *Iuramentum generale non cauſat periurium in ſpeciali.*
11 *Iudex non peierat, qui non poteſt, vt iurauit ſuam ſententiam exequi propter appellationem, limitatur.*
12 *Iuramentum generale in ſpeciali, quod quis non iuraſſet, non cauſat periurium.*
13 *Iurans falſum ſine dolo putans verum, non peierat, limitatur.*
14 *Iurans mentem iuratam retinens, excuſatur.*
15 *Mens peierandi, & ſi iuratum non ſit, non excuſatur.*
16 *Promittens ſub iuramento de alia re præſtito non peierat.*
17 *Iuramentum non adimpletur per æquipollens.*
18 *Hæres non faciendo, quod defunctus iurauit, periurium non cōmittit, limitatur, & declaratur.*
19 *Mortuo eo, cui iuratum eſt, an iurans dicatur committere periurium. ſi non præſtet hæredi.*
20 *Actore plus petente, reus iurando non debere, non peierat.*
21 *Contractu annullato, vel ſtatutis mutatis, qui iurauit ſeruare non peierat non ſeruando.*
22 *Iurans teſtamentum non mutare, mutando, an peieret?*

Periu-

Digitized by Google

23 *Periurium nemini præiudicans non committitur.*
24 *Periurium in iureiurando delato nec in cauſa criminali committitur.*
25 *Recipiens iuſiurandum illicitum, an peccet.*
26 *Periurij reus eſt, qui cogit alium peierare.*
27 *Audiens peierantem, & tacens peccat.*
28 *Conſentiens periurio, punitur.*
29 *Pœna periurij, quæ.*
30 *Clericus periurus deponitur, & Epiſcopus grauius punitur, laicus amittit dignitatem.*

De periurio. Tit. 35.

1 SI falſum † iuratum ſit, vel non præſtetur id, quod eſt
iuratum periurium committitur, & vindicatur, vt
fuit probatum in tit. præcedente in fine & 22. quæſt. 2.
c. animaduertendum §. cum ergo Clar. in §. periurium nu.
2 1. † Quid autem ſit periurium declaratur illius definitione,
de qua in d. quæſt. 2. in princip. cum cap. ſequen. & per
tot. quæſtionem illam, item quæſt. 4. cap. vl. §. quod autem
3 illicitum, & in Polyantea in verb. periurium. † Periculum
autem corporis, vel maieſtatis crimen, & ſi per principis
venerationem quodam calore fuerit peieratum, inferri nõ
debet. Iuriſiurandi enim contempta religio ſatis Deum vltorem
habet leg. 2. C. de iureiurando leg. 2. C. ad leg. Iul.
4 Maieſtat. † Pupillus verò peierare non videtur, quia ſciens
non videtur fallere l. qui iuraſſe 26. in princip. ff. de iureiu-
5 rand. & 22. q. 4. c. vlt. † Sed & qui iurato iudicio ſiſti promi
ſit, non videtur peieraſſe, ſi ex conceſſa cauſa hoc deſerue
rit. leg. vlt. ff. qui ſatiſd. cogant. c. ex parte 13. de Cleric. non
reſid. 21. quæſt. 2. cap. beatus c. vlt. §. probatur hoc etiam
6 leg. 38. in princip. ff. ad municipal. † Imperator quoque Seuerus,
& Antoninus reſcripſerunt gratiam ſe facere iuriſiurandi
ei, qui iurauerat, ſe ordini non interfuturum, &
poſtea duumuir creatus eſſet dicta leg. Imper. 38. in prin-
7 cip. ff. ad municipalem. † Si illicitum fuit iuſiurandum, vel
contra bonos mores ex eo non cauſatur periurium c. cum
quidã 12. § illo verò c. ſicut 13. c. quanto 18. ſuper quo ver.
ſi falſam, & c. intellecto 33. de iureiurando cap. vlt. §. final.
de pact. c. non eſt 58. de reg. iuris in 6. 22. quæſt. 2. cap. vnico
in fine cum quæſt. 4. ſequenti in princip. vſque ad c. qui ſacramento
& c. non eſt c. non peierabis §. malum cap. ſi aliquid
c. ſi quis præuentus c. mulier in princip. & §. ſi autem
propterea cum c. ſequente. Sed ſi non ſeruando iuſiurandum
illicitum, ob id in aliud malum transeatur, non autẽ
in bonum redeatur: tunc enim non ſeruando iuſiurandum
quamuis illicitum, pœna periurij committitur d. c. ſi quis
præuentus §. fin. cum c. ſequenti, & d. c. mulier in prin. ver.
ſed ſi nec adultero, & §. ex his itaque. Si dum iurauit, illicitum
iuſiurandum eſſe ignorauerit, tunc debet illud obſeruare,
ſi aliquo licito modo eſt obſeruabile, aliàs pœna periurij
committitur d. c. quanto 18. §. ſi verò legitimam de
iureiurando, & d. quæſt. 4. c. vlt. vſque ad §. quod autem illicitum.
Niſi in iure, non in facto iurans errauit d. c. vltim.
ver. non ex ignorantia iuris, ſed facti, & ſecundum Diuum
8 Thomam in 2. 2. quæſt. 89 arti. 7. & 9. † Si id, quod iuratur
non ſui natura ſit vitioſum, ſed propter perſonam iurantis,
vel ſimilem circumſtantiam, tunc ſeruandum eſt, aliàs
pœna periurij committitur d. cap. vlti. §. iuramentum itaque.
Idem eſt, ſi quis temerè id iurauit, quo nec corporalis
nec ſpiritualis ſalus adimitur cum declaratione, de qua in
9 dicto cap. innocens vlt. §. ex modo. † Verum ſi relaxatio talis
illiciti iuramenti non fuerit petita, vel impetrata, &
non præſtatur id, quod eſt iuratum, committitur periurium,
& vindicatur. Nam ſi iuſiurandum eſt illicitum, vel
per metum extortum, ad id relaxandum, actio competit,
exemplo cap. 1. cap. ſi verò aliquis 8. cap. verum 15. cap. ſicut
29. de iureiurando, & relaxatio non conceditur, ſi iuſiurandum
ſeruari poſſit ſine interitu ſalutis æternæ d. ca.
8. §. duximus vbi gloſſ. in verb. proprium. Et relaxatione
10 non conceſſa, iuramentum ſtat in ſuo robore. † Si quis cũ
generaliter iuraſſet, caſus ſpecialis extet à lege exceptus: in
hoc enim iuramentum non ſeruans, periurium non com-
11 mittit, c. ad noſtram 21. de iureiurando. † Idem ſi iudex, à
quo appellatum eſt, iurauerit de ſententia intra certum tẽ
pus exequenda, hoc enim iuramentum in præiudicium ſu
perioris, ad quem eſt appellatum, non valet, ideoque à pœ
na periurij, qui iurauit, excuſatur c. venientes 19. eod. titu.
Sed ſi de eo, quod iurauit, conuentus, vt præſtet, appellauerit,
non excuſabitur cap. breui 17. eod. titulo Prout non
excuſabitur ille, qui in communi loquela peierauit. 22. q. 1.
12 cap. habemus. † Verum ſi quis cum generaliter iuraſſet ſe
facturum quicquid ſibi fuerit mandatum: id mandatum
ſit, de quo ſi admonitus eſſet, veriſimiliter nõ fuiſſet iuratus,
excuſabitur: exemplo cap. veniens 16. de iureiurando.
13 † Excuſatur etiam ille, qui ſine dolo malo falſum iurauit,
vel verum eſſe putauit 22. quæſt. 2. cap. animaduertendum
§. ſed aliud cap. homines cap. 15. autem c. beatus §. ille ergo
& c. vlt. §. Epiſcopus verò Gabr. lib. 7. concluſ. 33. numero
1. Clar. §. periurium verſic. excuſari 5. Verum ſi quis verbis
fraudem adhibuit, vt cum non iuraſſet, putaretur tamen
iuraſſe, vel ſecundum verba non peierauit, non excuſabitur
20. quæſt. 5. cap. qui peierare. §. ex his omnibus cap. hoc
videtur §. fin. cap. ſequen. c. ecce dico. Diuus Thom. in 2. 2.
14 quæſt 89. art. 3. † Si autem iurans mentem iniuratam retinuerit,
videtur excuſandus d. quæſt. 5. c. humanæ. Si quis ſu
per lapidem iurauerit, non ideo excuſabitur d. c. ecce dico,
15 & d. c. humanæ §. item obijcitur qui iurat. † Qui nondum
iurauit, & ſi excuſetur, tamen nõ excuſatur, ſi paratus fuit
16 peierare d. c. qui peierare in princ. † Si quis aliquid promiſeri
ſub eo iuramento, quod antea de alia re præſtiterat,
hoc enim caſu periurij pœna non committitur, quamuis
non præſtetur promiſſum, exemplo c. Clericus 35. de iureiurand.
Nec minus committitur, ſi filij familias iuramentũ
17 pater reuocauerit d. q. 5. c. pueri §. puella. † Si per æquipol
lens factum ſit id, quod iuratum eſt, non ideo ex hoc iurans
à periurij pœna excuſatur. Villalo. l. 122. Vin. opin. incip.
iuramentum verſicu. promittens ibi, quia iuramentum. Et
ideo iurans ſoluere non videtur excuſabilis, ſi compenſa-
18 re velit, vt per Viuium ibi Villal. l. 127. † Si iurans mortuus
ſit, hoc enim caſu hæres eius non faciendo, periurium non
committit. Gabr. lib. 2. de iureiurand. concluſ 6. numero 1.
& 2. Niſi fortè filius ſit hæres, vt diſſeritur apud Gab. in d.
concluſ. 6. numero 11. Vel niſi imploretur officium iudicis
Eccleſiaſtici ad exonerandam animam defuncti d. conclu.
19 6. num. 12. † Si is, cui præſtari iuratum eſt, ſit mortuus videtur
excuſabilis, vt diſſerit Gabr. d. concluſ. 6. num. 7. Sed
ſi ex natura contractus, in quo iurauit iurans non teneatur,
hoc enim caſu iuramentum aſſumit naturam contractus,
vel diſpoſitionis, de qua iuratum eſt, vt nõ ſit obligatorium,
vt probat, & diſtinguit Gabr. lib. 2. de iureiurando
20 concluſ. 8. & Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 89. art. 7. & 9. † Si
cum actor plus peteret, reus iurauit ſe non debere, hoc enim
caſu in ea quidem parte, quam reuera debet, peieraſſe
videtur, vt diſſeritur apud Gabr. lib. 2. de expenſ. conclu.
21 2. num. 1. & 3. † Idem videtur, ſi contractus, in quo iuratum
eſt, fuerit annullatus, vt diſſeritur apud Gabr. libro 6.
de clauſulis concluſ. 8. numero 4 & ſequen. & libr. 2. de iureiurando
concluſ. 6. num. 6. Idem ſi quis cum iuraſſet ſeruare
ſtatuta, & poſtea mutata ſint. Gabriel. d. concluſ. 5.
22 numero 32. & ſequen. † Idem ſi cum iuraſſet teſtamentum
ſe non mutaturũ, id mutauerit, controuertitur apud Clar.
in §. teſtamentum quæſt. 94. verſi. ſed nunquid facit, quod
dictum eſt paulo ſuperius verſicu. ſed ſi ex natura contra-
23 ctus, & verſicu. idem videtur. † Si periurium nemini præiudicet,
vel obſit, non committitur periurij pœna Clar. in
§. periurium verſi. poteſt etiam 11. Nec ſi delato ab aduer
ſario iureiurando peierauit d. §. periurium verſicul. vltim.
24 ibi. Item quando. † Nec minus in criminali cauſa, ſi reus
iurauit non feciſſe d. verſic. vltim. in princip. & idem Clar.
in §. fina. quæſt. 45. verſi. quid ergo. Nam in cauſa criminali
non poterat iuſiurandum deciſorium deferri per allega-
25 ta in titu. præcedente. † Qui recipit iuſiurandum illicitũ,
vel ex quo periurium commiſſum eſt. Hic non videtur peccare,
ideoque non tenetur 22. quæſt. 1. c. ſi peccatum § fin.
cum cap. ſequen. Niſi fortè ſciens eum peierare, iuramentum
ab eo nihilominus exegerit 22. q. 5. c. ille, qui & c. qui
exigit, quod idẽ eſt ſi per falſos Deos ſibi iurari faciat 22.
q. 1. c. mouet te. Vel ſi ad illicitum iuſiurandum aliquẽ coe-
26 gerit 22. q. 4. c. inter cætera §. qui verò eum. † Qui aliquem
coegit, vt faceret contra iuſiurandum. Hic quoq. periurij
reus eſt 22. q. 5. in princ. cum c. ſequen. c. ſi quis conuictus c.
27 hoc videtur § penul. † Qui audit peierantem, & tacet. Hic
28 quoq. peccat d. c. ſi quis conuictus §. ſi. cũ c. ſeq. † Tandẽ q
periurio conſenſit, & hic quoq. punitur d. c. ſi qs cõuictus

M ver.

ver.ij verò qui, & Diuus Thomas in 2.2. quæſt.98. art.4.
29 & per tot.quæſt. † Pœna autem periurij vltra deducta ſu
pra in proximo præcedente titulo in fine, eſt etiam infa-
mia, ex hoc etiam delicto fuſtibus caſtigatus, vel in exiliũ
miſſus, vt ibi, fit etiam infamis. Clar.in §.periurium, num.
3.& in caſu legis, ſi quis maior. C.de tranſact. ſine dubio.
Turza.opin.t.Clar.in d.§.periurium, num.3.in princip. In
alijs verò caſibus cum diſtinctione, gloſs.in l.Lucius 11. ff.
de his, qui not.in fam. communiter approbata, vt refert
Fichard. ad Villalo.G. in fine. Item periurus excommuni-
catur. 22.q.1.c.vlt.& q.5.c.ſi quis conuictus, & c.paruuli,
30 ver.& qui ſemel, & c.ſi quis laicus.; † Clericus periurium
committens deponitur, d.c.ſi quis laicus, verſ.epiſcopus
presbyter, & c.querelam 10. & c.tua nos in fine de iureiu-
rando, Clar.in §.fin.q.73.ver.item clericus 6.& in §.periu-
rium, ver.item clericus 4. Villalo.P.75. epiſcopus periuriũ
committens grauius eſt puniendus, quam clericus, c.cum
quidam 12.in princ. de iureiurand. & periurium tãto ma-
ius punitur, quanto ſanctius eſt id, per quod iuratur. 22.
q.1.c.mouente §.penult. Hinc eſt, quod periurus in digni-
tate conſtitutus amittit etiam dignitatem, vt ſupra libro
2.tit.8.num.8. & Cicero lib.2. de legibus periurij pœnam
diuinam exitium: humanam dedecuſque affirmat ex lege
12.tabul. De ſalutari pœnitentia peierantis cauetur 6. q.1.
c.quicunque, & hæc de periurio, ac illius pœnis, dicta ſuf-
ficiant, cum & plura referantur in ſyntagma comm.opin.
iuris loco 1.tit.23. per tot titulum,

SVMMARIVM.

1 *Actio, vel exceptio datur ex iureiurando delato, vel relato. limitatur.*
2 *Iureiurando delato, & remiſſo tam actio, quam exceptio datur,*
3 *Iuſiurandum quomodo dicatur remiſſum.*
4 *Pupillus iuriſiurandi gratiam facere non poteſt.*
5 *Abſenti, & ignoranti iuriſiurandi gratia fieri poteſt.*
6 *Actio iuriſiurandi, & exceptio, & deferenti, & referenti competit.*
7 *Iuriſiurandi in actione, vel exceptione quæritur, an iurauerit, non an debeatur.*
8 *Iuſiurandum delatum ab eo, qui non poterat, habetur pro non delato. nec præiudicat domino.*
9 *Iuriſiurandi actio, vel exceptio quibus, & contra quos detur.*
10 *Iuſiurandum nocet ei ſoli, qui detulit, & hæredibus eius.*
11 *Iuſiurandum delatum à tutore, vel curatore nocet pupillis.*
11 *Pupillus iuriſiurandi delati à tutore actione tenetur.*
12 *Procurator generalis, vel ſpecialis iuſiurandum deferens præiudicat domino, & prodeſt.*
13 *Defenſor municipum, ſeu Collegij cum mandato hoc iuſiurandum poteſt deferre.*
14 *Iudex officio defert iuſiurandum cauſa cognita.*
15 *Seruus ex hoc iuramento tenetur.*
16 *Filiusfamilias, vtique de peculio ex iuramento tenetur.*
17 *Iuſiurandum ab altero ex duobus reis delatum alteri nocet.*
18 *Iuſiurandum delatum in popularibus actionibus prodeſt.*
19 *Pupillus tutore authore, iuſiurandum deferre debet.*
20 *Pubes vt teneatur, qualiter deferre iuramentum debeat.*
21 *Iuſiurandum in fraudem creditorum delatum non præiudicat creditoribus.*
22 *Iuſiurandum delatum poteſt quis reuocare, & probationibus aliis vti.*
23 *Sententia lata, iuramentum non reuocatur.*
24 *Iuſiurandum delatum ſtatim ſuſcipiendum, & præſtandum, limitatur.*
25 *Iurans in quacunque actione iuramentum tuebitur.*
26 *Iuſiurandum matris ſuper partu, partui non prodeſt, nec nocet.*
27 *Iuſiurandum alterius alteri non prodeſt, limitatur pluribus modis.*
28 *Iuſiurandum authoris prodeſt ſucceſſori.*
29 *Iuſiurandum illicitum delatum, & præſtitum nullius momenti eſt.*
30 *Replicatio doli mali non datur contra exceptionem iuriſiurandi.*
31 *Iureiurando delato ſolum quæritur, an iuratum ſit, & non recipit probationem in contrarium. limitatur.*
32 *Actio vel exceptio ex iureiurando datur, ſi facta probatione compariſſet, alias non, vt in exemplis.*
33 *Præſcriptio obſtat actioni, in qua iuratum eſt.*
34 *Iuſiurandum contra ius, & naturam nullius momenti. limitatur.*
35 *Appellatio non conceditur, vbi eſt iuratum. limitatur.*
36 *Iuſiurandum poſſeſſori non ad actionẽ ſed ad exceptionem prodeſt.*
37 *Exceptio iuriſiurandi contra omnem actionem competit, limitatur.*
38 *Exceptio iuriſiurandi non competit, ſi de alia re agatur, limitatur.*
39 *Actio iuriſiurandi quid contineat, & debeatur ex ea.*
40 *Actio in factum oritur ex iureiurando, & aliæ actiones.*
41 *Euentus actionis, & exceptionis iuriſiurandi.*
42 *Probationes aliæ vltra deductas proponuntur.*

De actione, & exceptione iuriſiurandi. Tit. 36.

1 SI † itaque delato, vel relato iureiurando, iuratum ſit;
iuranti ex eo iureiurando tam actio, quam exceptio
datur. §.item ſi quis. Inſtit.de action. l.ait prætor 7. ff.
de iureiur.l.cum proponas 9.§.1. ff.eod. l.iuriſiurandũ 34.
§.final.l.iuſiurandum 40.ff.eod.l.cum proponas 6. C.eod.
§.æquè, ſi debitor Inſtit.de except. Niſi is, cui defertur iuſ-
iurandũ, ſuam intentionẽ probauerit, c.ſicut 2.de probat.
quia hoc caſu non erat deferendũ per allegata ſup.tit.34.
& in ſyntagm.comm.opin.iuris loco 10 tit.1.& tit.5. Idem
dicendum, ſi delato iureiurando, id poſtea remiſſum ſit. l.
2 cum proponas 9 §.1. ff.de iureiur. † Hoc enim ei, cui re-
miſſum eſt perinde ac ſi iuraſſet, tam actio, quã exceptio
3 iuriſiurandi competit, d.§.1. † Remittit autem iuſiuran-
dum qui deferente ſe, cum paratus eſſet aduerſarius iura-
re gratiam ei facit, contentus voluntate ſuſcepti iuriſiu-
randi, l.remittit 6.in princ. Quod ſi non ſuſceperit iuſiu-
randum, licet poſtea parato iurare, actor nolit deferre, nõ
videtur remiſſum. Nam quod ſuſceptum eſt remitti de-
4 bet.d.l.6.in fi.l.non erit.§.fin.ff.eo. † Planè iuriſiurandi gra
tiam facere pupillus non poteſt. l.iuriſiurandi 32.ff.eod.
Abſenti verò, & ignoranti iuriſiurandi gratiam fieri poſ-
5 ſe, reſponſum eſt, l.Labeo 41.ff. eo. † Sed & per epiſtolam
iuriſiurandi gratiam fieri poteſt, d.l.41.§.ſed.&. Poſtremo
6 & † ei, qui detulit, vel delatum retulit iuſiurandum tam
actio, quam exceptio iuriſiurandi datur, ſi aduerſarius iu-
rare recuſauit: quamuis poſtea iurare ſit paratus, per ea,
quæ dicta ſunt ſupra tit.34. Huc pertinet, d.l.5.§.ſi neque,
ff.de iureiuran.ibi proinde ſi poſtea. Porrò ſi ex eo agatur,
vel exceptio obijciatur, quod iuratum eſſe dicatur, & ab
aduerſario iuratum eſſe negetur, cum de eo ambigeretur
exceptioni aduerſus iuriſiurandi actionem locus eſt, l.nã
poſtea in princ.ff.de iureiurand.d.l.neque 5.§.dato. ff.eo.
Idem dicendum, ſi iurauit te deferente non iuraſſe te dari
ſibi oportere; nam aduerſus vtilem actionem, qua hoc
quæritur, an iurauerit ſibi dari oportere, opponenda eſt
exceptio iuriſiurandi perimentis quæſtionem actione cõ-
prehenſam, l.quod ſi 29.ff.de iureiurando. Sed & cum iuſ-
iurandum, & actionem, & exceptionem inducat, ſi fortè
reus extra iudicium actore inferente, iurauerit ſe dare nõ
oportere, & actor reo referente dari ſibi oportere, vel con
tra poſterior cauſa iuriſiurandi potior habebitur, nec ta-
7 men præiudicium periurio alterius fiet, † quia non quæri-
tur, an dare eum oporteat, ſed an actor iurauerit, l.in duo-
bus 28.§.fin.ff.de iureiur. Ait Prætor: ſi is, cum quo agatur,
conditione delata, iurauerit, non fruſtra adijcitur, condi-
tione delata. Nam ſi reus iurauerit, nemine ei iuſiurãdum
deferente. Prætor id iuſiurandum non tuebitur, ſibi enim
iurauit. Alioquin facillimè quiſque ad iuſiurandum de-
currens, nemine ſibi iuſiurandum deferente oneribus a-
ctionum ſe liberaret, leg.ait prætor 3.in princip. ff.de iu-
8 reiurand. † Sed & ab eo delatum iuſiurandum qui ad hoc
habilis non eſt, pro non delato habetur, lege tutor 35.§.
primo, ff.de iureiurando. Neque filius, vel quiſquam a-
lius iuſiurandũ citra voluntatem domini litis deferendo
præiudicium ei facere poteſt, lege nec filius 7. C.eodem,
9 † Vnde ſi petitor iurauit poſſeſſore deferente, rem
ſuam eſſe, dabitur quidem ei actio, ſed dumta
xat aduerſus eum, qui iuſiurandum detulit, eoſque
qui in eius locum ſucceſſerunt, l.nam & poſtea 9 §.fin cũ

l.ſi q.

Digitized by Google

leg.ſequen.ff.eod.leg.3 §.penult.leg.ſed & ſi 11.§.fin.cum
leg.ſequent.ff.eodem leg.nec filius 7.§.ſi petenti ff.de pu-
bliciana in rem actio. Cæterum ſi aduerſus alium velit
prærogatiua iuriſiurandi vti, nihil ei proderit, quia non
debet alij nocere, quod inter alios actum eſt dicta leg.9.
§.final.cum leg.ſequenti ff. de iureiurando cum alijs mox
citatis. Sed & ſi poſſeſſori delatum erit iuſiurandum, &
iurauit rem petitoris non eſſe: aduerſus eum ſolum peten
tem exceptione vtetur, non alium d.§.ſi petenti ibi. Sed &
10 ſi poſſeſſori, &c.† Ei enim ſoli nocere debebit iuſiurandũ,
qui detulit eiuſque hæredibus d.l.9.§.fina.cum l.ſeq.cum
11 alijs allega.† Planè ſi tutor, qui tutelam gerit, aut curator
furioſi, prodigiue iuſiurandum detulerit: ratum id haberi
debet etiam aduerſus eum, cuius tutela, vel cura geſta eſt
l.iuſiurandum 17.l.tutor 35.in princ ff.eod. ſed & procu-
rator quoq; quod detulit, ratum habendum eſt, ſcilicet
ſi aut vniuerſorum bonorum adminiſtrationẽ ſuſtineat,
aut ſi id ipſum nominatim mandatum ſit, aut ſi in rem
12 ſuam procurator ſit.† Alias autem procurator deferens
iuſiurandum audiendus non eſt, quamuis de rato caueat,
ſiue enim dominus petat, cogetur reus docere liquido ſe
iuraſſe: poſita ſcilicet exceptione ſiue ex ſtipulatione de
rato agat, neceſſe habebit ipſe de periurio ſuo docere. Si
itaque mandatum fuit procuratori, vt petat, ille autem iu
ſiurandum detulit: aliud fecit, quam quod mandatum eſt
d.leg.iuſiurandum 17.§. ſi.cum duabus legibus ſequen.ff.
de iureiurand. De hac re Duarenus diſputat. anniuer.li.1.
13 c.2. Viu.opin.incip.iuramentum poteſt.† Defenſor quoq;
municipum, vel cuiuſuis corporis iuſiurandum deferre po
teſt, ſi ſuper hoc mandatum habeat le. iuſiurandum 34.§.
14 defenſor ff.de iureiurando. Viuius vbi ſupra.† Sed & iu-
dex cauſa cognita iuſiurandum deferre poteſt, & ita ei
aduerſus quem iuratum eſt, etiam inuito præiudicare l.in
15 bonæ 3.C.eodem.† Seruus quoque, qui detulit, vel iura-
uit, ſeruatur, ſi peculij adminiſtrationem habuit, Huic
enim ſolui quoque rectè poteſt leg.ſeruus 20.cum duabus
legibus ſequentibus, & leg.24.ff.de iureiurando. Et de pe-
culio actio in dominum danda eſt, ſi actori ſeruus detule-
16 rit iuſiurandum leg.quidam 22.ff.eodem.† Eadem & in
17 filiosfamilias dicenda ſunt d.leg.22.in fine.† Sed & in duo-
bus reis ſtipulandi ab altero delatum iuſiurandum etiam
18 alteri nocebit l.duobus 28.ff.eod.† In popularibus quoq.
actionibus iuſiurandumq; exactum aduerſus alios prode-
rit, ſi bona fide exactum fuerit l.eum qui 30.§.in popula-
ribus. Hæc ſi aduerſus alium, quam qui detulit, iuriſiu-
19 randi actio, vel exceptio proponatur, dicta ſunt.† Portò
pupillus tutore authore iuſiurandum deferre debet leg.
iuſiurandum 17.§.pupillus ff.de iureiur.leg.ſi ad 4.C.eod.
Quod ſi ſine tutoris authoritate detulerit, exceptio quidẽ
obſtabit, ſed replicabitur, quia rerum adminiſtrandarum
ius ei non competit d.§ pupillus & leg.1.ff.quarum rerum
20 actio non datur.† Sed & ſi pubes, minor tamen 25.annis
detulerit, & hoc ipſo captum ſe dicat: aduerſus exceptio-
nem iuriſiurandi debebit id replicari, vel ſaltem Prætor co
gnoſcere debet, an captus ſit, & ſic in integrum reſtituere:
nec enim, vt quiſque minor eſt, ſtatim & circumſcriptum
ſe docuit. Propterea exceptio iſta, ſiue cognitio, ſtatotum
tempus poſt annum 25.non debet egredi leg. nam poſtea
21 9.§.ſi minor ff.de iureiurand.† Præterea ſi quis iuſiuran-
dum in fraudem creditorum detulerit debitori, aduerſus
exceptionem iuriſiurandi replicatio fraudis creditoribus
dari debet d.l.9.§.ſed & ſi quis. Sed & ſi fraudator detule
rit iuſiurandum creditori, vt iuraret decem ſibi dari opor
tere mox bonis venditis experiri volet, aut denegari debet
actio, aut exceptio opponitur, fraudatorum creditorum d.
22 leg 9.§.Præterea ſi fraudator.† Si quis iuſiurandum detu
lerit, & hoc reuocare maluerit, licet quidem ei hoc facere,
& alias probationes, ſi voluerit præſtare: ita tamen vt hu-
iuſmodi licentia ad litis tantummodo terminum præſte-
23 tur l.ſi quis 11.§.ſi quis autem C.de iureiurand.† Poſt defi
nitiuam autem ſententiam, quæ prouocatione ſuſpenſa
non ſit, vel quæ, poſtquã fuerit appellatum, corroborata
fuerit: nullo modo reuocare iuramentum, & iterum ad
probationem venire cuiquam conceditur: ne repetita lite,
finis negocij alterius cauſæ fiat exordium d.l.11.§.poſt de-
24 finitiuam.† Is autem, cui eſt delatum iuſiurandum, ſtatim
ſuſcipere, & præſtare iuſiurandum debet, alioquin ſi non
ſtatim ſuſceperit, quamuis poſtea iurauerit, iuſiurandum
illi nihil prodeſt: ſi tñ dubitat interdum cauſa cognita ſpa
cium illi dandum eſt ad deliberandum l.non erit 5.§.fin.l.
remittit 6.§.fina.ff.de iureiurando, vt ſupra quoque dixi-
25 mus.† Quacunque autem actione, quis conueniatur, ſi iu
rauerit, proficiet ei iuſiurandum, ſiue in perſonam, ſiue in
rem, ſiue in factum, ſiue pœnali actione, vel quauis alia a-
gatur, ſiue de interdicto l.ait Prætor 3.§.quacunque ff.eo-
dem; ſed & ſi de conditione perſonæ fuerit iuratum, Præ-
tor iuſiurandum tuebitur. Vt puta detuli tibi iuſiuran-
dum, & iuraſti te in poteſtate mea non eſſe, tuendum erit
iuſiurandum dicto §.quacunque. Sed & de eo iurari po-
teſt, an prægnans ſit mulier, vel non ſit, & iureiurando
ſtandum eſt dicta leg. 3.§.Vnde Marcellus. Et ſi de poſ-
ſeſſione erat quæſtio, ſeruari id oportet: ſi fortè quaſi pręg-
nans ire in poſſeſſionem volebat, & cum ei contradicere-
tur, vel ipſa iurauit ſe pręgnantem, vel contra eam iura-
tum eſt. Nam ſi ipſa, ibit in poſſeſſionem ſine metu, ſi
contra eam, non ibit, quamuis verè prægnans fuerit pro-
deritque mulieri iuranti iuſiurãdum, ne conueniatur qua-
ſi calumniæ cauſa ventris nomine fuerit in poſſeſſione, ne-
26 ue vim patiatur in poſſeſſione d.§.vnde Marcellus.† Sed
non euſque iuſiurandum prodeſt, vt poſt edictum par-
tum non quæratur, ex eo editus ſit, an non ſit, cuius eſſe
dicatur, quia iuſiurandum alteri neque prodeſt, neque
nocet. Matris igitur iuſiurandum partui non proficiet,
nec nocebit, & ſi mater detulerit, & iuretur ex eo prægnãs
non eſſe d.leg.3.§. ſed non euſque leg.in actione 10.C.de
27 iureiurañ.† Planè quod dictum eſt, iuſiurandum alterius
alteri non prodeſſe d.leg.3.§.penul.& d §.ſed an iuſiuran
dum. Id diſtinctionem recipit. Nam ſi ſeruus iurauerit rẽ
Domini eſſe, vel dominum dare non oportere, actio, vel
exceptio domino indulgenda eſt, ſibique aduerſarius im-
putabit, qui ſeruo detulit iuſiurandum leg. ſi ſeruus 23.l.
ſeruo 20.leg.ſed & ſi 25.ff.de iureiurando. Multo magis
proderit patri religio filij, cum quo etiam iudicium conſi-
ſtere poterit leg.quanto 24.ff.eodem leg.2.in prin.ff.quar.
rer.actio non detur leg.vlti.ff.de except. ſed & ſi pater fi-
lium dare non oportere iurauerit: & patri, & filio danda
exceptio iuriſiurandi leg qui iuraſſe 26.§.ſi pater ff. de iu-
reiurando. Idem dicendum erit, ſi datus ad petendum ꝓ-
curator, reo deferente iurauerit dari domino oportere;
nam actio domino danda erit leg.nam poſtea 9.§.iuſiuran
dum leg.creditore 42.§. penultim.ff. de iureiurando l. ge-
neraliter 12.§.his de præſentibus C.eodem c.qui ad agen-
dum 4.§.fina.de procuratoribus in 6. ſed & ſi fideiuſſoris,
vel alterius defenſor iurauerit, reo datur exceptio, cum à
fideiuſſore exactum iuſiurandum proſit etiam reo, ſi mo-
do ideo interpoſitum eſt iuſiurandum, vt de ipſo contra-
ctu, & de re, non de perſona iurantis ageretur, vel fideiuſ-
ſor non iurauerit non ſe fideiuſſiſſe leg. in duobus 28. §.1.
dicta leg.42.§.fina.ff.de iureiurand. Contra reo iurante fi-
deiuſſori etiam proficit, quia & res iudicata ſecundum al-
terutrum eorum vtrique proficit d.§.fin. Planè ſi contro-
uerſia inter creditorem, & pupillum fuerit, ſiquidem ita
conuenerit, vt ab omni conditione diſcederetur, ſi pupil-
lus iuraſſet, iſque iurauerit ſe dare non oportere, iuſiuran
dum fideiuſſori quoque pupilli proderit, quia naturalis
obligatio hac exceptione tolletur, & ſoluta pecunia repeti
poterit d.leg.creditore 42.in princip.ff.de iureiurando ſin
verò creditor quidem ſe mutuum dediſſe contendat, pu
pillus autem hoc ſolo defendatur, quod tutor eius non in-
teruenerit, & hoc tale iuſiurandum interpoſitum eſt. hoc
caſu fideiuſſorem Prætor non tuebitur d.leg 42.§.ſi verò
creditor quidem. Si autem liquido approbari non poteſt
quid actum ſit, & in obſcuro erit (vt plerunque) de facto,
an de iure inter creditorem, & pupillum controuerſia fue-
rit; tantumque deferente creditore, pupillum iuraſſe intel
ligere debere actum inter eos, cui iuraſſet dari non oporte
re, ab omni conditione diſcederetur. Atque ita & ſolutam
pecuniam repeti poſſe, & fideiuſſoribus exceptionem da-
ri debere, exiſtimandum eſt d.leg.42.§. ſin autem liquido.
Ex duobus reis promittendi eiuſdem pecuniæ, ſi alter iu-
rauit, alteri quoque prodeſſe debebit d.leg.28. ff. de iure-
iurando. Niſi de perſona iurantis tantum actum ſit d. leg.
28.§.1.§.ſed ſi fideiuſſor ff. quarum rerum actio non da-
28 tur.† Sed & authoris iuſiurandum prodeſt ſucceſſori,
etiamſi in rem ſucceſſerit. Nam ita Prætor ait. Eius
rei, in qua iuſiurandum delatum fuerit, neque in

M 2 ipſum,

Digitized by Google

ipſum, neque in eum, ad quem ea res pertinet, actionem
dabo leg. ait Prætor 7. cum leg. ſequenti ff. de iureiurand.
leg. prima §. ſi prætor ff. quar. rer. actio non datur. Nihil
autem refert, cuius ſexus, ætatiſve ſit, qui iuraſſet dicitur:
omni enim modo cuſtodiri debet iuſiurandum aduerſus
eum, qui contentus eo, dum deferret, fuit: quamuis pu-
pillus non videatur peierare, quia, ſciens fallere non vide-
29 tur leg. qui iuraſſe 26. ff. de iureiurand. † Planè ſi illicitum
iuſiurādum delatum fuerit, improbatæ ſcilicet religionis
pro eo habendum, ac ſi iuratum non eſſet, vt probatur ſu-
pra titulo 34. prope finem. per tex. in leg. non erit 5. §. ſed ſi
quis, & §. Diuus ff. de iureiurand. & titulo 35. vtique pro-
pe finem 22. quæſtione prima cap. & iurabunt c. conſide-
ra capitulo Clericum cap. ſi quis per. & capit. mouet te §.
30 ſicut etiam. † Aduerſus exceptionem autem iuriſiurandi
replicatio doli mali non debet dari: cum Prætor id agere
debeat, ne de iureiurando cuiuſquam quæratur leg. aduer
31 ſus. 15. ff. de exceptionibus. † Proinde dato iureiurando
non aliud quæritur, quam an iuratum ſit, remiſſa quæſtio-
ne, an debeatur, quaſi ſatis probatum ſit iureiurando leg.
quinta §. dato ff. de iureiurando. Ideoque probatio in con-
trarium non admittitur, quamuis peieratum eſſe doceа-
tur, cum per iuſiurandum tranſactum iudicatur, & ſuffi-
ciat periurij pœna leg. quod ſi 21. cum leg. ſequente ff. de
dolo malo l. ait Prætor tertia §. vnde Marcellus ibi: quam-
uis verè prægnans fuerit ff. de iureiurando. Planè ſi quis
legatum, vel fideicōmiſſū exegerit, & teſtamento non ap-
parente, ab hęrede iuſiurandum ei delatum ſit, iſque iura-
uerit ſibi legatum, vel fideicommiſſum relictum eſſe, ita-
que illud perceperit, poſteaque manifeſtum factum ſit,
nihil ei penitus relictum eſſe: repeti ab eo legatum, vel fi-
deicommiſſum iam ſolutum poteſt, nullumque lucrum
ex huiuſmodi periurio ei accidit leg. vlt. C. de iureiurand.
ſed & ſi à iudice alicui iuſiurandum ſit delatum, poſtea-
que noua inſtrumenta inuenta eſſe dicantur; permittitur
ex integro cauſam agere iureiurando non obſtante leg.
admonendi 31. ff. de iureiurando: ſolent enim ſæpè iudi
ces in dubijs cauſis, exacto iureiurando ſecundum eum iu
dicare, qui iurauit. Aliàs ſi inter ipſos litigatores iureiu-
rando tranſactum ſit negocium, non conceditur eundem
cauſam retractare dicta leg. 31. §. ſolent enim cap. ex literis
32. & capitulo vltimo §. fin. de iureiurand. cap. vltim. §. fin.
32 de teſtibus in 6. † Planè ita demum ex iureiurando vel a-
ctio, vel exceptio datur, ſi ex ipſo facto, de quo iuratum
eſt, actio, vel exceptio competeret, ſi id fuiſſet probatum,
exemplo leg. ſed & ſi 11. §. item ſi iurauero ff. de iureiuran
do leg. enim qui 30. §. final. & §. ſi iurauero ff. eodem leg. ſi
duo 13. §. Marcellus leg. qui iuraſſe 26. §. ſi pater l. credito-
re 42. in princip. ibi, ſin verò creditor ff. eodem. Alioquin
exceptio, quæ ipſi facto obſtaret, iuri iurando quoque ob-
ſtabit, vt in allegatis iuribus. Vt puta ſi iurauero vſum fru
ctum alicuius rei vel meum eſſe, vel mihi dari oportere.
Eatenus mihi competit actio, quatenus ſi verè vſumfru-
ctum haberem, duraret, quibus verò caſibus amitteretur,
non competit mihi actio dicta leg. 11. §. item ſi iurauero.
Vnde ſi iurauero vſumfructum mihi dari oportere: non
aliter dari debet, quam ſi caueam boni viri arbitratu me
vſurum, & finito vſufructu reſtituturum dicta leg. eum,
qui 30. §. fina. ff. de iureiurando. Item ſi iurauero te mihi
Stichum dare oportere, qui non ſit in rerum natura; nec
æſtimationem mihi præſtare reus debet, niſi ex cauſa fur-
tiua, vel propter moram: tunc enim etiam poſt mortem
ſerui æſtimatio præſtatur dicta leg. 30. §. ſi iurauero, ſi quo
que pater iurauerit in peculio nihil eſſe, pater ita conue-
nietur, vt poſt acquiſiti peculij ratio habeatur leg. qui iu-
raſſe 26. §. ſi pater ff. eodem. Hęc tamen ita obtinent, ſi ſpe
cialiter quid factum eſſe, vel non eſſe iuratum ſit, alioquin
ſi generaliter iuratum ſit nihil deberi: nullius exceptionis
ratio habetur dicta leg. 42. in princip. cui adſtipulantur di-
33 cta ſupra in titulo 33. de confeſſ. &c. † Planè temporis pręſ-
ſcriptio, quæ actioni, in qua iuratum eſt, obſtat, iuriſiuran-
di actioni non obſtabit. Quia iuſiurandum vim obtinebit
litis conteſtatæ. poſtquam perpetuatur actio. leg. nam po-
ſtea 9. §. ſi is, qui ff. de iureiurando leg. ſi duo 13. §. idem ait
34 ff. eodem. † Præterea ſi quis iurauerit id, quod nec ius, nec
natura concedit, videtur iuſiurandum nullam habe-
re, vt ſupra de confeſſis d. titulo 33. dictum eſt, pro quo fa
cit gloſſ. noſtra ad Stat. Vib. libro ſecundo capitu. vltim. in
fine. Si tamen rerum, in quibus vſusfructus propter abuſū
conſtitui non poteſt, iurauerit vſum fructum ſe habere,
vel ſibi deberi, iuſiurandum effectum habebit, & ex eo iu-
reiurando vſumfructum petere poterit, cautione oblata.
35 d. l. 11. §. ſed & ſi rerum. † Iuramento autem præſtito, vel
relato, vel recuſato, illud omnino ſequendum eſt, nullo lo
co prouocationi relinquendo. Quis enim ferendus ad ap-
pellationis veniens auxilium in iis, quæ ipſe facienda pro-
curauit. l. generaliter 12. §. ſed iuramento C. de iureiurando
& §. ſiue autem. Planè ſi is, cui iuſiurandum eſt delatum,
vel à parte, vel à iudice hoc recuſauerit, & iudex hoc om-
nino præſtandum exiſtimauerit. Ideoque quaſi recuſa-
to iureiurando ſententiam tulerit, is, qui ſacramentum re-
cuſauerit, vel hoc atteſtari poteſt, vel ſi fortè non audeat,
habet ſibi in vltima prouocatione repoſitum auxilium. Et
ſi quidem iudex appellationis bene delatum iuſiurādum,
non ritè autem recuſatum pronunciauerit: res ſecundum
quod iudicatum eſt, permanebit, ſin autem non ritè illa-
tum, rectè autem recuſatum ſacramentum pronunciaue-
rit, tunc ei licebit emendare ſententiam iudicis, quæ quaſi
ex recuſato ſacramēto proceſſit, & nihil pœnitus nec præ-
iudicij, nec iniuſti diſpendij cuicumque incurret: ſed &
cauſæ curſus ab initio vſque ad nouiſſimum terminum
non impedietur, & his æqua lance trutinabitur dicta lege
generaliter 12. §. ſin autem is, cui C. de iureiurando, & cum
ſupradicta diſtinctione ita firmam in gloſ. ſtatuto. Vibis
libro primo capitul. 89. in fine. Et hæc quidem, ſi delatum
iuſiurandum ſit relatum: ſecus autem ſi relatum recuſa-
36 tum ſit, vt ſupra diximus. † Præterea poſſeſſori, qui iura-
uit rem petitoris non eſſe, iuſiurandum ad actionem non
prodeſt, ſed ad exceptionem tantum, etiamſi is poſſidere
cæperit, qui iuſiurandum detulit, non enim rem ſuam eſſe
iurauit, ſed eius non eſſe leg. ſed & ſi 11. in princip. ff. de iu-
reiurando leg. ſed & ſi ſeptimo §. ſi petenti in fine ff. de pu
blic. in rem actio. Proinde ſi cum poſſideret, deferente pe-
titore rem ſuam eſſe iurauit; conſequenter dicetur, amiſſa
quoque poſſeſſione, ſi is, qui detulit iuſiurandum, nactus
ſit poſſeſſionem, actionem in factum ei dandam d. leg. 11.
37 §. 1. † Exceptio autem iuriſiurandi non tantum ſi ea actio
ne quis vtatur, cuius nomine exegit, iuſiurandum, opponi
debet; ſed etiam ſi alia: ſi modo eadem quęſtio in iudicium
deducatur: fortè ſi ob actionem mandati negocium geſto
rum, ſocietatis cæteraſque ſimiles, iuſiurandum exactum
ſit, deinde ex iiſdem cauſis certum condicatur, quia per al
teram actionem altera quoque conſumitur l. in duob. reis
28. §. exceptio, & §. quæ iurauit in fine ff. de iureiurando.
Proinde Colonus quoq; cum quo propter ſucciſas fortè
arbores agebatur ex locato, ſi iurauerit ſe non ſuccidiſſe,
ſiue à leg. 12. Tabularum de arboribus ſucciſis, ſiue ex leg.
Aquilia dāni iniuriæ, ſiue interdicto, quod vi, aut clam po-
ſtea conueniatur, per exceptionem iuriſiurādi defendi po
terit d. l. 28. §. Colonus. Is quoq; qui iurauit furtum ſe non
feciſſe, neque furti neque condictione rei furtiuæ tenetur,
niſi tanquam furis hæredi ei condicatur l. ſi duo 13. §. Item
Iulianus ff. de iureiurando. Sed ſi quis iurauerit, ſe non ra-
puiſſe, non debet iuuari hoc iureiurando, & in actione fur
ti, & condictione, quia aliud eſt furtum feciſſe, quod vel
clam fieri potuit d. l. 28. §. ſi quis. Sed & quæ iurauit diuor
tij causā rem ſe non amouiſſe, non debet defendi per exce
ptionem, ſi cum ea in rem agatur, & ſi contendat ſuam eſ-
ſe, alio iureiurando opus eſt, Contra ſi iurauerit ſuam eſſe,
debet in actione rerum amotarum defendi dicta leg. 28. §.
Quæ iurauit. Et omnino hoc obſeruandum eſt, licet per a-
liam actionem eadem quæſtio moueatur, vt exceptio iu-
riſiurandi locum habeat dicta leg. 28. §. exceptio ibi, ſi mo-
do eadem quæſtio, & cætera. Igitur ſi quis iurauit, ſe non
eſſe condemnatum, etiam ſi ex ſtipulatu iudicatum ſolui
ob rem iudicatam conueniatur, defendatur per exceptio-
nem dicta leg. 28. §. igitur. Contra ſi, cum ex ſtipulatu iu-
dicatum ſolui conueniretur, iurauit ſe dare non oportere:
agenti iudicati, non vtique obſtabit exceptio. Poteſt
enim fieri, vt non ſit commiſſa ſtipulatio, licet res iu-
dicata ſit, niſi ideo iurauit, quod nec damnatum ſe eſ-
ſe diceret dicto §. igitur. Si actor deferat iuſiurandum
de ſola conſtituta pecunia, & reus iurauerit, exceptione
vtetur, ſi de conſtituta pecunia conueniatur. Sed ſi de
ſorte, id eſt de priori obligatione conueniatur, exceptio
ceſſabit, niſi de hac quoque iurauerit, aduerſario defe-
ren-

38 rente: leg. ſi actor 36. ff. de iureiurando. Ex his patet, † ſi
ex alia cauſa agatur, quam de qua iuratum eſt, iuriſiuran-
di exceptionem non obſtare. Idem dicendum & ſi de alia
re agatur; niſi fortè ex eadem cauſa ad aliam rem agatur,
vtputa ſi libertus, deferente patrono, iurauerit ſe libertum
non eſſe: ratum enim habendum eſt iuſiurandum, vt nec
operarum petitio, nec bonorum poſſeſſio contra tabulas
dare debeat. leg. eum qui 30. §. ſi libertas. ff. de iureiuran.
Quibus autem & aduerſus quos actio, & exceptio iuriſiu-
randi detur, atque competat, patet ex ſupradictis. Nam
ſupra ſuo loco dictum eſt, iuſiurandum alterius alteri ne-
que prodeſſe, neque obeſſe debere, exceptis tamen certis
39 quibuſdam caſibus ibidem deſignatis. † Quid autem in
actione iuriſiurandi propoſita veniat nunc dicendum eſt,
& quidē in ea venit id, quod in principali actione, in qua
iuratum eſt, vel iudicati actione venire ſolet, ſi fuiſſet pro-
batum. Idem etiam in hac vtili actione iuriſiurandi veni-
re debet, l. ſed & ſi 11. §. cum de hæreditate, l. ſi dico 13. §. ſi
quis iurauerit, ff. de iureiurando. Ideoque ſi cum de hære-
ditate inter me, & te controuerſia eſſet, iurauero hæredi-
tatem meam eſſe, id conſequi debebo, quod haberem, ſi
ſecundum me de hæreditate pronunciatum eſſet: & non
ſolum eas res reſtituere debebis, quas nunc poſſidebas, ſed
& ſi quas poſtea cœpiſſes poſſidere, perindeque haben-
dum, quod iuratum eſt, atque ſi probatum eſſet. Ideoque
fructus etiam percepti ex re, quam meam eſſe iuraui, mi-
hi reſtituendi ſunt, d. l. 11. §. ſi cum de hæreditate, & §. pri-
mo. Sed & partum editum, fœtusque quorum reſtituen-
dos conſtat poſt iuſiurandum delatum, d. §. 1. ibi. Sed &
partum &c. Si mulier iurauerit decem dotis ſibi deberi,
tota ea ſumma præſtanda eſt. Sed ſi iurauit, ſe decem de-
diſſe in dotem: hoc ſolum non erit quærendum, an data
ſint: ſed quaſi data ſint, quod ex eo reddi oportet, præſtā-
dum erit, l. eum, qui 30. ff. de iureiuran. Planè is, qui iura-
uit, ex ea actione, quæ in inficiando creſcit, aliquid ſibi debe-
ri: ſimpli, non dupli perſecutionem ſibi acquirit. Abundè
enim ſufficit exonerare petitorem probandi neceſſitate:
cum omiſſa hac parte edicti, dupli actio integra maneat,
& poteſt dici hoc iudicio non principalem cauſam exer-
ceri, ſed iuſiurandum actoris conſeruari, dicta leg. 30. in
40 princip. † Porrò actori delato, vel relato iureiurando, ſi
iurauerit, vel ei remiſſum ſit ſacramentum ad ſimilitudi-
nem iudicati in factum actio competit, leg. actori 8. C. de
iureiurando. Sed & ſi quis iurauerit, me ei vendidiſſe rem
centum, ex empto agere poterit, vt ei cætera probentur,
id eſt, vt res tradatur, & de euictione caueatur. leg. ſi duo
13. § ſi quis iurauerit, ff. eod. Item publiciana iuranti quo-
que competit actio. l. ſed & ſi 7. & l. ſequen. §. ſi petenti, ff.
de publiciana in rem actio. Is tamen qui furtum ſibi ali-
cuius rei factum iurauerit, furti quidem actionem, non
autem condictionis etiam cauſam nanciſcitur, l. in duobus
28. §. item Pomponius, ff. de iureiurand. Iuſiurandum ve-
rò à debitore exactum non ſolum exceptionem ei tribuit,
ſed actionem quoque pignoratitiam, ſed & indebiti con-
dictionem: vtputa cum interpoſito eo ab omni contro-
uerſia diſcedatur, l. iuſiurandum 40. ff. de iureiurando. Iu-
ranti enim poſſeſſoris rem petitoris non eſſe, exceptio tan-
tum aduerſus petentem, non etiam actio aduerſus poſſi-
dentem datur, d. §. ſi petenti, ver. ſed & ſi, & d. l. 11. in prin
41 cip. ff. de iureiurando. † Poſtremò quo ad euentus huius
actionis, vel exceptionis attinet, ſi damnetur quis poſt ius-
iurandum ex famoſo iudicio, famoſum eum effici magis
eſt, l. nam & poſtea 9. §. ſi damnetur, ff de iureiur. quod &
ſupra tit. 35. in fine dictum eſt. Si quis autem aduerſus v-
num ex duobus patronis iurauerit, ſe illius libertum non
eſſe multum fidei, & authoritatis apud iudicem alter pa-
tronus habebit, quo magis ſolum patronum ſe probet, qđ
libertus iuraſſet, alterum patronum non eſſe, l. ſi duo 13. in
princ. ff. de iureiur. Si tamen conſtet eum, cui iuratum eſt,
patronum fuiſſe: eius pars in iure patronatus alteri, aduer
ſus quem iuratum non eſt, non accreſcit, dicta l. 13. Ideo-
que ſuætantum, non etiam alteri debitæ partis bonorum
poſſeſſionem in bonis liberti petere poterit, d. l. 13. in prin-
42 cip. † Sed præter has adeſt etiam ſemiplena probatio, de
qua per Maſcard. quæſt. 11. & ſequent. Item & præſum-
ptio, de qua late Alciat. in tract. de præſumpt. & latiſſimè
Menoch. in eod. tract. Maſcard. quæſt. 10. Item & conie-
ctura, de qua Mantica in tractat. de coniecturis Alciat. &

Menoch. vbi ſupra Maſcard. quæſt. 14. Item & inditium Maſcard. quæſtio. 15. & alij citati. Item & fictio Maſcard. vbi ſupra quæſt. 16. lib. 1. Hæc de iureiurando, & de probationibus, & ijs, quæ vicem probationum obtinent, dixiſſe ſufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis probationes ſequitur.*
2 *Poſſeſſio prius quam violentia cognoſcenda.*
3 *Poſſeſſio prius vi ablata quam proprietas cognoſcenda.*
4 *Poſſeſſorio cum petitorio cumulato vtrumque cognoſcendum.*
5 *Poſſeſſorio infra bienuium non finito vtrumque finiendum.*
6 *Cauſa poſſeſſionis prius terminanda, quam proprietatis, ſine præiudicio proprietatis.*
7 *Maior cauſa ante minorem expedienda.*
8 *Cauſa maior trahit ad ſe minorem.*
9 *Cauſa maiori præiudicium, quando fieri videatur.*
10 *Hæreditatis petitionis iudicio præiudicari non debet.*
21 *Via petitio non præiudicat fundo.*
12 *Fundo nec parti præiudicium fieri non debet.*
13 *Accuſator grauioribus accuſatus prius reſpondet.*
14 *Criminalis, an ciuilis cauſa ſit prius expedienda.*
15 *Cauſa criminalis prius quam ciuilis terminanda.*
16 *Cauſa maiore finita, minor incipit, vt in exemplis.*
17 *Cauſa maior in iudicium non deducta non impedit, quin minor deduci, & finiri poſſit. limitatur, & declaratur.*
18 *Cauſa proprietatis prius quam plagij dirimenda.*
19 *Cauſa generationis prius quam hæreditatis dirimenda.*
20 *Cauſa qualibet præiudicialis prius quam omnis alia, eſt terminanda.*
21 *Cauſa liberalis prius quam alia terminanda.*
22 *Appellatio datur, ſi ordo in cognoſcendo non ſeruetur.*
23 *Iudicis officium quale antequam diſputatio cauſæ concludatur.*
24 *Iudex ſupplere debet quod legibus, & publico iuri conuenit.*
25 *Iudex præſumptiones, non allegatas, nec proferre, nec ſupplere debet.*
26 *Cauſa cognitionem quæ deſiderant per libellum expediri non poſſunt.*
27 *Iudex ſucceſſor ſequitur anteceſſorem, interpretatur, & exequitur eius ſententiam.*
28 *Iudex de qua recognouit cogitur pronunciare.*
29 *Inciuile eſt, niſi tota lege perſpecta, iudicare.*
30 *Iudicis poteſtati permiſſum non ſubijcitur iuris neceſſitati.*
31 *Iudex legibus non exemplis, nec conſultationibus debet iudicare.*
32 *Lege deficiente cauſa relinquitur arbitrio iudicis.*
33 *Clericorum cauſæ ſunt ſecundum canones iudicandæ.*
34 *Iudex in iuris quæſtionibus vt legibus, conſtitutionibus, ac moribus proditum eſt, debet iudicare.*
35 *Iudex vbi lex non diſtinguit, diſtinguere non debet, & ſine lege loqui erubeſcere debet.*
36 *Iuris quæſtio non eſt in iudicis arbitrio.*
37 *Legis teſtatoris, contrahentium voluntas præferenda.*
38 *Dubia in re verbis ſeruiendum. limitatur.*
39 *Facti quæſtio potius ex iudicis arbitrio pendet.*
40 *Iudex in quæſtione facti quæ reſpicere debeat.*
41 *Iudex deficientibus probationibus iuramentum defert in ſupplementum.*
42 *Iuramentum in ſupplementum, cui ex litigatoribus deferendum.*
43 *Verborum ſuorum quiſque interpres nec tranſit ad alios, hæc interpretandi facultas.*
44 *Quæſtio voluntatis qualiter diffinienda.*
45 *Præſumptionum regulæ plures dantur.*
46 *Mortuus quis prior ex pariter mortuis præſumatur.*
47 *Iudex in dubijs reo potius, quam actori faueat.*
48 *Poſſeſſor in pari cauſa potior habendus.*
49 *Iudex ad obligandum aliquem difficilis, facilis ad liberandū debet eſſe.*
50 *Iudex in obſcuris fauere debet repetitioni non aduentitio lucro.*
51 *Iudex vt actus valeat magis quā pereat debet iudicare. limitat.*
52 *Ambigua intentione, vel oratione vſus, id quod ei vtilius eſt accipere poteſt. limitatur.*
53 *In obſcuris minimum ſequendum.*
54 *In captioſis eligendum quod minimum habeat iniquitatis.*

Digitized by Google

55 In dubio pro libertate iudicandum.
56 Item pro dote pro Eccleſia in dubio iudicandum,
57 In ambiguis ſententia humanior ſequenda,
58 In dubijs benigniora ſunt præferenda.
59 In obſcuris veriſimilius, & ſolitum inſpiciendum.
60 Tempus in teſtamento pro hærede præſumitur adſcriptum.
61 Regulæ præſumptionum non faciunt ius.
62 Iudex ſecundum acta debet iudicare.
63 Ordo ſcripturæ non eſt ſpectandus.
64 Iudex non debet iudicare ſecundum acclamationem populi.
65 Iudex non debet affectibus indulgere.
66 Iudici, vt homo miſerendum, quatenus peccator puniendus,
67 Iudex pro ſententia præmium accipere non debet.

De ordine cognitionum, & officio iudicis, Tit. 37.

1 PRobationes † ſequitur officium iudicis de iis cogno-
ſcentis, de quo nunc ſimul, & de cognitionum ordine
eſt diſſerendum. Quod igitur ad ordinem cognitionū
2 attinet, hæ regulæ tradi ſolent. † Quod prius de poſſeſſio-
ne, quam de violentia cognoſcendum ſit, atque pronun-
3 ciandum leg. 1. C. de appellatio. † Et prius de poſſeſſione,
quæ vi ablata dicitur, quam de proprietate rei leg. ſi de vi
37. ff. de iudic. leg. qui cætus 5. §. ſi de vi ff. ad leg. Iul. de vi
publ leg. exitus 35 ff. de acquir. poſſ. leg. ordinarij 13. C.
de rei vendicatio. leg. ſi quis 3. C. finiū regund leg. incerti 3.
C. de interdictis leg. ſi colon 14 C. de agric. & cenſit. capit.
ad vltimum 2. de cauſa poſſeſſio. Gabriel. libro quinto de
4 reſtitutio. ſpoliat. conclu. 1. numero 90. & ſequen. † Niſi pe
titorium cum poſſeſſorio ſit cumulatum: tunc enim iudex
in vtroque ſimul procedere, & ſententiam ferre poteſt.
Exemplo c. cum Eccleſia 3. & cap. cum ſuper 4. capit. cum
5 dilecta 6. de cauſ. poſſeſſ. Gabr. d. conclu. 1. num. 92. † Quod
idem eſt, ſi petitorio, & poſſeſſorio apud diuerſos iudices
pendente, poſſeſſorium intra biennium non fuerit fini-
tum extrauagan. commun. 1 §. præterea quia de tregua,
6 & pace. † Incerti enim iuris non eſt, orta proprietatis,
& poſſeſſionis lite, prius poſſeſſionis decidi oportere quæ-
ſtionem competentibus actionibus, ſine præiudicio tamē
proprietatis: vt ex hoc ordine facto, de dominij diſcepta-
tione probationes ab eo, qui de poſſeſſione victus eſt, exi-
gantur d. l. incerti 3. C. de interdict. cum alijs alleg. in prin-
cip. Cæterum ſi duæ cauſæ in iudicium deducantur, qua-
7 rum alteri per alteram futurum eſt præiudicium: † maior
cauſa ante minorem eſt expedienda l. per minorem 54. ff.
de iudic. l. ſiio 4. ff. de in integr. reſtit. exemplo 3. q. 11. c. vlt.
8 in prin. l. 1. C qui accuſ. non poſſ. l. vlt. C. de ordi. cogni. † Per
minorem enim cauſam maiori cognitioni præiudicium fie
ri non oportet: maior enim quæſtio minorem cauſam ad
ſe trahit d. leg. per minorem 54. ff. de iudic. cum alijs mox
9 alleg. † Rei autem maioris pecuniæ præiudicium fieri vi-
detur, cum ea quæſtio in iudicium deducitur, quæ vel to-
ta, vel ex aliqua parte communis eſt quæſtioni de re maio
ri l. rei maioris 21. ff. de exceptionibus exemplo l. Diuus 5.
§. fina. ff. de petit. hæredit. l. vlt. C. eodem leg. non diſtingui-
mus 32. §. ſi is faciat ff. de recept. arbitr. l. vt debitum 5. C.
de action. hæred. leg. ſi quis 7. ff. de petit hæred. exemplo l.
fondum 16. cum l. ſequen. ff. de except. leg. fundi 18. ff. eod.
leg. 1. C. qui accuſ. non poſſint leg. vltim. §. fina. C. de petit.
10 hæred. Nouella cōſt. 115. §. cæterum ſi hæc obſeruata. † Fo
rum igitur iudiciorum, quæ de hæreditatis petitione ſunt,
ea authoritas eſt, vt nihil in præiudicium eius fieri debeat
d. l. Diuus 5. §. fina ff. de petit. hæred. cum alijs ſupra alleg.
Magnitudo enim, & authoritas centumuiralis iudicij non
patitur per alios tramites viam hæreditatis petitionis in-
fringi leg. vlti. C. eod. cum alijs ſupra citat. Proinde ſi is fa-
ciat controuerſiam hæreditatis, qui cum defuncto compro
miſerat, quoniam futurum eſt præiudicium hæreditati ſi
arbiter ſententiam dicat, interea inhibendus eſt arbiter. l.
non diſtinguemus 32. §. ſi is faciat ff. de receptis arbitris. A-
liud exemplum eſt, ſi cum fundum Titianum poſſideres,
de cuius proprietate inter me & te controuerſia eſſet, di-
co præterea viam ad eum per fundum Sempronianū, quē
11 tuum eſſe conſtat, deberi. † In petitione viæ exceptio, quod
præiudicium prædio non fiat, vtilis eſt, ſcilicet quod non
arbiter mihi viam deberi probaturus ſim, quam prius ꝓ-
bauerim fundum Titianum meum eſſe l. fundum 16. cum
12 l. ſequente ff. de except. † Idem dicendum, ſi cum fundi,
quem tuum proprium eſſe dicis partem à te petam, ſimul
tecum communi diuidundo iudicio agere velim. Item ſi
eiuſdem fundi, quem tu poſſides, & ego meum proprium
eſſe dico, fructus condicere tibi velim. Nam vtrobiq. exce-
ptio, quod præiud cum fundo, partiue eius non fiat, obſta
13 bit d. l. fundi 18. ff. de exce. † Idem obtinet ēt in publicis ac-
cuſationib. vt accuſator prius, quę ei ab aduerſario, vt gra
uiora, cædis, vel vulnerum obijciuntur reſpondeat l. 1. C. q.
accuſa. non poſſ. vt & ex Platone Ficinus in lib. 34. de legib.
14 Dialogo 10. proſert. † Planè quamuis criminalis cauſa ciui
li maior ſit, tñ ciuilis ante criminalē exerceri pōt l. 1. C. cū
ciuilis actio crim. &c. Sed & cum ciuili diſceptationi prin-
cipaliter motæ quæſtio criminalis incidit, vel criminali
prius inſtitutæ cauſa adiungitur: poteſt iudex eodem tem
pore vtramque diſceptationem ſua ſententia dirimere le.
cum ciuili 3. C. de ordin. iudic. quæ tamen ſententia ſuam
15 habet antinomiam in iure, vt dicitur. † Quoniam ciuili
quæſtione intermiſſa, ſæpe fit, vt de crimine iudicetur, cu
vt potè maius merito maiori præfertur: ex quo criminalis
quæſtio quocunque modo ceſſauerit, oportet ciuilem cau
ſam velut ex integro in iudicium deductam diſtingui, vt
finis criminalis negocij ex eo die, quo inter partes fuerat
lata ſententia, initium ciuili tribuat quæſtioni leg. vlt. C. de
16 ordin. iudic. † Planè poſt finitam maiorem quæſtionē, mi-
norem in iudicium deduci poſſe ex iā dictis patet. Cui con-
cordare videtur, q alibi dicitur. Si poſt litē de hæreditate
conteſtatam res ſingulæ petuntur, non obſtare exceptionē
quod præiudicium hæreditati nō fiat; ſiquidem in iudicij
facti nomine huiuſmodi exceptiones comparatæ ſunt l. ſi
poſt 13. ff. de exceptionib. Sed ſi inter aliquos de hæredita
te controuerſia ſit, & reus à tertio quodam, vel tanquā
hæres conuenıatur, vel ad rem aliquam hæreditariā reſti-
tuendam, non prodeſt illi aduerſus tertiū exceptio, q præ-
iudicium hæreditati non fiat: non tñ ante tertio reſtituere
tenetur, niſi prius cautione ab eo præſtita, reſtitutū iri id,
quod acceptum eſt, euicta hæreditate l. vlt. C. de petit. hær.
l. ſi teſtamentum 6 ff. eod. l. in fraudem 9 C. de legatis, de
17 qua re ēr infra dicetur. † Planè cauſa maiore, vt puta hæ-
reditariā in iudicium nondum deducta, minor cauſa pp ma
iorem differenda non eſt, quemadmodum in liberali cau-
ſa, quę alioquin ob querelam inofficioſi teſtamenti differ-
ri ſolebat reſponſum eſt l. 7. in prin. ff. de petit hæred. Si ta
men hoc prætendatur, maius iudicium motum iri, iudex ſi
cauſa cognita deprehenderit bona fide illud prætendi, tē-
pus præſtituere debet, idq; modicum, intra quod niſi fue-
rit conteſtatum, in minori cā nihilominus procedi debet d.
l. 7. §. fin cum alleg. paulo ſuperius. Sed & ſi per minorem
cauſam maiori cognitioni nullū futurum eſt præiudiciū,
nihilq. inter eas habent commune, ceſſat exceptio propoſi
ta de minori cā ob maius iudicium differenda d. l. 9. §. fin.
18 † Præterea mota quæſtione plagij, & proprietatis, prius
proprietatis, quā plagij quæſtio eſt determinãda l. Præſes
19 prouinciæ 8. C. ad l. Flaniam de plagiar † Idem dicēdum, ſi
generis ſimul, & hæreditatis quæſtio moueatur: generis n.
20 quæſtio prior determinari debet l. 2. C. de ordi. iudic. † Idē
in alia qualibet præiudiciali cauſa obſeruari debet l. cum
ſtatus 5. C. de ordin. cognit. l. quoniam 26. C. ad l. Iul. de a-
dulter. l. 2. C. de ordin. cogni. l. 1 C. eod. l. ſi crimen 3. l. ſi ſta
tus 4. l. ſi res 6. & l. vlt. C. eod. vnde ſi de hæred. & libertate
ſimul controuerſia ſit, prius agi cauſa libertatis debet. d.
21 l. 5. & l. 2. C. de ordi. cogni. † Et ſi crimen aliquod inferatur
ei, quæ ingenua eſſe dicitur, ante liberalis cauſa ſuo ordi-
ne agenda eſt, quoniam neceſſe eſt, ante ſcire, ſi de delictō ꝓ-
batum fuerit, vtrum vt in liberam, & ingenuam, an vt in
ancillam conſtitui oporteat in iudicium l. ſi crimen 3. C.
eod. cum alijs citatis. Hæc de ordine cognitionū dicta ſuf-
22 ficiant. † Qui quidem ordo, ſi ſeruatus non fuerit, dabitur
appellatio ratione ordinis non obſeruati l. 1. vb. Caſtren. C.
de appella. Bald. in c. ex conqueſtione nu. 1. de reſtit. ſpol.
Bellamer. in c. 1. nume. 2. vbi Henrich. Boich. de re iudicat.
& in c. cum dilecta in princip. de reſcript. Abb. in cap. cum
dilectus numero 8. vbi Butr. col. antepenult. verſicu. quæ-
ro vltimum de cauſ. poſſeſſ. Aret. conſil. 107. nume. 3. Socc.
conſil. 98 numero 3. lib. 4. Iaſ. conſil. 60. in fine libr. 1. Bero.
conſil. 51. numero 6. libro tertio Aym. conſil. 248. numero
quatro alios citat Contard. de momenta. limit. 18. ratione

ordi-

Digitized by Google

23 ordinis cauſæ ad cauſam. † Porro quod ad reliquia iudi-
cum officia attinet, antequam diſputatio cauſæ conclu-
datur, iudices oportet in primis rei qualitatem plena inquiſi-
tione diſcutere, & tunc vtramque partem ſæpius interro-
gare, nunquid noui addere deſideret, cum hoc ipſum ad
alteſutram partem proficiat, ſiue definienda cauſa per iu-
dicem, ſiue ad maiorem poteſtatem referenda ſit, l. iudi-
ces 9. C. de iud. c. 1. in æſtione prima, ca. in primis. 30. quæ-
ſtione quinta. capitul. vltimo, in principio. Villalob. l. 92.
24 † Dubitandum non ea non eſt iudici, ſi quid à litigatori-
bus. vel ab ijs, qui negotijs aſſiſtunt, minus fuerit dictū, id
ſupplere, & proferre, quod ſciat legibus, & iure publico
25 conuenire, l. vnica, C. vt quæ deſunt aduocatis. † Verum
præſumptiones non allegatas ſupplere minimè debet, nec
26 proferre. Turza. opin. 157. Villalo. P. 291. † Vbi autem de-
cretum neceſſarium eſt, per libellum id magiſtratus, ſiue
iudex expedire non poteſt, omnia enim quæcumque cau-
ſæ cognitionem deſiderant, per libellum non poſſunt ex-
pediri, l. nec quicquam 9. §. 1. ff. de offic. Procon. & legati.
27 † Porrò mortuo iudice, quod eum iudicare oportuerat,
idem eum, qui ſubdatus eſt, ſequi oportet, l. mortuo 60. ff.
de iudic. & poteſt iudex ſucceſſor interpretari, & exequi
ſententiam ſui prædeceſſoris. Viuius opin. incip. Iudex ſa-
28 cerdos, † & de qua re cognouerit iudex, pronunciare quo-
que cogendus erit, l. de qua re 74. ff. de iudic. l. Prætor 13. §.
29 final. ff. de vacat. muner. † Inciuile autem eſt, niſi tota lege
perſpecta, vna aliqua particula eius propoſita iudicare,
30 vel reſpondere, l. inciuile, ff. de legibus. † Non omne verò,
quod iudicis poteſtati permittitur, ſubijcitur quoque iu-
ris neceſſitati, l. non quicquid 40. ff. de iudic. Sic abſentem
contumacem iudex condemnare quidem poteſt, non au-
tem omnimodo neceſſe habet, l. 1. C. quomodo, & quand.
31 iud. † In iudicando autem iudex non ad ſententias, & con
ſultationes aliorum reſpiciet, verum ad leges: non enim
exemplis, ſed legibus iudicandum eſt, l. nemo 13. C. de ſen-
tent. & interlocut. omn. iudic. diſt. 9. c. vlt. in princ. 3. q. 7. ca.
iudicet. §. bonus iudex 11. q. 3. cap. ſummoperè, §. fin. inſtit.
de offic. iudic. l. 1. §. ſed & ſi, ff. ad leg. Cornel. de falſ. No-
uella c. 82. §. omnis denique, & in Concilio Tridentino ſeſſ.
32 25. de reformatione, c. ſicut publicè 18. † Niſi lex deficiat:
tunc enim cauſa relinquitur arbitrio iudicantis. 13. q. 2. ca.
vnaquæque. §. fina. Viu. opin. incip. Arbitrio iudicis. Soarez
33 A. 36. latè Menoch. in tract. de arbitr. † Vel niſi cauſæ ſint
clericorum: hæ enim non ſecundum leges, ſed ſecundum
Canones ſunt definiendæ, ca. quod clericis 9. de foro com-
pet. Cum verò duplex quæſtio in iudicijs verſatur, iuris
nimirum, & facti, ante omnia iudici animaduertendum,
vtrum de iure, an facto contentio ſit. Eſt enim aliud eius
34 officium, ſi de iure, aliud ſi de facto ſit controuerſia. † In
iuris quæſtionibus in primis illud obſeruare debet iudex,
ne aliter iudicet, quam legibus, aut conſtitutionibus, aut
moribus proditum eſt, §. 1. inſtit. de offic. iudic. l. 1. §. ſed &
ſi, ff. ad leg. Cornel. de falſ. cum alijs paulo ſuperius alleg.
35 † Neque diſtinguat, vbi non diſtinguit lex; ſed erubeſcat
ſine lege loqui, l. de pretio 8. vbi Doctor. ff. de public. in rē
actio. de qua, & ſupra lib. 1. titu. 1. ver. Præterea leges facilè
36 mutandæ non ſunt. † Neque enim iuris quæſtio in arbi-
trio iudicis eſt, ſed in legum authoritate, l. ordine 15. ibi. cū
facti, ff. ad municipalem, l. 1. §. 1. ibi. Nam, & Papinianus. ff.
ad Senatuſconſ. Turpilli. In extraordinarijs tamen & cau-
ſæ cognitionibus iudici permiſſum eſt animi ſui motum
ſequi, vt dixi, in tract. de tutela, & cura lib. 3. quæſtio. 1. Sed
& ſi inter duo iuſta quæratur, vtrum iuſtius ſit, quæ regu-
læ iudici ſequendæ ſint ſupra de legum interpretatione ti
37 tul. 1. libr. 1. diſſeruimus. † Inter has vna, & hæc eſt, quod
voluntas legis, vel teſtatoris, vel contrahentium ſcripto ſit
præferenda, l. ſi quis 3. in fine, C. de liber. præterit. l. cum de-
lamonis 18. §. optimum, ff. de inſtructo legato. l. in conuen
tionibus 219. ff. de verb. ſignific. l. in ambiguis 96. ff. de reg.
38 iuris, l. non aliter 67. § Titius, ff. de legat. 3. † Dummodo de
voluntate iſta conſtet, alioquin in re dubia melius eſt ver-
bis edicti ſeruire, nec aliter a ſignificatione verborum rece
di oportet, quam cum manifeſtum ſit, aliud ſenſiſſe teſta-
torem, l. 1. §. ſed ſi ſciente, ibi. in re dubia, ff. de exercit. act.
39 l. non aliter 69. in princ. ff. de legat. 3. † Planè non vt iuris,
ita facti quoque quæſtio ex legum authoritate pendet, ſed
potius ex arbitrio iudicis, l. ordine 15. in princ. ff. ad muni-
cipalem, l. 1. §. 1. ff. ad Senatuſconſ. Turpilli. cum alleg. pau-
lo ſuperius. l. eum, quem 79. §. iudicibus, ff. de iudic. l. teſtiū
fides 3. & l. ob carmen 21. §. fin. ff. de teſtib. exemplo l. vlt. §.
Seia, ff. de actio. & obligat. vbi dubitatur, vtrum honeſta,
an turpis cauſa fuiſſet promittendi, accedit Villalob. P. 313.
Viu. opin. incip. contractus, & nos in tract. de tutela, & cu-
ra lib. 3. quæſtio. 1. Ideoque voluntatis defuncti quæſtio in
æſtimatione iudicis eſt, l. voluntatis 7. C. de fideicom. cum
alijs alleg. per Mantic. de coniectur. lib. 3. tit. 1. numero 30.
Neque enim quæ argumenta cuique rei probandæ ſuffi-
ciant, vllo certo modo legibus definiri poſſe, diximus ſu-
pra ſub titu. 29. & ſequen. vbi de probationibus egimus, l.
40 teſtium fides 3. §. eiuſdem, ff. de teſtib. Villalo. P. 313. † Ideo-
que cum de facto quæritur iudex non ad vnam probatio-
nis ſpeciem cognitionem ſuam alligare debet, ſed ex ſentē
tia animi ſui exiſtimare, quid aut credat, aut parum pro-
batum ſibi opinetur, confirmabitque motum animi ſui ex
argumentis, & teſtimonijs quæ rei aptiora, & vero proxi-
miora eſſe comperit, d. l. 3. §. eiuſdem in fine. ff. de teſtib. &
d. l. 21. §. fin. ff. eod. exemplo, l. non omnes 5. §. à barbaris, ff.
de re militari, & l. 1. § Diuus, ff. ad leg. Cornel. de ſicarijs.
Proinde ad circumſtantias quoque cauſæ reſpicere debet,
eſtque perſona ſpectanda, an potuerit facere, & ante tale
quid fecerit, & an cogitauerit, & an ſanæ mentis fuerit, &c.
l. famoſi 7. §. hoc tamen, ff. ad leg. Iul. maieſtat. vt deduxi-
mus in glo. ſtat. Vib. lib. 2. c. vlt. in fine. Nam quod dixit Co-
micus in Aulularia de illa ætate, & ad noſtram translatum
agnouimus, inquit enim

Heus en hac noſtra ætas non multum fidei gerit.
Tabulæ notantur, adſunt teſtes duodecim,
Tempus, locumque ſcribit actuarius.
Tamen inuenitur Rhetor, qui factum neget.

Pro Rhetore enim nunc, vel procuratorem, vel Aduo-
41 catum calumnioſum habemus. † Planè deficientibus ple-
nis probationibus, vel cauillatis, vt ſæpè fit, iudex alterutri
partium in ſupplementum probationis iuſiurandum de-
ferre poteſt, l. in bonæ fidei 3. C. de iureiurand. l. generali-
ter 12. §. ſed iuramento ibi, vel ex authoritate, C. eod. cap. 2.
de probationib. cum alijs allegatis ſupra tit. 34. Turza reg.
20. Hoc tamen à iudice fieri non debet, niſi cauſa cognita,
ſi circunſtantijs cauſæ perſpectis illum aliquid moneat ad
credendum ei, cui probandi onus incumbat. Eſt igitur in
arbitrio iudicis, deficientibus probationibus, ſi alterutra
pars illi ſit ſuſpecta, vel ipſi, vel eius aduerſario deferre hu
iuſmodi ſuppletorium probationis iuſiurandum, prout ei
viſum fuerit etiam altera parte non conſentiente. Hac ra-
tione potuit finiri cauſa, quam Gellius ſe iudice dicit acci-
diſſe, & à ſe alijs alia ſuadentibus, indeciſam relictam, vt
ipſe dicit lib. 14. Noctium Atticarum c. 2. ita. Illa mihi tunc
accidit inexplicabilis reperiendæ ſententiæ ambiguitas. Pe-
tebatur apud me pecunia, quæ dicebatur data, numerata-
que, ſed qui petebat, neque tabulis, neque teſtibus id fa-
ctum docebat, & argumentis admodum exilibus nitebatur:
tur: ſed eum conſtabat virum eſſe fermè bonum, notæ-
que & expertæ fidei, & vitæ inculpatiſſimæ, multaque, &
illuſtria exempla probitatis, ſynceritatiſque eius expromebantur.
bantur. Illum autem, vnde petebatur, hominem eſſe non
bonæ rei, vitaque turpi, & ſordida, conuictumque vulgò
in mendacijs, plenumque eſſe perfidiarum, & fraudum o-
ſtendebatur. Is tamen cum ſuis multis patronis clamita-
bat probari apud me debere pecuniam datam, conſuetis
modis, ex penſitatione, menſæ rationibus, chirographi exhi
bitione, tabularum obſignatione, teſtium interceſſione. Ex
quibus omnibus ſi nulla re probaretur, dimitti iam ſe o-
portere, & aduerſarium de calumnia damnari. Quod de
vtriuſque autem vita, atque factis diceretur, fruſtra id di-
ci, atque fieri. Rem enim de petenda pecunia apud iudicē
priuatum agi, non apud Cenſorem de moribus. Tunc ibi
amici mei, quos rogaueram in conſilium, viri exercitati,
atque in patrocinijs, & in operis fori celebres, ſemperque
ſe circumundique diſtrahentibus cauſis feſtinantes, non
ſedendum diutius, ac nihil eſſe dubium dicebant, quin ab-
ſoluēdus foret, quem accepiſſe pecuniam illam nulla pro-
batione ſolemni docebatur. Sed enim ego homines cum
conſiderabam, alterum fidei, alterū probri plenum ſpur-
ciſſimæque vitæ, ac diffamatiſſimæ, nequaquam adduci
potui ad abſoluendum. Iuſſi igitur diem diffundi, atque
inde à ſubſellijs pergo ire ad Phauorinum Philoſophum,
quem eo tempore Romæ plurimum ſectabar, ac de ho-
minibus,

Digitized by Google

minibus, quę apud me dicta fuerant, vt res erat, narro om-
nia, ac peto, vt ipſum illud in quo hærebam, faceret me, vt
eius rei eſſem prudentior. Tum Phauorinus, religione illa
cunctationis, & ſollicitudinis noſtræ comprobata, inter cæ
tera inquit: Quod ad pecuniam pertinet, quam apud te
iudicem peti dixiſti, ſuadeo hercle tibi, utare M. Catonis
prudentiſſimi viri conſilio, qui in oratione, quam pro L.
Turio contra Cn. Gellium dixit, ita eſſe moribus maiorum
traditum, obſeruatumque ait, vt ſi quod inter duos actū
eſt, neque tabulis, neque teſtibus planum fieri poſſit, tum
apud iudicem, qui de ea re cognoſceret, vter ex ijs melior
eſſet, quæreretur, & ſi pares eſſent, ſeu boni pariter, ſeu ma
li, tum illi, vnde petitur, crederetur, ac ſecundum eum iu-
dicaretur; In hac autem cauſa, de qua tu ambigis, opti-
mus eſt, qui petit, vnde petitur deterrimus, & res eſt inter
duos acta ſine teſtibus, & credas ei, qui petit, condemneſ-
que eum, de quo petitur, quoniam ſicuti dicis, duo pares
non ſunt, & qui petit, melior eſt. Hoc quidem mihi tum
Phauorinus, vt virum Philoſophum decuit, ſuaſit, ſed ma-
ius ego, altiuſque id eſſe exiſtimaui, quam quod meæ æta-
ti, & mediocritati conueniret, vt cognouiſſe, & condem-
naſſe de moribus, non de probationibus rei geſtæ viderer,
vt abſoluerem tamen, inducere in animum, non quiui, &
propterea iuraui, mihi non liquere, atque ita iudicatu illo
ſolutus ſum. Verba autem M. Catonis, cuius commemi-
nit Phauorinus, hæc ſunt. Atque ego à maioribus ſic acce-
pi: Si quis quid alter ab altero peteret, ſi ambo pares eſ-
ſent, ſiue boni, ſiue mali eſſent, quod duo res geſſiſſent vbi
teſtes non intereſſent, illi vnde petitur, potius credendum
eſſe. Nunc ſi ſponſionem feciſſet Gellius cum Turio, ni vir
melior eſſet Gellius, quam Turio: nemo opinor tam inſa-
nus eſſet, qui iudicaret meliorem eſſe Gellium, quam Tu-
rium. Si non melior eſt Gellius Turio, potius oportet cre-
42 di. Vnde petitur: hæc Gellius loco citato. † Ego autem ſi
de cauſa iam dicta conſulerer, neque abſoluendum reum
ſuaderem, vt Iuriſconſulti, neque condemnandum, vt Phi
loſophus Phauorinus: ſed potius ex regula propoſita iuſiu
randum deferendum cenſerem, non quidem priori, ſed
meliori, vt ille, vel iuraret, vel iuſiurandum referret, aut
cauſa caderet, ſecundum ea, quæ dicta ſunt ſupra de iure-
iurando titu. 34 & ita de anno 1593. ſeruauit Petrus Anſel-
mus Primus Collateralis ad mei fauorem contra quēdam,
dum ipſe perfricta fronte negabat, à me pecuniam mutuā
accepiſſe, & ego, neque teſtibus, neque tabulis id factum
docebam, ſed indicijs, & argumentis non exilibus, ſed ali-
qua apud ipſum iudicem æſtimatione dignis, deſumptis
ex literis eiuſdem, licet callidè, atque verſutè circa mutua-
tam pecuniam ſcriptis, ad aliam ſummam mutuò confe-
quendam ſine tabulis, ac ſine teſtibus, vt primam, & con-
ſcius ego ſum, quod iudex iuſtiſſimè fecit. Planè ſi neque
perſona, neque aliud quid in cauſa iudicem moueat, iuſiu-
randum facilè deferendum non eſt: ſed actore ſuam inten-
tionem non probante, reus abſoluendus eſt, aut reo ſuam
exceptionem non probante, condemnandus, vt dictū fuit,
atque probatum ſupra titu. 29. ſi de ſignificatione alicuius
vocis quæratur expoſitum eſt ſupra lib. 1. tit. 1. dum de in-
43 terpretatione legum diſſerimus. † Sed ſi quæratur de ſi-
gnificatione verborum ab aliquo prolatorum, ſtandum
eſt interpretationi proferentis. Quilibet enim eſt inter-
pres verborum ſuorum. Gabr. lib. 6. de regu. iur. concluſ. 3.
num. 71. & ſequen. Quod tamen ius non tranſit ad hære-
dem, d. concluſ. 3. num. 74. Nec ad dominum, vel Procura-
torem, num. 80. Nec ad ſucceſſorem in officio, numero 84.
44 Nec ad legatum Papæ, d. concluſ. 3. num. 22. † Si de volun
tate, vel ſententia alicuius quæritur, an, & quid ſenſerit,
quid ſequendum definitur in l. in teſtamentis 12. ff. de reg.
iuris, huc pertinet, l. capienda 128. ff. eod. & l. voluntatis 7.
45 C. de fideicomm. † Hic etiam conſiderandæ ſunt præſum
46 ptionum regulæ, quæ paſſim in iure habentur, † vt de pa
riter mortuis, vt puta parente cum filio pereunte, vt igno-
retur, vter prior deceſſerit, & perconſequens, vtrius hære-
dibus, hæreditas debeatur. exemplo Imperatoris Adriani,
credendum eſt, patrem prius mortuum eſſe, l. qui duos 10.
§. cum bello, ff. de reb. dub. & §. fin. Planè ſi cum filio ſuo li
bertus ſimul perierit, inteſtato patrono legitima defertur
hæreditas, ſi non probatur ſuperuixiſſe patri filius: hæc
enim, reuerentia patronatus ſuggerente, dicuntur, d. l. 10.
§. ſi cum filio. Sed & ſi cum ita fideicommiſſum ab aliquo
relictum eſſet, ſi ſine liberis deceſſerit, poſtea ignoretur,
vtrum pater, an filius prior mortuus ſit, & ita vtrum con-
ditio extiterit, vel defecerit, reſponſum eſt, videri patrem
ſuperuixiſſe, atque ita conditionem extitiſſe, l. ex facto 17.
§. ſi quis autem, ff. ad Senatuſconſ. Trebell. Idem dicendū,
ſi pater cum filio impubere deceſſiſſe proponatur, vt dubi
tetur, vter prior deceſſerit. Nam & hoc caſu pater credi-
tur ſuperuixiſſe, d. §. ſi quis autem. Hinc Dantes in inferno
cantilena 33. refert, quod certo ſcire non poterat, impube-
res filios Comitis Vgolini cum patre ad fame pereundos
Piſis carceratos ante patrem periſſe. Quod de patre dixi-
mus, idem de matre quoque intelligendum eſt, vt ſi cum
filio pubere mater naufragio perierit, nec explorari poſ-
ſit, vter prius extinctus ſit, credamus, filium diutius vixiſſe,
l. cum pubere 25. ff. de reb. dubijs, l. quod de 17. cum l. ſe-
quen. ff. eod. Si autem cum filio impubere mater perierit,
intelligamus priorem filium necatum eſſe, l. ſi mulier 24.
ff. eod. l. inter ſocerum 26. ff. de pact. dotalibus. Proinde ſi
mater ſtipulata eſſet dotem à marito, mortua filia in ma-
trimonio ſibi reddi, & ſimul cum filia periſſet: reſcriptum
eſt, commiſſam ſtipulationem non eſſe, nec hæredibus ma
tris ex ſtipulatu actionem, concedendam: niſi probaſſent
matrem ſuperuixiſſe, d. l. 17. cum l. ſequenti. Idem dicen-
dum, ſi extraneus, qui dotem ſtipulatus eſt, ſimul cum ma
rito deceſſerit, vel cum ea, propter quam ſtipulatus eſt, d.
l. 17. cum lege ſequente. Item ſi dos vxori prælegata ſit, &
ſimul cum marito perierit, l. 18. ff. eod. Nam creditur mari-
tus ſuperuixiſſe. Idem in ſtipulatione quoque de dote di-
cendum eſt, facta ſub hac conditione: ſi in matrimonio
mulier deceſſerit. Nam ſtipulatio de dote locum habebit,
ſi non probatur illa ſuperſtes viro fuiſſe, d. l. 10. §. ſi mari-
tus. ff. de reb. dub. Idem quoque dicendum in donatione
marito ab vxore facta, vt ibi Contra tamen, ſi vxori mari-
tus donauerit, ſimulque cum marito deceſſerit: in dubio
præſumitur vxor ſuperuixiſſe, & donatio valere, maximè
quod donator non ſuperuiuat, qui rem conducere poſſit,
l. ſi inter 9. ff. de reb. dub. & ita intelligendum puto legem
idem eſt 18. ff. eod. Inſuper ſi cum vni ex duobus hæredi-
bus, qui ſupremus moreretur, ſubſtitutio facta eſſet ambo
ſimul perierint, vt ignoretur, vter prior deceſſerit: ſubſti-
tutus vtrique hæres erit, l. 10. in princ. ff. de reb. dub. Nam
& qui vnicum filium habet, ſi ſupremum morienti ſubſti
tuit non videtur inutiliter ſubſtituiſſe: & proximus adgna
tus intelligitur etiam, qui ſolus eſt, quique neminem an-
tecedit, & hic ergo vtrique, (quia neutri eorum alter ſu-
perſtes fuit) vltimi primique obierunt, dict. l. 10. §. Nam &
qui vnicum. Cui contradicit, l. ſi eius 34. ff. ad Senatuſconſ.
Trebell. Si enim eius, qui nouiſſimus ex filijs mortuus eſ-
ſet, partem hæreditatis propinquo voluit pater reſtitui: ſi
ſimul fratres, diem ſuum obijſſent, propinquum (ſi non
oſtenderit, qui nouiſſimus obijſſet) ad patrem hæreditatis
non admitti, ſed matrem ex Tertylliano Senatuſconſulto
ad vtriuſque hæreditatem admitti conſtat, d. l. 34. de hac
enim antinomia, licet conſulere Accurſium ibi. Si in certa-
mine duo pariter ad ſtadium peruenerint, vt ignoretur,
vter prior fuerit, neutri gratificandum, ſed omnibus ex æ-
quo denuò poteſtas eſt facienda certandi. Viu. opin. incip.
Currentibus 84. per text. in d. l. 34. in l. qui filiabus, §. 1. ff. de
legat. 1. in l. ſi quis ſeruum 8. § inter duos, ff. de legat. 2. Et
hoc eodem caſu non ſolum denuò currunt illi duo, qui fue-
runt primi, verum etiam omnes iterum currere debent, ex
quo enim nemo illorum vicit, nemo aliorum victus eſt.
Barbat. in c. indicante, num. 10. de teſtam. Angel. & Alex. in
47 d. l. 34. & d. §. 1. Viuius vbi ſupra. † Porò in rebus dubijs,
& obſcuris iudici præter regulas hactenus propoſitas, &
aliæ in iure præſcribuntur, vt quoties æquitatem deſiderij
naturalis ratio, aut dubitatio iuris moretur, iuſtis decretis
rem temperandam meminerit: & in re dubia potius reo,
quam actori faueat, l. in ambiguis 85. § fin. ff. de reg. iuris,
l. fauorabiliores 167. ff. eod. cum alijs alleg. ſupra titul. 13.
48 † In pari enim cauſa poſſeſſor potior haberi debet, ſi qui-
dem fauorabiliores rei, quam actores habentur, d. l. 167. &
49 d. tit. 13. † Ideoque vbi de obligando quæritur, propenſior
eſſe iudex debet, ſi habet occaſionem ad negandum, vbi de
liberando ex diuerſo facilior erit ad liberationem, l. Arria-
50 nus 46. ff. de actio. & oblig. l. abſentem 5. ff. de pœnis. † Præ-
terea in re obſcura melius eſt fauere repetitioni, quam ad-
uentitio lucro, l. non debet 41 ff. de regu. iur. exemplo. l. at ſi
quis

Digitized by Google

quis 14. §.ſed & ſi res, ff.de religioſ.l.quod ſi poſſeſſor 17.
51 in fin.ff.de petit.hæredit.† Et quoties in actionibus, aut in
exceptionibus ambigua oratio eſt, commodiſſimum eſt
id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat, quam pe-
reat, l.quoties 13.ff.de reb.dub.l.vbi eſt 22.in fin.ff.eodem
l.quoties 80 ff.de verbor.obligat.l.ſi quis 66. ff.de iudic. l.
in contrahenda 132.in fin ff.de regul iuris. Nam ſemper in
dubijs id agendum eſt, vt quã tutiſſimo loco res ſit bona
fide contracta; niſi cum apertè contra leges ſcriptum eſt,
d.l.22.in fin.ff.de reb.dubijs, exemplo l.Titia 134 §.idem
reſpondit, ff.de verbor obligat.& §.fin.& l.item quia 4. §.
fin.ff.de pact.vbi conditionem ineſſe ſtipulationi ſcincet, ſi
52 non ſoluantur vſuræ. † Ideoque ſi quis intentione ambi-
gua, vel oratione vſus ſit, id quod vtilius ei eſt, accipiendũ
eſt, l.ſi quis 66.ff.de iudicijs. Ambigua enim intentio ita ac-
cipienda eſt, vt res ſalua ſit actori, l.in contrahenda 132.in
fine, ff.de reg.iur. in contrahenda tamen vẽditione ambi-
guum pactum contra venditorem interpretandum eſt: vt
in ſtipulationibus contra ſtipulatorem: niſi fortè verba
pro ſtipulatore ſint clara, & aperta, promiſſorque dicat,
aliud eſſe actum, hoc enim caſu verbis potius ſtãdum eſt,
donec contrarium probetur, leg.in contrahenda 133.ff.de
53 reg.iur.vbi glo.c.contra eum 57.de regu.iur.in 6.† Præte-
rea in obſcuris quod minimum eſt, ſequimur. leg.quoties
200.ff.de regul.iuris, capit.in obſcuris 30.de regul.iur. in
ſexto exemplo, cap.ex parte 18.de cenſibus, Turza.regu-
54 la 108.† Et quoties nihil ſine captione inueſtigari poteſt,
eligendum eſt, quod minimum habeat iniquitatis, l.quo-
55 ties 200.ff.de regul.iur. † Item quoties dubia interpreta-
tio libertatis eſt, ſecundum libertatem reſpondens erit, le-
ge quoties 20.ff.de regul.iur. l.in obſcura 139. ff.eodem, l.
cum inter 14.in fine, C.de fideicomm.libert.l.inter pares
56 38 ff.de reiudicata. † Quemadmodum, & pro dotibus in
ambiguo reſpondere melius eſt, l.in ambiguis 85. ff.de re-
gul.iuris, l.70.ff.de iure dotium, & pro eccleſia. Turza. re-
57 gul. 101.nam & alias † in ambiguis rebus humaniorẽ ſen-
tentiam ſequi oportet, dicta l.14.in fine. C.de fideicomm.
libert.leg.ſi fuerit 11.§.fin.ff.de rebus dub.cap.eſtote 2.de
58 regul.iur. † Semperque in dubijs benigniora præferenda
ſunt, l.ſemper 56.ff.de regul.iuris, l.ea, quæ 152. in fine, l.fa
ctum 197.in fine, ff.eodem exemplo, l.non ſine ratione 5.
C.de bonis quæ liberis, dicto cap.eſtote, cap.in pœnis 49.
59 de regul.iur.in 6. exemplo, c.ex literis 11.de conſtitut.† In
obſcuris inſuper inſpici ſolet, quod veriſimilius eſt, aut
quod plerumque fieri ſolet, leg.in obſcuris 114.ff.de regu.
iur.l.ſemper 34.ff.eodem, cap.inſpicimus 45. eodem in 6.
Turza reg.89. Viuius opin.incipiente. Moneta ſine pecu-
nia numero ſecundo, Gabr.libro 6. de conſuetudine con-
cluſ.1.& concluſ.2.& libro 1.de præſump.concluſ.16. nu-
60 mero 4.& libro 6.de regul. iuris concluſ.10.† Ideoque cũ
tempus in teſtamento adijcitur, credendum eſt pro hære-
de adiectum, niſi alia mens fuerit teſtatoris: ſicut in ſtipu-
lationibus promiſſoris gratia tempus additur, l.cum tem-
pus 17.ff.de reg.iur.l.cum qui 41.§.fin. ff.de verbor.oblig.
l.continuus 137.§.cum ita ſtipulatus, ver.nam & quod in
diem, ff.eod. Hactenus regulas præſumptionum in rebus
dubijs, & obſcuris enumeraſſe ſufficiat. quarum tamẽ plu
res, ſed ſpeciales ſupra in ſuis locis propoſuimus, & infra
61 proponemus.† Quæ regulæ ſummo iudicio egent, ne vi-
deantur inuicem cõtrariæ, cogitandumque eas non ius fa-
cere, l.1.ff.de regul.iur. ſed eſſe quaſi cauſæ coniectiones, vt
ait ibi Sabinus, ex quibus iudici, quid in rebus dubijs, &
obſcuris ſequendum ſit, probabiliter ſaltem ſit conijcien-
62 dum.† Præterea iudex debet iudicare ſecundum acta, &
probata, non ſecundum conſcientiam. Villalo.l 97. quod
tamen eſt controuerſum, vt apparet ex glo.in §.ſi animus
63 in verb.in eodem iudicio Inſtit. de actionib.† Non debet
ſpectare ordinem ſcripturæ, ſed ex iure communi inter-
pretationem aſſumere debet, l.5.cum l.ſequen.de ſolutio.
64 c.cauſam 18. de reſcript. † Non debet iudicare ſecundum
acclamationem populi, c.ad audientiam 3. de conſuetud.
65 † Non debet indulgere affectibus 3.q.7.c.iudicet ille 5.q.
2.cap.relatum.§.fin.11.quæſt.3. cap.iudicare, capit.ita vſ-
que ad cap qui rectè, cap.ita ſæpè. cap.cum apud, c.ſum-
mopere, cap.plerunque 23.quæſt.4.cap.eſt iniuſta, cap.ne
amiſſo, cap.ea vindicta. §.ſed adhuc quæſt.quinta, c.pro-
96 deſt.§.nihil, & cap.primo, de re iudic.in 6.† Planè quate-
nus homo ei miſerendum, quatenus peccator eſt punien-
dus 23.quæſt.4.cap.duo iſta. Quoniam in iudicijs non eſt
habenda acceptio perſonarum, cap.in iudicijs 12. de reg.
67 iur.in 6.† Et de iure canonico præmium pro ſententia nõ
poteſt accipere. 11.quæſt.3.cap.qui rectè, cap.non licet, &
14.quæſt.5.cap.vltim. §.ſed non ideo alia plura iudicis of-
ficia proponuntur ſupra libro 1. titul.18. & aliquibus ſe-
quentibus. Nunc reſtat dicendum de alijs, & primum de
relationibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in dubijs, & obſcuris conſulere debet magiſtratus ſupe-
riores, & Principem ipſum.*
2 *Ius canonicum ferè in omnibus imitatur ius ciuile.*
3 *Relatio per ſuggeſtionem ad Principem non inſtituenda.*
4 *Relatio ad Principem poſt ſententiam non eſt facienda.*
5 *Sacra ſcriptura ſi authoritas deſit, ad quos recurrendum.*
6 *Conſultatio cum omnibus actis, ac plena relatione eſt tranſmit-
tenda.*
7 *Relatione pendente, nihil per iudicem innouandum.*
8 *Conſiliarij Principis relatam cauſam debent examinare.*
9 *Imperator ſecundum conſilium reſcribit, & non datur appel-
latio.*
10 *Iudex ſententiam laturus, quæ facere debet.*

De relationibus, & cauſa ad ſuperiorem iudicem remittenda. Tit. 38.

1 SAnè † in rebus dubijs, & obſcuris iudici facultas cõce-
ditur, ſuperiores magiſtratus conſulendi, §.penul No
uell.con.82. § cæterum ſi iudici Nouella c.113. exem-
plo leg.verum, & dolo 11.§.ex facto. ff.de minor viginti-
quinque annis. Nam ita Imperator Iuſtinianus in dicta
con.82.ait, ſi quid iudices, dum cognoſcunt, putauerint
ſubeſſe dubij, damus ei licentiam de his nunciare nobis, &
nos conſulere, vt diſcant, quæ neceſſaria ſunt, & ita quod
agendum eſt, explicent, & faciant iuſta ſimul, & rationa-
bilia iudicia, & in Deuteron.capit.17. mandatur iudicibus
electis ita. Quod ſi difficile vobis viſum aliquid fuerit, re-
ferrat ad me, & ego audiam, inquit ibi Rex Moſes. Hoc idẽ
obſeruandum docuit D.Thomas in 1.2.quæſt.96.ar.quar
to, & quæſtio.97. artic.vtique 4. Quod idem diſponit ius
canonicum videlicet quod in cauſis dubijs Papa conſula-
tur 6.quæſt.3.c.denique, ver.quod ſi quælibet.diſtinc.20.
c.de libellis, ver.nam ſi tale, vt facit quaſi in omnibus ciui-
li iure diſpoſitis, vt hac ſola ratione nõ poſſit appellari ius
2 tirannicum, vt quidam impij dixerunt, † quia in multis
eſt cõformis, vt colligitur ex lectione totius operis, in quo
diſputationes iuris ciuilis non ſolum ciuilibus legibus, ſed
& canonibus comprobamus, & in paucis differt à legibus
ciuilibus, quæ quidem illa pauca collegerunt Hieronym.
Zanet. Proſod. de Comitibus Galuani, & Io. Baptiſta a
S.Blaſio de differentijs inter ius canonicum, & ciuile. Sed
his, quæ de conſulendo Principe dicta ſunt, contradicere
videtur, alia eiuſdem Imperatoris Iuſtiniani poſterior
3 conſtitutio, qua cauetur, † ne quis iudicum vllo modo,
aut tempore in cauſis apud ipſos propoſitis relationem
per ſuggeſtionem ad Imperatorem inſtituat, ſed vt per-
fectè negocium examinet, & ſecundum quod ipſi iu-
ſtum, & legitimum viſum fuerit, iudicet, appellationis re-
medio ei, qui ſententia læſus fuerit, reſeruato. Nouella
con.125. quæ conſtitutio videtur quodammodo præce-
denti contradicere, & conſulendi licentiam auferre: quã-
quam Accurſius eam interpretatur de facti tantum quæ-
ſtionibus, in quibus ne antiquo quidem iure conſulendi
poteſtas concedebatur. Nam cauetur iure Pandectarum
iudicibus de iure dubitantibus præſides reſpondere, ſed
de facto conſulentibus debere Præſides conſilium impet-
tire, verum iubere eos, prout religio ſuggeſſerit ſenten-
tiam proferre; quoniam hæc res non nunquàm infa-
met, & materiam gratiæ, vel ambitionis tribuat, lege
enim, quem 79 § iudicibus, ff.de iudic. lege teſtium fi-
des 3. §.idenque Diuus, ff.de teſtibus, lege non ſtatum 6.
verſic. & ideo non ff.ad leg. Flauiam de plagijs. Planè
Imperator quoque Conſtantinus vetuit, ne ad Impera-
torem,

Digitized by Google

torem, quod plena inſtructione indigeat conſulendo mit-
4 tatur, lege prima, §. ſed nec ad nos, C. de relationib. † Sed
& idem Imperator prohibuit, ne poſtquã à iudice in cau-
ſa pronunciatum ſit, relatio fiat, lege prima in princ. C. de
relatio. l. iubemus 34. ibi, dum in partibus, C. de appella-
tio. Porrò ex prædictis conſtat in dubijs rerum quæſtioni-
bus non Imperarorem ſolum, ſed & Præſides Prouincia-
rum à iudicibus Conſuli potuiſſe, d. l. eum, qui 79. ff. de iu-
5 dic. † Et Summus Pontifex docet, ad quos ſit recurrẽdum
pro Conſilio, ſi ſacræ Scripturæ authoritas deſit, in diſtinc.
20. ca. vlt. Nec tamen delegatus iudex ad Præſidem dele-
gantem cauſam, quam cognouit, & de qua pronunciare
poteſt, remittere poterat, niſi fortè ita delegata eſſet cau-
ſa, vt remitteretur deleganti, vel meri eſſet Imperij, l. pla-
cet 3. C. de pedan. iudic. l. ſolet etiam 6. ff. de offic. Proconſ.
6 l. ſi quid 11. ff. eodem. † In conſultatione inſuper iubetur iu-
dex, omnes omninò cauſas comprehendere, vt recitata cõ-
ſultatione propemodum actorum recenſione nõ ſit opus:
actis tamen nihilominus adiungendis, l. ſi quando 3. C. de
relatio. Sed & conſultationis exemplum litigatoribus a-
pud acta edere iubetur, vt ſi cui fortè relatio minus plena,
vel contraria videatur, is refutatorias preces ſimiliter apud
acta ſine aliqua fruſtratoria dilatione offerat, l. 1. §. fina. &
7 l. 2. C. de relationib. c. intimaſti 68. de appellatio. † Relatio-
ne autem pendente, iudex ſententiam ſuam pronunciare
non debet, l. 1. in princ. C. de relatio. l. iubemus 34. ibi. non
prius, C. de appellat. Nec aliquid innouare, c. licet 5. de of-
8 fic. leg. 2. q. 1. c. nomen ver. quod, nec in negotijs. † A Con-
ſiliarijs verò ipſius Imperaroris ad hoc deputatis, parti-
bus præſentibus, vel abſentibus cauſa examinanda eſt, quo
9 facto, † ſecundum horum Conſilium Imperator reſcri-
bit, d. l. iubemus 34. C. de appellat. Nouella c. 126. in princ.
A quo reſcripto prouocari non licet, d. l. 34. ibi. vt tamen
diſpoſitio, &c. l. vlt. ff. quando appellandum ſit 2 q. 6. c. bi-
duum, § finali, & dicetur infra copioſius. Hactenus de re-
10 lationibus, & conſultationibus ſit dictum. † Porrò ſi rela-
tione omiſſa iudex ipſe ſententiam laturus eſt, iubetur de-
liberatione habita, eam ponderare, nec præcipitare, conce
ptamque in libellum conferre, l. 2. in princ. Ideo nunc de
ſententia formanda eſt dicendum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia formanda, & in libellum conferenda, nec præcipitan da eſt.*
2 *Sententia debet eſſe certa, atque de certa re.*
3 *Sententia, ſi adeſt procurator, in eius perſonam eſt concipienda.*
4 *Sententia ſub conditione non eſt ferenda, limitatur.*
5 *Expenſarum ratio habenda eſt in ſententijs.*
6 *Actor poteſt condemnari.*
7 *Sententia, & Latina, & Græca lingua ferri poteſt.*
8 *Prætor latinè decreta interponit.*
9 *Sententiã ex propria non Imperatoris perſona iudex profert.*
10 *Sententia in plurali numero concipienda, ac proferenda.*
11 *Sententia partibus præſentibus proferenda.*
12 *Sententia per iudices ipſos, non per alios recitanda, limitatur.*
13 *Sententia in ſcriptis proferenda, limitatur.*
14 *Sententia lata, ceſſat officium iudicis.*
15 *Iudex ſententiæ verba emendare, declarare, & reliqua facere poteſt ad conſequentiam pertinentia.*
16 *Prætor, quod iuſſit, vetuitque tollere poteſt, & mutare.*
17 *Mulcta in corporalem pœnam mutari poteſt.*
18 *Iudex acta de partium conſenſu poteſt circumducere.*
19 *Iudex illuſtris an ſuam ſententiam mutare poſſit.*
20 *Sententia contra Epiſcopum in criminalibus, inconſulto Papa per neminem eſt ferenda.*
21 *Epiſcopi inconſulto Papa non ſunt condemnandi in criminalibus, & id cum reuerentia Sacri officij.*

De ſententia formanda, & pronuncianda. Tit. 39.

1 ITaque † deliberatione habita, formanda ſententia eſt,
& in libellum conferenda, nec præcipitanda, l. 2. C. de
ſent. ex breuiculo recitandis, l. eos, qui 6. §. fin. C. de mo-
do mulctar. l. 1. C. de requir. reis. 11. q. 3. c. ſummoperè 2. q.
1. c. in primis, §. ſedet, & §. fin. cum c. ſequent. Plura de ſen-
tentijs referuntur in Syntagma comm. opin. iuris loco 11
tit. 3. Nam ſi relatione omiſſa, iudex ipſe ſententiam latu-
rus eſt, iubetur, deliberatione habita, eam ponderare, nec
præcipitare, conceptamque in libellum conferre, d. l. 2. cũ
alijs ſupra citatis. Sed ſi in ſcriptis lata non fuerit, poterit
res iudicata probari per teſtes, c. Albericus 43. de teſtib. ca.
2 ſicut 16. de re iudicata. † Citare autem debet iudex, vt om
ninò quantum poſſibile ei eſt, certæ pecuniæ, vel rei ſentẽ-
tiam ferat, etiam ſi de incerta quantitate apud eum actũ
eſt, §. curare inſt. de actionib. Seraph. deciſ. 1. num. 1. Sed &
ſi inter partes conuenerit, quid pronuncietur: non abs re
erit, iudicem huiuſmodi ſententiam proferre, l. ſi conuene
3 rit 26. ff. de re iudic. Villalo. S. 40. † Et ſi, reus per procura-
torem iudicium ſuſceperit, in procuratoris, non rei princi-
palis perſonam ſententia ferenda eſt, l. 1. C. de ſent. & inter-
locut., niſi fortè illuſtris perſona iniuriarum accuſationem
criminalem per procuratorem inſtituerit, vel ſubſtituerit, l. vlt. §. penult. C. de iniurijs. Clar. §. fin. quæſt. 32. in fine.
4 † Nec etiam ſub conditione ſententia ferri debet, l. 1. §. bi-
duum, ff. quand. appelland. ſit. quod intellige de penitus
extrinſeca, & remota, vt diximus in tract. de condit. par. 2.
c. 1. quæſt. 59. per tot. Seraph. deciſ. 169 num. 3. & deciſione
5 701. numer. 4. & 5. † Et expenſarum ratio in ſententijs eſt
habenda, §. hæc autem omnia inſtit. de pœna temerè liti-
gan. l. eum, quem 79. ff. de iudic. l. properandum 11. §. ſiue
autem alterutra, C. eod. l. non ignoret 4. C. de fructibus. &
6 lit. expenſ. & diximus in glo ſtat. Vrb. lib. 1. ca. 196. † Acto-
rem quoque iudex, ſi obnoxius fuerit inuentus, condemna
re poteſt, l. cum Papinianus 14. C. de ſenten. & interlocut. Et
7 tam † Latina, quam Græca lingua iudices ſententias pro-
8 ferre poſſunt, l. iudices 12. C. de ſentent. & interlocut. † De-
creta tamen à Prætoribus Latinè interponi debent, l. decre
9 ta 48. ff. de re iudic. † Ij, qui in ſacro palatio ſententias fe-
runt, iubentur non ex Imperatoris, ſed ex propria perſona
interlocutorias proferre. Nouella c. 126. in princ. vſque ad
10 §. in omnibus. † Et non in ſingulari, ſed in plurali numero
concipienda, ac proferenda eſt, c. cum ab vno 4. de re iudic.
11 in 6. † Omnes autem iudices, præſentibus litigatoribus
ſuas ſententias pronunciare iubentur, hoc eſt legitimè vo-
catis, & citatis, l. de vnoquoque 47. ff. de re iudic. l. ſi per lu-
ſorio 14. §. final. ff. de appellat. l. ea, quæ 7. C. quomodo, &
quand. l. ſi fiſcus 7. ff. de iure fiſci, l. non intelligitur 3. §. Di-
12 uus, ff. eod. de qua re latius dicetur infra ſuo loco. † Item
iudices ipſi ſuas ſententias recitare debent, non alijs man-
dare recitandas, l. 1. C. de ſenten. ex breuic. recitandis, l. eos,
qui 6. §. fin. C de modo mulctar. Clar. §. fin. q. 93. Niſi fortè
Præfectus Prætorio, aut alia illuſtris perſona iudicis mu-
nus ſubſtineat, l. 2. in fine, C. de ſent. ex breuiculo recitand.
Vel conſuetudo ſit in contrarium, prout adeſſe teſtatur
13 Clar. in §. fin. d. q. 93. in princip. † Sed & ex breuiculo, ſeu
ſcripto ſententiæ recitari debent, quamuis per annotatio-
nem ſit iudicatum, l. vlt. C. de ſent. ex breuiculo recit. Nã
ſtatutis generalibus iuſſum eſt, vt vniuerſi iudices, quibus
reddendi iuris in Prouincijs permiſſa eſt facultas, cognitis
cauſis, vltimas definitiones de ſcripti recitatione proferãt.
Cui adiectum eſt, vt ſententia, quæ dicta fuit, cum ſcripta
non eſſet, nec nomen quidem ſententiæ habere mereatur,
nec ad reſciſſionem decretorum appellationis ſolemnitas
requiratur, d. l. vlt. & l. 2. ibi ſcriptaſque, C. eod. d. l. 6. §. fin.
C. de modo mulctar. l. quoties 17. §. fin. C. de dignit. l. mul
tis 8. §. hoc etiam, C. de princip. agen. Nouella c. 82. §. præ-
bebunt 2. q. 1. c. in primis, §. ſed & de perſonis verſ. ſi ſcrip-
tis iudicatum, & §. fin. cum c. ſequen. & c. legum. Niſi Epi-
ſcopus in cauſa Clerici ſententiam ferat. Nouella conſt. 83.
14 §. vbi autem diuinere. † Sententia autem lata, iudicis offi
cium ceſſat, & iudex poſteaquam ſemel dixit ſententiam,
iudex eſſe deſinit, nec amplius corrigere, vel mutare ſentẽ
tiam ſuam poteſt, etiam eodem die, quo pronunciatum
eſt, ſemel enim malè, ſeu benè functus eſt officio, l. iudex
55. ff. de re iudic. l. 1. C. ſenten. reſcind. non poſſ. l. 1. §. fin. ff.
de quæſtionib. l. moris eſt 9. §. iſtæ ferè in fine, ff. de pœnis,
l. ea, quæ 3. C. comminationes, &c. l. acta 45. §. de amplian-
da, ff. de re iudic. c. in literis 9. de offic. de legat. Turza. opin.
15 64. Villalob D. 21. Viuius opin. incipien. Iudex à quo. † Pla
nè actorum verba emendare, tenore ſententiæ perſeueran
te, non eſt prohibitum: & reliqua, quæ ad conſequentiam,
& declarationem iam ſtatutorum pertinent, & priori ſen-
tentiæ deſunt circa condemnandum, vel abſoluendum
reum

Digitized by Google

teum ſuppleri licet, eodem tamen die, l. actorum 46. ff. de
re iudic. l. Paulus 42. ff. eod. Gabr. lib. 6. de reg. iur concluſ.
3. num. 14. Nam ſententia benè concepta nulla indiget mu
ratione, ſeu declaratione Seraph. deciſione 930. numer. 16.
16 † Quod autem de ſententijs non mutandis dictum eſt, ad
mandata, vel edicta magiſtratus nō pertinent. Quod enim
iuſſit, vetuitque Prætor contrario Imperio tollere, & re-
17 mittere poteſt, l. quod iuſſit 14. ff. de re iud. † Sed & mul-
cta indicta, ſi condemnatus non ſit ſoluendo in pœnam
corporalem commutari poteſt, l. vlt. § fin. C. de modo mul-
18 ctar. † Poſtremo & illud notandum eſt, quod acta apud
ſe habita, ſi partes conſentiant, & iudex hoc permiſerit,
poſſe iubere ea die circumduci: niſi vel negotium, vel lis
19 terminata ſit, l. acta 45. in princ. ff. de re iudic. † An autem
iudex illuſtris poſſit ſuam ſententiam mutare, controuer-
titur apud Gloſſ. in l. 2. §. ſed nec ſit, C. de ſent. ex breuiculo
20 recitan. † Tandem obſeruandum eſt, ſententiam non eſſe
ferendam contra Epiſcopum, inconſulto Papa. 3. q. 6. cap.
accuſatus in fine cum c. ſequen. c. diſcutere, c. quamuis, ca.
multum, c. dudum cum ſequentibus vſque ad ca. peregri-
na. q. 8. c. 1. §. iudices, ver. finis verò, & 9. q. 3. ca. vlt. ver. & ſi
inter eos. Quod debet intelligi in cauſis criminalibus ex al
21 legaris. † Et quamuis Epiſcopi, & Prælati grauius ſint pu
niendi. Tamen contra eos maxima cum reuerentia eſt pro
cedendum, c. 2. de offic. deleg. in 6. cum allegatis ſupra lib.
3. tit. 17. num. 3. & 4.

SVMMARIVM.

1 *Appellandi vſus vetus, frequens, & neceſſarius.*
2 *Appellatio non eſt deneganda putanti ſe læſum ſententia.*
3 *Appellare à Principe non licet, limitatur.*
4 *Appellare licet à delegato Principis ad Principem.*
5 *Appellare non licet à Præfecto Prætorio, ſed ſupplicare.*
6 *Appellare licet à Proconſulibus.*
7 *A Senatu Romano appellare non licet.*
8 *Appellare non licet à iudice compromiſſario, limitatur pluribus modis.*
9 *Appellare non licet à ſententia Epiſcopi, ſeu Primatis.*
10 *Appellatio an detur ab Auditore, vel Subdelegato.*
11 *Appellare non licet à Præfecto Auguſtali.*
12 *Appellatio in maioribus, & in minoribus negotijs datur.*
13 *Iudex non debet appellationem referre ad iniuriam.*
14 *Quantitatis cauſæ appellationem diſtinguit.*
15 *Summæ cumulantur pro diſtinctione iudicis inducenda.*
16 *Officialis ob malè geſtum officium damnatus non appellat.*
17 *Officialis damnatus ſupplicat Principem.*
18 *Appellatio, & in criminalibus, & ciuilibus cauſis conceditur.*
19 *Ab executore appellare non licet, limitatur.*
20 *Ab ordine non ſeruato appellatur.*
21 *A ſententia de exequendo, an liceat appellare.*
22 *Appellatio non datur in non accipientibus dilationem, vt in exemplis ibi datis.*
23 *Appellatio in poſſeſſorijs momentaneis non datur, limitatur.*
24 *Appellatio in fiſcalibus, & tributarijs functionibus non datur.*
25 *Appellatio de bonis vacantibus iudicatis datur.*
26 *A mulcta iniuncta appellatur.*
27 *Ab omiſſa condemnatione expenſarum appellatio non eſt neceſſaria. & quare.*
28 *A ſententia diffinitiua non interlocutoria, appellatur, limitatur pluribus modis declaratur, ac diſtinguitur.*
29 *Ab excommunicatione, vel interdicto non appellatur, diſtinguitur.*
30 *A ſententia præſtandi iuriſiurandi delati appellatur.*
31 *A ſententia præſtandi iuramenti in litem appellatur.*
32 *Appellatione reſcripto prohibita, non datur appellatio, limitatur pluribus modis.*
33 *Grauamen appellantis per iudicem appellationis non retardata executione poteſt emendari.*
34 *Tertius pro ſuo intereſſe appellat.*
35 *Clauſulæ appellatione remota vis, & effectus.*
36 *Renunciata appellatione quando liceat appellare.*
37 *Bis appellans in eadem cauſa tertio non appellat.*
38 *Appellatio generalis non ſubſiſtit, limitatur.*
47 39 *Confeſſus, vel manifeſte conuictus non appellat.*
40 *Damnatus ex peremptorio edicto non appellat.*
41 *Appellationi renunciaſſe dicitur, qui ad eundem iudicem redijt.*
42 *Terminum ſuſcipiens ad ſoluendum non appellat.*
43 *Appellatio prima pluribus interpoſitis, valet, limitatur.*
44 *Appellatio intra decem dies interponenda.*
45 *Appellatio intra certum tempus introducenda eſt.*
46 *Appellans contra appellationem attentans habetur pro non appellato.*
48 *Grauamine ſublato, an detur appellatio nihilominus.*

De appellatione. Tit. 40.

LAta ſententia, finitoque iudicis officio, ſequitur appel
latio, res iudicata, iudicati actio, rei iudicatæ executio, de quibus ſingulis, & alijs ſimilibus nunc ordine
1 agendum. † Appellandi autem vſus; quam ſit vetus, fre-
quens, quamque neceſſarius, nemo eſt, qui neſciat, quip-
pe cum iniquitatem iudicantium, vel imperitiam corrigat,
licet nonnunquam benè latas ſententias in peius refor-
met. neque enim vtique melius pronunciat, qui nouiſſi-
mus ſententiam laturus eſt, l. 1. in princ. ff. de appellatio. de
qua re latè diſſeruimus in gloſ. ſtatut. Vrb. lib. 1. c. 166. & c.
167. & 2. q. 6. in prin cum c. ſequent & in Syntagm. comm.
2 opin. loco 11. tit. 24. plura referuntur. † Regulariter igitur
auxilium appellationis non eſt denegandum ei, qui ſe ſen-
tentia dicta læſum putat. Nouella c. 82. §. nam ſi per prouo
cationem cum alijs allegatis, quibus accedunt allegata per
Viu. opin. incip. appellatio admittitur. Non tamen à quoli
3 bet iudice appellare licet. † Si quidem à Principe appel-
lare fas non eſt, cum ipſe ſit, qui poſtremò prouocetur, l. 1.
in princ. ff. à quib. appell. non licet Gabr. lib. 2. de appellat.
concluſ. 1. num. 5. & 7. Idem dicendum de ijs, qui nouo iu-
re appellationibus in ſacrum Palatium introductis vice
Principis cognoſcunt. Si tamen Princeps ad cōſolationem
alicuius reſcripſerit, cum conſultationis exemplum aduer
ſario antea non fuiſſet exhibitum: ab huiuſmodi reſcripto
prouocandi facultas non denegatur, l. 2. C. de appellat. l. 1.
§. 11. ff. eod. Gabr. lib. 2. de appellat. concluſ. 1. in princip. &
num. 3. Secus ſi cum conſultationis exemplum vtrique liti-
gatori antea à iudice fuiſſet exhibitum, illi conſenſu id cō-
probarunt, vt probatur ſupra de relationibus tit. 38. ver. à
quo reſcripto Gabr. d. concluſ. 1. num. 3. Niſi Princeps ap-
pellationi detulerit. Gabr. d. concluſ. 1. numero 4. Vel ab eo
malè informato ad eundem melius informandum appel-
4 letur, d. concluſ. 1. num. 6. † A delegato tamen Principis ad
delegantem Principem prouocare non eſt prohibitum, l.
etiam 16. C. de appellatio. de hac re aliqua dicta ſunt in
glo. ſtatut. Vrb. lib. 1. c. 190. item c. ſuper quæſtionum 27. §.
5 fin. de offic. delegat. † Sed & à Præfectis Prætoriorū pro-
uocare leges non ſinunt, l. 1. § his cunabulis, ff. de offic. Præ
fect. Prætor. l. à Proconſulibus 19. §. 1. C. de appellatio. In vi
cem tamen appellationis hoc caſu introducta eſt ſupplica
tio, & ſententiæ retractatio, d. l. 1. & Nouella c. 82. §. atque
6 vt omnibus, de qua dicetur infra ſuo loco. † Planè à Pro-
conſulibus, & Comitibus, & ijs, qui vice præfectorum co-
gnoſcunt, ſiue ex appellatione, ſiue ex delegatione, ſiue ex
ordine iudicauerunt, prouocari poteſt, d. l. 19. in princip. C.
de appellatio. Idem de legato Proconſulis dicendum, l. 2.
7 ff. quis à quo appelletur. † A Senatu verò Romano appel-
lari non poſſe Principem, Imperatoris Adriani oratione ef-
fectum eſt, l. 1. §. ſciendum, ff. à quib. appellat. non licet.
8 † A iudice quoque ex compromiſſo accepto appellari non
poteſt, l. 1. C. de recept. arbitr. l. non diſtinguemus. 32. §. cū
quidam in fine, ff. eod. approbatur, declaratur, atque di-
ſtinguitur 2. q. 6. c. à iudicibus cum c. ſequent. c. ſi quis Epi-
ſcopus, §. arbitrarij tantum Viu. opinio. incipien. appellari
non poteſt. Attamen ab eo, quem Præſes vtriuſque partis
conſenſu citra compromiſſum, iudicem dedit, victus po-
teſt prouocare, l. ex conſenſu 23. ff. de appellat. vel ſi in Or
dinarium, vel delegatum iudicem ſit compromiſſum, d. c.
à iudicibus ver. ab his, & ſi vt arbitrarij. Vel ſi non omnes
in quos eſt compromiſſum iudicauerint, d. q. 6. cap. ſanè, ſi
ex conſenſu partium. Vel ſi non ſponte, ſed iure cogente,
ſeu ſtatuto in arbitros ſit compromiſſum, l. 23. in princ. ff.
de appellat. l. 16. in fine, C. de iudic. c. ab arbitris 11. de offic.
delegat. in 6. aut ex præcepto iudicis. Viuius vbi ſupra nu-
mero 3. Villalo. A. 140 Soarez A. 232. Vel tandem ſi conue-
nerit, vt poſſit ab arbitrarij ſententia appellari. Viuies
opin.

opin.incip.Pactum, quod ab.Soarez A.246. Verum ſi pe-
tatur reductio ad arbitrium boni viri, hæc enim petitio lo
co appellationis permittitur de iure Canonico. Viuius opi-
nio.incip. appellari non poteſt.de qua re latius dicetur in-
9 fra de compromiſſis titul. 59. † A ſententia Epiſcopi non
prouocatur 11.q.1.cap.omnes itaque.Neque Primatis re-
gionis.6.q.4.c.ſi inter.§.fina. Neque ſi communi conſenſu
Epiſcoporum ſententia ſit lata,d.q.4.cap.Metropolitanus
cum c.ſequen.Aliam tamen horum Canonum interpreta-
tionem affert ibidem Gratian. ver. ſubintelligendum eſt.
10 † Si ab auditore, ſeu ſubdelegato, appelletur, datur, vel
non datur appellatio, ſecundum diſtinctionem, de qua in
c.ſuper 27.§.verum cum totam,& §.eius ergo de offic.de-
11 legat. † Si Præfectus Auguſtalis iudicauerit non prouoca-
12 tur. Nouella con.23.§.illud etiam. Porrò † & in maioribus
& in minoribus negotijs appellandi facultas eſt, l.& in 20.
C.de appellatio.c.de appellationibus 11.eod.titu.cum alijs
citatis per nos in glo.ſtatut. Vrb.lib.1.c.167.fol.339.nume
ro 30.& declaratur apud Villalo.C.28.& Viui.opin.incip.
cauſa,& incipien.Arbitrio.quæ nam ſint cauſæ maiores,&
minores cognoſcit iudex. Verum ſicut omnium iudicum
iudex Deus. Teſte Ludouico Viu. apud D.Auguſt.de Ci-
uit.Dei lib.10.c.14.curat vniuerſa,& pauca, & magna, ita
& illius exemplo debent,& parua, & magna curare iudi-
ces hominum. Nam & ſi iudicis arbitrio remittatur decer
nere, quæ cauſa ſit parua, vel magna ſecundum glo.Barto.
Bald.& alios in auth.niſi breuiores, C.de ſent.ex breuil.re-
cit.Viu.opin.61.nume.2.& opin.89.Tamen & in paruis,&
in magnis debet ſe iuſtum ſemper iudicem non ex arbi-
trio omnibus præbere, quoniam ſemper grauior in pauci-
tate iactura eſt,& de rebus etiam exiguis, iuſtum eſt feren
dum iudicium, vt poſt Corſett.in ſuo opuſculo de modicis
firmat Tiraquell.in tract.de iudicio in rebus exiguis feren
13 do. † Nec enim (vt faciunt multi Iracundi, ac animi per-
turbationibus irretiti) iudicem oportet iniuriam ſibi fieri
exiſtimare, eo quod litigator ad prouocationis auxilium
14 conuolauit, d.l.20.ibi, nec enim. † Quantitas tamen cauſæ
interdum diſtinguit appellationis iudicem. Nouella c.23.
§.illud etiam ibi.nulla ei poſt.Item ibi.& cauſas ſine ſpe, vt
15 infra ſuo loco dicetur. † Sed cumulantur ſummæ ad quan
titatem pro diſtinctione iudicis inducenda, l.ſi qui ſepara-
tim 10.§.1.ff.de appellat. Nam ſi quis cum vna actione a-
geretur, quæ plures ſpecies in ſe haberet, pluribus ſummis
ſit condemnatus, quarum ſingulæ notionem ſuperioris iu
dicis non faciunt, pro coniunctis habentur, d.§.1. ſupra li-
16 bro 1.tit.6.num.106. † Præterea nulli officialium à ſenten-
tia proprij iudicis prouocatio tribuitur, niſi in eo tantum
negotio, quod ratione ciuili, ſuper patrimonio fortè apud
proprium iudicem inchoauerit, l.nulli 3.C.quor. appellat.
non recip.Nam officialis à ſuo iudice ob malè geſtum offi
cium condemnatus non prouocat, d.l.3.& 2.q.6.ca.ei, qui
appellat §.nulli quoque Viui.opin.incip. Iudex, vel ſimi-
17 lis. † Sed ad ſuperiorem ſupplicat. Viuius ibidem Soarez
18 A.210. Tam autem † in ciuilibus, quam in criminalibus
cauſis appellatio conceſſa eſt, l.addictos 29.C.de appellat.
l.ſi quis 30.C.eod.l.addictus 6.§.fin.C.de Epiſcop.audien.
d.q.6.c.liceat, item c.cum ſit 5 §.fin.de appellat.Contradi-
cit l.antepenult.in princip.ff.de verb.ſignific.In criminali-
bus tamen diſtinctiones quædam adhibentur, de quibus
19 ſupra lib.1.de executione ſententiæ, tit.24. † Ab executo-
re ſententiæ appellare non licet, l. ab executore 4.in princ.
ff.de appellat.l.quoniam 21.C.eod.ca.nouit ille 43. de ap-
pellatio.c.quoad conſultationem 15.§.fin. de re iudic.2.q.
6.c.vlt.l.5.in princip.C.quor.appell.non recipi. Viui.opin.
incip.appellari ab executore. Sed ab eo, qui malè ſenten-
tiam interpretari dicitur, appellare licet: ſi tamen is inter-
pretandi poteſtatem habuerit, veluti Præſes Prouinciæ,
aut procurator Cæſaris, ita tamen vt de cauſis appellatio-
nis reddendæ hoc ſolum quæratur, an iure interpretatum
ſit, d.l.ab executore 4.ff.de appellat. Quod de mala inter-
pretatione dictum eſt, idem quoque dicendum, ſi execu-
tor ſententiæ modum dicatur excedere: nam & hoc caſu
appellatio ab executore eſt permiſſa, d.l.5.C.quor. appell.
non recip.cum Canonibus allegatis Bald.in c.licet de offic.
ordin.& conſ.428 lib 1.Conrard.de moment.limit.19. ra-
20 tione exceſſus citat concordantes † An autem ab inobſer
uato ordine executioni dato liceat appellare, diſſeritur a-
pud Gabr.lib.2. de execut.rei iudic.concluſ.2. & ſupra tit.
21 37.ver.qui quidem ordo. † Item an liceat appellare ab illa
ſententia de exequendo, lata diſſeritur apud eundem libro
2.de appellat.concluſ.4.& apud Viuium opin.incip. appel
22 lari, num.2.& ſeq. † Denegatur inſuper appellatio, ſi res
dilationem non recipiat, veluti ne teſtamentum aperiatur,
neve ſcriptus hæres in poſſeſſionem inducatur, l.ſi res.7. in
princip.ff.de appell.recipi.l.quiſquis 6.C.quor.appell.non
recipi.l.fin.C.de edict. Diui Adr.tollend.d.cap.vlt.§.ſi quis
etiam auſus 2.q. 6. vel ne frumentum in vſum miſſum in
annonæ ſubſidia contrahatur, d.l.7.Sed & ſi ne id, quod ex
perpetuo edicto decernitur, fiat, appellatio fuerit interpo-
ſita, non erit permittenda, d.l.7 §.penult.c.conſuluit 29.de
appellat. Niſi in odium, ac præiudicium certæ perſonæ de-
cretum ſit factum. Viuius opin incipien. ſtatutum factum
ibi,& licet de nullitate. Item quominus pignus vendere li-
ceat, appellari non poteſt.dict.l.7.§.fin. Nec minus contra
regularem diſciplinam, ſeu correctionem, c.ad noſtram 3.
c.reprehenſibilis 26.§.nec ſubiecti,& § fin.ca. quia nos 31.
23 de appellatio. † Idem dicendum, cum de poſſeſſione, &
eius momento cauſa dicitur: Nam & ſi hoc caſu appella-
tio interpoſita fuerit, tamen lata ſententia ſortitur effe-
ctum.Conrard.de moment.in princ. Ita tamen poſſeſſio-
nis reformationem fieri oportet, vt integra omnis proprie-
tatis cauſa ſeruetur, l.1.C.ſi de moment. vbi Conrard.2.cō.
6.cap.vlt.§.de poſſeſſione Fichard.in addit.ad Villalob.P.
187. Viuius opin. incip. Appellatio admittenda non eſt.
Gabr.lib.5.de reſtit.ſpol.concluſ.5.nume.146.& ſequent.
Soarez A.206.& nos in glo.ſtatut. Vrb.lib.1.c.167.fol.345.
ſub num.20.& latius ca.91. Contradicit ius Canonicum, vt
in d.c.91.Villalo.A.131.Viuius vbi ſupra, num.3. Gabr. vbi
ſupra num.145.Soarez A.206. Verum vtroque iure admit
titur quoad deuolutiuum, non ſuſpenſiuum. Nam appel-
latio in cauſa momentaneæ poſſeſſionis non impedit exe-
cutionem ſententiæ latæ, neque ſuſpendit eam, deuoluit ta
men cauſam ad iudicem ſuperiorem. Villal ob.A.131. cum
addit. Viuius vbi ſupra num.2.Gabriel.d.num.145. & 146.
24 † Abſtinendum inſuper ab appellatione, quoties fiſcalis
calculi ſatisfactio poſtulatur, aut tributoriæ functionis ſo-
lemne munus expoſcitur, l.abſtinendum 4.C.quorum ap-
pell.non recip.l.& publicarum 8.C.eod. 2.q.6.c.vlt.§.quo-
25 ties etiam. † Planè lata ſententia, quæ pertinet ad bona
vacantia,& ad ea, quæ vt indignis legibus cogentibus aufe
runtur, ſi quis putauerit prouocandum, eſt audiendus, l.
26 lata 22. C. de appell. † In mulctis quoque inferendis ap-
27 pellationes admittuntur, l.& in mulctis 25.C.eod. † Victo
autem appellante, victori ob expenſarum condemnatio-
nem omiſſam appellatio concedenda non eſt, cum iudex
appellationis, ſiue victus appellationem ſuam proſequa-
tur, ſiue non, officio ſuo eum in expenſas condemnare poſ
28 ſit, l.vlt.C.quando prouoc.non eſt neceſſ. † A ſententia in-
ſuper definitiua, non ab interlocutoria appellari permitti-
tur: nam non niſi audita omni cauſa, atque diſcuſſa poſt
ſententiam dictam appellare conuenit, l.ante 7.C. quorū
appell.non recipi.l.eos, qui 6.§.ſuper his, C. de appellat. l.
eius, qui 4.ff.de appellat.recipi.2.q.6. c.non ſolent, §.final.
Viui.opin.incip.appellari nequit Soarez A.212. Planè ſi iu-
dex quæſtionem habendam in ciuili negotio interlocutus
ſit, vel etiam in criminali negotio contra leges: tamen ap-
pellatio ab hac interlocutoria recipitur, l.2.ff. de appell.d.
ca.non ſolent, §.ante ſententiam. Idem dicendum, ſi iudex
fideiuſſores idoneos, vel non idoneos eſſe pronunciauit, l.
arbitro 9.ff qui ſatiſd.cogant.l.2.ff.a quibus appell. non li-
cet. Idem eſt ſi quis ab ea ſententia, qua ei probatio exce-
ptionum aduerſus teſtes denegatur, appellet.c.ex parte 7.
de teſtibus. Idem ſi quis ab hac ſententia, qua ei exceptio
hæc, ne vltra duas dietas in ius vocetur, aufertur, appella-
uerit, ca.olim 7.de except. Idem ſi exceptio non ſufficientis
mandati, vel litis pendentis per interlocutoriam ſit reie-
cta, ab hac enim interlocutoria licet appellare, c.ſignifica-
uit 48.de appellat. Idem ſi exceptio rei peritæ in libello non
deſignatæ per interlocutoriam fuerit reiecta, c.ſignifican-
tibus 49.eod.titu. Idem ſi interlocutoria, à qua appellatur,
vim habeat diffinitiuæ per allegatos Canones. Idem ſi ab
inſtantia iudicij ſit facta abſolutio. Villalob.S 16. cum ad-
dit. Idem ſi grauamen interlocutoriæ per appellationem
à definitiua reparari non poſſit. Viuius vbi ſupra nume.3.
Soarez A.213. Idem ſi iudex ſe competentem, vel incompe
tentem interloquendo declarauerit, ab hac enim interlo-
cutoria

Digitized by Google

cutoria poteſt appellari Soarez A.214. niſi ordinarius ſe
competentem declarauerit. Soarez ibi. Vtrum autem ſen
tentia hæc, qua iudex confeſſum ſoluere iubet, interlocu-
toria ſit, diſſentit Fichard. in addit. ad Villalo. l.98. Planè iu-
re canonico non ſolum à definitiua, ſed & ab interlocuto
ria licet appellare, ideoque allegati canones videntur ma-
gis exempla, & ius ciuile reprobare, quam illud diſtingue-
re. Quod autem ius Pontificium in hoc reprobet ius ciuile,
conſtat ex cap. cum ſit 5. §. ſi verò c. ſuper eo 12. in princ.
de appellat. 2. q. 6. c. qui ſcit §. fina. c. non ita &c. ſi quis. Vi-
nius vbi ſupra. Planè iure quoque Pontificio non appella-
tur ab interlocutoria ante definitiuam, ſi cauſa rationabi-
lis coram iudice, à quo ante ſententiam appellatur, non
fuerit ab appellante expreſſa c. vt debitus 59. de appell. c.
Romana 3. §. cum autem eodem in 6. & ſecundum hanc
diſtinctionem videtur intelligendum c. vlt. de dol. & con-
tum. in 6. Turza. reg. 41. Villalo. A.124. Vel ſi grauamen per
appellationem à definitiua poſſet reparari. Vinius vbi ſu-
pra num. 3. videte quanta cum æquitate ius Canonicum à
ciuili recedat, & quam facilè, ac rationabiliter ad eundem
29 reuertatur. † A ſententia interdicti, vel excommunicatio-
nis non datur appellatio. c. ad hoc 37. de appellat. Gabr. li.
6. de reg. iuris concluſ. 3. num. 59. vbi diſtinguitur. Contra-
dicit 11. q. 3. cap. ſi Epiſcopus, & de ſenten. excommunica.
30 cap. ſacro 48. §. caueat. † Præterea delato, vel relato iureiu
rando, ſiue aduerſarius, ſiue iudex detulerit, prouocationi
non eſt locus, vt dictum eſt ſupra titu. 35. Fichard. in addit.
ad Villalo. l.158. niſi fortè recuſato iureiurando iudex id
præſtandum eſſe pronunciauerit, ab hac enim ſententia
31 appellari poſſe in d. tit. 35. monuimus. † Sed & ſi ob contu-
maciam rei actori iuſiurandum in litem delatum à iudice
ſit, iſque iurauerit, & ex eo reus condemnatus ſit, appella-
tionis auxilium condemnato denegandum non eſt l. credi
32 tor. 28. §. 1. ff. de appellatio. † Interdum Imperator ita ſolet
iudicem dare, ne liceat ab eo prouocare, quo caſu ſtabitur
mandato Imperatoris, alius autem iudicem ita dare non
poteſt l. 1. §. fina. ff. à quib. appell. non licet. Quod facere
ſolet etiam ſummus Pontifex c. paſtoralis 53. in princip. de
appellat. c. 1. de reſcript. Niſi ſpecialis aliquis caſus à iure
fuerit exceptus d. cap. 53. ver. ſi. quæ à iure non indulgentur
33 expreſſè. † Notandum eſt etiam, quod quamuis appella-
tio executionem ſententiæ hoc caſu non impediat, tamen
nihilominus grauamẽ appellantis per iudicem appellatio-
nis poterit emendari d. cap. 53. verſ. ſed ſi appellans fuerit.
Si appellans priuilegium habeat appellandi, non ideo ſeq-
tur, quod à ſententia iudicis ita dati poſſit appellare d. c. 1.
34 de reſcript. † Alius verò, quam is cui iudex ita datus eſt,
poteſt ob ſuum intereſſe appellare c. ſuper eo 15. de offic.
deleg. Idem dicendum, ſi cum duobus cauſa delegata eſ-
ſet, ne ab ijs appelletur, vnus alteri ex ijs vices ſuas commi
ſerit c. ſuper 27. §. ſi verò eod. ti. Idem eſt, ſi ſententia con-
tineat manifeſtam iniquitatem ca. inter cæteras 9. de re iu-
dic. Idem vtique erit, ſi cauſa appellationis factæ à iudice
dato, appellatione remota, fuerit à dante alij delegata. ca.
35 paſtoralis 28. § præterea de offic. deleg. † Si cum plura eſ-
ſent negocia, quibus iudex datus eſt, alia eorum præcedãt
clauſulam, appellatione remota, alia eam ſequantur, hoc
enim caſu clauſula illa ad ſequentia non videtur pertinere
cap. inquiſitioni 71. de appellatio. Niſi fortè negocia ſint
connexa. d. cap. 71. ver. ſi ſunt plura negocia ſeminimè con-
tingentia, & c. ſecundo 41. in princip. eod. tit. Vel niſi clau-
ſula hæc, appellatione remota, in fine literarum fuerit re-
petita d. cap. 71. ver. niſi fortè in fine. Si iudex datus, appel-
latione remota, recuſetur, ab eo appellatur c. poſtremo 36.
eod. titu. Quod idem dicendum eſt, ſi appellans ad locum
non ſatis tutum in ius ſub illa clauſula vocetur ca. ex parte
36 47. eod. titu. † Si quis autem profeſſus fuerit, ſe à iudice
non prouocaturum: indubitate prouocãdi auxilium per-
didit l. 1. §. ſi quis ff. à quib. appella. non licet l. cum antea
ribus 5. §. fin. C. de temp. & repar. appell. Niſi in compro-
miſſo appellationi ſit renunciatum. Villa. A.136. R.24. Soa
rez N.217. Et renunciatio appellationis non continet renũ
ciationem nullitatis Fichard. in addit. ad Villalo. R.24. Vti
que ſi appellans ante iuramentum præſtitit, quod velit ſta
re ſententiæ, certè non poterit appellare c. quæſtioni 21. de
appella. cum alijs paulo ſuperius citatis. Niſi ſententia ex-
cedat limites iuramenti, & licitæ promiſſionis cap. ad hæc
37 20. & ibi gloſ. eod. titu. † Sed & ſi quis bis prouocauerit in

eadem cauſa, tertio in eadem lite, ſuper ijſdem capitulis,
prouocatione vti prohibetur l. 1. C. ne liceat in vna, eadẽq;
&c. Nouella 82. §. præbebunt, ibi niſi tertio c. ſua nobis 65.
de appella. 2. q. 6. c. ſi autem in princi. & §. vnde in ſeptimo
38 † Appellatio generalis ab omni grauamine, quam futuro,
non ſubſiſtit, c. inter cætera de appell. Niſi generalis appel-
latio ſit reſtricta ad certam cauſam c. conſuluit 18. eod. tit.
39 † Si cauſa, ob quam lata eſt ſententia, ſit manifeſta, vel ap-
pellans eam ſit confeſſus non prouocatur ca. cum ſpeciali
61. §. porrò de appell. c. Romana 3. § ſi autem poſt eod. tit.
40 in 6. 2. q. 6. c. quicunq. † Sciendum quoq. ex peremptorio
edicto abſentem condemnatum, ſi appellet, non eſſe au-
diendum: ſi modo per contumaciam defuerit: ſi minus au
dietur l. & poſt edictum 53. §. fi. ff. de iudi. l. ex conſenſu 23.
§. fi. ff. de appell. l. 1. C. quor. appell. non recip. l. abſtinendũ
4. in fine, C. eod. l. properandum 13. §. cum autem eremodi-
cium C. de iudic. Nouell. c. 82. §. præbebunt in fine 2. q. 6. c.
ſunt etiam 24. q. 3. c. de illicita §. ſed de contentione. Eius
tamen excuſatio non erit admittenda, qui ideo cauſam a-
gere fruſtratur, quod dicit ſe libellum Principi dediſſe, &
reſcriptum expectare l. eius, qui 4. ff. de appella. recip. 2. q.
6. c. non ſolent. Planè ſi citatus non reſpondit, & ob hoc mo
re ſolito pronunciatum eſt, confeſſum autem pro tribuna-
li iudicem ſedentem adijt: exiſtimari poteſt, non ſua culpa,
ſed parum exaudita voce præconis defuiſſe; ideoq. reſtitui
pōt l. D. Antoninus 7. in prin. ff. ex in integr. reſt. Idem dicẽ
dum, ſi ideo non adſuit, quod ante definitiuam ſentẽtiam
appellauerit, vt probatur ſimul, ac diſtinguitur in Clem. 1.
41 de dolo & contum. † Verum ſi appellans appellationi re-
nũciauerit, vel litem coram iudice, à quo appellauerat po
ſtea ſit proſequutus, cenſetur renunciaſſe appellationi c.
gratũ 20. §. fi. de offic. deleg. hoc idem probat, & diſtinguit
Gabr. li. 2. de appell. concluſ. 2. Idem erit, ſi appellans acta
cauſæ ſigilla violando operiure. c. cum olim 33. de offic. de-
42 legat. † Qui autem condemnatus dilationem ad ſoluendũ
petijt, vel quolibet alio modo ſententiæ acquieuit: per ap
pellationem litem inſtaurare nõ poteſt l. ad ſolutionem 3.
C. de re iudic. exemplo l. tale pactum 40. §. 1. ff. de pact. Ga
briel. de appell. concl. 3. Niſi qui dilationem ſuſcepit, pro-
teſtatus fuerit, ius appellãdi ſibi ſolutum fore Ioan. Andr.
in c. fi. num. 2. de appell. in 6. vbi Anchar. num. 2. Franch. §.
vbi verò Io. de Imola conſ. 41. nu. 11. conſ. 146. num. 9. Ro
ta corã Litta in Interamnen. affictus 4. & 29. Martij 1596.
& coram Pena in Romana Cenſus 2. Iunij 1610. Item ſi
cum appellaſſet ob non impertitum iudicis officium, illud
43 antea non imploraueritt. Villalo. A.108 † Si ſuper eodem ar
ticulo bis, vel ſæpius appellauerit: hoc enim caſu prima tã-
tum appellatio valet, ſequentibus caſſatis, quod contro-
uertitur apud Myſinger. centu. 1. obſeruat. 7. & centur. 2.
obſer. 61. Villalo. A.118. cum ſeq. & Fichar. in addit. Soarez
A.205. & 216. Verum ſi prima ſit inualida: tunc ſine con-
trouerſia appellans ſecundæ validè poteſt adhærere. Fi-
chard. in addit. ad Villalo. H.119. Myſing. d. obſeruat. 7. &
44 Soarez A.205. † Si intra decem dies à ſententia lata prouo
cationem non interpoſuerit, vlterius appellans non audi-
tur §. anteriorum legum Auth. de appella. cum 2. q. 6. cap.
propter ſuperfluam, & cum alijs alleg. in gloſ. ſtatim. Vib.
45 lib. 1. c. 168. † Idem dicendum ſi appellans in tempore in-
tra ſtatutum tempus dimiſſorias literas non petierit, vel
impetrauerit, aut iter ad iudicem appellationis non arri-
puerit d. c. propter ſuperfluam, & d. q. 6. c. ab eo Cle. quã-
uis 2 §. quod ſi iudex, &c. & c. vt ſuper 4. in fine c. ab eo 6.
de appell. in 6. l. 1. §. fi. ff. de libell. dimiſſorijs cum alijs al-
46 l. in gl. ſtat. Vib. lib. 1. c. 169. † Si appellans poſt appellatio-
nem non nulla contra eam attẽtauerit, habetur ac ſi nõ ap
pellaſſet c. an ſit 42. de appellat. Gabr. lib. 5. de reſtitu. ſpo-
liat. concluſ. 1. nume. 3. Idem dicendum, ſi appellans antea
appellationem ſui aduerſarij in eadẽ cauſa noluit admit-
tere d. c. an ſit ver. quod cum in eo, &c. conſtitutus 23. eod.
37 tit. c. bonæ memoriæ 25. §. deinde inquireret. de elect. † Sed
& in dubijs euidentibus. & confeſſis, atque conuictis ap-
pellatio facilè admittenda non eſt l. abſtinendũ 4. C. quor.
appell. nõ recipi. c. paſtoralis 53. verſ. quod per appellatio-
nem de appell. 2. q. 6. c. ideo huic § fin. cap. qui ſcit. §. patet
ergo, & c. quicunque Clarus §. fin. q. 94. verſic. ſolet etiam
Soarez I. 193. Vinnius opin. incip. appellans conuictus, &
incipit appellans confeſſus ſpõtè. Idem ſi appellans poſt
appellationem interpoſitam, aliũ iudicem, q̃ appellatũ, de

N atten-

48 attentatis adierit, c. ſollicitudinem 54. de appellat. † Idem
vtique dicendum erit, ſi iudex grauamen, ob quod appel-
latum eſt, ſubſtulerit, c. cum ceſſante 60. de appell. c. ſi à iu-
dice 10 § fin. eod. tit. Niſi iudex appellationi detulerit, ſed
controuertitur apud Viuium opin. incip. iudex deferendo.
Sed quid ſi vnus ex pluribus iudicibus detulerit vide ibi-
dem. Sed præmiſſa, & alia plura leguntur in glo. ſtat. Vrb.
lib. 1. c. 167. & alijs ſeqq. ex quibus patet, an appellationi lo-
cus ſit, vel ne, videndum modo eſt, quibus ius appellandi
competat.

S V M M A R I V M.

1 *Appellandi ius condemnatis competit limitatur.*
2 *Appellare licet habentibus intereſſe, quamuis non condemnatis.*
3 *Venditor re euicta, ceſſante emptore poteſt appellare, & è con-
tra.*
4 *Cohæredes ius appellandi habent alio non appellante.*
5 *Fideiuſſor pro eo, pro quo fideiuſſit, appellat.*
6 *Legatarij, herede victo appellant.*
7 *Procurator appellat, & dat mandatum ad appellandum.*
8 *Actor datus appellat, curator proſequitur, & minor factus
maior.*
9 *Appellationem ab alio interpoſitam dominus ratam habere,
infirmare poteſt.*
10 *Seruus non appellat, ſed dominus pro ſeruo ſic, limitatur.*
11 *Pater appellat pro filio, & è contra.*
12 *Mater pro filio appellat.*
13 *Filius pro patre appellat.*
14 *Omnis pro eo, qui ducitur ad ſupplicium, poteſt appellare.*
15 *Iudices non admittunt appellationes damnatorum ad vlti-
mum ſupplicium.*

Quibus competat ius appellandi. Tit. 41.

1 REgulariter † quidem alij, quam actori, vel reo ius
appellandi non eſt. nam alij, quam qui condemna-
tus eſt, vel qui egit, ius appellandi non competit, l.
2. §. ſed ſi alius ibi, quia in aliena cauſa. ff. quando appellan-
dum ſit, l. 1. ff. de appellat. recipi. l. à ſententia 5. in princ. ff.
de appellat. c. cum inter 16. de elect. 2. q. 6. cap. non ſolent in
2 princ. † Quod tamen non perpetuò verum eſt: nam in-
terdum alio condemnato, alius, cuius intereſt, appellare
poteſt: qualis eſt, qui per procuratorem expertus victus
eſt, nec procurator ſuo nomine appellat, d. l. 1. ibi, niſi hi
quorum intereſt, l. ab executione, §. alio condemnato, ff. de
appellat. l. 5. & l. ſi per luſorio 14. ff. eod. l. 2. §. ſed ſi alius, ff.
quand. appellan. c. vlt. § fin. vt lite pend. in 6. exemplo cap.
3 cum ſuper 17. de re iudic. † Item ſi emptor de proprietate
victus ſit: eo ceſſante, auctor eius appellare poterit, ſi au-
ctor egerit, & victus ſit, non eſt deneganda emptori appel
landi facultas, d. l. 4 § alio condemnato, ff. de appell. Quid
enim, ſi venditor, qui appellare noluit, idoneus non eſt?
quin etiam ſi auctor appellauerit, deinde in cauſæ defen-
ſione ſuſpectus ſit viſus? perinde emptori defenſio cauſæ
committenda non eſt, atque ſi ipſe appellaſſet. Idque ita
conſtitutum eſt in perſona creditoris, cum debitor victus
appellaſſet, nec ex fide cauſam defenderet. Quæ conſtitu-
tio ita accipienda eſt, ſi interueniente creditore, debitor de
pignore victus prouocauerit: nam abſenti creditori nullũ
4 præiudicium debitor facit, d. §. alio condemnato. † Sed &
ſi quis in cohæredum præiudicium ſe condemnari patia-
tur, vel ſimilem ob cauſam: cohæredibus, vel alijs, quorum
intereſt, appellandi facultas non eſt deneganda, quamuis
& ſine appellatione tuti ſint cohæredes, l. à ſententia 5. ff.
5 de appellat. † Item fideiuſſores pro eo, pro quo interuene-
runt, appellare non ſunt prohibendi, d. l. 5 §. item. Igitur &
venditoris fideiuſſor, emptore victo appellabit, licet em-
6 ptor, & venditor acquieſcant, d. l. 5 §. igitur. † Si hæres in-
ſtitutus victus fuerit ab eo, qui de inofficioſo teſtamento
agebat: legatarijs, & qui libertatem acceperunt, permittẽ-
dum eſt, appellare, ſi querantur per colluſionem pronun-
ciatum, d. l. 5. §. ſi hæres. Sed & ſi in fraudem ſuam tranſa-
ctionem factam ab eo qui appellaſſet, vel non appellaſſet,
dicerent, idem dicendum eſt, d. l. 5. §. ſed & ſi in fraudem.
7 † Præterea & is, cui mandatum eſt ab eo, qui appellãdi ius
habet, appellare poteſt, d. l. 1. ff. de appell. recipi. Ideoque ſi
procurator, qui iudicio interfuerit, victus ſit, ipſe quoque
per alium procuratorem appellare poteſt, quoniam lite
conteſtata, ipſe dominus litis eſt effectus, l. ab executione,
8 § fin. ff de appell. l. ſi actor. 10. C. eod. † Idem dicendum, ſi
actor à curatore ordinatus, victus ſit, tam enim ipſe, quam
curator, appellationis auxilium habet: curator tamen ſolus
prouocationis litem exercebit, d. l. 10. in princ. Et ſi interim
adoleſcens veniam ætatis impetrauerit, vel ad legitimam
ætatem peruenerit, poteſt ſuo nomine appellationem exer
9 cere, d. l. 10. §. ſin autem. † Sed & appellationem ab alio in-
terpoſitam dominus litis ratam habere poteſt, ac confir-
10 mare, l. 1. ibi. vel qui negotium, ff. de appell. recip. † Serui
appellare non poſſunt, ſed domini eorum ad opem ſeruo
ferendam poſſunt vti auxilio appellationis, & alius domini
nomine id facere poteſt, l. ſerui 15 ff. de appell. Si vero ne-
que dominus, neq; alius pro domino appellauerit, ipſi ſer-
uo, qui ſententiam triſtem paſſus eſt, auxilium implorare
non denegatur, d. l. 15. §. ſi verò. Seruus autem domini ſui
nomine appellans non auditur. & eius rei odij appellatio non
11 eſt obſeruanda, l. creditor 28. ff. de appell. † Pater, in cauſa
filij appellans auditur, quemadmodum reſponſum eſt in
eo filio, qui cum ex libertinitate in ingenuitatem ſe defen-
deret, victus appellare omiſerat, l. 2 §. ſi is, qui, ff. quand ap
12 pell. ſit. † Sed & mater, cum victo filio prouocauerit, pie-
tan id dando, audiri debet, & ſi litem præparandam cura-
re maluerit, intercedere non videtur: licet ab initio defen-
dere non poteſt, l. 1. ibi. ſed & ſi mater. ff. de appellat. recip.
13 † Filium quoque familias patris nomine prouocare poſſe,
Papinianus reſpondit, l. ex conſenſu 23. §. filius familias. ff. de
14 appell. † Pro eo autem, qui ad ſupplicium ducitur, omnis
prouocans audiendus eſt, etiam ſi eius nihil interſit, & dã-
natus ſententiæ acquieſcat, vel etiam appellationi contra-
dicat, l. non tantum 6 ff. de appell. Clar. in §. fin. q. 94. vet. re-
gulariter, & plura alia referuntur in Synag. commun. opi.
15 loco 11 titu. 24. per tot. † Sed iudices hanc appellationem
non admittunt, aſſerentes illos damnatos, vel vt confeſſos,
vel conuictos, quibus ius appellandi non competit, vt fuit
probatum in tit. præceden. nu. 39 & 47. Si vere tamen ſit, quod
ſint, vel confeſſi, vel conuicti, vt ſolent iudices profiteri ap-
pellantes repellendo, reddent de hoc rationem ſummo
omnium iudicum iudici Deo.

S V M M A R I V M.

1 *Appellandum eſt gradatim, non omiſſo medio, limitatur.*
2 *Papa, vel legatus Papæ non appellatur a iudice ſeculari, limi-
tatur.*
3 *Laicus iudicem Eccleſiaſticum poteſt appellare.*
4 *Clericus iudicem laicum non appellat.*
5 *Appellationes facta ad Principem, omiſſis medijs ad ſuos iudi-
ces deuoluuntur.*
6 *Iudices plures referuntur à quibus, ad quos ſit appellandum gra
datim, & plura loca.*
7 *Diœceſis dictio iuris ciuilis vſurpata à Canonico.*
8 *A delegato delegans appellatur.*
9 *A delegato Principis Princeps appellatur.*
10 *A ſubdelegato quis ſit appellandus.*
11 *Ab Ordinario cuius cauſa ſit mandata, quis appellandus.*
12 *Ab officiali Epiſcopi quis appellandus.*
13 *Ab Epiſcopo Archiepiſcopus appellandus.*
14 *Ab arbitris iudicum delegatorum a Papa, Papa appellandus.*
15 *A Capitulo ad Epiſcopum appellatur, diſtinguitur.*
16 *A Concilio prouinciali Primas appellatur.*
17 *Ad tranſmarina concilia non appellatur, niſi ad Papam.*
18 *A Duce Magiſter officiorum appellandus.*
19 *Ex pluribus locis deſignatis, quis appellandus.*
20 *Ab ordine quis appellandus.*
21 *Par a pari minor a maiore non appellandus.*
22 *Error in appellando vnum pro alio corrigi poteſt.*
23 *Nullitatem cognoſcit, qui ſententiam tulit.*

Qui appellandi, ſeu ad quos. Tit. 42.

1 ET quidem † gradatim appellandum eſt, non omiſſo
medio, l. Imperatores 21. ff. de appell. l. ad dictos 29.
§ ea conditione, C. eod. Nouell. c. 17. §. ſcio namque.
Nouel. c. 23. §. illud etiam c. dilecti 66. de appellat. c. duo ſi-
mul 9 de offic. ordin. ca Romana 3. §. ab Archidiaconis de
appell. in 6. Niſi Papa, omiſſo medio adeatur, vel appelle-
tur,

tur, hic enim, omiſſo medio, appellari poteſt. 2. q. 6. capit. ſi
quis veſtrum, c. omnes, c. ad Romanam, ca. ſi quis putauerit,
c. ad Romanam, c. ideo huc, c. decreto, c. qui ſe ſcit, cap.
arguta, c. quoties & 3. quæſt. 6. c. accuſatus, & de appellat.
cap. duobus 7. Vel legatus Papæ omiſſo medio adeatur,
vel appelletur, cap. 1. de offic. delegat. Vel conſuetudine aliter
obſeruetur, cap. Romana 3. §. ab Archidiaconis vet. ni-
2 ſi aliud. de appellat. in 6. † Verum à ciuili iudice Papa, vel
legatus Papæ non appellatur, niſi ſit de temporali iuriſdi-
3 ctione Eccleſiæ, cap. ſi duobus 7. §. final. de appellat. † Lai-
cus tamen Eccleſiaſticum iudicem appellare poteſt. 2. quę-
4 ſtione 6. cap. omnis. † Clericus verò laicum iudicem appel
lare prohibetur. 21. quæſtione 5. in principio, cum ſequen.
5 † Sed appellationes, quæ recta ad Principem factæ ſunt,
omiſſis his, ad quos debuerunt fieri ex imo ordine ad Præ-
ſides tanquam ad ſuos iudices remitti debent, dicta l. 21. de
6 appellat. cum alijs allegatis in principio. † A ſententia au-
tem legati Proconſulis, Proconſul appellari poteſt, & à
Prætore Præfectus Vrbi appellatur, l. 2. ff. quis à quo appel
let, l. ſi apud 17. C. de appellat. Similiter cum appellatio in-
terpoſita fuerit per Bithyniam, Paphlagoniam, Lidiam,
Heleſpontum inſulas, etiam ac Phrygiam ſalutarem, Eu-
ropam, ac Rhedopem, ac Aetnum montem, Præfecti Vr-
bis cognitio eſt, l. cum appellatio 23. C. de appellatio. Ex
Ægyptiaco tractu, vel Libia appellatur Præfectus Augu-
ſtalis. Nouella conſtitut. 23. §. illud etiam 2. quæſtione ſex-
7 ta, cap. anteriorum, §. illud enim. † Ex Aſiatica, vel Ponti-
ca diœceſi appellantur viri ſpectabiles, quibus ſpecialiter
Princeps commiſerit, dicto §. illud etiam, verſic. ſimilique
modo. Ex tractu Orientali appellatur Comes Orientis. ad
Nouella 23. §. Orientalem autem, & dicto capit. anterio-
rum, §. Orientalem. A Procuratore Cæſaris Præfectus Præ
torio appellandus, l. cum poſt 26. vbi gloſſ. C. de appellat.
A Proconſule, vel Auguſtali, vel Comite Orientis, vel Vica-
rio, quando antea Princeps appellabatur, nunc Præfecti
Prætorio, & Quæſtoris ſacri Palatij cognitio eſt, l. præcipi-
mus 32. C. de appellat. l. addictos, §. ea conditione, C. eodē.
& ſi quidem quantitas non excedat decem libras auri, v-
nus tantum ex ijs cognoſcere poteſt, ſin verò excedat, vter-
que cognoſcere debet, & ſi inuicem diſſentiant, tertius ad-
iungitur illuſtris pro tempore quæſtor. l. in offerendis 35.
C. eod. Planè ſi negotium excedat 20. libras auri, totius au-
ditorij procerum ſacri Palatij cognitio eſt, d. l. 35. §. his vi-
8 delicet litibus. † Præterea à delegato appellatur delegās,
ſeu is, qui iudicem dedit, d. l. 32. §. hæc ſi appellatio, C. de
appellat l. 1. ff. quis, & à quo, l. dato 3. ff. eod. Nouella 123. §.
certum. exemplo l. 2. ff. eod. & l. Imperatores 22. §. ijdem,
ff. de appellat. Nnuella c. 81. §. accommodabuntque, ca. ſu-
per quæſtionum 27. §. fin. de offic. delegat. cum alijs allega
tis per nos in glo. ſtat. Vrb. lib. 1. ca. 190. Quod autem dici-
tur eum appellari, qui dedit iudicem, ſic accipiendum eſt,
vt & ſucceſſor eius poſſit appellari, l. 1. in princ. ff. quis, &
à quo. Proinde & ſi Præfectus Vrbi iudicem dederit, vel
Præfectus Prætorio, ipſe erit prouocandus, qui eum iudi-
cem dederit, d. l. 1. Quod dicendum etiam eſt de magiſtra-
tibus cuiuſcumque ordinis, etiam ſi ex authoritate Princi-
pis, licet nominatim iudicem declarantis, dederint, nihilo-
minus enim ipſi magiſtratus appellabuntur, l. dato 3. ff. eo.
9 & nos in d. glo. prope finem. Planè † ab eo, cui quis manda
uit iuriſdictionem, non ipſe prouocabitur, d. l. 1. §. fina. Sed
& à delegato Principis non Princeps appellatur, ſed Præfe
ctus Prætorio, & quæſtor ſacri Palatij, niſi fortè delegatus
ſit illuſtris perſona, vel cum duobus cauſa delegata eſſet,
vnus ex ijs illuſtris ſit: hoc enim caſu Princeps ipſe appellā
dus eſt. Nam ab illuſtri, ac magnifico iudice Princeps ap-
10 pellari ſolet, d. l. 32. §. huic ſaluberrimæ. † A ſubdelegato
quis ſit appellandus, latè diſſerimus in allegata glo. ſtatut.
Vrb. lib. 1. c. 190. Quando verò ſubdelegans aliquid ſibi de
iuriſdictione reſeruauit, tunc ſubdelegans eſt appellandus
d. c. ſuper quæſtionum 27. in princ. & §. portò, & §. eius er
go, & c. cum te conſulente 17. de offic. deleg. c. ſi delegatus
7. §. fin. eodem titu. in 6. Sed ſi ex tribus delegatis, duo vices
ſuas non in totum ſubdelegauerint: hoc enim caſu tertio
delegato cum duobus ſubdelegans cognoſcente, non ad
ſubdelegantem, ſed ad delegantem prouocatur, c. ſi duo 3.
de offic. delegat. in 6. Quod idem erit ſi ſubdelegans excō-
municatus. vel mortuus ſit, c. ſi is. cui. 10. eod. tit. vel ſi ſub-
delegans negetur habere iuriſdictionem, c. ſi à ſubdelega-
11 to 14. eod. tit. † Verum ſi Ordinario iudici à Papa manda-
ta ſit cauſa: hoc enim caſu non Papa mandans, ſeu dele-
gans, ſed proximus ſuperior appellatur, cap. licet 12. ff. de
12 offic. ordin. † Ab officiali generali Epiſcopi non appella-
tur Epiſcopus, ſed Archiepiſcopus, ca. cum putamus 2. de
conſuetud. in 6. cap. Romana 3. in princip. de appellat. in 6.
13 † Ab Epiſcopo Archiepiſcopus appellatur. dict. cap. Ro-
14 mana §. debet autem. † Ab arbitris iudicum à Papa dele-
gatorū Papa appellatur, ca. ab arbitris 11. de offic. delegat.
15 in 6. † A Capitulo ad Epiſcopum appellatur cum diſtin-
ctione, de qua in capitu. à collatione 11. de appellatio. in 6.
16 † A Concilio prouinciali appellatur Primas. 2. quæſtione
6. ca. placuit 6. quæſtione 4. c. ſi inter 11. quæſtione 3. c. Preſ-
17 byteri. † Ne ad tranſmarina Concilia appelletur, niſi appel
letur Papa, diſponitur in dicto c. Presbyteri ver. ad tranſma
18 rina, & d. cap. placuit ver. ad tranſmarina. † Planè à Duce
cuiuſcumque dignitatis, ſiue illuſtris, ſiue etiam minoris,
non Princeps, nec Præfectus Prætorio, ſed Magiſter offi-
ciorum, & ſacri Palatij quæſtor appellatur, l. ſi quando 36.
19 de appellat. † Ex Prouincia Licaonia, Licaoniæ pręſes. No
uella c. 25. de Prætore Licaoniæ, §. ſecundum legem. Ex Sci
thia, & Miſia appellatur quæſtor exercitus. Ex Caria, Rho
do, & Cypro idem quæſtor, ſi quidem Cōſtantinopoli de-
gat, appellatur cum quæſtore ſacri Palatij: ſin verò abſit, is
appellatur, qui vicem eius in Vrbe tenet. Nouella conſ. 41.
20 † Ab ordine inſuper Præſes Prouinciæ appellatur, quam-
uis ipſe in ordine, (vt fieri ſolet) fuerit, quaſi ab ordine, non
ab ipſo fiat appellatio, l. 1. §. ſolent in fine, ff. quand. appell.
21 ſit. † Planè par à pari iudice appellari non poteſt: multo-
minus à maiore minor. Nouella c. 23. §. illo videlicet 2. q. 6.
22 c. anteriorum, §. illo videlicet, † licet autem ei, qui non le-
gitimum iudicem appellauerit, errorem corrigere, & legi-
timum appellare, dummodo non minorem appellauerit:
hoc enim caſu error illi nocebit, l. ſi quis 28. C. de appellat.
l. 1. §. ſi quis in appellatione, ff. de appellat. 2. q. 6. ca. vlt. §. ſi
23 verò is, qui. † De nullitate autem iudex, qui ſententiam tu
lit, non executor cognoſcit, c. de cætero 5. de re iudic. ca. pa-
ſtoralis 28. §. quia verò ſæpè de offic. delegat. & infra titul.
46. Et hæc de ijs, qui appellandi ſint, dicta ſufficiant, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus intra quod appellandum ſit.*
2 *Decem dies ad appellandum, quando incipiant.*
3 *Dies decem incipiunt à die lata ſententia, limitatur in pluribus caſibus.*
4 *Remedia alia poſt decendium ad appellandum poſſunt proponi.*

Quando, & intra quantum tempus ſit appellandum. Tit. 43.

1 SCiendum eſt, † quod circa tempus, quando, & intra
quantum tempus ſit appellandum, aliud iure antiquo
obtinuerit, aliud poſtea iure nouo fuerit introductum.
Nam iure antiquo in propria quidem cauſa biduum, in
aliena verò cauſa triduum ad appellandum concedeba-
tur poſt illud tempus appellandi facultas amplius non e-
rat, l. eos, qui 6. §. penultimo, C. de appellat. l. 1. §. in propria,
ff quando appell. ſit. l. qui ſuſpectum 20. ff. de appellatio.
leg. intra 3. ff. de appellat. recipien. vt deduximus etiam in
gloſſ. ſtatut. Vrb. libro primo, cap. 168. Ideoque tutores, de-
fenſores rerum publicarum, curatores adoleſcentum, &
furioſorum triduum habebant ad appellandum, quia alie
no nomine appellant, vt in allegatis iuribus, & in l. 1. §. tu-
tores, ff. quando appelland. 2. quæſtione ſexta, ca. biduum,
§. palam eſt. Sed & ſi quis ſuſpectum tutorem faciens non
obtinuiſſet, appellare intra triduum poterat quaſi pupil-
li defenſor, dicta leg. vigeſima, ff. de appellat. & dicta leg.
3. ff. de appellat. recip. Idem iuris erat in eo, qui excuſatio-
nem de non recipienda tutela propoſuerat, d. l. 20. Is quo-
que, qui procuratorio nomine agens, victus erat. triduum
ad appellandum habebat, quāuis ſecundo appellater prio
re eius appellatione iniuſta pronunciata, l. 2. ff quand. ap-
pel. ſit. Alius tn̄, quam qui iudicio expertus erat appellās,
qualis eſt is, cuius intereſt, biduo tm̄ appellare poterat: qa
qui ſua intereſſe dicit, propriā magis, quā alienam cauſam

Digitized by Google

defendit, dict. leg. 2. §. ſed ſi alius. Idem quoque dicendum
de eo, qui in rem ſuam procurator datus expertus eſt, di-
cta l. prima. §. quare procurator, Hęc quidem iure antiquo
vt dixi, obtinebant. Iure autem nouo illa differentia pro-
priæ, & alienæ cauſæ ſublata, pro illo biduo, & tridiuo de-
cendium ſtatutum eſt, vt ſiue in propria, ſiue in aliena cau
ſa quis appellauerit decem dies habeat interponendæ ap-
pellationis gratia. Nouella c. 23. §. ad hæc ſancimus, & d. q.
6. ca. anteriorum, & c. quod ad conſultationem 15. de re iu
2 dic. † Qui decem dies ex die latæ ſententiæ currere incipi-
unt, vt antea currebat biduum, & triduum, dict. l. 1. §. bi-
duum, & d. §. ad hæc, ibi. à recitatione ſententiæ numeran-
dum 2. q 6. ca. biduum. Quamuis ſub conditione ſententia
lata ſit, d. l. 1. §. biduum, ibi. quid ergo, & c. d. c. biduum, §. 1.
3 & §. biduum, ca. præterea requiſiti 40. de appellat. † Si au-
tem poſt latam ſententiam Princeps conſulatur à iudice,
puta in ſententia deportationis: non niſi à reſcripto Prin-
cipis, decem dies currunt, quamuis & ſtatim ſententia lata
prouocari poſſit, l. 1. in princip. ff. quand. appell. d. cap. bi-
duum, §. ſi quem in inſulam. Sed & ſi Præſes ad munus,
vel honorem nominatum aliquem remiſit ad ordinem cō
firmandum, non à die nominationis, vel remiſſionis tem-
pus currit, ſed à die decreti ab ordine interpoſiti, l. 1. §. ſo-
lent, ff. quando appelland. Nec refert, quod cauſa, in qua
appellatur ſit extraiudicialis, c. concertationis 8. de appel-
lat. in 6. Vel quod in ſententia præcipiatur aliquid fieri in-
tra certum terminum, c. quod ad conſultationem 15. de re
4 iudic. † Si non per appellationem, ſed per aliud iuris reme
dium grauamen proponatur, ſubſiſtit etiam poſt decen-
dium, cap. concertationis 8. ver. ſed ſi per contradictionem
de appellat. in 6. Hæc de tempore appellationem: quam-
quam & plura proponentur infra de re iudic. titu. 48. Sed
& ante ſententiam latam ab interlocutoria appellari non
poſſe diximus in tit. præcedente, nunc de forma, & modo
appellandi eſt dicendum.

SVMMARIVM.

1 Appellandum regulariter eſt in ſcriptis, limitatur.
2 Ipſo die intelligitur incontinenti, audita ſententia.
3 Ab interlocutoria, quamuis incontinenti in ſcriptis eſt appel-
landum.
4 Libellorum appellationum forma qua.
5 Appellandum eſt coram iudice, vel maiori parte iudicum.
6 Abſente iudice appellatur coram notario, & teſtibus.
7 Appello iudicem competentem vel hunc, aut illum, valet.
8 Appellaſſe ex pluribus, qui videantur.
9 Appellatio ſine nomine partis aduerſæ valet.
10 Appellatio ſine expreſſione à qua parte, valet.
11 Libelli appellatorij intra decem dies dandi.

De forma, & modo appellandi. Tit. 44.

1 REgulariter † autem in ſcriptis eſt appellandum, l.
ſecunda, de appellat. leg. à ſententia 5. §. final. ff. eo-
dem. l. litigatoribus 14. C. eodem 2. quæſtione ſex-
ta, cap. poſt appellationem. §. final. Niſi quis ipſo die, quo
ſententia fertur, apud acta viua voce appellauerit, hoc
enim caſu ſatis eſt, ſi dicat. Appello, nec opus eſt ſcriptu-
ra, vt in dicta leg. ſecunda, ff. de appellatio. & dicta l. deci-
ma quarta, C. eodem, & dicta quæſtione ſexta, capit. vlti-
2 mo, §. litigatoribus. † Ipſo autem die intelligitur inconti-
nenti, audita ſententia, non ex interuallo, vt per Soarez A.
3 203. & 204. Villalob. A. 120. & 121. † Verum ſi ab interlo-
cutoria eadem die, & incontinenti appelletur, tamen in
ſcriptis eſt facienda, capit. primo, in principio, de appella-
4 tio. in 6. Soarez A. 203. Villalob. A. 120. † Libelli autem,
qui dantur appellatorij, ita ſunt concipiendi, vt habeant
ſcriptum, & à quo dati ſunt, hoc eſt, qui appellet, & ad-
uerſus quem, & à qua ſententia, leg. ſecunda, §. final ff. de
appellatio. 2. quæſtione ſexta, cap. poſt appellationem, §.
5 forma verò. † Coram iudice, vel maiori parte iudicum
eſt appellandum. Clement. prima, in principio. de appella-
6 tio. Tiraq. regul. 42. ibi, & debet appellare. † Abſente ve-
rò iudice à quo appellatur coram notario, & teſte ſpecta-
tæ fidei eſt appellandum Soarez A. 209. Appellatio his ver
7 bis concepta. † Appello iudicem competentem, vel hunc,
aut illum, valet. Villalob. A. 115. cum ſequent. Soarez A.
200. cum ſequent. Niſi intra decem dies appellationi præ-
ſtitutos non certioretur quis ſit appellatus. Villalob. A.
8 117. Soarez A. 202. † Certè ſi plures ſint, aduerſus quos
pronunciatur, & quorundam nomina in libellis ſunt com
prehenſa, quorundam non, hi ſoli appellaſſe videbuntur,
quorum nomina in libellis ſunt comprehenſa, l. g. ſcio
9 quæſitum 3. §. certè ſi plures, ff. de appellat. † Planè quam-
uis non additum ſit in libellis, aduerſus quem aduerſa-
rium appellatum ſit, non obſtat præſcriptio, dicta leg. ter-
tia, in principio. Idem dicendum, ſi cum haberet plures
aduerſarios quorundam nomina in libellis complexus ſit,
quorundam omiſerit: Nam hi, quorum nomina in libel-
lis omiſſa ſunt, appellanti, præſcribere non poſſunt, quaſi
in illorum perſona acquieuerit: dummodo vna cauſa ſit,
10 dicta leg. tertia, §. primo. † Sed & illud appellanti non ob-
eſt, quod in libellis, à qua parte ſententiæ appellauerit, non
11 ſignificant, leg. appellanti 13. in principio, ff. eodem. † Li-
belli autem appellatorij iudici, à quo appellatur intra de-
cem dies dandi ſunt, l. à ſententia 5. §. final. ff. de appellatio.
Si tamen propter violentiam iudicis ipſi non dederit, ſed
publicè propoſuerit: veniam meretur & appellationis cau
ſam proſequi permittitur, l. cum quidam 7. ff. de appel-
latio.

SVMMARIVM.

1 Appellans cauſas appellationis ipſe proponere debet.
2 Appellationis cauſas probare debet appellans coram iudice, ad
quem, non à quo.
3 Cautio de appellatione exercenda, an ſit neceſſaria.
4 Literas appellationis, quas Apoſtolos appellant, dat iudex à
quo.
5 Literarum, ſeu Apoſtolorum appellationis ſenſus qualis
ſit.
6 Dimiſſoria, quare ita dicantur.
7 Litera appellationis etiam non petenti danda.
8 Appellanti ſufficit intra tempus Apoſtolos petiſſe.
9 Iudex negans dare Apoſtolos eo nomine tenetur.
10 Refutatorij dantur, in quibus vitanda verboſitas.
Reuerentiales.
11 Conuentionales
Dimiſſorij
Teſtimoniales.
Dilatorij.
Tremebundi.
(Apoſtoli dantur.)
12 Acta cum opinione ad iudicem appellationis tranſmitten-
da.
13 Deciſiones, & vota iudicum, vnde originem traxerunt.
14 Iudex infra menſem acta ſub pœna ad iudicem appellationis de-
bet tranſmittere, limitatur.
15 Canones legibus conformes.
16 Appellans poteſt intra annum querelare ſe de iudice, qui Apo-
ſtolos, & acta non dedit.
17 Querela contra iudicem denegantem Apoſtolos, & acta coram
iudice appellationis proponitur.
18 Iudex, qui appellationem non recipit, quid facere debeat, ut non
puniatur.
19 Iudex appellationis debet appellationem recipere.
20 Iudex appellationis poteſt cogere, vt acta tranſporten-
tur.
21 Edere acta, an appellans, vel appellatus debeat.
22 Iudex à quo an ſit citandus ad cauſam appellationis.
23 Appellatio eſt appellato intimanda.
24 Appellatione interpoſita, nihil eſt innouandum.
25 Iudex appellationis inhibet iudici à quo, & ſi innouat, reuocat
vt attentatum.
26 Appellatione recepta tamdiu nil innouandum, quamdiu de ea
fuerit pronunciatum.
27 Appellatione interpoſita, integer ſtatus eſt.
28 Appellans pro maioribus facinoribus damnatus ſuſpendit exe-
cutionem, etiam pro minoribus, non è contra.
29 Damnatus in criminalibus appellat, ſed cuſtoditur.
30 Inhibendum quando ſit per iudicem appellationis.
31 Innouatum dici non poteſt ex alia cauſa actum, limita-
tur.
32 Reſtitutio in integrum an impediat executionem.

Ap-

Digitized by Google

33 *Appellatione pendente nihil eſt innouandum huic regulæ, quæ non obſtent, vel obſtent, p. oponuntur.*
34 *Prabenda quando pendente appellatione alijs conferri poſſit.*
35 *Appellatione pendente ab electione facta a maiori parte innouari poteſt.*
36 *Inſtitutio appellatione non ſuſpenditur.*
37 *Appellatio de iure non ſubſiſtens, non ſuſpendit.*
38 *Tertius innouans, non tenetur de attentatis.*
39 *Attentare quando liceat, vel ne differitur.*
40 *Cauſa quando remittenda ſit ad iudicem à quo eſt appellatum.*
41 *Appellatione ab executione interpoſita, quid agendum.*
42 *Iuramentum à iudice delatum præſtandum, appellatione non obſtante.*
43 *Nominato ad munus appellante, alius interim creatur.*
44 *Appellans non conuictatur.*
45 *Appellans, & appellatus non deducta deducunt non probata probant in cauſa appellationis, limitatur.*
46 *Pœna appellantis non obtinentis.*
47 *Appellans, mutato appellato, appellationem non deſerit.*
48 *Appellantis contumacia punitur, & appellati.*
49 *Iudex appellationis, ſi conſtiterit bene appellatum quid agere debeat, limitatur.*
50 *Iudex à quo non punitur ſua ſententia reuocata, limitatur.*
51 *Litem malam proſequutus, puniendus.*
52 *Appellans ſi obtinuerit in cauſa appellationis, vel ſuccubuerit, quid agendum.*
53 *Nominatus ad honorem appellans ſi ſuccubuerit, quid iuris.*
54 *Iudicis officium, alterutro litigatore abſente, quale.*

De officijs appellantis, & de euentu appellationis, & conſequentia. Tit. 45.

1 Debet † autem appellans cauſas ſuæ appellationis
certas proponere, propter quas putet, ſententiam
dictam eſſe reſcindendam, l. appellanti 13. §. fina. ff.
de appellat. Villalob. A. 124. Soarez A 194 Sufficit tamen,
vel vnam appellandi cauſam probabilem proponere, d. §.
fin. An autem per alium reddi poſſit, decidit, l. 1. cum l. ſequen.
ff. an per alium cauſæ appellationis. Eſtque ei facultas
in agendo etiam aliam prouocationis cauſam reddere,
quam ab initio propoſuit, perſequi prouocationem ſuam
quibuſcumque modis poterit, l. ſcio quæſitum 3. §. final. ff.
2 eod. contradicit Clem. appellanti 5. eod. tit. † Iudici enim,
à quo appellatum eſt, cauſa appellationis probanda non
eſt, cap. ſi à iudice 10. de appellat. in 6. Sed iudici, ad quem
eſt appellatum, ca. dilecto 63. ca. interpoſita 70. de appella-
3 tio. † Cautio de exercenda prouocatione non neceſſariò
4 præbetur, l. eos, qui 6. §. final. C. de appell. † Literæ tamen
poſt appellationem interpoſitam dandæ ab eo iudice, à
quo appellatum eſt ad eum, qui de appellatione cognitu-
rus eſt, quas literas dimiſſorias, ſiue Apoſtolos appellant, l.
1. ff. de libellis dimiſſorijs, l. dimiſſoriæ 106. ff. de verbor. ſi-
gnific. d. l. 6. §. fin. C. de appellat. l. præcipimus 32. §. in his au-
tem, C. eod. ca. 1. in princip. ver. petat Apoſtolos, & c. vt ſu-
per 4. de appellat. in 6. 2. quæſt 6. cap. poſt appellationem
in princip. Turza. reg. 1. Fichat. ad Villalob. T. 4. & Soarez
A. 219. vbi definitur, intra quod tempus petendi ſunt, de
quibus plura poſuimus in gloſſ. ſtatut. Vrb. libro 1. capit.
5 169. † Harum literarum ſenſus talis eſt: Appellaſſe, puta,
Lucium Titium à ſententia illius, quæ inter illos dicta eſt,
d. c. poſt appellationem, §. forma d. l. 1. §. ſenſus autem, ff.
6 de libell. dimiſſor. † Dimiſſoriæ autem dicuntur, quod per
eas cauſa ad eum, qui appellatus eſt, dimittatur, l. dimiſſo-
7 riæ 106. ff. de verb. ſignific. † Dandæ autem ſunt huiuſmo-
di literæ, etiam non petente appellatore d. l. 1. ff. de libellis
8 dimiſſorijs. † Sufficit verò appellanti petijſſe intra tempus
dimiſſorias inſtanter, & ſæpius, vt & ſi non accipiat, id ip-
ſum conteſtetur, nam inſtantiam repetentis dimiſſorias
conſtitutiones deſiderant. Æquum eſt igitur ſi per eum
ſteterit, qui debebat dare literas, quo minus det, ne hoc
9 accipienti noceat, dict. l. 1. §. final. ff. de libell. dimiſſor. † Sa-
nè ſi iudex copiam Apoſtolorum denegauerit, eo nomine
querela competit, de qua in l. ſi appellationem 31. C. de ap-
10 pellatio. † Dantur inſuper ad iudicem appellationis libel-
li, qui vocantur refutatorij, continentes compendioſa nar-
ratione, quæ cauſas prouocationis poſſunt explanare, vel
aliquid noui, vel quod derelictum eſt, l. ampliorem 37. §. in
refutatorijs, l. eos. 6. §. ſuper ijs, l. à Proconſulibus 19. C. de
appellatio. Eſtque in his vitanda verboſitas aſſertionum, &
eorum, quæ in actis continentur, dicta l. 37. §. in refutato-
11 rijs. † Dantur, & alij videlicet reuerentiales, dimiſſorij,
conuentionales, teſtimoniales, dilatorij, ac tremebundi, de
12 quibus in gloſſ. ſtatut. Vrbis, libro primo, cap. 169. † Præ-
terea iudex appellanti præbere debet opinionis exemplũ,
& acta, cum refutatorijs partium ad iudicem appellatio-
nis mittere, dicta l. 19. in principio, ibi. vt appellanti, C. de
13 appellatio. dicta l 6. §. ſuper his, C. eodem. † Ab hac iudi-
cis opinione tranſmittenda originem duxerunt vota, &
deciſiones iudicum, quas multas impreſſas habemus.
14 † Definiuntur autem triginta dies ex die ſententiæ, in qui-
bus niſi iudex acta cum ſua ſubſcriptione, & relatione li-
tigatoribus præſtiterit, mulctatur: & inſuper ob hoc ſen-
tentia temporis curſu firmata, omne damnum, quod per
cauſam non editorum actorum litigator ſubſtinuerit ex
proprijs facultatibus reſarcire compellitur: dummodo
appellatio legibus non ſit interdicta, ſuoque tempore in-
terpoſita, l. 24. C. de appellatio. leg. ne cauſas 15. C. eodem.
Nouella conſtitut. 134. §. appellationes, l. à Proconſulibus
19. C. de appellatio. l. præcipimus 32. §. in his autem, C. eo-
dem l. nemo 3. ibi, ita vt etiam, C. de temp. & reparat. ap-
pellat. leg. in fraudem 4. §. quoties apud, & §. quoties ite-
rum, ff. de iure fiſci. Nouella conſtitut. 126. §. ad hæc ſanci-
mus 2. quæſtione 6. cap. vltimo. §. iudicibus, & cap. vltimo,
15 de probatio. † Sunt enim ſacri Canones in tantum ciui-
lium legum conformes, vt eiſdem verbis idem quod leges
ipſæ ſæpè diſponant, vt neceſſe habeant impij hæretici,
dum ciuiles leges recipiunt, non poſſe Canones reſpuere.
16 † Datur autem appellanti ad hanc querelam contra iu-
dicem, qui appellationem denegauerit, actaque, & Apo-
ſtolos dare recuſauerit, proponendam ſpatium vnius an-
ni, ſi quidem maiores iudices, hoc eſt Præfectus Prætorio,
vel Præfectus Vrbi ſint appellati, ſin verò inferiores iudi-
ces appellati ſint, dantur tantum ſex menſes, leg. ſi appel-
lationem 31. C. de appellatio. l. ſi cuius 5. §. final. ff. de appel-
latio. Si verò arbiter, ſeu iudex delegatus appellationem
ſuſcipere, aut relationem dare noluerit: quatuor menſes
ad querelam proponendam appellanti conceduntur, di-
17 cta leg. trigeſima prima, §. ſi verò arbiter. † Hęc autem
querela apud iudicem quem appellare debet erit propo-
nenda, nec appellanti proderit ad temporis curſum impe-
diendum, ſi alium pro alio adijt, licet non videatur ceſſaſ-
ſe, niſi fortè Imperatorem adierit: hoc enim caſu pro eo
habebitur, atque ſi is aditus eſſet, qui adiri debuit, vt di-
cta præſcriptio temporis interrumpatur, dicta leg. ſi cuius
5. ff. de appellatio. recipi. & dicta leg. decima nona, §. quod
18 ſi victus, C. de appellatio. † Sanè iudex, qui appellationem
non recepit, opinionem ſuam confeſtim per relationem
manifeſtare, & cauſam, propter quam non receperit ap-
pellationem, eiuſque exemplum litigatori reddere debe-
bit, l. ſciendum 6. §. cum quoque, ff. de appellat. recip. iudi-
cis autem non recipientis appellationem pœna iure qui-
dem Codicis eſt, vt triginta auri pondo fiſco ab eo penda-
tur: & totidem ab eius officio, niſi iudici pertinaciter re-
ſtiterit, atque actis contradixerit, leg. quoniam 21. C. de
appellatio. Iure autem Nouellarum conſtitutionum de-
narum librarum auri pœna iudici, eiuſque apparitoribus
imponitur ſimul, & vt damnum, quod litigator proptere-
rea ſenſit, præſtent. Nouella conſtitut. 126. §. ad hæc ſanci-
19 mus. † Debet enim iudex appellationis appellationem re-
cipere, nec remittere, leg. ſexta, in principio, ver. ab eo, qui.
C. de appellatio. cap. interpoſita 70. §. eidem de appellatio.
2. quæſtione ſexta, cap. placuit, & cap. vltimo, §. final. Sicut
enim iudex, à quo appellationem regulariter nõ debet de-
negare, l. Imperatores 25. ff. de appell. l. eos, quib. in princ.
C. eo. Nouel. c. 82. §. atqui, vt omnibus, §. nam ſi per prouo-
cationem Nouel. c. 126. §. ad hæc, & Nouell. 134. §. appella-
20 tiones Viu. opin. incip. Iudex à quo Soarez A. 221. † Ita iu-
dex appellationis illam debet recipere, nec remittere, vt di-
ctum eſt, & poteſt ideo cogere, vt ſententia, & acta tranſ-
portentur, vel edantur ſub pœna priuationis Soarez A.
21 233. Villalo E. 14. † An autem appellans, vel appellatus a-
cta edere, & probare debeat? diſſerit Gabr. lib. 2. de appell.
22 concluſ. 5. † Et an ſit citãdus iudex, à quo appellatum eſt,
ad cauſam appellationis diſſeritur apud Clar. §. final. q. 94.
ver. quæro nunc 9. Viuium opinio. incip. iudex neceſſariò.

Item iudex citari,& apud Gabr.lib.2.de citat. concluſ.1.
23 numer.86. cum ſequen. † Et eſt appellatio appellato inſi-
nuanda Clem.1.ver.eſt tamen.de appellat.& Clemen.cau
24 ſam 3.de electio. † Porrò appellatione interpoſita,ſiue ea
recepta ſit,ſiue non, medio tempore nihil nouari oportet:
Si quidem recepta fuerit appellatio, quia recepta eſt, Si
verò non eſt recepta,ne præiudicium fiat, quoad delibere
tur, vtrum recipienda ſit appellatio, an non ſit, l.1.ff nihil
nouari appell. interpoſ.l. ſi vt 3.C.quand. prouoc.non eſt
25 neceſſe. Nouella c.134.§. ad hæc iubemus. † Eſtque de eo
iudici,à quo appellatum eſt per iudicem appellationis in-
hibendum,& innouatum, ſeu attentatum reſcindendum.
2.q.6.cap.poſt appellationem,§.Vlpianus,& d.l.1.Viuius
opin.incip.attentata Gabr.lib.5.de acquir.poſſ.concluſ.6.
numer.2.& ſeq.latè Lancellot.de attent.appellat.penden.
26 † Recepta autem appellatione tamdiu nihil erit innouan
dum, quamdiu de appellatione fuerit pronunciatum. Si
quis ergo fortè relegatus fuerit,& appellauerit, non arce-
bitur, neque in Italia, neque in Prouincia, à qua relegatus
eſt. Propter eandem rationem,& ſi quis deportatus fuerit
ab eo, cui deportandi ius eſt, vel admiratus, neque vincula
patietur, neque vllam aliam iniuriam, quam patitur, qui
27 ſententiæ acquieuerat. † Integer enim ſtatus eſſe videtur
prouocatione interpoſita. Ergo & ſi abſtinere ordine iuſ-
ſus ſit,& prouocauerit, eadem ratione poteſt cętum par-
ticipare,cum hoc ſit conſtitutum,& ſit iuris, ne quid pen-
dente appellatione innouetur, d.l.1.ff.nihil innou.appell.
interpoſit.cum alijs ſupra citat.& 3.q.6. ca.accuſatus ver.
& dum iteratio,& de appellatio. c.1.c.ad præſentiam 16.c.
dilectus 55.item ca.licet 14.de ſent.excomm.in 6.cap.cum
olim 32.de offic.deleg.c.cum tu ſis 16.de teſtib.ca.dilectæ
28 10. de except. † Planè ſi quis ex pluribus facinoribus con-
demnatus,propter quædam appellauit, propter quędam
non: ſi quidem grauiora ſunt crimina, ob quæ appellatio
interpoſita eſt, leuius autem id, propter quod quis non ap-
pellauerit, recipienda eſt omninò appellatio, & differenda
pœna, dict.l.1.§.fin.ff.nihil innou.appell.interpoſit. Si verò
grauiorem ſententiam meruit ex ea ſpecie, ex qua non eſt
appellatum, omnino pœna imponenda eſt, d.l.1.§. ſi verò.
29 † Sed & in criminali cauſa damnatus appellauit, ſi fideiuſ-
ſoris idonei copiam non habeat, in cuſtodia detinendus
30 eſt, l.minimè 12.C.de appellat. † Quod autem dictum eſt,
appellatione pendente, nihil eſſe innouandum, id intelligi
debet, ſi conſtet cauſam per appellationem ad iudicem
inhibentem eſſe deuolutam, quia tunc ab eo inhibendum
eſt, non antea, c.Romana 3.§.ſi verò vocatis.de appellat.in
6. Et ſi dicatur ab aduerſario cauſa appellationis iniuſta,
ſin minus legitima, iudex appellationis nondum recepta
appellatione velut ex cauſa probabili facta, cęperit de cau
ſæ veritate cognoſcere: tunc inhibere non poteſt, d.c.Ro-
mana,§ quod ſi obijciatur. Niſi appellatum ſit à definiti-
ua: hoc enim caſu etiam ante receptam appellationem iu-
dex poteſt inhibere, d.§.quod ſi obijciatur ver. ante ſenten
31 tiam,& d.c.Romana,§.ſi autem poſt. † Si in alia cauſa, vel
quæſtione procedatur, quam in qua appellatio eſt interpo-
ſita, certè id innouatum dici non poterit, exemplo ca.cum
terreamur 17.& c.præterea 22.de appellat. Niſi quæſtio,
in qua non eſt appellatum, ſine ea, in qua appellatum eſt,
expediri non poſſit, c.ſuper eo 10.eod.tit. Item niſi propter
plura crimina condemnatus in grauioribus appellauit:
hoc enim caſu in alijs minoribus executio ſuſpenditur, vt
paulo ante dictum fuit,& probatur 2.q.6. c.poſt appella-
tionem,§.ſi quis ex pluribus. Vel niſi alterum alterius, ob
quod appellatum eſt, ſit acceſſorium, c.dilectis, 55.de appel-
32 lat. † Si in integrum reſtitutione petita contra ſententiam
præſumptio ſit, eam malitioſè ad differendam executioné
peti: hoc enim caſu executio fieri poteſt, cautione ab ad-
33 uerſario præſtita, c.ſuſcitata 6.de in integrum reſtit. † Re-
gulæ autem prædictæ, quod nihil ſit innouandum, appel-
latione pendente, non obſtat, ſi iudex à quo appellatum
eſt, iuſiurandum præſtiterit de ſententia intra certum tem
pus exequenda, quia non ideo, quia ita iurauit exequi po-
terit, ſi appellatio ſubſiſtat, c.veniens 19.de iureiur. Verum
ſi appellans quoque contra appellationem ſuam, vel ad-
uerſarij ſui antea factam aliquid nouauerit, non obſtabit
eis dicta regula, cap.conſtitutis 25.de appellat. Idem erit, ſi
per ſententiam excommunicatus abſoluatur ad cautelam,
c.qua fronte 25.eod.tit. Idem eſt, ſi appellans appellatio-
nem non proſequatur, c.ad hæc 27.c.peruenit 28.cap.cum
ſpeciali 61.§.exceſſit quoque ver. quam ſi proſequi de ap-
pellat. Idem eſt ſi a ſententia excommunicationis, vel ſu-
ſpenſionis ſit appellatum, cap.paſtoralis.53.§.verum,quia
eod.tit.c.is, cui.20.§.fin.de ſent.excommu.in 6.l.1.§.ergo,
& ſi.ff.nihil innouan.appel.interpoſ. Regulam prædictam
non facit ceſſare, ſi extraiudicialiter ſit appellatum, c.bona
51.de appellatio. approbatur ſimul, & diſtinguitur apud
34 Villalob.A.156.cum addit.Soarez A.208.& 216. † Sed ſi
appellans agat de præbenda ſibi antequam vacaſſet pro-
miſſa, non eſt quid impediat, quin poſſit alij conferri, ap-
pellatione non obſtante, c.relatum 5.de conceſſ. præbend.
35 † Idem eſt, ſi ab electione à maiore parte facta ſit appella
tum, cap.1.& cap.ex ore 3.de his, quæ fiunt à maior. part.
36 † Idem erit, ſi duobus præſentatis, prior repulſus appella-
uerit: hoc enim caſu alterius inſtitutio, quamuis penden-
te appellatione, facta, valet, c.paſtoralis.29. de iurepatron.
37 † Idem dicendum, ſi appellatio aliquo iure non ſubſiſtit,
exemplo c.vlt.de dol.& contum.in 6.c.nõ ſolum 7 in prin-
cip.ver.exceptis caſibus.de appellat.in 6.Viuius opin.inci-
38 pien.attentata,nume.8. † Idem erit ſi tertius aliquis, pen-
dente appellatione aliquid innouauerit, hic enim de atten
tatis contra inhibitionem non tenetur, c.Romana.3.§.in a-
lium de appellat.in 6. Idem ſi appellationi ſit renunciatũ,
39 c.ſuper 4.ver. niſi appellationi eod. tit. † Sed ſi antequam
appellatio interpoſita ſit, fuerit innouatum, obſtabit regu-
la.c.non ſolum 7.in princ.eod.tit. Quæ tamen non obſta-
bit, ſi appellatum fuerit ab interlocutoria, d.ca.non ſolum,
§.illa autem. Niſi poſtea appellationis cauſam veram eſſe
conſtet, d.§. illa autem, ver. donec appellationis cauſam.
Item ſi legitima inhibitione facta, innouatum ſit, d.§. illa
autem ver.niſi iudex appellationis. Sed ſi iudex grauamẽ,
ob quod appellatum eſt reuocauerit, non erit locus regulæ
antedictæ.cap.ſi à iudice 10.§.fin.de appellat.in 6. Nec mi
nus ſi non citato aduerſario fuerit inhibitum, Villalob.C.
39.l.35. Vel appellatum fuerit ab executione, vel mandato
de exequendo. Villalob.A.113. Vel appellanti obijciatur no
torius defectus iuris in negotio principali, contrauenitur,
& magis reprobatur apud Viuium opinio.incip. Attentata
numero 7. Vel ſi poſt deſertam appellationem quid ſit no
uatum, ſed reprobatur ibi, numero 6. Vel nouatum ſit quo
ad taxationem expenſarum, vt diſſeritur apud Gabriel.li-
bro 6.de regu.iuris concluſ.3.numero 54. Vel latæ ſint tres
conformes in eadem cauſa. Clem.1.de re iudic.Gabr.libro
40 2.de execut.rei iudi.concluſ.1. † Si conſtiterit malè appel
latum, ſeu appellationi locum non eſſe, tunc cauſa remit-
tenda eſt ad iudicem, à quo appellatum eſt, ca.cum in Ec-
cleſia 38.c.vt debitus.59.§.cum autem ver.& ſi minus, ca.
cum ſpeciali 61.§.final.de appellat.cap. Romana 3.§.fina.
& cap.cum appellat.5.eodem titul.in 6. Niſi cauſa nõdum
cognita, remittatur, cap.accepta 35.de appellat. Sed ſi par-
tes conſentiant, quod remittatur, nil refert, quod cauſa nõ
ſit cognita, quia & ea non cognita, tunc appellationis cau-
ſa poteſt remitti, dict.cap.accepta. 35.ver. niſi partes con-
ſenſerint. Idem dicendum, ſi appellans ipſe cauſam remitti
petat.cap.interpoſita 70.§.ille denique de appell. Verum
ſi iudex, à quo appellatum eſt, appellationem non admit-
tendam admiſit, tunc ad eum remittenda non eſt, ca. cum
41 appellationibus 5.de appellat. in 6. † Ab executione quo-
que appellatione interpoſita, ſi res litigioſa mobilis ſit, ea
in ſequeſtrum deponi iubetur, l. ab executione 5. C. quo-
rum appell.non recip.& de qua re ſupra titu.15. Sed & ſi ap-
pellator depopuletur agros litigioſos, fructus, pendente
appellatione, ſequeſtrandi ſunt, l.Imperatores.21.§.final.
41 ff.de appellat.& ſupra dict. titul.15. † Si iudex alicui detu
lerit iuſiurandum ex officio, hoc enim præſtari poteſt, &
debet, appellatione non obſtante, l.generaliter 12.in princ.
43 C.de iureiur. † Item ſi ad munus, vel honorem aliquis no-
minatus appellauerit, interim alius in locum eius creari de-
bet, l.21.§.magiſtratus & §.in locum, ff.de appell.c.perue-
44 nit 28.ver.interim verò eod.tit. † Illud ſciendum eſt, eum,
qui prouocauit, nõ debere conuiciari ei, à quo appellauit,
l.illud 8.ff.de appell.& ſi conuiciabitur, oportebit eum pl.e
45 cti, d.l.8. † In cauſa verò appellationis tam appellatori,
quam eius aduerſario licet ea, quæ in priori iudicio omiſ-
ſa ſunt, proponere, dummodo non ad nouum capitulum
pertineant, ſed ex illis oriuntur, & illis connexa ſunt,
quæ apud priorem iudicem ſunt propoſita leos qui 6.§.ſi

Digitized by Google

quid autem C. de appell. leg. in offerendis 55. §. fina. C. eod.
leg. per hanc 4 C. de tempor. & reparat. Ideoque aliam a-
ctionem edere, vel aliam rem petere in appellationis cauſa
non licet d. leg. 4. ibi, quæ non ad nouum capitulum. Villa-
lob. A. 109. Niſi cauſa beneficialis ad curiam Pontificis per
appellationem fuerit deuoluta: hoc enim caſu tam petito
rium, quam poſſeſſorium de nouo poteſt intentari. Clem.
4. de cauſ. poſſ. & propriet. Quod idem erit ſi ab interlocu
toria, vel ab extra iudiciali grauamine fuerit appellatum.
Clement. appellanti 5. de appellatio. Et appellatione à diſ
finitiua facta retineari etiam poteſt interlocutoria, licet ab
ea non fuerit appellatum ſecundum diſtinctionem c. vlti.
de appellatio. in 6. Is quoq; contra quem appellatum eſt,
contra ſententiam in cauſa appellationis excipere poteſt,
quæque in ea deſiderat proponere. leg. ampliorem 37. in
principio. C. de appella. leg. vltim. C. quando prouoc. non eſt
46 neceſ. † Pœna autem appellantis, non obtinentis proponi-
tur 2. quæſt. 6. cap. omnino, quæ euitatur, ſi appellans ante
latam ſententiam renunciauerit d. quæſt. 6. cap. 1. §. ſi verò
47 quis, & leg. 28. C. de appellat. † Sed imino appellato, ap-
pellationem deſerere non poteſt appellans Villalo. A. 136.
48 † De contumacia appellantis punienda cauetur ca. repræ-
henſibilis §. ſi autem iudex appellat cap. 1. §. quod ſi cap.
1. §. quod ſi appellator eod. titu. in 6. Item & de punienda
contumacia appellati cauetur d. cap. 1. §. fin. cap. cum ſpe-
ciali 61. §. exceſſu quoque verſ. nullo autem, & c. interpoſi-
ta 70. §. fina. de appellatio. Nouella cõſt. 126. §. in omnibus.
49 † Si conſtiterit bene appellatum eſſe, iudex ad quem ap-
pellatum eſt, reſciſſa priore ſententia in cauſa principali
procedere poteſt, & debet cap. ad probandum 24. de re iu
dic. cap. vt debitus 59. §. cum autem verſic. alioquin ipſe
procedat, & c. cum ſpeciali 61. §. exceſſu quoque verſic. ap
pellationis cauſa de appellat. Niſi exceptio de vltra duas
dietas non citando reo, propter quam fuit appellatum,
probetur vera: hoc enim caſu quamuis benè appellatum
eſſe conſtet, nihilominus tamen cauſa eſt remittenda capi.
50 olim 7. de except. † Sententia priori caſſata, non punitur iu
dex, à quo, niſi inimicitia, vel pecunia probetur corruptus.
51 2. quæſt. 6. cap. hoc etiam. † Ne temere autem, ac paſſim
omnibus prouocandi facultas præbeatur, cauetur, cum, ſi
malam litem fuerit proſequutus mediocriter pœnam à
competenti iudice ſuſtinere, vt paulo ſuperius dictum eſt,
dicit, text. in leg. eos qui 6. §. ne temere C. de appellatio. leg.
52 ab executione 5. §. fina. C. quor. appellatio. non recip. † Po-
ſtremo ſi appellans in cauſa appellationis obtinuerit, exe-
cutio antea facta retractanda eſt, & id, qd ſoluit, ei reſtituẽ
dum. Sin verò ſuccubuerit arbitrio iudicij, mediocriter
puniendus d. §. ne temere, & leg. cum ex 11. ff. de appellat.
53 Nouella. cõſt. 119. §. aliud in fine. † Et ſi ad munus, vel ho-
nores nominatus appellauerit, nec obtinuerit, damnum,
quod interim reſpublica ſenſit præſtare tenetur leg. 1. ff. ſi
tutor, vel curator creatus appellauer. leg. Imperatores 21.
54 §. ſi magiſtratus ff. de appellatio. † De officio autem iudicis
altero tantum litigatore abſente proponitur in Nouella conſt.
126. §. in omnibus, vt & paulo ſuperius dictum fuit.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia nulla ſine appellatione non valet.*
2 *Nullitatis cauſæ iudex competens quis ſit.*
3 *Nullitas & principaliter, & incidenter poteſt proponi.*
4 *Nullitas quouſque proponi poſſit, limitatur.*
5 *Nullitas notoria nunquam præſcribitur.*
6 *Nullitas defectu iuriſdictionis nunquam præſcribitur.*
7 *Nullitas vbi agitur de animæ periculo, nunquam præſcribitur.*
8 *Citatio an requiratur in cauſa nullitatis.*
9 *Nullitatis cauſa pendente, nihil eſt innouandum*

De cauſa nullitatis. Tit. 46.

1 INter remedia affinia appellationis primum locum ob-
tinet † nullitas ſententiæ, quando enim ſententia ipſo
iure nulla eſt, tunc etiam ſine appellationis ope ſenten
tia non valet, vt dicetur infra de re iudicata tit. 48. vbi enu
merantur cauſæ, ex quibus ſententia nulla dici poſſit, ſi-
miles, & aliæ enumerantur pro parte apud Villalob. N. 45.
2 in addit. & infinitæ apud Vant. de nullit. &c. † Apud quem
nullitatis cauſa ſit proponenda cauetur in ca. de cætero 5.
de re iudic. vbi diſponitur, quod ſi ſententia nulla dicatur,
quæſtionem ad iudicem, qui ſententiam protulit, eſſe de-
ferendam. Villalo. N. 45. R. 13. & S. 36. & ſupra tit. 42. in fi-
3 ne, † & poteſt proponi incidenter, & principaliter Viuius
opin. incip. Nullitas, num. 5. ibi adducitur modo, vbi num.
6. declaratur, quomodo proponatur incidenter, & num. 8.
quomodo proponatur principaliter, & alijs, modis, de
4 quibus in gloſſ. ſtatut. Vib. lib. 1. c. 191. † Et poteſt proponi
vſque ad annos triginta Viuius vbi ſupra numer. 1. & nos
in allegata glo. ver. de nullitate. Niſi ſtatuto minus tempus
ſit præſcriptum, vt facit ſtatutum Vibis in d. c. 191. Villa-
lob. N. 45. in addit. ibi: Item nota, vel niſi ex parte actoris
nullitas proponatur, tunc enim non excedit tempus actio-
nis, in qua fuit commiſſa, d. addit. ibi. de iure tamen, &c.
5 † Verum ſi notoria ſit, ac de ea manifeſtè conſtet poſt tem
pus iuris, vel ſtatuti in perpetuum tunc poteſt opponi. Vil
lalob. S. 33. in addit. in fine, & nos in allegata gloſſ. ſed con-
trouertitur apud Gabr. lib. 6. de ſtat. concluſ. 3. numer. 15.
6 cum ſequent. † Idem eſſe videtur, ſi defectus ſit iuriſdi-
ctionis, vt diſſeritur apud Gabr. vbi ſupra num. 14 & 17.
7 18. & ſequ. † Idem eſt ſi periculum animæ vertatur, tunc
enim etiam poſt tempus iuris, vel ſtatuti nullitas poteſt
8 proponi Viuius vbi ſupra nume. 2. † Sed ad cauſam nulli-
tatis quomodocumque tractandam, aduerſarius citari
debet, niſi illa notoria ſit, quæ ex defectu iuriſdictionis
9 procedit. Gabr. lib. 6. de ſtatut. concluſ. 3. nu. 10. † Tandem
cauſa nullitatis pendente, nihil innouandum, & attentata
reuocanda, quæ concluſio eſt controuerſa apud Viuium,
vbi ſupra numero 4. & ſequen. & apud Lancellott. de at-
tent. nullit. penden. & apud nos in gloſſ. ſtatut. Vib. libr. 1.
cap. 192.

S V M M A R I V M.

1 *Reſtitutione in integrum ſententia reſcindi poteſt.*
2 *Sententia contra fiſcum per quantum tempus retractetur.*
3 *Reſtitutio competit Reipublicæ læſæ, & pupillo, limitatur.*
4 *Supplicatio locum appellationis tenet.*
5 *Supplicatio intra quantum tempus facienda.*
6 *Supplicans ſemel, & ſuccumbens non ſupplicat amplius.*
7 *Appellationis locum tenet, ſi iudex litem ſuam fecit.*
8 *Appellationis locum tenet edictum, quod quiſque iuris.*
9 *Edictum, quod quiſque iuris punit dolum iudicis.*
10 *Statuit verbum denotat rem perfectam.*
11 *Iudex incompetens nil perfectè ſtatuit.*
12 *Conatus ſine iniuria non abeſt.*
13 *Impetrans licet non vtatur edicto, quod quiſque iuris tenetur, declaratur, & limitatur.*
14 *Reſcriptum Motu proprio non ſubiacet edicto.*
15 *Retentio non ſolutis repetitio competit ex edicto Principis.*
16 *Repetitionem naturalis cauſa prohibet.*
17 *Pœna edicti procedit in actionibus præſentibus, & futuris.*
18 *Edicti, quod quiſque iuris pœna quis teneatur.*
19 *Edictum, quod quiſque iuris, quibus competat.*

De reſtitutione in integrum, & alijs remedijs. Tit. 47.

1 ALterum † remedium eſt reſtitutio in integrum:
nam interdum licet ipſo iure ſententia valeat, &
appellationis auxilium ſit omiſſum, tamen per in
integrum reſtitutionem ſententia reſcindi poteſt, l. 1. cum
l. ſequen. ff. de in integr. reſtit. l. 1. C. de errore calculi: vtpu
ta ſi minor 25. annis, vel Reipublicæ cauſa abſens per ſen-
tentiam læſus ſit, de quibus, & alijs ſimilibus agitur in ru-
brica de in integr. reſtit. & de materia adeſt ſolemnis tra-
2 ctatus Oddi. † Sed & huius loci, quod ad ius publicum
attinet, eſt, ſi contra fiſcum ſit iudicatum, tunc enim intra
triennium retractari poteſt, & poſt id tempus, ſi præuari-
3 catio arguatur, vel manifeſta fraus probetur: † ſed & in in-
tegrũ reſtitutio implorari poteſt, ſi Reſpublica per ſenten
tiam læſa ſit: nam & hoc caſu defenſores Reipublicæ (ſi
modo adeſſe fiduciam negotio putant) reſtitutionis auxi-
lium poſſunt flagitare, l. 1. C. de offic. eius, qui vicem alicu-
ius iudicis obtinet. Illud tamen ſciendum eſt, neque pupil-
lum,

Digitized by Google

lum,neque rempublicam,'cum pro libertate iudicatur, in
integrum reſtitui poſſe,ſed appellationem eſſe neceſſariã.
leg.illud 9.ff.de appell.c.tum ex literis 5.de in integr. re-
4 ſtit.† Supplicatio Principi loco appellationis facienda eſt
pro ſententia retractanda leg.1.C.de ſent.præfect.prætor.
Nouella c.82.§.atqui vt omnibus. Vt pota,ſi præfectus pręe
torio iudicauit;: nam ab huius ſententia non appellatur,
ſed Principi taotum ſupplicatur pro ſeotentia retractan-
5 da d.l.1.& d.§.at qui vt omnibus.† Quæ tamen ſupplican-
di facultas intra bienniom tantum ab eo tempore, quo
Præfecto ſucceſſum eſt,numerandum competit d.leg.1.ibi
6 ita videlicet,vt intra biennium,&c.† Sed & ſi quis aduer-
ſus præfecti prætorio ſententiam duxit ſupplicandum vi-
ctuſq. fuerit denuo,nullam habebit licẽtiam iterum ſuper
eadem cauſa ſupplicandi l.ſi quis 4.C.de precib. Impet.of
7 fer.†Si iudex litem ſuam feciſſe dicatur,id in locum appel-
lationis ſuccedit l.ſi filius fam.§.iudex ff.vbi quis agere,vel
conueniri debear,de qua re ſupra lib.1.titul.5. prope finẽ.
8 † Tandem in locum appellationis ſuccedit etiam edictum
Prætoris de eo,quod quiſq.ioris in alterum ſtatuit,vel im-
petrauit,vt ipſe eodem iure vtatur l.1.§.1.ff.quod quiſque
iuris. Nam hoc quoq.edicto iniquitas iudicantis, vel ad-
uerſatij poteſt coerceri,'qui etiam appellationis finis ſolet
eſſe d.l.1.in princ.& §.1.ſi igitur magiſtratus aduerſus ali-
quem ios aliqood nouum ſtatuit,vel quis ius aliquod no-
uum pro ſe imperauit, eo iure aduerſus ſtatuentem, vel
impetrantem alius vti poteſt ſcilicet vt quod ipſe in alte-
rius perſona æquum eſſe credidit,id in ipſius quoque per-
9 ſona valere patiatur d.§.1.Villalo.D.6. † Hoc tamen edi-
cto dolus debet ius dicentis puniri.Nam ſi aſſeſſoris impru
dentia ius aliter dictum ſit,quam oportuit,non debet hoc
magiſtratui officere,ſed ipſi aſſeſſori l.2.ff. quod quiſque
10 iuris.† Sed & quod ſtatuerit cum effectu accipimus, non
verbotenus l.1.§. hæc autem ff.eod. & ideo ſi cum vellet
ſtatuere prohibitus ſit, nec effectum decretum habuerit,
ceſſat exceptio:nam verbum ſtatuit in edicto Prætoris po-
ſitum rem perfectam ſignificat, & conſumatam iniuriã,
non cæptam d.§.hęc autem,& de pœnitentijs diſtinctio.1.
11 c.hæc autem verba; † Et ideo ſi inter eos quis dixerit ius,
inter quos iuriſdictionem non haboit: quoniam pro nulla
12 hæc habetur.nec eſt vlla ſententia,ceſſat edictum. † Quid
enim obfuit conatus,cum iniuria nullum habuerit effectũ
13 d.l.1.§.& ideo. † Is tamen,qui ius nouum impetrauit,vt
vteretur,licet vſus non ſit,hoc edicto punietur l. ſi quis 3.
§.1.ff.quod quiſque iuris. Planè ſi quis iniquum ius aduer
ſus aliquem impetrauit, ipſe eo iure ita demum vtetur, ſi
per poſtulationem eius hoc euenerit d.l.3.in princ.Cæterũ
ſi ipſo ooo poſtulante,ſed vt dicitur proprio Principis mo
tu,non coercetur d.l.3.§.cæterum. Viuius opin.incip. Prin-
14 ceps reuocans oom.5.& 6.† Nam reſcriptum habens clau
ſulam,motu proprio,huic edicto non ſubiacet,vt probat,
atque diſtinguit Gabr.lib.6.de clanſulis concluſ.2. nume.
66.& ſequen.Fichar.in addit.ad Villalo.4.I.184. Illud ele-
ganter Prætor excipit,præter quam ſi qnis eorum contra
eum fecerit,qui ipſe eorum,quid feciſſet,& rectè: ne ſcili-
cet vel magiſtratum,dum ſtudet hoc edictum defendere;
vel litigator,dum vult beneficio huius edicti vti,ipſe in pę
nam huius edicti committat. leg.illud 4.ff. quod quiſque
15 ioris.† Ex edicto autem Prætoris retentio tantum compe-
tit,non etiam per errorem ſoluti condictio. d. leg.3.§.fina.
16 † Supereſt enim naturalis cauſa,quæ repetitionem inhi-
bet d.§.fin.Non ſolum verò in his actionibus patitur, quis
17 edicti pœnam,quas tunc habuit, cum incidit in edictum.
verum,& ſi quæ poſtea ei acquirentur d.l.3.§. illud ff. qđ
18 quiſque iuris.† Præterea hæc pœna aduerſus omnem, qui
in edictum incidit,ſtatuitur,non ſolum eo poſtulante, qui
ab eo læſus eſt,ſed omni,qui quandoque experitur d.l.3.§.
hæc pœna. Si procurator meus poſtulauit,mihi ſoli pœna
nocet,ſi hoc ei ſpecialiter mandaui, vel ratum habui d.l.3.
§.ſi procurator.Si verò tutor,vel curator furioſi, vel ado-
leſcentis poſtulauit, ipſe hoc edicto coercetur d.leg.3.§.ſi
verò tutor. Idem aduerſus procuratorem obſeruandum
eſt,ſi in rem ſuam fuerit datus d.l.3.§ idem. Si filius meus
in magiſtratu in hoc edictũ incidit, in ijs actionibus, quas
ex perſona eius intento, huic edicto locus non eſt,ne mea
19 conditio deterior fiat d.l.3.§.ſi filius.†Quod ait Prætor vt
is eodem iore vtatur: etiam ad hæredem eius extenditur,
vt & ipſi eadem exceptio noceat d.leg.3.§.quod ait. Reo

principaliius iniquum impetrante,vel ſtatuente, eius fide-
iuſſor quoque eodem iure vti debebit, non autem contra,
fideiuſſore impetrante reo principali nocet d.l.3.§.ſi is,pro
quo cum alijs allegaris per nos in glo.ſiar. Vrb.lib.1.c.161.
fol.312.nume.20.Vt puta ſi is,pro quo ſpopondiſti impe-
trauit,ne aliquis debitor ipſius aduerſus eum, exceptione
vtatur: Deinde tu in negocio,in quo ſpopondiſti,velis exce
ceptione vti,nec te,nec ipſum oportet hoc impetrare. Et ſi
interdum patiaris iniuriam, ſi ſoluendo debitor non ſit,
ſed ſi tu incidiſti in edictum,reus quidem vtetur exceptio-
ne,tu verò non vteris,nec pœna tua ad reum promittendi
pertinebit. Et ideo mandati actionem non habebit d.§. ſi
is pro quo hactenus de appellationibus, & alijs remedijs,
nunc de re iudicata dicendum reſtat. Sed & de remedio re
ſtitutionis in integrum adeſt ſolemnis tractatus D. Sfortiæ
Oddi,& plura proponuntur io ſyntagma commu.opinio.
loco tt.titulo quinto per tot.& an detur Principi ex gene-
rali clauſula aduerſus præſcriptionem, ſtante ſcientia,
latè agit. Surd.in decitio.4.Duo principaliter in princip.&
per totam.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata,quæ dicatur.*
2 *Res iudicata accipitur pro veritate,nec probationem in contrarium admittit.*
3 *Rebus iudicatis ſtandum, & executioni demandandæ ſunt.*
4 *Præſumitur pro ſententia.*
5 *Sententia lata à iudice incompetente non afficit.*
6 *Sententia iudicis incompetentis actori competentis reo valida eſt,etiam lata contra actorem.*
7 *Sententia iudicis ab omnibus reputati competentis valet.*
8 *Sententia lata à iudice hæretico nulla.*
9 *Sententia lata ab vno ex pluribus iudicibus nulla,& limitatur.*
10 *Sententia maioris partis præſentium ſtatur.*
11 *Iudices plures in numero pares diſſentientes quid iuris.*
12 *Sententia aſſeſſoris,abſente iudice nulla.*
13 *Sententia lata contra fiſcum retractatur.*
14 *Sententia contra rempublicam indefenſam,nulla.*
15 *Sententia contra minores 25.annis indefenſos,nulla.*
16 *Sententia lata contra minores,quando valeat.*
17 *Sententia contra furioſum nulla.*
18 *Sententia contra mortuum nulla.*
19 *Sententia omnibus citatis,vt valeat,eſt ferenda.*
20 *Sententia poſſeſſore non citato,nulla.*
21 *Sententia contra citatum contumacem, valida.*
22 *Sententia contra abſentem,quando valeat,vel ne.*
23 *Sententia lata contra morbo impeditum,vel Reſpub.cauſa abſentem,nulla.*
24 *Morbus qualis excuſet.*
25 *Febris excuſat,& quid ſit febris definitur.*
26 *Sententia ex edicto non propoſito, nec noto lata, nulla.*
27 *Sententia lata contra monitos recedentes, ne adſint, valet.*
28 *Sententia lata contra abſentem,præfixo ei termino ad appellationem proſequenda valet.*
29 *Sententia lata contra citatum diebus feriatis,nulla.*
30 *Princeps contra abſentem,an poſſit ſententiam ferre.*
31 *Lite inchoata cum partibus præſentibus,ſententia lata partibus abſentibus valet.*
32 *Abſens damnatus ſtatim habita notitia debet appellare.*
33 *Abſens non dicitur,qui habuit procuratorem præſentem.*
34 *Sententia lata cum procuratore reuocato poſt concluſum in cauſa ſubſiſtit, vel reuocato iudice, vel aduerſario ignorante.*
35 *Sententia pro libertate contra abſentem valet.*
36 *Abſentia exceptio abſenti non præſentibus prodeſt.*
37 *Sententia in ſeruum nulla.*
38 *Iudex ad certam rem datus de alijs iudicatit nihil agit.*
39 *Iudex datus ad condemnandum poteſt abſoluere.*
40 *Iudex poteſt iudicare de acceſſorijs.*
41 *Sententia de re non petita non valet,limitatur.*
42 *Hæres petendo hæreditatem totum ius ſuum deducit, & præſens,& futurum.*
43 *Dolus commiſſus poſt litem conteſtatam venit in iudicium.*

Acci-

44 Accidens ſupplens cauſam poſt litem venit in iudicium.
45 Iudex appellationis confirmat, reuocat ſupplet, reformat.
46 Sententia de hæreditate viuentis nulla.
47 Sententia extra iudicis territorium nulla.
48 Sententia ſupra iudicis iuriſdictionem nulla.
49 Sententia inter alios quibus index eſt datus nulla, limitatur.
50 Iudex competens quantitatis illam excedere non poteſt, limitatur.
51 Sententia incerta nulla, vt in exemplis ibi allatis, limitatur.
52 Sententia pœnalis, pœna non expreſſa, an valida.
53 Sententia perſuaſoria non valet.
54 Sententia abſoluens, vel condemnans per verba æquipollentia valet.
55 Sententia prout in conſilio conſultoris lata, valet, limitatur.
56 Sententia continens impoſſibile, nulla.
57 Sententia contra leges nulla, nec cauſat præſcriptionem.
58 Sententia contra leges quando lata dicatur, vel non.
59 Diſpenſatio contra leges ex ſex cauſis conceditur à Papa.
60 Sententia contra ius dubium non eſt contra leges.
61 Sententia contra leges varios habentes intellectus, non eſt contra ius.
62 Sententia contra regulam habentem exceptionem, non eſt contra ius.
63 Sententia lata contra ſimile legis non eſt contra legem.
64 Sententia contra rationem legis non eſt contra legem.
65 Sententia contra conſuetudinem, ſtatutum, regulas Cancellariæ vel extrauagantem non dicitur contra legem.
66 Sententia addicans bona debitoris fiſci fideiuſſoribus, valet.
67 Sententia, quæ nullo nititur iure, nulla, limitatur.
68 Temporis futuri tractus ad officium iudicis non pertinent.
69 Condemnatus tardius ſoluens non ideo ſoluit vſuras.
70 Iudex mandans iuſiurandum præſtari ſimpliciter, non addito quod fieri oporteat, ſi recuſatum ſit nihil agit.
71 Sententia ſub conditione non eſt ferenda.
72 Sententia continens factum, quod non eſt, an valeat.
73 Sententia contra rem iudicatam nulla, limitatur.
74 Exceptio omiſſa ab initio poſt ſententiam citra appellationem opponi non poteſt.
75 Sententia falſo procuratore interueniente, nulla.
76 Procurator falſus quis dicatur.
77 Sententia dolo procuratoris lata, an valeat.
78 Error aduocati an noceat domino.
79 Error calculi, an noceat.
80 Sententia ex falſis inſtrumentis lata, nulla.
81 Sententia ex falſis teſtibus lata nulla.
82 Sententia per metum lata nulla & ſi per reſcriptum.
83 Sententia venalis nulla.
84 Error in ſententia lata, cauſa cognita, non annullat eam.
85 Errores cauſantes ſententiæ nullitatem qui ſint.
86 Sententia contra ſolitum iudiciorum lata, nulla eſt.
87 Appellatio in re aperta, ſuperuacua eſt.
88 Interlocutoria Præſidis non eſt ſententia.
89 Programma Præſidis non habet vim ſententiæ.
90 Subſcriptio iudicis ad libellum ſententia non eſt.
91 Computatio non habet vim ſententiæ.
91 Proceſſu ordinario opus non eſt in extraordinarijs, vel notorijs.
93 Notorium quot modis dicatur, definitur.
94 Notorium quod ſoli iudici conſtat, & quod conſtat alijs nõ iudici, dici non poteſt.
95 Iuramenti iudicis, quod ordinem ſeruabit, vis qualis.
96 Sententia in cauſis eccleſiaſticis ſubſiſtit, iuris ordine non ſeruato.
97 Sententia in cauſis mercedum ſubſiſtit, iuris ordine non ſeruato.
98 Iudex datus vt ſimpliciter, & de plano procedat non tenetur ſeruare ordinem.
96. 99 Ordo iuris in cauſis eccleſiaſticis, & hæreſis non ſeruatur.
100 Papa ſeruat iuris ordinem, vt ſententia ſubſiſtat.
101 Abſentia patroni non cauſat nullitatem.
102 Sententia clam in ſecreto lata nulla.
103 Sententia alibi in loco inſolito lata nulla.
104 Cauſa quomodo cognoſcenda ac decidenda.
105 Sententia feriatis diebus non eſt ferenda.
106 Sententia de nocte non eſt ferenda.
107 Iudex ad certum tempus datus, elapſo, non ritè iudicat, ſed limitatur.
108 Tempus datum iudici à quo die incipiat currere.
109 Iudex datus à magiſtratu poteſt cogi à ſucceſſore, vt ſententiam ferat.
110 Iudex cauſa auocata à ſuperiore deſinit eſſe iudex.
111 Sententia contra ſubiectum protectioni ſuperioris lata nulla.
112 Sententia lata, iudex deſinit eſſe iudex.
113 Appellatione pendente, nihil innouandum.
114 Error in appellatione an noceat appellanti.
115 Appellatio extra tempus ſententiæ latæ non obſtat.
116 Nominatus ad honores infra duos menſes, appellat.
117 Tempus appellandi quando currere incipiat, vel ſentẽtia, vel ſcientia, vel facultatis adeundi iudicem.
118 Adeundi facultas qualiter accipiatur.
119 Metus iudicis an excuſet, quem ideo non appellauit.
120 Factum alterius, alteri non obeſt, nec prodeſt.
121 Appellans vnus ex pluribus damnatis, prodeſt omnibus, limitatur.
122 Minor ætas non prodeſt maioribus, & ſi correis.
123 Sententijs duobus in eadem cauſa latis duobus appellationibus eſt opus.
124 Appellare non ſufficit, ſi appellatio non proſequatur.
125 Tempus appellationis introducendæ, quot.
126 Tempus reparandæ appellationis, quot.
127 Tempus appellationis exercendæ ac proſequendæ, quot.
128 Tempus proſequendæ appellationis quibus, & ex quibus cauſis prorogetur.
129 Tempus proſequendæ appellationis quandoque non currit.
130 Appellatio, & per alium proſequi poteſt, limitatur.
131 Appellatio proſequuta ab appellante, vel à domino, vel procuratore non dicitur deſerta.
132 Exceptione deſertionis non oppoſita ſi cauſa ſit deſerta erit deſerta.
133 Tempus introducendæ, & proſequendæ appellationis continuũ excluſis ferijs.
134 Appellatore ſiue hærede defuncto, quid iuris.
135 Supplicatio non impedit executionem, limitatur.
136 Vis illata vim appellationis continet.
137 Sententia morte, vel ſeruitute iudicis non expirat.
138 Iudex in articulo mortis dicens iniuſtam protuliſſe ſentẽtiam, quid iuris.
139 Actio iudicati contra tutorem transfertur in pupillum.
140 Res iudicata non reſtauratur ex inſtrumentis repertis nouiter.
141 Sententia fauore publico retractatur.
142 Sententia ex poſteriori reſcripto non reſcinditur.
143 Iudicatum ſi vt non iudicatum iudicetur, quid iuris.
144 Solutione debiti res iudicata expirat, limitatur.
147. 145 Soluiſſe quis dicatur.
146 Spatium dierum pro iudicato datur.
148 Obligatio ex obligationibus fieri non debet.
149 Aliud pro alio quando accipi debeat.
150 Res iudicata pignoribus, vel fideiuſſoribus, non tollitur.
151 Nouatio tollit rem iudicatam, limitatur.
152 Doli exceptione res iudicata ſubmouetur.
153 Re perempta res iudicata non tollitur.
154 Reconuentionis cauſa impedit exequutionem.
155 Res iudicata poteſt probari per teſtes.

De re iudicata. Tit. 48.

1 RES † iudicata dicitur, quæ finem controuerſiarum pronunciatione iudicis accepit, quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit, l. 1. ff. de re iu-
2 dic. † Ea autem pro veritate accipitur, nec admittitur probatio in contrarium, l. 107. ff. de reg. iur. l. ingenuum 25. ff. de ſtat homin. Ideoque ingenuum accipere debemus etiã eum, de quo ſententia lata eſt, quamuis fuerit libertinus,
3 dicta l. 25. vt & dicetur infra copioſius. † Rebus itaque iudicatis ſtandum, eæque executioni mandandæ, l. prima, C. de his, qui propter metum, l. ſi contra 8. C. de appellatio. leg. ſi pecuniam 3. C. de re iudicat. l. qui licitum 3. C. vt lite
4 pendent. dicta l. ingenuum 25. ff. de ſtat. homi. † Nam pro ſententia præſumitur, donec probetur iniuſta, cap. in præſentia 6. verſ. ſic & tanta ſit de renunciat. Turzan. opinio.

Digitized by Google

133. Idem regul.10. Viui.opin.incip. ſententia iudicis nu-
mero 1.& ſequen. Gabr.libro 2.de ſentent. concluſ.4. in
princ.& concluſ.3.in princ.& concluſ.6.in princi. Seraph.
deciſ. 1415.num. 5. Quæ tamen regula ſuis non caret exce-
5 ptionibus.† Nam ſententia à non competente iudice dicta
nemine m conſtringit leg.vltim.C.ſi à non compet.iud.leg.
extra 20.ff.de iuriſdict.leg.ex conſenſu 23.§.1.ff.de appel-
latio.leg.1.C.de pedan. iudic.leg. 2. C. ſi non à competen.
iudic.leg.nulla 10.C.de ſentent.& interlocut.leg.ſi vt 6.C.
de execut. rei iudic.capit.at ſi Clerici 4.de iudic. 2.quæſt.1.
cap.in primis §.de perſona Epiſcopi 3.quæſt.8.c.1.§.nullũ
9.q.2.c.1.11.q.1.c.in Clericorum,& q.3.cap. cui eſt Clem.
paſtoralis 2.de re iudic. Villalo. P.319. Quando verò non
competens iudex dicatur, expoſuimus ſupra titul.2. & ſe-
6 quen. † Planè ſi iudex, qui reo competens eſt, actori com
petens non eſt, actorem in aliquo condemnauit: nihilomi-
nus valet ſententia, nec actori prodeſt exceptio, quaſi ſen-
tentia à non competenti iudice eſſet dicta. Cuius enim in
agendo obſeruat arbitrium, eum habere, & contra ſe iudi-
cem in eodem negocio non dedignetur l. cum Papinianus
7 14.C.de ſenten.& interlocut.3.quæſt 8.cap.1.§.cuius.† Sed
& ſi iudex publicè ab omnibus competens habitus ſit, q̄-
uis poſtea apparuerit, eum iudicem eſſe non potuiſſe nihi
lominus eius ſententię ſtabitur, vt in Prætore, qui poſtea
ſeruus apparuit, reſponſum eſt, leg.2. C. de ſentent. & in-
terloc.leg. Barbarius 3.ff.de offic. Prætor. 2.quæſtio.7.cap.
primo in fine. Sed & iuxta facultatem iudici competen-
8 tem lata cenſetur Seraph.deciſ.1289.numero 4. † Prętc-
rea ſententia ab hæretico lata nullius eſt momenti 2.quæ-
ſtio.6.cap.catholicus 24.quæſt.1.in princip.cum capit. ſe-
quen.cap.maiores cap.Achatius cap. audiuimus §. ſin au-
tem ex corde cum ſeqq. Item & ab excommunicato d.ca.
Achatius. Nam hæreticus, & excommunicatus iudices eſſe
9 non poſſunt, vt iam fuit oſtenſum ſupra tit. 3.† Item ſen-
tentia à quibuſdam, non ab omnibus, ad quos ea res perti-
nebat, dicta, vires nullas habet leg.duo ex tribus 39.ff.de
re iudic.leg.ſic vt tribus 21.ff.de recept.arbitr.leg.cum ma
giſtratus 4.C.quand.prouoc.non eſt neceſſ.leg 2.ff.de de-
cret.ab ordin.facien.2.quæſt.6.c.vl.§.item ſi plures 3.q.6.
c.diſcutere verſi.ita vt nemo ex eis deſit c.cauſam 16.c vno
42.& c.vlt.in princ.ver.idem quoque de offic.deleg. Nam
ne duo quidem ex tribus iudicibus, vno abſente iudicare
poſſunt d.leg.duo cum alijs ſupra citatis. Si tamen adſit,
quamuis contra ſentiat, nihilominus ſtatur duorum ſen-
tentiæ d.leg.duo § ſed ſi adſit leg.Pomponius 36.cum leg.
10 ſequen.ff de re iudic.leg.ſi in tres 20.ff.de arbitr.† Statur
enim ſententiæ maioris partis præſentium, vt in allegatis
iuribus, & in cap.1.in princip.& cap.vltim.de ijs, quæ fiũt
à maiori part. Blanch.de compromiſſ.de ſenten.& execut.
11 q.9.num.53.& ſequen.†† Planè ſi vtriuſque ſententiæ pa-
res numero iudices ſint, quid ſequendum ſit, definitur ca.
vlt.de re iudic.& in l.inter pares 38.ff.de re iudic.l.lege 24.
ff.de manumiſſ.l. Pomponius 36.ibi quia, & ſi diſſenſerint
ff.eod.d.l.duo Nouella c.125.§.ſi duo, aut plures. Nam ſi
numero pares iudices diſſonam ſententiam proferant: in
liberalibus quidem cauſis pro libertate conſtitutum obti-
net, in alijs autem cauſis pro reo. Quod & in publicis iudi-
cijs obtinere oportet. Si diuerſis ſummis condemnent iudi
ces, minima ſententia ſpectanda eſt. Si autem iudices ſint
delegati diſſentientes pari numero, tunc id ſeruabitur, qđ
iudex delegans ratum habuerit leg.duo 28.ff.de re iudica.
d.c.vlt.de ijs, quæ fiunt a maiori parte. Diuerſum etiam
obſeruatur, ſi in ſynodo Prouinciali diſſenſerint, hoc enim
caſu ea ſententia obtinet, cui Metropolitanus vicinus pro-
uinciæ accedit d.quæſt.4.in princip.cum capitulo ſequen.
cap.ſi quis Epiſcopus cap.ſi inter Epiſcopos. Sed ſi ita con-
uentum, vel cauſa delegata ſit, vt vno, vel pluribus abſen-
tibus, cæteri nihilominus iudicare poſſent, valebit ſenten-
tia cap.prudentiam 21.§.adijcimus cap.cum ſuper 22.ver.
qoamuis ſolus de offic.delegat.cap.cum plures 8. in princ.
12 eodem titulo in 6.cap.cum cauſa 22.eod.ti.† Sed & quod
aſſeſſores abſente iudice pronunciauerint vim rei iudicatæ
non habet. Nouella conſt.60.§ porrò, & illud cum ſequen.
13 † Præterea ſi ſententia contra fiſcum lata ſit, eam intra triẽ
nium retractari poſſe, & ſupradiximus leg.1.C.de ſentent.
cõtra fiſcum. Et poſt id tempus, ſi præuaricatio arguatur,
14 vel manifeſta fraus probetur d.l.1.† Sed & quod contra
Rempublicam indefenſam pronunciatum eſt, ipſo iure
non valet: quod ſi defenſa fuerit, in integrum reſtitutionẽ
aduerſus ſententiam implorari poſſe ſupra in præcedenti
15 titulo documus, & eſt tex.in l.1.C.de iure reipub †Con-
tra minores vigintiquinq. annis indefenſos ſententia pro-
ferenda non eſt: & ſententia lata vim rei iudicatæ non ha-
bet leg.acta 45.§.fina.ff.de re iudic leg.ſi cum eſſes C. qui
legit.perſonam leg.ſi Præſes 6.C. quomodo, & quando
iudex. Neque enim debet minoribus quamuis puberibus
nocere, quicquid eo tempore ſtatutum eſt, quo defenſio-
ne inſta, & curatorio auxilio fuerant deſtituti, dicta leg.ſi
16 præſes 6.C.quomod.& quand.iudex. † Sicut igitur pu-
pillus tutore authore, & agere, & conueniri poteſt, ita a-
dultus etiam Curatore conſentiente litem, & intendere,
& excipere debet: quo facto ſententia contra minores
lata valet leg.ſecunda C.qui legit.perſonã, quamuis per in
integrum reſtitutionem reſcindi poſſit, vt dictum fuit.
17 † Furioſo quoque ſententia à iudice, vel arbitro dici non
18 poteſt leg.furioſo nono ff.de re iudic. † Sed & is, qui in
rerum natura non fuit ſententiæ dictæ tempore inefficа-
citer condemnatus videtur leg.2. ff. quæ ſentent.ſine ap-
pellatio. Ideoque ſi quis ex edicto peremptorio poſt mor
tem ſit condemnatus non valet ſententia, quia morte rei
peremptorium ſoluitur, Ideoque vt re integra de cauſa
notio præſtabitur, & quod optimum patuerit, ſtatuetur
19 leg.in ſententijs 59.§.final.ff.de re iudic. † Sed & de vno-
quoque negocio præſentibus omnibus, quos cauſa con-
tingit, iudicari oportet, aliter enim iudicatum tantum
inter præſentes tenet leg.de vnoquoque 47.ff.de re iudic.
leg. ſi perluſorio 14.§.fina.ff.de appellatio. leg.ea quæ ſe-
ptimo C.quomod.& quand.iud.leg ſi fiſcus ſeptima ff.de
iure fiſci leg. non intelligitur tertia §. Diuus. Adrianus ff.
eodem capitulo tenor.10.de re iudic.capitulo conſultatio-
nibus 10. de offic. delegati capitulo inter quatuor octauo
de maior.& obed.2.quæſtio.1.capitulo in primis §. ſed &
de perſonis verſic.ſi ſcriptis iudicatum eſt tertia quæſtio-
ne octaua capitulo primo §.final. Villalob. C.37. cum ſeq.
& leg.65. Viui.opi.incip.ſententia non poteſt numero pri
mo, & ſequent.& eſt text.in leg.1.& tot.titulo C. res inter
alios acta in leg.vltim.ff.de iudic.latè Alexand. in leg. ſæ-
pe ff.de re iudic. Felyn.in c.quamuis eodem titulo latè Ti
raquell.ſuper titulo C. res inter alios acta. Didac. pract.
quæſtionũ capitulo 13.qui omnes afferunt quam plures li
20 mitationes. † Quod igitur abſente poſſeſſore, nec quo-
quam eius nomine reſpondente pronunciatum eſt, non ha
bet rei iudicatæ authoritatem: niſi aduerſus eum ſolum,
qui adeſſe neglexit dicta leg.14.§.fina. cum alijs ſupracita-
21 tis. † Nam aduerſus contumaciter abſentem ſententiam
fieri poſſe demonſtratum eſt ſupra titulo 17.leg.conſenta-
neum octaua C.quomodo, & quando dicta leg.de vno-
quoque 47.§.qui apud ff de re iudic. dicta leg. ſi perluſo-
rio 14.§.fina.ibi niſi aduerſus eum ff. de appellatio. dicto
capitulo conſultationibus 10.in fine verſiculo niſi is, qui
poſſidet capitulo veritatis 8.de dolo, & contuma. ſecunda
quæſtione prima capitulo nomen §.fina.3.quæſtio.8. cap.
primo §.fina.24.quæſt.2.cap.de illicita §.de conuentione.
22 † Si itaque Prætor iuſſerit, eum à quo debitum petebatur
adeſſe, & ordine edictorum peracto pronunciauit ab-
ſentem debere, vtique iudex, qui de iudicato cogno-
ſcit, non debet de Prætoris ſententia cognoſcere: alio-
quin luſoria erunt huiuſmodi edicta, & decreta Præto-
rum leg.ſi Prætor 75.ff.de iudic. Planè ſi per dolum ſciens
falſo aliquid aduerſarius allegauerit, & hoc ſecutum in
ſententia Prætorem liquidò fuerit approbatum: iudex
querelam rei admittere debet dicta lege 75.§.ſi per do-
lum capitulo cum Bertoldus 18. de re iudic. Idem erit ſi
ex diſpenſatione Pontificis contumaci fuerit ſubuentum,
exemplo capitulo cum olim ſeptimo de dolo.& contuma.
23 † Sed & ſi aut morbo impeditus, aut Reipublicæ cau-
ſa auocatus adeſſe non potuit reus: actio iudicati in
eum hoc caſu deneganda eſt, & executio rei iudicatæ in-
hibendã dicta leg.75.in fine leg.cum non decimo C. quo-
modo, & quando leg.quæſitum 60.ff.de re iudic.dicto ca-
24 pitulo cum Bertoldus 18 & ibi gloſſ.de re iudic. † Pla-
nè quod de morbo dictum eſt, de Sontico morbo intel-
ligi debet. Sonticus autem exiſtimandus eſt, qui cuique
25 rei agendæ, impedimento eſt litiganti. † Porrò quid
magis impedimento eſt, quam motus corporis con-
tra naturam, quem febrem appellant? Igitur ſi rei
iudi-

Digitized by Google

indicandæ tempore alter ex litigatoribus febrem habuit,
res non videtur iudicata. Poteſt tamen dici, eſſe aliquam,
& febrium differentiam. Nam ſi quis ſanus aliàs ac robu-
ſtus, tempore iudicandi leuiſſima febre correptus fuerit,
aut ſi quis tam veterem quartanam habeat, vt in ea om-
nibus negocijs ſupereſſe ſoleat, poterit dici morbum ſon-
26 ticum non habere. d.l.quæſitum 60.ff.de re iudic.† Sed &
ſi ex edicto peremptorio, quod neque propoſitum eſt, ne-
que in notitiam peruenit abſentis condemnatio fit: nul-
lius momenti eſſe ſententiam, conſtitutiones demonſtrāt:
quamquam ceſſante quoque cauſa peremptorij edicti,
aduerſus eos, qui admoniti iudicio adeſſe noluerunt ſen-
tentiam à iudice poſſe ferri, certum eſt, l.1.§.item cum ff.
quæ ſent. ſine appellat. l.2.C.quomod.& quand.5.quæſt.
27 2.c.1.† Poteſt ferri etiam contra illos, qui præſen-
tes receſſerunt à iudice appellantes, c.vlt.de dol.& contu-
28 mac. in 6.† Vel cum abſenti præfixus eſſet terminus ad
proſequendam appellationem, eam intra terminum non
fuerit proſequutus; hoc enim caſu contra appellantē ab-
ſentem non legitimè citatum, ſententia lata valet, c ſæpè
29 contingit 14.de appellat.† Sed & ſi prætor feriatis diebus,
aut per ignorantiam, aut per ſocordiam reum euocaue-
rit, cumque is abeſſe perſeueraret, ſententiam protule-
rit: etiam citra appellationem ſententia infirmabitur, l.ſi
vt 4.C.quomod.& quand.iud.l.1.§.1.ff.de ferijs,& dilat.
30 Sed fuit dubitatum,† an Princeps contra abſentem poſſit
ſententiam ferre,& cum quadam diſtinctione reſolutum
apud Viuium opin.in c.ſententia non poteſt, numero 6.&
ſententia Principis,& apud Villalob.P.295.& hæc de ab-
ſente condemnato, qui vocatus adeſſe noluit, dicta ſuffi-
31 ciant.† Sed & cum præſentibus partibus lis eſſet inchoa-
ta, quamuis tempore ferendæ ſententiæ is, contra quem
pronunciatum eſt, abfuerit: ſententia tamen ipſo iure va-
let, nec niſi appellationis ope poteſt reſcindi, l.vlt.C.quo-
32 mod.& quand.iudex.† Ab eo quoque iudicato recedi nō
poteſt, quod condemnato abſente, & ignorante, atque in-
defenſo dicitur eſſe prolatum, ſi vbi primum cognouit, nō
illico de iudicato querelam detulit, ita enim firmitatem
ſententia, quæ ita prolata eſt, non habebit, ſi ei non ſit ac-
33 commodatus aſſenſus, l.ab eo 3.C.eod.† Sed & ſi abſens
procuratorem habuit præſentem, à quo fuit defenſus: ra-
tione ipſius abſentiæ infirmari nequit, l.ſi perluſorio 14.
§.final.ibi nec quoque nomine eius reſpondente, ff.de ap-
pellat. l.quia abſente 4.C.de procuratur. Niſi mandatum
procuratoris fuerit reuocatum per ea, quæ propoſita ſunt
ſupra tit.11. vel aliàs fuerit datus procurator, vt ibidem,
34 & c.ex inſinuatione 3.& c.in noſtra 4.de procurator.† Ve-
rum ſi poſt concluſum in cauſa mandatum fuerit reuoca-
tum, ſententia cum eo lata ſubſiſtit, c.auditis 8.de procu-
rator. Idem eſt ſi fuerit reuocatum, ignorante iudice, &
35 aduerſario, c.mandato 13.eod.tit.† Idem dicendū, ſi ſen-
tentia contra abſentem pro libertate ſit lata: hoc enim ca-
ſu ſententiam retractari non oportet pro libertate latam,
abſenti tamen actio de dolo aduerſus eum danda eſt, cu-
ius dolo factum eſt, quo minus præſente ipſo, ſentētia fer-
36 retur, l.ſi dolo 24.ff.de dol.malo.† Poſtremò ſciendū, ex-
ceptionem abſentiæ contra ſententiam tantum ei prodeſ-
ſe, contra quem abſentem pronunciatum eſt, non etiā cæ-
teris, qui præſentes fuerunt, l.de vnoquoque 47.in princ.
37 ff.de re iudic.† Porrò in ſeruum quoque ſententia lata nul-
lius momenti eſt: quoniam cum ſeruo nulla eſt actio. l.ſer-
38 uus 6.C.de iudic.† Iudex quoque ad certam rem datus,
ſi de alijs pronunciauerit, quam quod ad eam rem perti-
net nihil egit. l.1.C.ſi à non compet.iud.l.ſi de 3.C.eodem
exemplo, c.dilecta 22.§.dictum de reſcript.cap.cum olim
32.de offic.delegat. exemplo l.penult. ff de confeſſ. Villa-
39 lob.l.175.cum addit.† Ad condemnandum tamen iudex
datus, abſoluendi quoque poteſtatem habet. l.qui dam-
nare 3.ff.de re iudic.l.nemo 37.ff.de regul.iur.l.cum fidei-
commiſſi 7.ff.de confeſſ. Nemo enim, qui condemnare po
teſt, abſoluere non poteſt, d.l.37.Viui.opin.in c.ip.Iudici
vbicunque. Villalob.P.188. Vnde cum fideicommiſſum
peteretur,& hæres confeſſus eſſet, deberi, arbiter ad reſti-
tuendum datus, ſi comperit, nihil deberi reſponſum eſt,
eum ſaluo officio abſoluturum: quod tamen ita accipi de-
bet, ſi ob id non deberi comperierit, quod teſtator fortè
ſoluendo non erat, aut quod hæres omne ſolutū eſſe pro-
bauerat: alioquin ſi ob id quod nullum fideicommiſſum
fuerit, nihil deberi comperierit: non debet arbiter datus
reum abſoluere: ſed eum ad prætorem, a quo arbiter da-
tus eſt, remittere debet, vt abſolueretur, d.l.7.de confeſſ.
40 † Si id, de quo pronunciatum eſt, acceſſorium ſit eius, de
quo iudex eſt datus, ſubſiſtit pronunciatum, c.prudentiā
21.§.ſexta in fine de offic.delegat. Idem videtur, ſi ad cau-
ſam appellationis iudex datus, de principali cauſa iudica-
uerit. Turza.opin.26 & 27.& reg.45.Soarez A.220.Gabr.
41 lib.2.de except.concluſ.1.num.8.† Sed & ſi de alia re, quā
quæ petita eſt ſententia lata ſit, ipſo iure non valet, quia
ſententia debet eſſe conformis libello, l.cum quidam 17.
C.de fideicom.libert.l.de qua re 74 ff.de iudic. Turza.reg.
62.quamquam interdum iudex ſuo officio adimplere po
teſt, quod petitioni deeſt: vt puta in fructibus & expenſis,
& alijs acceſſorijs, l.non poteſt 23.ibi glo.l.non quemad-
modum 37.ff de iudic.arg.l.ædiles 25.§.item ſciendum, ff.
de ædilit.edic.l.ſi tertius 6.§.officium, ff.de aqua pluu.ar-
cēd. Idem eſt ſi id, quod poſtea accedit, pars ſit eius, quod
in iudicium eſt deductum, exemplo l.ſi hæreditatem 4.ff.
42 de petit.hæred.† Hæres enim petendo hæreditatem, to-
tum ius ſuum in iudicium deducit, licet poſſeſſor vnam
tantū rem hæreditariā poſſideat, l.1.§.1.ff ſi pars hæred.
pet.l.licet 10 ff.de petit.hæredit. Ideoque ſi poſt litem cō-
teſtatam aliam quoque rem poſſidere cœperit, ea quoque
in condemnationem venire poteſt, d.l.5.l.item videndum
18.§.ſi quis cum & l.ſi quo tempore 41.ff.eo.tit.exemplo,
l.quæſitum 31.in princ.& ibi glo.ff.de pecul.glo.in d.l.nō
43 poteſt.† Idem eſt in dolo poſt litem conteſtatam, circa rē
in iudicium deductam commiſſo. Nam & hic in condem-
nationem venire poteſt, l.1.§.non tantum præteritus cum
44 ſeqq.ff.depoſ.† Idem ſi id poſt litem conteſtatam, acci-
dit ſuppleat cauſam, ex qua agitur, exemplo l.ſi rem alie-
45 nam 9.§.fin.ff.de pignorat.actio.† Sed & ipſum actorem
interdum condemnare,& in cauſa appellationis, id quod
ſententiæ, à qua appellatum eſt, deeſſe perſpexerit etiam
contra appellantem ſupplere poſſe diximus ſupra tit.45.
propè fin.per tex.in l.37.C.de appell.& in l.vlt.C.quand.
46 prouoc.non eſt neceſſ.† De viuentis quoque hæreditate
ſententia per errorem lata, cum mortuus crederetur, nul-
46 lius eſt momenti, l.nec nos 4.C.de poſtlimin.† Sed & ex-
tra territorium iuſdicenti non paretur, l.extra territoriū
20 ff.de iuriſdict.l.certa 5.C.quand.prouoc.non eſt neceſ-
48 ſe.† Idem & ſi ſupra iuriſdictionem ſuam velit ius dicere.
d.l.37.§.ſed enim C.de appell.c.prudentiam 21.in princ.
49 de offic.deleg.2.q.6.c.vlt.§.item cum certa.† Vel inter a-
lios, quam quibus iudex eſt datus, velit iudicare, c.Petro
40.de offic.deleg. Niſi alius iuriſdictionem iudicis delega-
ti impediat: in hunc æquè, ac in eos, quibus iudex datus
eſt, iuriſdictionem poteſt exercere, c.1.eod.tit. Nam certa
ratione,& fine Præſides mulctare poſſunt, quod ſi aliter,
& contra legis ſtatutum præſes in mulctādo modum ex-
ceſſerit: id, quod contra ius geſtum eſt, & ſine appellatio-
ne poteſt reſcindi, d.l.certa 5.C.quand.prouoc.non eſt ne-
50 ceſſ.† Sanè poteſt fieri: vt ab initio quidē minor quanti-
tas in iudicium deducatur, in ferenda verò ſententia ma-
iorem quantitatem deberi appareat: quo caſu quamuis
id, quod poſtea in ferenda ſententia apparet iudicis iuriſ-
dictionem exceſſerit, tamen in id condemnatio à iudice
facta valet, exceptione propoſita non obſtante, d.l.37.§.
enim C.de appellatio.ibi legem noſtram, id eſt l.in offerē-
dis 35.C.eod.de qua re plura dicta fuere ſupra tit.6.num.
51 103.† Præterea incertitudo quoque interdum vitiat ſen-
tentiam, §.curare, Inſtitut.de actio.l.hæc ſententia 4.C.de
ſentent.quæ ſine certa quant.l.3.C.eod.Seraph.deciſio.1.
num.1 ſupra enim diximus, curare iudicē debere, vt om-
nino quantum poſſibile ei ſit, certæ pecuniæ, vel rei ſenten
tiam ferat, etiamſi de incerta quantitate apud eum actū
eſſet, d.§.curare. Seraph.deciſ.1255.numer.1. Proinde hæc
ſententia, quę bona fide accepiſti, ſolue; cum incertum ſit,
quid accepiſſet quantum, quę ab eo peteretur, iudicati au-
thoritatē non habet, d.l.4.C.de ſent.quæ ſine certa quant.
Idem dicendum de hac ſententia; omnem debiti quanti-
tatem cum vſuris competentibus ſolue, d.l.3.C.eod. Pla-
nè ſi parte aliqua actorum certa quantitas ſit comprehen
ſa, condemnatio ſine certa quantitate facta, authoritate
rei iudicatæ cenſetur; puta ſi actor ſummam in libello ex-
preſſerit, & iudex dixerit. Solue quod petitum eſt, vel
quantum petitum eſt, vel actorem indemnem præſta, d.

l.3.

Digitized by Google

l.3.ibi quod iudices ita demum,l.in ſententijs 59.in princ.
ff.de re iudic.l.ait prætor 5.§.fin.ff.eod.Seraph.deciſ.701.
num.x.deciſ.3.num....& 738.numer.3.Sed & ſi iudex ali-
quem ſic condemnet, vt quod lubet ex teſtamento, vel
codicillis Mæuij,teſtimetet Titio ſic accipiēdum eſt,quaſi
quantitatem nominauerit,quæ teſtamento, vel codicillis
relicta eſt,d.§.fin. Sed & ſi fideicommiſſum ſine ſcriptura
pronunciatum eſt, idem erit probandum, d.§.fin.ibi. Sed
& ſi. Planè quamuis ſortis condemnatio certa ſit, vſurarū
tamen condemnatio incerta, per illam non ſubſtentatur:
puta ſi de vſuris ita iudex pronunciauit: Vſuræ ſi quæ cō-
petunt,præſtentur:nam de vſuris quoque certa condem-
52 natio facienda,d.l.59.§.qui ſortis, ff.de re iudic. † Si cum
iudex pœnam legis ignoraret,cōdemnauerit reum in ſum
mam certam hac clauſula adiecta, quod ſi pœna legis, vel
maior, vel minor eſſet, ſententia ad eam legalem pœnam
eſſet reducenda,ſecundum aliquos, talis ſententia ſubſi-
ſtit,vt differitur apud Clar.in §.fin. quæſt.93. ver.ſed po-
53 ne 5.† Præterea ſententia definitiua pro iuſta non habe-
tur, quæ neque condemnationem, neque abſolutionem
continet,vt prima ſententia,qua ſuadetur aliquid fieri, vel
non fieri.l.præſes 3.de ſent.& interloc.l.ex ſtipulatione,C.
eod.x.q.6.c vlt.§.d.ſſinuma.Turza.opin.64 nu.4. Villal.
54 S.34.Viui.opin.incip.Iudex condemnans.† Si de condem
nationis,vel abſolutionis verbo iudex non ſit vſus,ſed alio
æquipollente,nihilominus valet ſententia: puta ſi iuſſerit
ſolui,quod petitum eſt, vel aduerſarium indemnem præ-
ſtari,d.l.59.in princ.ff.de re iudic.c.in ijs,quæ 15.de verb.
ſignificar. Valet etiam ſecundum aliquos,ſi iudex appel-
lationis priorem ſententiam iuſtam,vel iniuſtam pronun-
55 ciauerit,vt patet apud Turza.opin.x4.Soarez A.218.†Idē
erit ſi iudex ſimpliciter pronunciauerit, prout in conſilio
Conſultoris continetur. Viui.opin.incip.ſententia,qua iu-
56 dex,vbi limitatur pluribus modis. † Impoſſibile inſuper
præceptum iudicis nullius eſt momenti, & ab ea ſentētia,
cui rerum natura pareri non oportet, ſine cauſa appella-
tur:cum ipſo iure non valeat, l.Paulus 3.ff.quæ ſent. ſine
57 appell.† Sed & ſententia expreſſim contra leges, vel con-
ſtitutiones lata,valere non debet:nec vt reſcindatur,appel
latione opus habet,l.ſi expreſſim 19. ff.de appell.l.1.§.itē
cum contra ff. quæ ſent. ſine appellat. l.2. C.quando pro-
uoc.non eſt neceſs.l.certa ratione 5.C.eod. c.1.de re iudic.
c.aduerſus 7.§.quia verò de immunit.eccleſ.2.q.6.c.vlt.§.
Item ſi ſententia.Turza.opin.156.Gabr.lib.2.de ſent.con-
cluſ.7.num.5. Vnde ſi quis ab hac ſententia appellauerit,
& præſcriptione ſubmotus ſit,minimè cōfirmatur ex hac
præſcriptione ſententia.d.l.16.§.vnde ſi quis,ff.de appell.
Poteſt ergo cauſa denuò agitari exceptione rei iudicatæ nō
58 obſtante,vt ibi.†Contra leges verò,vel conſtitutiones ſen
tentia fertur,cum de iure conſtituto, non de iure litigato-
ris pronunciatur:puta ſi iudex volenti ſe ex cura muneris,
vel tutelæ beneficio liberorum, vel ætatis, aut priuilegij
excuſare,dixerit,neque filios,neq; ætatem,aut vllum pri-
uilegium,ad muneris, vel tutelæ excuſationem prodeſſe:
de iure conſtituto pronunciaſſe intelligitur, l.1. §.itē cum
contra ff.quæ ſent ſine appell.quod ſi de iure ſuo proban-
tem admiſerit,ſed idcirco contra eum ſententiam dixerit,
quod negauerit eum de ætate ſua,aut de numero liberorū
probaſſe,de iure litigatoris pronunciaſſe intelligitur: quo
caſu appellatio neceſſaria eſt, d.l.1 §.quod ſi de iure x.q 6.
c.vlt.§.item ſi ſententia,ver.ſi verò contra ius,c.cum inter
13.de re iudic.l.27.& 32.ff.eod. Sed & ſi iudex prolatis le-
gibus, vel conſtitutionibus contra eas pronunciat ex eo,
quod non exiſtimet cauſam,de qua iudicat, per eas iuuari
fortè aliqua exceptione obſtante, non videtur contra le-
ges,vel conſtitutiones,ſententiam dediſſe, ideoque ab hu-
iuſmodi ſententia appellandum eſt, alioquin rei iudicatæ
ſtabitur,l.cum prolatis 32.ff.de re iudic.d.§.Item ſi ſenten
tia Gabr. libro 2. de ſentent. concluſ.7. latè agit. Ideoque
quamuis in ſpeciem videatur ſententia cōtra leges lata eſ-
ſe,tamen propterea non eſt cenſenda nulla ipſo iure. Vn-
de eum præſes prouinciæ in vſuras vſurarum reum con-
demnaſſet,appellatioque omiſſa eſſet, vel non ritè inter-
poſita. Modeſtinus reſpondit, ſi in ſententia certa quanti-
tas contineretur,iudicati actionem non eſſe denegādam,l.
præſes, ff.de re iudic. Idem erit ſi ſententia in cauſa cleri-
corum ex iure Pontificio contra ius ciuile fuerit lata, cap.
quod clericis 9. de foro compet. Vel ſi Papa diſpenſatiuè
contra ius pronunciauerit.diſtinct.14 c.1.§.fin.cum c.ſeq.
1.q.7.c.requiritis, c diſpenſationes, exemplo cap.didici.
59 † Sanè ſex cauſæ,ex quibus contra leges diſpenſari poteſt,
enumerantur in d.c.requiritis hiſce verbis. Pro tempore;
pro perſona,intuitu pietatis, vel neceſſitatis, ſiue vtilita-
tis,& pro euentu rei. Prioris pro tempore exempla propo
nuntur in d.c.requiritis,§.fin. cum c.ſeq.Pro perſona exē-
plum proponitur,d.q.7.c.tanta nequitia. Intuitu pietatis
exemplum habetur,d.q.7.c.ſi qui vel. Neceſſitatis intuitu
exemplum proponitur,d.c.ſi qui vel § neceſſitate,& d.q.
7 c.quoties à populis.Et 9.q 1.c.ordinationes,§.quamuis.
vtilitatis intuitu exemplum proponitur 1.q.7.c.tali con-
iugio, §.fin.cum cc.ſeqq. & c.donatum,c.in cauſis 19.in fi.
de re iudic.Gratis tamen diſpenſandum eſſe decernitur in
Concil. Tridentin ſeſſio.25.de reformation. c.ſicut publi-
60 cæ 18.† Præterea ſi ius contra quod pronunciatum eſt ſit
dubium, atque incertum non videtur poſſe dici contra
ius pronunciatum, Gabriel dicta concluſ.ſeptima,nume-
61 ro vigeſimotertio, † Idem erit,ſi lex,vel conſtitutio,con-
tra quam eſt pronunciatum,varios habeat intellectus.Vi-
62 ui.opinio.incip. Iudex in iudicando ibi † Hinc eſt,quod ſi
aliquid,vel pronunciatum ſit contra regulam, quæ habet
plures exceptiones,vt differitur apud Gabr.d.concluſio.7.
63 num.7. & ſeq.† Vel ſi non contra ipſam legem,ſed ſimile
64 legis lata ſit ſententia,d.concluſ.7.nume.3x.† Vel contra
rationem legis,non contra legem,d.concluſ.7.numero 33.
65 † Vel ſi contra conſuetudinem,vel ſtatutum,vt diſſeritur
in d.concluſ.7.num.5 19.& ſeq.& ſupra libro 1.tit.1. Vel
contra regulas Cancellariæ ibi num.9. ſeu contra extrauā-
66 gantem conſtitutionem ibi num.35 & ſeq.† Proinde &
ſententia,qua bona debitoris fiſci fideiuſſoribus addicun-
tur,vt ipſi fiſco ſatisfaciant ſine appellatione reſcindi non
67 debet,l.cum eorum 5.C.de ſent. & interloc.† Non enim
ita erit, ſi ſententia nullo iure nitatur, exemplo l.ex ſtipu-
latione 7.C.eod.11.q.3.c.cui eſt, c.inter cæteras 9. de re iu-
dic.exemplo c.non poteſt 3.& c.lator 7.eod.tit. Turz.opi-
nio.156.Niſi fortè per triginta annos à morte iudicis nu-
merandos,res ex iniuſta ſententia ſit poſſeſſa.16.q.3.cap.ſi
68 ſacerdotes.† Porrò ad officium iudicis non pertinet poſt
condemnationem futuri temporis tractus,l.1. §.nec tamē,
ff.de vſuris,l.2.C.de ſent.quæ ſine cert.quant. l.in bonæ fi-
69 dei 15.in fin. C.de vſur.† Ideoque in bonæ fidei iudicijs
non rectè iubebit interponi cautiones, vt ſi tardiùs ſenten
tiæ condemnatus paruerit, futuri temporis pendantur v-
ſuræ:cum in poteſtate ſit actoris iudicatum exigere, d.§.
nec tamen cum alijs allegatis, pro quibus eſt deciſ. in Ro-
70 mana cenſus x9.Nouembris 1593.coram Pāphilio.† Præ-
terea, cum iudex in definitiua ſententia iuſiurandum ſo-
lummodo præſtari præcepit,nec addit,quid ex recuſatio-
ne ſacramenti fieri oporteat, huiuſmodi ſententiam nul-
lam vim obtinere palam eſt,l.cum iudex 21.C.de ſentent.
71 & interlocut † Sub conditione quoque ſententiam non
ferendam ſupra monuimus, tit.43. per text. in l.1.§.quod
ergo ſi ſententia,ff.quando appellandum, lata tamen ſub
conditione,ob hoc ſolum ipſo iure nō infirmatur, ſed per
appellationem, vt ibi de hac re Viuius opin.incip. ſenten-
tia,qua iudex,ver.vlt.Gabr. lib.2. de ſentent.concl.1. Vil-
lalo.S.46.Turza.opin.168.& 171.Seraph. deciſ.169.num.
72 3.& 701.num.5.† Si autem in ſententia contineatur ali-
quid factum,quod factum non eſt, quamuis contrarium
probari poſſit,tamen vim ſuam retinet, quia vt ſupra di-
ximus,res iudicata pro veritate accipitur,l.poſt rem 56.ff.
de re iudic.l.x.in fin.C.quand.prouoc.non eſt neceſs.l.1.§.
item cum contra ibi.quod ſi de iure,ff.quæ ſent.ſine appel
lat.l.ingenuum 25.ff.de ſtat.hom. l.res iudicata x07. ff.de
reg.iur.l.ſi patronus 1x.§.ſi quis cum ff.de bonis libert.l.li-
bera 8.C.de ſent.& interloc.l.1.in princ. ff.quæ ſentent.ſi-
ne appellat.11.q.3.c.non ſolum, §.contingit.35.quæſt.9.
in princ.c.loci noſtri §.quia ergo Id tamen nō ſemper ita
ſeruabitur,quoniam in aliquibus caſibus contrarium ſer-
uatur,vt in matrimonio ex cauſa falſa dirempto.d.c.loci
noſtri §.aliud eſt, & in alijs caſibus, de quibus inferius.
Proinde ſi quis eum eſſet exheredatus, pronunciatus, vel
perperam ſit exheredatum non eſſe,non repellitur.l.ſi pa-
tronus 1x.§.ſi quis ff.de bonis libert. Planè in negocio pu-
blico ſub obtentu nouorum inſtrumentorum poſtea re-
pertorum,ſententia,cauſa cognita poteſt retractari; alio-
quin non permittitur.

Præte-

Digitized by Google

73 Præterea non habet iudicati authoritatem ſententia con
tra res prius iudicatas, à quibus appellatum non fuit, lata,
l.1.C.quand.prouoc.non eſt neceſſe 2.q.6.c.vlt.§.itē ſi ſen-
tentia Seraph.deciſ.457.nu.3.& 1469.n.5.& 1352.nu.3.id
limitat. Quod cum gñaliter verū ſit. Tū multo magis obti
net, ſi Imperator priorē ſnīam qualemcunque protulerit.
Nou.c.113.§.ſi qua.n.ad nos. Niſi lite pēdente apud iudicē
Imperat.in cauſa reſcripſit, d.c.113.§.1. Vel niſi obſtat ali-
qua exceptio earū, quas ſupra contra reſcripta Principū
objici poſſe diximus tit.2.lib.1. Itē ſi antea diſpenſatiuē iu-
dicatū fuerit, poterat contra hanc ſnīam iudic.11 35.q.9.c.
ſnīa. Idē erit ſi exceptio rei iudicatę ante poſteriorē ſnīam
non fuerit oppoſita, c.inter monaſteriū 20.& ibi glo.de re
iudi. Nā qui hēt rē iudicatā debet ei inſiſtere, niſi velit eius
priuilegia amittere, d.c.20. & d.glo Rom cōſ.174.nu.8.in
fi. Put.dec.202.li.2. Caput.dec.178. par.2. & iudex ad op-
poſitam rei iudicatæ exceptionem debet erigere aures, nec
quidquā cōtra eā dēt admittere, c.vlt.de excep.in 6.vt de-
74 diximus in glo.ſtat.vrb.li.1.c.180. propè fin. † Non autē
ſnīa infirmatur ex eo, qđ aliqua exceptio in diſput.cauſæ
dicatur omiſſa. Nā ab initio omiſſa exceptio, poſt ſnīam ci
tra remediū appellationis opponi amplius non põt.l.2.C.
ſenten. reſc.non poſſ.l.elegāter 23. §.ſi quis poſt de cōdic.
indeb. De hac re plura diximus in glo.ſtat.vrb.lib.1.tit.62.
75 exēplo, l.elegāter 23.§.ſi quis poſt, ff.de cond.indeb. † Si ve-
rò falſo procuratore interueniēte doceatꝛ ſnīa lata, ipſo iu-
re non valet.l.1.C.quib.res iudic.nō noc.l.licet 24.C.de ꝓ-
76 cur. † Falſus aūt procurator is dr̄, cui cauſa peragēda non
fuit mandata, vel inutiliter fuit mādata ſi non id, qđ ab eo
geſtū eſt, poſtea dñs ratū habuerit, vt in allegatis iurib. Idē
dicendū, ſi procurator ad vnā ſpeciē conſtitutus, officium
mandati egreſſus eſt, illius fines excedendo, l.ſi procurator
77 10.C.de procur. † quod ſi plenā poteſtatē habuerit, ex eo
ſolo non dēt reſcindi res iudicata, ſi fortè dolo, vel fraude
quid egerit: cū ipſe dño eo noīe teneatur, d.l.10.in fi. Planè
ſi procurator rei cōuenti pecunia accepta dānari ſe paſſus
ſit: dñus iudicati actione conuentus exceptione doli mali
defenditꝛ.l.ſi procurator 9.ff.de dol.mali, & met.excep. Idē
dicendū quoq; de procuratore actoris: nā ſi cū præuarica-
tū fuiſſe conſtiterit, principalis cauſa denuo agi põt, rei iu
dicatę exceptione nō obſtante.l.1.C.de aduoc.diuer.iudic.
78 † error quoq; aduocati, qui cauſam dedit ſnīę, dño nō no
cet: niſi dñus præſens ei, qđ geſtū eſt, triduo proximo non
contradixit, neq; appellationē interpoſuit.l.2.& 3.C.de er
79 ror.aduoc.l.5.C.eo. † Calculi quoq; error rei iudicatæ ob-
ſtat, adeo vt appellare nō ſit neceſſe, veluti ſi iudex ita ꝓ-
nunciauerit. Cū conſtet Titiū Seio ex illa ſpecie 50. item ex
illa ſpecie 25. debere, idcircò Luciū Titium Seio in centum
condēno, l.1.§.1.ff.quæ ſent.ſine appell. Nā cū error cōpu
tationis eſt, nec appellare eſt neceſſe, & citra prouocationē
corrigitꝛ.d.§.1. Sed ſi huius quæſtionis iudex ſnīam in cētū
confirmauerit: ſiquidē ideo qđ 50.& 25. fieri centū puta-
uerit, adhuc idē error cōputationis eſt, nec appellare neceſ
ſe eſt, d.l.1.§.ſed ſi. Si verò ideo qm̄, & aliàs ſpecies 25. fuiſ
ſe dixerit, appellationi locus eſt.d.§.ſed ſi, in fi. Ideoq; ſi cal
culi error cauſā quidē dedit ſnīæ. Sed ei expreſsè nō inſit,
vt ex verbis ſnīæ deprehēdatꝛ, ſnīa ſine appellationis reme
dio non reſcinditꝛ.l.1.C.de error.calculi. Nā ſi res iudicatæ
ſub prætextu cōputationis inſtaurenꝛ nullus erit litiū finis.
l.2.C.de re iudic.qñ.n.dicatꝛ cōtinere talē errorē, vt veniat
reuocanda ſaltim ex capite reſtitutionis in integrū docet
80 Seraph.in dec.251.nu.1. † Ex inſtrīs falſis ſnīa dicta nullas
vires hēt, & cū de falſo conſtiterit, ex integro cauſa eſt agē
da.l.1.& 2.& vlt.C.ſi ex falſ.inſtr.iudicatū ſit, l.qui agnitis
21.ff.de excep.c.cū venerabilis 6.§.licet aūt de excep.c.ſup
eo 2.de crim.falſ. Sed contradicere vr̄ l.vlt.§.fin. C.de fide
inſtr. ad q̃ cōtradictionē euitandā, puto diſtinguēdū inter
manifeſtā falſi probationē, & nō manifeſtā, quod colligitꝛ
ex verbis, d.l.vlt.C ſi ex falſ.inſtr.ibi. manifeſtis probatio-
81 nib. Seraph.dec.1259. † Idē dicendū quoq; ſi ex falſo teſti-
monio ſnīam dictā conſtiterit, & iudicē ſecutū eius inſtri,
vel teſtimonij fidē ita pronūciaſſe fuerit probatū. l.Diuus
33.ff.de re iudi.l.falſam 3.C.ſi ex falſ.inſtr. c.ſicut nobis 9.
82 de teſtib.c.cū I.& A 22.de re iudic. † Itē ſnīa Regis metu,
vel potentioris iuſſu lata nullius eſt momenti 11.q.3.c.iniu
ſtū. Nā ſnīa ſm̄ reſcriptū Imperatoris, lite pendente impe
tratū ferendā nō eſſe, diximus ſupra ex Nouel.c.113 §.at-
que hæc dicimus. Si itaque conſtiterit ex hmōi reſcripto
83 ſnīam latā eſſe, vim rei iudicatę nō hēbit, vt ibi. † Venales
quoq; ſnīas, quæ in mercedē à corruptis iudicibus profe-
runtꝛ, & citra prouocationis auxiliū, infirmas eſſe cōſtat, l.
venales 7.C.qñ ꝓuoc.nō eſt neceſſ.extrau. cōi.1.§.iuſtitiā
verò de ſent.excō.2.q.6.c.vlt.§.venales. Seraph.deciſ 763.
84 nu.9. † Planè qđ dictū eſt errore aliquo latā ſnīam nullius
eſſe momēti, in ſpeciebus tantū propoſitis locū hēt, alioqn
regulariter nō obtinet, quemadmodū cū prætor, cauſa co
gnita per errorē, vel ambitioſè iubet hr̄ditatē ex fideicō-
miſſo reſtitui, ēt publicè intereſt reſtitui pp rerū iudicata-
rū authoritatē.l.ſeruo 65.§.cū prætor, ff.ad S.C.Trebell.l.
85 pen.§.prætor quoq; ff.de iuſt.& iur. † Qđ.n. dr̄ ꝑ errorē,
intelligitꝛ de falſo teſtimonio, de falſis inſtrīs, & de errore
86 calculi, vt prædictū eſt. Seraph.d.dec.251.n.1. † Snīa tñ cō-
tra ſolitū iudiciorū ordinē ꝓlata, vim nullā hēt. l.ſi cōſtat
12.ff.de appell l.prolatā 4.C.de ſent.& interloc.l.ex ſtipu-
latione 7.C.eo.2.q.1.in prin.& c.prohibentꝛ, §.fin.q.6.c.vlt.
§.itē ſnīa 11.q.3.c.ep̄us, §.ad hoc, ver.ſed non ex ordine, c.
ſeruetꝛ, §.fin.& c.eorū exēplo c.exhibita 19.de iudic.c.cum
dilectis 15.§.his igitꝛ, ver.ꝑtermiſſo iuris ordine de purgat.
87 canon. Seraph.dec.684.nu.8.& 734.n.6. † Proinde ſi cōſtat
nullo actu ex l.habito. Duumuirū creatū, ſed tantū vocib.
populariū poſtulatū, eiſq; tunc proconſulē (qđ facere non
debuit) cōſenſiſſe appellationē in re aperta ſuperuacuā eſ-
88 ſe rñſum eſt, d.l.ſi conſtat cū alijs ſupra citatis. † Itē inter-
locutio Præſidis apud acta ſignata, vt niſi ſolutioni debiti
is, qui conuenitꝛ, obſequiū ꝑſtitiſſet, duplū, ſeu quadruplū
inferat, voluntas potius cōminantis, q̃ ſnīa iudicātis in iure
dr̄: & placitū hmōi: ne rei iudicatæ authoritatē obtineat,
89 iuris rō declarat, l.1.& 4.C.cōminationes epiſtolas. † Pro-
grāma igitꝛ, quod à Præſide prouinciæ propoſitū eſt, item
cōminationē vim rei iudicatę nō obtinere, manifeſtū eſt.l.
90 progrāma 6.C.eo. † Idē dicendū eſt de ſubſcriptione iudi-
cis ad libellū facta tali, q̃ diuerſā partē in poſſeſſionē mit-
teret: nā qđ magno conflictu ſnīæ decerni ſolet, id paucis
91 literis temerè deſcriptis definiri fas nō eſt l.vlt.C.eo. † Cō-
putatio quoq; à tabularijs facta inſtar rei iudicatę obtine-
re minimè põt: niſi ſnīa cōpetētis iudicis fuerit cōprobata
92 l.2.C.de iur.fiſc. † Planè in extraordinarijs cauſis atq; co-
gnitionibus ordinarius proceſſus locū ſibi non vindicat.l.1.
& tot.tit.ff.de extraord.cogni. Sed & in notorijs ordinario
proceſſu opus nō eſt, l.ea quidē 7.C de accuſ.d.c.prohibē-
tur, § fi.c.ad petitionē 22.de accuſ. c.qm̄ 10.de filijs presb.
93 † Notoriū aut dr̄ tribus modis, per ſnīam, ꝑ cōfeſſionē, &
ꝑ euidentiā rei, c.vlt.de cohabit.cleric.glo.in c.vlt.in verb.
94 notoria, de tēp.ordin. † ex eo.n.qđ iudici notū, nō ēt alijs
cauſa ſit manifeſta, notoriū non dr̄.2.q.1.c.multi cū c.ſeq.
Nec ex eo, qđ cauſa alijs ſit nota, iudici verò ſit incognita,
95 d.q.1.c.Deus, §.qñ aūt crimē. † Iurum aūt, qđ iudex præ-
ſtitit, qđ in oī cauſa ordinē iudiciariū obſeruabit, non facit,
qđ non obſeruatus, vbi nō eſt obſeruandus de iure ſnīam
96 vim rei iudicatę nō hēat, c.ad noſtrā 21.de iureiur. † Si cau
ſa ſit eccleſiaſtica, beneficialis, decimarum, matrimonialis,
vſurarū, & ſimilis, tunc ſnīa lata iuris ordine inobſeruato
ſubſiſtit. Clem.diſpendioſā 2.de iudic.c.1 §.cōſultationi, vt
97 lit.nō conteſt. † Idē in cauſis mercedū, d.l.1.& toto tit.ff.de
98 extraord.cognit. † Idē erit, ſi cauſa iudici ita cōmiſſa ſit, vt
ſimplr̄, & de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura iudicij ꝓce-
99 deret, vt declaratur, in Clem.vlt.de verb.ſign. † Idē erit, ſi
quis in hæreſim iā damnatā inciderit, hic.n.ipſo facto pro
excōicato hr̄, ēt ſnīa non interueniēte, multo magis inter-
ueniente iuris ordine nō ſeruato.24.q.1.in princ.cū tribus
100 cc.ſeq. † Qđ aūt ſnīa fuerit lata à Papa nō facit, qđ virib.
ſubſiſtat, ſi cauſa iuris ordinē deſideret, & ille nō ſit obſer-
101 uatus, c.in cauſis 19.de re iudic. † Velamēto abſentię pa-
troni cauſæ. rurſus ad finitas quæſtiones fruſtra qs redire
102 conatꝛ, l.velamēto 4.C.de poſtul. † Si tñ iudex nō publicè,
ſed in ſecreto loco officio eius nō præſente, ſnīam dixit, ip-
ſo iure nō valet, qđ geſtū eſt, l.cū ſnīam 6. C.de ſent. & in-
103 terloc. † Idē dicendū, ſi cū certū locū cauſæ cognoſcendæ
dediſſet, alibi per obreptionē aditus ſnīam protulit, l.ſi vt
104 5.C.qūo, & qñ iud. † Pro tribunali quoque, nō de plano
cauſæ cognoſcendæ, atq; decidēdæ ſunt: qđ ſi aliter factū
fuerit, ſnīa vim iudicati non hēbit. Cuſtodiæ tñ nō ſolū ꝓ
tribunali, ſed & de plano audiri pñt, atq; damnari.l.vnius
facinoris 18.§.fin.ff.de quæſt. Sed & leuia crimina audire,
& diſcutere de plano Proconſulē oportet, & vel liberare
eos, quib. objiciuntꝛ, vel fuſtibus caſtigare, vel flagellis ſer-
105 uos verberare.l.leuia 6.ff.de accuſ.Nou.c.17.§.tertio. † Fe
riatis quoq; diebus ſnīam ferri non dēre, dictū eſt ſup.eo.

Digitized by Google

306 hoc li.2.tit.1.† Nec minus noctu.c.cõſuluit 24 § ne verò,
de offic.deleg §.ſed ebũr, Auth.de iudicib. Niſi tñ. lumi-
naribus accẽſis in illis caſibus, in q̃bus de nocte ferri põt.l.
1.§.tria luminaria.ff.de ventr.inſpic.Bar.in l.nõ minorẽ,in
fi.C.de tranſ.Menoc.de arbit.q.62.de hac re latè,atq; eru
ditè agit Polidor.Rip.in tract.de noctur.tpe,tit.de ſent.c.
307 134.& c.147.de luminarib.† Idẽ dicendũ, ſi iudex ad cer
tũ tpſ datus,vel certo tpe litẽ dirimere iuſſus,poſt tẽpus il
lud elapsũ ſniam protulerit;niſi fortè conſenſu partiũ tẽ-
pus illi ſit prorogatũ,l.cũ non 6.C.qñ prouoc. nõ eſt neceſ.
308 l.2.§.ſi & iudex,ff.de iudic.c.de cauſ.4.de offic.deleg.† A
quo die tẽpus datum iudici currere incipiat,diſponit in c.
309 ſup eo 12.§ fin.de appell. † Planè ſi is,qui iudicẽ dedit in
magiſtratu eſſe deſierit, aliuſq; ei ſucceſſerit , tñ iudex ab
eo datus rectè pronũciat,cũ & cogi à ſucceſſore poſſit, vt
310 ſi iam dicat,l.iudicium 49.§.fin.ff.de iudic. † Sed ſi poſtq̃
iudex ſuperior cauſã ad ſe reuocaſſet proceſſũ ſit, & iudi
311 catũ,nihil actũ eſt,c.vt noſtrã 56.de appell † Niſi poſtq̃
protectioni ſuperioris quis ſe ſubiecit,contra eũ ſit iudica-
312 tũ,c.ad audientiã 34.de appell.† Poſt ſi ĩ iniquũ,q̃ finibus
certis concludit ab eo,qui pronunciauerat, vel eius ſucceſ
ſore de quæſtione,quæ iã deciſa eſt,ſtatuta rei iudicatę nõ
obtinẽt authoritatẽ l.poſt ſniam 9. C.de ſent.& interloc.
quia dicta ſnia iudex eſſe deſinit,nec amplius eius mutan-
dæ poteſtatẽ habet,vt dictũ fuit ſup.tit.39.Hæc ſunt,quę
contra rẽ iudicatã dici poſſunt,quæ quidem ſumuntur ex
ijs,quæ pronunciationi ſniẽ inſunt, eãque ſtatim ab initio
inutilẽ efficiunt,nunc ex cõſequentibus exceptiones deſu
muntur,pp quas ſnia ab initio vtiliter dicta,ex poſt facto
313 vitiatur.† Harũ.n.prima,atque vſitatiſſima eſt,ſi à ſnia
dicta ſit prouocatũ,nã pp prouocationẽ,ſeu appellationẽ
interpoſitã iudicati actio,& executio inhibetur,quia pen-
dẽte appellatione,nihil innouandũ eſſe diximus ſupra de
appellat.tit.40.& 6.q.4.c.ſi quis Epũs in fi.cũ c.ſeq. & 35.
q.9.in princ.Ideoq; multo magis dicendũ,ſi dicta ſnia per
iudicẽ appellationis fuerit reſciſſa, vt in allegatis iuribus,
314 & dictũ fuit ſup.tit.45.† Planè ſi quis in appellatione er-
rauerit,vt puta cũ vnũ appellare dẽret, appellaret alterũ
ſiquidẽ cũ maiorẽ iudicẽ appellare deberet,ita errauit,vt
minorẽ appellet propoſita exceptione appellationis nõ iu-
uat,l.1.§.ſi qs ff.de appell.l.ſicuius 5 §.planè ff.de appell.
recip.Si verò maiorẽ,vel parẽ iudicẽ prouocauit: Error illi
nihil oberit, eumque ẽt poſt tẽpus appellationis elapſum
315 corrigere põt d.§.ſi quis ibi.Si quis ergo.† Sed & ſi appel
latũ quidẽ ſit,verũ tñ nũ ſuo tpe; exceptio propoſita ſniæ
non obſtabit l.2.in princ. C.de his qui prop.met.iudic. qđ
aũt ſit tẽpus appellationis à legibus definitũ ſup.tit.43.eſt
oſtenſum. Adeo aũt appellandi tẽpus,vt ne minutibus qui-
dẽ remittatur l.qui ſuſpectũ 20 §.fin.ff.de appell. Planè ſi
ſnia ipſo iure nulla ſit, cum ẽt ſine appellatione infirmari
queat,quãuis appellandi tẽpus elapsũ ſit,nihilominus nul
la ſnia dici põt,& ſnia retractari l.19 ff.de appell.& vt cõ
ſtat ex præcedentib.in ver.ſnia tñ,& c.& tit.46. Quatenus
aũt ab interlocutoria ſnia appellatur,qđ aliqñ licere poſſe
oſtenſum eſt ſup.tit.40.tñ niſi intra legitimum tps appella
tio interpoſita ſit,nihilominus ſnia vim rei iudicatæ ſorti-
tur,quãuis appellatũ eſſe dicatur l.1. §.quod in ſententijs,
316 ff.qñ appell.ſit 2.q. 6.c.biduũ §.quod aũt.† Si quis tñ ad
munera,vel honores noiatus fuerit,ẽt poſt tẽpus appella-
tioni conſtitutũ prouocare põt,dũmodo intra duos men-
317 ſes prouocet l.1.C.de tẽp. & repar. appell. † Iſti aũt duo
menſes cõputant non à tẽpore factę noiationis,ſed ex die,
quo cognouit ſe noiatum,quẽadmodũ,& in alijs cauſis tẽ
pus appellationis ex die potius ſcientiæ, quã ſniæ latæ cõ-
putatur;quod tñ ita accipi debet,ſi non abſens per procu
ratorẽ in cauſa ſit defenſus l.1 C.de tẽp & repar.l.1 § fi.ff.
qñ appel.ſit d.c.biduũ § quod aũt abſentẽ. Nã ſi procura-
tor præſens ſniæ dictæ tpe non prouocauit, difficile eſt,vt
poſtea dñus elapſo tpe audiatur d.§.fin. ibi,quod aũt dr̃ d.
c.biduum §.quod aũt.Sed & dies illos,quibus appellandũ
eſt,ad aliquid vtiles eſſe leges volunt; ſi fortè eius, à quo
prouocatur, copia non fuerit,vt ei libelli dẽtur. Aũ.n.hac
de re Marcus Imperator in oratione ſua: Is dies ſeruabitur,
quo primũ adeũdi facultas erit.Quare ſi fortè ſtatim poſt
ſniam dictã copiã ſui non fecerit is,qui pronũciauit;dicẽ-
dũ eſt,nihil nocere illud appellatori: Nã vbi primũ copiã
eius habuerit, puocare poterit, ergo ſi ſtatim ſe ſubduxit,
ſimiliter ſubueniendũ eſt l.1.§.dies aũt ff.qñ appell.d c.bi
duũ.§.dies aũt quid igitur eſt,ſi cõditio loræ effecit, vt ſe
318 reciperet? vt quẽ nõ videbitur ſe ſubtraxiſſe.† Adeun-
di aũt facultatẽ ſemper accipiemus, ſi in publico ſui copiã
fecit.Cæterũ ſi non fecerit, non imputatur appellatori.qđ
ad domu eius non venerit, quodq; in hortos non acceſſe-
rit;& vlterius,quod ad illã ſuburbanam. Quare ſi in publi
co eius adeundi facultas non fuit,melius dicetur facultatẽ
non fuiſſe adeundi d.l.1.§.quid igitur. Si tñ eius ad quem
appellatur,hẽat copiã appellator,nihilominus illi præſcri
319 ptio nocebit d.l.1.§.ſi quis ipſius.† Ideoque metus quo-
que exceptione nõn defenditur,quia dicit ſe iudicem, qui
pronũciauit,metuiſſe,ne intra ſtatutũ tẽpus appellauerit,
cũ apud iudicẽ,quẽ appellauit,nihil timere potuerit , l.1.
C.de his qui pp met.iudic.l 2. C.eo,Qui tñ vim ſuſtinet,
conteſtatione intra tẽpus legitimum , quo appellare licet
publicè propoſita, qđ metus cauſa non appellet, præſcri-
ptione non ſummouetur,talis.n conteſtatio pro legitima ap
pellatione hr̃ d.l.2.§.qui verò. Sed & ſi appellatum à ſen-
tentia eſt,& quidem iuſto ſit tempore,non tamen ab eo, qui
propoſita exceptione aduerſus ſententiam ſe defendit : ea
320 iuuari non debet l.ſi qui 10.in prin.ff.de appell.† Cum al-
terius factum,quemadmodum alteri non debet obeſſe:ita
quoque neque prodeſſe debeat. Itaque ſi qui ſeparatim
fuerint cõdemnati,quamuis ex eadem cauſa,pluribus ap
321 pellationibus opus eſt d.l.10.† Secus tamen,ſi ſimul, &
ex eadem cauſa plures fuerint condemnati: nam hoc caſu
in vna,eademque cauſa;altero appellante, ſi eius appella-
tio iuſta fuerit pronunciata,alteri quoque,qui non appel-
lauit,ea victoria prodeſt. Quod tamen ita probandum eſt,ſi
fuerit vna,eademque cauſa defenſionis leg.2.C.ſi vnus ex
pluribus leg 1.C.eod.leg.10.§ ſed cum aduerſus ff. de ap-
pella.cap.vna ſententia 72.de appellat.2.quæſt.6.cap.vlt.
§.quandoque vnam. Cæterum ſi diuerſa,alia cauſa eſt, vt
in duobus tutoribus procedit,ſi alter geſſerat tutelã, alter
non geſſerat,& is,qui non geſſerat prouocauerat. Iniquũ
eſt enim,eum,qui ideirco agnouerat ſententiam, quoniam
geſſiſſe ſe ſciebat propter appellationem eius,qui non geſ-
ſerat,obtinere d.leg.10.§.quod eſt reſcriptum ff. de appell.
322 † Idem quoque dicendum, ſi ætatis auxilio, vnus contra
ſententiam reſtitutionem impetrauerit: & hoc enim caſu
maiori, qui non ſuo iure appellauerat, hoc decretum non
323 prodeſt dicta leg.ſecunda C.ſi vnus ex pluribus.† Præ-
terea cum in vna cauſa ſeparatim duplex ſententia diuiſa
datur,veluti vna ſortis,alia vſurarum, duplex quoque ap-
pellatio neceſſaria eſt,ne alterum agnouiſſe, de altera pro-
uocaſſe intelligatur leg.cum in 17.ff.de appellat.exemplo
Clement.vltim.de appellat. Porrò non ſufficit appellatio-
nem intra ſtatutum tempus interponere,de quo ſupra di-
324 ctum eſt in titulo 43. † Sed eſt quoque ſpeciale tempus
introducendæ,& inchoandæ,nec non exercendæ, ſeu pro-
ſequendę appellationis interpoſitæ, quod niſi fuerit obſer
uatum,appellatio pro deſerta habebitur,vt nihil appella-
tori ad exceptionem propoſitam proſit leg. cum anterio-
ribus 5 § illud etiam C.de temp.& reparat.appellat.leg.ſi
contra 8.C.de appell.leg.quoniam 18.C.eod.leg.2. §.final.
C.de temp & reparat.leg.2.§.fi. C.quand.prouoc. non eſt
neceſſ.cap.perſonas 4.cap.cum ſit 5.c.peruenit 12.verſi.vt
325 intra conueniens tẽpus c.conſuluit 14.§.fi.de appell.† In-
cohandæ verò,ſeu introducendæ appellationis tempus di-
uiditur in quinque dies fatales. Primus dies fatalis defini-
tur ſex menſibus elapſis. Quod ſi intra ſex menſes appella-
tio non ſit introducta,datur alter dies fatalis,vnius ſcilicet
menſis,vt ſit alter fatalis dies,quo ſententia in rem iudica-
tam tranſeat,triceſimus primus dies à primo fatali elapſo.
Quod ſi eo quoque appellator exciderit: tertius dies fata-
lis illi datur,triceſimus videlicet primus dies à ſecundo fa
tali elapſo, ſed & poſt ternum fatalem diem elapſum,
quartus quoque totidem diebus à tertio intermiſſis , illi
conceditur,vt ita quatuor illis diebus fatalibus computa-
tis , tempus , quo appellatio introducenda eſt, ſit nouem
326 menſium . † Quibus elapſis ſi ne tunc quidem appella-
tio fuerit introducta appellator, qui propter lapſum tem
poris ſua excidit appellatione , poteſt à principio petere
reparationem appellationis , ſed intra tres tantum menſes
à quarto fatali die elapſo. His quoque tribus menſibus
elapſis nulla reparatione petita, quintus dies fatalis conſti
tutus eſt, iſque vltimus , quo omnis via ad appellationem
proſequendam appellatori eſt præcluſa leg. tempora ſe-
cunda C.de tempo.& reparat.appellatio. Planè quod de
reparatione petenda diximus,intelligi debet , ſi à iudice
ordi-

Digitized by Google

ordinario fuerit appellatum. Si autem ab arbitro, ſeu de-
legato Principes appellatum fuerit, reparationis petendæ,
facultas non datur, quamquam iure nouo etiam in appel
latione ab ordinario iudice facta facultas illa videtur eſſe
ſublata d.leg.2.§.& hæc ſi aduerſus leg. cum anterioribus
5.C.eodem, ſed & quod ad primum diem fatalem, de quo
diximus, attinet, eius exceptio prima, hæc eſt. Niſi à dele-
gato illuſtris, vel ſpectabilis magiſtratus appellatio fa-
cta ſit: hoc enim caſu primus dies fatalis, non ſex
ſed duobus tantum menſibus exactis ſtatuitur d.leg. 2. §.
ſin autem. Altera exceptio eſt. Niſi ex Aſiana, Ponti-
ca, vel Tracia Diœceſi Conſtantinopolim appellatio ſit, fa
cta: nam & hoc caſu primus dies fatalis duobus tantum
menſibus elapſis ſtatuitur dicta leg. interioribus 5.§.ſin au
tem ex alijs. Tertia exceptio eſt. Niſi à pedaneis ſeu de-
legatis Principis Vrbis Conſtantinopolitanæ fiat appella-
tio, hoc enim caſu etiam duo menſes ad introducendam
appellationem ſufficiunt. Nouella c.82.§.cæterum. Quar-
ta exceptio eſt, niſi appellatio fiat more conſultationum
ad Principẽ, vel eius palatium: hoc enim caſu iure quidem
antiquo biennium, iure autem nouo annus datur dicta le-
ge quinta §.in his caſibus C.de tempor.& reparat.appell.
Præterea quod de quinque diebus dictum eſt, vt ſingulis
illis elapſis, appellatio nondum introducta expiret, corrigi
tur iure nouo in hunc modum, vt pro ſingulis diebus fata-
libus deni dies computentur, quatuor ante diem fatalem,
deinde ipſe dies fatalis, denique quinque dies ſequentes:
in quibus ſi appellator venerit, & appellationem ſuam in-
troduxerit, ipſo die fatali introduxiſſe videri debet d.l.5.
§.& cum antea: de hac re multa deduximus in gloſ. ſtatut.
127 Vrb.lib.1.cap.170.† Exercendæ autem appellationis tem
pus eſt annale, quo elapſo, niſi appellationis cauſa fuerit
finita, expirat, & ſententia tranſit in rem iudicatam, dum-
modo appellator iuſta cauſa non fuerit impeditus d.leg.
5.§.illud autem. Aliàs ſi iuſta, & ineuitabili cauſa fuit im-
peditus, quominus intra annum appellationis cauſam ad
finem perduxerit datur illi alter quoque annus, & ſic cau-
ſa cognita biennium ad appellationem proſequendam,
quo elapſo, amplius non auditur appellans, quamuis per
iudicem ſteterit, quominus, cauſa finita ſit: niſi Principis
Conſiſtorium ſit appellatum d.§.illud. Nouella cõſt.59.in
princip.c.cum ſit 5.de appellat.vet.annus &c. Clem.ſicut
3.eod.2.quæſt.6.cap.vlti.in princip. Nouella c.119.§. quin
& hoc. Vel ipſe Princeps per ſuum reſcriptum appellatio-
nis cauſam commiſerit, hoc enim caſu inſtantia cauſæ per
Principis reſcriptum commiſſæ eſt perpetua, vt ſunt reſcri
pta Principum l.2.C.de diuerſ.reſcript.c.venerabilis 20.&
ibi gloſ.& cap.fina.de iudic.cap.ex inſinuatione 50.de ap-
pellatio.cum alleg.inferius verſic. Planè nec temporis præ-
ſcriptione perimitur d.leg.2.cum alijs citatis. Hoc tamen
ſemper appellatori datur beneficium, vt non ſimpliciter
ſententia tranſeat in rem iudicatam, ſed iudici appellatio-
nis incumbat, actis perlectis, ac cognitis, eam vel confirma
re, vel infirmare, abſente quoque appellante: ſi modo ab
eo, contra quem appellatum eſt, biennio nondum elapſo,
aditus eſt ad ſententiam cõfirmandam, alioquin ſi neuter
compareat, neque victor, neque victus victoris ſententia
omnimodo erit rata habenda: & ita victor perſequendo
deteriorem ſuam cauſam facere videtur d.cap.50.in prin
cip.vſque ad §.porrò & illud. Quod de biennio exercendæ
appellationis dictum eſt, idem, quoque obtinet, ſi tempus
incohandæ, & introducendæ appellationis ea nondum in-
troducta, elapſum ſit: nam non ipſo iure confirmatur ſen-
tentia, ſed ſi iudex appellationis, perfectis actis, eam puta-
uerit iuri, & veritati conſonam d.Nouella c.50.§.ſed & il-
lud inſuper. Planè quod de tempore proſequendæ, & exer
cendæ appellationis dictum eſt, locum non habet ſi in cõ-
ſiſtorium Principis cauſa ſit introducta; hoc enim caſu vel
poſt biennium cauſam appellationis proſequi licet: cum
iniquum ſit propter occupationes aulicas cauſas hominũ
deperdere dicta leg.5.§.ſi tamen C.de tempor. & reparat.
appella. Nouella c.23.§.ad hæc ſancimus capit.ex inſinua-
tione 50.de appellat.2.quæſt.6.cap.anteriorum §. ad hoc
ſancimus, & c.vlti.§.ſed his quæ ſperatur, & ſupra lib.1.tit.
2.num.36. Hæc de tempore tam introducendę, quam exer
cendæ, ac proſequendæ appellationis ſeparatim dicta ſuf-
ficiant. Contra hæc ſtatuta tempora exercendæ, ac proſe-
quendæ appellationis in præiudicium rerum iudicatarũ,
ad reddendas lites immortales, atq; æternas, multa conſti-
tuit auariſſimorum leguleorum voracitas, quibus lites nõ
ſolum centenariæ, ſed longè maioris ætatis, adhuc durant,
exercentur, ac proſequuntur in graue totius Chriſtianæ
reipublicæ detrimentum: quoniam ab executione reipubli
128 cæ ſalus dependet, ac priuatorum ſtatuitur quies.† Vtri-
uſq.autem temporis aliquot exceptiones videntur eſſe ge
nerales, atq.communes, de quibus nunc dicẽdum. Nam ſi
vnus ex litigatoribus, pendente appellatione, fuerit defun
ctus, non reſiduum tantum tempus hæredibus eius indul-
tum eſt, ſed etiam alij quatuor menſes l.ſi vnus 6.C.ſi pẽd.
appell. Si autem ad deliberationem hæreditatis; certũ tem
pus indulgetur, poſt lapſum eius temporis quatuor men-
ſium ſpacium numerabitur, ne ignorantes negocium, vel
etiam ſuper adeunda hæreditate dubitantes, priuſquã ali-
quod commodum ſentiant, damno afficiantur d.l.6.§. ſin
129 aũt.† Præterea ſi litigatores præſcriptioni fatalium renũ
ciauerint ei: qui tempore excidit, aduerſus temporis præ-
ſcriptionem pacti conuẽti exceptio datur d.l.5.§.ſi. Clem.
quamdiu 4.de appella. Sed & præſcriptio illa temporis tã
introducendæ, quam exercendæ appellationis non currit,
ſi medio tempore in arbitros cõpromiſſum ſit, & apud hu-
iuſmodi arbitros interim lis agitata, niſi fortè poſt relictos
eos; tempus ſtatutum prętererit Nouella c.93.d.Cle.q̃diu
4.ver.per compromiſſum. Sanè ſi per iudicem, à quo appel
latum eſt, ſteterit, quamuis appellatio ſuo tempore intro-
ducta ſit, nihilominus appellatori obſtabit exceptio, ſed dã
num, quod ob hoc ſentit, iudex iſte ei præſtare tenetur. No
uella.c.126.§.ad hæc ſancimus. Si verò per iudicem appel-
lationis ſteterit, quamuis appellatio ſuo tẽpore, vel intro-
ducta, vel finita ſit; præſcriptio temporis appellatori non
nocebit, niſi bienniũ exceſſerit. Nouella c.119.§.quin & hoc
d.l.5.§.illud ẽt ibi niſi ipſe appellator C.de tẽpor.& repar.
appell.de qua re, & ſupra in cauſa ineuitabili diximus c.ex
130 tõne 8.de appell.† Proſequi aũt appellationis cauſam vi
detur, & qui per alium proſequitur l.1.ff.an per aliũ cauſę
appell.l.huius 18.ff.de appell.l.nulli 3.ĩ fine C.quor.appel.
non recip.l.ſi actor 10.C.de appell. Nã appellationis cauſæ
per aliũ reddi poſſunt, vt in allegatis iurib. dũmodo de re
pecuniaria lis ſit, non criminalis cã agatur. Nã quæ cã prin
cipaliter per alium agi non põt, eius nec appellatio quidẽ
per alium agi debet d.l.1.§.& generaliter 2.q.6.cap.ſi qñ.
131 † Sed & ſi procurator appellauerit, dñſq; cauſã appella-
tionis intra legitimum tempus exequatur; iſta appellatio
pro deſerta haberi non debet; cũ dñs audiri debeat in cau
ſis appellationis reddẽdis, cuius abſentis procurator appel
lauit; quamq̃ ceſſante dño, ꝓcurator ipſe, licet poſt appel-
lationem interpoſitam rationes reddiderit, proſequi eam
debeat l.vlt.§.ſubſtituti ff.de appell.l.negociorum 24.§.cu
rator ff.eod.l.ſi actor.10.l.C.eod.l.dñs 9.C.eod.l.2.ff.an p
alium cauſæ appella. Idem dicendum eſt de pupillo nunc
adulto facto, cuius tutor appellauit, nec non de adoleſcẽte,
qui ad legitimam ætatem peruenit, cum curator eius ꝓ-
uocaſſet: nam & hi appellationem à tutore, & curatore in-
terpoſitam, ſi velint proſequi poſſunt, quia facto, ceſſatio
eius, qui ab initio appellauit, non efficit appellationẽ deſer
tã d.l.vlt.§.ſubſtituti, & d.l.negociorum 24.§.curator. Idẽ
dicendum, ſi pluribus ſimul condemnatis appellantibus,
vnus ex ijs appellationem fuerit proſequutus l.1.C.ſi vnus
ex pluribus 2.q.6.c.vlti.§.quandoque vnam. Idem erit, ſi
alia appellatio nõ ea, ex qua exceptio propoſita obijcitur,
fuerit deſerta.c.directæ 39.de appell. Idem vtiq.erit, ſi ꝓ-
curator ad proſequendam appellationẽ datus fines man-
132 dati exceſſerit c.ſignificante 69.eod.titu.† Sed exceptione
deſertionis non oppoſita, ſi ambo, vel alteruter poſtea fue
rit appellationẽ proſecutus, nõ obſtabit pſcriptioni, & cã
appellationis erit nihilominus deſerta. Cle.ſi appellationẽ
6.de appell.cum alijs alleg.per nos in gl.ſtat. Vrb.li.1.c.170.
133 fol.375.n.10.ver.& iudex talẽ deſertionem.† Poſtremò de
tẽpore tam introducendę, q̃ exercendæ appellationis, & il-
lud notandũ, ꝙ tempus illud cõtinuũ numeretur, nõ exclu
ſis ferijs, ſiue repẽtinis, ſiue ſolemnib.l.2.§.penul. C.de tẽ-
por.& repa.appell.& nos in d.gl.n.3.verſ.ſed quid ſi. Ha-
ctenus de eo, ſi appellatio ĩterpoſita deſerta ſit, nec intra le
gitimũ tẽpus, vel introducta, vel finita, dictũ eſt. Sed & a-
lijs modis aduerſus appellationis exceptionẽ ſupra propo
ſitã replicari põt. Nã cauſæ, ex quibus appellationẽ dene-
gandã eſſe ſupra tit.40.diximus, hic quoq.replicationũ lo-
134 co repeti poſſunt.† Appellatore quoq. defuncto ſine hæ-
rede, cuiuſcunq.generis appellatio euaneſcit l.1.in prin.ff.

135 ſi pend.appell. mors interuenerit.†Supplicatio etiam de
ſententia Præfecti prætorio retractanda, vim appellatio-
nis non habet, vt ſententiæ executio ſit inhibenda. Nouel-
la.c.119.§.aliud ad hæc. Si tamen intra decem dierũ ſpatiũ
à die ſententiæ dictæ ſupplicatio illa fuerit oblata, victor
executionem ſententiæ petens non aliter auditur, q̃ datis
idoneis fideiuſſoribus in eam quantitatẽ, quæ cõdẽnatio-
ne continetur, quod ſi ſententia fuerit retractata, atque
iniuſta pronunciata, reſtituturus ſit, quod accepit. Secus ſi
intra decem dies ſupplicatio non fuerit oblata; tunc enim
ſine fideiuſſione ſententiæ fit executio, retractationis iure
ei reſeruato, qui ſe grauatum putauerit, d.conſtitut.119.
136 † Porrò non ſolum propter appellationem interpoſitã,
ac pendentem rei iudicatæ executio inhibetur, & iudicati
actio denegatur, ſed & ſi appellatio propter vim grauato
factam omiſſa ſit, quo tamen caſu, iure appellationis con-
teſtatio publice eſt proponenda, l.2.in fi. C.de his qui pro-
pter metum iudicis non appellau.c.vlt.de appellat. vt &
137 ſupra dictum fuit. † Quamuis autem iudex, qui ſenten-
tiam tulit, poſtea mortuus ſit, vel ſeruus effectus pronun-
ciatusve, nihilominus ſententia rata manet, leg.vlt.C.de re
138 iudic.l.1.C.de ſent. & interloc. † Et ſi iudex in mortis ar-
ticulo dixerit ſe iniuſtam protuliſſe ſententiam, Villalo.R.
139 115.& 116.& in addit. † Tutor verò nomine pupilli con-
demnatus, finita tutela, exceptione aduerſus rem iudicatã
defenditur, l.vlt.ff.ſi quis cautionib.in iudicio ſiſtendi, l.2.
in princ.ff.de adminiſt.tutor.l.tutori 7. ff.quando ex facto
tutoris, l.1.C.eo. In ipſum enim pupillum, eiusve hæredes
actio iudicati transfertur. vt in allegatis iuribus, & dicitur
infra in ſequenti titulo. Planè ſi tutor nomine pupilli tan-
quam hæredis conuentus atque cõdemnatus ſit, ſi poſtea
pupillus hæreditate ſit abſtẽtus, neutri res iudicata nocet,
140 d.l.2.§.& exinde. † Sub ſpecie quoque nouorum inſtru-
mentorum poſtea repertorum, res iudicata reſtaurari nõ
debet, l.ſub ſpecie 4. C.de re iudic. cap.inter monaſterium
20.ver.cum ſub prætextu, & c.ſuborta 21. §.fi.de re iudic.
141 † In negotio tamen publico fauore publicæ vtilitatis hoc
caſu cauſa cognita, poteſt ſententia retractari. l. Imperato-
res 35. ff.de re iudic. Vel ſi ex iureiurando à iudice delato
cauſa ſit deciſa, l.admonendi, ff.de iureiurand. Vel per
in integrum reſtitutionem ex clauſula generali. Si qua mi-
hi iuſta cauſa, & c. Villalo. R.46. Gabr.lib.2.de reſtit.in in-
142 tegr.concluſ.2.† Ob reſcripta poſtea impetrata, ſenten-
tia reſcindi non poteſt, l.impetrata 3. C.ſent.reſcind. non
poſſ.l.1.C.vt lit.pend. l.ſententijs 3. C.de error.aduocator.
143 c.ea quæſtio 4.de re iudic.† Illud ſanè non ignorandum,
ſi quæratur iudicatum ſit, nec ne, & huius quæſtionis iu-
dex non eſſe iudicatum pronunciauerit: licet fuerit iudi-
catum, reſcinditur, & ſi prouocatum non fuerit, lege 1. in
144 princ.ff.quæ ſent.ſine appellat.reſcind.† Sed & ſi ſolutũ
ſit id, quod iudicatum eſt, res iudicata expirat. l.ſi ſe 4. §.
ſoluiſſe, ff.de re iudic.§.1. Inſtit.quib.mod.tollit.oblig. Nã
ita prætor edicit condemnatus, vt pecuniam ſoluat, niſi
autem in ſolidum ſoluerit exceptione ſolutionis non defen
ditur, d.l.4.§.ait prætor, c.cum aliquibus 6.de re iudic. Pla
nè ſi pluris condemnatus ſit debitor non reſtituendo pi-
gnus, quam computatio ſortis, & vſurarum faciebat, hu-
manius eſt non amplius eum, quam quod re vera debet
dando, hypothecam liberare, quamquam ſi ſubtilitatem
legis, & authoritatem ſententiæ ſpectamus, aliter videre-
tur dicendum, l.fideiuſſor 15. ff.de doli mali except.l.ſi fun
dus 16.§.ſi pluris, ff.de pignor.& hypothec. Sed & ſi fide-
iuſſor euictionis nomine condemnatus, id pretium, quod
euictum eſt, & omnia præſtare paratus eſt, quæ iure em-
pti continentur aduerſus iudicati actionẽ exceptione doli
145 mali defenditur, d.l.15.& d.§.ſi pluris. † Soluiſſe autem
accipere debemus non tantum eum, qui pecuniam ſoluit
numeratam, verum omnem omnino, qui ea obligatione
liberatus eſt, quæ ex cauſa iudicati deſcendit, d.l.4.§.ſol-
146 uiſſe, ff.de re iudic.† Quamuis autem intra dies conſtitu-
tos iudicati agi non poſſit, tamen multis modis iudicatum
liberari poſſe, non dubitatur, quia conſtitutorum dierum
ſpatium pro iudicato, non contra iudicatum per legem
147 conſtitutum eſt, l.intra 7.ff.de re iudic.† Non tamen au-
diendus erit condemnatus, ſi pro ſolutione alio modo ſa-
tisfacere paratus ſit, fortè expromiſſore, vel pignore da-
148 to, † noluit enim prætor obligationem ex obligationibus
149 fieri, d.l.4 §.ait prætor.† ex magna tamen, & idonea cau
150 ſa alia ſatisfactio oblata accipi debet. d.§.ait prætor.† Re-
gulariter itaque ſi pignora accepta ſint in rem iudicatã,
vel fideiuſſores, dicendum erit, non ceſſare executionem:
quippè cum acceſſerit aliquid rei iudicatæ, non eſt à re iu-
dicata receſſum, d.l.4.§.ſed & ſi pignora. Idem obſeruan-
dum eſt in eo, cuius procurator condemnatus eſt, d.l.4.§.
151 idem obſeruandum. † Si autem ex conuentione ſit gar-
tium ſtipulatione cautum ſit poſt rem iudicatam ei, cui
quis condemnatus eſt, eueniet vt hic recedatur à iudica-
to, ſi modo nouatio interceſſerit, d.l.4.§.ſi ex conuentio-
ne. Cæterum ſi non nouandi animo id factum eſt, mane-
bit ordo executionis, quemadmodum in pignoribus, & fi-
deiuſſoribus acceptis dictum eſt, d.l.4.§ cęterum, l.2.C.de
exec.rei iudic. Sed & per iudicatum ſolui ſtipulationem
iudicati actionem non nouari ſupra titul.25. dictum eſt.
152 † Prętetea ſi rem, quæ ex cauſa iudicati petitur, actor re-
ceperit, doli exceptione ſummoueri poteſt. l.1. C.de re iu-
153 dic.† Planè ſi res, quæ petitur, periiſſe dicatur, vel reſti-
tui non poſſe: aduerſus iudicati actionem, vel rei iudicatæ
executionem, qui hoc dicit, non defenditur, l.ſi homo 8.ff.
de re iudic l.ſi non longis 7.C.de execut.rei iudic. l.qui re-
ſtituere 68.ff.de re iudic. Nam cum poſt litem conteſtatã,
& ita poſt moram factam res interierit, nihilominus con-
demnatio eſt facienda, l.quod re 5. ff.ſi cert.pet.l.23.l.82.
§.fin.l.91.§.effectus, ff.de verb.oblig. vt dicetur infra tit.
154 ſeq † Præterea cùm actor à reo in eodem iudicio fuerit
reconuentus, reusque actori fuerit condemnatus, penden
te adhuc cauſa reconuentionis; iudicati actio, vel rei iudi-
catæ executio aduerſus condemnatum inhibenda eſt, do-
nec de reconuentione quoque fuerit iudicatum: quam-
quam ipſi condemnato dies appellationis ſtatim dicta ſen
tentia currit, nec expectatur ſententia in cauſa reconuen-
tionis, d.l.1.§.fin. ff.quæ ſent.ſine appellat.reſcind. de hac
155 re plura dicta ſunt ſup.tit.26 de reconuentionib. † Tan-
dem obſeruandum eſt, quod ſi fortè ſententia contra iu-
ris regulas de quibus ſupra tit.39. in ſcriptis lata non fue-
rit, quod res iudicata poterit probari per teſtes, c.Alberi-
cus 43.de teſtib.c.ſicut 16.de ſent. & re iudic. hactenus de
re iudicata dictum eſt, quibus ſcilicet exceptionibus eli-
datur, nunc de actione iudicati agendum.

S V M M A R I V M.

1 *Actio iudicati ex re iudicata oritur.*
2 *Actio iudicati competit reo damnato.*
3 *Condemnatus quis ritè dici poſſit.*
4 *Actio iudicati tam ex perſonali, quam reali competit.*
5 *Actio iudicati competit ex ſententia confirmante. limitatur.*
6 *Res inter alios iudicata alijs non prodeſt, limitatur.*
7 *Sententia ad fauorem alicuius, quando proſit alijs.*
8 *Res inter alios iudicata alijs nocere non debet, limitatur.*
9 *Sententia quando proſit, vel noceat pupillo.*
10 *Actio iudicati competit etiam contra fideiuſſorem.*
11 *Actio iudicati, procuratore condẽnato cõpetit contra dominũ.*
12 *Actio iudicati rei perſecutionem continet.*
13 *Pluribus condemnatis vna ſententia quid iuris.*
14 *Condemnatus diuerſis ſummis, minima debetur.*
15 *Condemnatus decem, aut noxæ dare, habet electionẽ, limitatur.*
16 *Actione iudicati veniunt etiam vſuræ ex mora.*
17 *Vſura rei iudicatæ ex mora debentur.*
18 *Vſuræ contractus cum vſuris rei iudicatæ debentur, limitatur.*
19 *Actio iudicati quando competere incipiat.*
20 *Tempus, quod datur iudicatis, competit, & eius hæredibus.*
21 *Tempus, quod datur iudicatis, competit fideiuſſoribus.*
22 *Tempus iudicati iudex non poteſt minuere, augere ſic.*
23 *Actio iudicati eſt perpetua*
24 *Actio iudicati habet aſſim a remedia.*

De actione iudicati. Tit. 49.

1 EX † re iudicata oritur actio iudicati, rei iudicatæ ex-
ceptio, nec non executio, nunc de iudicati actione
dicetur, poſtea de rei iudicatæ exceptione, execu-
2 tione, & alijs ſimilibus. † Competit autem iudicati actio
3 reo condemnato. † Condemnatum autem accipere debe-
mus eum, qui ritè condemnatus eſt, vt ſententia valeat. l.ſi
ſe 4 § condemnatũ, ff.de re iudic. Ideò huic actioni obijci
poſſunt ea omnia, quæ contra rem iudicatam in tit. præce
dente propoſita fuerunt. Cæterum ſi aliqua ratione ſen-
tentia nullius momenti ſit, dicendum eſt, condemnatio-
nis verbum non tenere, d.§.condemnatum ibi cæterum,
& c. huius enim ſpecies ſunt dicta in præcedenti titulo cõ-
4 tra rẽ iudicatã, & ideo hic ſũt repetẽda. † Nec refert, an in

perio-

Digitized by Google

perſonali, vel reali actione ſit iudicatum, ex vtraque enim
re iudicata, iudicati actio competit. Villalo. A.38. ſed con-
tradicunt leg. quod te mihi 5. cum ſua gloſ. in verb. detri-
mentum in fine ff. ſi cert. pet. Bald. in l. item ſi, 15. §. fi. ff. de
5 rei vendic. † Et quidem non ex ſententia confirmata, ſed ex
cõfirmante. Villa A.37. & S.42. Niſi ob deſertionẽ appella-
6 tionis ſententia ſit confirmata Villalo. S.43. † Res adi inter
alios iudicata alijs prodeſſe non debet l.2. in prin. C. quib.
res iudicata non nocet. Ideoq; ex ſentẽtia pro alio lata alij
actio iudicati non datur, præterquam hæredi l. miles 6. §.
fi. ff. de re iudic. Sed & vno ex hæredibus agente, & obtinẽ
te, cohæredi, qui poſtea ſuperuenit, nec ante ſimul agere
potuit, victoria communicanda ab eo, qui vicit: vt puta ſi
ſub conditione fuit hæres ſcriptus, vel apud hoſtes, vel in
vtero, cum prior experiretur, alioquin ſecus, ſi cum poſſet
ſimul cum altero experiri noluit l. ſi hæres 7. ff. famil. herciſ
7 cund. † Sed & ſi cum duo ſocij ſimul egiſſent, & ſuccubuiſ
ſent, vnus poſtea appellauerit, & obtinuerit: eius victoriam
alteri quoque, qui non appellauit, prodeſſe ſupra tit. præ-
cedente diximus, ſi vnus fratrum legitimus ſit iudicatus:
hæc enim ſententia alijs quoque fratribus prodeſt, Villal.
L.95. in fine. Tutor quoque ſi obtinuerit, iudicati actio ſi-
mul, & exceptio pupillo non erit deneganda leg.2. in prin-
cip. ff. de admi. tutor l. tutor 6. ff. quand. ex fact. tutor. Idem
dicendum erit, ſi actor, quem tutor ſuo periculo ad litem
conſtituit, obtinuerit d. leg.6. ſi item procurator obtinue-
rit, non ipſi, ſed domino litis iudicati actio danda l. procu-
rator 28. in princip. ff. de procurator. leg. item eorum 6. §.
actor ff. quod cuiuſque vniuerſit. Actor quoque vniuerſi-
tatis procuratoris partibus fungitur. Ideoque iudicati a-
ctio ei non datur: niſi in rem ſuam datus ſit d. §. actor iſte.
8 † Vt autem res inter alios iudicata alijs prodeſſe nõ debet:
ita etiam, & quidem multo minus alijs debet nocere lege
ſæpè 63. ff. de re iudic. leg. Modeſtinus 10. ff. de except. leg.
1. ff de except. rei iudic. leg. cum de hoc 27. ff. eodem leg. 1.
& 2. C. quibus res iudic. non nocet leg. 3. & vlti. C. eod. l. 2.
C. de exceptio. exemplo l. ſi pro luſorio 14. §. quoties ff. de
appellat. leg. non idcirco 44. §. fin. ff. de iudicijs. Ideoque
alius quam contra quem iudicatum eſt, neque iudicati a-
ctione teneri, neque rei iudicatæ exceptione remoueri po-
teſt, niſi fortè hæres ipſius fuerit leg. miles 6. §. fina. ff. de
9 re iudic. † Tutore tamen, & curatore condemnato in pupil
lum, & adultum, non in ipſum condemnatum actio iudica
ti competit: niſi fortè pupillus hæreditate, cuius nomine tu
tor fuit conuentus, & condemnatus, ſe abſtinuerit: hoc
enim caſu neque tutor, neque pupillus tenetur l.2. in prin.
ff. de adminiſtr. tutor. ſed & ſi tutor, qui condemnatus eſt,
tutor eſſe iure non potuerit, vel rem pupilli ſaluam fore
non cauerit: ſententia contra eum dicta pupillo non præiu
dicat: cum ea, quæ ab eo geſta ſunt, qui legitimæ admini-
ſtrationis perſonam ſubſtinere non potuit, ipſo iure irrita
ſint l. ſi tutor 4. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. Si poſt fini-
tam tutelam, vel curam, nouatio ſit facta, & obligatio in
tutorem, vel curatorem translata, tunc iudicati actio dabi
tur in tutorem, vel curatorem l. poſt mortem 5. ff. quando
ex facto tutoris. Si inſuper, quis tanquam hæres alicuius
condemnatus fuerit, & poſtea ſeſe hæreditate abſtinuerit,
vel aduerſus aditionem hæreditatis in integrum reſtitutus
fuerit: iudicati actio aduerſus ſubſtitutum ipſius, vel cohæ
redem competit: niſi fortè pupillus hæres tutorum culpa
10 fuerit condemnatus l. ex contractu 44. ff. de re iudic. † Sed
reo condemnato, iudicati actio competit contra fideiuſſo-
rem cum diſtinctione, de qua apud Turza. opin. 140. &
Villal. F.39. Si ſtatuto cautum ſit, vt ſententia aduerſus vnũ
lata, aduerſus alium executioni mandetur, tunc contra illũ
11 dabitur iudicati actio. Villalo. S.103. † Sed & procuratore
condemnato, non in ipſum, ſed in dominum litis actio iudi
cati danda eſt, niſi litti ſeſe obtulerit ſine mandato, vel in rẽ
ſuam procurator datus ſit, vel domino litis hæres extiterit
his enim caſibus ipſe procurator tenetur iudicati actione
l. ſi ſe 4. ff. de re iudic. l. Paulus 61. ff. de procur. l. ſi procura-
tor 28. §. fin. ff. de procurator. leg. ſi quis 31. ff eod. quod de
procuratore dictum eſt, de actore quoq; vniuerſitatis ac-
12 cipi debet d. l.4. ff. de re iudi. † Porrò iudicati actio rei per-
13 ſecutionem continet. † pluribuſque vna ſententia condẽ-
natis, ſinguli pro virili tantum parte, non in ſolidum tenen
tur l. miles 6. §. fin. ff. de re iudic. l. Paulus 43. ff. eod. l. ſi qui
10. §. quoties ff. de appellatio. leg. 1. C. ſi plures vna ſentent.
14 condem. leg. 2. C. eodem. † Si verò quis diuerſis ſummis
condemnetur, puta iudicibus pari numero diſſentientibus
minima ſumma debetur leg. inter pares 38. §. fin. ff. de re iu
15 dic. & ſupra quoque dictum eſt. † Decem, aut noxæ dede-
re condemnatus, iudicati in decem tenetur: facultatem e-
nim noxæ dedendæ ex lege accipit leg. miles 6. §. decem ff.
de re iudic. in ex ſtipulatu autem actione diuerſum obſer-
uatur: qui enim ſtipulatus eſt decem, aut noxæ dedere nõ
poteſt decem petere: quia in ſtipulatione ſingula per ſe ve
niunt, eaque ſingula ſeparatim ſtipulari poſſumus dicta le
ge 6. §. is autem. At iudicium ſolius noxæ deditionis nul-
lum eſt, ſed pecuniariam condemnationem ſequitur, &
ideo iudicati in decem agitur: his enim ſolis condemna-
tur, noxæ autem deditio in ſolutione eſt, quæ à lege tribui
16 tur d. leg. 6. §. At iudicium. † Vſuræ quoque ex mora in iu-
dicati actione veniunt leg. vltim. ff. de re iudi. leg. negocio-
rum 24. ff. de appellat. l. tutor 41. ff. de vſur. leg. 1. C. de vſu
ris rei iudicatæ leg. 2. C. eodem. Nam qui condemnati ſolu
tionem pecuniarum, qua dependere iuſſi ſunt, vltra qua-
tuor menſes à die condemnationis, vel ſi prouocatio fuerit
interpoſita à die confirmationis ſententiæ connumerãdos
diſtulerint; centeſimas vſuras alijs exigi Imperator Iuſti-
nianus cauit: priſcis legibus, quæ duas centeſimas eis infe-
rebant, & ipſius Imperatoris Iuſtiniani alia conſtitutione,
quæ dimidiam centeſimæ ſtatuit in hoc caſu ſublatis dicta
17 l.2. C. de vſur. rei iudic. † Centeſima igitur vſura poſt mo-
ram, ſeu quatuor menſes elapſos in iudicati actionem ve-
nit d. leg. vltim. ff. de re iudic. cum alijs ſupra citatis. Quod
tamen ita accipi debet, vt ſortis tantum, non etiam vſura-
rum, quamuis in ſententiam deductarum, vſura centeſi-
ma debeatur leg. ſancimus 3. in princi. vſque ad §. & cum
antiquitas C. eod. ſed & quod dictum eſt, prouocatione
interpoſita à die confirmationis ſententiæ quatuor men-
ſes, ex quibus vſuræ currant, connumerandos: ita intelligi
debet, centeſimas quidem vſuras, pendente appellatione,
& quatuor menſibus nondum elapſis, nõ currere d. leg. 2.
18 C. eodem. † Attamen nihilominus vſuræ contractus, ſeu a-
ctionis in iudicium deductæ minores, quamuis tempus il-
lud elapſum non fuerit, currunt niſi fortè iudex reum in
ſortem condemnauerit, nulla vſurarum mentione facta:
hoc enim caſu dictis quatuor menſibus nondum elapſis
nec principalis quidem actionis vſuræ currunt, cum reus
rei iudicatæ exceptione defendatur dicta leg. ſancimus 3.
19 C. de vſur. rei iudic. † Ex his patet iudicati actionem non
niſi poſt quatuor menſes ab eo tempore, quo ſententia in
rem tranſiuit iudicatam, cõdemnatos, competere: quã-
uis iure antiquo tempus, quo iudicatis erat parendum, ma
gis arbitrio iudicis, quam legis authoritate definiebatur:
nec ante dabatur, quam iudici cauſa cognita viſum erat
non per contumaciam illud condemnato peti, & non
niſi ſatisdediſſet, tempore illo elapſo iudicatis, ſe pari-
turum leg. debitoribus 31. ff. de re iudic. quod ſi tempus à
iudice definitum elapſum eſſet, captis pignoribus, con-
demnatus cogebatur, & niſi intra duos menſes paruiſſet,
20 ius vendendi pignoris erat dicta l.31. §. eorum qui, † Tem
pus autem, quod datur iudicato, etiam hæredibus con-
demnati, cæteriſque, qui in locum eius ſuccedunt, tribui-
tur, videlicet, quod ex eo tempore deeſt, quia cauſæ magis,
quam perſonæ, beneficium præſtatur leg. tempus 29. ff. de
21 re iudicata. † Sed & fideiuſſor, mandatorque condem-
nati eodem beneficio vtitur leg. ſancimus tertia §. vt cum
22 antiquitas C. de vſuris rei iudicatæ. † Quamuis autem
iudex minus tempus condemnato ad ſoluendum indulſe-
rit: nihilominus ante id tempus, quod lege ſtatutum eſt,
elapſum iudicati actione conueniri non poteſt, leg. ſi ſe 4.
§ ſi quis condemnatus ff. de re iudicata ſanè ſi iudex ma-
ius tempus, quam lege ſtatutum eſt, reo conceſſerit:
etiam id, quod ſupra legitimum tempus à iudice indul-
tum eſt, reo conſeruabitur d. §. ſi quis condemnatus. Nam
iudex non ſemper tempus iudicati ſeruat, ſed nonnunquã
arctat, nonnunquam prorogat pro cauſæ qualitate, &
quantitate, vel perſonarum obſequio, vel contumacia
leg. 2. ff. de re iudic. cap. quod ad conſultationem 15. verſi.
ſed nec eod. tit. ſed per rarò intra ſtatutum tempus ſenten
tiæ exequuntur: veluti ſi alimenta conſtituantur, vel mino
ri vigintiquinque annis ſubueniatur d. leg. 2. §. ſed per rarò.
23 † Poſtremò iudicati actio perpetua eſt, hoc eſt, quæ non ni
ſi 30. annorum præſcriptione ſummoueatur lege miles 6.

 §. fin.

Digitized by Google

24 §.fin.ff.de re iudicat. † Habet autem iudicati actio affinia remedia, videlicet, rei iudicatæ executionem, de qua dicetur infra. item actionem ex ſtipulatu iudicatum ſolui, de qua ſupra tit.25. Item exceptionem rei iudicatæ. Si deniq; poſt rem iudicatam nouatio facta fuerit, perempta iudicati actione, ex ſtipulatu actio erit. l.2.C.de execut.rei iud.

SVMMARIVM.

1 Nouatio fit ſtipulatione, & litis conteſtatione.
2 Nouatio voluntaria, & iudicialis differunt.
3 Nouatio per litis conteſtationem parit exceptionem, limitatur.
4 Exceptio rei iudicatæ, vel in iudicium deductæ quando competat, & quibus, & contra quos.
5 Exceptio rei in iudiciũ deductæ, vel iudicatæ, vt competat quæ requirantur.
6 Actio perſonalis, & realis differunt.
7 Cauſa actioni adiecta an innouet, & mutet iudicium.
8 Opinio non facit aliam cauſam.
9 Cauſa non mutat petitionem, nec nouam facit.
10 Agens ex teſtamento poſtea non agit ex fideicommiſſo.
11 Cauſa poſterior accedens priori parit exceptionem.
12 Patronus quando exceptione rei iudicatæ non tuetur.
13 Pacto in iudicium deducto obſtabit exceptio pacti deducti in iudicium.
14 Hæres rei ſtipulandi ſemel agens, exceptione deducti iudicij repellitur.
15.17 Agenti alia actione, quã antea egerit obſtat exceptio rei in iudicium deductæ, limitatur.
16 Agere de eadem re, de qua antea egit, quis dicatur.
18 Delictum ob aliud delictum non minuit pœnam.
19 Actio vna quandoque aliam non conſumit.
20 Actiones plures competere poſſunt, limitatur.
21 Res facta cum mandato diuerſa à facta ſine mandato.
22 Ceſſante cauſa abſolutionis poterit denuo agi, nec obſtabit exceptio rei iudicatæ, probatur pluribus exemplis.
23 Semel excluſus ab exceptione rei iudicatæ, ea amplius non poteſt vti, limitatur.
24 Reus in priore iudicio poſtea actor, an exceptione rei in iudiciũ deductæ vti poſſit.
25 Exceptio rei iudicatæ, vel in iudicium deductæ, quibus competit.
26 Exceptio rei in iudicium deductæ ſtatim poſt litem competit.
27 Exceptiones quæ ſint, quæ ad alios non tranſeunt.
28 Exceptio rei in iudicium deductæ competit litis conſorti, limitatur.
29 Exceptio rei in iudicium deductæ ei cõpetit, cuius defenſor antea fuit conuentus, limitatur, & commodatarie.
30 Exceptio rei iudicatæ, vel in iudicium deductæ aduerſus quos competat, vel non competat.
31 Res inter alios iudicata alijs non præiudicat, limitatur.
32 Sententia inter alios dicta ſcientibus nocet, limitatur.
33 Exceptio rei iudicatæ competit contra ſucceſſores, limitatur.
34 Exceptio rei iudicatæ competit contra authorem, limitatur.
35 Sententia contra heredem ſcriptum præiudicat legatarijs.
36 Res iudicata de vna re, in alijs non præiudicat, limitatur.
37 Res iudicata totius parti præiudicat, declaratur, & limitatur.
38 Petitio partis quando affert præiudicium petitioni totius quid agendum, ne præiudicet.
39 Qualitas, quantitas, augumentum eiuſdem ſubſtantiæ in iudicium deducta exceptionem rei in iudicium deductæ non excludit.
40 Petitiom debiti cum pœna obſtat exceptio rei in iudicium deductæ etiam quoad pœnam, & è contra.

De nouatione, quæ fit per litis conteſtationem, ſeu de exceptione rei iudicatæ, & in iudicium deductæ. Tit. 50.

1 NOuationem † dupliciter fieri ſcilicet vel per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem certum eſt, l.delegare 11.in fin.ff.de nouationib. l.aliã cauſam
2 29.ff.eo. † Aliam enim cauſam eſſe nouationis voluntariæ, aliam iudicij accepti multa exempla oſtendũt. perit enim priuilegium dotis, & tutelæ, ſi poſt diuortiũ dos in ſtipulationem deducatur, vel poſt pubertatem tutelæ actio nouetur, ſi id ſpecialiter actum eſt. Quod nemo dixerit, lite conteſtata. Neque deteriorem cauſam noſtram facimus actionem exercentes, ſed meliorẽ, vt ſolet dici in his actionibus, quæ tempore, vel morte finiri poſſunt, l.aliam 29.ff.
3 de nouat. † Tamen ex nouatione, quæ fit per litis cõteſtationem oritur exceptio rei iudicatæ, & in iudiciũ deductæ. Nam ſi res ſemel in iudicium deducta ſit, rurſus de eadẽ re nouo iudicio agenti obſtat exceptio, rei quidem in iudicium deductæ, ſi iudicatum nõdum ſit: rei verò iudicatæ, ſi iam ſit iudicatum. Nam ſi cauſa, quæ in iudicium deducitur, ante quoque in iudicium deducta fuerit: ſiue prius iudicium finitum ſit, ſiue non ſit finitum, rurſus agẽti exceptio rei iudicatæ in primo caſu, vel in alieno caſu rei in iudicatum deductæ obſtabit exceptio, l.Iulianus 3.ff.de except.rei iudic.l.ſi quis 7.§.& generaliter, ff.eod.§.item ſi in iudicio, Inſtit. de except. & ita id definiri poteſt toties eandem rem agi, quoties apud iudicem poſteriorẽ id quæritur, quod apud priorem quæſitum eſt, d.l.7. §.ſi aocillã
4 ibi. Ita definiri &c. † Sed ſi inutiliter antea actum, vel iudicatum ſit, tunc talis exceptio nec in primo, nec in altero caſu obſtabit, quin denuò agi, & iudicari poſſit, vt colligitur ex allegatis ſupra de re iudicata tit.48.ver.nam ſententia, & ſequen.vſque ad finem. Idem erit, ſi inter alias perſonas antea fuerit actum, ſeu iudicatũ. Nam exceptio rei iudicatæ, & in iudicium deductæ, alij quam contra quem in priore iudicio actum eſt, non competit. l.ſi cum vno 22. ff.de except.rei iudic.l.ſi quis 7.§.& generaliter, ff.eod.l.& an eadem 14.l.cum de hoc 27.ff.eo.l.2.C.quibus res iudic. non nocet. Idem vnque erit dicendum, ſi de alia re antea actum, vel iudicatum fuerit, ex hoc enim de alia re poſtea agi, & iudicari non prohibetur, exceptione propoſita, l.cũ quæritur 12.cum duabus legib.ſequentib. ff.de except. rei iudic.l.de eadem re 5.l.cum de hoc 27.ibi id ipſum, de quo ff.eod.exemplo, l.ſi cum 22.l.ſi ex eo, l.in iudicio 25.ff.eod. & exemplo l.2. C.de iudic. Idem dicendum ſi ex alia cauſa antea actum fuerit, hoc enim non vetat, quin ex alia agi, & iudicari poſtea poſſit. l.cum quæritur 12.cum legibus ſequen.ff.de except.rei iudic. l.cum de hoc 27. leg.ſi cum vno 22.ff.eod. l.ſi ſic.133. ff.de verbor.obligat. l.Modeſtinus 10.ff.de except.& præſcript.& de hoc adſunt plura exempla in d.l.22.in d.l.10.in l.Lucius 47. ff.de petit. hæredit.in l.Lucius 91.§.Semproniæ ff.de legat.3. in l fundum 28. ff.de nouationib. in l.ſi cum 21. §.ſed ſi vſumfructum,
5 ff.de except.rei iudic.& in leg.2.ff.de priuat.delict. † Cum enim quæritur, hæc exceptio noceat, nec ne? inſpiciẽdum eſt, an idem corpus ſit, quantitasque eadem, & idem ius, & an eadem cauſa petendi, & eadem conditio perſonarũ? Quæ niſi omnia concurrant, alia res eſt, d.l.cum quæritur 12.& d.l.cum de hoc 27.ff.de except.rei iudic.cum alijs ſupra citatis. Verum ſi in rem agens, nullam ſpecialem cauſam expreſſerit, non prohibetur denuò agere, l.& an eadẽ 14.§.actiones, ff.de except. rei iudic. d.l.cum de hoc 27.ibi nec iam intereſt, l.ſi mater 11.§.eandem cauſam in fine, &
6 §.denique, l.ex ſextante 30.ff.eod. † Actiones enim in perſonam ab actionibus in rem, in hoc differunt, quod cum eadem res ab eodem mihi debeatur, ſingulas obligationes, ſingulæ cauſæ ſequuntur, nec vlla earum alterius petitione vitiatur: at cum in rem ago, non expreſſa cauſa, ex qua rem meam eſſe dico, omnes cauſæ vna petitione apprehẽduntur, neque enim amplius, quam ſemel res mea eſſe po
7 teſt. Sæpiùs autem deberi poteſt, d.§.actiones. † Sed non idem erit, ſi ſpecialis cauſa in actione in rem fuerit expreſſa, d.§.actiones, ibi non expreſſa cauſa, leg.ſi mater 11.§.ſi quis fundum, ff.de except. rei iudic. Si quis enim fundum petat ſuũ eſſe, eo quod Titius eũ ſibi tradiderit, ſi poſtea eũ ex alia cauſa petat, cauſa adiecta, non debet ſummoueri exceptione, d.§.ſi quis. Idem ideo erit, ſi hæreditas primũ ex teſtamento petita ſit, poſtea denuò ex fideicõmiſſo petatur, l.ſi quis 8.C.de codicillis. Vel ſi poſt rei vendicationẽ intentatã noua cauſa ſuperuenerit, d.l.11.§.eandem, l non poteſt 23.ff.de iudic. Niſi quodam poſtliminio alia cauſa acceſſerit, d.§.eandẽ ibi. niſi fortè intermiſſũ dominiũ &c.
8 † Vel niſi cauſa noua quidẽ acceſſit opinione, & ſcientia actoris, verũ in veritate antea quoq; fuit, quamuis ignota actori, d.l.ſi mater 11.§.mutata, ff.de excep.rei iudic. Mutata.n.opinio petitoris, non facit aliã cauſã: vt puta opinabatur ex cauſa hereditaria ſe dñũ hẽre, mutauit opinionẽ

& cæ.

Digitized by Google

& cępit putare ex cauſa donationis: hæc res non parit pe-
titionem nouam. Nam qualecumqoe, & vndecumque do-
minium acquiſitum habuerit, vendicatione prima in iudi
cium deduxit, dict. §. mutata, & §. denique, & l. ex ſextante
9 30. ff. eod. † Sed ſi actor ex iuſta cauſa in integrum reſtitua
tur, poterit hac rei iudicatæ, & in iudicium deductæ, exce-
ptione non obſtante, poſtea denuò agere, d. l. ſi mater 11.
in princ. Nam ſi mater filij impuberis defuncti ex Senatuſ
conſulto bona vendicauerit, idcirco quia putabat rupto
patris eius teſtamento, neminem eſſe ſubſtitutum, victa-
que fuerit, quia teſtamentum patris ruptum non erat: po-
ſtea autem apertis pupillaribus tabulis, apparuit ei non eſ
ſe ſubſtitutum; ſi peteret rurſus hæreditatem, obſtaturam
exceptionem rei iudicatæ. Neratius ait. Vlpianus excep-
tionem obeſſe ei rei iudicatæ non dubitat: ſed ex cauſa ſuc
currendum erit ei, quæ vnam tantum cauſam egit rupti
10 teſtamenti, d. l. ſi mater. † Non autem ſuccurrendum erit
ei, qui primum petijt hæreditatem ex teſtamento, vt ean-
dem poſtea denuo ex fideicōmiſſo petere poſſit, quia id fie
ri prohibetur, l. ſi quis 8. C. de codicillis, de qua paulo ſupe
rius, & nulla ibi ſubeſt ſuccurrendi cauſa, quia egit ex ea-
dem ſcriptura, in qua & teſtamētum, & fideicommiſſum
11 aderat, vt notant Doctor. in d. l. 8. † Sed ſi poſterior cauſa
prioris, ex qua antea actum eſt, acceſſio ſit, tunc obſtabit
exceptio rei antea iudicatæ, & in iudicium deductæ, l. ſi
12 cum 4. vbi glo. C. de iudic. † Si cum patronus libertum an-
tea procuratorio nomine defendiſſet, nunc proprio nomi-
ne eum defendat; hoc enim caſu propoſita exceptione
non adiuuatur, l. ſæpè conſtitutum 63. §. fin. ibi. nam & ſi
13 libertus, ff. de re iudicata. † Si cum pacto pœnæ ſtipula-
tio ſubiecta eſſet: ex pacto actum ſit, vel exceptio oppoſi-
ta, hoc enim caſu ex ſtipulatione pœnali poſtea agenti ob-
14 ſtat exceptio, l. reſcriptum 10. § ſi pacto, ff. de pact. † Si cū
reus ſtipulandi alteri reo ſtipulandi hæres extitiſſet, ſemel
egerit, hoc enim caſu, quamuis duas obligationes habue-
rit, vtraque tamen eſt perempta, l. generaliter 5. in fine, ff.
15 de fideiuſſorib. † Si alia actione antea de eadem re actum
ſit, poſtea denuò de eadem re agenti obſtabit exceptio rei
antea iudicatæ, & in iudicium deductæ, l. de eadem 5. ff. de
except. rei iudic. l. ſingulis. 6. l. ſi quis 7. §. & generaliter, ff.
eod. l. plura debita 52. ff. de actionib. & obligat. l. item par-
te 8. l. ſi mater 11 §. item Iulianus, l. ſi is, qui 25. §. 1. ff. de ex-
cept. rei iudic. exemplo l. qui ſeruum 33. ff. de actio. & obli
16 gar. † Nam de eadem re agere videtur, & qui non eadem
actione agit, qua ab initio agebat. Sed etiam ſi alia expe-
riatur, de eadem re tamen: vtputa ſi quis, mandati actu-
rus, cum aduerſarius ei in iudicio ſiſtendi cauſa promiſiſ-
ſet, propter eandem rem agat negotiorum geſtorum, vel
condicat: de eadem re agit. Rectèque ita definietur, eum
demum de eadem re non agere, qui prorſus rem ipſam
non perſequitur. Cæterum cum quis actione mutata ex-
perirur, dummodo de eadem re experiatur (& ſi diuerſo
genere actionis, quam inſtituit) videtur de eadem re age-
re, d. l. de eadem 5. cum alijs ſupra citatis. Verum ſi cum
prius interdicto de poſſeſſione actum eſſet, nunc in rem
agatur de proprietate, non repelletur per exceptionem:
quoniam in interdicto poſſeſſio, in actione proprietas ver-
titur, l. & an eadem 14. §. fin. ff. de except. rei iudic. Idem di-
cendum, ſi cum prius in rem actum eſſet, poſtea agatur in
perſonam, l. vlt. ff. eod. l. ſi is, qui 25. §. final. in fine, ff. eodem.
Idem dicendum, ſi ex eodem delicto, vel etiam pluribus
delictis in eadem re plures actiones competant. Nam nun
quam actiones pœnales de eadem pecunia concurrentes
alia aliam conſumit, l. nunquam 59. ff. de actio. & obligat.
l. cum ex vno 31 ff. eod. l. nunquam 172. ff de reg. iuris, §. fi-
nal. inſtit. ſi quadrupes pauper fecit. dicat. l. 2. ff. de priuat.
17 delict. l. 1. C. quand. ciuil. act. crim. præiud. † Non ſic erit,
ſi plus ſit in poſteriore actione, quam in priore: nam eius
tantum, quod plus eſt in poſteriore actione, iudex ratio-
nem habebit, l. quoties 40. §. fin. ff. de actio. & obligat. l. qui
18 ſeruum 3. ff. eod. † Sed ſi non ex vno delicto, ſed ex diuer-
ſis delictis, quamuis in eadem re admiſſis actiones compe
tant, hoc enim caſu plura delicta concurrentia nunquam
faciunt, vt vllius impunitas detur, neque enim delictum
19 ob aliud delictum minuit pœnam. † Qui igitur hominem
ſubripuit, & occidit, quia ſubripuit, furti tenetur: quia oc-
cidit, Aquilia tenetur, neque altera harum actionum alte-
ram conſumit. Idem dicendum, ſi rapuit, & occidit. Nam
20 & vi bonorum raptorum, & Aquilia tenebitur. † Item ſi
quis ſubreptum flagello ceciderit, duabus actionibus ten-
tur, furti, & iniuriarum, & ſi fortè hunc eundem occiderit
tribus actionibus tenebitur. Item quæſitum eſt, ſi condi-
ctum fuerit ex cauſa furtiua, an nihilominus ex lege Aqui-
lia agi poſſit? & ſcripſit Pomponius, agi poſſe: quia alte-
rius æſtimationis ſit legis Aquiliæ actio, alterius condictio
ex cauſa furtiua. Namque Aquilia eam æſtimationem cō-
plectitur, quanti eo anno plurimi fuerit, condictio autem
ex cauſa furtiua non egreditur retrorſum iudicij accipien-
di tempus. Item ſi quis ancillam alienam ſubripuit, & fla-
gellauerit, vtraque actione tenebitur. Nam & ſerui corru-
pti agi poterit, & furti. Item ſi quis ſeruum vulnerauit,
quem ſubripuerat æquè duæ actiones locum habebunt,
Aquiliæ, & furti, l. 2. ff. de priuatis delictis. Verum ſi ex de-
lictis ſerui actiones plures competerent, ex vna actione no
xæ deditus, aliæ actiones ceſſant: Nam ſi ſeruus ſit, qui plu
ra delicta admiſit ex quacumque actione noxæ fuerit de-
ditus, perempta eſt altera actio, d. l. nunquam plura 2. §.
21 ſed ſi ſeruus, ff. de priuat. delict. † Sed ſi antea ſine man-
dato, nunc cum mandato agatur, non obſtabit exceptio
rei antea in iudicium deductæ, & iudicatæ, quin poſtea
agi poſſit, l. ſi is, 25 §. final. ff. de except. rei iudic. Nam ſi te
negotijs meis obtuleris, & fundum nomine meo petieris,
deinde ego hanc tuam petitionem ratam non habuero,
ſed mandauero tibi, vt ex integro eundem fundum pete-
res, exceptio rei iudicatæ non obſtabit: alia enim res eſt fa-
22 cta interueniente mandato, d. §. fina. † Idem dicendum, ſi
cauſa, ob quam in priore iudicio reus abſolutus eſt, nunc
ceſſet, exemplo d. §. fin. & exemplo l. ſi à te 9 in princ. ff. de
except. rei iudic. & §. ſi quis fundum, & l. ſi rem 17. l. ſi quis
18. l. ſi is. 25. l. 2. ff. de except. rei iudic. l. qui cum 14. ff. de a-
ctio. & obligat. l. ſi pater 36. ff. de ſolut. l. ſed & ſi 28. §. fina.
ff. de iudic. Nam ſi à te hæreditatem petam, cum nihil poſ-
ſideres, deinde vbi cęperis aliquid poſſidere hæreditatem
petam, ſiue fuerit iudicatum hæreditatem meam eſſe, ſi-
ue aduerſarius, quia nihil poſſidebat, abſolutus eſt, non
nocebit exceptio, d. l. ſi à te 9. in princ. & §. ſi quis fundum.
Item ſi rem meam à te petiero, tu autem ideo fueris abſo-
lutus, quod probaueris ſine dolo malo deſijſſe te poſſide-
re, deinde poſtea cęperis poſſidere, & ego à te petam, non
nocebit mihi exceptio rei iudicatæ, d. l. ſi rem 17. ff. eodem.
Item ſi quis ad exhibendum egerit, deinde abſolutus fue-
rit aduerſarius, quia non poſſidebat, & dominus iterum
agat, nacto eo poſſeſſionem, rei iudicatæ exceptio locum
non habebit, quia alia res eſt, d. l. ſi quis 18. ff. eod. Item ſi
is, qui hæres non erat, hæreditatem petierit, & poſtea hæ-
res factus, eandem hæreditatem petat, exceptione rei iudi-
catæ non ſummouebitur, l. ſi is. 25. in princ. ff. eodem. Item
cum ob id actor in priore iudicio repulſus eſſet, quod ante
tempus ageret: nunc tempore illo finito rurſus agere po-
23 terit, §. appellantur inſtit. de except. † Sed ſi contra eum,
qui hac exceptione vtitur, antea ſit iudicatum, non potuit
ea vti. Euidenter enim iniquiſſimum eſt, proficere rei iudi
catæ exceptionem ei, contra quem iudicatum eſt, l. euiden
ter 16. ff de except. rei iudicat. exemplo l. ſi inter 15. in fine,
l. ſi à te 9. §. ſi quis fundum, ff. eod. l. ſi fundus 16. §. creditor,
ff. de pignor. & hypothec. Niſi actor vi prioris actionis,
quæ per ſententiam nouata eſt, aliquid petat, hoc enim ca-
ſu reo, quamuis condemnato, exceptio rei iudicatæ quaſi
nouationis non denegatur, l. ſancimus 3. §. ſi enim ex iudi-
cati. C. de vſur. rei iudicatæ. Vel niſi cum aliquid ſub pœ-
na deberetur, vnum ex ijs, hoc eſt, vel res, vel pœna petita
ſit, reuſque condemnatus, hoc enim caſu condemnatus
aduerſus petitionem alterius rei, ſcilicet, vel pœnæ exce-
ptione defendetur, l. apud Celſum 4. §. Labeo ait, ff. de do-
li mali except. l. vlt. in fine, ff. de eo, quod certo loco, l. præ-
dia 28 ff. de actio. empti. exemplo l. reſcriptum 10. §. ſi pa-
cto, ff. de pact. Vel niſi cum reus in maiorem ſummam cō-
demnatus eſt, poſtea reliquum petatur, l. 1. C. ſi aduerſ. rē
24 iudicatam. † Si is, qui in priore iudicio reus fuit, poſtea ſit
actor, exceptio rei iudicatæ, & in iudicium contra eum
antea deductæ ab agendo non repelletur cum diſtinctio-
ne, de qua in l. ex ſextante 30. §. Latinus Largus, ff. de exce-
pt. rei iudicat. l. ſi inter me 15. ff. eod. l. Pomponius 40. §. ſed
& is in fine, ff. de procuratorib. Niſi non proprietas iudi-
cata ſit, ſed actione hypothecaria agatur hoc enim caſu,
quamuis reus antea poſſeſſor victus fuerit, tamen ei po-

ſtea

Digitized by Google

ſtea etiam, hypothecaria agenti exceptio rei iudicatæ, non
obſtabit, d. §. Latinus ibi. Cum autem pignoratitia, & e. ni-
ſi fortè antea reus opponens exceptionem rei ſibi ante pi-
gnoratæ, & nihil aliud nouum, & validum adiecerit: ſine
dubio obſtabit exceptio, eandem enim quæſtionem reuo-
cat in iudicium, d. l. 19. quod eſt prohibitum, vt fuit à prin-
cipio firmatum. Sed ſi nihil in ſuo iudicio de iure eius ſta-
tutum eſt, quoniam de iure poſſeſſoris quæſitum non eſt,
ſed de ſola obligatione, vt in d. l. §. Latinus, ibi nihil enim,
&c. & ibi, quoniam de iure poſſeſſoris, &c. ergo è contra ſi
non ſolum de iure petitoris, ſed etiam de iure poſſeſſoris in
priore iudicio pronunciatum eſt, reuſque abſolutus, eidem
poſtea agenti proderit replicatio rei iudicatæ, l. ſi quis rem
25 24. ff. de except. rei iudic. † Exceptio autem hæc rei iudica
tæ, & in iudicium deductæ, alij, quam cõtra quem in prio-
ri iudicio actum eſt, non competit, leg. ſi cum vno 22. ff. de
except. rei iudic. l. ſi quis 7. §. & generaliter. l. & an eadem
14. l. cum de hoc 27. ff. eodem. l. 2. C. quib. res iudic. non no
cet. exemplo l. Stichum 95. §. ſi mandato ibi, & ad hoc; ff.
de ſolutionib. l. ſi is, qui 7. ff. de rei vendic. Verum ſucceſſori
eius, contra quem antea actum eſt, competit, l. inuitus 198.
§. cum quis, ff. de reg. iur. l. inde etiam 3. §. ſi quis, ff. de itin.
actuqu. priuat. l. in hoc iudicium 14. §. ſed is, qui ff. comm.
diuid. l. emptori 28. C. de euictionib. l. ſi à te 9. §. final. ff. de
except. rei iudic. l. ſi mater 11. §. item Iulianus, & §. ſi egero,
ff. eod. Niſi author ex eo, quod dolo deſierit poſſidere con
uentus ſit, hoc enim caſu exceptio ſucceſſori eius, & poſ-
ſeſſori non prodeſt, l. Stichum 95. §. dolo in fine, ff. de ſolu-
tio. Authori eius contra quem antea actum eſt, non compe
tit, & ſi à perſona authoris ad emptorem tranſire ſoleat:
retro autem ad authorem ab emptore reuerti non debet,
d. l. ſi à te 9. §. fin. cum l. ſeq. ff. de except. rei iudicat. Hoc ta-
men non procedit in eo authore, qui dolo malo deſijt poſ-
ſidere, poſſeſſore prius conuento, l. nec vllam 13. §. penult.
ff. de pet. hæred. nec in venditore hæreditatis emptore con
uento, l. 2. C. de pactis. Competit, & patri eius filijfamilias,
cum quo antea actum eſt, l. ſi mater 11. § ſi quis hominem,
ff. de except. rei iudicat. Item & fideiuſſori, vel mandatori
eius, cum quo antea actum eſt, l. ſi cum 21. §. fin. ff. l. de ex-
cept. rei iudicat. §. exceptiones inſtit. de replicat. l. defenſio-
nes 11. C. de exceptio. l. ſtipulatus 15. ff. de fideiuſſor. l. exce
ptiones 7. ff. de except. nec refert, quod actoris culpa reus
principalis fuerit abſolutus, l. Stichum 95. §. penult. ff. de ſo
lutionibus. Sed fideiuſſori non competit, ſi reus principalis
non abſolutus ſit, ſed condemnatus, vel conuentus ſaltem,
l. Vranius 71. ff de fideiuſſorib. l. Græcè 8. §. & poſt litem, l. ſi
mandato 13. §. fina. ff. eod. l. reos 23. l. generaliter 28. C. eod.
l. egiſti 84. ff. de ſolutionib. l. ſi decem 21. ff. eod. l. decem 116.
26 ff. de verbor. obligat. l. ſi quis 27. §. fin. ff. mandat. † Niſi for
tè litis tantum exercendæ gratia fideiuſſor ſit acceptus, d.
§. & poſt litem. Vel niſi condemnatus reus ſententiæ pa-
ruerit, d. l. 2. C. de fideiuſſ. l. ſi indebitam 15. in fin. C. eod. l.
mandata 13. in fine, ff. eod. d. l. 27. §. fin. ff. mand. d. l. 84. in fi-
ne, ff. de ſolutio. d. l. 116. ibi, niſi iudicatum, ff. de verbor. ob-
ligat. Item fideiuſſori non competit, ſi reus principalis ob
perſonalem aliquam exceptionem ſit abſolutus, quæ fide-
27 iuſſori ſuo non datur. † Nam exceptiones, quæ perſonæ
cuiuſque hærent, non tranſeunt ad alios, rei autem cohæ-
rentes ſic, l. exceptiones 7. ff. de except. Mitius competit ei,
cuius fideiuſſor, vel mandator antea conuentus fuit, d. l.
13. in princ. ff. de fideiuſſ. l Stichum 95. §. ſi mandata, ff. de
ſolutio. l. generaliter 28. ibi, vel ipſum reum, C. de fideiuſ-
ſor. l. creditor 60. ff. mandat. litis verò conſorti competit, l.
ſi per imprudentiam 51. §. fin. ff. de euictione, l. 2. in fine, ff.
28 de duob. reis, l. ſi ex toto 8. §. 1. ff. de legat. 1. † Niſi pars tan
tum à priore conſorte ſit petita. tunc enim liberum erit ei
ab altero reliquum petere. Idem erit, & ſi alter partem ſol-
uerit, dict. §. 1. Vel niſi cum ſinguli non in ſolidum, ſed pro
parte tenerentur, vnus ex ijs conuentus ſit, & abſolutus.
hoc enim caſu alteri exceptio non prodeſt, exemplo hære-
dum, de quo in l. ſi cum vno 22. ff. de except. rei iudicatæ.
Vel tandem niſi conſors litis antea abſolutus non ſit, ſed
condemnatus, vel conuentus ſaltem, leg. generaliter 28. §.
idemque in duobus reis, C. de fideiuſſorib. l. ſi decem 21. ff.
de ſolutionib. l. vlt. in princ. ff. ſi cert. pet. l. decem 116. ff. de
29 verb. oblig. † Ei quoque competit, cuius defenſor antea
conuentus fuit, l. ſi mater 11. §. hoc iure. ibi. ex perſona, ff.
de except. rei iudicat. l. ſolutionem 23. ff. de ſolutionib. Niſi
defenſor antea conuentus, condemnatus ſit, l. ſi is, qui 7. ff.
de rei vendic. Vel niſi mortuo iam domino defenſionem
cauſæ quis ſuſceperit, l. de qua re 74. §. cum abſente, ff. de
iudic. Tandem ſi re commodata furto oblata, dominus
rei furem elegerit, hoc enim caſu commodatario conuen-
to, exceptio competit, vel contra furi competit exceptio,
electo commodatario, ſecundum diſtinctionem, § quæ de
Fullone inſtitut. de obligat. quæ ex delicto, l. manifeſtiſſimi
30 22. C. de furt. † Rurſus exceptio hæc rei iudicatæ, & in iu-
dicium deductæ vti regulariter alij, quam contra quem
in priore iudicio actum eſt, non competit, vt fuit ſupra ha
ctenus deductum, ita aduerſus alium, qui priore iudicio
egit, regulariter non conceditur, l. ſæpè 63. in princip. ff. de
re iudic. l. Modeſtinus 10. ff. de exceptio. l. 1. ff. de excep. rei
iudic. l. 1. C. quib. res iudic. non nocet, l. 2. C. eod. l. iuris 3. &
l. vlt. C. eod. l. 2. C. de exceptio. exemplo l. ſi proluſorio 14.
§. quoties, ff. de appellat. l. non idcircò 44. §. fina. ff. de iudic.
Sed ſi cum pluribus eadem actio competeret, vnus ex ijs
agens victus ſit, hoc enim caſu cæteris quoque poſtea agẽ
tibus, exceptio rei iudicatæ obſtabit, l. 2. ff. de duobus reis
conſtit. l. ſi rem 31. §. ſi duo, ibi. ferè autem, ff. de nouatio. l.
& alterutro 6. ff. commodati. Niſi non in ſolidum, ſed pro
parte ſingulis actio competat, hoc enim caſu vno ex plu-
ribus agente, alijs non præiudicatur, exemplo hæredum,
de quo in l. iudicatæ 29. in princ. ff. de except. rei iudic. l. ſæ-
pè conſtitutum 63. in princ. ff. de re iudic. l. 2. C. de excep-
tionib. Sed ſi res, pro qua pronunciatum eſt, diuiſionem
non recipiat, tunc eo ex pluribus de ea agente, etiam cæte-
tis præiudicatur, exemplo libertatis, de quo in l. iudicatæ
29. quod debet intelligi quoad rem ipſam, non tamen quo
ad partem pretij rei petitæ, quod diuiſionem recipit, dict.
l. 29. ibi ita tamen, vt officio iudicis, &c. Si petitor plures hę
redes reliquerit, vnuſque eorum iudicio egerit: non eſt ve-
rum, totam rem, quæ in priore iudicio fuit, deductam eſ-
ſe. Nec enim quiſquam alienam actionem in iudicium, in-
uito cohærede, perducere poteſt, l. ſi petitor 31. ff. de iudic.
Sed ſi antea procurator, tutor, vel curator egerit aduerſus
dominum hæc exceptio dabitur, l. ſi mater 11. §. hoc iure, ff.
de except. rei iudicat. l. rei iudicatæ 4. ff. eod. l. tutor 21. ff. de
adminiſtr. tutor. Hoc enim iure vtimur, vt ex parte acto-
ris in exceptione rei iudicatæ hæ perſonæ contineantur,
quæ rem in iudicium deducunt. Inter hos erunt procura-
tor, cui mandatum eſt, tutor, curator, furioſi, vel pupilli, a-
ctor municipum: ex perſona autem rei etiam defenſor nu
merabitur: quia aduerſus defenſorem agit, qui litem in iu
dicium deducit, d. §. hoc iure. Si poſteriori actori actio pri-
mum competeret, is ſequentem prius agere paſſus ſit, tunc
ei poſtea agenti exceptio obſtabit, cum diſtinctione, de
qua in l. ſæpè 63. ff. de re iudic. vbi latiſſimè Alex. poſt alios
31 Doctores. † Sæpè enim conſtitutum eſt, res inter alios iu-
dicatas alijs non præiudicare, quod tamen quandam di-
ſtinctionem habet. Nam ſententia inter alios dicta, alias
quibuſdam etiam ſcientibus non obeſt: quibuſdam verò,
etiam ſi contra ipſos iudicatum ſit, nihil nocet. Nam ſcien-
tibus, nihil præiudicat, veluti, ſi ex duobus hæredibus debi
toris alter condemnatur. Nam alteri integra defenſio eſt,
etiam ſi cum cohærede ſuo agi ſcierit. Item ſi ex duobus pe
titoribus, alter victus acquieuerit, alterius petitioni non
32 præiudicatur: idque ita reſcriptum eſt. † Sed ſcientibus,
ſententia, quæ inter alios dicta eſt, obeſt: cum quis de ea
re, cuius actio, vel defenſio primum ſibi competit, ſequen-
tem agere patiatur, veluti ſi creditorem experiri debitor
paſſus ſit de proprietate pignoris, aut maritus ſocerum,
vel vxorem de proprietate rei in dotem acceptæ, aut poſ-
ſeſſor venditorem de proprietate rei emptæ. Et hæc ita ex
multis conſtitutionibus intelligenda ſunt. Cur autem his
quidem ſcientia noceat, ſuperioribus non noceat, illa ratio
eſt. quod qui ſcit cohæredem ſuum agere, prohibere eũ,
quominus vti velit propria actione, non poteſt. Is verò qui
priorem dominum defendere cauſam patitur, ideo pro-
pter ſcientiam præſcriptione rei, (quamuis inter alios iudi
catæ) ſummouetur: quia ex voluntate eius de iure, quod
de iure ex perſona agentis habuit, iudicatum eſt: Nam &
ſi libertus meus, me interueniente ſeruus, vel libertus alte-
rius iudicetur, mihi præiudicatur. Diuerſa cauſa eſt, ſi fun-
dum à te Titius petierit, quem ego quoque, ſed non ex
perſona Titij ad me pertinere dico. Nam quamuis contra
Titium, me ſciente, iudicatum ſit: nullum tamen præiudi-

cium

Digitized by Google

cium patior: quia neque ex eo iure, quo Titius victus eſt,
vindico, neque potui Titio interdicere, quominus ſuo iure
vtatur, ſicuti de cohærede ſupra diximus, d.l. ſæpè 63. ff. de
re iudic. & ſic cum diſtinctione. Niſi poſterior actor prio-
rem agere ignorauit, de qua ibi. Ideo propter ſcientiam,
&c. Vel niſi poſterior actor priorem agentem prohibere
non potuit, de qua in d.l. 63. ibi. Cur autem his, &c. & ibi
diuerſa cauſa eſt, &c. De hac re latè diſſeritur apud Dida-
cum pract. quæſt. ca. 13. & 14. pro intelligentia d.l. ſæpè 63.
vbi latiſſimè Alex. Tiraquell. in titul. C. res inter alios acta
Peregr. de fideicommiſſ. artic. 53. num. 31. & ſequentibus.
33 † Sed ſi cum antea author egiſſet, nunc ſucceſſor, vel vni-
uerſalis, vel ſingularis agat. nam & contra eum dabitur
rei iudicatæ, & in iudicium deductæ exceptio, l. exceptio
28. ff. de exceptio. rei iudic. l. ſi à te 9. §. fin. l. ſi mater 11. §. ſi
egero, ff. eod. Niſi ex noua cauſa, quæ prius iudicium ſecu-
ta eſt, agatur, d. §. ſi egero, ibi, ſed de eo opere, &c. & ſupra
paulo poſt principium ver. idem dicendum, ſi ex alia cau-
ſa, &c. Vel niſi cum debitor antea de re, quam pignori de-
dit, egiſſet, poſtea creditor, cui pignori res data eſt, agat, l.
iudicatæ 29. §. fina. ff. de except. rei iudic. l. ſi ſuperatus 3. in
princ. ff. de pignor. & hypothec. l. Præſes, C. eod. l. ab execu
tore 4. §. quæ conſtitutio, ff. de appellatio. Quod quidem
procedit, niſi debitor victus, poſtquam rem petierat, eam
pignori obligauerit, l. ſi mater 11. §. fin. ff. de except. rei iudi-
cat. & id intelligi debet, niſi fortè debitor per iniuriam iu-
dicis victus fuerit, d.l. ſi ſuperatus 3. §. final. ff. de pignor. &
34 hypothec. † Si cum antea ſucceſſor egiſſet, nunc author
eius agat, aduerſus eum datur exceptio rei iudicatæ, l. ſi à
te 9. §. fin. ff. de except. rei iudic. Quod non procedit, ſi cum
author ſciret ſibi actionem competere, ſucceſſorem expe-
riri ſit paſſus per allegata ſuperius ver. ſæpè enim conſti-
tutum, cum diſtinctione, de qua ibi, & in l. ſi parentes 20.
35 in princ. C. de euictio. † Si cum antea hæres ſcriptus ex te-
ſtamento egiſſet, nunc legatarij agant, his enim ſententia
contra hæredem ſcriptum dicta præiudicare videtur, l. Pa
pinianus 8. §. ſi ex cauſa ver. & libertates, ff. de inoffic. teſta
ment. l. ſi ſuperatus 3. in princip. ver. at quin aliud, ff de pi-
gnor. & hypothec. Peregr. de fideicom. art. 53. nume. 49. &
ſeq. alios citat, & plures facit illationes; ſed contradicit, l. r,
36 ff. de except. rei iudic. † In alia autem re, quam de qua in
priori iudicio actum eſt, exceptio rei iudicatæ, & in iudi-
cium deductæ non obeſt, l. cum quæritur 12. cum duabus
legibus ſequen. ff. de except. rei iudicat. l. de eadem re 5. ibi
rectèque ita, ff. eod exemplo l. ſi cum 21. in princ. l. ſi ex 20.
l. ſi in iudicio 23. ff. eod. l. 2 C. de iudic. Niſi antea totum pe
titum eſſet, nunc pars eius petatur: hoc enim caſu nihilo-
minus obſtat exceptio rei iudicatæ, l. ſi quis 7. in princ. ff.
de except. rei iudic. & exemplo d.l. 7. §. proinde, & §. idem
erit, & §. idem ſi quis fundum, & §. aut inſulam, & l. ſi cum
21. §. Stichum, ff. eod. l. ſi vnus 27. §. antepenult. ff. de pact.
Planè exemplum, de quo in d. §. aut inſulam corrigitur in
§. in his ferè ſequenti. Item exemplo d.l. 7. §. idem ſi nauē,
& §. fin. l. Iulianus 3. in fine, ff. eod. §. antepenult. ff. de pact.
item exemplo l. egi tecum 26. §. fin. ff. de except. rei iudic. l.
ſi cum 21. §. ſi fundum, ff. eod. & §. ſi petiero, & l. ex ſextan
te 30. ff. eod. Quæ tamen non obſtabit, ſi pars, quæ petitur
poſt petitionem totius acceſſerit, dict. §. ſi petiero, ibi ſi tunc
adfuit in eo grege, &c. Ergo ſi non adfuit, ſed poſtea acceſ
ſit, exceptio non obſtabit, d. §. & l. non poteſt 23. ff. de iu-
dic. exemplo, l. ſi quis 7. §. ſi ancillam, ff. de except rei iudic.
l. & an 14. § qui cum, ff. eod. l. ſi Titio 33. §. vſumfructum,
ff. de vſufructu, & quemadmodum. Idem dicendum, ſi cū
inſula petita eſſet, poſtea cæmenta, & tigna, vel aliquid a-
37 liud eiuſmodi petatur, d.l. 7. §. in his igitur. † Sed ſi cum
antea pars petita eſſet, nunc totum petatur, exceptio rei
iudicatæ, & in iudicium deductæ tunc obſtabit. Nam ſi
ſingulis rebus petitis hæreditatem petat, vel contra, exce-
ptione ſummouebitur, l. Iulianus 3. in fine, ff. de except. rei
iudic. d.l. ſi quis 7. §. fin. ff. eod. exemplo l. egi tecum 26. in
princ. ff. eod. Niſi, cum antea iter eſſet petitum, nunc actus
petatur: hoc enim caſu, quamuis actus iter in ſe cōtineat,
tamen propoſitæ exceptioni locus non eſt, l. ſi mater 11. §. ſi
quis iter, ff. eod. Vel niſi reus in iudicio partis ſit condem-
natus. hoc etiam caſu poſtea petenti totum, exceptionem
rei iudicatæ non obijciet. exemplo l. ſi ex teſtamento 20. ff.
eod. Huius enim ratio proponitur ſupra ver. ſed ſi contra
38 cum. † Tandem notandum eſt, quod quando per petitio-
nem partis futurum eſt præiudicium petitioni totius, reū
conuentum, antequam ſententia feratur, exceptione, quod
præiudicium rei non fuit, defendi per ea, quæ dicta ſunt
ſupra de ordine cognitionum tit. 37. verſ. cæterum ſi duæ
39 cauſæ, &c. † Si qualitas, vel quantitas rei petitæ alia ſit,
ſubſtantia verò eadem, hoc enim caſu nihilominus exce-
ptio rei iudicatæ obſtabit, l. & an eadem 14. in princip. ff.
de except. rei iudicatæ. Idem enim corpus in hac exceptio-
ne non vtique omni priſtina qualitate, vel quantitate ſer-
uata nulla adiectione, diminutioneve facta, ſed pinguius
pro communi vtilitate accipitur, d.l. 14. §. idem corpus, de
quo dixerat, l. cum quæritur, ff. eod. Ideo ſi petiero gregē,
& vel aucto, vel diminuto numero gregis, iterum eundem
gregem petam, obſtabit mihi exceptio, l. ſi cum 21. §. ſi pe-
40 tiero, ff. eod. † Si cum quid ſub pœna deberetur, alterum
ſit petitum, hoc eſt, vel pœna, vel res ſub pœna promiſſa.
hoc enim caſu alterum petenti, obſtabit exceptio rei iudi-
catæ, l. apud Celſum 4. §. Labeo, ff. de dol. mal. except. l. vlt.
in fine, ff. de eo, quod certo loco l. prædia 28. ff. de actio. em
pti. exemplo, l. reſcriptum 10. §. ſi pacto, ff. de pact. & de
his hactenus. Sed & de alijs ſimilibus nouationibus plura
referuntur in Syntagma comm. opin. loco 4. tit. 7.

S V M M A R I V M.

1 *Executor rei iudicatæ quisnam ſit.*
2 *Romæ ſententiæ dictæ in prouincijs exequi poſſunt, & è contra.*
3 *Res iudicata ab executore exequenda ſine cauſa cognitione, limitatur.*
4 *Nullitas coram executore propoſita referenda eſt ad iudicem, qui ſententiam tulit.*
5 *Reſtitutio in integrum petita, an impediat executionem.*
6 *Delegatus ſuam exequitur, vel ordinario exequendam mandat ſententiam.*
7 *Iudici Ordinario lex executionem mandat.*
8 *Sententiam arbitri exequitur iudex competens cauſæ.*
9 *Iudex non poteſt dare executorem illum, quem victrix pars petit.*
10 *Executio poſt non ante rem iudicatam facienda.*
11 *Pignora ſine ſententia capta, & distracta reuocantur.*
12 *Executio rei iudicatæ non eſt differenda.*
13 *Tempus ad ſoluendum datur condemnato.*
14 *Executio ſine ſententia, in quibus caſibus detur.*
15 *Executio iniuſta non vi, ſed precibus eſt differenda.*
16 *Executio fit pluribus modis.*
17 *Modus omiſſus non vitiat executionem, ordo ſic.*
18 *Modus in distractione pignorum ſeruandus.*
19 *Executio non fit in rebus ad culturam agrorum pertinentibus.*
20 *Immobilia quando pro executione capienda.*
21 *Immobilia magni valoris, quando pro executione capienda.*
22 *Controuerſia rei in executione captæ ad quem iudicem pertineat.*
23 *Res alij pignorata capta diſtrahi poteſt.*
24 *Pecunia in executione capi poteſt.*
25 *Nomina debitorum in executione capi poſſunt.*
26 *Stipendia, commoda, & coronæ in executione capi non poſſunt.*
27 *Executione facta, ceſſat cognitio executorum.*
28 *Diſtractio pignorum præſente pecunia facienda.*
29 *Executores negligentes puniuntur.*
30 *Executio fit per capturam perſonæ.*
31 *Ordo non ſeruatus vitiat executionem.*

De executione rei iudicatæ. Tit. 51.

1 EXecutorem † rei iudicatæ eum ſolum eſſe manife-
ſtum eſt, qui poſt ſententiam inter partes audita om
ni, & diſcuſſa lite prolatam, rei iudicatæ vigorem ad
effectum perducit, l. executorem 8. C. de execut. rei iudic.
Executio autem ita demum fieri debet, ſi & ſententia di-
cta ſit, & ab eo non ſit appellatum, vel appellatio ſit deſer
ta, vt ſententia tranſierit in rem iudicatam, de qua re di-
ctum eſt ſupra de re iudicata tit. 48. l. ſi contra 8. C. de ap-
pellatio. Exequendi verò ius ijs competit magiſtratibus,
qui iudices, à quibus ſententia exequenda dicta eſt, dede-
2 runt, l. à Diuo Pio 15. in princ. ff. de re iudic. † Sed & ſentē-
tiam

Digitized by Google

tiam Romæ dictam etiam in Prouincijs poſſe per Præſi-
des, ſi hoc iuſſi fuerint, ad finem perduci; reſcriptum eſt,
quemadmodum, & contra ſententiam in Prouincijs dictā
Romæ exequi licet, d.l.15.§.1.l.argentarium 45.§.final.ff.
de iudic. Hoc priuilegium adhuc retinet Catholica Ro-
ma, exequuntur enim in Vrbe, cauſa cognita, ſententiæ la-
tæ in partibus, & Imperator, Reges, & omnes Principes
Catholici iuſſi dant executionem literis Apoſtolicis, ac ſen-
tentijs latis in Curia Romana. In illis enim præcipitur om
nibus, vt Apoſtolicas literas, & ſententiam requiſiti, exe-
quantur, & exequi permittant ſub pœna excommunica-
tionis, quam iuxta diſpoſitionem Bullæ latæ in Cœna Do-
mini incurrunt inobedientes, vel impedientes, vt in ea di-
ſponitur. Imò quod mihi mirabile videtur, audiui à D.
Alexandro Paſtoich nobili Macedone, quod in Prouincijs
Imperatori Turcharum ſubiectis exequuntur literæ po-
ſtolicæ pro Epiſcopis illarum partium in Romana Curia
expeditæ: & mecum conquerebatur de negligentia illorū
Epiſcoporum, qui ad ſua munera illuc explenda non acce-
3 debant, cum ſine timore poſſent accedere. † Res iudicata
ad mandatum iudicis, ad quem ſpectat, exequenda eſt, l.8.
C.de appellatio. Nec refert, quod ei videatur iniuſta, c.pa-
ſtoralis 28.§.quia verò.de offic.delegati: quia executor nō
cognoſcit de negotio principali, niſi executor maior ſit iu-
dice, qui ſententiam tulit, hic enim de cauſa denuo cogno-
ſcere poteſt, & omnes exceptiones, quæ aduerſus ſenten-
tiam obijci poſſunt admittere. Villalob.E.136. Vel niſi iu-
dex Eccleſiaſticus laico iudici ſententiam exequendam
mandauerit: hoc enim caſu laicus denuò poteſt cognoſce-
re, an rectè ſit iudicatum cum diſtinctione, de qua apud
Clarum in §.fin.q.96.ver.quæro etiam 7. Villalo.I.110.cum
4 addit.& num.ſequen. † Si coram executore ſententia nul-
la dicatur, quæſtio ad iudicem, qui ſententiam protulit,
deferenda eſt, ca.de cætero 5.de re iudicat. Villalob. E.115.
Viuius opin.incip.nullitas, num. 3.Gabr.libro 2.de except.
5 concluſ.4. † Sed ſi exceptio reſtitutionis in integrum obij-
ciatur, an executio ſit inhibenda, latè agit Villalob.E.116.
in addit.& num.139.cum addit.Gabr.lib.2.de appell.con-
cluſ.1.num.7.& de execut.rei iudic.concluſ.1.num.17. Et
quod ſit inhibenda, ſi reſtitutio ante petitam executionem
fuerit petita, dicit text.in l.1.C.in integr. reſtit.poſſ. & Do-
ctor.allegati per nos in glo.ſtat.Vrb.lib.1.c.8.ver.benè ve-
6 rum eſt. † Delegatus verò iudex, vel Ordinario exequen-
dam ſententiam ſuam mandare poteſt, d.§.quia verò, &
d.c.de cætero. Vel ipſe eam poteſt exequi, ca. ſignificaſti 7.
7 de offic.delegati. Viu.opin.incip.Iudex in ſententia. † Pla-
nè iudici Ordinario à lege executio mandatur, cap. ſi quis
8 contra 4.§.fin.de for.competen. † Ab arbitro autem com-
promiſſario dictam ſententiam exequitur is, qui iudex cō
petens eius litis fuiſſet, d.l.15.in princ.l.cum ante 5. in prin
9 cip.ibi, quatenus poſſit, C.de recept. arbitr. † Eum tamen
executorem, quem victrix pars nominatim petierit, iudex
non dabit, alioquin cum ſuo officio mulctatur, fitque infa
10 mis, leg.ne quis 8.C.de officio Rector. Prouinc. † Sed non
ante rem iudicatam, ſed poſt eam executio eſt facienda, vt
colligitur ex allegatis in princ.& probatur in l.1.C. de exe-
cut.rei iudic. Nimis enim properè iudex pignora Marcel-
læ capi, ac diſtrahi iuſſit ante rem iudicatam. Prius eſt er-
go, vt ſeruato ordine, actionem aduerſus eam dirigas, &
11 cauſa cognita ſententiam accipias. dict. l.1. † Nam ſi cum
nulla ſententia præceſſiſſet, capta ſunt, & diſtracta pigno-
ra, poſſunt reuocari, l.ſi cum 58.ff.de re iudic. c.ſignifican-
te 69.de appellationib. Turza.opin.70.nume.1. Villalob.I.
12 98. † Poſt verò ſententiam dictam, quæ in rem tranſiuit
13 iudicatam, executio non eſt differenda.2.q.1.c.ſicut. † Dan
tur tamen condemnato quatuor menſes ad ſoluendum, l.
2.C.de vſuris rei iudic. vt & ſupra tit.49.dictum eſt. Quod
tempus à iudice arctari, & prorogari poteſt, cauſa cogni-
ta, l.2.ff.de re iudic.c.quod ad conſultationem 15.eod.titu.
ver.ſed nec executione, prout & in d.titul.49. adnotatum
14 fuit. † Sed ſi ſtatuto cautum ſit, vt inſtrumenta, & chyro-
grapha executioni mandentur: hoc enim caſu non expe-
ctatur ſententia. Viui.opin.incip. Statutum diſponēs, quod
inſtrumenta. Minus expectatur in excommunicato abſol-
uendo, c.cum contingat 36.ff.de offic. deleg.cap. ſolet 2 de
ſent.excommun.in 6.c.ex parte 23.de verb.ſignificat. Nec
in reintegrando ſpoliato de ſua poſſeſſione. hic enim ante
cognitionem eſt reſtituendus.2.q.2.in princ. cum cap.ſeq.
c.omnes, c.nullus, c.in ſcripturis, c.nullus, & c.vlt.3.q.1.ca.
1.c.Epiſcopi cum ſeq.vſque ad c.nulli, & ca.vlt.§.patet er-
go, & 3.q.2.c.cum Eccleſia, c.oportet, c.audiuimus, c.prius
item 5.q.2.c.vlt.33.q.2. c.hiſtoria cum pluribus ſequent.c.
cum dilectus 2.& c.vlt.in fine de ordin.cognit.ca.1 §.illud
15 autem de reſtitut.ſpol.in 6. † Si quis autem executionem
iniuſtam putauerit, non vi tentare debet, an ea poſſit differ-
ri, ſed precibus, donec ſuperior magiſtratus conſulatur, c.
ſi quando 8.& c.paſtoralis 28.§.quia verò ſæpè in fine, de
16 offic.delegati. † Porrò executio non fit vno modo: nam &
pignoribus captis, ijſque diſtractis condemnatus coerce-
tur, & manu militari res illi aufertur, l.debitoribus 31.§.fi-
nal.ff.de re iudic.l.2. & vlt. C.de execut.rei iudic.l. qui re-
ſtit.68.ff.de rei vendicat. Gabr.libr.2.de execut.concluſ.2.
17 † Sed modus omiſſus non vitiat executionem ſecundum
18 Villalob.E.197. † In diſtractione autem pignorum capto-
rum facienda primo quidem res mobiles, & animales ca-
pi pignori lex iubet, mox diſtrahi: quarum pretium, ſi ſuf
fecerit, benè eſt, ſi non ſuffecerit, etiam ſoli pignora capi
poſſunt, atque diſtrahi, l.à Diuo Pio 15 §.in venditione. ff.
19 de re iudic. † Verum, quæ ad culturam agrorum pertinēt,
pignori non ſunt capienda in executione, quod non proce
dit in debito fiſcali, nec quando alia non adſint bona, &
ideo capiuntur, vt ſub haſta vendantur, vel in ſolutum dē-
tur, vt legitur apud Viuium opin.incip Executio, quod mi
hi non placet. Nam executores ad exigendum debita dati
ex conſtitutione Conſtantini non poſſunt abſtrahere ſer-
uos, boues aratorios, nec ruſticalia inſtrumenta, inter quæ
connumeratur frumentum, & alia ſemina parata ad ſemi-
nandum, vt deduximus in glo.ſtatut.Vrb.lib.3.c.41. de at-
20 te Bobatteriorum, † ſi nulla mouentia ſint à pignoribus
ſoli initium faciendum: quod ſi, nec quæ ſoli ſunt, ſuffici-
ant, vel nulla ſint pignora ſoli: tunc peruenietur ad iura,
& nomina ipſius debitoris, ſi modo confeſſa ſunt, nec con-
trouerſa, d.§. venditione, & §. ſic quoque ver. ſed vtrum,
21 &c. vt retulimus in glo.ſtatut.Vrb.lib.1.c.195. † Sed pro
modico debito non ſunt capienda immobilia magni valo-
ris, glo.in d.§.in venditione, Bart.num.4.& 5. Alex.num.4.
Iaſ.num.10.niſi fortè nulla alia adſit res, niſi illa magni va-
loris, ſuper qua executio fieri poſſit, vt concludunt citati
Doctor.per tex.in l.quamdiu 6.vbi gloſ.in verb.amittit.C.
de diſtr.pign. quod comprobauit Rota in Romana nulli-
tatis ſubhaſtationis die 27. Iunij 1616. coram Pirouano.
22 † Planè ſi rerum, quæ pignoris iure captæ ſint, controuer-
ſia fiat: conſtitutum eſt, ipſos, qui rem iudicatam exequū-
tur, cognoſcere debere de proprietate, & ſi cognouerint
eius fuiſſe, qui condemnatus eſt, rem iudicatam exequen-
tur, d.l.à Diuo Pio 15.§.ſi rerum, ff.de re iudicat. Sed ſcien-
dum eſt, ſummatim eos cognoſcere debere, nec ſentētiam
eorum poſſe debitori præiudicare, ſi fortè hi dimittēdam
eam rem putauerint, quaſi eius ſit, qui controuerſiam mo
uit, non eius, cuius nomine capta eſt, nec eum, cui reſtituta
eſt, ſtatim habere per ſententiam debere, ſi fortè iure ordi-
nario cęperit ab eo res peti: Sic eueniet, vt omnibus inte-
gris tantum capioni res iudicata proficiat, d.l.15.§. ſed ſciē
dum. Sed & illud debet dici, vbi controuerſia eſt de pigno-
re, id dimitti debere, & capi aliud ſi quid eſt ſine contro-
23 uerſia, d.l.15.§. ſed et illud. † Et ſi autem res alij quoque
pignorata ſit, in iudicati executionem diſtrahi poteſt, ſi
emptor exiſtat, qui dimiſſo priore creditore, ſuperfluum
ſoluere paratus ſit, quod in cauſam iudicati controuerta-
tur, dict.l.15.§.quod ſi res, l.ex ſextante 30.§.Latinus, ff. de
except.rei iudic.l.duobus 19.vbi gloſ.in verb.obſtaret. Dy-
nus, & cæteri Doct.ff.eod. Neguſ.de pignor.par.5.mem.4.
num.10. Bald.in l.peremptorias, nume.9.& 19. C.ſent. re-
ſcind.non poſſe, & in l.ſi traditio, num.3.C.de act.empt.&
ita ex alleg. huc ad me tranſmiſſis cenſuit Illuſtriſſimus D.
Ioannes Cardinalis Bonſius omni virtutum genere cumu-
latiſſimus, vir probus, & pius. Nec videtur deterior condi-
tio creditoris fieri ſuum conſecututi, nec prius ius pigno-
ris dimiſſum, quam ſi ei fuerit ſatisfactum, d.l.15.§. nec vi-
24 detur. Conferunt huc allegata infra tit.56. num.43. † Sed
& ſi pecunia penes argentarios ſit, æquè capi ſolet. Hoc
amplius, & ſi ſit penes alium, deſtinata tamen ei, qui
condemnatus eſt: ſolet pignoris iure capi, & conuerti in
cauſam iudicati, d.l.15.§.ſed & ſi pecunia. Idem dicēdum
de pecunia nomine condemnati depoſitata, vel in arca re-
cluſa, d.l.15.§.fin. Hoc amplius, & ſi pupillaris pecunia in
arca

Digitized by Google

area repoſita ſit ad prædiorum comparationem etiam ci-
tra permiſſum Prætoris ab eo, qui exequitur iudicatum,
25 ſolet capi, & in cauſam iudicati conuerti, d. § fin. † Nomi-
ne autem debitoris pignori capto, poſſunt iudices conueni-
re nomen, & exigere id, quod debetur, in quae cauſam iudi-
cati conuertere, aut vendere, vt eum ex illis facilius ad rem
exequendam eis videbitur, d. l. 15. §. in venditione, & §. ſic
26 quoque iudices, l. etiam 5. C. de execut. rei iudic. † Planè
ſtipendia condemnati pignoris iure retinenda non ſunt, ſi
rem iudicatam alijs rationibus iudex exequi poſſit, l. ſtipen-
dia, C. de execut. rei iudic. Idem dicendum de commodis
præmiorum, quæ propter cursus ſacras præſtantur. Secus
ſi alia non ſint, quæ pignori capi poſſint: nunc enim ea in
cauſam iudicati capi non prohibentur, l. commodis 40 ff.
de re indic. aliaque huc pertinentia, dicentur infra in loco
27 pignorum diſtrahendorũ. † Nunc ad reliqua executionis
iura tranſeundum. Et quidem executione facta, cognitio
executoris ceſſat, nec ſi poſt addictum pignus aliqua con-
trouerſia emptori moueat, executoris non eſt; quinimò
licet emptor non ſoluat pretium pignoris ſibi diſtracti, e-
xecutor ſe interponere non debet, maximè cū nec habeat
actionem is aduerſus eum, cui iudicatũ fieri deſideratur,
nec iniuria afficiatur, d. l. à Diuo Pio 15. §. ſi poſt addictum,
28 & § ſed ſi emptor, ff. de re iudic. † Oportet enim res cap-
tas pignori, & diſtractas, præſente pecunia diſtrahi, non
ſic, vt poſt tempus pecunia ſoluatur, d. l. 15. §. oportet. Cer-
tè ſi executori ſe interponat, hactenus debebit interuenı-
re, vt ipſam rem additam capiat, atque diſtrahat quaſi
nondum vinculo pignoris liberatam, d. §. oportet, & §. certè,
29 &c. † Poſtremò executores, ſi fuerint negligentes, vel in
officio ſuo deliquerint, poſſunt ab officio remoueri, & ſi
res exegerint, mulctari, vt ex ſportulis poena afficiantur, l. 2. C. de
ſportulis, & ſumpt. litis, hæc de executione rei iudicatæ,
30 † quæ quidem deficientibus omnibus fit per capturam
31 perſonæ, vt dixi in gl. ſtat. Vrb. lib. 1. c. 195. † Et ſi perue-
titur ordo prædictus, executio non ſubſiſtit, & eſt annullan-
da. Imola, Alex. & alij in d. §. in venditione ſub. n. c. quod
ad conſultationem, in col. 9. de re iudicat. Aufrer. deciſ. 368. &
nos in glo. prædicta.

S V M M A R I V M.

1 *Expenſas litis victus victori reſtituere debet.*
2 *Expenſa litis tranſactione finita non debentur.*
3 *Appellans victor in expenſis non condemnato poteſt condemna-
ri à iudice appellationis.*
4 *Expenſæ ab aliquibus non debentur ex priuilegio.*
5 *Expenſæ debentur non ſolum à præſente, ſed & ab abſente cita-
to contumace condemnato, limitatur.*
6 *Expenſæ factæ ante exceptionem oppoſitam debentur.*
7 *Victus habens conſilium Doctoris pro ſe excuſatur ab expenſis.*
8 *Victus habens vnicum teſtem, excuſatur ab expenſis.*
9 *Victus qui habuit iuſtam litigandi cauſam, excuſatur ab expen-
ſis, limitatur.*
10 *Expenſæ ex pacto peti poſſunt, & debentur.*
11 *Salarium aduocati computatur in expenſis, limitatur.*
12 *Expenſarum litis quantitas eſt in æſtimatione iudicis.*
13 *Expenſæ iuramento partis taxantur per iudicem, & quo-
modo.*
14 *Victori ex definitiua, vel interlocutoria expenſæ debentur.*

De ſumptibus, & expenſis litis præſtandis. Tit. 52.

1 DE ſumptibus, † & expenſis litis nunc agendũ. Nam
eum, quem temerè aduerſarium in iudicium vocaſ-
ſe conſtiterit, viatica, litiſq; ſumptus aduerſario ſuo
reddere oportebit, l. eum quem 79. ff. de iudic. l. non igno-
ret 4. C. de fruct. & lit. expenſ. de quibus plura referuntur
in Syntag. comm. opin. loco 11. tit. 15. per tot. & generaliter
ſi alter litigatorum temerè, & iniuſtè litigauerit, & victus
fuerit, Victori expenſas litis præſtare tenetur, §. hæc autem
omnia inſt. de poena temerè litigan. l. properandum 11. §.
ſiue autem alterutra, C. de iudic. c. vt debitus 59. §. cum au-
tem ver. & ſi minus de appell. cap. calumniam 4. de poenis
Torza. opin. 161. nu. 1. & nos in glo. ſtatut. Vrb. lib. 1. c. 196.
2 † Si tamen lis ſententia, vel trãſactione ſit finita, nulla ſum-
ptuum habita mentione, ad ſumptus litis perſequendos
actio denegatur, cum ſatis abſurdum ſit, litem alterã con-
ſurgere ex litis primæ materia, l. terminato 3. C. de fruct. &
3 lit. expenſ. † Planè ſi victus appellauerit victorem quoque,
quod nulla ſumptuum ratio à iudice priore habita ſit, a-
pud iudicem appellationis conqueri poteſt, quod aduer-
ſarius ſine ſumptibus litis fuit condemnatus, l. vlt. C. quãd.
prouoc. non eſt neceſſ. & iniuſtè appellans ſumptus aduer-
ſario in quadruplum reſtituere tenetur. 2. q. 6. ca. omnino.
4 † Sed & quidam per leges, ac conſtitutiones priuilegia ha-
bent tam ſuper ſportulis pro conuentionibus vſque ad cer-
tam quantitatem præbendis, quam ſuper expenſis litium
vel minuendis, vel penitus non cognoſcendis, quibus priui-
legijs muniti à ſumptibus litis præſtandis ſunt immunes, l.
vlt. in princ. C. de fruct. & lit. expenſ. Sed & iiſdem priuile-
gijs aduerſarij quoque illorum aduerſus eos vti non prohi-
bentur. Quoniam quod quiſque iuris aduerſus alterũ im-
petrauit, eodem vt alius aduerſus ſe vtatur pati debet, d. l.
vlt. l. in ſacris ſcrinijs 12. §. quoniam, C. de proxim. ſac. ſcrin.
5 † Non autem is ſolum, quem temerè aduerſarium in ius
vocaſſe conſtiterit, ad litis ſumptus præſtandos tenetur, ſed
& is quoque, qui abſens citatus non comparuerit, poſtea-
que veniat cauſam ſuam acturus, hic enim non aliter eſt
audiendus, quam ſumptus litis aduerſario reſtituerit, l. non
ignoret 4. C. de fruct. & lit. expenſ. ca. reprehenſibilis 26. §.
ſin autem in fine, de appellat. c. cum dilecti 6. de dol. & con-
tum. Niſi fortè ex iuſta, vel rationabili cauſa abfuerit, cap.
6 querelam 2. de procur. † Si reus exceptionem excommu-
nicationis, quam in qualibet litis parte opponere poteſt,
non ab initio, ſed poſt multos labores, & ſumptus ab acto-
re factos oppoſuerit, in expenſas condemnatur, ca. excep-
7 tionem 12. ver. qui ſi eam de exceptionib. † Si victus pro ſe
doctiſſimi viri conſilium habeat excuſatur ab expenſis. Vil
8 lalob. C. 168. † vel ſi habuerit vnicum teſtem omni excep-
9 tione maiorem. Viu. opinio. incip. teſtis. † Vel ſi habuerit
probabilem litigandi cauſam. Turza. opin. 101. Niſi ſtatu-
to cautum ſit, vt victus victori in expenſas condemnetur,
10 per ea, quæ deduximus in glo. ſtat. Vrb. lib. 1. c. 196. † Etiam
ex pacto, ſeu ſtipulatione expenſarum præſtandarum ſi
non fiat, quod promiſſum eſt, expenſæ peti poſſunt, ſecun-
dum diſtinctionem Turza d. opin. 101. nu. 4. ver. an conuen
11 tio. † In expenſas computatur etiam id, quod victor aduo
cato præſtare debet, vel præſtitit, niſi aduocatus propriam
cauſam egerit. Villalo. A. 60. item S 7. & Fichard. in addit.
ad Villalob. A. 66. Viu. opin. incip. Aduocati Soarez A. 103.
cum ſeq. & nos in d. glo. ver. an autem procurator. & aduo
catus. Sed cum diſtinctione, de qua ibi. Vel niſi aduocatus
victori gratis ſit patrocinatus. Villalob. S. 6. Soarez A. 109.
12 † Cum autem de quantitate expenſarum litis conteſtatio
eſt, iudicis æſtimatio eſt, quãtum expenſarum nomine ad-
uerſario ſit ſoluendum, l. 4. in fin. C. de fructib. & lit. expenſ. l.
13 ſancimus 13. C. de iudic. † Sed & poteſt iudex earum no-
mine aduerſario iuſiurandum deferre, vt in quantum is
iurauerit, in tantum, qui ad expenſas tenetur, earum nomi-
ne condemnet, l. properandum 11. § ſiue autem alterutra,
C. de iudic. Nouella c. 53. §. 1. & Nouella c. 82. §. vt autem.
Sed iuramentum hoc ſequitur iudicis taxationem, non au-
tem eam præcedit, auth. poſt iuſiurandum. C. de iudic. cũ
14 alijs citatis per nos in d. glo. ver. ſed vigore ſtatuti † Tandẽ
obſeruandum eſt quoad expenſas debendas victori, non
referre, an definitiua, vel interlocutoria vicerit, ca. finem 5.
& ibi gl. de dol. & contum. Minſyng. cent. 1. obſeru. 23.

S V M M A R I V M.

1 *Sportulæ quanta iudicibus, & eorum miniſtris debeantur.*
2 *Sportulæ, à quibus non debeantur.*
3 *Taxatio expenſarum pro literis Cancellariæ, vnde ſumitur.*
4 *Clerici iudicantes nihil pro ſententijs accipere debent.*

De ſportulis iudicum. Tit. 53.

1 SVpereſt † videre de ſportulis iudicum, & horum mini-
ſtrorum, quod ſcilicet quantumque ipſis iudicibus, eo-
rumque miniſtris à litigatoribus ſit præſtandum; de
quibus nonnulla diximus in gl. ſtat. Vrb. li. 1. c. 44. Illud au-
tem, quod præſtãdũ eſt definitum hoc modo, vt in vnaqua-
que cauſa, quæ apud pedaneos iudices vertitur, quaternos
aureos

Digitized by Google

aureos ab vtraque patte accipiant, binos quidem ſub cō-
teſtanone litis, binos item alteros ſub finem controuerſiæ,
quibus iubentur eſſe contenti, & quidem ſi cauſa centum
aureorum quantitatem excedat §. ne autem circa hoc No
uella c. 82. de iudicib. & vi nullatenus, quod ſi non exceſ-
ſerit illam quantitatem, nihil à litigatoribus accipere inbē
tur d. §. ne autem. Sed & nihil, vel minus à perſonis priui-
2 legiatis. † Priuilegiatæ autē perſonæ ſunt, in ſacris ſcrinijs
militantes leg. in ſacris 12. §. modum vſque ad finem l. C.
de proximis ſacr. Scrin. Agentes in rebus, horumue paten-
tes, liberi, vel vxores, ſiue agant, ſiue conueniantur l. 2. C.
de præpoſit. agent. in reb. Principes agentium eius vxor,
vel liberi, ſiue agant, ſiue conueniatur l. multis & C. de prin
cipib. agent. in reb. Caſtrenſiarij, vel miniſteriani, horumue
parentes liberi, vel vxores leg. ante omnia quarta §. primo
C. de Caſtrenſiarijs, & miniſter. Item Scholares, ho-
rumque omnium vxores, liberi, & parentes, ſiue agant,
ſiue conueniāint leg. quoties 3. C. de priuileg. Scholarium.
Quid autem ab iſtis priuilegiatis ſportulatū nomine pre-
3 ſtandum ſit, à legibus allegatis ſpecialiter definitur. † Taxa
tio autem expenſarum pro literis cancellariæ Apoſtolicæ
dandarum habetur in extrauagan. Ioan. 22. 1. de ſentent.
4 excommunicat. † Sed Clerici iudicantes, nihil pro ſuis ſen-
tentijs accipere debent cap. cum ab omni 10. de vit. & ho-
neſta. Cleric. & iudicati nihil ſoluere tenentur, vt alibi di-
ctum eſt, ab iſtis legibus, & canonibus, quam ſit receſſum,
docet contrarius vſus hodiernus, tum laicorum, tum Cleri
corum, & Cicero lib. 1. de legib. poſt multa inquit, ergo itē
iuſtitia nihil expetit præmij, nihil precij, & paulo poſt in-
quit, id enim iniuſtiſſimum ipſum eſt, iuſtitiæ mercedem
quærere, vt ſit ſecundum eum, ſine aliqua mercede, præ-
mio, vel precio miniſtranda.

S V M M A R I V M.

1 *Miſſio in poſſeſſionem bonorum debitoris, eſt ſpecies execu-tionis.*
2 *Miſſio in poſſeſſionem bonorum debitoris ex quibus cauſis fieri ſoleat.*
3 *Miſſio fit, ſi reus conuentus poteſtatem ſui non facit, vel non defendatur.*
4 *Poteſtatem ſui non facere quis dicatur.*
5 *Defendi quis non videatur.*
6 *Pupillus præſens ſine tutore habetur pro abſente, & indefenſo, & fit miſſio rei ſeruandæ cauſa.*
7 *Minor ſine curatore præſens habetur pro abſente, & indefenſo, & fit miſſio rei ſeruandæ cauſa.*
8 *Pupillum, & minorem non habere tutorem, & curatorem qualiter conſtare debeat, vt fiat miſſio.*
9 *Defenſio capta facit ceſſare poſſeſſionem miſſi.*
10 *Furioſus, & prodigus eſt loco abſentis.*
11 *Miſſio in bona debitoris fit ipſo decedente ſine hærede.*
12 *Curator vnus ex creditoribus quandoque conſtituitur.*
13 *Hæredibus non adeuntibus, vel deliberantibus interim Curator bonis debitoris defuncti datur creditor.*
14 *Hæres conditionalis quando cogendus conditioni parere.*
15 *Hærede ſuſpecto creditoribus defuncti quid agendum.*
16 *Debitore ab hoſtibus capto, creditores in eius bona mittendi.*
17 *Defenſio capta facit ceſſare poſſeſſionem.*
18 *Defenſio qualiter rectè fieri dicatur, vt miſſio in bona debitoris ceſſet.*
19 *Defenſio vſque ad finem debet durare, vt ceſſet miſſio in bona debitoris.*
20 *Defenſores idonei, qui ſint, vel non ſint.*
21 *Creditor cedit poſſeſſionem, cum debitor ſe defendit.*
22 *Reuerſo debitori ac litem ſuſcipienti poſſeſſio redditur.*
23 *Defenſionem ſuſcipiens reficit expenſas antea factas.*
24 *Contumax condemnatus, facta executione, reuerſus defenſionē ſuſcipere volens, an audiatur.*
25 *Abſens, ſublata cauſa, reuerſus defenſionem ſuſcipere volens intra annum poſſeſſionem recipit.*
26 *Miſſio ſi agatur de beneficio Eccleſiaſtico locum non habet.*
27 *Miſſio in bona debitoris à quo iudice facienda, & qualiter.*
28 *Miſſio in bona omnia petita in parte petita non aliter facienda.*
29 *Miſſio in actione perſonali qualiter facienda.*
30 *Miſſio in fructus præbendæ Clerici debitoris fit.*
31 *Miſſus poſt annum fit verus poſſeſſor ſine præiudicio proprietarij limitatur.*
32 *Miſſio vni ex creditoribus in bona debitoris conceſſa prodeſt omnibus alijs, limitatur, & declaratur.*
33 *Miſſio conceditur etiam creditoribus conditionalibus.*
34 *Miſſio in quæ, & quanta bona ſit creditoribus danda.*
35 *Miſſio creditori prohibito ingredi, datur actio in factum.*
36 *Miſſus creditor dominium non habet, bona ſibi addici non poſſunt. Sed ſolum vendendi facultatem acquirit.*
37 *Creditor ex bonis debitoris, nec debitor alij debet, facta miſſione limitatur.*
38 *Creditor fructus vendere, & locare bona poſt miſſionem poteſt.*
39 *Creditoribus pluribus miſſis, quis debeat vendere, vel locare.*
40 *Creditor miſſus, qui nec vendidit, nec locauit, actione in factū in id tenetur.*
41 *Creditoribus pluribus miſſis, vni datur adminiſtratio, & cura ne rationes corrumpantur, & officium eius quale ſit.*
42 *Miſſus ad quæ teneatur, & de quibus.*
43 *Curator bonis diſtrahendis datus ad quid teneatur.*
44 *Creditor miſſus in bona debitoris, an teneatur de deterioratione ſequuta poſt miſſionem.*
45 *Curator bonorum tenetur, vt creditor miſſus de deterioratione.*
46 *Miſſus ob nimiam contumaciam poſſeſſoris hæreditatis, lucratur fructus.*
47 *Debitori, & hæredi de dolo actio datur contra creditorem in ſua bona miſſum.*
48 *Creditori miſſo datur actio de impenſis factis.*

De miſſione in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa. Tit. 54.

1 EXecutionis † ſpeciem habet miſſio in poſſeſſionem bo
norum debitoris, quæ fit rei ſeruandæ cauſa, & quæ
iſtam miſſionem ſequi ſolent; ſcilicet datio Curatoris
illis bonis, bonorum venditio, & ſimilia, de quibus nunc
ordine eſt dicendum. Et primum quidem de ipſa immiſ-
2 ſione in poſſeſſionem. † Tres autem ferè cauſæ ſunt, ex
quibus in poſſeſſionem mitti ſolet, rei ſcilicet ſeruandæ
cauſa legatorum ſeruandorum gratia, & ventris nomine
leg. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Damni enim infecti no
mine, ſi non caueatur, non vniuerſorum nomine fit immiſ
ſio, ſed rei tantum, de qua damnum timetur d. l. 1. §. dam-
ni enim. Ex his tribus ſpeciebus, de prima tantum in hoc
3 titu. dicetur, de alijs aliàs ſuo loco, Deo concedente. † Si
itaque reus conuentus poteſtatem ſui non faciat, nec de-
fendatur, in bona eius fit miſſio leg. 2. in princip. ff. quib. ex
cauſ. in poſſeſſ. eatur leg. 2. §. fina. C. vbi in rem actio exerc.
cap. tuæ fraternitati 3. vt lite non conteſt. capit. 5. §. quod ſi
ſuper vt lit. non conteſta. Nam ita Prætor ait: in bona eius,
qui iudicio ſiſtendi cauſa fideiuſſorem dedit, ſi neque po-
teſtatem ſui faciet, neque defenditur, iri iubebo d. leg. 2. in
4 princip. & d. §. fina. † Poteſtatem verò ſui non facit, qui id
agit, ne aduerſarius eius copiam ſui habeat, ergo latitan-
tis bona iubet poſſideri d. leg. 2. §. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſ.
5 eatur. † Sanè non defendi videtur non tantum, qui abeſt,
vel latitat, ſed & is, qui præſens negat ſe defendere, aut nō
vult ſuſcipere actionem leg. non videtur 52. ff. de regu. iur.
6 † Idem dicendum ſi pupillus præſens ſit, tutorem autem
non habeat. Nam & hic pro abſente, & indefenſo haben-
dus eſt leg. ſi pupillus 10. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. lege ſi
7 minor 5. ff. de reb. iud. author. poſſiden. † Item minor 25.
annis, qui curatorem habet, nec ab eo defenditur, nec aliū
defenſorem inuenit: bonorum venditionem patitur, & ſi
non latitet, nec fraudationis cauſa latitare videatur, qui
ſui non eſt idoneus defenſor d. leg. 5. Planè quod de pupil
lo diximus, tutorem non habente intelligendum eſt, ſi ne-
que alius ſit, à quo defendatur. Cæterum ſi exiſtat aliquis
qui defendere pupillum ſit paratus, ceſſabit rei ſeruandæ
cauſa poſſeſſio leg. hæc autem 5. ff. quibus ex cauſ. in poſſ.
eat. Sed & non defendi pupillum, conſtare debet, liquere-
que Prætori, vt permittat bonorum poſſeſſionem dicta le-
8 ge 5. §. 1. † Hoc autem debet conſtare ſic: euocandi ſunt ad
Prætorem tutores pupilli, vt defendant. Si tutores non
habeat, requirendi cognati, vel affines, & ſi qui fortè alij
ſunt,

Digitized by Google

ſunt, quos veriſimile eſt, defenſionē pupilli, pupillive non
omiſſuros, vel propter neceſſitudinem, vel propter cha-
ritatem, vel qua alia ratione; liberti etiam ſi qui ſunt ido-
nei, euocandi ſunt, exquirendaque defenſio. Si autem ne-
gent ſe defendere, aut non negent, ſed taceant; tunc præ-
tor poſſeſſionem dabit tamdiu ſcilicet, quoad non defen-
9 datur, † ſi defendi cœpit pupillus, vel pupilla, deſinet poſ-
10 ſiden, d. §. 1. Idem eſt in furioſo, d. l. 5. §. idem eſt. † Nam
& furioſus abſentis loco eſt, l. vbi non voce 166. in fin. ff. de
reg. iur. Idem eſt in prodigo, aliove, qui curatoris ope iu-
uatur, l. Fulcinius. 7. §. adeo autem cum ſequen. ff. quib. ex
11 cauſ. in poſs. eat. † Præterea in bona debitoris miſſio fit, ſi
is, ſine hærede deceſſerit, nec fiſcus bona agnoſcat, nec
alius ſit, qui defunctum defendere ſit paratus, l. ſi bona 5.
C. de bonis authorit. iudic. poſsid. l. pro debito 6. §. quod ſi
ſpecialiter, C. eod. l. 1. in princip. ff. de curator. bon. dand.
l. ſi ſeruus 4. ff. de rebus iud. author. poſſid. & §. fin. Sed &
ſi diu incertum ſit, hæres extiturus, necne ſit, cauſa cogni-
ta, permitti oportebit, bona rei ſeruandæ cauſa poſſiden:
12 † & ſi ita res vrgeat, vel conditio, bonum hoc etiam erit,
vt curator conſtituatur vnus ex creditoribus, leg. ſi diu 8.
13 cum l. ſeq. ff. quibus ex cauſ. in poſs. eat. † Proinde ſi alter
ex hæredibus intra tempora ſibi praſtituta deliberet adi-
re hæreditatem, alter verò neget ſe aditurum; placet in-
terim creditores in poſſeſſionem mittendos cuſtodiæ cau-
ſa, donec appareat, is qui deliberat, vtrum agnoſcat par-
tem ſuam, an non agnoſcat, dicta l. 9. ff. eodem, leg. ſi quis
14 23. ff. de hæredib. inſtitut. † Planè ſi hæres ſub conditione
inſtitutus ſit, cui parere poteſt, cogendus eſt conditioni pa-
rere, aut hæreditati renunciare, leg. prima, ff. de curat. bon.
dand. l. ſi ſeruus 4. ff. de rebus iud. auth. poſſid. dicta l. 23.
15 §. 1. cum ſequen ff. de hæredibus inſtituen. † Sed & ſi hæ-
res defuncto extiterit, iſque ob paupertatem ſuam credi-
toribus ſit ſuſpectus, neque iis de debito reddendo ſatiſ-
dare velit, vel poſſit, bona hæreditatis poſſideri, vendique
ex edicto prætoris poſſunt, l. ſi creditores 15. ff. de priui-
leg. creditor. Nam ſi creditores hæredem ſuſpectum pu-
tent, ſatiſdationem exigere poſſunt pro ſuo debito redden-
do, cuius rei grana cognoſcere prætorem oportet, nec ſta-
tim eum ſatiſdationis neceſſitati ſubijcere debet, niſi cau-
ſa cognita conſtiterit proſpici debere his, qui ſuſpectum
eum poſtulauerunt. Sed ſuſpectus hæres non iiſdem mo-
dis, quibus ſuſpectus tutor, æſtimatur. Si quidem tutorē
non facultates, ſed fraudolentia in rebus pupillaribus, vel
callida conuerſatio ſuſpectum reddet, hæredem verò ſo-
læ facultates. Planè in recenti adita hæreditate, audiendi
erunt, qui ſuſpectum poſtulant. Cæterum ſi probentur,
paſſi eum in hæreditate morari, nec quidquam poſſunt
obijcere criminis; quaſi doloſè eo verſato: non debebit
poſt multum temporis ad hanc neceſſitatem compelli.
Quod ſi quaſi ſuſpectus ſatiſdare iuſſus, decreto prætoris
non obtemperauerit, tunc bona hæreditatis poſſideri, ve-
numque dari, ex edicto ſuo permittere iubebit. Planè ſi
doceatur, nihil ex bonis alienaſſe, nec ſit, quod ei iuſtè,
præter paupertatem obijciatur, contentus eſſe prætor de-
bet, vt iubeat eum nihil minuere. Quod ſi nec inopia la-
borantem eum creditores oſtendere potuerint, iniuriarū
actione ei tenebuntur, dicta leg. 15. Hactenus de cauſis, ex
quibus reſeruandæ cauſæ miſſio in poſſeſſionem eſt fa-
cienda, quarum prima, atque præcipua eſt, ſi reus abſens,
vel etiam præſens non defendatur: ex hac enim cauſa miſ-
ſionem faciendam eſſe, diximus ſi quauis reus ſit maior
viginti quinque annis, vel pupillus, vel furioſus, vel pro-
16 digus. † Sed & ſi reus debitor ab hoſtibus captus ſit, cre-
ditores eius in poſſeſſionem mittendi ſunt, leg. in poſſeſ-
17 ſionem 6. §. fin. ff. quibus ex cauſ. in poſs. eatur. † Si autem
reus rectè defendatur, ceſſat miſſio: & ſi iam facta ſit, de-
cedere poſſeſſione creditores iubendi ſunt, leg. hæc autem
5. §. prætor ait, ff. ex quibus cauſ. in poſs. eat. l. neque impu-
18 beres 22. in fine, ff. de in ius vocando. † Rectè autem defen
ditur, ſiue ipſe iudicium ſuſcipere ſit paratus, ſiue alius
ipſius nomine, dicta leg. quinta. §. fin leg. rectè 63. ff. de iu-
dic. leg. ſi pupillus 17. §. defendere, ff. de priuileg. credito-
rum. Sed ſi alius defendat, erit neceſſaria ſatiſdatio iudi-
catum ſolui, ſi ipſe, non erit neceſſaria, dicta l. quinta, §. ſed
ſi alius cum alijs allegatis, de hac enim ſatiſdatione plura
diximus ſupra hoc eodem, libro ſecundo, tit. 25. Si itaque
alius reum defendat ſatiſdatione præſtita, creditor miſſus
deijci poterit interdicto reddito: quoniam defenditur ab-
ſens, qui per ſuam abſentiam in nullo deteriorem cauſam
aduerſarij facit, leg. ſecunda §. defendi, ff. quibus ex cauſ.
19 in poſs. eatur † Planè non ſufficit defendiſſe, niſi vſque ad
finem duret defenſio. dicta leg. ſecunda, §. fin. Et ſi autem
extraneus defendere velit vniuerſitatem, permittendum
ſicut in priuatorum quoque defenſionibus obſeruatur,
quia eo melior conditio vniuerſitatis ſit, leg. prima, §. fin.
20 ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. † Planè neque fœmina,
neque miles, neque qui Reipublicæ cauſa abſuturus eſt,
aut morbo perpetuo tenetur, aut magiſtratum initurus
eſt, aut inuitus iudicium pati non poteſt, idoneus defen-
ſor intelligitur, leg fœmina 54. ff. de procurator. de qua re
plura dicta ſunt ſupra hoc libro ſecundo, tit. 10. Ideoquē
per hoc abſens rectè defendi non videtur, dicta l. 54. Mi-
nor quoque vigintiquinque annis ſi defenſor exiſtat, in
quibus cauſis in integrum reſtitui poteſt, defenſor ido-
neus non eſt, quia & ipſi, & fideiuſſoribus eius per in in-
tegrum reſtitutionem ſuccurritur, l. minor. 51. in princip.
ff. de procurat. leg. exigendi 12. in fin. C. eodem. Sed & reū
criminis conſtitutum, defenſionem cauſæ ſuſcipere non
poſſe, antequam purget innocentiam ſuam, incognitum
non eſt, l. reum 6. C. de procurat. Sed & plura, quæ ad id;
vt quis rectè defendatur, pertinent. Vide ſupra titul. 10.
21 † Quamuis autem miſſus ſit creditor in poſſeſſionem, ta-
men ſi abſens cœperit defendi, creditor cedere poſſeſſio-
ne debet, leg. ſi quis 8. §. penult. C. de præſcrip. triginta, vel
quadraginta ann. leg. rectè defendi 63. ff. de iudic. Nouella
22 conſt. 53. §. ne igitur latitante. † Idem dicendum, ſi abſens
reuerſus iudicium ſuſcipere ſit paratus. Nam & hoc caſu
ipſi reuerſo poſſeſſio eſt reſtituenda, dummodo intra an-
num redeat, cautionemque ſuſcipiendæ litis præſtet, d. §.
penult. d. l. 63. ff. de iudic. l. ſi pupillus 17. §. defendere, ff. de
priuileg. creditor. Nouell. c. 53. §. ne igitur latitante, Vivi.
opin. incip. arbitrio iudic. num. 7. Fichard. in addit. ad Vil-
lalob. S. 14. quod non debet facere, qui ſtatim defenſionē
obtulit per ſeipſum, quia tunc ſatiſdatio non eſt neceſſa-
ria, l. 5. §. fin. in fine, ff. quib. ex cauſ. in poſs. eat. Planè ſi non
in rem aliquam ſpecialem, quæ fortè petebatur, ſed in v-
niuerſa bona facta ſit miſſio, puto etiam poſt annum re-
deuntem audiendum eſſe, ſi oblata cautione, iudicium ſu-
ſcipere ſit paratus, l. Fulcinius 7. §. item videamus, ff. quib.
ex cauſ. in poſs. eatur, cap. quoniam 5. §. in alijs, vt lite pen-
23 dent. † Sed non ſufficit abſentem reuerſum, cautionem
præſtare, & iudicium ſuſcipere paratum eſſe, vt recipiat
poſſeſſionem, niſi quoque ſumptus litis, quos aduerſarius
fecit, ei reſtituerit, leg. ſancimus 13. C. de iudic. l. non igno-
ret 4. C. de fruct. & lit. expenſ. Nouell. conſt. 53. §. ne igitur
latitante, dicto cap. quoniam 5. §. in alijs verò, ver. qui ſi
venerit, vt lit. non conteſt. cap. cum veniſſent 3. §. fin. de eo,
qui mitt. in poſſeſs. c. ex literis 2. § fin. de dolo, & contum.
24 † Planè ſi ob contumaciam reus abſens condemnatus ſit,
& executio rei iudicatæ facta; non auditur poſtea reuer-
ſus, ſi ſuſcipere iudicium paratus executionem reſcindi
velit, l. properandum 11 §. ſin autem reus, ibi nulla licen-
tia, C. de iudic. Idem dicendum, ſi miſſione in bona debi-
toris latitantis facta, venditio bonorum ſecuta fuerit, d. l.
7. §. primo, ff. quibus ex cauſ. in poſs. eatur l. ſatiſque pœ-
næ 14. ff. de in ius vocando, l. cum proponas 9. C. de bon.
author. iudic. poſſiden. cum alijs allegatis infra tit. ſequēt.
Nam & hoc caſu venditionem reuocare volens, non eſt
audiendus, vt in allegatis iuribus. Sed & ſi, cum in rem a-
geretur, actor non in vniuerſa bona abſentis, ſed tantum
in poſſeſſionem rei petitæ miſſus ſit, ſiquidem per contu-
maciam reus abfuerit, non recuperat poſſeſſionem, ni-
ſi petitorio iudicio agens obtinuerit, dicta l. Fulcinius 7. §.
item videamus, ff. quibus ex cauſ. in poſs. eat. d. cap. 5. §. in
25 alijs, vt lit. non conteſt. † Si autem non per contumaciam,
ſed ex iuſta cauſa abfuerit, tunc reuerſus intra annum de-
fenſionem cauſæ ſuſcipiens poſſeſſionem recipit, d. l. 13. in
fine, C. de iudic. d. c. cum veniſſent 3. §. nos igitur, ver. hoc
26 etiam de eo, qui mitt. in poſs. † Sed ſi agatur de beneficio
eccleſiaſtico obtinendo, vel obtento, non habet locū miſ-
27 ſio c. 1. de eo, qui mittit. in poſſeſs. in 6. Villal. M. 103. † Ob-
ſeruandum ēt eſt ab eius loci magiſtratu, in quo bona ſita
ſunt miſſionē fieri debere, c. 1. §. contrahentes de for. com
28 pet. † & ſi in rē ſpecialē agatur in ſolā rem petitam, non
in vniuerſa bona debitoris miſſionem eſſe faciendam, cap.

quoniam quinto §.in alijs verò vt lit.non conteſta, d.leg.7,
29 §.item videamus ff.quibus ex cauſ.in poſſeſſ.eat.† Item ſi
perſonali actione agatur in bona mobilia, vel ijs non ſuffi-
cientibus in immobilia pro modo debiti declarati, miſſio-
nem eſſe faciendam d.capitu.quoniam 5.§.ſi autem ſuper
30 Nouella c.53.§.ne igitur latitante,† Si Clericus contuma-
citer abſit ex fructibus præbendæ ſuis creditoribus ſatis
31 fieri oportet capitulo peruenit 3.de fideiuſſ. † Tandem
obſeruandum eſt, quod poſt annum à miſſione facta miſ-
ſus verus poſſeſſor conſtituitur, abſenti proprietatis cauſa
reſeruata d.§.item videamus,& d.cap.5.§.in alijs verò,ver
ſiculo,qui ſi venerit,& § quod ſuper verſicu.omni allega-
tione abſenti,& c.vt lit.non conteſt.capit.1.de eo,qui mitt.
in poſſeſſ.Nec refert an actor miſſus,non fuerit admiſſus,
vel fuerit expulſus cap.contingit 8.de dolo, & contumac.
Niſi is, qui miſſionem paſſus eſt, intra annum cautionem
iudicio ſiſti præſtiterit, per allegata paulo ſuperius. Sed
non volũtate,ſed re ipſa intra annum dicta cautio eſt pre-
ſtanda d.cap.1 de eo,qui mitt.in poſſ.verſic.licet volunta
tem.Præterea ſi per reum non ſteterit,quominus intra an
num dictam cautionem præſtaret,nõ erit locus dictæ ob-
ſeruationi capitulo ſicut 2 eodem titulo capitulo paſtora-
lis 11.§.præterea verſicu.veruntamen de offic.ordin. hæc
de exceptionibus aduerſus cauſas miſſionis in poſſeſſionẽ
bonorum rei ſeruandæ cauſa dicta hic ſufficiant, cum &
plura de alijs huiuſmodi exceptionibus dicentur infra titu.
ſequenti. Nunc qui in bona mittendi ſint, eſt videndum,
32 †Et quidem cum vnus ex creditoribus petijt in bona de-
bitoris ſe mitti,& Prætor permiſerit;non iam perſonæ ſo-
lius petentis,quam alijs creditoribus,& in rem permiſſum
videtur leg.cum vnus 12.in princip.ff.de reb.iudic.author.
poſſiden.l.cum apud 10.C.de bon.author.iud.poſſid. Vil-
lalob.M.105.& P.170. Ideoque omnibus creditoribus per
vnius petitionem in poſſeſſionem bonorum aditus eſt,nec
videbitur libera perſona acquirere alij,quia nec ſibi quic-
quam acquiſiuit, cui Prætor permittit hoc,ſed aliquid ex
ordine facit,& ideo cæteris quoq; prodeſt d.l.12.in fine,
Niſi creditor ex cauſa lucratiua ſit miſſus, hæc enim miſ-
ſio non prodeſt alijs. Villalo.M.105.& P.170.Planè ſi is po
ſtulauerit,qui creditor non eſt,minimè dicendum eſt, vel
eum,qui creditor eſt,poſſidere poſſe: quia nihil egit talis
poſtulatio:aliter atque ſi creditor,cui permiſſum eſt poſ-
ſidere,poſtea recepit debitum ſuum. Cæteri enim poterũt
peragere bonorum venditionem d.l.12.§.planè ff. de reb.
iudic.author.poſſiden. vt autem non in perpetuum alio-
rum negligentia ij,qui pro ſuis debitis alacriores oſtendũ-
tur fuiſſe,prægrauentur,iure cautum eſt,tunc communio
nem concedendã in poſſeſſione rerum alijs creditoribus,
qui non hoc peregiſſe noſcuntur, cum præſentes quidem
in vna eademque degentes prouincia, in qua & poſſeſſo-
res rerum commorantur, intra duorum annorum ſpaciũ,
abſentes autem intra quadriennium creditoribus in poſſeſ
ſionem miſſis ſuum debitum certum faciunt, & expenſas
ſecundum quantitatem debitorum perſoluunt per ſacra-
mentum eorum manifeſtandas,qui eas adipiſcendæ poſſeſ
ſionis gratia ſuſtinuerunt. Poſt completum autem memo
ratum tempus nullam eis eſſe licentiam, eos,qui poſſeſſio-
nem adepti ſunt moleſtare,vel aliquibus damnis afficere:
ſaluis tamen actionibus,quas ſe aduerſus debitorem habe
re putant d.l.10.§.vt autem non C.de bonis auth.iudic.poſ
ſid, Villal.M.109.& P.172.nec illi ſecundi,qui in tempore
miſſi petunt,debent citare primos miſſos. Viu.opin.incip.
citatio. Planè venditis bonis,ſi illi,qui in poſſeſſionem miſ-
ſi ſunt,ſuum receperunt, vt ex eo, quod ſupereſt,cæteris
creditoribus poſtea venientibus ſatisfiat, quadriennij præ-
ſcriptio illis non obſtat d.l.10.§.ſin autem ibi,vt ſi quis po
33 ſtea.† Poſtremo in poſſeſſionem mitti ſolent creditores,
quamuis conditionales l.in poſſeſſione 6.in prin ff. ex qui-
bus cauſ.in poſſeſſ.eat.cum alijs alleg. per nos in tracta.de
condi.& demonſtr.par.2.cap 1.q.38.quamquam hoc caſu
antinomia occurrat.nam in l.ſi qui 14 in fine ff. quibus ex
cauſ.in poſſ.eat.dicitur creditorem conditionalem in poſ-
ſeſſionem mittendum non eſſe,quia is mittitur,qui poteſt
bona ex edicto vendere. Et ex his qui in bona ſint mitten-
di, quodammodo conſtat;nunc in quæ bona miſſio ſit fa-
34 cienda,videndum eſt. †.Et olim quidem in vniuerſa bona
debitoris latitantis creditores mittebantur: hodie verò in
partem bonorum pro quantitate eius,quod debetur.No-
uella c.53.§.ne igitur latitante cap.tuæ fraternitati 3,vt lit.
non conteſt.Sed & antea antiquitus,ſi in rem agebatur,d.bi-
torque non latitaret, ſed alias abeſſet,tantum in rei petitæ
poſſeſſionem,non in vniuerſa bona actor mittebatur l.ſed
cimus 7.§.item videamus ff.quib.ex cauſ. in poſſ.eat,d.ca.
fraternitati,& c.quoniam 5.§.in alijs verò,vt lite non con-
teſt.ſi hæreditas petatur,in bona tantum hæreditaria,non
in propria heredis bona mittendus actor;niſi fortè dolo fe-
cerit hæres,quominus hæreditatem poſſideat; hoc enim
caſu eius bona poſſidenda,& vendẽda ſunt d.l.7 § penul.
ſed & ſi hæreditaria actione agatur, etiam hæredis bona
poſſidebuntur,niſi vel pupillus hæres ſit,vel hæreditate
ſe abſtinuerit l.pater familias 12.§.at cum ſubſtitutus ff.de
priuileg.creditor.& in princi.d l.12.l.apud Iulianum 3.in
princ.ff.quib.ex cauſ.in poſſ.eat.l.ſi non 6.in princip. ff.de
reb.iudi.author.poſſiden.Si vniuerſitas, vel collegium ali-
quod non defendatur in bona communia, non ſingulorũ
propria creditores mittendi ſunt l.1.§.penult.ff.quod cu-
iuſque vniuerſita. Planè is, qui poſſidere iubetur, eo loco
iuſſus videtur,cuius cura ad iubentem pertinet, ideoque
in bona alibi ſita miſſus non videtur leg.cum vnus 12.§.pe
nultim.ff.de rebus iudic.author.poſſid. Sed & in res à debi-
tore alienatas creditor mitti non debet, quamuis minoris
ſint alienatæ,vel locatæ,cum alienatio reſcindi nõ debeat,
niſi fortè in fraudem creditorum alienatio facta ſit: tunc
enim Prætor arbitrium dat creditoribus, vt ex integro a-
lienationem faciant, vel locationem lege in venditione 8,
§.primo ff.de rebus iudic.author.poſſiden.ſed & ſi minor
25 annis, poſtquam adierat hæreditatem, quædam bona
fide alienauerat, poſtea aduerſus aditionem in integrum
ſit reſtitutus, geſta ab eo bona fide reſcindenda non ſunt
leg.in integrum 22.ff.de minoribus vigintiquinque ann.l.
ſi mulier 31.ff.eodem leg.6.§.ſi pupillus ff.de rebus auth.
35 iudic.poſſid.l.pupillus 24.ff.quæ in fraud.creditor.† Miſ-
ſus igitur creditor in poſſeſſionem bonorum debitoris rei
ſeruandæ cauſa ſi fuerit prohibitus, ne bona ingredere-
tur, datur ei eo nomine aduerſus prohibentem in factum
actio quanti ea res eſt, ex interdicto, ne vis fiat ei, qui in
poſſeſſionem miſſus eſt leg. ſi quis 14.ff. quibus ex cauſ.in
poſſ eat.vbi glo.& Doctor.leg.quamuis 55.ff.de bono.au-
thor.iudic.poſſiden.Ruyn,conſil.161,numero 16.lib. 1.fa-
ciunt allegata per Tiraquell.de iure conſtit.poſſ.par. 3.li-
mit.17.numero 3.& 7.& per Surd.in deciſio.203.numero
36 17.in conſil.268.numero 42.& 374.nume. 3.† Dominium
autem ex hac cauſa tenentes acquirere minimè poſſunt,
nec vt ijs bona addicantur, impetrare; ſed vendendi tan-
tum habent facultatem leg.pro debito 6. C.de bon. auth.
iud.poſſid.leg.in poſſeſſionem 8.C.eod.leg.legis Iuliæ 4.
37 C.qui bonis cedere poſſunt.† Sed nec alij ex bonis credito-
res miſſi debent, nec etiam debitores l.Fulcinius 7.in prin.
ff.quibus ex cauſ.in poſſeſſ.eat. Pupillus tamen ſi non de-
fendatur in poſſeſſione creditoribus conſtitutis,minori ex
his vſque ad pubertatem alimenta præſtanda ſunt lege
38 Pupillus 23.in princip.ff.eodem. † Si quis fructus ex præ-
dio debitoris capi poterit, hunc creditor, qui in poſſeſſio-
nem miſſus eſt,vendere,vel locare debet l.in venditione 8,
§.1.cum ſequen.ff.de rebus iudic.author.poſſid. De cæte-
rarum quoque rerum fructibus,idem erit dicendum,vt ſi
qui locari poſſint locentur, puta, mercedes iumentorum, vel
iumentorum,cæterorumque, quæ poſſunt locari d.§.1.
cum ſeqq.ſed hoc ita demum,ſi à debitore alienatæ que re-
nterit,neque locatus erit d.§ 1.ibi ſed hoc ita. Nam à debi-
tore alienationem factam retractandam nõ eſſe,antea di-
ctum eſt d.§.1.ibi nam ſi iam à debitore. De tempore loca
tionis nihil Prætor locutus eſt, & ideo liberum arbitrium
creditoribus datum videtur, quanto tempore locetur,
quemadmodum illud eſt in arbitrio eorum, vendant, vel
locent,ſcilicet ſine dolo malo,ex culpa autem rei ſiunt d.l.
in venditione 8.§.de tempore ff.de rebus iudic.author.poſ
39 ſiden. † Sanè ſi vnus ſit,qui poſſideat bona, expeditum
erit de locatione,quod ſi non vnus,ſed plures ſint,quis eo-
rum debeat locare,vel vendere quæritur?Et ſi quidẽ con-
uenit inter eos,expeditiſſimũ eſt:nã & oẽs poſſunt locare,
& vni hoc negocium dare d.leg.8.§.ſi vnus ſit.Si verò non
conuenerit, tunc dicendum eſt prætereà cã cognita eligere
40 debere,quis locet,vel vendat d.§.ſi vnus in fine.† In eum
autem, qui neq; locauit fructum prædij, neque vendidit,
in factum actionem dat prætor, & in hoc condemnabitur,
quan-

Digitized by Google

quantominus propter hoc perceptum eſt, quia neq; ven-
didit, neque locauit. l. prætor ait 9. §. in eum, ff. de reb. iud.
author. poſſid. Cæterum ſi tantum perceptum eſt, quan-
tum perciperetur, ſi locatus, vel diſtractus fructus eſſet:
nihil ei imputatur. d. l. 9. §. cæterum. Præſtat autem per
id tantum temporis; quo in poſſeſſione fuerit vel ipſe, vel
iuſſu eius alius quoad inde de poſſeſſione diſceſſum eſt;
nam neque hoc imputabitur creditori, cur in poſſeſſio-
nem non venerit, neque illud, cur de poſſeſſione diſceſſe-
rit, cum & voluntatium, & ſuum potius negocium credi-
tor gerat. d. l. 9. §. Præſtat autẽ; æſtimatio autem fit quan-
41 ti intereſt eius, qui experitur. † Præterea cum plures cre-
ditores in poſſeſſionem rerum debitoris mittuntur ne cor-
rumpantur rationes, vni hoc negocium a creditoribus
dandum eſt, quem maior pars creditorum elegerit, &
inuentarium inſtrumentorum faciendum; non vt deſcri-
bantur corpora inſtrumentorum, ſed quot ſint, & de qua
re ſint, ſubnotetur, quod etiam vniuerſorum bonorum
facere creditoribus erit permittendum. l. vlt. ff. de reb. iu-
dic. author. poſſiden. Sed & non numquam prætor, cauſa
cognita, deſcribere aliquid ex inſtrumentis creditoribus
debebit permittere. d. l. vlt. §. Præterea. Amplius autem,
quam ſemel hæc cognitio, & diſpunctio non eſt conce-
denda. d. l. vlt. § ſi qua idonea. Si quis tamen iurauerit non
calumniæ cauſa ſe poſtulare, neque habere quæ diſpunxe-
rit; labeo ait, iterum faciendam ei poteſtatem, nec am-
42 plius, quam bis. d. l. vlt. §. ſi quis tamen. † Porrò prætor
ait; Si quis cum in poſſeſſione bonorum eſſet, quod eo no-
mine fructus ceperit, ei ad quem ea res pertinet, non reſti-
tuet, ſiue quod impenſæ ſine dolo malo fecerit, ei nõ præ-
ſtabitur; ſiue dolo malo eius deterior cauſa poſſeſſionis
facta eſſe dicetur, de ea re iudicium in factum dabo. d. l. 9.
in princ. l. creditor 14. §. 1. ff. de reb. iudic. author. poſſiden.
Quod de fructibus prætor ait etiam de cæteris quacumq;
ex re debitoris peruenerint, intelligẽdum eſt. d. l. 9. §. quod
de fructibus, & ſanè debuit hoc ita eſſe; quid enim ſi ex
compromiſſo, vel alio caſu pœnam conſecutus eſt? nam
eam pœnam, quam conſecutus eſt, præſtare debet. d. l. 9. §.
& ſanè. Datur igitur ex edicto prætoris in creditorem a-
ctio, de omni eo, quod ex bonis debitoris ad eum perue-
nit: ex quacunque tandem occaſione ad eum peruenerit,
vel lucratus ſit, d. §. ſanè, & l. creditore 14. §. 1. ff. eod. Si au-
tem nondum aliquid conſecutus ſit creditor præter actio-
nem, eam ipſam præſtando liberatur, d. l. 14. §. ſi nõdum.
43 † Quod verò ait prætor ei ad quem ea res pertinet: his
verbis, & curator bonis diſtrahendis datus continebitur,
dicta l. 9. in princip. ff. de rebus iud. author. poſſiden. & ip-
ſe debitor, ſi contigerit, ne eius bona veneant, vt ibi. Et ipſi
itaque creditori aduerſus hos dabitur actio, ſiue quid in
fructibus recipiendis erogauerit, ſiue in familia alenda;
curandave, ſiue prædijs fulciendis, vel reficiendis, vel dam
ni infecti promittendo, vel ſeruo noxali iudicio defenſo.
Si modo non magis eum expedijt, dedere, quam retinere,
d. leg. 9. §. his verbis. Quod ſi dedere expedijt, conſequens
erit, repetere eum non debere, d. §. his verbis in fine. Hæ
actiones neque temporaneæ ſunt, & tam hæredibus, quã
in hæredes dabuntur, cæterosque ſucceſſores, dicta leg. 9.
§. penul. Omne autem, quod in actionem negociorum ge-
ſtorum veniſſet, ſi poſſet agi, reſtituendum à creditore; l.
creditore 14. §. fin. de rebus iudic. author. poſſid. Ait præ-
tor, ſiue dolo malo eius deterior cauſæ poſſeſſionis facta
eſſe dicetur, dicta l. 9. in princip. Huius exemplum poteſt
eſſe id, quod ſupra de fructibus prædiorum, à creditore
44 vendendis, vel locandis dictum eſt. † Planè ſi deteriora
prædia facta fuerint ſine creditoris dolo malo, vel iura
eorum amiſſa, vel ædificia diruta, vel exuſta, item familiæ
pecorumque acta cura non ſit; aut poſſeſſio alij tradita,
ſine dolo malo tamen; apparet creditorem nõ teneri, quia
dolo caret. eritque melior eius conditio, quam in pignore
creditoris, qui non tantum dolum malum, verum culpam
45 quoque debet præſtare. † eadem cauſa eſt curatoris bo-
norum. Nam & iſte tenetur, vt creditor, dicta leg. nona,
§. eſt præterea, leg. in venditione 8. §. de emptore in fine, ff.
46 eodem. † Sed ſi ob nouam contumaciam poſſeſſoris hæ-
reditatis, quis in bona hæreditaria miſſus ſit, fructus hoc
in caſu lucratur, leg. Fulcinius, §. fin. ff. quibus ex cauſ. in
47 poſs. eatur. † Porrò hæc actio, quæ datur ex dolo credi-
toris, neque poſt annum, neque in hæredes, cæterosque
ſucceſſores competit, cum ex delicto oriatur, pœnæque
nomine concipiatur: niſi quatenus ad eos peruenit, dicta
leg. nona, §. fin. cum l. ſequent. ff. de reb. iudic. author. poſ-
ſiden. Hæredi tamen dabitur, quia & rei continet perſe-
cutionem: leg. hæredi 11. ff. eodem. Quod ait prætor, ſiue
quod impenſæ ſine dolo malo fecerit, & non præſtabitur,
hoc eò ſpectat, vt ſi quid ipſe erogauerit creditor (ſi mo-
do ſine dolo erogauit) ei hoc præſtetur, ſufficit igitur ſi-
ne dolo malo erogaſſe, etiamſi nihil profuit erogatio eius
rei debitori, dicta leg. nona, §. quod ait prætor, ſiue quod
impenſæ, & §. generaliter, & §. his verbis, ff. de rebus iu-
48 dic. author. poſſiden. † Hæc autem actio de impenſis cre-
ditori ideo datur, quia negociorum geſtorum agere non
magis poteſt, quam ſi ſocius commune ædificium fulſit,
quia hic quoque creditor commune, non alienum nego-
cium geſſiſſe videtur, dicto §. generaliter, ibi nam nego-
ciorum &c. Hactenus de miſſione in poſſeſſionem bono-
rum debitoris rei ſoluendæ cauſa facta, nunc de venditio-
ne bonorum debitoris, quæ poſt miſsionem ſequi ſolet,
dicendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Bona debitoris à creditoribus vendi poſſunt.*
2 *Latitare quis dicatur, & qualiter latitare dicatur.*
3 *Pupillus latitare non dicitur, limitatur.*
4 *Adiens hæreditatem pupillus contrahere videtur.*
5 *Pupillus hæres debitoris non gaudet pupilli beneficio.*
6 *Furioſus non poteſt dici latitare.*
7 *Furioſo datur curator, vt à creditoribus poſſit conueniri.*
8 *Prodigo debitore, & ſimilibus curator dandus eſt.*
9 *Abſens Reipublicæ cauſa bonorum venditionem non patitur.*
10 *Captis ab hoſtibus bona venire non poſſunt.*
11 *Bona non latitantis, quaſi latitet vendita, vendita non ſunt.*
12 *Exulis debitoris bona venduntur.*
13 *Habitantis debitoris aliam ciuitatem bona venduntur.*
14 *Latitatio qualis eſſe debeat, vt ſufficiat ad vendendum bona latitantis.*
15 *Latitatio ad fraudandum vnum ex pluribus creditoribus prodeſt.*
16 *Latitans in diem, vel ſub conditione, interim venditionem bonorum non patitur.*
17 *Actio, quæ per exceptionem repellitur, non ſufficit ad venditionem bonorum debitoris.*
18 *Latitare non dicitur, qui ſi iudicium acciperet, eſſet abſoluendus.*
19 *Miſſio in poſſeſſionem præcedere debet venditionem bonorum debitoris, limitatur.*
20 *Creditoribus miſſis in poſſeſſionem ius vendendi bona competit.*
21 *Curatore electo ad diſtrahendum creditores, ipſi non poſſunt amplius vendere.*
22 *Latitans aduerſus quoſdam ex pluribus creditoribus ab ijs, quibus latitat, venditionem patitur.*
23 *Potior quis ſit inter ipſos creditores.*
24 *Venditio bonorum debitoris infra quantum tempus facienda.*
25 *Ius vendendi bona debitoris impetrandum, limitatur.*
26 *Venditione bonorum debitoris facta, de eo quod ſupereſt, quid ſit agendum.*
27 *Solutio creditorib. præcedente iudicis interlocutoria facienda.*
28 *Iuramentum præſtandum à venditore bonorum debitoris.*
29 *Bonis diſtractis quod ſupereſt ſolutis creditoribus reſtituitur debitori.*
30 *Statuæ debitoris, vel imagines diſtrahendæ non ſunt.*
31 *Debitor, bonis diſtractis nullam actionem habet.*
32 *Debitor reſciſſionem venditionis bonorum impetrare non poteſt.*
33 *Debitor per oblationem pretij venditionem reſcindere poteſt.*
34 *Ius offerendi competit creditoribus poſterioribus, limitatur.*
35 *Venditio bonorum debitoris quando non ſubſiſtat.*
36 *Debitor volens venditionem reſcindere, debet offerre, vel ſoluere debitum, limitatur.*

De venditione bonorum debitoris. Titulus 55.

1 Bona debitoris à creditoribus vendi poſſunt, ſi debi-
tor latitet, nec defendatur leg. Fulcinius 7.§.1. ff. qui-
bus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. leg. latiſque pœnæ 19. ff. de
in ius vocando leg. cum proponas 9. C. de bon. author. iud.
poſſid. Vel ſi bonis ceſſerit leg. legis Iuliæ 4. C. qui bon. ced.
poſſunt. Nam ita Prætor ait. Qui fraudationis cauſa lati-
tauit, ſi boni viri arbitratu non defenderur eius bona poſſi-
deri vendique iubebo dicta leg 7.§.1. cum alijs allegatis.
2 † Latitare enim eſt non (vt Cicero definit) turpis occulta-
tio ſui, poteſt enim quis latitare non turpi de cauſa: veluti
qui Tyranni crudelitatem timet, aut vim hoſtium, aut
domeſticas ſeditiones dicta lege ſeptima §. quid ſit. Sed la-
titare eſt, cum tractatu quodam latere: quemadmodum
factitare eſt frequenter facere dicta lege ſeptima §. latita-
re. Hodie autem hoc iure vtimur, vt ſiue quis eodem lo-
ci agit, ſiue alio, ſiue peregrè, & occurſum creditoris eui-
tet, latitare videatur dicta leg. 7. §. illud ſciendum. Deni-
que eum quoque, qui in eodem foro agat, ſi circa colum-
nas, aut ſtationes ſe occultet, videri latitare veteres reſpon
derunt, & poſſe quem aduerſus alterum latitare, aduerſus
alterum non, conſtat autem, vt ipſe poſſit bona eius ven-
dere, aduerſus quem latitet dicta lege ſeptima §. denique
leg. enim qui 20. ff. de priuileg. creditor. Non igitur intereſt
(quod attinet ad latitandum) vtrum, quis profugit, an ve-
rò Romæ agens copiam ſui non faciat dicta leg. 20. Planè
3 † Pupillus latitare non dicitur, vt bona eius venire debeant
leg. in poſſeſſionem 6.§.1. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat.
Si tamen pupillus non ſuo, ſed hæreditario nomine conue-
niatur, nec defendatur: bona hæreditaria venire poſſunt
perquam enim iniquum eſt, eum, qui nihil cum pupillo
contraxit expectare eius pubertatem lege apud tertia in
princip. ff. quibus ex cauſ. in poſſe. eat. Contractum autem
cum pupillo poteſt dici, & ſi cum ſeruo eius contractum
ſit. Competit enim aduerſus eum de peculio actio. Ideo-
que hoc caſu pupilli indefenſi bona non veneunt. Quod
facilius erit probandum in ſeruo, qui in rem domini ver-
tit, aut iuſſu eius contraxit, aut ſi inſtitoria cum eo agi poſ-
ſit dicta lege tertia §. contractum. Sed & ſi cum tutore
pupilli contractum eſt, ex quo actio in pupillum datur, pu
pilli indefenſi bona non veneunt dicto §. contractum ibi:
ego puto. Idem dicendum, ſi pupillus hæres extiterit ali-
cui, & ex ea cauſa legata debeat: nam hoc caſu pupilli bo-
na poſſideri quidem poſſunt, diſtrahi verò non poſſunt di
4 cta lege tertia §. fina. † Etenim videtur impubes contrahe-
re, cum adijt hæreditatem dicto §. final. Sed & is, qui im-
5 miſcuit ſe contrahere videtur dicto. §. final. † Planè hoc
caſu eſt in arbitrio creditorum, vtrum pupilli bona poſſi-
dere tantum vſque ad ipſius pubertatem velint, an ipſa
bona hæreditaria poſſidere, & diſtrahere malint dicta leg.
tertia §. fina. cum lege ſequent. Porrò latitatio animum, &
6 effectum occultantis ſe deſiderat: † adeo vt rectè dictum
ſit, furioſum hinc venditionem pati non poſſe: quia non ſe
occultat, qui ſuus non eſt leg. Fulcinius 7.§ adeo autem ff.
ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat. Planè ſi non defendatur fu-
rioſus, curator ei dãdus, aut bona eius, vt poſſideantur no-
7 minatim permittẽdum eſt dicta lege ſeptima §. Planè. † Si
non inueniatur Curator, vel defenſor furioſi, ſed & ſi cu-
rator datus eũ non defendat, tunc remouendus is, & opor
tet. Præterea dare curatorem aliquem ex creditoribus,
vt non amplius, quam neceſſe eſt, ex bonis furioſi veneat;
eaque ſeruanda ſunt, quæ ſolent ſeruari cum venter in
poſſeſſionem mittitur dicta lege ſeptima §. Labeo autem.
Sed & ſi vrgeat æs alienum, & dilatio damnum ſit illatu-
ra creditoribus, bona huic ſi cauſa cognita vendenda
erunt. Ita autem vendenda, vt quod ſuperſit, furioſo de-
tur: quia hominis eius ſtatus, & habitus à pupilli conditio-
8 ne non multum abhorret dicta l. ſeptima §. Planè † Idem-
que in prodigo dicendum eſt, cæteriſque, qui Curatorum
ope iuuantur, nec enim quiſquam propriè latitare eos di-
9 xerit dicta lege ſeptima §. idem quoque. † Sed & is, qui
reipublicæ cauſa ſine dolo malo abfuerit, bonorum vendi-
tionem non patitur lege in poſſeſſionem 6.§.1. ff. quibus ex
cauſ. in poſſeſſ. eat. Secus ſi dolo malo reipublicæ cauſa ab
10 erit leg. enim qui, vbi gloſſ. ff. de priuileg. creditor. † Eius,
qui ab hoſtibus captus eſt bona venire non poſſunt, quã-
diu reuertatur leg. vltim. §. fina. ff. eodem dicta leg. 6.§. fin.
11 ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat. † Si quis autem bona poſſe-
derit, alicuius quaſi latitantis, qui non latitabat, & vendi-
derit, dicendum erit, venditionem bonorum ſecutam nul-
lius momenti eſſe dicta leg. 7.§. fin. ff. eodem, & §. cum hoc
12 edictum. † Planè interdum etiam non latitantis bona ve-
nire poſſunt, ſi non defendatur: puta eius, qui ob crimen
exulat. Nam exilio temporario puniti, ſi defenſor eius nõ
13 exiſtat, bona veneunt leg. ad cognitionem 13. ff. eod. † Sed
& eius, qui in aliena Ciuitate eſt euitandæ creditoris cauſa,
quamuis in publico verſetur, tamen tanquam latitantis
bona venire poſſunt dicta leg. 7.§. illud ſciendum ff. quibus
14 ex cauſ. in poſſeſſ. eat. † Sane cum de venditione bonorum
debitoris quæritur, an locum habeat, non ſufficit latitare,
ſed & neceſſe eſt fraudationis cauſa id fieri: poteſt enim
quis latitare, at non fraudandorum creditorum cauſa di-
cta lege ſeptima §. ſed & is, cui, vt ſupra etiam diximus.
Sed neque fraudationis cauſa, ſi ſine latitatione ſit, latis eſt
ad poſſeſſionem, & venditionem: verum oportet fraudá-
tionis cauſa latitare dicta leg. ſeptima §. cum hoc edictum
ſed & is, qui fraudationis cauſa latitat, non tamen propter
creditores, & ſi hęc latitatio creditores fraudet, in ea ta-
men cauſa erit, ne hinc vendi bona eius poſſint, quia non
hoc animo latitat, vt fraudet creditores; animus enim lati-
tantis quæritur, quo animo latitet, vt fraudet, an alia ex
cauſa dicta lege ſeptima §. ſed & is, cui. Si tamen plures
cauſæ ſint latitationis, inter quas eſt & fraudationis cauſa,
nocere debet latitanti, poſſuntque hinc bona eius vẽdi di-
15 cta lege ſeptima § quid ergo. † Planè ſi quis plures habens
creditores aduerſus quoſdam ſe occultet, aduerſus quoſ-
dam non, venditio locum habet: nam non aduerſus omnes
latitatio exigenda eſt ſed ſufficit, vel aduerſus vnum lati-
taſſe debitorem, vt bona eius vendi poſſint dicta lege ſepti
16 ma §. quid ſi aduerſus, & §. illud ſciendum. † Præterea ſi
in diem, vel ſub conditione debitor latitet, antequam dies,
vel conditio veniat, non poſſunt bona eius venire dicta le-
ge ſeptima §. ſi in diem. Quid enim intereſt, debitor quis
non ſit, an nondum conueniri poſſe? nam & ſi debitor
non ſit, idem dicendum dicta lege ſeptima §. quid enim.
17 † Idem erit, & ſi quis habet quidem actionem, ſed talem,
quæ per exceptionem repellitur dicta leg. ſeptima §. idem
erit ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ. eat. leg. cum proponas 9. C.
de bonis author. iud. poſſid. leg. cum vnus 12.§. planè ff. de
18 rebus iud. autho. poſſid. l. tempore 50. ff. de peculio. † Pro-
inde ſi eo tempore, quo in peculio nihil eſt, pater latitat in
bonorum poſſeſſionem eius rei ſeruandæ cauſa mitti non
poſſum, qui de peculio cum eo acturus ſum, quia non frau
dationis cauſa latitat, qui ſi iudicium acciperet, abſolui
deberet, quique præſens ſuſcipere iudicium non compel-
litur. Nec ad rem pertinet, quod fieri poteſt, vt damnatio
ſequatur, poſſitue in mora iudicis condemnari dicta lege
ex tempore 50. ff. de peculio. Plane hoc exemplum, quod
de peculij actione iam propoſitum eſt, antinomia non ca-
ret, ei enim contradicit, lege Fulcinius ſeptima §. ſi quis a-
ctione de peculio ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ. eat. quare pro
ea tollenda videndi ſunt Accurſius, & alij interpretes ibi.
19 † Poſtremo antequam venditio bonorum debitoris fiat,
requiritur, vt miſſio in poſſeſſionem bonorum præceſſe-
rit, creditoreſque poſſeſſionem ſint ingreſſi dicta lege ſe-
ptima §. primo niſi fortè nihil ſit, quod poſſideatur, vel
poſſideri poſſit: puta propter naturam rei: veluti ſi præ-
dium inundatum ſit, aut propter latronum potentiam
non poteſt poſſideri, his enim caſibus rectè dicitur, non eſ-
ſe quod poſſideatur lege cum vnus 12.§. final. cum leg. ſe-
quen. ff. de rebus iudic. author. poſſiden. Ideoque quam-
uis bona poſſeſſa nõ ſint, quia nihil fortè fuerit, quod poſ
ſideatur, aut ſine controuerſia non poſſideatur: creditor,
qui in poſſeſſionem miſſus eſt, perinde habetur, ac ſi etiam
poſſeſſa bona fuiſſent dicto §. final. cum lege ſequen. Ideo-
que vendi poſſe, vt dictum ſuit. Ita enim fuit venditus
ager, in quo Annibal Caſtra habebat, dum ipſe ad mœnia
Vrbis Romæ armatus ſederet, teſte Liuio libro ſexto De-
cadis tertiæ. Hactenus de bonis debitoris vendendis. Quæ
autem bona ſint vendenda, & poſſint vendi, patet ex titu.
præcedenti: in quo propoſita ſunt bona, in quæ creditores

ſunt

Digitized by Google

ſunt mittendi; ea enim, in quæ miſſi ſunt, vendi poſſunt.
Quibus verò ius vendendi bona competat, nunc videa-
20 mus. † Et quidem creditoribus in poſſeſſionem miſſis ius
vendendi bona competere ex iis, quæ hactenus dicta ſũt,
patet ex dicta lege nona §. ſicut enim ff. de Curator. furioſ.
cum alijs in id ſupra allegatis. Cuius tamen bonis diſtra-
hendis facere Senatus permiſit, eius bona creditoribus vẽ
dere non permiſit: quamuis creditores poſt id benefi-
cium bona vendere mallent. Sic enim re integra pote-
ſtas ipſorum eſt, vtrum velint eligendi: ita cum alterum
elegerint, ab altero abſtinere debent dicta lege nona vbi
21 gloſſ. magna. † Multoque magis id ſeruari æquum eſt, ſi
etiam factus eſt curator, per quem bona diſtraherentur
quamuis nondum explicato negocio, deceſſerit. Nam
& tunc ex integro alius curator faciendus eſt. neque hæ-
res prioris curatoris eſt onerandus. cum accidere poſſit,
vt negocio vel propter ſexus, vel propter ætatis infirmita-
tem, vel propter dignitatem maiorem, minoremue, quam
in priore curatore, ſpectanda erat, habilis non ſit, dicta le-
ge nona §. multo magis. Poſſunt etiam plures hæredes ei
exiſtere, neque per omnes id negocium adminiſtrari expe
diat, aut quicquam dari poſſit, cur vnus aliquis ex his po-
22 tiſſimum onerandus ſit dicta lege nona §. poſſunt. † Por-
rò ſi plures ſint creditores, & aduerſus quoſdam debitor
latitat, aduerſus quoſdam non latitat, ij ſoli venditionem
bonorum impetrare poſſunt, aduerſus quos latitat debi-
tor, non etiam cæteri leg. Fulcinius ſeptima §. vtrum ergo
23 ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. † Cum autem bona ve-
neunt debitoris, in comparatione emptoris extranei, &
eius, qui creditor, cognatuſue ſit, potior habetur creditor,
cognatiſue; magis tamen creditor, quam cognatus, & in-
ter creditores potior is, cui maior pecunia debetur lege pri
ma ff. de priuileg. credit. Fichard. in additio. ad Villalob. ca-
24 pitul. 99. † Præterea quod ad tempus venditionis bono-
rum attinet, iure antiquo, niſi intra duos menſes condem-
natus ſententiæ paruiſſet, ius vendendi pignoris erat: ſed
iure nouo quatuor menſes conſtituti ſunt, intra quos niſi
fiat id, quod iudicatum eſt, iudicati actio competit lege
cum apud 10. §. ſin autem ibi, poſt definitum à nobis tem-
pus C. de bonis author. iudic. poſſid. lege cum proponas 9.
§. final. & ibi gloſ. C. eodem & ſupra titulo 49. verſic. Nam
qui condemnati. Poteſt itaque dici ius vendendi bona
debitoris non ante competere, quam iudicati actio dari
25 poſſit, vt in allegatis ibi, & paulo ſuperius: † Ius autem
vendendi bona debitoris à iudice petendum, & impetran
dum eſt dicta lege nona §. fina. leg. miles ſexta §. penultim.
ff. de re iudica. Nam qui iudicati bona authoritate ſua di-
ſtraxit, furti actione, & vi bonorum raptorum tenetur di-
cto §. penultim. fructus tamen prædiorum creditor, qui
in poſſeſſionem miſſus eſt, etiam ſine iudice vendere, vel
locare poteſt leg. in venditione 8. §. primo cum ſequent. ff.
de reb. iudic. author. poſſiden. vt & ſupra titu. præcedente
26 fuit demonſtratum. † Poſtremò facta bonorum debitoris
venditione, quicquid ſuperfluum fuerit, vel amplius quã
creditoribus in poſſeſſionem miſſis debetur, hoc modis
omnibus neceſſe eſt, eos præſentibus tabularijs ſignare, &
in Eccleſia eius ciuitatis, in qua contractus celebratus eſt,
deponere, atteſtatione prius per memoratos tabularios
conſcribenda, præſente etiam eo, qui res eas vendiderit,
vel tradiderit, vt per eum manifeſtetur tam quantitas pre
cij, quo res venditæ ſunt, quam eius, quod ſoluto debito ſu
perfluum remanſit: vt ſi quis poſtea creditor apparuerit,
& debiti cautionem oſtenderit, poſſit ex eo ſuum recipere
lege cum apud decima §. ſin autem C. de bonor. author.
27 iudic. poſſiden. † Non licet autem creditoribus propria
authoritate, quod ſibi debetur, ex precio ſibi recipere, ſed
interlocutoria Præſidis præcedente dicta lege 10. §. Prius
28 ſcilicet. † Is quoque, qui venditionem bonorum fecit,
iuſiurandum præſtare iubetur, quod neque per gratiam
emptoris, vel eius, ad quem res iure ſucceſſionis transfe-
runtur, nec dolo aliquo interueniente minoris, ſed quanti
29 potuerit dicta leg. 10. §. vt autem in fine. † Sanè ſi plus
redactum eſt ex bonis diſtractis, quam debetur, nec alij
creditores ſuperſint, debitor iure, ac merito, id ſibi reſtitui
petet lege in fraudem 45. §. ſi plus ff. de iure fiſci leg. ſi non
expedierit ſexta in princip. ff. de rebus iudic. author. poſſi-
30 den. † Bonis autem diſtractis eius, in cuius honorem
ſtatuæ in publico poſitæ ſunt, dicendum eſt, has ſtatuas
non eſſe emptoris bonorum, ſed aut publicas, ſi ornandi
municipij cauſa poſita ſunt, aut eius, in cuius honorem po
ſitæ ſunt, & nullo modo eas diſtrahi poſſe leg. Fulcinius
13. ff. de priuileg. creditor. Sed bonis venditis excipiuntur
31 concubina, & liberi naturales l. bonis 22. ff. eodem. † Præ-
terea ſciendum, bonis diſtractis, nullam actionem ex ante
congeſtis fraudatori competere leg. Imperatores 4. C. de
32 curator. bonis dando. † Sed vt venditio reſcindatur, frau-
dator impetrare non debet, niſi fortè non iure doceatur
facta venditio, lege Imperatores 14. ff. de priuileg. creditor.
33 † Sed & ſi minore precio, quam res eſt, aperta fraude
emptoris, vel gratia venditio ſit facta; debitori debitam
quantitatem offerenti reſciſſa vẽditione bona reſtitui de-
bent lege ſi minores tertia C. de iure fiſci lege ſecunda C.
de fide inſtrument. leg. ſi quos 16. C. de reſcind. vendi. leg.
34 1. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. † Et hoc ius offeren
di competit etiam poſterioribus creditoribus lege ſecun-
dus 22. vbi Doctor. C. de pignor. & hipothec. leg. 1. C. qui
pot. in pign. habeant. leg. diuerſis 8. C. eodem. Niſi credito-
ri, qui offert debitum potiori pignus nõ fuerit obligatum
leg. cum tibi 10. C. eodem, vel niſi prior creditor, pignus iu
re conuentionis vendiderit leg. cum prior 3. ff. de diſtract.
35 pignor. leg. 1. in princip. C. ſi antiquior creditor. † Idem di-
cendum, ſi venditio facta ſit ab eo, cui vendendi facultas
non fuit, neque habitis haſtis, neque alio iuris ordine per-
acto, quia & talis non ſubſiſtit, & eſt ideo reſcindenda di-
cta lege prima, & ſecunda C. de fid. inſtrumento. & iure
36 haſtæ leg. ſi quos 16. C. de reſcind. vendit. † Sed debitor,
qui venditionem reſcindi deſiderat, debet vel offerre, vel
ſoluere id, quod debet, exemplo leg. ſi minore 3. ibi debitã
quantitatem inferenti C. de iur. fiſc. dicta leg. prima ibi, &
id, quod ex cauſa C. de fid. inſtrument. & iure haſtæ, cum
alijs alleg. per nos in gloſ. ſtat. Vrb. libro 1. cap. 194. in fine,
& in tracta. de tutela, & cura libro 3. quæſtione 41. in fine,
& ita iudex ſeruaui, quicquid dixerit Rota in Romana
nullitatis ſubhaſtationis vineæ 10. Iunij 1609. coram Ludo
uiſio, ſed tandem in eadem cauſa idem obſeruauit Rota
coram Pirouano 27. Iun. 1614. re melius conſiderata. Quæ
tamen dicta ſunt, ita obtinent, ſi non temporis præſcriptio
debitori volenti reſcindere venditionem obſtabit l. 1. C. de
except. 30. annor.

SVMMARIVM.

1 *Venditis bonis debitoris quid agendum.*
2 *Fiſcus creditor habet ius pignoris, & eſt præferendus, limitatur pluribus modis, atque declaratur.*
3 *Succeſſor fiſci habet priuilegia fiſci.*
4 *Reſpublica poſt fiſcum cæteris creditoribus præfertur, limitatur.*
5 *Dos in bonis viri alijs creditoribus præfertur, limitatur.*
6 *Heres mulieris non habet priuilegia dotis, limitatur.*
7 *Creditor occaſione militiæ, præfertur credito dotis.*
8 *Filij prioris matrimonij præferuntur filijs poſterioris pro dote matris conſequenda, limitatur.*
9 *Sponſæ non eſt priuilegium dotis denegandum.*
10 *Dos in actione de peculio præfertur.*
11 *Priuilegium dotis, & ſoluto, & conſtante matrimonio, obtinet.*
12 *Priuilegium dotis ab initio conſtitutæ, vel non habet locum in augumento poſtea ſequuto, limitatur.*
13 *Priuilegium dotis extenditur ad bona paraphernalia.*
14 *Donatio ante nuptialis vtitur iure communi.*
15 *Dos confeſſata, & non numerata non præfertur, limitatur.*
16 *Pupillus tutelæ actione agens cæteris præfertur.*
17 *Hæredes pupilli cæteris creditoribus non præferuntur.*
18 *Perſonæ non cauſæ ſuccurritur, quæ fauorem meruit.*
19 *Pupillus in bonis tutoris, & pro tutoris præfertur.*
20 *Pupillus priuilegium prælationis non habet in bonis magiſtratus.*
21 *Priuilegia pupilli habent furioſus, prodigus, & ſimiles.*
22 *Curator datus bonis, non perſonæ prælationem non patitur.*
23 *Curator ventri datus prælationem patitur.*
24 *Actio depoſiti apud argentarium præfertur alijs.*
25 *Actione depoſiti non continetur ſumma data ad lucrum.*
26 *Deponere, & credere differunt.*

Digitized by Google

27 Nummi extantes, à depoſitarijs ante vindicantur.
28 Depoſitarij ſimul admittuntur ſine ordine.
29 Sumptus præfertur depoſito.
30 Funeris impenſa deducitur ex hereditate, & omne cred. cum procedit.
31 Rei vindicatio cæteris actionibus præfertur.
32 Venditor in re vendita potior eſt pro pretio.
33 Creditor ex reſtitutione ædificiorum potior eſt.
34 Creditor ad redemptionem, vel refectionem potior eſt.
35 Creditor ad conſeruandam, vel ſaluandam rem, potior eſt.
36 Creditor ad rem emendam potior eſt, declaratur, & limitatur.
35. 37 Dotis cauſa potioritatem omnem excludit.
38 Creditor ad rem emendam pro parte nunquid potior ſit.
31. 39 Creditor, qui pignora accepit habet in rem actionẽ, & præfertur.
40 Creditor hypothecarius quando iure ſeparationis vtitur.
41 Creditor, cui damni infecti non cauetur, quando potior.
42 Creditor ex redemptione ſerui pignorati, potior eſt.
43 Creditor prior tempore, potior iure limitatur.
44 Occupantis melior conditio inter quas ſit.
45 Debitor ex cauſa donationis in quantum facere poteſt condemnandus eſt.
46 Creditorum ſuperuenientium poſt litem par conditio.
47 Legatarij poſtponuntur creditoribus, & ſolutio eis facta reuocatur à creditoribus, idem ſi facta ſit poſterioribus.
48 Libertas data à creditoribus anterioribus non reuocatur.
49 Legatarij in concurſu creditorum heredis grauati præferuntur, vel admittuntur in ſimul.
50 Succeſſor habet priuilegium authoris.
51 Priuilegium cedentis quis ex ceſſione conſequitur.
50. 52 Priuilegium creditoris tranſit ad heredem ſine ceſſione.
53 Creditores omnes eiuſdem, vel nullius priuilegij pro rata admittuntur.
54 Priuilegia non ex tempore, ſed ex cauſa æſtimantur.
55 Creditores eius tituli licet tempore diuerſi, concurrunt, limitatur duobus modis.

De priuilegijs creditorum, ſeu qui in bonis debitoris potiores habeantur. Tit. 56.

1 VEnditis † bonis debitoris, ſequitur, vt pretiũ ex iſta venditione redactum inter creditores pro portione debiti diſtribuatur, vt ita quiſq; quod ſibi debetur, recipiat, hac enim ratione conceditur miſſio, vt bona vendantur, & ex pretio ſoluantur debita creditoribus, vt in tit. 54. & 55. oſtenſum fuit. Verum pretio iſto nõ ſufficiente, quæritur vter vtri in eo præferendus? de qua re ſequentes regulæ ſunt notandæ: quarum prima hæc eſt,
2 quod † fiſcus creditor cæteris ſit præferendus: quia fiſcus ſemper habet ius pignoris, l. aufertur 46. §. fiſcus, ff. de iure fiſci, l. ſi cum pecuniam 3. C. de priuilegio fiſci, l. 1. C. ſi propter public. penſitationes. Niſi fortè pœnam fiſcus proſequatur: nam omnium fiſcalium penarum petitio creditoribus, quibus alia exceptio non obſtat, poſtponitur, lege in ſumma 17. ff. de iure fiſci, leg. 1. C. pœnis fiſcalibus creditores præferri, l. non poſſunt 11. ff. de iure fiſci, Clar. §. fin. q. 78. ver. vidi quandoque 31. Non tamen prohibetur fiſcus ad pœnam perſequendam, creditores per exceptionẽ repellere, l. quod placuit 37. l. ſtatuis 48. ff. de iur. fiſc. ſed & ſi quis res ſuas vendicet, fiſco potior eſt. l. 1. C. de priuileg. fiſc. Idem dicendum, ſi quis pignus perſequatur ſpecialiter ſibi obligatum, l. pignus 8. ff. qui . . . in pign. Quod tamen ita verum eſt, ſi cauſa pignoris fiſci cauſam præceſſerit, alioquin ſi prius, quam, debitor res ſuas alij pignori obligaſſet, cum fiſco cõtraxerit, fiſci cauſa potior eſt, l. 2. C. de priuileg. fiſc. Niſi fortè nouationis iure prius debitum poſt cauſam fiſci in obligationem ſit deductum, leg. vlt. in princip. ff. qui potior. in pign. vt puta Titius Seiæ ob ſummam, qua ei ex tutela condemnatus erat, obligauit pignori omnia bona ſua, quæ habebat, quæque habiturus eſſet, poſtea mutuatus à fiſco pecuniam, pignori ei res ſuas omnes obligauit, & intulit. Seiæ partem debiti, & reliquam ſummam, nouatione facta eidem promiſit, in qua obligatione ſimiliter, vt ſupra, de pignore conuenit, reſponſum eſt Seiam præferendam fiſco, tam in illis rebus, quas Titius tempore prioris obligationis habuiſſet, quam in his, quas poſt priorem obligationem acquiſiuit, donec vniuerſum debitum ſuum fuerit conſecuta, dicta l. vltim. Planè ſi quis non ſpecialiter, ſed generaliter bona ſua obligauerit, quamuis ea etiam quæ habiturus eſſet, poſteaquam cum fiſco contraxerit: in ijs rebus, quæ poſt contractum fiſci acquiſitæ ſunt, fiſcus potior eſt, leg. ſi is, qui 28. ff. de iure fiſc. Adeo autem fiſcus cæteris creditoribus præfertur, vt quamuis creditori à debitore res aliqua ſit alienata, vel inſolutum data, nihilominus fiſcus in ea priuilegium ſuũ retineat: cum tacitè pignori fiſco fuerit obligata: nec diſtinguitur, vtrum creditor, qui rem à debitore accepit, ſcierit, an ignorauerit eundem fiſci quoque debitorem eſſe, leg. ſi quis 9. §. ſed in ijs, C. de bon. proſcriptor. l. 1. C. de iure fiſci, leg. ſi debitor 4. C. de priuileg. fiſci. Diuerſum tamen eſt, ſi antequam fiſci debitor eſſe cœperit, alienauit. Nam & ſi poſtea fiſci debitor factus eſt, non ideo tamen ea, quæ de dominio eius exceſſerunt, pignoris iure fiſco potuerunt obligari, dicta l. quarta, cum alijs ſupra allegatis. Poſtremò fiſcus potior eſt cæteris creditoribus in ijs cauſis, quas proprio nomine contraxit, non in ijs, quæ ſucceſſionis iure acquiſiuit. Nam ſi poſteriori creditori fiſcus ſucceſſerit, eo iure vtitur, quo is vſurus erat, cui ſucceſſit, l. non intelligitur 3. §. ſi poſteriori, ff. de iure fiſc. Hęc
3 de fiſco, † Altera regula eſt de eo, qui in locum fiſci ſucceſſit, huic quoque idem priuilegium, quod fiſco competit, leg. vltim. C. de priuileg. fiſc. l. in fraudem 45. §. qui pro ff. de iure fiſci, puta ſi quis pro alio à fiſco conuentus debitum ſoluerit: certè ius fiſci in bonis eius pro quo ſoluit, ei non eſt denegandum, vt quemadmodum fiſcus, ita hic quoque cæteris creditoribus præferatur, dicta l. vltim. & dicta l. 4. §. qui pro alio, de qua re plura dicuntur infra regula eorum, quorum pecunia ad priuilegiatos creditores peruenit, quod ſcilicet hi quoque idem habent priuilegiũ,
4 quod ij, quibus ſuccedunt, vt probatur ibi. † tertia regula eſt de Republica, Hæc poſt fiſcum cæteris creditoribus præfertur, l. penult. in fine, ff. de priuileg. credit. l. ſecunda, C. de debitor. ciuit. quamquam hoc antinomia nõ careat, contradicit enim l. ſimile 10. ff. ad municipalẽ, ſed per concordiam adeundi ſunt Accurſius, & alij interpretes ibi. Planè ijs, quibus bona debitoris generaliter, vel ſpecialiter, expreſſè tamen pignori obligata ſunt, Reſpublica non præfertur, leg. ſi ignorante 3. C. de remiſ. pign. Sed & quas exceptiones priuilegio fiſci obſtare ſupra diximus, eaſdẽ,
5 multo magis Reipublicæ obſtare, eſt dicendum. † Quarta regula eſt de cauſa dotis. Hæc enim præcipua eſt, & mulier dotem; repetens alijs creditoribus in bonis mariti potior eſt: leg. dotis 1. ff. ſolut. matrim. adeo vt & Reipublicæ præferatur, & alijs creditoribus, leg. dotis 9. C. de iure dotium. Priuilegiatis, vel hypothecarijs, & tempore prioribus præfertur, leg. aſſiduis 52. vbi gloſſ. Bald. & Salycet. C. qui pot. in pign. hab. leg. cum tibi 10. C. eodem, Villalob. D. 159. controuertitur apud Villalob. A. 135. H. 56. & 57. vbi Fichard. in addit. Mynſinger. centur. quarta, obſeruation. 13. ſed approbatur ex iuribus allegatis, & ex text. in leg. in rebus, C. de iure dotium, & Nouell. con. 97. de æqualitate dotium, §. his conſequens collat. 7. Mynſinger. vbi ſupra, & in §. fuerat numero 12. & 13. Inſtitut. de action. leg. prima, §. & vt plenius, C. de rei vxor. acti. & infra libro tertio, tit. 99. numero 97. tit. 104. numero 13. & in gloſſ. ſtat. vt b. libro primo, tit. 128. numero 30. verſic. niſi tamen, firmauimus multo magis præferri potioribus, & infra libro tertio, tit. 99. numero quarto. Non tamen fiſco anteponenda eſt, huic mulier non præfertur, l. vtilitas 3. C. de primipilo. l. ſatis 4. C. in quib. cauſ. pign. tacit. contrahat. niſi ſit fiſcorum hypotheca ſua anterior, vt in prima regula de alijs fiſco creditoribus anterior conſtitutum eſt. Sed & mulier hæretica hoc priuilegio vti non poteſt. No-
6 uell. con 109. † Sed nec hæres mulieris hoc priuilegium habet. l. 1. C. de priuileg. dot. Villalob. D. 163. Niſi fortè filius eius ſit, vel nepos. Nouell. conſt. 91. in princip. ibi neque enim, & §. ſi verò nihil in fine. Niſi fortè filius ſit ex alio matrimonio, quam cuius dos repetitur, dicta leg. aſſiduis, Villalob. N. 52. Neque ab iſto priuilegio excluduntur mulier, filij, & nepotes dotem repetentes ab alijs creditoribus priuilegium aliquod habentibus, leg. ſecunda, §. ad hæc omnia, C qui pot. in pignor. Nouell. con. 97. §. his conſequens vſque ad §. quia verò, lege dotis tuæ 9. C. de iure do-

Digitized by Google

7 redotium. Villalob. H. 50. † Planè ſi quis occaſione mili-
tiæ, vel vt quis referatur inter ſtatutos, vel ob alias huiuſ-
modi cauſas, pecuniam mutuam dederit, & id ipſum ex-
preſſis verbis deſcriptum ſit in inſtrumento, & de hoc pa-
ctum conuentum ſit, vt caſu facto ſolus is potior ſit, qui
in hanc cauſam credidit, hoc caſu mulier in dotis cauſa
poſtponitur, dummodo contractus in ſcriptis celebratus
ſit, & teſtium ſubſcriptionibus confirmatus, vt omni ca-
8 reat ſuſpicione, d. Nouella c. 97. §. quia verò. † Sed & filij
prioris matrimonij matri ſuæ dotem antiquiorem condi-
centes poſterioris matrimonij vxore ſunt potiores, dict. l.
aſſiduis 12. §. exceptis videlicet, C. qui pot. in pign. hab. No
uella c. 91. in princ. vſque ad §. ſed, & illud. Idem dicẽdum
eſt de nepotibus, & pronepotibus, & deinceps deſcenden-
tibus vtriuſque ſexus, niſi fortè res dotales, poſterioris ma-
trimonij adhuc apud maritum, eiusve hæredes extent, in
his enim cauſa dotis poſterior priori eſt præferenda, d. No
uella c. 91. §. idem dicere fas eſt, & §. his itaque in contro-
9 uerſiam l. in rebus 30 in princ. C. de iure dotium. † Si ſpon
ſa dedit dotem, & nuptijs renunciatum eſt: tametſi nullũ
matrimonium contractum eſt, ipſi tamen dotem condi-
centi dotis priuilegium denegandum non eſt, l. 2. §. fi. cum
duabus legibus ſequentib. ff. de priuileg. creditor. Villalo.
N. 51. Viu. opin incip. matrimonium, de hac re aliqua po-
ſuimus in tract. de differentijs indiuiduorum iuris in ver.
Dos vera à putatiua, &c. fieri enim poteſt, vt virgo habeat
dotem, & de dote actionem, l. ideo 7. ff. de rit. nupt. cum a-
lijs citatis infra lib. 3. tit. 99 nume. 65. & dotis priuilegium,
vt in d. l. 2. §. final. cum legib. ſequentib. Idem dicendum, e-
tiam ſi minor 12. annis in domum quaſi vxor deducta ſit,
licet nondum vxor ſit. Intereſt enim Reipublicæ, & hanc
ſolidum conſequi, vt ætate permittente nubere poſſit, d.
§. fin. cum duabus legib. ſequentib. ff. de priuileg. creditor.
10 Sed & ſi maritus poſtea ſeruus apparuerit, & ita matri-
monium nullum fuerit: mulieri, quæ in conditione mariti
errauit, dotis priuilegium denegari non oportet, vt ſi ſint,
& alij creditores, hæc præferatur in actionem de peculio,
vt tamen ſi domino aliquid debeat ſeruus, non præferatur
tur mulier, niſi in ijs tantummodo rebus, quæ vel in dotem
datæ ſunt, vel ex dote comparatæ quaſi, & hæc dotales
11 ſint, l. ſi cum dotem 23. §. final. ff. ſolut. matrim. † Non ſo-
lum autem, ſi ſoluto matrimonio dos repetatur, priuile-
gium dotis obtinet, verum etiam ſi conſtante matrimo-
nio, cum maritus ad inopiam vergit, l. vbi adhuc 29. C. de
iure dotium. huic legi contradicere eſt auſus Tuiza opin.
12 63. † Planè ſi mulier rem immobilem in bonis non ha-
beat, ſed augumentum dotis in mobilibus conſcribat: pri-
uilegium in augumento habitura non eſt, ſed in priſtina
dote duntaxat: nam quod initio extitit, hoc in vniuerſum
omni ſuſpicione ſolutum eſt, quod poſtea per machina-
tionem acceſſit, inducit, & præfefert fraudandorum cre-
ditorum conſilium. Nouella c. 97. §. cæterum ſi mulier. Se-
cus ſi augumentum dotis in immobilibus factum ſit, d. §.
cæterum in princ. & clarius in §. ſe res vtrinque immobi-
13 les. † Poſtremò, quod priuilegium in dote mulieri compe-
tit. Idem etiam ei in paraphernalibus non denegatur, vt
in ijs condicendis, vel vindicandis cæteris creditoribus præ
feratur, d. l. vbi adhuc 29. in princ. ibi rebuſque extra do-
14 tem conſtitutis, C. de iure dot. † In antenuptiali tamen
donatione iure vtitur Communi, vt inter creditores ſui
temporis ordinem habeat, nec anterioribus præferatur,
non enim in lucro mulieres lex fouet, ſed ne damnum pa-
tiantur, ſuiſque rebus defraudentur, d. l. aſſiduis 12. §. fina.
C. qui pot. in pign. hab. huic §. videtur contradicere, l. vbi
adhuc 29. in princ. ibi, & ante nuptias donatione, &c. Ideo
pro concordia adeundi ſunt Accurſius, & alij interpretes
15 ibi. † Idem eſt in dote confeſſata, & non numerata, quia in
hac cæteris creditoribus non præfertur, Fichard. ad Villa-
lob D. 178. addit. 2. & D. 180. Viuius opin. incip. Confeſſio
de dote. Niſi & ipſi nihil habeant præter cautionem ſcri-
ptam. Fichard. in d. addit. 2. ibi fallit. Vel niſi exceptionem
non numeratæ dotis intrà legitimum tempus non oppoſue
rint. Villalob. D. 181. Viuius vbi ſupra nume. 3. & ſeqq. Ha-
16 ctenus de priuilegio dotis. Quinta regula eſt. † Quod pu-
pillus tutelæ actione agens in bonis tutoris cæteris credi-
toribus præfertur, l. pro officio 20. C. de adminiſtrat. tutor,
cum alijs alleg. in tract. de tutela, & cura libro 2. titul. 37.
17 † Hoc tamen priuilegium ſoli pupillo competit, nõ etiam
eius hæredibus, vel alijs, l. ex pluribus 41. ff. de adminiſtrat.
tutor. leg. dabimuſque 4. ibi ipſe autem, &c. ff. de priuileg.
creditor. & nos in d. tractat. Proinde ſi ex pluribus tutori-
bus vnus in ſolidum condemnatus ſit, in rem ſuam iudi-
catus procurator datus, priuilegium pupilli non habebit,
18 quod nec hæredi pupilli datur, † non enim cauſæ, ſed per-
ſonæ ſuccurritur, quæ meruit præcipuum fauorem, d. l. ex
pluribus 41. ff. de adminiſtr. tutor. & dict. l. 4. ff. de priuileg.
19 creditor. † Pupillo igitur datur hoc priuilegium, quam-
uis poſt pubertatem rationibus à tutore acceptis reliqua-
tionem eius ſecutus vſuras acceptauerit, l. qui nominibus
43. ff. de adminiſtr. tutor. Non ſolum autem in bonis tuto-
ris hoc priuilegium pupillus habet, ſed etiam eius, qui pro
tutore negotia geſſit, vel ex curatione pupilli, pupillæve
debebit, ſi eo nomine cautum non ſit, l. vlt. ff. de tutel. & ra
tion. diſtrahend. d. l. 4 § 1. ff. de priuileg. creditor. l. ſi nego-
tium 7. ff. eod. & nos vbi ſupra. Proinde ſi negotium impu-
beris aliquis ex officio amicitiæ geſſerit, debet bonis eius
venditis priuilegium pupillo conſeruari: nec intereſt, ipſe
debeat, qui geſſit, ſiue hæres eius, cæterique ſucceſſores, d.
l. ſi negotium 7. Defenſor quoque tutoris condemnatus
non aufert priuilegium pupillo, neque enim ſpontè cum
eo pupillus contraxit, l. defenſor 22. ff. de tutel. & ration. di
20 ſtrahend † Planè priuilegium in bonis magiſtratus pu-
pillus ſubſidiaria agens non habet, ſed cum cæteris credi-
toribus partem habiturus eſt, l. 1. §. priuilegium, ff. de ma-
giſtr. conuenien. & nos in d. tract. lib. 2. tit. 37. num. 7. & ſe-
21 quen. vſque in finem. † Porrò, quod dictum eſt, hactenus
de pupillo, de furioſo quoque prodigo, cæteriſque, qui cu
ratores habent intelligi debet, leg. dabimuſque 4. §. final.
cum duab. legib. ſeq. ff. de priuileg. creditor. l. mulier 15.
ff. de curator. furioſ. Nam æquiſſimum eſt ad cæteros quo-
que quibus curator quaſi debilibus, vel prodigis datur,
vel ſurdo, vel muto, vel fatuo, idem priuilegium compete-
22 re, d. §. fin. & d. l. 15. † Planè ſi bonis curator datus ſit, vel
abſentis, vel ab hoſtibus capti, vel dum deliberant ſcripti
hæredes de adeunda hæreditate, non oportet priuilegium
dari, non enim in eadem cauſa eſt, l. idem priuilegium 6. ff.
23 de priuileg. creditor. † Sed & ſi ventri curator datus ſit,
nec partus editus, priuilegium ceſſabit, l. ſi ventri 8. in prin-
cip. ff. eod. & nos in dicto tract. de tutela, & cura lib. 2. titu.
24 37. num. 13. & ſeq. † Præterea in bonis menſularij, vel ar-
gentarij vendendis poſt priuilegia potiorem eorum cau-
ſam eſſe placeat, qui pecunias apud menſam, fidem pu-
blicam ſecuti, depoſuerunt, d. l. 8. §. in bonis, l. ſi hominem
25 7. §. quoties, ff. depoſit. l. quod priuilegium 8. ff. eod. † Qui
tamen depoſitis nummis vſuras à menſularijs acceperunt,
à cæteris creditoribus non ſeparantur, & meritò, l. ſi ven-
tri 8 §. qui depoſitis nummis, ff. de priuileg. creditor. l. ſi ho
26 minem 7, §. quoties. ibi. dummodo eorum, ff. depoſit. † A-
27 liud eſt enim credere, aliud deponere, d. l. 8. §. aliud. † Si ta-
men nummi extent, vendicari poſſunt à depoſitarijs, &
28 erit, qui vindicat ante priuilegia, d. §. aliud. quæritur, † v-
trum ordo ſpectetur eorum, qui depoſuerunt, an verò ſi-
mul omnium depoſitariorum ratio habeatur? Et conſtat
ſimul admittendos, hoc enim reſcripto principali ſignifi-
29 catur, d. l. 7. §. final. ff. depoſit. † Poſtremò ſumptus cauſa,
qui neceſſario factus eſt, cauſam depoſiti ſemper præce-
dit: nam deducto eo, bonorum calculus ſubduci ſolet, l.
30 quod priuilegium 8. in fine. ff. depoſit. † Impenſa quoque
funeris ſemper ex hæreditate deducitur, quæ etiam omnẽ
creditum ſolet præcedere, cum bona ſoluendo non ſint,
nec diſtinguitur, ſiue is, cuius bona veneunt, funeratus ſit,
ſiue alius, cuius nomine funeraria actione is, qui ſoluendo
non eſt, tenebatur, paruique refert: qua actione hic ſum-
ptus repetatur funeraria, an familiæ erciſcundæ, an qua a-
lia: dummodo ſumptus funeris cauſa factus ſit, l. penult. ff.
de religioſ. & ſumpt. funer. l. 2. in princip. & §. parui refer-
re, ff. de priuileg. creditor. Quare ſi in ſtipulatum funeris
impenſa deducta ſit, dicendum eſt, locum eſſe priuilegio,
ſi modo quis non abijciendi priuilegij cauſa ſtipulatus ſit,
31 d. §. parui referre. † Porrò is, qui rem vindicat in ea re, ſi
extat, potior eſt cæteris creditoribus, per ea, quæ dicta sũt
ſupra in regula 4. in fine, & dict. l. 8. §. in bonis, ibi, ſi tamen
nummi, ff. de priuileg. creditor. & exemplo l. fideicommiſ-
32 ſorum 11. ff. vt in poſſ. legator. † Idem dicendum, ſi re ali-
qua vendita, vel alio modo alienata, is, qui alienauit, pre-
tium recipere non poſſit, eaque res, apud debitorem, vel
eius

Digitized by Google

eius hæredem extet, in ea enim potior erit, l.quod quis 18.
ff.de priuileg.creditor.Nouell.c.136.§.porrò, neque ibi. ſi
33 tamen contractus. † Item creditori, qui ob reſtitutionem
ædificiorum credidit in pecunia, quæ credita eſt, priuile-
gium exigendi datur, l.1.ff.de ceſſio.bonor.l. ſi ventri 8. §.
2.ff.de priuileg.creditor.l.creditor 25.§.1.ff.ſi cert.petat.l.
1.ff.ex quib.cauſ.pign.contrah.l.interdum 5.cum l.ſequen.
34 ff.qui pot.in pign. hab. † Quod ad eum quoque pertinet,
qui redemptori, domino mandante, pecuniam ſubmini-
35 ſtrauit, d.l.ſi ventri 8. §. 1. & d.l.1.in fine. † Sed & qui ad
aliam rem pignori obligatam conſeruandam, vel reficien-
dam credidit, potior eſt anteriore creditore. Veluti ſi na-
uis fuit obligata, & ad armandam eam, vel reficiendam a-
lius crediderit, huius enim pecunia ſaluam fecit totius pi-
gnoris cauſam. Quod poterit quis admittere, & ſi in ciba-
ria nautarum fuerit creditum, ſine quibus nauis ſalua per-
uenire non poterat. Item ſi quis in merces obligatas credi-
derit, vel vt ſalua fiant, vel vt naulum exoluatur, potêtior
erit, licet poſterior: nam & ipſum naulum potentius eſt.
Tantudem dicetur, & ſi merces horreorum, vel areæ, vel
vecturæ iumentorum debetur: nam & hic potior erit, l.
interdum 5.cum l.ſequen.ff. qui pot.in pignor. hab. Planè
hoc priuilegium mulieri dotem repetenti non obſtat. cau-
ſa enim dotis potior eſt, quam eius, qui in rem reſtituen-
dam, vel comparandam credidit Nouella c.97.§. his conſe
36 quens cum ſequent. † Nam alioquin, qui in nauem emen
dam, extruendam, vel inſtruendam credidit, priuilegium
habet, l.qui in 10.ff.de priuileg.creditor.l.quod quis. 18.ff.
eod. Sed & is, qui ob nauem venditam petit, habet priuile
gium poſt fiſcum, d.l.18. Quod autem diximus, eum, qui
in nauem emendam crediderit, priuilegium habere: intel-
ligendum eſt etiam de alijs rebus, quæ creditoris pecunia
comparatæ ſunt, vt in ijs, creditor cæteris præferatur, leg.
idemque 7.in princ.ff.qui pot. in pign.hab.l. ſi pecunia 3.
in princip.ff.de reb.eorum l.licet 7.C.qui pot.in pign.hab.
Proinde ſi pecunia alterius pupilli, alteri pupillo fundus
ſit comparatus: ſaluum ius pignoris erit ei pupillo, cuius
pecunia comparatus eſt fundus, dict.l.3.ff. de reb. eorum.
Hæc adeo obtinent, vt etiam fiſco hic creditor antepona-
tur, l.vlt.ff.qui pot.in pign. Quod tamen ita accipi debet,
ſi ei, cuius pecunia res comparata eſt ſpecialiter, vel gene-
raliter ea res à debitore fuerit pignori obligata: alioquin
niſi ſpecialiter, vel generaliter ſaltem ea creditori à debi-
tore fuerit obligata, ſola pecuniæ numeratio eam in cau-
ſam pignoris non deduxit, d.l.7.C.qui pot.in pignor.hab.l.
quamuis 17.C.de pignor.& hypothec.Nouell.c.136. de ar
37 gentar. contractib. §. porrò neque. † Sed & cauſa dotis
hoc caſu potior eſt. Nouella con.97.§.hic conſequens cum
38 ſeqq. † Planè ſi res non in totum ex nummis cuiuſdam
comparata eſt, erit concurſus vtriuſque creditoris, id eſt,
& antiquioris, & eius, cuius nummis comparata eſt, l.idē-
39 que 7.§.quod ſi res, ff.qui pot.in pign.hab. † Præterea eos,
qui acceperunt pignora, cum in rem habeant actionem,
priuilegijs omnibus, quæ perſonalibus actionibus compe-
tunt, præferri conſtitit, l.eos, qui 9.C.qui potior. in pignor.
40 † Planè ſi res hæreditaria pignori obligata eſſe propona-
tur ab hærede, iure ſeparationis hypothecario creditore
potior erit is, qui ſeparationem impetrauit, l.1.§.ſciēdum,
41 ff.de ſeparationi. † Sed & his, qui pignori rem acceperūt,
potior eſt is, cui damni infecti non cauetur, ſi poſſidere, &
per longum tempus rem capere ei permiſſum fuerit, l.his,
42 qui 12.ff.de damno infecto. † Sed & is quoque, qui ſeruū
pignori obligatum ab hoſtibus redemit, l.in libello 12.§.ſi
pignori, ff. de captiuis. An autem alius creditor priuilegiū
aliquod aliud habens hos, de quibus ſupra excludat, illiſ-
que anteponatur. Accurſius in l.Antiochiæ 21.ff. de priui-
leg.creditor.firmat, quod non. Hæc de eo, cui res pignori
43 fuit obligata. † Quatenus autem, ſi eadem res duobus di-
uerſo tempore pignori obligata fuit, prior tempore poſte-
riori præferatur, habetur in l.potior 11.ff.qui pot. in pign.
l.2.l.ſi fundum 3.l.cum 4.l.diuerſis 8.C.eod.leg.2.C.de pri
uileg.fiſc.l.ſi poſtquam 3.C.vt in poſſ.legat. & ſupra ritu.
51.nume.23.Sed non tranſit ſine exceptionibus, vt colligi-
tur ex l.aliena 20.§.1.ff.qui pot.in pignor. ex l. inſulam 13.
ff.eod.ex l.ſi debitor 10.ff.de pignor.& hypothec ex l.ſi fun
dus 16.§.ſi duo.ff.eod.ex l.1.ex l.qui balneum 9.ex l.credi-
tor 12.in principio, & §.ſi primus, §.ſi idem, §. Papinianus
ex l.querebatur 20.& ex alijs, ff.qui pot.in pign.cum alle-
44 gatis ſuperius, nume.19.& ſeq. † Porrò inter eos, quibus ex
eadem cauſa debetur, occupantis melior conditio eſt, nec
deducitur, quod eiuſdem conditionis hominibus debetur,
ſicuti fit in actione de peculio: nam & hic occupantis me-
lior cauſa eſt, l.ſcimus 22.§.& ſi præfatam ibi. & eis ſatisfa
ciant, C. de iure delib. rand.l.inter eos.19. ff.de re iudicat.
45 † Planè is, qui ex cauſa donationis conuenitur, in quātum
facere poteſt, condemnatur, deducto eo, quod ab eo alijs
quoque debetur, niſi alijs quoque ex cauſa donationis de-
beatur. Hoc enim caſu, quod iſtis debetur, non deducitur,
ſed inter eos occupantis melior eſt conditio, dict.l.19. §.is
46 quoque, l.quoties 98.ff.de reg.iuris. † Planè ſi & alij, pen-
dente prioris lite ſuperuenianr, par omnium conditio eſt.
Nam in iudicati actionem non prius ratio haberi debet
eius, cui prior reus condemnatus fuerit, l.in iudicati 61.ff.
de re iudic. Sed & ſi hæres, confecto inuentario hæredita-
tem adierit, & poſterioribus creditoribus id, quod eis de-
bebatur, ſoluerit: exhauſta hæreditate anterioribus credi-
toribus aduerſus creditores poſteriores actio datur, quā-
47 uis ſuum recepiſſe videantur, maximè † ſi legatarijs prius
legata ſint ſoluta: nam legatarij poſteriori loco habendi
ſunt, & cæteris creditoribus poſtponendi, l.ſcimus 22.§.ſin
verò creditores vſque ad §.in computatione, C. de iur.de-
liber. l.creditoribus 4.in fin ff. de ſeparat.l.quoties 6.ff. eo-
dem.l.primo 23.ff.quæ in fraud.creditor.l.ſcimus 22.§. ſin
48 verò, C. de iure deliber. † Planè libertates, quæ non in
fraudem creditorum datæ ſunt, præſtitæ reuocari hoc
prætextu non debent, l.primo 23.ibi. Scæuola reſpondit, ff.
quæ in fraud.credit. & ſi nondum præſtitæ ſunt, peti poſ-
ſunt, quamuis hæreditas non ſit ſoluendo, d.l.23. Sed & ſi
non defuncti, qui legauit, ſed hæredis, à quo legatum eſt,
49 bona veneant. † Legatarij cum cæteris creditoribus ſi-
mul admittuntur, nec poſtponi debent, cum hoc caſu lega
tum quaſi æs alienum exigatur, l.1.C. de bon. author. iu-
dic.poſſid.l.ſi fideicommiſſorum 11.§.fina ff vt in poſſ. le-
50 gat. † Porrò, quod ſupra diximus, eos, qui in fiſci locum
ſuccedunt, fiſci quoque priuilegio vti, generaliter obtinet
in omnibus, quorum pecunia ad priuilegiatos creditores
peruenit: vt eorum ratio prior ſit habenda, quemadmo-
dum, & eorum, in quorum locum ſucceſſerunt, ratio po-
tior habenda fuiſſet, l.ſi ventri 8.§.eorum ratio, ff.de priui-
leg.creditor.l.2.ff.de ceſſio.bonor.l.vlt.C.de priuileg. fiſci
l.creditor 12.§.ſi ſimpliciter in fine, ff.qui pot.in pign.l.ge-
neraliter 6.C.eod. Perueniſſe autem eorum pecunia ad pri
uilegiatos creditores videtur, ſiue ipſi creditoribus nume-
rauerint, ſiue debitor, cui ipſi pecuniam dederint: dum-
modo hoc poſteriore caſu debitor pecuniam acceptam ſta
tim, non poſt interuallum aliquod creditoribus priuile-
giarijs numerauerit, d.§.eorum ratio ibi. Perueniſſe, &c.
51 a Sed & requiritur, vt à priuilegiario creditore ſoluenti
cedatur actio, idque vel ante, vel poſt aliquod interuallū
cedatur, ea per ſolutionem iam extincta: actio non tranſ-
fertur in ſoluentem, tantum abeſt, vt priuilegium transfe-
ratur, l.ſi cum pecunia 3.C. de priuileg. fiſc. l. Modeſtinus
52 76 ff.de ſolutionib. † Priuilegium tamen, quod habet cre
ditor in bonis debitoris, ad hæredem quoque eius tranſit
ſine ceſſione, l.ſi & iure 10.ff. qui pot. in pignor. Itaque ſi
in cauſa iudicati pignus captum eſt: priuilegio tēporis for
tior eſt hæres eius, in cuius perſonam pignus conſtitutum
53 eſt, d.l.10. † Præterea ſi plures ſint creditores, vel omnes
idem priuilegium habentes, vel nullum habentes, concur-
runt, & omnes ex æquo pro rata admittuntur, l.priuilegia
16 ff.de priuil.credit.l.pro debito 6.in fine, C.de bonis au-
54 th.iudic.poſſid. † Priuilegia enim non ex tempore æſtimā
tur, ſed ex cauſa, vt ſupra in quarta regula fuit demonſtra
55 tum. † Proinde ſi eiuſdem tituli fuerint, concurrunt, licet
diuerſitates temporis in his fuerint: exceptis tantum duo-
bus caſibus: vno, ſi eadem res duobus diuerſo tempore pi
gnori ſit obligata: de quo ſupra verſic. Quatenus autem ſi
eadem res, &c. Altero, ſi priuilegium dotis vnus ex priore
matrimonio, alter ex poſteriore matrimonio habeat: de
quo ſupra in quarta regula: his enim caſibus priores tem-
pore, potiores priuilegio eſſe in dictis locis oſtendimus.

S V M M A R I V M.

1 *Separatio bonorum, ex quibus cauſis concedatur.*
2 *Separationis commodum, ex quibus amittatur.*

Sepa-

Digitized by Google

3 *Separatio poſt confuſionem bonorum non conceditur.*
4 *Immobilia non facile confunduntur, vt ſeparari non poſſint, ideo de illis conceditur ſi confuſa non ſint.*
5 *Separatio venditione hæreditatis extinguitur.*
6 *Separatio poſt quinquennium non conceditur.*
7 *Creditoribus conditionalibus competit ius ſeparationis.*
8 *Legatarijs competit ius ſeparationis.*
9 *Separatio bonorum fideiuſſoris conceditur.*
10 *Separatio conceditur etiam aduerſus fiſcum.*
11 *Creditores hæredis an ſeparationem habeant, diſſeritur.*
12 *Patrono ſeparatio bonorum liberti conceditur.*
13 *Seruo ſeparatio conceditur.*
14 *Separatio diuerſorum peculiorum conceditur.*
15 *Creditores patris ſeparationem petunt, & filij impuberis.*
16 *Creditores primi aduerſus ſecundi, & tertij ſeparationem petere poſſunt, non autem creditores 2 aduerſus primi.*
17 *Separatio decreto prætoris impetratur.*
18 *Separatione impetrata quid ſequatur.*

De ſeparationibus. Tit. 57.

A Priuilegijs, ſeu iure prælationis creditorum, non videtur alienum ius ſeparationis bonorum. Ideoque hic de eo ſubiungendum eſt.
1 † Solet autem ſeparatio permitti creditoribus ex his cauſis: vt puta debitorem quis Seium habuit, hic deceſſit, hæres ei extitit Titius, non eſt hic ſoluendo: patitur bonorum venditionem, creditores Seij dicunt bona Seij ſufficere ſibi, & dicunt creditores Titij contentos eſſe debere bonis Titij, & ſic quaſi duorum fieri bonorum venditionem: fieri enim poteſt, vt Seius quidem ſoluendo fuerit, potueritque creditoribus ſuis, vel ita ſemel, & ſi non in aſſem, in aliquid tamen ſatisfacere: admiſſis autem commixtiſque creditoribus Titij, minus ſunt conſecuturi, quia ille non eſt ſoluendo: aut minus conſequentur, quia plures ſunt hi creditores: eſt igitur æquiſſimum, creditores Seij deſiderantes ſeparationem audiri, impetrareque à prætore, vt ſeparatim quantumcunque creditoribus præſtetur, l. 1. in princ. ff. de ſeparationib. l. ſi vxor tua 7. in fi. C. de bonis iudic. author. poſſid. quod tamen ita verum eſt, ſi non creditores Seij hæredis Titij perſonam ſecuti ſunt, dicta leg. prima, §. ſi quis pi-
2 gnus. † Nam ſi pignora ab hærede acceperint, non eſt eis concedenda ſeparatio, quaſi eum ſecuti ſint; neque enim ferendus eſt, qui qualiter qualiter, eligentis mente tamen, hæredis perſonam ſecutus eſt, dicta lege prima, §. ſi quis, & §. quæritur, l. vlt. ff. eod. leg. 2. in fin. C. de bonis author. iudic. poſſiden. Proinde & qui nouandi animo ab hærede ſtipulati ſunt, amiſerunt ſeparationis commodum, l. 1. §. illud ſciendum, ff. de ſeparat. cum alijs paulo ante citatis. Sed & ſi vſuras ab ea mente, quaſi eum eligendo, exegerint: Idem erit probandum, d. l. 1. §. ſed & ſi vſuras. Item ſi ſatis ab eo acceperint, quamuis fideiuſſorem minus idoneum, d. l. 1. §. item quæritur: Et ſi autem ex pluribus creditoribus quidem hæredem ſecuti non ſunt, ſed ſeparationem impetrauerunt: hoc tamen cæteris, qui hæredem ſecuti ſunt, non prodeſt, verum cum creditoribus hæredis ſunt numerandi, d. l. 1. §. quæſitum, ff. de ſeparatio. Non autem hæredis perſonam ſecuti videntur, qui iudicium ei dictauerunt, quia ex neceſſitate hoc fecerunt, non eligendi animo, l. vlt. ff. eod. d. l. 1. §. ſi quis ibi. eligentis mente tamen, ff. eod. l. 2. in fin. C. de bon. author. iudic. poſ-
3 ſid. † Præterea ſeparatio creditoribus hæreditarijs denegatur, poſteaquam bona hæreditaria bonis hæredis mixta ſunt: confuſis enim bonis, & vnitis, ſeparatio impetrari
4 non poteſt, dict. l. 1. §. præterea. † Niſi fortè prædia extent, vel mancipia, vel pecora, vel aliud, quod ſeparari poterit: hic vtique poteſt impetrari ſeparatio; nec ferẽdus eſt qui cauſatur bona contributa; cum prædia contribui nõ poſſint, niſi ita coniunctæ poſſeſſiones ſint, & permixtæ proprijs, vt impoſſibilem ſeparationem effecerint; quod quidem perraro contingere poteſt, d. leg. 1. §. quid ergo, ff. de
5 ſeparatio. † Sed & ab hærede vendita hæreditate, ſeparatio fruſtra deſiderabitur, vtique ſi nulla fraudis incurrat ſuſpicio: nam quæ bona fide medio tempore per hæredẽ
6 geſta ſunt, rata conſeruari ſolent, l. 2. ff. eod. † Ad hæc poſt quinquennium ab adita hæreditate numerandum, ſeparatio fruſtra poſtulatur, dict. l. 1. §. quod dicitur, ff. eodem.
7 † Quamuis autem ex die, vel ſub conditione creditoribus debeatur, & propter hoc pecuniam nondũ petere poſſint, æquè tamen ſeparatio ijs dabitur: quoniam & ipſis cau-
8 tione communi conſulitur, l. creditoribus 4. ff. eo. † non ſolum autem creditores teſtatoris, ſed etiam ij, quibus legatum fuerit, impetrare bonorum ſeparationẽ poſſunt, ita vt cum creditoribus ſolidum acquiſitum fuerit, legatarijs ſolidum, vel portio quæratur, l. quoties 6. in princ. ff. eo. l.
9 hæreditatium, 3. ff. de actio. & oblig. † Quamuis aũt defunctus ex cauſa fideiuſſionis, qua pro hærede fideiuſſerat, creditori ſit obligatus, vt principaliter hæres quoq; eiuſdem debitor ſit, & fideiuſſionis obligatio ita extincta ſit: nihilominus tamen ſeparatio impetrabitur, petente eo, cui fideiuſſor fuerat obligatus, ſiue ſolus ſit hæreditarius creditor, ſiue plures: neque enim ratio iuris, quæ cauſam fideiuſſionis propter principalem obligationem, quę maior fuit, excluſit, damno debet afficere creditorem, qui ſibi diligẽter proſpexerat, l. debitor 3. ff. de ſeparationibus. Quid ergo ſi bonis fideiuſſoris ſeparatis ſolidum ex hæreditate ſtipulator conſequi non poſſit, vtrum portio cum cæteris heredis creditoribus exequenda erit, an contentus eſſe debebit bonis, quę ſeparari maluit? Sed cum ſtipulator iſte, non adita à reo fideiuſſoris hæreditate, bonis fideiuſſoris venditis in reſiduum permiſceri debitoris creditoribus potuerit: ratio nõ patitur, eum in propoſito ſummoueri, d. l. 3. §. quid ergo. Sed in quolibet alio creditore, qui ſeparationẽ impetrauit, probari commodius eſt, vt ſi ſolidum ex hæreditate ſeruari non poſſit, ita demum aliquid ex bonis hæredis ferat, ſi proprij creditores hæredis fuerint dimiſſi. Quod ſine dubio admittendum eſt circa creditores hæredis, di-
10 miſſis hæreditarijs, d. l. 3. §. ſed in quolibet. † Porrò non ſolum aduerſus creditores priuatos, ſed etiam aduerſus fiſcũ, & municipes impetratur ſeparatio. d. l. 3. §. ſciendũ, in
11 fin. ff. de ſeparationibus. † Non autem vt creditoribus defuncti aduerſus hæredis creditores ſeparatio petentibus à iure datur, ita cõtra quoque creditores hæredis aduerſus creditores hæreditarios ſeparationẽ impetrare poſſunt. d. l. 1. §. ex contrario. Nam his ſeparatio denegatur, adeo quidem vt quamuis in fraudem eorum hæres adijſſe damnoſam hæreditatem dicatur, tamẽ hoc remedio vti non poſſint: ſibi enim imputẽt, qui cum tali contraxerunt, quamquã prætor extra ordinem his ſubuenire poteſt aduerſus calliditatem eius, qui talem fraudẽ commentus eſt, quod tamen non facilè admittendum eſt, d. l. 1. §. quæſitum eſt. Planè ſi hæres ſuſpectam hæreditatem dicens, compulſus fuerit eam adire, & reſtituere, deinde non ſit cui reſtituat: quemadmodum ipſi deſideranti aduerſus creditores hæreditarios ſubuenitur, ita quoq; creditoribus eius deſiderãtibus, licet ipſe hæres non deſiderauerit, quaſi quædam ſeparatio præſtatur, d. l. 1. §. ſed ſi quis ſuſpectum, ff. de ſe-
12 paratio. † Præterea patronus quoque, cuius libertus hæres inſtitutus bonorum poſſeſſionẽ ſecundum tabulas petijt eius, qui ſoluẽdo non erat, impetrare poteſt, vt bona liberti ſui ab hæreditarijs ſeparentur: ne oneretur ære alieno, quod libertus petendo bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas contraxit, l. quoties 6. §. ſi liberta, ff. de ſeparation.
13 † Sed & ſeruus neceſſarius hæres à domino cum libertate inſtitutus impetrare poteſt ſeparationem, ſcilicet vt ſi non attingent bona patroni ſui, in ea cauſa ſit, vt ei, quidquid poſtea acquiſierit ſeparetur; ſed & ſi quid ei à te-
14 ſtatore debetur, d. l. 1. §. fin. ff. de ſeparatio. † Poſtremò ſi filij familias bona veneant, qui caſtrenſe peculium habet, quod eſt ſoluendo, aliudque eius peculium paganicũ non eſt ſoluendo, creditores, qui cum eo contraxerunt poſtquã militare cœpit, ſeparationem peculij paganici petere poſſunt aduerſus iſtos creditores, qui cum filio familias, antequam militaret, contraxerunt, d. l. 1. §. ſi filiuſfamilias, ff. eo. Sed & aduerſus eum quoque creditorem ſeparationem petere poſſunt, qui quidem cum militante contraxit, verũ pecunia in rem patris verſa eſt, huic enim contradici põt, ne caſtrenſe peculium inquietet, cum poſſit potius cũ pa-
15 tre experiri, d. §. ſi filiuſfamilias. † Porrò ſi quis impubes parenti hæres extiterit, deinde intra pubertatem deceſſerit, & ſubſtituti bona veneant, qui impuberis hæreditatem adijt: patris creditores ſeparationem impetrare poſſunt. Hoc amplius etiam impuberes creditoris poſſunt ſeparationem impetrare aduerſus creditores hęredis ſubſtituti.
16 l. 1. §. itẽ videamus, ff. de ſeparationib. † Si primus ſecundũ hære-

hæredem ſcripſerit. Secundus Tertium,& Tertij bona ve
neant: Primi creditores aduerſus Secundi, & Tertij cre-
ditores ſeparationem petentes audiendi ſunt, ſed ſecundi
creditores aduerſus Tertij quidē, non aũt aduerſus Primi
creditores ſeparationem impetrare poſſunt, d.l.1.§.ſecun-
17 dum hæc. † Sciendum eſt autem, ſeparationem ſolere im
petrari decreto Prætoris, d.l.1.in princ. Nam an admitten-
da ſit ſeparatio, nec ne. Prætoris erit, vel Præſidis notio, &
nullius alterius, hoc eſt eius, qui ſeparationem indulturus
eſt, d.l.1.§.de his omnibus, l.2.C.de bonis author.iudic.poſ-
18 ſid. † Poſtremò ſeparatione à creditoribus hæreditarijs
impetrata ſciendum eſt, creditores quidem hæredis, ſi
quid ſuperfuerit de bonis teſtatoris poſſe habere in ſuum
debitum: creditores verò teſtatoris ex bonis hæredis nihil,
quamuis creditoribus hæredis in ſolidum ſit ſatisfactum,
d.l.1.§.ſciendum eſt, ff. de ſeparatio. Cuius rei ratio illa eſt,
quod qui impetrauit ſeparationem ſibi debeat imputare
ſuam facilitatem, ſi cum eſſent bona idonea hæredis, illi
maluerint potius bona defuncti ſibi ſeparari, hæredis au-
tem creditoribus hoc imputari non poſſit, d.l.1.§.cuius rei
ratio, l.ſi creditores.5.§.quod ſi proprij, & l.3.§.fin.ff.eod.
At ſi creditores defuncti deſiderent, vt etiam in bonis hæ-
redis ſubſtituantur, non ſunt audiendi: ſeparatio enim,
quam ipſi petierunt, eos ab iſtis bonis ſeparabit, d.l.1.§.At
ſi creditores. Si tamen temerè ſeparationem petierunt, im-
petrare veniam poſſunt, iuſtiſſima ſcilicet ignorantiæ cau-
ſa allegata, d.l.1.§.ſi tamen. Sed & ſi poſt impetratam ſe-
parationem aliquid hæres acquiſierit ex hæreditate: ad-
mitti debebunt ad id, quod acquiſitum eſt, l. ſi creditores
5.in princ.ff.de ſeparationib. Secus tamen ſi aliundè, quam
ex hæreditate ſit acquiſitum, d.l.5.§.at ſi ex alia cauſa. Pla-
nè, ſi cum debitor fideiuſſori hæres extitiſſet, creditor bo-
na fideiuſſoris defuncti ſeparari petierit: illis poſtea non
ſufficientibus, nihilominus ad bona principalis debitoris,
eiuſque hæredis eſt admittendus, d.l.3.§.quid ergo, ff. de
ſeparationib. Hactenus de ſeparationibus.

SVMMARIVM.

1 *Extraordinaria cognitiones ad lites finiendas inuenta.*
2 *Extra ordinem, de quibus cauſis cognoſcatur.*
3 *Mercedis cauſa extra ordinem cognoſcitur.*
4 *Medicorum, & profeſſorum cauſa mercedis extra ordinem co-gnoſcitur.*
5 *Medicorum appellatione, qui veniant.*
6 *Obſtetrix medicinam exhibere videtur.*
7 *Ludi literarij magiſtris extra ordinem ius dicitur.*
Librarijs
Notarijs
8 *Calculatoribus*
Tabularijs
Opificibus } *Extra ordinem ius dicitur.*
Artificibus
Comitibus
Nutricibus
Proxenetis
9 *Philoſophis extra ordinem ius non dicitur.*
10 *Iuris profeſſoribus extra ordinem ius non dicitur.*
11 *Ciuilis ſapientia res ſanctiſſima.*
12 *Petitur inhoneſtè, quod honeſtè accipitur.*
13 *Mutua petitiones ijs, quibus extra ordinem ius dicitur, opponun-tur, & extra ordinem cognoſcuntur.*
14 *Res plures numerantur, de quibus extra ordinem cognoſcitur.*
15 *Extraordinarijs in iudicijs formularum conceptio non ſerua-tur.*
16 *Ordo ſeruandus in extraordinarijs iudicijs.*
17 *Libellus non datur in iudicijs extraordinarijs.*
18 *Honorarium Aduocati qualiter definiendum.*
19 *Arbitrium iudicis verſatur in iudicijs extraordinarijs.*

De extraordinarijs cognitionibus. Tit. 58.

IVdiciorum remedia affinia ſunt extraordinariæ cogni-
tiones, compromiſſum, & tranſactiones, ideo poſt iudi-
cia, de illis eſt pertractandum, & primo loco de extra-
1 ordinarijs cognitionibus, deinceps de alijs. † Nam & hæc
circa lites verſantur, & ad finiendas lites, perinde ac iudicia
pertinent, publicamque vtilitatem, vt iudicia reſpiciunt.
De extraordinarijs itaque cognitionibus hæc potiſſimum
ſunt tractanda, primum quidem ex quibus cauſis, ſeu de
quibus rebus extra ordinem cognoſcatur: deinde quę ſint
2 propria cognitionum extraordinariarum. † Cognoſcitur
ergo extra ordinem de mercedibus potiſſimum, l.1.in prin
cip.ff.de extraord.cognit. Nam Præſes Prouinciæ de mer-
cedibus ius dicere ſolet, ſed præceptoribus tantum ſtu-
diorum liberalium, d.l.1.in princ. liberalia autem ſtudia ac-
cipimus, quæ Græci, ἐλευθέρια μαθήματα appellant. Re-
thores continebuntur, Grammatici, Geometræ, d.l.1.§.1.
4 † Medicorum quoque eadem cauſa eſt, quæ & profeſſo-
rum; niſi quod iuſtior, cũ hi ſalutis hominum, illi ſtudiorũ
5 curam agant, d.l.1.§. Medicorum † Medicos fortaſſis quis
accipiet etiam eos, qui alicuius partis corporis, vel certi do
loris pollicentur, vtputa ſi auricularius, ſi fiſtulæ, vel den-
tium, non tamen ſi incantauerit. ſi imprecatus eſt, ſi exor-
cizauit: non ſunt enim iſta medicinæ genera, tametſi ſint,
qui hos ſibi profuiſſe cum prædicatione affirment, d. l. 1.
6 §. medicos, ff. de extraordin. cognit. † Sed & obſtetricem
audiet Præſes, quæ vtique medicinam exhibere videtur, d.
7 l.1.§.ſed & obſtetricem. † Ludi quoque literarij magiſtris,
licet non ſint profeſſores, tamen vſurpatum eſt, vt his
8 quoque extra ordinem ius dicatur: † tametſi librarijs, &
notarijs, & calculatoribus, ſiue tabularijs, ſed & cæterarũ
artium opificibus, ſiue artificibus, quæ ſunt extra literas,
vel notas poſitæ, nequaquam extra ordinem ius dicere Prę
ſes debeat, d.l.1.§.ludi quoque. Sed & ſi Comites ſalarium
petent, idem iuris eſt, quod in profeſſoribus placet, ſed &
aduerſus omnes ipſos cognoſcere Præſes debet, d.l.1.§.ſed
& ſi Comites. Ad nutricia quoque officium Præſidis, vel
Prætoris deuenit. Nam & nutrices ob alimoniam infantiũ
apud Præſides, quod ſibi debetur, petunt, ſed nutricia eò
vſque producemus, quod infantes vberibus aluntur. Cæte
rum poſt hæc ceſſant partes Prætoris, vel Præſidis, d.l.1.§.
penult. De proxenetico (quamquam eſt ſordidum) ſolent
Præſides cognoſcere: ſic tamen, vt & in his modus eſſe de-
beat, & quantitatis, & negocij, in quo operula iſta defun-
cti ſunt, & miniſterium quale quale accommodauerunt.
facilius, quod Græci ἑρμηνευτικὸν appellãt, peti apud eos
poterit, ſi quis fortè conditionis, vel amicitiæ, vel adſeſſu-
ræ, vel cuius alterius huiuſmodi proxeneta fuerit. Sunt
enim huiuſmodi hominum in tam magna Ciuitate offici-
næ. Eſt enim proxenetarum modus, qui emptionibus, &
venditionibus, commercijs, contractibus licitis, vtiles non
adeo improbabili modo ſe exhibent, l.vlt.ff.de proxenet.
9 † Porrò Philoſophi profeſſorum numero non ſunt: non
quia non religioſa res ſit, ſed quia hoc primum profiteri
eos oportet, mercenariam operam ſpernere, d.l.1.§. An &
10 Philoſophi, ff.de extraordin. cognitionib. † Nec iuris qui-
dem ciuilis profeſſoribus Præſides extra ordinem ius di-
11 cent. † Eſt enim quidem res ſanctiſſima ciuilis ſapientia,
ſed quæ pretio nummario non ſit æſtimanda, nec dehone-
ſtanda, dum in iudicio honor petitur, qui ingreſſu Sacra-
12 menti offerri debuit: † Quędam enim tametſi honeſtè
accipiantur, inhoneſtè tamen petuntur, dict.l.1.§. proinde.
Equidem tamen apertè pronuncio, neminem quicquam
facere gratis, ne ſi, vel maximarum rerum adminiſtrato-
res obiecceris: quando nec ipſe Princeps mercedis eſt ex-
pers. Non hic dico tributa, nec vectigalia, quæ per ſingulos
annos à ſubditis penduntur. Verum Principi maxima fue-
rit merces, ſi à laudatis laudetur, ſi nomen eius ab omni-
bus celebretur, ſi beneficiorum nomine numinis vice vene
retur. Porrò imagines, inſignia, trophęa, inſcriptiones, &
quæcumque eius generis à ſubditis ſuis monumenta ha-
bent, mercedis loco ſunt, & ipſa: Nimirum pro curis, pro-
que ſolicitudine, qua commune ciuium bonum procurãt,
cunctaque in melius prouehunt: Vt & dedicationes Poe-
13 matum, & librorum. † Præterea de mutuis quoque pe-
titionibus, quæ ijs, quibus extra ordinem ius dicitur, oppo-
nuntur, extra ordinem Præſides cognoſcere poſſunt, d.l.1.
14 §.final. † Sed & de vſu aquæ, deque riuis nouis inciuiliter
inſtitutis, itemque de equis alienis à ſciente poſſeſſis, fœ-
tuque earum, & de damno dato per immiſſos in prædium
ſuum vniuerſos homines eos, qui in plurium prædia diſtri
bui debuerunt (ſi modo id non ex authoritate eius, qui iu
bere potuerit, factum eſt) Præſidem Prouinciæ decerni
opor-

Digitized by Google

oportere, reſponſum eſt, vt is, ſecundum rei æquitatem, & iuriſdictionis ordinem conuenientem formam rei det, l. 2. ff. de extraordin. cogniti. Hactenus de iis rebus, quæ extra ordinem cognoſcuntur. Nunc, quæ ſint propria extraordi-
15 nariæ cognitionis eſt dicendum. † Et ſanè in extraordinariis iudiciis conceptio formularum non obſeruatur, l. actio
16 negotiorum 46. ff. de neg. geſt. † Sed iudex de variis negotii circunſtantiis, & qualitate inquiret, ſicque, quod ei bonum, & æquum videbitur, decernet, d. l. 1. §. in honorariis, ff. de extraordin. cognit. l. vlt. §. fin. ff. de actio. & oblig.
17 † Nec per libellum expediri poſſunt, l. nec quicquam 9. §.
18 1. ff. de offic. Proconſul. † Veluti cum in honorariis Aduocatorum agitur: nam in his definiendis ita verſari debet iudex, vt pro modo litis, proque aduocati facundia, & fori conſuetudine æſtimationem adhibeat, vt ſupra titul. 9. di-
19 ctum eſt, & diximus in glo. ſtat. Vrb. lib. 13. cap. 92. † In his autem extraordinariis cognitionibus, licet iudici ferre ſententiam, quam velit, vel leuiorem, vel duriorem: dummodo in vtroque rationem non excedat, nec affectibus indulgeat, l. hodie 13. ff. de pœn. & vt diximus in tract. de tutela, & cura lib. 3. quæſt. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Compromiſſum inuentum ad lites finiendas.*
2 *Actio ex compromiſſo datur, limitatur.*
3 *Compromiſſum ſerui nullum.*
4 *Pupilli ſine tutore non compromittunt.*
5 *Stipulatio pœnalis compromiſſi, an committatur.*
6 *Pœna ſtipulata in compromiſſo an debeatur.*
7 *Arbiter an, & quando cogendus ſententiare.*
8 *Legatio an, & quando impediat compromiſſum.*
9 *Stante ſtatuto de compromiſſis, an pupillus, minor, & mulier rectè compromittantur.*
10 *Compromiſſum factum in ſeruum non obligat.*
11 *Compromiſſum in ſeruum, & liberum, quando valeat.*

Ingenuus	*Arbiter eſſe poteſt.*
12 *Libertinus*	
Infamis	
Filiusfamilias.	
Pupillus	*Arbiter eſſe non poteſt.*
13 *Furioſus*	
Surdus	
Mutus	
Minor 25. annis	
Mulier	
Iudex ordinarius	
Princeps	

14 *Excommunicatus arbiter eſſe poteſt.*
15 *Compromiſſum in plures pares, vel in pari numero fieri poteſt.*
16 *Compromiſſum in duos, vt in caſu diſcordiæ aſſumant tertium, an valeat.*
17 *Arbiter in re ſua quis eſſe non poteſt.*
18 *Filius de re patris arbiter eſſe poteſt.*
19 *Compromiſſum de publico iudicio non poteſt fieri.*
20 *Compromiſſum de ſpiritualibus in laicum non valet, limita.*
21 *Arbiter in cauſa liberali non cogitur ſententiare.*

Ingenuitas	*Arbitris non ſubeſt.*
Libertas	
22 *Reſtitutio in integrum*	
Matrimonium	
Delictum	
Actio popularis	

23 *Arbiter, vt ita ſententiam ferat datus, vel datus, vt ſententiam ad alterius ferat arbitrium non valet.*
24 *Compromiſſum ſine pœna nullum, limitatur.*
25 *Compromiſſum ſine pœna amborum nullum.*
26 *Pœna ſub conditione promiſſa, quid agendum.*
27 *Pœna omnis ſufficit pro validitate compromiſſi, vel quaſi.*
28 *Pœna certa, vel incerta minor, maiorque re ſufficit, vt valeat.*
29 *Pœna ex nudo pacto ſine ſtipulatione non ſufficit, limita.*
27 30 *Pœna loco eſt depoſitum dandum parti victrici.*
31 *Pœna acceptilata compromiſſum ſoluitur.*
32 *Morte alterius compromittentis ſoluitur, limitatur.*
33 *Ceſſione bonorum alterutrius compromittentis ſoluitur.*
34 *Furore alterutrius compromittentis ſoluitur, limitatur.*
35 *Die compromiſſi elapſo finitur, limitatur.*
36 *Deductione rei in iudicium finitur compromiſſum.*
37 *Tranſactione, ac peremptione rei finitur compromiſſum.*
38 *Compromiſſo facto ceſſat præſcriptio temporis.*
39 *Probationes coram arbitro probant coram Ordinario.*
40 *Fideiuſſores compromiſſi non ſunt fideiuſſores prorogationis.*

De compromiſſis. Tit. 59.

1 COmpromiſſum ad ſimilitudinem iudiciorum redigitur, & ad finiendas lites (vt diximus pro publico bono) pertinet, l. 1. ff. de recept. arbitr. l. non diſtinguemus 37. §. illud in prima in fine, ff. eod. l. rem non nouam 12. ibi. compromiſſis, quæ iudicium imitantur, C. de iudic. Regulariter itaque ſi duo, pluresve de aliqua controuerſia, quæ inter eos eſt, in aliquem compromiſerunt,
2 illo compromiſſo, alter alteri obligatur, † & ſi fides compromiſſo non præſtetur, naſcitur hinc actio, l. ita demum 36. in princ. ff. de recept. arbitr. vt latius dicitur infra titul. 61. de actio. & except. compromiſſ. Verum non omne compromiſſum obligatorium eſt, & conſequenter non ex omni compromiſſo naſcitur actio, vel exceptio. † Nam ſi ſer-
3 uus compromiſerit, nihil agitur, adeo vt etiam aduerſus liberum, qui cum ſeruo compromiſit, executio denegatur,
4 l. non diſtinguemus 37. §. ſi ſeruus, ff. de recept. arbitr. † Si quoque pupillus ſine tutoris authoritate compromiſerit, compromiſſum non valet, præterquam ſi fideiuſſorem dederit, quo caſu ſi contra pupillum pronunciatur, à fideiuſſore pœna compromiſſi peti poteſt, l. ſi pupillus 40. l. La-
5 beo ait 3. ff. de recept. arbitr. † Sed & ſi mulier alieno nomine compromittat, pœna non committitur propter interceſſionem, d. l. non diſtinguemus 37. §. ſi mulier, ff. eod.
6 † Alias autem ſi alieno nomine quis compromiſerit, quamuis neque mandatum habuerit, neque dominus ratum habuerit, committetur tamen ſtipulatio pœnalis inter ipſos compromittentes, d. l. 37. §. penul. c. per tuas 9. §. ſuper quo
7 de arbitr. † Si quis Romæ compromiſerit, mox Romam in legationem venerit, non eſt cogendus arbiter ſententiam dicere, non magis quam cogeretur, ſi litem ante conteſtatus eſſet, nunc eam exercere, nec intereſt, tunc quoque in
8 legatione fuerit, an non, d. l. 37. §. item ſi quis Romæ. † Sed ſi in legatione compromittat, cogetur arbiter ſententiam dicere: quia & ſi iudicium ſponte accepiſſet, cogeretur peragere, d. l. 37. §. ſed ſi in legatione, idque multo magis dicendum eſt, ſi de ea re in legatione compromiſerit, quam in legatione contraxit, quia & iudicium eo nomine accipere cogeretur, d. l. 37. §. ſunt tamen. Planè quamuis ante legationem compromiſerit, cogendus tamen eſt arbiter ſententiam dicere, ſi ipſe legatus poſtulet: quoniam & actionem dictare poteſt, ſi velit, d. l. 37. §. illud in prima: non tamen alius deſiderans, vt arbiter ſententiam dicat, audietur, quam ſi ſe defendat, dict. l. 37. §. ſed compromiſſum:
9 † An autem ſtante ſtatuto, vt de cauſis inter conſanguineos compromitti debeat, pupillus, minor, & mulier rectè compromittunt, latè agit Vinius optimo incip. Minor litigans, & incipien. ſtatutum de compromiſſis, & latè agit Blanch. in tract. de compromiſſ. quæſt. 3. §. fœminæ, num.
10 36 & ſeq. & §. minor num. 39 & ſeq. † Præterea compromiſſum obligatorium non eſt, ſi in ſeruum ſit compromiſſum, l. Pedius 7. §. in ſeruum, ff. de recept. arbitr. 3. q. 7. cap.
11 infamis, §. ſeruus. † Vnde ſi in Titium, & ſeruum compromiſſum ſit, nec Titius cogendus erit ſententiam dicere: quia cum alio receperit, quamuis ſerui arbitrium nullum ſit. proinde & ſi Titius ſententiam dixerit, pœna non committetur, quia non vt recepit, dixit ſententiam, d. §. in ſeruum. Si tamen ita ſit compromiſſum, vt vel alterutrius ſententia valeat: Titius cogendus erit, eiuſque ſolius ſententia valebit, l. ſed ſi, ita 8. de recept. arbitr. Planè ſi in ſeruum compromittatur, & liber ſententiam dixerit, dicendum eſt, ſi liber factus receperit, conſentientibus partibus,
12 valere, l. ſed ſi 9. in princ. ff. eod. † Illud ſanè non intereſt, ingenuus quis, an libertinus ſit is, in quem compromittitur: integræ famæ ſit, an ignominioſus, d. l. 7. in princip. filiusfamilias quoque, in quem compromiſſum eſt, ſenten-
13 tiam dicere cogitur, l. ſed & 5. ff. eod. † Sed neque in pupillum, neque in furioſum, aut ſurdum, aut mutum compromittetur, d. l. ſed ſi 9. §. 1. l. Iulia 46. ff. eod. Neque minorem 25. annis compromiſſarium iudicem eligi poſſe, placet: cum iudex eſſe cogi non poteſt, d. l. 46. & l. licet 16 ib.

aut

Digitized by Google

aut ſi ætas,ff.eod. Viui.opin.incip.minores 25. annis. Soa-
rez A.242.Sed & ſi maior ſit 20.annis,minor tamen 25. &
arbitrium receperit,ſuccurrendum eſt ei,ne cogatur inui-
tus ſententiam dicere,d.l.46.§. maiori; In mulierem quo-
que, quamuis optimæ opinionis, & arbitrium ſuſcipiat,
compromiſſum factum non valet,l.vlt.C.de recept. arbit.
Niſi mulier de conſuetudine habeat iuriſdictionem, c.di-
lecti filij 4.de arbitr. Si quis iudex ſit Ordinarius,arbitriũ
recipere eiuſdem rei,de qua iudex eſt in ue ſe compromit-
ti iubere prohibetur,& ſi ſententiam dixerit,non eſt dan-
da pœnæ perſecutio,l.ſed & ſi 9.§.ſi quis iudex,ff. de rece-
pt.arbitr.3.q 7.c.infames,§.ſi quis verò iudex. Villalob.C.
116.Soarez A.243.Viui.opin.incip. Iudex ordinarius. Niſi
fortè iudex ordinarius non ſit competens reo.2 q.6.cap.à
iudicibus,§.ordinarij,& arbitrarij. Vel niſi in eum tanquã
in arbitratorem ſit compromiſſum Viu.vbi ſupra,verſic.
ſed prima opinio. Soarez A. 244. Vel tandem,niſi ius tan-
tum Canonicum attendatur, ſecundum quod & in ordi-
narium poteſt compromitti, vt credit Viui.vbi ſupra ver.
iſta verò communis. In Principem, an poſſit compromit-
14 ti? & quod non,dicit Viuius citato loco ver.2. † In excom
municatum ſic.Viu.opin. incip.excommunicatus arbitra-
15 tor. † Quamuis autem in plures compromiſſum ſit pares
numero, cogendi tamen ſunt ſententiam dicere: & ſi non
conſentiant,cogendi ſunt tertiam perſonam certam elige-
re,cuius authoritati pareatur,l.item ſi vnus 19.§. principa
liter,ff.de recept.arbitr.gloſ.in cap.1.in verb.ſanè.de arbi-
tris.In plures impari numero compromitti poſſe, dubium
non eſt:non quoniam conſentire omnes facilè eſt,ſed quia
(& ſi diſſentiant) inuenitur pars maior, cuius arbitrio ſta-
16 bitur, d.l.19.§. in impari. † Si in duos fuerit compromiſ-
ſum ſic, vt ſi diſſentirent, tertium aſſumant, tale compro-
miſſum non valet: nam & in aſſumendo poſſunt diſſenti-
re,d.l.19.§.ſi in duos. Sed ſi ita ſit compromiſſum, vt ter-
tius aſſumeretur Sempronius,valet compromiſſum: quo-
niam in aſſumendo diſſentire non poſſunt,dict.§.ſi in duos
ver.ſed ſi ita.cap.innotuit 12.de arbitr. contradicit, ca.13.
Si ita ſit compromiſſum,arbitratu Titij,aut Seij fieri, com
promiſſum valet. Sed is erit cogendus ſententiam dicere,
17 in quem litigatores conſenſerint,d.l.19.§.ſed ſi ita. † Si de
re ſua quis arbiter factus ſit, ſententiam dicere non po-
teſt: quia ſe facere iuberet, aut parere prohiberet, neque
autem imperare ſibi, neque prohibere quiſquam poteſt,
18 l.penult.ff.de recept.arbitr. † Planè de re patris filiusfami
lias arbiter eſſe poteſt: nam & iudicem eum eſſe poſſe,ple-
riſque placet,l.quia etiam 6.ff.de recept. arbitr.3.q.7.cap.
19 infames, §. filius etiam. † Porrò ſi de famoſo delicto, ad
arbitrium itum eſt,vel de ea re,de qua publicum iudicium
conſtitutum eſt: veluti de adulterijs, ſicarijs, & ſimilibus,
vetare debet Prætor ſententiam dicere, nec datæ dictæ ſen
tentiæ executionem,l. non diſtinguemus 37.§. Iulianus, ff.
20 de recept. arbitr. † Idem dicendum, ſi de ſpiritualibus in
laicum ſit compromiſſum, c.contingat 8.de arbitr. Vel de
exemptione Eccleſiæ c.cum tempore 5.eod.tit. Niſi fortè
id factum ſit authoritate iudicis Eccleſiaſtici,c.per tuas.9.
in fine,eod.tit. Viu.opin.incip.compromitti poſſunt, & in-
21 cip.Compromiſſum factum. † Sed & de liberali cauſa cõ
promiſſo facto, rectè non compelletur arbiter ſententiam
dicere: quia fauor libertatis eſt, vt maiores iudices habere
debeat,d.l.37.§.de liber.cauſ.ff.de recept.arbitr.cap.cauſa
22 reſtitutionis 9. de in integr. reſtit. † Eadem dicenda ſunt,
ſiue de ingenuitate,ſiue de libertinitate quæſtio ſit, & ſi ex
fideicommiſſi cauſa libertas deberi dicatur,d.l.37.§.eadẽ
dicenda. Eadem dicenda ſunt, ſi de cauſa reſtitutionis in
integrum,matrimoniali, ſeu criminali quæſtio ſit,d.c.cau-
ſa reſtitutionis. Idem dicendum eſt de populari actione,d.
l.37.§.idem dicendum. De vnius tantum actionibus, &
controuerſijs compromiſſum non prohibetur, l. Pompo-
nius 14 §.1.l.quid tamen 26.§.plenum,ff.de recept. arbitr.
23 † Si ſic fuit in arbitrum compromiſſum,vt certam ſenten
tiam dicat,nullum eſt arbitrium, nec cogendus arbiter ſen
tentiam dicere,l.qualem 22.§.1.ff.de recept. arbitr. Villa-
lob.S.40.Sed & ſi ita ſit compromiſſum,& quod Titio di-
ſceptatori placet,id Seius pronunciet: tale arbitrium non
valet, quia in eo libera facultas arbitri ſententiæ futura
non eſt,l.item ſi vnus 19.§.inde Pomponius,ff.de recept.ar
24 bitr. † Præterea ſi pœna compromiſſo adiecta non ſit,nul
lius momenti eſt compromiſſum,l.cum ante 5.§. altera au
tem,C.de recept.arbitr. Nouella conſtit.62.§. quoniam ve
rò,cap.per tuas 9.§.ſi verò receptum,eod.titul. Niſi fortè
poſt latam ab arbitro ſententiam ij, qui compromiſerunt,
ei ſubſcripſerint, vel is, contra quem ſententia lata eſt, in-
tra decem dies, contra eam non fuerit proteſtatus, ſed ſi-
lentio eam corroborauerit, d.l.5.in princ.C. de recept.ar-
bitr. Villalob.A.39.S.38. & 41.Soarez H.248. Vel denique
iureiurando interueniẽte in arbitrum ſit compromiſſum.
his enim caſibus, quamuis pœna adiecta non ſit, compro-
miſſum tamen eſt obligatorium, d.l.5.cum alijs citatis, l.
ne in arbitris 4.& dict.l.5.per tot.C.de arbitr. Idem dicen-
dum, ſi arbiter litigatoribus petentibus iuſiurandum præ
ſtiterit,dict.l.4.§.ſed & ipſe ſolus arbiter. Sed quæ de iura-
mento tum arbitri, tum litigatorum interueniente dixi-
mus, iure quidem antiquo obtinent; iure autem nouo
ſunt ſublata. Itaque hodie, quamuis iuſiurandum, vel à
litigatoribus, vel ab arbitro præſtitum ſit, niſi pœna pro-
miſſo ſit adiecta,nihil valet,quod actum eſt. Nouella con-
25 ſtitut.82.§. quoniam verò cum ſeqq. † Idem dicendum,
& ſi alter litigatorum pœnam promiſerit,alter non.l.Pom
ponius 14.§.1. ff. de recept.arbitr. l.litigatores 11.§. Iulia-
26 nus, ff. eodem. † Sed & ſi ſub conditione pœna promiſſa
ſit: non prius arbiter cogendus eſt ſententiam dicere, quã
conditio extiterit: ne ſit inefficax ſententia,deficiente con-
ditione. Quo caſu ad Prætorem pertinebit,vt ſi poſſit dies
compromiſſi proferri,proferatur,d.l.11.§.Non autem re-
fert,ſiue nummaria pœna, ſiue alia res vice pœnæ adiecta
27 ſit,dict.l.11.§ & quod ait. † Proinde ſi res apud arbitrum
depoſita ſint eo pacto, vt ei daret, qui vicerit, velut eam
daret, ſi non pareretur ſententiæ, cogendus eſt,ſententiam
dicere quaſi pœna adiecta. Tantundem eſt, & ſi quanti-
tas certa ad hoc apud eum deponatur.Sed & ſi alter rem,
alter pecuniam ſtipulanti promiſerit: plenum compro-
miſſum eſt,& cogetur ſententiam dicere,d.§. & quod ait.
28 † Sed nec illud intereſt,certa an incerta ſumma pœnæ no-
mine ſit promiſſa, vtputa quanti ea res erit, l. non autem
33.ff.de recept.arbitr. Nec etiam diſtinguitur in compro-
miſſis,minor an maior ſit pœna,quam res,de qua agitur,
29 leg.non diſtinguemus 37.ff. eodem. † Planè ſi nudo pacto
conuenerit de pœna ſine ſtipulatione, compromiſſum nul
lum eſt: cum ex nudo pacto pœna peti non poſſit, per al-
legata ſub ver. Præterea ſi pœna. hucuſque & in tractatu
de differentijs in verbo pactum nudum. Quia nuda pa-
ctio obligationem regulariter non parit,leg.iuriſgentium.
7.§.ſed cum nulla,ff.de pact.l.legem 10.C.de pact.leg. pri
ma,C.de pact.conuent.ſuper dote,l. nuda 5. in principio,
C.de contrahen.ſtipul.l.ſi tibi 27 C.de locat.& conduct. l.
prima,§.item emptio.ff. de rerum permutat. l. diuiſionis
4.ff. de pact. leg. cum proponas 21. ibi, quod ſi aduerſa-
rius, C. eodem. Interdum tamen nudo pacto rectè fiet
compromiſſum, vtputa ſi ambo debitores fuerint, & pœ-
næ nomine pacti ſint,ne petat,quod ſibi debent, qui ſen-
tentiæ arbitri non paruit, leg.litigatores 11.§.interdum, ff.
30 de recept.arbitr. † Idem eſt,& ſi res,vel pecunia apud ar
bitrum depoſita ſit hoc pacto, vt ſi non pareretur ſenten-
31 tiæ, victrici parti daret, dicta leg.11 §. quid ergo. † Porrò
compromiſſum,quamuis vtile,ſoluitur,ſi alteri pœna cõ-
promiſſi acceptilata ſit: nec hoc caſu arbiter compelli de-
bet ſententiam dicere,l.Pomponius 13. in principio, ff. de
recept.arbitr.l.non diſtinguemus 37.§.ſumma, ff. eodem.
32 † Sed & ſoluitur morte alterius compromittentium,ſi hæ
redis mentio, vel cæterorum facta in compromiſſo non
fuerit, l.diem proferre 32.§.2 ff.de recept.arbitr.leg. non
diſtinguemus 37.§.ſumma,ff.eodem. Viu.opinio.incip.ten.
ſtatutum diſponens,quod ad onera Soarez N.238.& 251.
Villalob. N.138. Sed ſi ab altera dumtaxat parte hæredis
mentio comprehenſa fuerit, compromiſſum ſolueretur
morte cuiuſuis ex litigatoribus; ſicuti ſolueretur, altero
mortuo, ſi neutrius hæredis perſona comprehenderetur,
l.ſed & 54.§.final.ff.eodem.cap.vltimo,de arbitr. Sed & ſi
is,qui cum defuncto compromiſerat, hæreditatis contro-
uerſiam moueat,quamuis hæredis mẽtio facta ſit,interea
tamen inhibendus eſt arbiter ſententiam dicere, ne hære-
ditatis petitioni fiat præiudicium,d.l.37.§.ſi is faciat, ff de
33 recept.arbitr. † Præterea ſoluitur compromiſſum, ſi vnus
ex litigatoribus bonis ceſſerit,cum neque agere,neque con
ueniri poſſit,l.item ſi vnus 19.in princ. ff.de recept.arbitr.
34 † Idem dicendum, ſi alter ex compromittentibus furere
ceperit:

experit: nam & hoc caſu arbiter ad ferendam ſententiam,
non compellitur, l. ſi cum promiſſum 52. § fin. cum legibus
ſeqq. ff. eod. Sed & interpellatur, quominus ſententiam di-
cat, qui nihil coram furioſo fieri intelligitur, niſi fortè fu-
rioſus curatorem habeat, quo præſente ſententia dicatur,
35 d. §. fin. cum legib. ſeqq. † Soluitur inſuper compromiſſū,
ſi die compromiſſi elapſo ſententia nondum fuerit dicta,
adeo vt quamuis arbiter diem proferri iuſſerit, tamen im-
punè ei non pareatur, niſi fortè ita ſumptus ſit arbiter, vt
& diem proferre poſſit, dict. l. 14. §. ſumma, ff. eod. l. arbiter
38. ff. eod. Hoc tamen caſu contradicentibus litigatoribus
diem proferre non poteſt, d. l. 38. §. proferre autem. Finito
autem compromiſſi die, arbiter ſententiam dicere cogen-
dus non eſt, quamuis litigatores prolato die rurſus in eum
compromiſerint, d. l. 37. §. dies compromiſſi, & l. quid ta-
men 25. ff. eod. Niſi per eum factum ſit, quominus intra
diem partibus ſuis fungeretur, d. l. 25. §. Papinianus. Sed &
ſi in priore compromiſſo de die proferenda, cautum eſt, &
arbiter diem protulit: manſit arbiter, vt cogi poſſit, dict. l.
non diſtinguemus 37. §. fin. ff. eod. Idem dicendum, ſi com-
promiſſum ſine die confectum eſt: nam hoc caſu omni tē-
pore cogendus eſt ſententiam dicere, niſi fortè conſentien
tibus partibus, ipſe diem conſtituerit, l. ſed ſi. 15. ff. eodem.
36 † Præterea ſententiam dicere arbiter cogendus non eſt, ſi
vnus ex litigatoribus rem in iudicium deduxerit: ſed is,
qui hoc fecit in pœnam compromiſſi incidit, l. ſi quis 35. ff.
37 de recept. arbitr. † Sed & non eſt cogendus arbiter, ſi de
negotio tranſactum eſt, vel res perierit, de qua erat com-
promiſſum, niſi in poſteriori caſu aliquid litigantium in-
38 terſit, dict. l. 37. §. item non eſt. † Compromiſſo facto, tem-
poris præſcriptio interrumpitur, l. cum ante 5. §. penulti-
39 mo, C. de recept. arbitr. † Præterea probationibus, & con
feſſionibus apud compromiſſariū iudicem factis, & in or-
40 dinarijs iudicijs vti licet, d. l. 5. §. final. † Si per fideiuſſores
fuerit cautum in compromiſſo, dieſque compromiſſi pro-
rogetur, quia fideiuſſores tempore exacto liberati ſunt, alij
fideiuſſores dandi ſunt, non minus idonei, quod idem erit,
ſi mortui ſint, l. Labeo ait 30. §. fin. cum l. ſeq. ff. eod. Hacte-
nus de compromiſſis, de quibus plura referuntur in Syn-
tag. comm. opin. loco 11. tit. 12. per tot.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter cogendus ſententiam dicere non arbitrium ſuſcipere.*
2 *Arbitrium ſuſcepiſſe quis videatur, ut cogi poſſit ſententiare.*
3 *Prætor quos cogi poſſit ſententiam ferre arbitrij ſuſcepti.*
4 *Sacerdotes arbitri cogi non poſſunt a Prætore, ſententiam ferre.*
5 *Sacerdotes etiam iure ciuili a ſeculari iuriſdictione exempti.*
6 *Arbiter, vbi non eſt compromiſſum, non cogitur ſententiare.*
7 *Arbiter ſoluto compromiſſo, non cogitur ſententiare.*
8 *Arbiter infamatus a litigatoribus non cogitur ſententiare.*
9 *Arbiter factus inimicus litigatorum non cogendus ſententia-re.*
10 *Cauſæ plures, ex quibus à laudando excuſatur.*
11 *Arbiter laudando liberatur, limitatur.*
12 *Arbitri plures omnes cogendi ſunt ſententiare, limita.*
13 *Arbiter cui de cauſa non liquet non eſt cogendus.*
14 *Sordes & turpitudo arbitri manifeſta, quid iuris.*
15 *Arbiter diebus feriatis non cogitur ſententiare, limitatur.*
16 *Arbiter cogendus ſententiam dicere, cauſa cognita.*
17 *Arbiter, vt ſententiam dicat, poteſt mulctari.*

De ſententia ab arbitro dicenda. Tit. 60.

1 AD euentum † compromiſſi pertinet etiam edictū
Prætoris de arbitrio cogendo ſententiam dicere.
Ita autem ait Prætor, qui arbitrium pœna compro
miſſa receperit, eum ſententiam dicere cogam. l. Labeo ait
3. §. ait Prætor, ff. de recept. arbitr. Tametſi Prætor neminē
cogit arbitrium recipere (quoniam hæc res libera, & ſolu-
ta eſt, & extra neceſſitatem iuriſdictionis poſita:) attamen
vbi ſemel quis receperit in ſe arbitrium, ad curam, & ſol-
licitudinem hanc rem pertinere Prætor putat, non tātum,
quod ſtudeat lites finiri, verum quoniam non deberi deci
pi, qui eum quaſi virum bonum diſceptatorem inter ſe e-
legerunt, d. l. 3. §. tametſi. Finge enim poſt cauſam iam ſe-
mel, atque iterum tractatam, poſt nuda vtriuſque intima,
& ſecreta negotij aperta, arbitrum, vel id gratiæ dantem,
vel ſordibus corruptum, vel ex alia cauſa nolle ſententiam
dicere, quiſquam ne poteſt negare æquiſſimum fore, Præ
torem interponere ſe, vt officium, quod in ſe recepit im-
2 pleat, d. l. 3. §. finge enim. Soarez A. 240. † Recepiſſe autem
arbitrium videtur, qui iudicis partes ſuſcepit, finemque ſe
ſua ſententia controuerſijs impoſiturum pollicetur, l. Pom
ponius 14. §. recepiſſe, ff. de recept. arbitr. Quod ſi hactenus
interuenit, vt experiretur, an conſilio ſuo, vel authoritate
diſcuti litem paterentur, non videtur arbitrium recepiſſe,
3 d. l. 14. §. quod ſi. † Arbitrum autem cuiuſcunque digni-
tatis coget Prætor officio perfungi, quod ſuſcepit, etiam ſi
ſit conſularis, niſi fortè ſit in aliquo magiſtratu poſitus, vel
poteſtate, Conſul fortè, vel Prætor: quoniam in hos Impe-
rium non habet: nam magiſtratus ſuperiores aut qui ſunt
pari Imperio, nullo modo poſſunt cogi; nec intereſt ante,
an in ipſo magiſtratu arbitrium ſuſceperint, d. l. 3. § fi. Sed
4 inferiores cogi poſſunt, d. §. fin. in fine. † Sacerdotio obue-
niente, arbiter ſententiam dicere, cogi non poteſt: id enim
non tantum honori perſonarum, ſed & maieſtati Dei in-
dulgetur, cuius ſacris vacare ſacerdotes oportet, l. non di-
5 ſtinguemus 37. §. ſacerdotio, ff. de recept. arbitr. † Iure etiā
ciuili ſacerdotes à iuriſdictione Prætoris ſunt immunes, d.
§. ſacerdotio, l. Nos Fridericus de ſtatut. & conſuetud. poſt
vſus feudor. & infra lib. 4. tit. 47. nume. 50. Si tamen poſtea,
quam ſacerdos factus eſt, ſuſcepit, omnimodo ſententiam
ferre debet, d. l. 37. §. cæterum, vbi tamen non dicitur, quod
à Prætore ſit cogendus, ſed dicit, quod debet ſententia fer
re, quod cum iuſtum ſit, & ipſe facere neget erit cogendus
6 à iudice Eccleſiaſtico. † Præterea non eſt cogendus arbiter
ſententiam dicere, niſi compromiſſum interuenerit, idque
ſit vtile, & non ſolutum, alioquin Prætor ſe non interpo-
net, ſiue initio nullum ſit compromiſſum, ſiue ſit, ſed pen-
deat, an ex eo pœna exigi poſſit, ſiue poſtea deficiat pœna
compromiſſo ſoluto, die, morte, acceptilatione, iudicio, pa
cto, l. litigatores 11. §. 1. dict. l. 37. §. ſumma, ff. de recept. ar-
7 bitr. † Omnia ergo, quæ ſuperius de compromiſſi inu-
tilis, vel poſtea ſoluti ſpeciebus diximus, huc quoque
8 referri poſſunt. † Non cogitur inſuper arbiter ſententiam
dicere, ſi litigatores eum infamarunt, quod tamen non ſim
pliciter verum eſt, ſed cauſa cognita, l. licet 16. ibi. ſi fuerit
infamatus, l. ſed ſi 9. §. final. ff. eodem. Itaque ſi ſpreta au-
thoritate arbitri ad iudicem, vel alium arbitrum litigato-
res ierunt, quamuis mox ad eundem arbitrum redierunt:
Prætor non debet eum cogere inter eos diſceptare, qui ei
contumeliam hanc fecerint, vt eum ſpernerent, & ad aliū
irent, d. l. 9. §. fin. cum legib. ſequen. l. item ſi vnus 19. §. 1. ff.
9 de recept. arbitr. † Idem dicendum eſt, ſi inimicitiæ capita-
les inter arbitrum, & litigatores interceſſerint, d. l. licet 16.
10 in princ. † aut ſi ætas, ſi valetudo, quæ poſtea contigerit,
aut occupatio negotiorum propriorum, vel profectio vr-
gens, aut munus aliquod Reipublicæ cauſa, aut ſi qua alia
incommoditas ei poſt arbitrium ſuſceptum incidat, l. cum
lege 46. in fine, ff. de recept. arbitr. Viu. opin. incip. minores
25. annis. Proinde arbiter iudicij ſui nomine, quod publi-
cum, vel priuatum habet, excuſatus eſſe debet à compro-
miſſo, vtique ſi dies compromiſſi proferri non poteſt.
Quod ſi poteſt, cogendus eſt, die prolato, quod & in cauſa
valetudinis, ſimilibuſque cauſa cognita, obtinet: quia ſine
vlla diſtinctione ipſius futurum eſt, l. licet autem 16. ff. de
recept. arbitr. Sed ſi vterque litigatorum velit eum ſenten
tiam dicere, nō aliter propoſita eius excuſatio admittitur,
quam ſi conſentiat denuò in ſe compromitti, iudicio eius
11 finito, d. l. 16. §. ſi tamen. † Præterea liberatur arbiter dicen
do ſententiam. Qualem autem ſententiam dixerit, ad Præ-
torem non pertinet, dummodo dicat, quod ipſi videtur, l.
qualem autem 22. ff. de recep. arbitr. Si tamen de pluribus
rebus arbitrium ſit receptum, niſi omnes controuerſias fi-
nierit, non videtur dicta ſententia, & adhuc erit à Prætore
cogendus, l. dicere 23. §. ſi de pluribus, ff. eod. Sed & de di-
cta ſententia, an & quatenus valeat, vel denuò dicere ſit co
12 gendus, inferius dicentur plura. † Porrò ſi plures ſunt, qui
arbitrium receperunt, nemo vnus cogendus erit ſenten-
tiam dicere, ſed aut omnes, aut nullus, l. item ſi vnus 19.
§. item ſi plures, ff. eodem. niſi fortè in duos alterna-
tinè ſit compromiſſum, puta in Titium, aut Seium:
hoc enim caſu is ſolus erit cogendus, quem litigatores

 elegerint,

Digitized by Google

elegerint, d.l. 19. § ſed ſi ita, vt & ſupra dictum eſt. Sed &
ſi in duos, vel plures ſit compromiſſum, ita vt alterutrius
vel vnius ſententiæ ſtaretur, cæteris abſentibus præſens co
gendus eſt leg. non diſtinguemus 27. §. cum in plures ff. eo-
dem. Non tamen idem dicendum eſt, vt ſi in plures com-
promiſſum ſit, ita vt maioris partis ſententiæ ſtaret, ſingu
li cogi poſſint d. §. cum in plures, & leg. Sed ſi 8. ff. eodem.
13 † Sed & ſi arbiter iuret ſibi de cauſa nondum liquere, ſpa-
cium illi ad pronunciandum dari debet leg. Pomponius
14 14. §. fina. ff. de recept. arbitr. † Sunt & alij, qui ſententiam
dicere non coguntur, vt puta ſi ſordes, aut turpitudo ar-
bitri manifeſta ſit leg. ſed & ſi noua §. ſunt & alij ff. eodem.
15 † Sed & his diebus arbiter non cogitur ſententiam dicere,
quibus non cogeretur iudex; niſi dies compromiſſi exitu-
16 ra ſit, nec proferri poſſit d.l. 14. §. penultim. † Non aliter
autem cogendus eſt arbiter ſententiam dicere, quam cau-
ſa cognita, dicta leg. licet 16. in princip. ff. de recept. arbitr.
17 † Quod ſi ſe celare tentauerit. Prætor eum inueſtigare
debet, & ſi diu non apparuerit, mulcta aduerſus eum in-
dicenda eſt dicta leg. non diſtinguemus 37. §. ſi arbiter ff.
eodem.

SVMMARIVM.

1 *Actio, & exceptio competit ex compromiſſo, ſi fides non præ-ſtetur.*
2 *Actio compromiſſi competit, ſi tempore, vel loco non affuerit.*
3 *Locus & dies quis inſit in compromiſſo.*
4 *Locus in honeſtus non ineſt compromiſſo.*
5 *Pœna non committitur, ſi arbiter, iuſſo die in loco non affuit.*
6 *Valetudo litigatorum excuſat quod declaratur.*
7 *Adeſſe dicitur, qui mittit procuratorem, limitatur.*
8 *Dies compromiſſi poteſt proferri, ne pœna committatur.*
9 *Actio de dolo compromiſſo datur.*
10 *Compromiſſum plenum quod habet, & doli mentionem.*
11 *Prohibens arbitrum ſententiare ex compromiſſo tenetur.*
12 *Deducens in iudicium rem compromiſſam, tenetur, limitatur atque declaratur.*
13 *Rei, Fideiuſſores, Hæredes } petentes incidunt in pœnam compromiſſi.*
14 *Compromiſſum ad tollendas, non differendas lites fit.*
15 *Actio ex compromiſſo facto alieno nomine oritur.*
16 *Actio datur ex pœna, committitur, ſi ſententiæ non pareatur.*
17 *Sententia arbitri ſtare quid ſit.*
18 *Pœna ex quibus cauſis committatur.*
19 *Sententia arbitri, etiam iniqua ſtandum eſt.*
20 *Arbitrorum duo genera proponuntur.*
21 *Arbitrium boni viri in quibus implicetur, & exerceri debeat, dantur exempla plura.*
22 *Reductio ad arbitrium boni viri vtroque iure conceſſa.*
23 *Reductioni ad arbitrium boni viri an poſſit renunciari.*
24 *Reductio ad arbitrium boni viri ſpatio 30. annorum expirat.*
25 *Reductio ad arbitrium boni viri apud quem petenda.*
26 *Succumbens in cauſa reductionis tenetur ad pœnam.*
27 *Arbitrium boni viri in ſocietatibus quod eſſe poſſit.*
28 *Laudum inhoneſtum non eſt obſeruandum.*
29 *Sententia arbitri incerta eſt inutilis.*
30 *Sententijs diuerſis plurium arbitrorum, non ſtatur, limitatur.*
31 *Sententia lata contra facultatem in compromiſſo datam non ſtatur.*
32 *Sententia pro bono pacis lata contra facultatem, ſtabitur.*
33 *Sententia contra iuramentum iurans, non ſtatur.*
34 *Arbiter aſſumens adiunctum non fert ſententiam.*
35 *Dies non eſt proferendus, ſi facultas non ſit data.*
36 *Compromiſſum de omnibus controuerſijs non intelligitur de futuris, nec de pœna compromiſſo adiecta.*
37 *Compromiſſo ſine die facto quid iuris.*
38 *Officium arbitri continet, vt poſſeſſio detur vacua.*
39 *Arbiter poteſt dare diem ſolutioni.*
40 *Arbiter minore quantitate petita poteſt condemnare in verè debitam.*
41 *Arbiter iubere poteſt dominum adeſſe, vbi adeſt procurator.*
42 *Arbiter poteſt iubere hæredem adeſſe.*
43 *Arbiter conditionem compromiſſi nec minuit, nec mutat.*
44 *Arbiter non iubet ad iudicem iri, nec in alium compromitti.*
45 *Sententia ab arbitro partibus præſentibus ferenda.*
46 *Diem qualiter proferre poſſit arbiter.*
47 *Præſentes qui dicantur, & qui non.*
48 *Arbiter non alius debet ſententiam ferre.*
49 *Arbitri plures omnes debent ſententiam ferre limitatur, & declaratur.*
50 *Arbiter factus inimicus non debet ſententiam ferre.*
51 *Arbiter per ſordes, vel per gratiam non debet ſententiare.*
52 *Sententia vltra diem compromiſſi lata nulla.*
53 *Sententia ante probationem dies dicta nulla.*
54 *Sententia feriatis diebus lata nulla limitatur.*
55 *Sententiam latam arbiter nec corrigere, nec mutare poteſt. limitatur.*
56 *Appellatio non datur à ſententia arbitri, limitatur.*
57 *Sententiæ arbitri ex quibus impunè non paretur.*
58 *Pœna ſemel commiſſa amplius non committitur, limitatur.*
59 *Pœna ex quibus commiſſa non intelligitur.*
60 *Tempus intra quod committatur ſtipulatio, ſi non pareatur laudo ſine die dato.*
61 *Tempus datum ad parendum ſeruandum, aliàs pœna.*
62 *Hæres offerens excuſatur à pœna authoris.*
63 *Pœnam pati debet, qui non paruit laudo.*
64 *Actio de compromiſſo datur ei, qui compromiſit, pœnamque ſtipulatus eſt.*
67 65 *Pœna debetur etiam ab eo, qui paruit, ſi alij cohæredes non peruenerint, limitatur in facto diuiduo.*
66 *Pœna integra ſoluta ab vno liberat omnes.*
68 *Pœna partem præſtando quando quis liberetur, vel parendo.*
69 *Actio, vel exceptio ex compromiſſo ad pœnam ex ſtipulatu datur.*
70 *Pœna ſtipulata ſoluta licet rem denuo deducere in iudicium.*
71 *Actio de dolo ex compromiſſo competit.*

De actione, & exceptione laudi, & compromiſſi. Tit. 61.

NVnc de actione, & exceptione, quæ ex compromiſ-
1 ſo deſcendit eſt dicendum. † Competit autem hu-
iuſmodi actio, vel exceptio, ſi compromiſſo fides
ab aduerſario non præſtetur l. ita demum 36. in princi. de
recept. arbit. l. inter 49. ff. eod. l. Celſus 28. §. penul. ff. eod. &
2 l. qui tamen 25. §. ſi arbiter ff. eod. † Proinde ſi tempore, vel
loco ſtatuto non affuerit tenetur l. 2. C. de recept. arbitr. l.
diem proferre 32. §. ſi quis litigãtium ff. eod. Niſi intra diẽ
compromiſſi aditus arbiter, poſt diem compromiſſi adeſ-
ſe iuſſerit l. quid tamen 25. §. ſi intra ff. eod. Nam ſi arbiter
diem compromiſſi proferri iuſſit, cum hoc ei permiſſum
non eſſet, impune ei non paretur, ſecus ſi dies ab arbitro
proferri potuit: hoc enim caſu mora non comparenti no-
3 cet l non ex omnibus 44. §. fi. ff. de recept. arbitr. † Idem di-
cendum, ſi intra diem compromiſſi non comparuerit,
quamuis in compromiſſo placuit proferri diem, nec tamẽ
arbiter eam protulerit d. §. final. Idem dicendum de loco.
Nam is locus compromiſſo ineſt, de quo actum eſt, cum
compromitteretur d. leg. 25. §. ſi arbiter ff. de recept. arbi-
tr. impunè igitur Arbitro non parebitur, ſi alio loco adeſſe
iuſſerit d. §. ſi arbiter. Si autem non appareat de quo loco
actum ſit, melius dicetur, eum locum contineri vbi, com-
promiſſum eſt dicta leg. 25. §. quid ergo. Itaque ſi Romæ
in arbitrum compromiſſum ſit, iſque in prouincia litiga-
tores adeſſe iuſſerit: impunè ei non parebitur d. §. ſi arbi-
ter. Quid tamen ſi eo loci, qui ſit circa vrbem, adeſſe iuſſe-
rit? dicendum eſt, iuſſum valere: dummodo eius ſit autho-
ritatis arbiter, vt in receſſibus ſoleat agere, & litigato-
res facilè eo loci venire poſſint dicta leg. 25. §. quid tamen.
4 † Sed & ſi in locum aliquem inhoneſtum adeſſe iuſſerit,
puta in popinam, vel lupanarium; ſine dubio impunè ei
non parebitur, adeo quidem, vt ſi is ſit locus, in quem al-
ter ex litigatoribus honeſtè venire non poſſit, alter poſſit,
& is non venerit, qui ſiue ſua turpitudine eo venire poſ-
ſit, iſque venerit, qui inhoneſtè venerat, non committitur
pœna compromiſſi, quaſi non præbita opera d. leg. 25. §.
Vnde eleganter. Abſurdum. n. eſt, iuſſum in alterius perſo-
5 na ratũ eſſe, in alterius nõ d. §. vnde elegãter in fine. † Præte
rea ſi arbiter certo die adeſſe iuſſerit, puta Calẽ. Ianuarijs,
& an-

& ante diem deceſſit, alter litigatorum non affuit: procul
dubio pœna minimè commiſſa eſt, quod etiam dicendum
eſt, ſi ex alia cauſa arbiter ipſe non venerit, l. arbiter 38. ff.
6 de recept. arbitr. d. l. 25. §. ſi quis ex litigatoribus. † Sed &
non committitur pœna, ſi valetudine, vel alia iuſta cauſa li
tigator non comparuerit: dummodo die compromiſſi fi-
nito paratus ſit in eundem compromittere, d. §. ſi quis ex
litigatoribus, de quo in d. l. 25. Alioquin quamuis ob aduer
ſam valetudinem, vel quia Reipublicæ cauſæ abfuerit,
aut magiſtrami, aliave iuſta cauſa impeditus non ſteterit,
non tamen excuſatur, ſi non ſit paratus in eundem com-
promittere, d. §. ſi quis. Niſi fortè, & arbiter in ſe arbitriũ
7 recipere recuſauerit, §. ſed hoc ita demum. † Præterea qui
ſtatuto tempore, vel loco non comparuerit, excuſatur, ſi p
procuratorem defendatur: dummodo ab arbitro ipſe non
iubeatur adeſſe. Nam arbiter ipſos litigatores, quãuis per
procuratores defendantur, adeſſe iubere poteſt, eiuſque
ſententiæ erit parendum, l. non diſtinguemus 37. §. ſi domi
8 ni, ff. de recept. arbitr. † Tandem quoad tempus obſeruan
dum eſt, quod dies compromiſſi proferri poteſt, non ex
conuentione: ſed cum iuſſu arbitri eam proferri neceſſe
9 eſt, ne pœna committatur, dicta l. 37. §. dies. † Datur inſu-
per ex compromiſſo actio, ſi alter ex litigatoribus dolo in
ea re ſit verſatus. nam ſi quidem compromiſſo adijciatur.
Si quid dolo in ea re factum ſit, ex ſtipulatu conueniri, qui
dolo fecit, poteſt, leg. ita demum 36. §. ſed & ſi quidem, ff.
de recept. arbitr. Et ideo ſiue arbitrum corrupit, vel pecu-
nia, vel ambitione, vel aduocatum diuerſæ partis, vel ali-
quem ex his, quibus cauſam ſuam commiſerat, ſiue aduer
ſarium callidè circumuenit, & omnino ſi in hac lite dolo
verſatus eſt, locum habebit ex ſtipulatu actio. Quod ſi hu-
iuſmodi clauſula in compromiſſo adſcripta non eſt: tunc
10 de dolo actio, vel exceptio locum habebit: † Hoc autem
compromiſſum plenum eſt, quod etiam doli habet men-
11 tionem, d. §. ſed & ſi quidem, l. arbitrorum 3. C. eod. † Si
quis item præſens arbitrum ſententiam dicere prohibuit,
ex compromiſſo tenetur, l. diem proferre 32. §. penult. ff. de
12 recept. arbitr. † Sed & tenetur, qui rem, de qua cõpromiſ
ſum eſt, in iudicium deduxit, l. ſi quis 35. in fine, ff. eod. Si ta
men cum de pluribus rebus, vel controuerſijs ageretur, de
quibuſdam non, non omnibus compromiſſum ſit, licet ple
num compromiſſum factum ſit, ex cæteris tamen cauſis a-
ctiones ſuperſunt. Id enim venit in cõpromiſſum, de quo
actum eſt, vt veniret. Sed eſt tutius, ſi quis de certa re com
promiſſum facturus ſit, de ea re ſula exprimere, l. quid ta-
men 25. §. plenum, ff. de recept. arbitr. Sed & ſi de rebus cõ
trouerſijſque omnibus factum eſt, verum errore quædam
ſpecies in petitione non ſunt deductæ, nec arbiter de his
quicquam pronunciauit, ſpecies omiſſæ peti nihilominus
poſſunt, nec pęna ex compromiſſo committitur, l. de rebus
48. ff. eo. Quod ſi malignè ſint omiſſæ, peti nihilominus poſ
ſunt, ſed pœna non committitur, l. apud Celſum 4. §. item
quæritur ibi. Quod ſi malignè, ff. de doli mali excep. Idem
dicendum, ſi minor quantitas petita ſit, quam de qua com
promiſſum erat, vel caueri debebatur, d. §. item quæritur.
Et ſi autem arbiter ſua ſententia non vetuit rem in iudiciũ
deduci: tamen ea in iudicium deducta, pęna committitur.
Nam ſi arbiter ita pronunciaſſet, Nihil videri Titium de-
bere Seio, tametſi Seium non vetuiſſet petere, tamẽ ſi quid
petijſſet, videtur contra ſententiam arbitri feciſſe, dicto §.
item quæritur. Si tamen ab alio, vel aduerſus alium eadem
res in iudicium deducta ſit, ex compromiſſo agenti obſta-
bit exceptio, niſi fortè actoris interſit non peti, l. ſi duo. 39.
13 in princip. ff. de recept. arbitr. † Proinde ſi duo rei ſint, aut
credendi, aut debendi, & vnus compromiſerit, iſque veti-
rus ſit petere, aut ne ab eo petatur: ſi alius petat, vel ab a-
lio petatur, ſi quidem ſocij ſunt, pœna committitur, ſecus
ſi ſocij non ſunt: nam tunc nec à te petitur, nec ego peto,
nec meo nomine petitur, licet à te petatur, d. l. ſi duo 39. &
l. aduerſus 34. ff. eod. Sed & ſi à fideiuſſore eius, qui com-
promiſit, petatur, pœna committitur. Si quidem qui à fi-
deiuſſore petit, à reo petere videtur. Si tamen cum fideiuſ-
ſore compromiſſum ſit, & à reo petatur, niſi interſit fide-
iuſſoris, pœna non committitur, d. l. aduerſus 34. Sed & ſi
hæres eius, qui compromiſit, petat, vel ab eo petatur: pę-
nam committi, vel exceptioni locum eſſe conſtat, l. quami-
14 uis 42. ff. eod. † Non enim differendarum, ſed tollẽdarum
litium cauſa ad arbitros itur, d. l. 42. ibi: non enim, vbi gloſ.

15 & Doctor. † Præterea ex compromiſſo actio naſcitur, ſi
cum quis alieno nomine compromiſiſſet ſine mandato,
dominus id ratum non habuerit, l. non diſtinguemus 37. §.
penult. ff. de recept. arbitr. c. per tuas. 9. §. ſuper quo. de ar-
16 bitr. † Poſtremò committitur pœna compromiſſi, & a-
ctio datur, ſi ſententiæ arbitri non ſtetur, l. vltima, ff. eod. l.
inter 49. l. Celſus 28. §. penultimo, l. quid tamen 25. ff. eod.
17 † Stare autem ſententiæ arbitri nil aliud eſt, quam id age-
re (quantum in ipſo ſit) vt arbitri ſententiæ pareatur, di-
18 cta l. Celſus 28. §. penultimo. † Planè non ex omnibus cau
ſis, ex quibus arbitri ſententiæ paritum non eſt, pœna ex
compromiſſo committitur: ſed ex his duntaxat, quæ ad
ſolutionem pecuniæ, aut operam præbendam pertinent, l.
non ex omnibus. 44. in principio, ff. de recept. arbitr. Si qui-
dem, & contumaciam litigatoris arbiter punire poterit,
pecuniam eum aduerſario dare iubendo, quo in numero
haberi non oportet, ſi teſtium nomina ex ſententia arbitri
19 exhibita nõ ſint, dict. l. 44. † Stari autem ſententiæ, arbitri
debet, ſiue æqua, ſiue iniqua ſit: nam vel minus probabi-
lem ſententiam æquo animo ferre debet, qui arbitrium a-
licuius elegit, l. diem proferre. 32. §. ſtari, vbi gloſſ. & Bar-
20 tol. ff. de recept. arbitr. † Planè arbitrorum genera duo
ſunt: vnum quidem eiuſmodi, vt ſiue æquum ſit, ſiue ini-
quum, parere debeamus, quod obſeruatur, cum ex com-
promiſſo ad decidendas lites itum eſt, l. ſocietatem 77. §.
21 arbitrorum, ff. pro ſocio. † Alterum eiuſmodi, vt ad boni
viri arbitratum redigi debeat, & ſi nominatim perſona ſit
comprehenſa, cuius arbitratu fiat, veluti cum lege locatio-
nis comprehenſum eſt, vt opus arbitrio locatoris fiat, d. §.
arbitrorum, vbi gloſſ. Bartol. & alij. Idem dicendum, ſi ita
ſocietas contracta ſit, vt Nerua amicus vtriuſque commu-
nis partes ſocietatis conſtitueret, eiuſque arbitrium ita
prauum ſit, vt manifeſtà iniquitas eius appareat, puta vt
vnus ex triente, alter ex beſſe ſocius eſſet, vel vnus ex mil-
leſima parte, alter ex duabus milleſimis ſocius eſſet, hoc
enim arbitrium per iudicium bonæ fidei corrigi poteſt, &
ad arbitrium boni viri redigi, dicto §. arbitrorum. cum
22 quatuor legibus ſequentibus, vbi gloſſ. & Doctor. † & ſic
patet, & in hoc ius ciuile conuenire cum Canonico, vtrum-
que enim admittit, ſi ſententia arbitratoris iniqua appa-
reat, quod ad arbitrium boni viri poſſit reduci, vt notatur
in allegatis iuribus, & probant Villalob. A. 140. & R. 12. Ga
briel. de arbitr. libro 2. concluſ. 3. numero 1. Soarez A. 134.
& 135. in addit. Viuius, qui concedit differentiam iuris Ca-
nonici, & ciuilis, hoc idem firmat, ſed ex iure Canonico,
dum habet vtrumque in opin. incipien. appellari non po-
23 teſt. † An autem huic reductioni poſſit renunciari? differi-
tur apud Gabr. in d. concluſ. 3. num. 30. vſque ad nume. 60.
& apud Tuizan. opinio. 132. & Villalob. R. 24. Soarez A.
24 250. † Verum facultas hæc petendi reductionem hanc,
expirat ſpatio 30. annorum. Villalob A. 135. in addit. vlt. in
25 fine, & 140 & R. 12. † Apud quem autem reductio hæc
ſit petenda differitur, apud Villalò. R. 13. & apud Stepha.
Aufret. de poteſt. ſæcul. in Eccleſiaſticos reg. 2. fallent. 17. &
26 de poteſt. Eccleſ. ſuper laicis caſu 13. † Succumbens verò
in cauſa reductoria indiſtinctè tenetur ad pęnam compro
miſſo appoſitam. Quod tamen controuertitur apud Vil-
lalo. C. 116. in addit. ver. ſimiliter alius error, & communi-
ter maximè reprobatur, ſi pro parte aliqua in reductione
27 obtinuit. Gabr. lib. 2. de expenſ. concluſ. 2 num. 5. † Illud ta
men poteſt conueniens eſſe viri boni arbitrio, vt non vtiq;
ex æquis partibus ſocij ſint, veluti ſi alter plus operæ, indu-
ſtriæ, gratiæ, pecuniæ in ſocietatem collaturus eſt, leg. quid
28 enim 81. ff. pro ſoc. l. ſi non fuerit 29 ff. eod. † Sanè non de-
bent compromiſſo obtemperare litigatores, ſi arbiter ali-
quid inhoneſtum iuſſerit, d. l. quid tamen 25. §. non debent
c. non ſine 2. c. peruenit 3. de arbitr. c. Quintauallis 23. de iu
29 reiur. † Sed & incerta ſententia arbitri inutilis eſt, cui non
pareri impunè poſſit: puta quantum ei debes: diuiſioni
veſtræ ſtari placet, pro ea parte, quam creditoribus ſuis
ſoluiſti, recipe, dicta leg. vigeſima quinta, §. Pomponius.
30 † Similiter ſi plures impari numero, vel pari, arbitri
fuerint, & diuerſas ſententias dixerint, licebit ſententiæ
eorum non ſtari, l. diem proferre 32. §. ſi plures, ff. de re-
cept. arbitr. cap. vltimo, §. final. de re iudicat. Niſi arbitri
dati ſint iuxta formam ſtatuti, tunc enim ei ſententiæ
ſtandum, quam ſuperior confirmauit. Villalob. A. 139. &
Soarez A. 239. Et ſuperior hoc in caſu erit tertius, quem

Prætor duobus diſcordantibus elegerit, huius enim tertij
authoritati parendum eſt, l. item 19. §. principaliter in fi. de
recept. arbitr. vbi gloſſ. penult. & vlt. Gabr. lib. 2. de arbitr.
concluſ. 1. nu. 2. Surd. conſ. 452. nu. 59. & 60. Blanch. de com-
promiſſ. de ſent. & execut. quæſt. 9. nu. 57. Si tamen maior
pars numeri imparis conſentiat, ei ſtabitur, alioquin pęna
committitur, d. §. ſi plures, & l. item ſi vnus 19. §. principa-
liter, ff. de recept. arbitr. dummodo omnes arbitri fuerint
præſentes, d. l. 19. §. fin. cum legib. ſequen. c. 1. in fi. de arbitr.
& c. 5. eod. tit. in 6. d. l. diem proferre 32. §. ſi plures ver. ſed
ſi maior, c. vno delegatorum 42. de offic. delegati. Sed & ſi
diuerſis ſummis arbitri condemnauerint, tamen quoniam
minor ſumma ineſt maiori, & ob id in minorem ſummam
conſenſiſſe videntur omnes, ea præſtabitur, aut pœna com
mittetur, diuerſitate ſententiarum non obſtante, d. l. diem
32. §. inde quæritur apud Iulianum, ff. de recept. arbitr. d.
c. 1. ver. licet cum vnus in quindecim de arbitr. in 6. dum-
modo, & hic omnes arbitri fuerint præſentes, vt paulo ſu-
perius dictum eſt. niſi fortè abſentes adeſſe nolint, capit. vt
quæſtionibus. 2. de arbitr. in 6. vt & ſupra in præceden. tit.
31 dictum fuit. † Præterea ſententiæ arbitri non parebitur, ſi
contra modum in compromiſſo comprehenſum aliquid
ſtatuerit, nec enim aliud illi licebit, quam quod ibi, vt effi-
cere poſſit, cautum eſt, d. l. non diſtinguemus 37. §. de offi-
cio, ff. de recept. arbitr. exemplo d. l. 37. §. item ſi iubeat, &
§. arbiter nihil, l. quid tamen 25. §. intra, & §. item ſi arbi-
ter, & l. de his rebus 51. ff. eod. c. cum dilectus 6. in fin. de ar-
bitr. c. examinata 7. de confirmat. ca. cum olim 7. de arbitr.
32 ca. cum in veteri. 52. de elect. † Niſi pro bono pacis arbiter
etiam de non deductis in compromiſſo pronunciet. Villa-
33 lob. C. 116. vet. item nota, quod licet depoſitum. † Planè ſi
ſententia arbitri id præceptum ſit, quod eſt contra iuramẽ
tum eius, cui præceptum eſt, impunè ei non parebitur exẽ-
plo ca. veniens 16. de iureiur. & exemplo illius, quod ſupra
dictum eſt de inhoneſto, vel contra leges per arbitrum iuſ
34 ſo. c. 2. & 3. de arbitr. c. Quintauallis. 23. de iureiur. † Pro-
inde ſi iubeat ſibi alium coniungi, cum id in compromiſſo
non ſit, non dicit ſententiam. Nam ſententia debet eſſe de
re compromiſſa, de hoc autem compromiſſum non eſt, d. l.
non diſtinguemus 37. § item ſi iubeat, ff. de recept. arbitr.
35 Gabr. lib. 2 de arbitr. concl 1. differit. † Idem dicendum, ſi
cum in compromiſſo de die proferenda, nihil cautũ eſſet,
arbiter diem proferri iuſſerit: nam & hoc caſu impunè illi
36 non parebitur, d. l. 37. §. fin. † Vnde & de his tantũ rebus,
& controuerſijs, & rationibus iudicare arbiter poteſt, quæ
ab initio fuerunt inter eos, qui compromiſerunt, non quæ
poſtea ſuperuenerunt, d. l. de his rebus 51. ff. de recept. arbi
tr. Idem etiam iuris eſt, ſi arbitri pœnam ex compromiſſo
peti vetuerint: quia non de pœna compromiſſum eſt, d. l.
37 quid tamen 25. §. item ſi arbiter, ff. eod. † Planè ſi compro-
miſſum ſine die confectum eſt, neceſſe eſt arbitrum omni-
modo diem ſtatuere, partibus ſcilicet conſentientibus, &
ita cauſam diſceptari. Si tamen hoc prætermiſerit, omni
tempore cogendum eum eſſe diximus, ſententiam dicere,
38 l. ſed & ſi 15. ff. de recept. arbitr. † Sed & arbitri officio cõ-
tinetur, quemadmodum detur vacua poſſeſſio, d. l. 37. §. ar
39 bitri. † Solutioni quoque diem ſtatuere arbiter poteſt, d.
40 l. 25. §. ſolutioni. † Sed & ſi minor quantitas, quam re uera
debetur per errorem in petitionem deducta ſit, poteſt ar-
biter in id, quod re uera debetur, cõdemnationem facere,
l. apud Celſum 4. §. item quæritur, ff. de doli mali except.
41 † Item ſi Domini per procuratores ſuos apud arbitrũ age
re velint: poteſt iubere ipſos etiam adeſſe, d. l. 37. § ſi domi
42 ni, † Sed & ſi hæredis in compromiſſo mentio fiat: poteſt
43 iubere etiam hæredem eorum adeſſe, d. §. ſi domini. † Hi-
ſce exceptis, de quibus ſupra arbiter conditionem compro
miſſi, neque minuere, neque mutare poteſt, l. Labeo ait 30.
§. hæc autẽ clauſula, vbi gl. & Bar. ff. de recept. arbit. Quod
ſi contra fecerit impunè, ei non parebitur, d. §. hæc autem.
Idem dicendum, ſi iubeat, ad iudicem iri, vel in alium arbi
44 trum compromitti, d. l. 37. §. quæſitum, ff. eod † Idem ſi iu
beat ad iudicem iri, vel in alium arbitrum compromitti, d.
l. 37. §. quæſitum. Idem eſt ſi iubeat arbitro Publij Meuij
fundum tradi, aut ſatiſdari: ne hoc modo propagentur ar
bitria, aut in alios interdum inimicos agentium transferan
tur. Nam ſententia ſua finem controuerſiæ, arbitrũ impo-
nere oportet: Non autem finitur controuerſia, cum aut dif
fertur arbitrium, aut in alium transfertur, parſque ſenten-
tiæ, eſt quẽadmodũ ſatiſdetur, qu b. ſ. deinde ſcribitur: q dele
gari non põt, niſi de hoc compromiſſum ſit, vt arbiter ſta-
tuat, cuius arbitratu ſatiſdetur, d. l. nõ diſtinguemus 37. §.
q̃ſitũ, ff. de recep. arbit. Præterea ſi cõpromiſſo facto ſẽtẽ-
tia dicta eſt, qua quis à minore 25. annis tutela abſoluere-
tur: tatũ id à Prætore nõ habẽdũ eſt, neque pœnæ eo noĩe
45 cõmiſſæ petitio danda, l. Labeo 3. in prin. ff. eo. † Præſenti-
bus aũt partibus arbiter ſniam dicere debet, quo omiſſo,
ſnĩa vitiatur, l. de vnoquoque 47. ff. de re iud. l. ſi proluſorio
14. §. fin. ff. de appel. l. ea, quæ 7. C. quomod. & quand. iud. l.
ſi fiſcus 7. ff. de iure fiſci, l. non intelligitur 3. §. Diuus, ff. eo.
& vt dictũ fuit ſupra tit. 48. ver. ſed & de vnoquoque, &c.
c. vno delegatorũ 42. de offi. deleg. l. 17. § ſi. cũ l. ſeq. ff. de re
cept. arbit. Niſi abſentes adeſſe nolint, c. vt quæſtionib. 2. de
arbit. in 6 & vbi ſup. d. tit. 48. Sed ſi quis litigatorũ defue-
rit, quia per eũ factũ eſt, quominus arbitretur, pęna quidẽ
cõmittetur: attamẽ ſnĩa nõ valebit, niſi in cõpromiſſo hoc
ſpecialiter expreſſum ſit, vt vel vno, vel vtroque abſente ſẽ
tentia promatur, l. diẽ proferre 32. §. ſi quis litigatorũ, vbi
gl. & Doct. ff. de recep. arbit. Viu. opin. incip. citatio ver. ſen
46 tentia, nu. 2. Planè † diẽ proferre, vel præſens, vel per nun-
ciũ, vel per Epiſtolã põt, l. ſed & interpellatur. 54. §. arbiter
ff. eo. Idẽ dicẽdũ ſi litigatores adeſſe iubeat, d. §. arbiter, vbi
gl. & Doct. & d. l. 32. in princ. præſentibus aũt partibus, vel
corã dicere ſniam vr, qui eã ſapientibus dicit, d. l. diẽ 32. §.
47 corã. † Cæterũ corã furioſo, vel demente non vr dici: Item
coram pupillo non videtur ſententia dicta, niſi tutor præ-
ſens fuerit: & ita de alijs quoque ſimilibus reſponſum eſt,
48 d. l. 32. §. cæterum, l. ſi compromiſſum 52. ff. eod † Præterea
vitiatur ſententia, ſi alius, quam is, in quem compromiſſũ
eſt, eam dixerit, l. in compromiſſis 50. ff. de recept. arbitr. l.
49 non diſtinguemus 37. §. quæſitum, ff. eo. † Idem dicẽdum,
ſi cum in plures cõpromiſſum eſt, aliqui ex ijs, non oẽs ſen-
tentiã dixerint: puta, ſi in tres cõpromiſſum eſſet, duo ſen-
tentiã dixerint, abſente tertio, l. item ſi vnus 19. §. fin. cum l.
ſeq. ff. de recept. arbitr. Planè ſi tertius præſens fuerit, quã-
uis diſſenſerit, nihilominus duorũ ſnĩa valet, d. §. fin. vt &
paulo ſuperius dictum eſt. Sed & ſi ita in duos, vel plures
compromiſſum ſit, vt vel vnius ſententiæ ſtaretur: ſufficit,
vel vnum ex ijs ſententiam dixiſſe, d. l. 37. §. cum in plures,
l. ſed ſi 8. ff. eod. Quamuis autem in duos cõpromiſſum ſit,
quorum alter arbiter eſſe non poſſit, puta ſeruus: tamen al
ter ſolus ſententiam dicere non poteſt, niſi hoc in compro
miſſo ſpecialiter ſit expreſſum, l. Pedius 7. §. 1. ff de recept.
50 arbitr. † Præterea cum quidam arbiter, ex quibuſdã cau
ſis inimicus alterius litigatoris manifeſtè apparuiſſet, te-
ſtationibus etiam conuentus, ne ſententiam diceret, nihi-
lominus nullo cogente, dicere perſeueraſſet. libello cuiuſ-
dam id quærentis Imperator Antoninus ſubſcripſit, poſſe
eum vti doli mali exceptione: & idem cum à iudice con-
ſuleretur, apud quem pœna petebatur, reſcripſit; etiam ſi
appellari non poteſt, doli mali exceptione in pœnæ peti-
tione obſtaturam. Per hanc igitur exceptionem quædam
appellandi ſpecies eſt, cum liceat retractare de ſententia
51 arbitri, d. l. 37. § cum quidam. † Idem dicendum, ſi ſordes,
vel euidens gratia arbitri in ferenda ſnĩa arguatur, l. arbi-
52 trorũ, C de arbitr. † Sed & ſi vltra diẽ in cõpromiſſo com
prehenſum iudicatũ eſt, ſnĩa nulla eſt, nec vllã pęnã cõmit
53 tit, qui ei non paruerit, l. 1. §. fin. C. eo. † Itẽ ſi cum in cõpro
miſſo cautum eſſet, vt eadem die de omnibus controuerſijs
ſententiam diceret, & vt poſſet diẽ proferre: arbiter de qui-
buſdam rebus dicta ſententia, de quibuſdam nõ dicta, diẽ
protulit: valet quidem prolatio diei, ſed ſnĩæ eius antea di
ctæ impunè non parebitur: quia officio in ea dicenda fun-
54 ctus non eſt, l. Labeo 30. in prin. ff. de recept. arbit. † Sed &
ſi feriatis diebus ſententia dicta ſit, inutilis eſt, niſi fortè
dies compromiſſi exitura erat, nec proferri poterat, vel co
gente Prætore, feriatis diebus ſententiam dixit: his enim ca
ſibus, ſi ab eo, qui ſententiæ non paruerit, pœna ex cõpro-
miſſo petatur, exceptione propoſita nõ defenditur, l. Pom
ponius 14. §. arbiter, ff. de recep. arbit. l. ſi feriatis 41. ff. eod.
Idem dicendum, ſi aliqua lege, vel in compromiſſo dies fe
55 riata, in qua ſententia dicta eſt, ſit recepta, d. l. 41. † Porrò
ſententiam ſemel dictam, & ſi errauerit arbiter amplius
corrigere, vel mutare non poteſt, leg. qualem autem 22. §.
final. cum leg. ſequent. ff. de recept. arbitr. Ideoque quam-
uis ab eo ſit mutata, tamen ei ſtari debet, ſi modo ſit
ſententia definitiua, quæ vel condemnationem, vel
abſo-

abſolutionem contineat. Secus ſi ad præparationem cauſæ
pertineat, non arbitrium finiat: vt puta ſi iuſſerit litigato-
res Calendis adeſſe, mox Idibus iubeat: Nam hoc caſu mu
tare ſententiam arbiter nõ prohibetur, & ei ſtabitur, quod
poſtea dixit, d. §. fin. cum l. ſeq. Quod dicendum eſt de ſen-
tentia definitiua, ſi cum in compromiſſo conueniſſet, vt de
omnibus controuerſijs vno die ſententia diceretur, ille de
quibuſdam dixerit ſententiam, de quibuſdam non: hoc .n.
caſu de ijs, de quibus dixit ſententiam, poſtea rurſus cum
alijs ſententiã dicere poteſt, priore ſententia mutata, l. quid
56 tamen 25. in prin. ff. de recept. arbitr. † Porrò à ſentẽtia ar
bitri ex compromiſſo ſumpti appellari nõ poteſt: quia nec
iudicati actio inde præſtari poteſt. Ideoque inuicem pœna
promittitur, vt metu eius à placitis non recedatur, l. 1. C. de
recept. arbit. l. non diſtinguemus 37. §. cum quidam in fine,
ff. eod. Planè ſi non ſpontè, ſed lege cogente arbiter ſũptus
ſit, vel cogente ſtatuto, ab eo prouocare non eſt prohibitũ,
l. cum ſpecialis 16. in fine, C. de indic. exemplo l. arbitro 9.
57 ff. qui ſatiſd. cog. † Non ſolum propter cauſas hactenus
enumeratas ſententiæ arbitri impunè pareri non poteſt, ve
rum etiam ſi compromiſſum inutile ſit, vel non obligato-
rium, vel quamuis ab initio inutile fuerit, ex poſt facto fue
rit ſolutum, cuius vtriuſque ſpecies ſuperius enumerauimus.
Quod ipſo iure ſubſiſtit hac ratione, quod cauſa prin
cipali non ſubſiſtente, nec ea, quæ ſequuntur locũ habent,
58 l. cum principalis 138. & l. nihil dolo 171. ff. de reg. iur. † Se-
mel autem pœna compromiſſi commiſſa amplius commit
ti non poteſt, niſi id actum ſit, vt in ſingulas toties commit
teretur, l. ſi duo 39. §. ſemel, vbi glo. & Bart. ff. de recept. ar-
bitr. Sed & ita demum committitur pœna, ſi ſine dolo ma
lo ſtipulantis, quid contra compromiſſum factum ſit, l. ita
demum 36. vbi gloſſ. & Doctor. ff. eodem. Sub hac enim
conditione committitur ſtipulatio, ne quis doli præmium
59 ferat, dicta leg. 36. † Sed & ſi alio modo per aduerſarium
ſteterit, quominus ſententiæ arbitri ſtaretur, vel alia iuſta
cauſa quis impeditus non paruerit, pœna non committi-
tur: puta ſi arbiter iuſſerit, me tibi dare, & valetudine ſit
impeditus, quominus accipiat, aut alia iuſta ex cauſa. Pla-
nè hoc caſu aduerſario poſtea recipere parato, ſi ei non
detur, committitur pœna compromiſſi, quamuis antea
per eum ſteterit, quamuis ſententiæ arbitri paritum eſſet,
l. Celſus ait 28. §. idem ait, & §. final. l. arbiter 45. l. ſed ſi po-
ſtea 29. l. 22. §. nam & ſi, ff. de actio. & obligatio. & vbique
60 gloſſ. & Doctor. ff. de recept. arbitr. † Intra quantum au-
tem temporis, niſi detur, quod arbiter iuſſit, committatur
ſtipulatio, videndum eſt, & ſi quidem adiectus dies non
ſit, ineſt quoddam modicum tempus, quod vbi prætere-
rit, pœna ſtatim peti poteſt: vt tamen ſi dederit ante acce-
ptum iudicium, agi ex compromiſſo non poſſit, vtique ni-
ſi eius interfuerit, tunc ſolui, l. quid tamen 25. §. final. cum
l. ſequent. ff. de recept. arbitr. l. vltima, ff. eodem. l. traiecti-
61 tiæ. 22. §. nam & ſi, ff. de actio. & oblig. † Sin autem intra
certum tempus arbiter dari iuſſerit, nec datum erit, licet
poſtea offeratur, attamen ſemel commiſſa pœna compro-
miſſi non euaneſcit, quoniam ſemper verum eſt, intra tem
pus præfixum datum non eſſe. Si autem oblatum accepe-
rit, pœnam petere non poteſt: ſed doli exceptione, remo-
uendus eſt. Contra vbi duntaxat dari iuſſit, l. Celſus 28. in
62 princ. ff. de recept. arbitr. † Planè ſi arbiter aliquem dare
iuſſerit, iſque deceſſerit, antequam daret: hærede eius of
ferente, pœna non committitur, l. dient proferre 32. §. ſi
hæredi, ibi non vtimur, ff. eodem, vbi Gloſſ. Bartol. & alij.
63 † Cum autem pœna ex compromiſſo petitur, is, qui non
paruit, damnandus eſt, quamuis aduerſarij nihil interfue-
rit, arbitri ſententiæ ſtari, leg. cum pœna 43. vbi glo. & Do
ctor. ff. de recept. arbitr. Hactenus an, & ex quibus cauſis
ex compromiſſo actio, vel exceptio detur: nunc quibus
64 detur videndum. † Datur igitur actio hæc ei, qui com-
promittit, pœnamque ſtipulatus eſt, quamuis arbiter eam
fiſco ſolui iuſſerit. Nam hac arbitri ſententia fiſco nihil ac-
quiritur, l. arbiter intra 47. vbi gloſſ. Bartol. & alij, ff. de re-
65 cept. arbitr. † Licet autem vnus hæredum promiſſoris ſen
tentiæ arbitri pro ſua parte paruerit, ſi cæteri cohæredes
non paruerint: nihilominus aduerſus hunc, qui paruit, a-
ctio pœnæ nomine datur, l. ſtipulationum 5. §. final. ff. de
66 verborum obligat. † Itaque niſi ſolidum præſtiterit vnus
hæredum, à pœnali ſtipulatione non liberatur, dict. §. fin.
l. in executione 85. §. penultimo, ff. eodem, l. hæredes 25. §.
67 in illa, ff. famil. erciſcund. † Verùm ſi factum diuiduum
ſub pœna promiſſum ſit, quod ab vno hæredum in ſoli-
dum præſtari non poteſt, pro parte poteſt: tunc enim pro
ſua parte præſtando, à pœna liberatur, l. eadem dicemus.
4. §. Cato, ff. de verborum obligat. l. inter cohæredes 44. §. ſi
68 quis ſtipul. ff. famil. erciſcund. † Idem dicendum, ſi vnus
hæredum conuentus pro ſua parte pœnam præſtiterit:
tunc enim in ſolidum ad pœnam præſtandam non tene-
tur, dict. §. Cato ibi: aut ab omnibus hæredibus, pœnam
69 committi pro portione hæreditaria. † Poſtremò ex com-
promiſſo tantum ad pœnam præſtandam, datur ex ſtipu-
latu actio, vel exceptio, iudicati actio, vel exceptio non da-
70 tur: † ſed licet ei, qui ſententia arbitri grauatus eſt, præ-
ſtita pœna negotium denuò in iudicium deducere, leg. ex
compromiſſo 2. ff. de recept. arbitr. Ideoque niſi pęna com
promiſſo inſerta ſit, illud inutile eſſe ſupra diximus, vbi
tamen quoſdam caſus enumerauimus, in quibus etiam
pœna non adiecta, compromiſſum diximus valere, qui-
bus caſibus arbitri ſententia tam per in factum actionem,
71 quam exceptionis ope defenditur. † Sed & ſi contra fi-
dem compromiſſi dolo quid factum ſit: ſi quidem doli
clauſula compromiſſo inſerta eſt, ex ſtipulatu: ſin mi-
nus de dolo malo tam actio, quam exceptio eo nomi-
ne competit, leg. ita demum 36. §. final. vbi gloſſ. in
verb. exceptio, ff. de recept. arbitr. Et hæc dicta ſint
ad euitandos otij languores, & animi ægritudinem
fortunæ magna, & graui commotam iniuria mitigan-
dam.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio æquiparatur rei iudicatæ.*
2 *Tranſactio, & pactum, de non petendo, differunt.*
3 *Differentia vocabulorum conſtituit differentiam rerum.*
4 *Pacta contractui accedentia pariunt actionem, & exceptionem.*
5 *Pacta pariunt exceptionem pacti de non petendo.*
6 *Tranſactio non parit actionem, ſed exceptionem, limitatur.*
7 *Tranſactio inter alios non lædit ius aliorum, vt in exemplis.*
8 *Tutor, & curator pro pupillo, & minore tranſigit.*
9 *Adminiſtrator Ciuitatis rectè pro ea tranſigit.*
10 *Tranſactio nocet, & prodeſt ſucceſſori, & debitori.*
11 *Tranſactionem non infirmat ægritudo corporis, mentis ſic.*
12 *Medici tranſactio cum ægroto nulla eſt.*
13 *Tranſactio per metum facta nulla, limitatur.*
14 *Metus interuentu amicorum excluditur.*
15 *Pœnitentia tranſactionem non infringit.*
16 *Tranſactio bonam fidem ſine dolo malo deſiderat, vt valeat.*
17 *Deceptus non rectè tranſigit.*
18 *Aquiliana ſtipulatio ligat, & deceptos.*
19 *Dolus non poteſt allegari à doloſo.*
20 *Dolus non poteſt allegari ab eo, qui tranſegit cum promittente inſtituturum hæredem.*
21 *Dolus volenti non infertur.*
22 *Tranſactio prudenter facta valet, quicquid eueniat.*
23 *Error tranſactionem non infirmat, limitatur.*
24 *Tranſactio fideicommiſſi non inſpecto tenore nulla.*
25 *Tranſactio ex falſis inſtrumentis nulla, limitatur.*
26 *Tranſactio de re iudicata an valeat.*
27 *Tranſactio ſine animo facta an valeat.*
28 *Tranſactio ex læſione, an infirmetur.*
29 *Tranſactio nullo dato, retento, vel promiſſo nulla, & quare.*
30 *Stipulatio ſine cauſa, nulla.*
31 *Retentum videtur debitum ex tranſactione remiſſum.*
32 *Accipere nolens promiſſum ex nullo dato, retento, vel promiſſo non annullat tranſactionem.*
33 *Tranſactionem perficit Aquiliana ſtipulatio, vel pactum conuentum.*
34 *Tranſactio de publicis iudicijs nulla.*
35 *Tranſactio de conditione ſeruili, vel adſcriptitia, valet.*
36 *Tranſactio de hæreditate viuentis nulla, limitatur.*
37 *Tranſactio de beneficio Eccleſiaſtico nulla.*
38 *Tranſactio de cauſa matrimoniali nulla.*
39 *Tranſactio fit etiam de lite non mota ob metum litis.*
40 *Tranſactio de re iudicata non valet, pactum ſic.*
41 *Tranſactio de ſententia dicta nondum in iudicatum tranſacta valet.*
42 *Tranſactio prodeſt fideiuſſoribus tranſigentium.*

Digitized by Google

43 *Aquiliana ſtipulatio, & acceptilatio validat tranſactionem etiam poſt rem iudicatam factam.*
44 *Nox non reſcindit pactum, nec tranſactionem.*
45 *Aquiliana ſtipulatio, & acceptilatio non comprehendit, quod non fuit cogitatum.*
46 *Tranſactio de vna cauſa alijs non præiudicat.*
47 *Tranſactio cum tutoribus, quæ comprehendat.*
48 *Tranſactio generalis omnia comprehendit, limitatur.*
49 *Error proprietatis rei, an vitiet tranſactionem.*
50 *Cautela, vt generalis tranſactio omnia comprehendat.*
51 *Pœnitentia non reſcindit tranſactionem.*
52 *Calumnia euidens tranſactionem reſcindit, limitatur.*
53 *Impugnans tranſactionem, ea non vtitur.*
54 *Reſtitutus aduerſus tranſactionem, ea non vtitur.*
55 *Inofficioſi accuſatione pacto tranſacta, ſi fides non ſeruetur, inofficioſi cauſa integra manet, limitatur in hærede.*
56 *Tranſactionem non ſeruans quocumque tempore ante ſententiam poteſt eam ſeruare, & quomodo.*
57 *Tranſactione executa, fruſtra agitur de reſcindenda, limitatur.*
58 *Tranſactio vim perdit, vtraque parte recedente ab ea.*
59 *Pœna ſoluta tranſactionem reſcindit, limitatur.*
60 *Tranſactio, cauſa, vel conditione non ſecuta irrita fit.*
61 *Euictio rei datæ tranſactionem non reſcindit.*
62 *Nomen deſinens eſſe ſoluendo, tranſactionem non irritat.*
63 *Lites tranſactione finitas non ſuſcitat reſcriptum Principis.*
64 *Aquiliana ſtipulatio, & acceptilatio omnia extinguit, & reſuſcitari extincta non poſſunt.*
65 *Aquiliana ſtipulatione, & acceptilatione ipſo iure, & in perpetuum actio, & obligatio tollitur.*
66 *Aquiliana non tollit dolum malum, & in factum actionem.*
67 *Reſtitutio in integrum petitur aduerſus tranſactionem.*
68 *Tranſactio vtriuſque conſenſu reſcinditur, Aquiliana non obſtante.*
69 *Aquiliana non præiudicat alijs rebus non tranſactis.*
70 *Tranſactio parit exceptionem, non actionem, limitatur.*
71 *Euicta re data actio præſcriptis verbis datur, ſi euictio in tranſactione non ſit promiſſa.*
72 *Tranſactioni fides ſi non ſeruetur, remedia plura.*

De tranſactionibus. Tit. 62.

1 NOn † minorem authoritatem tranſactionum, quā
rerum iudicatarū eſſe, certa ratione placuit, ſi qui-
dem nil ita fidei congruit humanæ, quam ea, quæ
placuerint cuſtodiri, l. non minorem 20. C. de tranſact. nnl
luſque enim litium finis, ſi à tranſactionibus bona fide in-
terpoſitis cœperit facilè diſcedi, l. ſi fratris 10. ibi nullus, C. de
tranſactio. c. 1. de tranſactio. & in Syntag. comm. opin. loco
2 14. nu. 4. per tot. † Inter tranſactionem autem, & pactum
de non petendo hæc eſt differentia, quod is, qui tranſigit,
de re dubia, & lite incerta, neque finita tranſigit, qui verò
paciſcitur, donationis cauſa rem certam, & indubitatam
liberalitate remittit, l. 1. ff. de tranſact. l. 3. C. de repud. hæ-
redit. glo. 1. & 2. in d. l. 1. Odofredus, Bald. gloſſ. in l. emptor
47. in verb. in ſua cauſa, ff. de pact. vbi Bartol. ſub num. 3.
ver. ſto cum gloſſ. Alberic. in principio, & in l. de iis, nume-
ro 4. ff. de tranſact. Cynus in l. ſub prætextu, la ſeconda, nu-
mero 4. ver. contrarium eſt verum, C. de tranſact. Nam pa
cta omnia, & tranſactiones ſicuti in corpore iuris ſepara-
tam, atque diſtinctam habent tractationem, ita conſtat, in-
ter ſe differre, re, perſonis, nomine, atque effectu: Quo-
niam tranſactiones omnes deſiderant præcedens dubium,
& fiunt inter perſonas de iure ſuo dubitantes, de re du-
bia, & lite incerta, nec finita. Pacta verò maximè gratuita
fiunt de re certa, & indubitata inter perſonas certas, nec
in aliquo dubitantes velle remittere, cauſa donationis ex
mera liberalitate iura ſua, dicta l. 1. ff. de tranſact. & d. l. 3.
C. de repud. hæred. Nomine diuerſo appellantur, nec ideo
poſſunt idem dici: niſi à volentibus confundere materiam.
3 † Nam differentia vocabulorum conſtituit differentiam
rerum, l. ſi idem, C. de Codicill. leg. nam natura, ff. de præ-
4 ſcript. verbis. differunt effectu, † quia pacta omnia con-
tractui nominato accedentia pariunt actionem, & excep-
tionem, ſcilicet empti vendīti, locati, conducti pro ſocio,
& aliorum contractuum, quibus accedunt, l. iuriſgentium
7. in principio, & §. quinimò, ff. de pact. l. ex conuentione,
21. C. eod. Accedentia verò contractibus innominatis pa-
riunt actionem præſcriptis verbis, dict. l. 7. § 1. ſi ſtipulatio
contractui interueniat, ſi quidem illa eſt certa, oritur certi
condictio, ſi incerta, oritur actio ex ſtipulatu, inſtit. de ver-
bor. obligat. in princ. l. ſi quis 24. ff. ſi cert. pet. l. debitori 7.
in fine, C. de pact. l. ſi pacto 14. l. petens 27. C. eodem. Et in
ſpecie, quod pariat actionem ad rem donatam tradēdam,
ſi fortè tradita non fuerit, dicit text. in l. ſi quis argentum
35. §. ſed ſi quidem, C. de donatio. l. qui ex. 12. ff. eodem. l.
Inter eos, §. is quoque, ff. de re iudic. & l. cum eo. 30. ff. eod.
5 † Pariunt etiam exceptionem pacti de non petendo, §. præ
terea inſtit. de except. l. creditori 5. C. de pact. l. ſi tibi 7. §.
6 de pignore, ff. de pact. cum ſimilibus. † Ex tranſactioni-
bus autem non oritur, nec datur ideo actio, niſi aliter ex-
preſſa ſtipulatione ex pacto in eis appoſito ſit conuētum,
ſed tantummodo exceptio, l. cum proponas 21. C. de pact.
l. ſcire 6. C. de cōtrah. ſtipulat. l. pacto 15. ff. de tranſactio. l.
promiſſis 37. C. eod. Non tamen credendum eſt nullam eſ
ſe tranſactionem, quæ non exceptione aliqua poſſit elidi.
7 † Nam tranſactione inter aliquos inita, aliorum ius non
læditur, l. Imperatores 3. in princ. ff. de tranſact. & §. debi-
tor, l. ſi tibi decem 17. §. penult. ff. de pact. l. 1. C. de tranſac.
l. vnica in princ. C. ſi in commun. ead. cauſ. in integr. reſtitut.
poſtuletur, l. tranſactione 26. C. de tranſact. l. de re 10. ff. eo-
dem. Quare tranſactione, quæ inter hæredem, & matrem
defuncti facta eſt, neque teſtamentum reſciſſum videri po
teſt, neque manumiſſis legatarijs actiones ſunt ademptæ ſunt.
Quare quicquid ex teſtamento petunt ſcriptum hæredem
conuenire debent, qui in tranſactione hæreditatis, aut ca-
uit ſibi pro oneribus hæreditarijs, aut ſi non cauit, non de-
bet negligentiam ſuam ad alienam iniuriam referre, dict. l.
Imperatores in princ. Similiter tranſactio cum quibuſdam
ex tutoribus facta, alijs tutoribus conuentis, exceptionem
non præbet, l. 1. C. de tranſact. Neque matris tranſactio fi-
lijs nocere poteſt, l. tranſactione 26. C. eod. Ne patris qui-
dem, niſi eos habuerit in poteſtate, l. de re. 10. ff. de tranſac.
Procuratoris quoque tranſactio domino non obeſt, niſi
ſpecialiter ei, vt tranſigeret, à domino fuerit mandatum, l.
tranſactionis 7. C. eod. Vel dominus ratam habuerit tranſa
ctionem, l. vnica, C. ſi in communi ead. cauſ. in integ. reſtit.
8 poſtulet. † Plane tutor in cauſa pupilli, & curator in cau-
ſa eius, cuius curam gerit, tranſigere poteſt, & ei cuius tu-
telam, vel curam gerit tranſigendo præiudicare, l. interdū
58. ff. de furt. & nos de tutela. & cura lib. 2. de tranſigend.
9 titu. 15. † Quod & de adminiſtratore Ciuitatis dicendum
eſt, dummodo de lite dubia, & incerta tranſegerit, non cer-
tum debitum ambitioſè remiſerit: nam hoc poſteriore ca
ſu non valet id, quod actum eſt, l. Præſes 12. C. de tranſact.
10 Soarez A. 76 cum ſeq. † Sed & ſi is, cui tranſactio alterius
obijcitur, ſucceſſerit ei, qui tranſegit, nocebit ei trāſactio. l.
vlt. ff. de tranſactio. Itaque ſi venditor hæreditatis empto-
ri mandatis actionibus cum debitore hæreditario, qui igno
rabat venditam eſſe hæreditatem, tranſegit, emptorque
hæreditatis hoc debitum ab eo exigere velit, exceptio tran
ſacti negotij debitori propter ignorantiam ſuam accōmo-
danda eſt, d. l. vltima. Idem reſpondendum eſt, & in eo, qui
fideicommiſſariam recepit hæreditatem, ſi hæres cū igno-
rante debitore tranſegerit, dict. l. vltima, §. item dicendum.
11 † Porrò ex eo non infirmatur tranſactio, ſi quis æger cor-
pore tranſegiſſe dicatur. Nam ſanum mente, licet ægrum
corpore, rectè tranſigere manifeſtum eſt, l. ſanum 27. C. de
12 tranſact. † Planè ſi medicus cum ægroto tranſegiſſe dica-
tur, tranſactio nullius eſt momēti, l. medicus 3. ff. de extra-
13 ord. cognit. † Interpoſitas autem metus cauſa tranſactio-
nes ratas non haberi edicto perpetuo continetur, l. interpo-
ſitas 13. in princ. C. de tranſact. Nam ita Prætor ait, quod
metus cauſa geſtum erit ratum non habebo, l. 1. in prin. ff.
de eo, quod met. cauſ. Nec tamen quilibet metus ad reſcin-
dendum ea, quæ conſenſu terminanda ſunt, ſufficit, ſed ta-
lem metum probari oportet, qui ſalutis periculum, vel cor
poris cruciatum contineat, d. l. 3. ibi. Nec tamen l. vani ti-
14 moris 145. ff. de reg. iur. † Sed & is, qui interuenientibus a-
micis ſuis tranſegit, fruſtra metus exceptionem obijcit, l.
15 tranſactionem 35. C. de tranſact. † Tranſigentem enim, &
ſi ſtatim pœnituit, nihil agit, l. quamuis 39. C. de tranſact.
cap. quod ſemel. de regul. iuris. in 6. Quamuis enim eum,
qui pactus eſt, ſtatim pœniteat, tranſactio tamen reſcin-
di, & lis inſtaurari non poteſt, & qui ſibi ſuaſit in-
tra certum tempus licere à tranſactione recedere, fal-
ſum

Digitized by Google

16 ſum aſſeuerauit dict.leg.quamuis.† Præterea vt tranſa-
ctio valeat,bona fide factum eſſe requiritur. Nam tranſa-
ctio dolo malo facta vires nullas habet leg.1.§. fin.ff.ad S.
C.Tertull.exemplo leg.qui cum tutoribus 9.§.qui per fal-
17 laciam ff.de tranſact.† Proinde qui per fallaciam cohære-
dis ignorans vniuerſa ea,quæ in vero erant, tranſegit,non
tam paciſcitur,quam decipitur dicto §.qui per fallaciam.
18 †Si tamen tranſactioni dolo malo factæ Aquiliana ſtipu
latio ſubiecta ſit,rata manet tranſactio.d.§. per fallaciam
ibi ſine Aquiliana ſtipulatione , de qua dicitur inferius.
19 †Sed & ſi dolo malo eius, qui tranſactionem obijcit, non
eius cui obijcitur, facta ſit tranſactio, propterea reſcindi
ea non debet: cum allegans propriam turpitudinem non
ſit audiendus leg.tranſactio ne 30.C.de tranſact.& proba-
tur inferius. † Idem dicendum ſi quis ab aduerſario per-
ſuaſus ſe ei hæredem futurum paſſus ſit negocium tranſi-
gi,hic enim,ſi poſtea alius ab hærede ſcriptus ſit,non pote-
rit ratione doli tranſactionem impugnare leg. cum dona-
tionis 33.C.de tranſact.leg.3.§.ſi quis quaſi in fine ff de
condit.ob cauſ. Mantic.deciſ.266.nume.6.& 7.quod facit
contra Ducem de Comitibus aſſerentem à Cardinali Sal-
uiato perſuaſum ſe ei hæredem futurũ,ſpem futuræ ſub-
ſtitutionis eidem renunciaſſe , quia ſi verum aſſerit, non
ideo renunciatio eſt inualida,quamuis hæres non ſit inſtitu-
21 tus. † Nam volenti non infertur dolus,& fruſtra de dolo
quæritur,cum nec ad adimplendum promiſſum hæredi-
tatis propriæ pollicitatione quiſquam adſtringatur d.leg.
33.eſt enim pactum de ſuccedendo contra ius diuinum c.
2.de conceſſ. præbend.in 6.quod citat Bald.in l.pactum 3.
num.3.C.de collation.& contra bonos mores propter vo-
tum captandæ mortis, & ideo nullius momenti leg.ex eo
4.C.de inutil.ſtipul.leg.hereditas 5.l.pactum 15.C.de pact.
leg.cum donationis 33.in fine C.de tranſact. Bal.vbi ſupra
22 Alexand.conſil.83.num.17.lib.2.† Sed & ſi ab initio pru-
denter,& ſubtilè,quis tranſegerit,non poterit ex eo dolum
arguere,quod euentus conſilio non reſponderit l.de fidei-
commiſſo C. de tranſactio. Vt puta cum duo fratres ſibi
inuicem in hæreditaria portione ſubſtituti, vt poſt mortẽ
alterius eius portio obueniret, alter alteri hoc onus ſubſti-
tutionis remiſerit:ſiis,qui prior deceſſerit, portionem ſuam
tertio cuidam reliquerit, nõ poterit ſuperſtes ſe ideo quaſi
dolo circumuentus tranſactionem impugnare, ſi bonis ab
initio prudenter negocium geſſerit, licet euentus non re-
ſponderit d.leg.11.leg.1.vbi gloſ.Cyn.Barto.num.3.Bald.
& Salyc.num.5.Socc.in ſal.num.14.& 15.Cuper.Iun.num.
17.& 36.C.de pact. Afflict. deciſ.350.& 381.Tiraquell.in
præfatio.leg.ſi vnquam nume. 138.C.de reuoc.donat. Pe-
regr.de fideic.artic.52.num.11.Molin.de Hiſp.primogen.
lib.2.cap.3.numer.38.& ſeq.vbi firmant non ſubiacere di-
ſpoſitioni leg.ſi vnquam C.de reuoca.donat.quæ non ha
bet locum in renunciatione facta inter incerto futuro non
exiſtentem in bonis,vti fideicommiſſum conditionale. Tira-
quell.vbi ſupra in verbis donatione largitus nume. 180.&
ſequen.& 186 & ſequen. Molina de contract. diſput.279.
num.13. Anto.Gomeſ.var.reſol.tomo 2.cap.4.nume.10.&
eſt textus in leg.ſi ſponſus 5.§. vbi autem ff.de donat.in-
23 ter vir.& vxor.† Porrò non vt doli,ita erroris quoque ex-
ceptio tranſactionem infirmat:cum plerumque ob id tran
ſactiones fiant,quia ignoratur,vtrum debeatur nec ne:in-
de ſiquidem lis oritur,eiuſque occaſione tranſactio. l.vni-
ca ibi vel C.de errore le.in ſumma 65.ff. de condict.indeb.
exemplo leg.nec intentio 23.& leg.ſub prætextu 19.C.de
tranſact. Ideoque audiendus non eſt is,qui dicit, ſe ius ſuũ
ignorantem tranſegiſſe,niſi fortè dolo aduerſarij in talem
errorem,& ignorantiam ſit inductus,puta ſi inſtrumenta
dolo aduerſarij fuerint ſuppreſſa,ex hac cauſa contra trã
ſactionem ſe defendere poteſt,non quidem erroris,ſed ſu
24 pradicta doli mali exceptione.† Sed & ſi non inſpectis,nec
cognitis verbis teſtamenti,vel codicillorum de controuer-
ſia,quæ ex teſtamento, vel codicillis proficiſcitur , tranſa-
ctum ſit:id quod actum eſt,vires non habet leg.de ijs 6.ff.
de tranſact.vbi latè Doctor. docent, qualiter forma huius
legis ſit ſeruanda, & obſeruata quomodo dicatur . Hoc
idem docet Ange.in leg.tres fratres,vbi dat cautelam ff.de
pact.quem ſequitur Valaſchus in conſultat.19.num.14.&
non habet locum in alijs contractibus,ſed ſolum in tranſa-
ctionibus de teſtamentis,vel codicillis factis, vel de profi-
ciſcentibus ab eis, vt claris verbis diſponit,& tenent om-
nes Doctor.ibi & in leg.qui Romæ §.duo fratres, vbi Bar.
quæſt.4. Angel.quæſt.2. & cæteri omnes ff.de verb.obliga.
Peregrin.de fideicomm.articu.52.nume.20.& ſeqq. & ita
proponente D.Alexandro Poggio tenui,& obtinui in Seno
25 gallienſi Caſtrorum.† Idem dicendum, ſi ex falſis inſtru-
mentis facta ſit tranſactio nam & hæc tranſactio infirma-
tur, quamuis iuſiurandum interpoſitum fuerit, vel quali-
ter ſaltem falſum fuerit reuelatum:niſi fortè de eo quoq;
quod inſtrumenta falſa dicuntur , controuerſia orta per
tranſactionem ſit finita leg.ſi ex falſis 42.C.de tranſactio.
Sed & alia Capitula,de quibus tranſactum eſt, nec ex fal-
ſis inſtrumentis pendent non reuocantur in litem d.leg.42.
26 ibi ita tamẽ,&c.† Sed & ſi quis tranſegerit ideo,quia igno
rauerit in cauſa iudicatum,ratione huius erroris reſcindi-
tur tranſactio.leg.eleganter 23.§. ſi poſt rem ff de condit.
indeb.leg.ſi cauſa 32.C.de tranſact. de qua re paulo infe-
27 rius dicetur latius.† Præterea ex eo facto,quod tranſigen-
di animo non interuenit,tranſactionis exceptio opponi nõ
28 poteſt,exemplo leg.ſi quidem 24.C.de tranſact.† Quam-
uis autem quis non dolo aduerſarij, ſed re ipſa trãſigendo
vltra duplum ſit deceptus,tranſactio nihilominus rata ma
29 net leg. Lucius 78.§.fin.ff.ad S.C.Trebell.† Nullo verò da
to,vel retento ſeu promiſſo, minimè procedit tranſactio,
quia ſine cauſa facta videtur leg. tranſactio 38. de tranſa.
30 † Huius ratio hæc eſt:quia pactio,& ſtipulatio ſine cauſa
facta nullius eſt momenti l.2.§.circa ff.de dol.mal.except.
31 exemplo leg.ſuus 3.C.de repud.hæred.† Planè retentum
videtur debitum ex cauſa tranſactionis remiſſum.Ideoq;
hoc caſu valet tranſactio,exemplo l. de fideicommiſſo 11.
32 C.de tranſact. † Sed & ſi cum tranſigens ex tranſactione
accipere potuiſſet, per eum ſteterit,quominus acceperit:
non poterit ex eo quaſi nullo dato, retento, vel promiſſo
33 tranſactionem infirmare leg.ſi de 9.C.de tranſact.† Tran-
ſactum autem accipiendum eſt non ſolum,ſi Aquiliana ſti
pulatio fuerit ſecuta,ſed & ſi pactum conuentum fuerit l.
2.ff.de tranſactio.ſed & ſine ſcriptura tranſactio facta va
let leg.cum te 5.C.de tranſaction.l.ſiue apud 28.C.eodem.
34 †Tranſigere tamen de cauſis publicorum iudiciorum non licet, præ-
terquam de ijs cauſis,quæ pœnam ſanguinis ingerunt leg.
tranſigere 18.C.de tranſact.leg.ſi quidem 9.in fine C.eod.
35 † Pro ſeruili,vel adſcriptitia conditione facta tranſactio
valet leg.final.C.de tranſact. Adſcriptitij dicuntur,qui li-
teris obligatorijs ita adſtringuntur fundo,aut agro colendo,
vt inde diſcedere illis nullo modo liceat leg.cum ſcimus 22.
36 C.de agricol.& cenſit. † De viuentis autem hæreditate
facta tranſactio nullas vires habet:niſi fortè is,de cuius he
reditate agitur,tranſactioni conſenſerit,in eoque conſen-
ſu vſque ad extremum vitæ ſpiritum perſeuerauerit l.ab
hoſtibus 4.C.de poſt.hum.leg.de quæſtione 30.§.ſecundum
itaque ibi niſi fortè,&c.C.de pact. Nam & apud Priſcos
turpe , ac impudens habitum eſt de hæreditate viuentis
quemquam ſollicitum eſſe,vt eſt nobis teſtis Horat.libr.2.
ſermo.ſatyra.5. vt teſtatur etiam ex noſtris Duaren.in tit.
de pact.cap.4.& eſt textus in cap.quamuis de pact.in 6.
& leg.vltim. C.eod. viuentis verò Patris hæreditati filiam
ab eo dotatam tranſactione iureiurando firmata renun-
ciare poſſe prò certo conſtitutum eſt in d.cap.quamuis pa
ctum,vt declarat Eduard.Caldera de erroribus pragmat.li-
37 bro 2.cap.7.per tot.Bal.in leg.pactum 3.C.de collat.† Idẽ
dicendum, ſi de beneficio Eccleſiaſtico , accepta pecunia
tranſactum ſit,quoniam de eo tranſigi non poteſt cap.pri
38 dem 4.de pact.† Nec de cauſa matrimoniali valet tranſa-
39 ctio.cap.vlt.vel ſic.exceptis nimirum de tranſact.† Nihil
verò intereſt,vtrum de cauſa, de qua tranſactum eſt , lis
mota fuerit,vel non fuerit;valet enim tranſactio,vel nulla
lite mota,dummodo metus fuerit l.2.C.de tranſact. Nam
hoc ẽt ceſſante ,ſcilicet litis metu,magis pactio dicitur de
re certa,& indubitata,quam tranſactio,vt ab initio ſupra
40 dictum fuit.† Ideoque poſt rem iudicatam tranſactio fa-
cta non valet:quia ſine ſcrupulo is,pro quo iudicatum eſt, &
tranſegit, magis debitum certum remiſiſſe, quam tranſe-
giſſe videtur:hic ignorantia,ratione ignorantiæ tranſactio
reſcinditur leg.eleganter 23.§.ſi poſt rem ff.de cõd.indeb.
41 leg.ſi cauſa 32.C.de tranſact.† Planè ſi ſententia dicta nõ-
dum tranſierit in rem iudicatam, puta ſi prouocatum ſit,
vel prouocari adhuc poſſit : vel ſi hoc ipſum incertum eſt
vtrique parti,an ſit iudicatum,vel an ſententia valeat:ma-
gis eſt , vt tranſactio vires habeat, tunc enim eam non va-
lere

Digitized by Google

lere dicendum eſt, cum de ſententia indubitata, quæ nul-
lo remedio attentare poteſt, facta eſt d. §. ſi poſt rem ibi.
Quid ergo l. & poſt 7. in princi. ff. de tranſact. leg. poſt rem
42 11. ff. eodem. † Sed & ſi fideiuſſore conuento, & condem-
nato, reus tranſegerit cum eo, cui fideiuſſor condemnatus
fuit, valet tranſactio quaſi omni cauſa, & aduerſus reum,
& aduerſus fideiuſſorem diſſoluta d. leg. 7. §. ſi fideiuſſor.
43 † Idem dicendum, ſi tranſactionem Aquiliana ſtipulatio,
& acceptilatio eſt ſubſecuta: nam nec hoc caſu tranſactio
reſcindi poteſt, quamuis poſt rem iudicatam facta leg. 32.
44 ibi proinde ſi non C. de tranſac. † Porrò ad reſcindendum
pactum, vel tranſactionem, non ſufficit, quod nocte inter-
ceſſiſſe dicatur leg. non minorem 20. in fine C. de tranſact.
45 † Illud autem notandum, quod tranſactione facta, quam-
uis Aquiliana ſtipulatio, & acceptilatio interuenerit: lites
tamen, de quibus non eſt cogitatum, in ſuo ſtatu retinen-
tur l. cum Aquiliana 5. ff. de tranſact. le. qui eum tutoribus
9. §. 1. ff. eodem exemplo l. age cum C. de tranſa. ſecundum
caſum gloſſ. exemplo d. leg. 9. in princ. & in §. fin. exemplo
l. ſub prætextu 29. in fine C. de tranſa. Aluarus Valaſc. con-
46 ſult. 39. num. 8. & 9. † Tranſactio enim de alia cauſa facta,
in alia non præiudicat, ſed in his tantum valet, de quib. in-
47 ter tranſigentes conuenit d. l. 9. §. 1. † Proinde qui cum tuto
ribus ſuis de ſola portione adminiſtratæ tutelæ ſuæ ageret,
& tranſegerat aduerſus eoſdem tutores ex perſona fratris
ſui, cui hæres extiterat, agens præſcriptione factæ tranſa-
48 ctionis non ſummouetur d. l. 9. in princi. † Planè ſi genera-
liter tranſactio facta ſit, non eſt audiendus is, qui poſtea a-
liquas ſpecies excipit: puto qui cum generaliter de his,
quæ teſtamento relicta ſunt, tranſegiſſet, poſtea cauſatur
de eo ſolo cogitaſſe, qood prima parte teſtamenti, ac non
etiam quod poſteriore legatum ſit. Iacobi. in l. tres fratres
num. 10. ff. de pact. Valaſc. vbi ſupra nume. 9. Si tamen po-
ſtea codicilli proferuntur, non improbe dicturus videtur,
de eo dumtaxat ſe cogitaſſe, quod illarum tabularũ, quas
tunc nouerit, ſcriptura contineretur leg. non eſt ferendus
12. ff. de tranſact. l. ſi cum tibi 4. C. de iudic. Valaſch. vbi ſu-
49 pra. † Sed & error circa proprietatem rei apud alium ex-
tra perſonas tranſigentium tempore tranſactionis conſti-
tutæ, nihil poteſt nocere d. l. ſub prætextu 29. ibi error au-
tem C. de tranſact. Valaſch. vbi ſupra nume. 12. Quamuis
alioquin ſub prætextu ſpecierum poſt receptarum, gene-
rali tranſactione finita reſcindi prohibeantur d. leg. 29. in
50 prin. † Si tamen de certa re pacto tranſactionis interpoſi-
to, hæc verba inſerta ſunt. Nihil amplius peti, & ſi non ad-
ditum ſit, eo nomine: de cæteris quæſtionibus integra per-
manet actio l. ſi de certa 31. C. de tranſa. vbi latè agunt gl.
& Doct. l. ita quis 135. ff. de verb. obli. Doct. in l. tres fratres
ff. de pact. vbi Ang. dat cautelam, per quam omnia tranſa-
ctione generali ſopiantur, quam ſequitur Valaſc. in d. con-
ſult. 39. num. 14. de hac eadem re ad partes latè agit Surd.
51 in deciſ. 227. inter Dominum. † Quamuis autem tranſigen
tem ſtatim pœniteat: tranſactio tamẽ reſcindi, & lis inſtau
rari non poteſt l. 39. vbi glo. & Alex. C. de tranſac. & paulo
52 ſuperius dictum fuit. † Sin autem euidens calumnia ad-
uerſarij detegitur: tranſactio reſcindi, & quod datum eſt,
repeti poteſt l. in ſumma 65. §. ſin autem ff. de condit. inde-
bit. Alioquin propter veritatem poſtea emergentem tran-
ſactione finita, retractanda non ſunt: niſi in certis quibuſ-
dam caſibus, de quibus paulo ſuperius dictum eſt Turz.
53 opin. 84. † Porrò qui tranſactione vtitur, vel agendo, vel
excipiendo, cum ipſe fidem non præſtat: per exceptionem
ſummouetur in l. cũ proponas in fine C. de pact. l. ſiue apud
28. C. de tranſactioni exemplo le. pupilli 96. §. cum pupilla
ff. de ſolutio. l. 1. C. ſi aduerſ. tranſact. l. ſi inſtituta 27. ff. de
54 inoffi. teſt. ca. fruſtra 75. de reg. iur. in 6. † Proinde ſi minor
aduerſus tranſactionem reſtitutus ſit, fruſtra ipſe poſtea
conuentus tranſactionis exceptione vtitur l. 1. & 2. C. ſi ad-
uerſ. tranſact. in integr. minor reſtitui velit. & d. §. cum pu
55 pilla. † Item ſi inſtituta de inofficioſo teſtamento accuſa-
tione, de lite pacto tranſactum eſt. nec fides ab hærede trã
ſactioni præſtatur: inofficioſi cauſam integram eſſe placuit
d. l. ſi inſtituta 27. in prin. ff. de inoffic. teſta. Quod tamen in
perſona hæredis eius, qui de inofficioſo egit, aliter ſe habet
l. cum nota 6. C. de trãſa. l. nam & ſi 15. §. 1. de inoffic. teſta.
Nam hæredi eius, qui poſt litem de inofficioſo pia paratã
voluntate mutata deceſſit, non datur de inofficioſo quære
56 la d. leg. 15. §. 2. † Planè qui fidem tranſactionis non ſeruat
quocumq. tempore ante ſententiam penitens offerẽdo id,
quod ex cauſa tranſactionis debet tranſactionis exceptio-
nem vtiliter obijcit l. ſi maior 36. C. de tranſa. Villal. P. 392.
57 † Sed & ſi id, quod ab eo, qui tranſactionem obijcit, exigi-
tur, in tranſactione nominatim non ſit expreſſum: tamen
illi fidei ruptæ exceptio opponitur l. cum proponas 17. C.
de tranſact. Idem dicendum, ſi datum ex cauſa tranſactio-
nis repetatur ob hanc rationem, quod aduerſarius fidem
tranſactioni non præſtet; nam ex hac cauſa ad repetendũ
id non datur actio, cum exceptio tranſactionis ſufficiat ei,
ſi ab aduerſario priſtina actione conueniatur d. l. Niſi for-
tè vel ſtipulatio de reddendo eo interpoſita eſt, ſi tranſa-
ctioni non ſtetur: vel reus trãſactionis exceptione amplius
ſe tueri nequeat: puta ſi poſt tranſactionem nihilominus
fuerit condemnatus nam hiſce caſibus repetere põt, quod
ex cauſa tranſactionis dedit, aduerſario fidem placitis non
præſtante d. l. 17. l. reſcriptum 10. §. ſi pacto ff. de pactis leg.
eleganter 23. § ſi quis poſt C. de condictione indebiti. Sed
hoc poſteriore caſu nec ipſe condẽnatus tranſactionis ex-
ceptione, quãuis mali amplius vti poteſt d. §. ſi quis poſt
58 l. 2. C. ſent. reſcind. non poſſe. † Sanè tranſactio vim ſuam
perdit, ſi vtraque pars ab ea receſſerit: tunc enim tranſa-
ctionem obijcienti, exceptio poſterioris pacti obſtabit l. ſi
diuerſa 14. & l. vbi pactum 40. in fine C. de tranſactio. exẽ-
plo l. pupilli 96. §. cum pupilla ff. de ſolution. c. fruſtra 75.
59 de reg. iur. † Idem dicendum, ſi is, qui tranſactionem obij-
cit, pœnam ob non ſeruatam trãſactionem ab aduerſario
acceperit, vel data receperit. Nam huic tranſactionis exce-
ptio non eſt danda d. §. ſi quis poſt in fine l. vbi pactum 40.
C. de tranſact. Niſi fortè in tranſactione conuenerit, vt fi-
de non præſtita, rato manente tranſactionis pacto, pœnã
petere, vel data petere l. qui fidem 16 ff. de tranſact. l. cum
proponas 17. C. eod. & vbiq. ne ſcribentes Villal. C. 61. Idem
dicendum, ſi præſtito interuẽtado, aduerſarius tranſactio-
nem approbauerit: nam & hoc caſu licebit tam pœnam ab
eo petere, quã data repetere, ſalua tranſactionis exceptio-
ne manente: l. ſi quis maior 41. C. de tranſac. Gabr. lib. 3. de
60 tranſa. concl. 1. Cla. in §. penitium ver. 5. † Sed & irrita fit
tranſactio, ſi cauſa eius, vel conditio non fuerit ſecuta d. l.
cum proponas 21. C. de pact. cum alijs citat. ſupra ver. Por
rò, &c. l. in executione 85. §. fi. ff. de verb. oblig. l. in illa 50. §.
fi. ff. eod. l. in iure 121. ff. de reg. iur. l. 2. §. circa ff. de dol. mali
exceptio. l. qui pecuniam 30 ff. ſi certa. pet. l. dedi tibi 30. §.
idem eſt, & toto titu. ff. de condit. cauſ. dat. cauſ. non ſecu-
61 ta. † Planè quamuis res tranſactionis nomine data euicta
ſit, vel alij obligata: ob hanc tamen non reſcinditur tranſa
ctio, ſed de euictione actio datur, vel ex ſtipulatio, vel præ-
ſcriptis verbis, ſi ſtipulatio non interuenit l. ſi pro 34. C. de
62 tranſact. † Sed & ſi nomen tranſactionis gratia datum de-
ſierit eſſe ſoluendo, tranſactio tamẽ ob hoc, nõ infirmatur,
periculumq; nominis eius eſt, qui ſuſcepit nomen, non eius,
63 qui dedit l. pupilli 96. §. ſoror ff. de ſolutio. † Poſtremò cau
ſas, vel lites trãſactionibus legitimis finitas Imperiali reſcri
pto reſuſcitari non oportet l. cauſas 16. C. de tranſa. Hacte-
nus de exceptionibus aduerſus tranſactionem. Sed & aliæ
plures colligi poſſunt: Nam quæ pactis conuentis obſtant,
eaſdem tranſactionibus quoq. obſtare, certum eſt, iſtarum
autem exceptionum, quæ quidem approbantur à iure, te-
64 plicatio aduerſus omnes generalis hæc eſt. † Niſi Aquilia-
na ſtipulatio, & acceptilatio tranſactioni interuenerit, vel
eam ſubſecuta ſit: hoc enim caſu quamuis dolo malo dica
tur tranſactio eſſe facta, vel poſt rem iudicatam, vel quo
alio ſimili vitio laboret; tamen priſtina actio, quæ ipſo iure
ſublata eſt, reſuſcitari non poteſt l. vt reſponſum 15. C. de
65 trãſa. † Nam in perpetuum ſublata obligatio, vel actio re-
ſtitui non poteſt l. qui res tuas 98. §. aream ff. de ſolutio. l. ſi
vnus 27. §. pactus ne, ibi, ſed ſi pactum ff. de pact. vbi latè
ſcrib. Aquiliana verò ſtipulatione, & acceptilatione, ipſo
iure, & in perpetuũ obligatio, & actio tollitur d. §. pactus
66 ne, ibi, nõ quidem ipſo iure. † Sanè quamuis priſtina actio
ob interuentum Aquilianæ ſtipulationis, & acceptilationis
reſuſcitari amplius non poſſit: ſi tamen ob dolum malum,
vel aliam ſimilem cauſam videatur tranſactio non ſubſi-
ſtere de dolo malo, vel in factum actio ſupereſt l. ſi ſuper-
ſtite 5. §. ſanè C. de dolo malo l. actione 4 C. de tranſactio.
67 † Sed & aduerſus trãſactionem in integrum reſtitutio peti
põt, vt ea reſciſſa, priſtina actio reſtituatur l. 1. C. ſi aduer.
68 tranſact. reſtit. in integr. poſtul. † Item vtriuſque conſenſu
rece-

Digitized by Google

recedi poteſt à tranſactione, quamis Aquiliana ſtipulatio,
& acceptilatio interuenerit l. vbi pactum 40. C. de tranſa.
69 † Sed & de alia re, quam de qua in tranſactione cogita-
tum eſt, Aquiliana ſtipulatio, & acceptilatio interueniens
præiudicium afferre non poteſt leg. cum Aquiliana 5. ff.
de tranſactio. leg. age 3. C. eodem cum allega. paulo ſupe-
rius verſiculo illud autem notandum. Quod & de alijs
quibuſdam aduerſus tranſactionem exceptionibus ſupra
70 enumeratis dici poteſt; † Porrò illud ſciendum, regulari-
ter quidem ex tranſactione non dari actionem, ad perſe-
quenda ea, quæ eius nomine date placuerit, ſed tantom
exceptionem competere leg cum proponas 21. C. de pact.
quia plerumque nudo pacto, tranſactiones fiunt, ex quo
non ſolet dari actio, vt fuit in princip. huius tituli demon-
ſtratum. Si tamen ſtipulatio interuenerit, ex ſtipulatu
actio non denegatur, ſiue certa, ſiue incerta fuerit ſtipula-
tio. lege cum proponas 17. ibi ſi tibi ſtipulatione non pro-
ſpexiſti C. de tranſactio. leg. ſcire 6. C. de contrahen. ſtipul.
leg. pacto 15. ff. de tranſactio. ſiue item pœnalis, ſiue alia l.
71 promiſſis 37. C. de tranſactio. † Sed & ſi res tranſactio-
nis nomine data euicta ſit, vel alij fuerit obligata; quam-
uis nulla ſtipulatio tranſactioni interuenerit, tamen præ-
ſcriptis verbis actio eo nomine datur leg. ſi pro fundo 34.
72 §. ex ſtipulatione C. eodem. † Præterea ſi reus fidem tran-
ſactioni non præſtet, priſtina actione inſtituta, ſi tranſa-
ctionis exceptionem obijciat, replicatione oppoſita ad ob-
ſequium placitorum compelli poteſt leg. cum proponas
21. in fine C. de pact. leg. ſiue apud 28. C. de tranſact. cum
allegatis paulo ſuperius verſicu. Porrò &c. Si tamen priſti
na actio inſtitui amplius non poteſt, præſcriptis verbis a-
ctio ei, qui defraudatur, non eſt deneganda exemplo leg.
cum mota 6. C. de tranſactio. ſin vero actor placitus fidem
non præſtet, neque reus tranſactionis exceptione vti poſ-
ſit, puta poſt tranſactionem, nihilominus condemnatus:
repetitio eorum, quæ nomine tranſactionis dedit, illi non
eſt deneganda tanquam cauſa dati, cauſa non ſecuta, vt ſu
pra quoque dictum eſt. Planè ſi res, cuius nomine tranſa-
ctio facta eſt, ipſi reo ſit euicta nullã eo nomine aduerſus
actorem, actionem habebit leg. ſi pro fundo 39. §. fin. C. de
tranſactio. Villalob D. 104. vbi reddit rationem. Niſi res
data, vt à petitione rei litigioſæ recedatur, ſit euicta, huius
enim euictio eſt præſtanda. Villalob. D. 105. Poſtremò de
tranſactione, & illud obſeruandum, quod ex ea tam ante,
quam poſt litem conteſtatam exceptio poteſt opponi l. ele
ganter 23. §. ſi quis ff. de condic. indeb.

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum tranſactio vt valeat, neceſſaria.*
2 *Alimentorum præteritorum tranſactio non exigit decre-
tum.*
3 *Alimenta præterita, quæ ſint.*
4 *Alimenta debita ex teſtamento, vel codicillis ſine decreto non
poſſunt tranſigi, ex contractu ſic.*
5 *Conditio alimentorum melior facta ſine Prætore valet.*
6 *Tranſatio vtilis de alimentis facta valet.*
7 *Quantitas pro habitatione, & commutatio ipſa poteſt.*
8 *Alimentorum tranſactio fieri poteſt apud Procuratorem Cæſa
ris, ſi à fiſco petantur.*
9 *Alimentorum tranſactio fieri poteſt apud Præſides.*
10 *Tranſactio de omnibus alimentis relictis exigit decretum.*
11 *Tranſactio de omnibus rebus pro alimentis relictis exigit de-
cretum.*
12 *Tranſactio de lite alimentorum exigit decretum, limita.*
13 *Decretum ſuper tranſactione alimentorum quomodo interpo-
nendum.*
14 *Tranſactio alimentorum ſine cauſa nulla.*
15 *Iudex quæ debeat conſiderare in tranſactione alimentorum.*
16 *Tranſactio alimentorum iurata an valeat ſine decreto.*
17 *Tranſactione alimentorum quid contineatur.*
18 *Tranſactione alimentorum nulla datum repeti poteſt.*
19 *Tranſactione alimentorum nulla datum compenſatur, in ali-
mentis, vel præteritis, vel præſentibus, vel futuris.*

De tranſactione alimentorum. Tit. 63.

1 DE † tranſactione autem alimẽtorum ſpecialia quę-
dam in iure habentur, hic non omittenda. Cum. n.
ij, quibus alimenta relicta erant, facilè tranſigerẽt,
contenti modico præſente. Diuus Marcus oratione in Sena
to recitata efficit, ne aliter alimentorum tranſactio rata eſ
ſet, quam ſi authore Prætore facta ſit leg. cum ij 8. ff. de
tranſact. ſolet igitur Prætor, interuenire, & inter conſentiẽ
tes arbitrari, an tranſactio, vel quæ admitti debeat? d. l. 8. §.
ſolet. Expedit enim reipublicæ, ne ſua re quis malè vtatur
2 §. ſed & maior. † Planè de alimentis præteritis, ſi quæſtio
deſertur, etiam ſine authoritate Prætoris tranſigi poteſt l.
3 de alimentis 8. C. de tranſactio. † Præterita autem alimen-
ta dicuntur, in quibus ſoluendis mora iam eſt facta d. l. 8.
4 † Præterea oratio Diui Marci pertinet ad alimenta, quæ te-
ſtamento, vel codicillis fuerint relicta d. leg. cum ij 8. §. hæc
oratio ff. de tranſactio. Idem erit dicendum, & ſi mortis
cauſa donata ſint, vel ab eo, cui mortis cauſa donata ſunt
relicta d. l. 8. §. idem erit. Quod idem non erit dicendum de
alimentis debitis ex contractu inter viuos: Hæc enim ad
orationem Diui Marci non pertinent, d. §. hæc oratio, & d.
§. idem erit. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 3. n. 8. Sed & ſi condi
tionis implendæ cauſa relicta ſunt, adhuc idem ad oratio-
nem Diui Marci pertinere dicendum erit d. l. 8. §. ſed & ſi.
Planè de alimentis, quę non mortis cauſa data ſunt, licebit
& ſine Prętore authore tranſigere d. l. 8. § planè, vt & ſupe
5 rius dictum eſt. † Idem erit, & ſi in annos ſingulos certa
quantitas alicui fuerit relicta: veluti homini honeſtioris lo
ci ſalarium annuum, vel vſusfructus; nam & hæc tranſa-
ctio ſine Prætore fieri poterit d. l. 8. §. ſi in ſingulos. Eam au
tem tranſactionem oratio improbat, quæ idcirco fit, vt
quis repræſentatam pecuniam conſumat d. l. 8. §. eam tran
ſactionem: Quid ergo ſi quis citra Prætoris authoritatem
tranſegerit, vt quod per ſingulos annos ei relictum erat,
conſequeretur per ſingulos menſes, aut quod per ſingulos
menſes ei relictum erat mox conſequeretur per ſingulos
dies? Quid deinde, ſi ita quod conſummato anno acciperet,
initio anni conſequeretur? dicendum eſt, eam tranſactio-
ctionem etiam ſine Prætore valere: quia meliorem condi-
tionem ſuam tali tranſactione alimentarius fecit: noluit
autem oratio alimenta per tranſactionem intercipi d. leg.
6 8. §. quid ergo. Mantic. vbi ſupra num. 10. † Si cui non num-
mus ad alimenta, ſed frumentum, atque oleum, & cætera,
quæ ad victum neceſſaria ſunt, fuerint relicta: non poterit
de his tranſigere, ſiue annua, ſiue menſtrua, ei relinquan-
tur d. leg. 8. §. ſi cui non nummus. Si tamen ita ſine Prætore
tranſegerit, vt inuicem eorum nummum quot annis, vel
quot menſibus acciperet, & neq; diem, neq. modum per-
mutauit, ſed tantum genus; vel ex contrario, ſi pactus fue
rit, vt in generibus alimenta reciperet, quæ in nũmis ei reli-
cta fuiſſent, vel ſi vinum pro oleo, vel oleum pro vino, vel
quid aliud commutauit, vel locum permutauit, vt quæ
erant ei Romæ alimenta relicta in municipio, vel in pro-
uincia acciperet, vel è contra; vel ſi perſonam commuta-
uit, vt quod à pluribus erat accepturus, ab vno acciperet,
vel alium pro alio debitorem acciperet, hæc omnia habẽt
diſceptationem Prætoris, & pro vtilitate alimentarij acci-
7 pienda ſunt d. l. 8. §. ſi cui ff. de tranſa. † Si ad habitationem
certa ſit quantitas annua relicta, & ita ſit tranſactum ſine
Prætore, & habitatio præſtetur, valet tranſactio; quia fru-
ctus habitationis præſtatur, licet ruinæ, vel incendio ſubie-
cta tranſactio eſt. Per contrarium quoque, ſi pro habita-
tione, quæ erat relicta placuerit certam quantitatem præ-
ſtari; tranſactio rata eſt etiam ſine Prætore d. l. 8. §. fin. Sed
& ſi certa quantitas relicta ſit Titio, vel res, ita vt inde ali-
menta Seio præſtentur: magis eſt, vt tranſigere poſſit, nec
enim tráſactione Titij minuũtur alimenta Seij d. l. 8. §. ſed
& ſi certa quantitas. Idemq. eſt, & ſi per fideicõmiſſum ali
menta ad hoc legatario fuerint relicta d. §. ſed & ſi certa.
8 † Porrò tranſactiones alimentorum etiam apud procura-
torem Cæſaris fieri poſſunt, ſi à fiſco petantur alimenta,
ſecundum quæ apud præfectos ærarij quoque tranſigi
9 poteſt dicta lege octaua §. tranſactiones. † Sed & apud
Præſidem alimentorum tranſactio facta valet. Non tamẽ
man-

Digitized by Google

mandare ex hac cauſa iuriſdictionem, vel præſes Prouin-
ciæ, vel prætor poterit, d.l.8.§.ſed nec mandare, ff.de trã-
10 ſact.† Siue autem in menſes ſingulos, ſiue in dies, ſiue in
annos alimenta fuerint relicta: oratio locum habet, d.l.8.
§.ſiue igitur. Sed & ſi non fuerint perpetuo relicta, ſed vſ-
que ad annos certos, idem eſt, d.§.ſiue igitur. Item quam-
uis integra quantitas alicui fuerit legata, vt ex vſuris eius
ſe aleret, & mortis tempore pecunias reſtitueret: non ta-
men ceſſabit oratio, licet non in annos ſingulos videatur
11 id relictum, d.l.8.§.ſi integra. † Sed & ſi vſuſfructus, vel
modicus alimentorũ vice ſit relictus, tranſactio citra Præ-
toré facta nullius erit momenti, d.l.8.§.cæterum ſi vſuſ
fructus. Idem dicendum, ſiue habitatio, ſiue veſtiarium,
ſiue de prædijs alimentum fuerit relictũ, d.l.8.§.1. De cal-
ceario quoque arbitrio prætoris tranſigendum eſt, d.l.8.
§.de calceario. Et ſiue de vniuerſis alimentis, ſiue de parte
eorum tranſigatur prætor deſideratur, d.l.8.§.arbitratu.
Nihil etiam intereſt, vtrum libertini ſint, quibus alimenta
relicta ſunt, an ingenui: ſatis locupletes, an minus, d.l.8.§.
nihil autem. Sed & ſi quis fundum ſibi in alimenta relictũ
velit diſtrahere: neceſſe eſt, Prætorem de eius diſtractio-
ne, & tranſactione arbitrari, d.l.8.§.ſi vni.ff.de tranſactio.
Et ſi pluribus fundus ad alimenta fuerit relictus, & ij in-
ter ſe tranſigant, ſine prætoris authoritate facta trãſactio
rata eſſe non debet, d.l.8 §.ſed & ſi pluribus. Idem eſt, & ſi
ager in alimenta fuerit obligatus: nam nec pignus ad hoc
datum, inconſulto prætore, poterit liberari, d.l.8.§.idem
12 eſt. † licet autem, cum lis de alimentis eſſet, tranſactum
de lite fuiſſet: tranſactio tamen valere inconſulto prætore
non poteſt, ne circumueniatur oratio: fingi enim lites po-
terunt, vt tranſactio etiam citra prætoris fiat authoritaté,
d.l.8.§.ſi cum lis. Sed ſi teſtator ipſe de alimentis à ſe reli-
ctis tranſigi permiſerit, & tranſactum de eis ſit inconſul-
to prætore, tunc valebit tranſactio, argumento l.1.& vlt.
de reb.cor.l.1.& 3. Quando decreto opus eſt Guglielm.de
Cuneo, in d.l.cum ij in princ.ff.de tranſact.Bal.in 2.lectur.
13 Tiraq.de legib.connub.glo.6.nu.19.in fi.† Porrò non ſuf-
ficit prætorem tranſactioni alimentorum authoritatem
ſuam interponere, vt ea valeat: ſed etiam cauſæ cognitio à
Prætore facienda eſt, d.l.8.§.ſi prætor. Ideoque ſi prætor
aditus citra cauſæ cognitionem tranſigi permiſerit, tranſa-
ctio nullius erit momenti, d.§.ſi prætor. Prætori enim ea
res quærenda commiſſa eſt, non negligenda, nec donanda,
vt ibi. Sed & ſi non de omnibus inquiſierit, quæ oratio mã-
dat, hoc eſt de cauſa, de modo, de perſonis tranſigentium:
dicendum eſt, quamuis de quibuſdam quæſierit, tranſa-
ctionem eſſe irritam, d.l.8.§.ſed & ſi nõ de omnibus. Vult
igitur oratio apud prætorem de iſtis quæri in primis de
cauſa tranſactionis, deinde de modo, tertio de perſonis trã-
ſigentium, d.l.8.§.vult igitur. ff.de tranſactio. In cauſa erit
14 inquirendum, quæ cauſa ſit tranſigẽdi.† Sine cauſa enim
neminem tranſigentem audiet prætor. cauſæ huiuſmodi
ferè ſolent allegari: ſi alibi domicilium hæres, alibi alimen
tarius habeat, aut ſi deſtinet domicilium transferre alte-
rutet eorum: aut ſi cauſa aliqua vrgeat præſentis pecuniæ,
aut ſi à pluribus ei alimẽta relicta ſint, & nomina in ſin-
15 gulos conuenire difficile ei ſit: † aut ſi alia qua cauſa (vt
plures ſolent incidere) quæ prætori ſuadent tranſactioné
admittere, d.§.vult igitur. Modus quoque pecuniæ, qui in
tranſactionem venit. Nam etiam ex modo fides trãſactio-
nis æſtimatur, d.l.8.§.Modus quoque. Modus autem pro
ætate eius, qui tranſigit arbitrandus eſt, & valetudine, nã
aliter cum puero, aliter cum iuuene, aliter cum ſene tran-
ſigi palam eſt. Conſtat enim alimenta cum vita finiri, d.l.
8.§.Modus autem pro. Sed & perſonarum contemplatio
habenda eſt, hoc eſt, cuius vitæ ſint hi, quibus alimenta re-
licta ſunt; vtrum frugi vitæ, & qui alias ſufficere ſibi poſ-
ſint, an nequioris qui de alimentis pendeant, d.l.8.§.ſed &
perſonarum. In perſona autem eius, à quo alimenta reli-
cta ſunt, hæc erunt ſpectanda. In quibus facultatibus ſit,
cuius propoſiti, cuiuſque opinionis; tunc enim apparebit,
nunquid circumuenire velit eum, cum quo tranſigit, d.l.
16 8.§.in perſona.† Verum ſi tranſactio alimentorum ſit iu-
rata, etiam prætore inconſulto ſubſiſtere dicit Villalob. l.
122. Mantic.de tacit.lib.26.tit.3.nu.12. Niſi alimenta ſint
relicta à patre. Vel niſi iuramentum præſtitum ſit à mi-
nore, vel paupere, quia tunc debet relaxari. Mantica ibi nu
17 me.13.† Porrò qui tranſegit de alimentis non videbitur,
neque de habitatione, neque de veſtiario tranſegiſſe; cum
Diuus Marcus etiam ſpecialiter de iſtis tranſigi voluerit,
d.l.8.§.qui tranſigit. Sed & ſi quis de alimentis tranſege-
rit, non habebit neceſſe etiam de habitatione, vel cæteris
inuitis tranſigere, d.§.qui tranſigit ibi: ſed & ſi quis. Pote-
rit igitur vel de omnibus ſimul, vel de quibuſdam facere
18 tranſactionem, vt ibi. † Tranſactione autem alimentorũ
inutiliter interpoſita, id, quod eius nomine datum eſt re-
peti poteſt, vel ſaltem in alimẽta compenſare; neque enim
debet quis ex alieno damno eſſe locupletior, leg.eleganter
23.§.item ſi ob.ff.de cond.indeb. l.cum hi 8.§.ſanè ſi is, ff.
19 de tranſact.l.& poſt rem 7.§.fin.ff.eod.† Si tamen aliquid
aliud præter alimenta eidem alimentario ab eodem, qui
dedit, debeatur; in id potius, quam in alimenta, quod da-
tum eſt imputari debet, quod ſi illud non ſufficiat, ſuper-
fluum in alimentariam cauſam imputandum eſt, d.l.8 §.ſi
eidem. Idem dicendum ſi debeantur alimenta quoque
præterita, nam in hæc potius, quam in præſentia, vel futu-
ra imputari debet, d.l.8.§.ſi quis de aliment. Hactenus de
iudicijs affinibusque iudiciorum remedijs pro publico bo-
no priuatorum ex publico introductis, ſequuntur nũc re-
liqua ad ius publicum pertinentia, de quibus in libro ter-
tio agendum ad Reipublicæ commodum, parum noſtro
priuato intenti, dum alij pro eo ſolo inſudant, amor enim
ingenij neminem vnquam diuitem fecit, ſed purgat à ſor-
dibus auaritiæ, teſte, Diuo Auguſtino lib.7.de Ciuit.Dei, c.
12.in fi. & neſcio quomodo bonæ mẽtis ſoror paupertas,
didici enim paupertatem non eſſe peccatum, & pœnam
facere hominem miſerum, ſed non malum, culpam verò
facere miſerum, & malum ex D.Paulo 1.Corint.4.& 211.
è contra.

Qui pelago credit, magno ſe fœnore tollit,
Qui pugnas, & caſtra petit, præcingitur auro.
Vilis adulator picto iacet ebrius oſtro.
Et qui ſollicitat nuptas, ad præmia peccat:
Sola pruinoſis horret facundia pannis,
Atque inops lingua deſertas inuocat artes.

Certum enim eſt, ſi quis vitiorum omnium inimicus
rectum iter vitæ cæpit inſpicere primum propter morum
differentiam odium habet (quis enim poteſt probare di-
uerſa) deinde qui ſolas extruere diuitias curant, nihil vo-
lunt inter homines melius credi, quam quod ipſi tenent.
Iactantur itaque quacumque ratione, poſſunt, literarum
amatores, vt videantur illi quoque infra pecuniam poſiti,
& verè infra poſitos nos docuere mortaliũ noti caſus, &
recens notiſſimi hominis, qui gratia, opibus, vxore, filijs,
vita diues nobiſcum iactabat ſui Imperij vires, nunc om-
nibus momento exutus iacet cadauer. Ite nunc mortales,
& magnis cogitationib. pectora implete. Ite cauti, & opes
fortè fraudibus captas per mille annos diſponite, vt voluit
ille alius quouſque durauerit mundus, occiſus a filijs, illiſ-
que lictoris publici ſecuri percuſſis, omnia fiſcus habuit,
& hic proxima luce gratiam, opes, vxorem, filios, vitã in-
ſpexit, omnia repentè amiſit, atque longè à ſua deſtinatio-
ne defunctus iacet ſolus ab omnibus relictus. Sed ad al-
tiora pergendum, ad iura videlicet Põtificia (teſte Budęo
libro 1.de contemptu rerum fortuitarum) iuris ciuilis, ac
priſci quoad eius fieri poteſt æmula. Imitantur enim ſacri
Canones in quantum poſſunt leges ciuiles, adeo vt ab his
duobus fontibus æquitas diſtributiua, & iuſtitia commu-
tatiua authoritatem ſuam, maieſtatemque, & adepta eſt
olim, diuque conſeruauit, & conſeruabit, nec portæ infe-
ri, quamuis ad malum. ſemper apertæ res bene compoſi-
tas interturbent, & leges Pontificia, ac Imperiali poteſta-
te ſanctiſſimè fixas labefactent, nunquam tamen præua-
lebunt, &c.

Finis Secundi Libri.

TRA-

TRACTATVS
DE IVRE PVBLICO
SIVE DE LEGIBVS,
& Magiſtratibus, Sæcularibus, & Eccleſiaſticis.
DE IVDICIIS PVBLICIS, ET PRIVATIS,
DE REBVS VTIQVE SAECVLARIBVS, & Eccleſiaſticis Pontificis, Imperatoris, & Fiſci,

De re militari, & Ciuitatum, de muneribus, & honoribus; In quibus vniuerſum ius publicum ſæculare, & Eccleſiaſticum conſiſtit.

LIBER TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Reipublicæ Chriſtianæ diuiſio.*
2 *Sacerdotium Catholicæ eccleſiæ cœpit in Abel,*
3 *Laici vnde dicti.*
4 *Clerici vnde dicti,*
5 *Diuiſio in laicos, & clericos ab omnibus probatur.*
6 *Ius eccleſiæ in perſonis, rebus, & actibus conſiſtit.*
7 *Eccleſiæ perſonæ, res, & acta ſunt publici iuris.*
8 *Clerici omnes nuncupantur, qui in eccleſia deſeruiunt.*
9 *Monachi inter clericos numerantur.*
10 *Clericorum origo, ſpecies, gradus, officia.*
11 *Clericorum numerus iure ciuili certus.*
12 *Clericorum numerus epiſcopi iudicio committitur.*
13 *Clericorum numerus à Papa conſtitutus ſeruandus.*
14 *Clericorum numerus potius augendus.*
15 *Clericos paucos bonos præſtat potius, quàm multos malos ordinare.*

De clericis, & monachis in genere, Tit. 1.

RElìqua ad publicum ius pertinentia, præter iam in ſuperioribus libris enunciata, ſunt etiam iura eccleſiæ, & religionis, iura Imperatoris, & fiſci, iura militaria, iura denique ciuitatum, munerum, & honorum, vt in diſtinct. 1. c. ius publicum 11. & c. ſequen. & c. ius ciuile 8. cum duobus cc. ſequentibus, de quibus in hoc tertio, & vltimo ſequenti libro eſt differendum.
1 dum.† Tota enim Reſpublica Chriſtiana diuiditur in lai-
2 cos, & clericos vt in 12. q. 1. cap. duo ſunt 7.† Sacerdotium
enim catholicæ eccleſiæ ſub quo clerici continentur cœpit
in Abel, qui primus litauit Deo, vel ex ſe, vel edoctus à pa-
tre, vt Hebræi volunt, affirmantes Adamum prius bouem
ſiue iuuencum ſacrificaſſe, illumque ritum filios docuiſſe;
Hinc certum eſt ſacerdotium Eccleſiæ, quod in Abel cœ-
pit continuauit in Noe, & poſt diluuium in Abraham, &
alios, & demum in Chriſtum translatum fuit, temporali
Regno fuit antiquius, dignius, nobilius, & ab illo diſtin-
ctus atque diuiſus, vt per Aluarum de planctu Eccleſiæ c.
37. & patet Geneſ. 6 & ad oculos oſtendit Genebrardus in
Chronol. poſt D. Auguſtinum de tempore ſermone 217.
& vt in 12. quæſt. 1. cap. clericus 5. cum pluribus ſequent.
3 † Laici dicti ſunt à verbo græco λαὸς quaſi plebei, & po-
pulares, quibus nulla pars functionis eccleſiaſticæ deman
data eſt, vt 12. quæſtio. 1. capit. duo ſunt. Et ij habent ſuos
gradus, ſuaſque dignitates à ſupremo Imperatore ad infi-
mas, & minores, prout in lib. 1. tit. 3. & pluribus ſequenti-
bus, & in lib. 2. tit. 2. cum pluribus ſequentibus fuit oſten-
4 ſum. † Clerici autem à verbo græco κλῆρος quaſi Domini
ſors, & hæreditas dicuntur, qui diuino cultui conſecrati,
procurandæ religionis, ac rerum ſacrarum, Deo ipſo iu-
bente prouidentiam, ac ſollicitudinem ſuſceperunt, vt 12.
quæſt. 1. d. c. clericus 5. cum pluribus ſequentibus. Hanc
Chriſtianæ Reipublicæ diuiſionem probant ſacra ſcriptu
ra, Concilia, & patres quos recenſet, & ſequitur Cardinal.
Bellarminus, in libro primo, de clericis, capit. primo, de no-
mine clerici, & laici contra Luterum, & alios impiè aſſe-
rentes, Chriſtianum populum eſſe ſimplicem, in quo nul-
la protſus ſecta, nulla differentia perſonarum, nullus cle-
ricus, nullus laicus, nullus vnctus, nullus raſus, nullus mo-
nachus eſſe debeat, & quidem malè contra ſacram ſcri-
pturam, contra Concilia, contra patres, quos ipſe Cardi-
nalis citato loco refert, & ſequitur. Quibus authoritatibus
aduerſarios de manifeſto mendacio adeo conuincit, vt
5 non ſit opus auxilio aliæ probationis. † Tamen quia, &
hanc diuiſionem agnoſcit Imperator noſter in leg. prima,
& toto tit. C. de epiſcop. & clericis, & in Nouell. conſtit. 3.
123. & alibi ſæpe, ideo & hanc ſuperabundanter placuit
nobis afferre, vt cognoſcant habere contra ſe, & clericos,
& laicos, & intelligant non à ſolis clericis praua affectio-
ne (vt aiunt) diuiſionem iſtam fuiſſe introductam, ſed
vere, & iuſte ab omnibus vti veram, & ſanctam agnitam,
& approbatum. & teſte Ariſtot. libro ſexto, Politic. cap. 8.
ver. Alia ſpecies omni tempore apud omnes gentes pro ſa
cris Deo miniſtrandis ſacerdotum. & ſacerdotes fuere ab
alijs diſtincti, atque diuiſi, vt conſtat etiam apud Hiſtori-
cos gentiles, & recenſet Marſilius Ficinus de Chriſtiana
Religione in princip. Alex. ab Alex. in libro primo, cap. 26.
libro ſecundo, cap. 8. libro ſexto, capit. 12. Genial. dierum.
Budeus in l. 1. ff. de iuſtit. & iure, & probatur infra libro 4.
tit. 46. num. 11. & 12. Quod idem & quantum ad ſenten-
tiam laicorum attinet, clarius ex infra dicendis apparebit,
dum de clericis, & monachis ex ciuilibus etiam legibus di-
6 cemus. † Ius itaque eccleſiæ conſiſtit in perſonis, rebus, &
actibus eccleſiaſticis: eſtque partim generale, partim ſpe-
ciale. Speciale, vt puta de Orphanotrophijs, Xenodo-
chijs, & ſimilibus collegijs, de quibus poſt ius aliorum di-
citur infra tit. 119. Perſonæ itaque eccleſiaſticæ ſunt cleri-
ci, & monachi à laicis protſus diuiſi, atque diſtincti, vti à
principio probauimus, & probatur in §. 1. & 2. Inſt. Lancel
lotti de iure perſonarum, & Cucchi de ordinibus clerico-
rum in genere, & in ſyntagma commun. opin. loco primo,
tit. 14. per totum.
Propterea que ergo dicti ſunt Clerici, quia de ſorte Dñi
7 ſunt, vel quia Domini partem habent. † Et ſicut Eccleſia
ipſa

Digitized by Google

ipſa eſt in republica, vt ait Optat. Mileui. li. 3. ad Parmenia
num, quem ſequitur Petrus Gregorius Tholoſanus de Be
neficijs cap. 5. ſub nume. 8. verſicul. & Eccleſia; ita, & illius
perſonæ, res, & acta ſunt publici iuris, ac totius Chriſtianę
Reipublicæ partes, vt in diſtinct. 1. cap. ius publicum 11. &
ibi gloſ. & Archid. & in 12. quæſt. 1. cap. dilectiſſimi, 2. &
ſequent. cap. duo ſunt 7. & ſequent. Anchar. in conſil. 155.
num. 4. in fine Iaſ. in leg. 1. §. 1. num. 3. & ſequen. ff. de iuſt.
& iur. Bald. per tex. in d. §. 1. in cap. veniens il 2. num. 6. pro-
pe finem de teſtibus, & 12. quæſt. 1. cap. videntes Tholoſa-
nus noſter in tract. de Beneficijs cap. 4. per totum, & num.
9. & ca. 5. per totum, & probatur inſta per totum librum,
in quo agitur de perſonis, rebus, & actibus Eccleſiaſticis,
& in ſpecie de perſonis etiam in titu. 77. num. 2. & in titul.
8 78. num. 1, verſicu. Hoc idem. † Generaliter autem omnes
nuncupantur Clerici, qui in Eccleſia Chriſti deſeruiunt;
quorum gradus, & nomina leguntur in diſtinct. 21. cap. 1.
& in 12. quæſt. 1. cap. Clericus, & cap. duo ſunt 7. verſic. Clo
ros autem, & in c. cũ ſecundum 16. verſicu. cum enim Cle-
ros, de præbend. & digait. Nouella c. 3. & 123. Nouella c.
9 6. & toto tit. C. de Epiſcopis, & Clericis. † Inter quos, &
Monachi connumerantur, quorum etymologia habetur
in 16. quæſt. 1. cap. 1. cap. ſi cupis in princip. & cap. placuit
§. fina. ex qua dignoſcitur differentia inter Clericos, & Mo
nachos, de qua etiam habetur in 16. quæſt. 1. cap. alia cau-
10 ſa cap. hinc eſt §. item illud Hieron. † Clericorum origo
exponitur in diſtinct. 21. in princip. & in capit. in nouo; ſpe
cies enumerantur in d. diſtinct. 21. capi. 1. §. generaliter di-
ſtinct. 22. cap. cleritum in fine 11. quæſt. 1. cap. de perſona. §.
fina. Nouella conſt. 123. §. præsbyteri Gradus exponuntur
in cap. ſtatuimus 15. de maioritate, & obed. Officiaque eo-
rum per ſingulos gradus diſtribuuntur in diſtinct. 25. c. 1.
& ſequentibus. De quibus ideo primum in genere, hinc in
ſpecie ſecundum leges, & canones dicetur, vt intelligant
aduerſantes, canones habere leges ciuiles obſequentes, &
in aliquo non diſcrepare circa ſubſtantialia fidei Catholi-
cæ, ac Chriſtianæ religionis. Audiat itaque primum quod
de ordinatione Clericorum dicunt Ciuiles leges in genere.
11 † Diſponunt enim, quod certus Clericorum numerus iudi
cio Epiſcopi ordinandus eſt, leg. in Eccleſijs 11. C. de Epiſ-
cop. & Cleric. leg. non plures 4. C. Sacroſanct. Eccle. § preſ-
byteri Nouella conſt. 123. §. qua propter ſancimus Nouel-
la conſtitu. 3. A lege tamen interdum definitur numerus,
quem Epiſcopo egredi non licet. Sic enim Imperatores
Honorius, & Theodoſius conſtituunt, ne plures quã nono-
ningẽti quinquaginta decani Eccleſiæ Conſtantinopolita-
næ ordinantur d. leg. 4. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Item Impe
rator Iuſtinianus conſtituit, ne in maiore Eccleſia Conſtan
tinopolitana præsbyteri, vltra ſexaginta, diaconi mares
quidem vltra centum, feminæ autem vltra quadraginta,
& ſubdiaconi vltra nonaginta, lectores vltra centumde-
cem, cantores vltra vigintiquinque exiſtant; vt vniuerſus
Clericorum maioris Eccleſiæ numerus in quadringentis
vigintiquinque perſonis, & centum oſtiarijs conſiſtat d. §.
qua propter Nouella c. 3. In alijs Eccleſijs, quibus expenſas
maior Eccleſia ſuppeditat, vt is numerus cuſtodiatur, qui
per ædificatores harum Eccleſiarum ab initio eſt determi
natus. In alijs verò, quæ foris ſunt Eccleſijs, neq; à maiore
Eccleſia aluntur, certus numerus ab ijs, qui ædificant Eccle
ſiam determinari iubetur: quod ſi ab ijs prætermiſſum
fuerit, iſta determinatio arbitrio Patriarchæ, & Metropo-
litani eius loci permittitur §. in omnibus alijs d. Nouella c.
3. §. ſed neque effuſas Nouella conſt. 6. & Nouella conſt. 16.
12 ibi. Legem nuper, & c. † De iure canonico Epiſcopi iudicio
ſecundum Eccleſiæ facultates numerus Clericorum ſta-
tuendus eſt, c. quoniam 9. in princi. de vita & honeſt. cler.
cap. 1. & cap. anthoritate 4. de inſtitutio. c. 1. §. ſane, vt de
ſtatu ſecul. in 6. Decius in conſ. 4. nu. 3. Tholoſanus de be-
neficijs c. 19. n. 2. per totum. Quod non diſcrepat ab Impe
rialibus conſtitutionibus, niſi ob defectum facultatum ſin
guli Monachi in ſingulis prioratibus conſtituantur cap. ex
parte 3. de capellis Monachor. Vel niſi facultates poſtea
ſint auctæ, hoc enim caſu numerus clericorum augendus
quoque eſt cap. cum M. 9. de conſti. Quod non procedit ſi
literis Apoſtolicis numerus moderari iuſſus ſit: hoc enim
caſu etiam auctis poſtea facultatibus numerus augeri nõ
13 debet c. vlt. de verb. ſignific. † Nam numerus à Papa con-
ſtitutus eſt obſeruandus, vltra quem Clerici aliquem reci-
pere cogendi non ſunt. Niſi ipſi prius vltra numerum ſta-
tutum aliquem receperint: hoc enim caſu alium à Pontifi-
ce præſentatum recipere coguntur cap. pro illorum 22. de
14 præbendis. † Tam & ſi numerus Clericorum augendus
potius ſit, quam minuendus ſi ſuppetant redditus cap. ex
15 parte 12. de conſtitut. † Tamen præſtat paucos bonos po-
tius, quam multos malos ordinari, vt colligitur ex allegá-
tis conſtitutionibus Imperialibus, & probant vtique capi.
tales 4. diſtinct. 23. & c. cum ſit 14. in fine de ætate, & qua-
lit. pręficiendorum. Sed & de ordinibus clericorum cano-
nice in genere agunt etiam Lancelottus inſt. de iure perſo-
narum. Et Cucchus inſtit. de ordinibus clericorum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici qui, & quales ſint ordinandi, & qui ordinandi non ſint.*
2 *Procuratores, Actores, & tutores non ſunt ordinandi limitatur.*
3 *Curiales, Cohortales, ac Decuriones Clerici fieri non poſſunt fallit.*
4 *Curiales, vel Decuriones, qui quindecim annis monaſticam vitam egerunt, curia amplius vindicari non poſſunt.*
5 *Coloni adſcriptitij non poſſunt effici clerici, & creati poſſunt à Dominis vindicari: fallit.*
6 *Serui arcentur à clericatu etiam Domino conſentiente.*
7 *Serui Monachi effici poſſunt.*
8 *Serui iure nouo an poſſint effici clerici.*
9 *Serui quibus caſibus poſſint ordinari.*
10 *Seruus ordinatus clericus de conſenſu Domini, tenetur ipſi præſtare operas ſpirituales.*
11 *Clerici non ſunt ordinandi peregrini, declaratur numero 13. & 14.*
12 *Priores prioratum non exemptorum eorumq; ſocij quamuis cæteri poſſunt ab Epiſcopo ordinari.*
15 *Dignos indignis in ordinatione præferendos, etiam in Pontificatu. 35.*
16 *Indigni qui dicantur.*
17 *Ordinari qui non poſſint, & num. 35. vſq. in finem.*
18 *Crimen occultum quod dicatur.*
19 *Pœnitentes, qui dicantur.*
20 *Simoniaci* }
21 *Apoſtatæ* } *non ſunt ordinandi, declaratur.*
22 *Hæretici* }
23 *Coniugati, vxorati, Bigami.*
24 *Bigamus an poſſit diſpenſari, vt ordinetur.*
25 *Concubinarius non ordinatur.*
26 *Filij malorum parentum an ordinandi.*
27 *Semen hominis eſt creatura Dei, & eo abutentibus male erit.*
28 *Epiſcopus non poteſt cum illegitimis diſpenſare ad maiores ordines.*
29 *Filij præsbyterorum illegitimi non poſſunt diſpenſari, vt ſacerdotium exerceant in Eccleſia paterna.*
30 *Filij præsbyterorum etiam legitimi non ſunt ordinandi in Eccleſia paterna declara vt ibi.*
31 *Illegitimi poſſunt ordinari concurrente Eccleſiæ neceſſitate, vtilitate, vel eorum euidenti meritorum prærogatiua.*
32 *Defectus ſeu vitium corporis quando obſtet ad ordinationem.*
33 *Aetas quæ in ordinibus requiratur.*
34 *Minor maior factus poteſt ordinationem ratam habere, ad eam conualidandam.*
35 *Plures alij qui ordinari non poſſunt referuntur.*

Qui & quales ordinandi. Tit. 2.

1 NVnc † qui, & quales ordinandi (quod attinet ad iu-
ſtitiam diſtributiuam, de qua per D. Thomam 2.
2. q. 61.) eſt differendum. Et quidem tales ordinãdi
ſunt clerici, qui digne ſacramenta poſſint tractare, & alia
munera explere c. tales 4. diſt. 23. Huc pertinent in admoni
tionem, quæ Dantes in Paradiſo Cantilena 8. cecinit ita.

Sempre natura ſe fortuna troua.
Diſcorde à ſe come ogn'altra ſemente,
Fuor di ſua region fa mala proua.
E ſe'l mondo la giu poneſſe mente.
Al fondamento che natura pone,
Seguendo lui, haurìa buona la gente.

Ma

Digitized by Google

Ma voi torcete alla religione
Tal che fu nato à cingerſi la ſpada,
E fate Re di tal ch'è da ſermone.
Onde la traccia voſtra è fuor di ſtrada.

Et ideo meritis non gratia ſunt clerici ordinandi 8. q. 1.
c. qui vos, & c. licet: officiales, qui poſt longi laboris laſſi-
tudinem ob reliquæ vitæ requiem ad clericatum adſpirãt
clerici ordinari poſſũt: exceptis ijs, qui obnoxij adhuc sũt
ratiocinijs, & neceſſitatibus publicis, item exceptis primi-
pilaribus, l. officiales 4. l. quiſquis 27. C. de ſacroſ. eccleſ. di-
2 ſtin. 51. c. præterea, & diſt. 53. c. 1. † Procuratores, Actores,
& Tutores ordinandi non ſunt, niſi rationes reddiderint,
& reliqua ſoluerint, diſtin. 54. c. magnus, & c. 1. de obligatis
ad ratiocinia. Vel conſentiant ij, quibus ſunt obligati. d. di-
ſtin. 54. c. admittuntur, §. & non tantum de his, ver. niſi for
tè eorum. Hac eadem ratione etiam officiales ratiocinijs
obnoxij, ratione reddita, & reliquis ſolutis poterunt ordi-
3 nari, per eadem iura. † Sed & curiales, & cohortales, ac
decuriones clerici fieri non poſſunt, quamuis bonis ceſſe-
rint, l. ſi quis 12. C. de epiſc. & cleric. §. ſed neque cohorta-
les. Nouel. c. 123. l. 2. C. de epiſc. & cler. diſtin. 34. c. præcipi-
mus, ver. vel curiæ. diſt. 51. in princ., cum c. ſeq. c. deſigna-
ta, c. præterea, c. vlt. ver. qui curiæ, & diſt. 53. in princ. cum
c. ſeq. Qui tamen curiales illuſtrem dignitatem conſecuti
ſunt, per ſubſtitutum curiæ muneribus, periculo tamen
ſuarum facultatum, ſatisfacere poſſunt: hoc enim caſu cle
rici ordinari non prohibentur, l. ad ſimilitudinem 21. C. de
epiſc. & cleric. & per rationem adductam ſuperius nu. 2.
4 † Sed & curiales, vel decuriones, qui quindecim annis mo
naſticam vitam in monaſterio egerũt, curiæ amplius vin-
dicari non poſſunt: ideoque in eo vitæ genere manere, vel
ad clericatum adſpirare non prohibentur: legitima tamen
portione à decurione curiæ aſſignanda. §. ſequẽtes igitur.
ibi. Sed & neque curiæ, & §. ſed neque cohortales Nouell.
c. 123. de hac re D. Gregorius lib. 2. epiſt. cap. 103. epiſtol.
5 64. † Coloni quoque, & adſcriptitij creari in clericos non
poſſunt, & creari à dominis reuocari poſſunt: niſi domini
euidenter conſenſiſſe probentur, l. quiſquis 16. l. iubemus
34. C. de epiſc. & cleric. d. c. præcipimus, ver. vel curiæ, & di
ſtin. 54. c. qui aut. c. generalis, c. admittuntur, ver. & nõ tan
tum, & diſt. 55. c. 1. ver. vel originariæ. In eo tamẽ vico, vbi
degunt, clerici fieri non prohibentur, ſub hac tamen lege,
vt capitationis ſarcinam per ipſum dominum agnoſcere
compellantur, & in ruralibus obſequijs ſubſtituto vtan-
tur, d. l. 16. ibi adeo &c. & diſtinct. 54. c. ſi ſeruus, §. fin. & §.
adſcriptitios Nouell. conſt. 123. Sed & ſi adſcriptitius per
triennium in monaſterio fuerit verſatus, nec à domino
prædij vindicatus, poſtea præſcriptione temporis defen-
6 ditur, §. cæterum ſi quis Nouel. con. 123. † Serui quoque à
clericatu arcentur, quamuis dominus eos ordinari in cle-
ricos conſenſerit, l. iubemus 34. §. ſeruos, C. de epiſc. & cle-
ric. d. c. generalis, & d. c. admittuntur, & d. diſtinct. 54. in
princ. cum c. ſequen. c. nulli, c. de ſeruorum, c. ſi quis obli-
gatus, c. de rebus in fine, c. ex antiquis, c. frequens, diſtinct.
55. c. 1. ver. vel ſeruilis, diſtinct. 51. c. vlt. ver. qui ſeruili. ca-
pit. 1. in fin. de filijs presbyt. c. 1. & ſequen. & c. conſuluit 5.
de ſeruis non ordinandis 16. q. 1. c. qui verò, §. & neminẽ,
& canone Apoſtolico in ordine 81. D. Thomas in ſupple-
7 mento ſummæ quæſt. 39. art. 3. † Monachi tamen conſen-
8 tiente domino fieri poſſunt. † Planè iure nouo ſeruus con-
ſenſu domini etiam clericus fieri poteſt: & ipſa ordinatio-
ne, quæ fit domino conſentiente, liber ſimul & ingenuus
efficitur, d. §. ſeruos, & §. ſi ſeruus Nouell. con. 123. l. ſeruis,
35. C. de epiſc. & cleric. c. ſi ſeruus ſciente in princ. diſtinct.
54. & d. canone Apoſtol. 81. Sed & iure nouo monachus ẽt
inuito domino fieri poteſt: ſi modo, cum per triennium in
monaſterio eſſet verſatus, dominus eum nõ vindicauerit,
§. hinc autem Nouell. con. 5. §. cæterum ſi quis vſque ad §.
porrò in omnibus Nouell. c. 123. d. c. ſeruus ſciente, ver. ve-
9 rum etiam ſi legitimè diſtinct. 54. & 17. q. 2. c. vlt. † Planè
iure nouo, quamuis inuito, vel ignorante domino ſeruus
in clericum fuerit ordinatus, niſi tamen eum intra annum
vindicauerit, clericus liberque, & ingenuus manet, tanquã
ſi dominus expreſsè in ordinationem conſenſiſſet, dicto §.
ſi ſeruus. ibi. ſi ignorante domino Nouella conſt. 123. & d.
cap. ſi ſeruus ſciente, ver. ſed ſi ignorante. Idem dicendum
ſi ſeruus presbyter, aut diaconus ſit factus, diſtinct. 54. cap.
de rebus, ver. cæterum ſi, c. ex antiquis, ver. ita vt ſi quis, c.
ſi ſeruus abſente. Idem vtique dicendum ſi ſit factus ſub-
diaconus, cap. miramur 7. de ſeruis non ordinandis. Vel
epiſcopus, diſtinct. 54. c. ſi ſeruus ſciente, ver. epiſcopalis.
Idem vtique dicendum erit ſi ſeruus Iudæi Chriſtianus
ſit ordinatus, diſtin. 54. c. generalis, §. fin. Vel ordinatus ſit
ille, qui ex matre libera patre verò ſeruo natus ſit, c. vlt. de
ſeruis non ordinan. Id quod dictum eſt de ſeruis non ordi
nandis, procedit etiam in libertis, nam nec liberti ordinan-
di ſunt, niſi patronus conſenſerit, nulliuſque obſequium
in liberto ſibi reſtituerit, diſtinct. 54. c. ſi quis obligatus, &
c. quicunque. Sed ordinari eo ignorante, nec vindicãte per
annum, facti presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, monachi, vel
epiſcopi, bene ac validè vti ſerui ordinati dicentur, per al-
10 legata ſuperius in ſeruis. † Verum poteſt dominus, qui
conſenſit ſeruum ordinari, ſibi in eo retinere operas ſpiri-
tuales. Si quis enim de ſeruis ſuis quempiam donauerit
libertati, & ipſum in presbyterum fecerit ordinari, ille an-
tem poſtea in ſuperbiam elatus domino ſuo canonicas ho
ras pſallere noluerit, accuſatus apud Epiſcopum, qui or-
dinauerit eum, degradetur, c. nullus 4. de ſeruis non ordin.
11 † Porrò clerici ordinari iubentur non peregrini, vel ex alia
poſſeſſione, vel vico, ſed ex eo vbi eccleſiam eſſe cõſtiterit,
l. in eccleſijs 11. C. de epiſc. & cler. c. vlt. de clericis peregr.
c. 1. c. eos qui. c. vlt. ver. ſed nec abſque de tempore ordin. in
6. diſt. 51. c. vlt. ver. qui ignoti ſunt. diſt. 70. in princ. diſtinct.
71. in princ. & c. ſeq. c. de aliena. c. ſi quis, c. clericus, c. pri-
matus, c. extraneo, c. penult. & vlt. diſtin. 72. c. clericum, c.
vlt. diſtin. 98. c. Afros, c. vlt. Niſi fortè alia Eccleſia alibi ſita
clericis abundet: tunc enim ex ea in aliam, quæ ijs indiget,
iam in ea ordinati clerici ſunt transferendi. Nouel. conſtit.
16. & c. 1. c. inter quatuor a. c. tuæ 3. de cleric. peregrin. di-
ſtinc. 98. in princ. cum duobus cc. ſequentibus. Sed cum li-
teris dimiſſorijs, ex quibus conſtet ipſos eſſe clericos ordi-
natos à ſuo ordinario, vt in dictis iuribus, & in cap. nullus
12 3. de tempor. ordin. in 6. † Priores verò prioratuum non
exemptorum, horumve ſocij quamuis exteri poſſunt ab
epiſcopo ordinari, d. c. cum nullus 3. §. fin. de tempor. ordi-
13 nan. in 6. † Item & peregrini ad hoc diſpenſari, c. vlt. in fi.
de clericis peregrinis, diſtin. 71. c. fraternitatem. Item pere
grini in Eccleſia Romana poſſunt ordinari 1. q. 1. c. p prin-
14 cipalem. † Sed ſi certæ originis clerici ex pacto, vel cõſue-
tudine ordinentur, hoc enim pactum, vel conſuetudo hæc
videtur alios peregrinos in caſibus exceptis excludere, qđ
verum non eſt, c. ad decorem 5. de inſtitut. Sed verum erit
ſi ex priuilegio naturalitas ſit neceſſaria, quoniam ſine ea,
nec ordinandi, nec beneficiandi erunt, per ea quæ adducit
Garzias de beneficijs par. 7. c. 9 per totum. Hi autem po-
tiſſimum ordinãdi ſunt, quos monaſterij, vel oratorij pa-
tronus, hoc eſt, is qui monaſterium oratoriumve extruxit,
15 vel eius hæres exhibet: † Si modo digni ſunt, nam indignis
iſtis alios dignos Epiſcopus præferre poteſt, §. ſi quis ora-
torij. Nouell. c. 123. §. ſi quis oratorium ead. Nouel. §. illud
16 quoque Nouel. c. 58. † Indigni autem cenſentur indocti,
§. clericos Nouell. c. 123. §. hæc autem Nouell. conſt. 6 §. 1.
Nouell. c. 5. c. eam te 4. in princ. c. cum ſit 14. & c. vlt. de æ-
tate, & qualitate præficiend. c. vlt. ver. ſeu illiterato, de tẽ-
por. ordin. in 6. diſtinct. 34. c. præcipimus, ver. aut ignoran-
tem literas, diſtinct. 36. c. 1. diſtinct. 49. c. vlt. diſtinct. 51. c. 1.
ver. vel illiteratos, & c. pœnitentes in princ. Nam ſcientia,
& literatura eſt in ordinandis, & beneficiandis neceſſaria,
vt in allegatis iuribus, & latè ex alijs multis probat Gar-
17 zias de beneficijs par. 7. c. 7. per totum. † Neque ordinãdi
ſunt ij, qui ſunt culpatæ vitæ infames reprehenſibiles, pu-
blicove iudicio dãnati, vt in alleg. Nouel. cc. & diſt. 51. cap.
vlt. in princ. diſt. 49. per totum. diſt. 55 c. 1. diſt. 77. c. ſi quis,
ver. ſi nullo graui 1. q. 1. c. eſtote, q. 7. c. ſi quis omnem §. &
ſi informationem, & §. qui poſt baptiſmũ. Apoſtolico ca-
none 60. Vitæ enim ac morũ, honeſtas in ordinãdis, ac be-
neficiandis eſt neceſſaria, vt in allegatis iuribus, & in c. cũ
in cunctis, de elect. in c. graue, de præbend. Clem. 1. de æta-
te, & qualit. Concil. Trident. in ſeſs. 24. de reform. c. 8. cum
18 alijs citatis per Garziam vbi ſup. c. 8. num. 1. & ſeq. † Niſi
fortè crimen fuerit occultum, c. ex tenore 4. de tempor. or
dinan. Crimen autem occultum quod dicatur, declaratur
definitione criminis occulti, de qua in c. veſtra 17. ver. cæte-
rum aliud, de cohabit. clericor. & habetur exemplum in c.
vlt. de furtis. Sed ſi ablatum nondũ reſtituerit, nec de crimi
ne pœnitẽtiã egerit: hoc. n. caſu propoſita occulti criminis

exceptione non iuuabitur,vt ordinari poſſit d.cap.vltim.
verſi. poſt peractam pœnitentiam. In non occultis verò
non prodeſt lapſis pœnitentiam egiſſe,vt ordinari poſſint
diſtinct.10.in princip. cum ſequentibus cc. & vt inferius
latius dicetur. Minus ordinandi ſunt imprudentes,diſtin.
36.in princip. Nec ebrij ſeu vinoſi diſtinct. 35. in princip.
& §.ſequitur. Nec homicidæ, neque ij,qui mortis cauſam
præbuerunt cap.de cætero 11.de homicidio cap.ex literis
10.de exceſſib.prælat.diſtinct.50.cap.minor cap.clericum
cap. ſi quis uidoam verſicu. ſimiliter canone Apoſtol. 64.
Concilium Tridentinum in ſeſſ.14.de reformatione capi.
7.Garzias de Beneficijs par.7.cap.11.nume.6.7 & ſequen.
vbi nec beneficiandos affirmat. Neque pœnitentes capitu.
2.de bigamis non ordinand.diſtinct.33.cap.maritum ver.
nec enim,qui publica diſtinct.34.capitulo præcipimus ver.
vel pœnitentiæ diſt.50.c.ex pœnitentibus c. quicunq; ca-
pitulo ſi ille c.non confidat c.canones c.in capite §.fi.c.illud
quoque capitulo placuit diſtinct. 51 capitulo vlti. in prin-
cip.verſiculo,qui ſcelera,& diſtinct.55.capitulo 1.verſicu.
vel publica pœnitentia cap.nullus in princip.capitu.pœni-
tentes,& diſtinct.61.capitulo non negamus verſic.ſed nec
19 de pœnitentibus. † Eum verò pœnitentem dicimus,qui
poſt baptiſmum,aut pro homicidio,aut pro diuerſis crimi
nibus,grauiſſimiſque peccatis publicam pœnitentiam ge-
rens ſub Cilicio diuino fuerit reconciliatus altario diſtinct.
50.capitulo placuit 68.§.eum verò,quem ideo in clericum
non poteſt ordinari,vt in allegatis canonibus. Niſi neceſſi-
tas,aut vſus id exegerit,vt ordinetur d. capitulo placuit in
princip.ibi niſi tamen,&c. Vel niſi non publicam,vel ſolē-
nem,ſed priuatam tantum egerint pœnitentiam d. diſtin.
50.cap.ſi verò 58.capi.ſi quis poſt 61.§.poteſt, & aliter,&
cap.vltim.de tempor.ordin. & poſt eam ſecularis militiæ
cingulum non acceperit d.cap.61.in princip. Vel tandem
niſi Papa cum talibus ex miſericordia diſpenſauerit, vt in-
20 fra num.21.23.24.& alib: ſæpe.† Simoniaci non ſunt or-
dinandi 1.quæſt.1.c.cap.quicunque cap.cum turpe §. qui
ergo verſic.ſecundum Gregorium cap.eos qui verſi.nam,
& viceſimus quæſt.7.cap.conuenientibus §.ex hac autho
ritate verſic.porrò ſimoniaci,& diſtinct.33.cap.maritum,
21 in fine.† Neque Apoſtatæ diſtinct.50.cap.vltim.& c.vlti.
de Apoſtatis. Neque hæretici §.clericos ibi, & tecta fide,
Nouella c.123.diſtinct.51.cap.vltim.verſi.qui in hæreſim.
22 † Nam Apoſtatæ,hæretici,& ſchiſmatici non ſolum non
ſunt ordinandi,ſed & ordinati,& beneficiati ordinibus,&
beneficijs ipſo iure priuantur ſecundum communem, de
qua per Doctor.in cap.vt commiſſi §.priuandi de hæreti-
cis in 6.& per Garziam de beneficijs par.11.cap.10.num.1.
& ſequen.vbi citat alios. Niſi fortè fuerint ad fidem catho-
licam reuerſi 1.quæſt.7.§.ſi qui voluerint,& c.eam te 7.§.
fin.de reſcriptis. Et hoc inſuper non de iure ſuccedit,ſed
per diſpenſationem fit 1.quæſt.1.cap.omnis. Item non ba-
ptizati ordinari non poſſunt cap.1 & cap.vlt.de præsbyte-
ro non baptizato. Nec minus rebaptizati diſtinct.50.capi.
confirmandum in fine diſtinct.51.cap.vlt. ver.aut rebapti
zati,& 1.quæſt.7.cap.qui in qualibet. Nec minus baptiza
ti in hæreſi 1.quæſt.1.cap.ventum §.ſed noſtræ q 7.ca.qui
in qualibet,& diſtinct.51.cap.vlt.in princip.ver.vel qui in
hæreſi. Apoſtolico canone 67. Niſi fortè non adulti,ſed in-
fantes ab hæreticis ſint baptizati 1.q.4.c. placuit cap. qui
apud e. homini §.fina. Nec tandem ordinandi ſunt bapti-
ti in ægritudine diſtinct.57.in princip cum cap.ſequente.
23 † Item nec vxorati,nec ij,qui continentiam vouere nolunt
ordinandi ſunt diſtin.27.in princip.cum c.ſequen.diſtinct.
28.c.aſſumi c.ſane 2.c.cum de ore 8.de clerici coniug.cap.
vlti.ver.nec etiam coniugato de tempor.ordinat.in 6. Nec
minus ſunt beneficiandi, ſi fortè poſt clericatum vxorem
duxerunt cap.cum decorem 8.de clerie. coniugat. Imo ſi
beneficia habent,& vxorem ducunt,illis ipſo iure priuan-
tur c.1.& 3.de cleric.coniug.cap.diuerſis 5.eod.& id cum
declaratione quam facit Tholoſanus noſter in tract. de be
neficijs c.25.n 4.p totū Garzias eod.tra.par.7.c.5. Niſi for
tè vxoratus vouēs continentiā religionē ingredi velit reli-
cta vxore,hic enim poterit ordinari d.c.vlt.ver.niſi volen-
ti d.c aſſumi ver.niſi fuerit promiſſa, & d.diſt.28.c.de his
§.fi. Quod tamē vxore ipſa conſentiente, & continentiam
pariter vouente fieri poterit, nō aūt ipſa recuſante diſtin.
77.c.Epiſcopus verſi.ſanè ſi cōiugatus,& cap.cum ſis 4. cap.
coniugatus 5. capitulo vxoratus 8. de conuerſion. coniu-
gat.ſed ſi carnalis copula inter eos non dum ſecuta ſit: tūc
conſenſus coniugis non deſideratur c.verum 2.c.ex publi
co 7.de conuer.coniug. Nec minus deſideratur ſi tempore
baptiſmi vxorem habeat, & poſt baptiſmum ad ordines
adſpiret diſt.33.c.la.ci. Vel ſi quis vxoratus ex cā neceſſita
tis ſit ad ordines diſpenſatus exemplo diſt.28.c.de Siracu-
ſanæ. Mortua verò vxore,quis ordinari,ex hoc quia vxorē
habuit,non prohibetur diſt.31.c.vl.§.illud quoq.Martini.
Bigami verò,ſeu ij,qui alteram vxorem duxerunt ordinā-
di nō ſunt §.ſed neq.Nouella c.6 §.clericos Nouella c.123,
c.1.cum c.ſeq.de bigamis non ordi.c.ſane 2.in fine de cleri.
coniug.c.1.de bigamis in 6.diſt.23.c.his igitur verſ.aut cer-
tè vnius diſt.26.c.vlt.diſt.31.c.vlti.§.illud quoq.diſt. 32.c.
nemo c.ſeriatim ver.quia nec laicus diſt.33.in prin.cum c.
ſeq.c.maritum diſt.34.c.ſi quis de laicis in prin.c. præcipi-
mus c.ſi laici §.pręmiſſis,& c.cognoſcamus diſt.50.c.qui-
cumq.pœnitens diſt.51.c.vlt.ver.qui ſecundus,& diſt.55.
c.1.ver.vel bigamus c.nullus diſt.77.c.ſi quis verſ.ſi ſecun-
dum diſt.84.c.quiſquis,& canone Apoſtol.16. Nec ſunt be
neficiandi,vt ex allegatis,& alijs probat Garzias de benefi
cijs par.7.c.6.n.1.& ſeq. Nec refert quod vtraq. vxor mor
tua ſit c. de bigamis 3.de bigamis cum alijs allegatis pau-
lo ſuperius in vxorato. Sed ſi poſterius matrimoniū copula
carnali non ſit conſummatum,non erit impedimento ad or-
dines adſpiranti ca.debitum 5.de bigamis, prout impedi-
mento erit ſi copula carnali ſit conſummatum, quamuis cū
poſteriore non ſubſiſtat c. nuper 4. de bigamis. Sed ſi non
vxores ſed concubinas duas pluresue habuerit,non erit ei
hoc impedimento ad ordines conſequendos ca. quia circa
6.eod.titu. Quod ſecus erit ſi poſt vxorem vnam,concubi-
nam unam pluresue habuerit diſt.34 c.ſi quis de laicis. Ni
ſi fortè cum tali poſt unam uxorem concubinario fuerit
24 diſpēſatum d.diſt.34.c.fraternitatis.† Sed ſi cum bigamo
Papa diſpenſauerit an poterit accipere ordines propter
diſpenſationem? & quoad ordines minores uidetur,quod
ſic,quo uerò ad maiores ordines,quod non,per tex. & ibi
notata per glo.in uerbo diſpenſare,& Doctores in c.ſuper
eo.2.de bigamis,& diſt.34.c.ſi ſubdiaconus. Quia in biga-
mis contra Apoſtolum diſpenſare non licet, ut debeā̄t ad
ſacros ordines promoueri; uel in eis,ſi promoti fuerint, re-
manere d.c.2.ibi,quia &c. quod intelligitur quoad maio-
res ordines,ut in d.c.ſubdiaconus,& vt diſtinguit gl.allega
ta in d.c.2.non aūt quoad minores,ut in d.gl. De hac anci-
piti quæſtione an ſ.cum bigamis quoad omnes ordines di-
ſpenſari poſſit? eleganter agit Sotus lib.4.ſent.diſt.27.q.3.
art.3.ubi hæc omnia illuſtrat. Verū ſi neceſſitate exigente
poſſunt ſine diſpenſatione ordinari certo quodam modo,
de quo in d.diſt.34.d.c.ſubdiaconus in fine cum c.ſeq. Pa-
pa multo magis poterit ſibi perſuaſa neceſſitate aliqua cū
eis diſpenſare quoad omnes ordines. Item is,qui uiduam,
uel à marito repudiatam duxit ordinandus non eſt d.diſtin.
32.c.nemo in fine c.ſeriatim uer.quia nec laicus diſt.34.ca.
curandum c.pręcipimus uer.aut qui uirginem,& c.ſi quis
uiduam diſt.50.c.ſi quis uiduam c.quicunq.uerſ.quicun-
que uiduæ maritus diſt.51.c.ult.uer. qui uiduam diſt. 55.
c.nullus uerſi.nullus uiduarum diſt.77.c.ſi quis in fine di-
ſtinct.84.cap.quiſquis,& de bigamis non ordinan.capi.1.
uerſi.repudiatam Apoſtolico canone 17.& Nouella c.123.
§.clericos uer.neque uiduam. Vidua autem dicitur illa,cu-
ius maritus eſt mortuus,eiecta eſt,quæ à marito uiuente
proijcitur d.diſtin.34.c.uidua,& c.ſane 2.in fine de cleric.
coniugatis. Verum ſi quis ſolum deſponſatam,non autem
carnali copula cognitam duxerit, poterit ordinari d.diſt.
34 c.ult.& 27.q.2.c.quod autem §.ecce impoſſibilitas uer.
item ſi ſponſa,& c.debitum 10.de bigamis non ordinādis.
Poterit etiam bigamus ordinari in minoribus ordinib. uel
in maioribus urgente neceſſitate,certo quodam modo,de
quo in d.diſt.34.ca.lector.& ut paulo ſuperius uer.uerum
ſi neceſſitate. Et quoad impedimentum non refert quod
uidua ſit ante baptiſma diſt.34.c.ſi quis uiduam,nec quod
ipſa ducta poſtea mortua ſit c.de baptiſmis 3. de bigamis
non ordinandis;nec tandem quod matrimonium cum ui-
dua contractum,ipſo iure nō ſubſiſtat c.ult.eod.tit. Is qui
adulterā,uel meretricem uxorē duxit, uel habet,ordinan-
dus nō eſt diſt.33.c maritum uerſ.uel meretricem diſt.34.
c.ſi cuius c.ſi laici c.ſi quis uiduam,& eiectam cap.ſi quis
de laicis §.quod ergo diſt.51.ca.ult.uer.aut corruptam
mariti 30.q.5.cap.qualis,& canone Apoſtolico 17. Minus
ordi-

Digitized by Google

ordinandus eſt ille, qui duxit ancillam, d. canone 17. & d. c.
25 ſi quis viduam, ver. aut ancillam. † Nec qui habet concu-
binam, diſtinct. 33. in princ. cum c. ſequen. c. maritum, ver.
nec eum quidem, & c. vlt. diſtin. 51. c. vlt. ver. qui concubi-
nam. Nouell. c. 123. Nec qui duas ſorores, vel conſobrinam
duxit, canone Apoſt. 18. Nec minus qui publicis ſpectacu-
lis mancipatam duxit. d. c. ſi quis viduam, ver. vel aliquã
de his, & d. canone 17. Qui liberos naturales habet, vel ha-
buit ordinandus non eſt, §. clericos, ibi neque naturales.
26 Nouel. c. 123. † Sed & qui ex malis parentibus nati ſunt.
hi ordinari non prohibentur, diſtinct. 56. c. vndecunque,
c. nunquam, c. naſci, c. ſponſus, c. ſatis, c. dominus, c. Iſmael.
Quod tamen intelligi debet ſi cæteræ virtutes in eos con-
ueniunt: nam ſuffragantibus meritis hi patienter ſunt ſu-
ſcipiendi non tamen, vt hoc pro regula in poſterum aſſu-
matur, ſed ad tempus eccleſiæ periculo ſuccurritur, diſtin.
56. c. Cenomanenſem, & c. ſeq. Regula enim eſt in contra-
rium quod non ſuſcipiantur, d. diſt. 56. c. ſi gens, & d. c. Ce-
nomanenſem, §. quod: à qua virtutibus, atque meritis ex
arbitrio receditur, & ordinantur. Illegitimi, & filij presby
terorum ordinandi non ſunt, c. 1. & vlt. de filijs presbyt. c.
conſtituit 5. de ſeruis non ordinan. diſt. 56. in princ. cum c.
ſeq. Tholoſanus de beneficijs, c. 35. per totũ. Garzias eod.
tractatu par. 7. c. 2. & 3. latiſſimè. Verũ ſi virtute ac meritis
perfulgeant ordinandi ſunt ſuſcipiendi, d. diſt. 56. c. vnde-
cunque, c. nunquam, c. naſci, c. dominus, & c. vlt. & d. §. qđ
autem, ver. ſed ſicut. Vndecunque enim homines naſcan-
tur, ſi parentum vitia non ſectentur, & Deum rectè colãt,
27 honeſti, & ſalui erunt. † Semen enim hominis ex quali-
cunque homine, Dei creatura eſt; & eo male vtẽtibus ma-
le erit, non ipſum aliquando malum erit. Sicut autem bo-
ni filij adulterorum nulla eſt defenſio adulterij: ſic mali fi-
lij coniugatorum nullum eſt crimẽ nuptiarum, d. c. vnde
cunque. Naſci enim de adulterio, non eſt eius culpa, qui
naſcitur, ſed illius qui generat, d. c. naſci, & de vitijs paren-
tum nunquam erubeſcendum, d. c. nunquam, faciunt alle-
gata ſupra lib. 1. de infamia tit. 26. & ideo illegitime quo-
modocunque nati, ſi ſint continentes, & bonæ vitæ, docti
ac virtutibus clari poterunt ſacris illuſtrari ordinibus, vt
colligitur ex allegatis, & probatur diſt. 56. c. 1. & ſeq. c. niſi
aut. & c. Apoſtolica, ad quos canones ſe remittit Impera-
tor in §. clericos. ibi. vt ſacris interdictum canonib. Nouell.
c. 123. Verum non ipſo iure illegitimè nati, & ſi continen-
tes, bonę vitę, ac virtutibus ſint clari, ad ſacros ordines ad-
mittuntur, ſed per diſpenſationẽ, vel ordinarij, vel ſummi
Pontificis, reſte Gratiano in d. c. Apoſtolica in fi. cũ c. ſeq. c.
1. de filijs presbyterorum in 6. Toloſanus de beneficijs, c.
28 35. nu. 6. & 7. & per totum. † Non tamen põt ordinarius
epiſcopus cum eis ad ordines maiores diſpẽſare, ſed ſolus
Pontifex ſummus, d. c. 1. & c. 2. de filijs presbyterot. Tho-
29 loſan. vbi ſup. nu. 7. † & filij presbyterorũ illegitimè nati,
& ſi per diſpenſationẽ in eccleſia paterna ſacerdotiũ im-
petrauerint, literis diſpenſationis non obſtantibus, ſunt ab
eadem eccleſia amouendi, c. 2. & ſeq. c. cum decorem 15. c.
ad abolendam 16. de filijs presbyter. & Concil. Trident. in
ſeſſi. 25. c. vt paternæ 15. Sed filij presbyterorum legitimè
nati ordinari non prohibentur. diſt. 56. c. Cenomenſem, §.
cum ergo, c. literas 14. de filijs presbyter. c. cum olim 6. de
30 cleric. coniug. † Verum & filij legitimi presbyterorum in
eccleſia paterna ordinandi non ſunt, c. pręſentium 3. c. cõ-
querente 4. c. quoniam 10. c. ad extirpandam 11. c. Michael.
de filijs presbyter. Niſi epiſcopus, qui ſciens patrẽ in eccle-
ſia miniſtraſſe, eum ordinauerit, hic enim eum quem ſciẽs
ordinauit, ex cauſa propoſita remouere non poteſt: Si hoc
ignorans fecit, in ea debet manere, donec in alia prouidea-
tur, vnde honeſte valeat ſubſtentari. c. veniens 5. eodem ti-
tul. Sed ſi alius ante filiũ presbyteri in loco patris eius mini
ſtrauerit, hoc enim caſu, quia defuncto patre media in-
terceſſit perſona, quæ ei ſucceſſit, poſt hanc non prohibe-
tur filius admitti, c. ex tranſmiſſa 7. eod. tit. Quod idẽ erit
ſi pater ſine titulo, vel filij ſui nomine in eccleſia miniſtra-
uit, c. conſtitutus 8. eod. tit. de filijs presbyter. Verum ſi Pa-
pa, vel alius habens facultatem ab eo diſpenſauerit, vt fi-
lius nulla media intercedẽte perſona in eccleſia, in qua pa-
ter miniſtrauit ordinetur, ei ii in ea admittendus, capit. ex
tua 9. eod. titu. c. dilectus 17. eod tit. Sed ſi patri non ſucce-
dat, ſed eo viuo ad aliud ſacerdotium in eadem eccleſia
fuerit ordinatus, ſubſiſtit ordinatio, quoniam hoc caſu le-
gitimus poteſt in eadem eccleſia ordinari, atque benefi-
ciari, in qua & pater miniſtrat, c. ad hæc 12. de filijs presby.
31 † Sed & quod attinet ad illegitimè natos obſeruãdum eſt
generaliter illos ordinari poſſe, ſi fortè eos aut maxima
eccleſiæ vtilitas, vel neceſſitas expoſtulet; vel euidens me-
ritorum prærogatiua commendet 1. q. 7. c. tali cõiugio 17.
Item furioſi non ſunt ordinandi. diſt. 33. c. maritũ, ver. ne-
que illum qui in furiam, d. c. cõmunr, c. clerici, c. vſque adeo,
& 15. q. 1. c. vlt. §. his ita, ver. nõ enim poteſt. Apoſtolico ca-
32 non. 78. Nec epilectici, d. c. cõmunr. † Nec corpore vitiati, d.
c. vſque adeo in fi. & d. c. maritum, ver. nec illum. diſt. 34. c.
præcipimus, ver. vel qualibet parte corporis. diſt. 36. c. 1. di
ſtin. 49. c. hinc etiam, diſt. 51. c. vlt. ver. aut qui naturali, diſt.
55. in princ. cum c. ſeq. c. pœnitentes, ver. aut aliquo, & c.
expoſuiſti 6. de corpore vitiatis. Nam corpore vitiati, nec
ordinandi, nec beneficiandi ſunt per allegata iura, & per
alia, quæ latè congerit Garzias de beneficijs par. 7. cap. 11.
per totum. Quod quidem verum eſt, niſi caſu ſit vitiatus,
non propria voluntate, d. c. pœnitentes in fin. & d. diſt. 55.
c. qui partẽ, c. ſi quis à medicis, c. eunuchus, c. ſi quis pro,
c. ſi quis in c. lator. c. præcepta, c. ex parte 3. de corpore vi-
tiatis, canone Apoſtolico 20. & 76. niſi fortè caſu oculus ſit
amiſſus, d. c. præcepta, §. fin. cum cap. ſeq. Sed ſi quis oculo
defectus, aut obtuſo cruore exiſtat, & dignus ſit, ordinari
non prohibetur ſecundum canonem Apoſtolicum. 76. Sed
mutus, ſurdus, & cæcus ordinari prohibetur. canon. Apo-
ſtolic. 77. Verum ſi cum corpore vitiato ſit diſpenſatũ, po-
terit ſacris ordinibus decorari, c. 1. c. cum de tua 2. c. ſigni-
ficauit 4. de corpor. vitiatis. Prout poterit ordinari ille, qui
valetudinis ſeruandæ cauſa ſe mutilauit, exẽplo c. ex parte
5. eo. tit. & ille qui vngula pollicis careat, cum propterea
non ſit minus idoneus ad officia diuina peragenda, c. vlt.
eo. tit. Ij verò qui ſe ipſos abſciderunt ordinandi nõ ſunt,
per allegata ſuperius ver. quod quidem, & diſtinct. 51. cap.
vlt. ver. qui ſemetipſum, & diſtinct. 55. c. ſi quis abſciderit,
33 & c. hi qui ſe, & canone Apoſtolico 21. & 22. † Minores
ætate regulariter ordinandi non ſunt, c. vel non 14. de tem-
por. ordin. c. 1. & c. ad noſtram 8. c. ſignificatum 11. de regu-
laribus, c. vlt. ver. infanti, de tempor. ordinat. in 6. diſt. 77.
c. ſubdiaconus diſt. 78. c. quid eſt. 1. q. 1. cap. eſtote, ver. niſi
prouectiores ætate, faciunt ea, quæ dicta ſunt ſupra lib. 2.
tit. 3. & 4. Nec minus ſunt minores ętate beneficiandi, cap.
cum in cunctis 7. de elect. c. eam te 4. de ętate, & qualit. or-
din. c. graue nimis, de præbend. Tholoſanus de beneficijs,
c. 37. nu. 1. Garcias eo. tract. par. 7. c. 4. per totum quã plura
adducit. Sed ſi exceſſerint decimumquartum annum, tũc
ordinari poterunt, d. c. ad noſtram 8. & d. c. ſignificatũ 11.
Niſi fortè ad artam aliquam religionem ordinentur: hoc
enim caſu requiritur, vt exceſſerint decimum octauũ an-
num, c. quia in virilis 6. de regularib. 20. q. 1. c. qui autem,
vel ſi ſubdiaconi ordinentur, hi enim debent eſſe viginti
annorum diſt. 77. cap. ſubdiaconus. Sed ex Clement. vlt. de
ætate, & qualit. ſubdiaconi debent eſſe decem, & octo an-
norum. Tandem ex Concilio Tridentino in ſeſſio. 23. cap.
nullus 12. Subdiaconi debent eſſe vigintiduo annorũ; Dia-
coni vigintitrium, Presbyteri vigintiquinque. Sed ſi dia-
coni, decani, aut ſimiles, qui animarũ curã habent ordinan
di ſint, aut virgines ſint conſecrandæ, hoc enim caſu requi-
ritur ætas 25. annorum, d. c. cum in cunctis 7. §. inferiora,
de elect. c. licet 14. in princ. eod. tit. in 6. diſt. 77. c. placuit, c.
epiſcopus in princ. diſtinct. 78. c. nemo 20. q. 1. c. placuit, §.
presbyterum, ver. ſed neque diaconum Nouel. c. 123. Tho
loſanus, & Garzias vbi ſupra. Sed Clement. vlt. de ætate, &
qualit. diaconi anno vigeſimo ætatis poſſunt ordinari, ex
Concil. Trident. vbi ſupra anno vigeſimoſecundo. Leuitæ
debent eſſe 25. annorum d. diſtin. 77. c. in veteri. Presbyteri
debent eſſe 30. annorum, d. c. in veteri, ver. à trigeſimo, &
d. c. epiſcopus in fin. diſt. 78. in princ. cum c. ſeq. c. nemo, in
princ. & §. presbyterum. Nouel. c. 123. Sed d. Clement. vlt.
de ætate, & qualit. & Concil. Trident. vbi ſupra presbyte-
ri anno ætatis 25. poſſunt ordinari. Quod & antea neceſſi-
tate vrgente poterant in hac eadem ætate ordinari, d. cap.
nemo presbyter. §. hoc regulare cum c. ſequen. Si lectores
ordinandi ſint: hi enim debent eſſe octodecim annorum,
d. cap. nemo, & d. §. presbyterum. Verum ſi minores ætate
fuerint à parentibus oblati, poterunt ordinari 20. quæſt. 1.
c. 1. in fine, cum c. ſequẽ. c. monachum, c. quicunque, c. quẽ
progenitores, c. infans, §. ex his authoritatibus, & cap. cum

Digitized by Google

virium 12.cap.ſignificatum 9. §.ſi autem à parentibus, de
regularibus. Quod idem erit ſi religionem ingrediantur. c.
vlt. ver. niſi fortè religionem intraret, de tempor. ordinat.
34 in 6. vbi gloſs. in verbo intraret, hoc declarat. † Sed ſi mi-
nor maior factus, ordinationem ratam habuerit, minori
ætate, in qua ordinatus eſt non obſtante, erit validè ordi-
natus, c. ſignificatum 11. §. ſi autem à parentibus, ver. ſeu
poſt decimumquartum annum, & c. cum virum 12. de re-
gularib. c. 1. §. fin. de his quæ vi metusve cauſa 20. quæſt. 1.
c. illud, c. ad noſtram, de regularib. c. 1. in princ. c. non ſolū
35 2. ver. maior tamen, eod. tit. in 6. 20. q. 1. c. 1. † Ij qui ſæculo
militant ordinandi non ſunt. diſtin. 50. c. ſi quis poſt. diſtin
ctio. 51. in princ. ver. aut poſt baptiſma militantes, cap. 1.
ver. aliquando ex militia. c. ſi quis poſt. c. vlt. ver. qui ſæcu-
lari militiæ. 19. q. 3. c. monaſterij §. miles. Nec ij, qui foro
certarunt. diſtinc. 51. in princ. ver. aut in foro decertantes,
& d. c. 1. in princ. Nec ij, qui in ſcena luſerint, diſtinct. 33.
c. maritum, ver. aut in ſcena luſiſſe, cum declaratione de
qua ſupra lib. 1. tit. 20. Nec vſurarij, d. c. maritum, ver. ne-
que illos qui vſuras, & ſupra lib. 1. tit. vlt. Neque minus ex-
communicati, & ſuſpenſi, c. poſtulaſtis, 7. & c. vlt. ver. ſi ta-
men ſcienter, de clerico excommunicato, c. cum bonæ 8. de
ætate, & qualit. nam nec ordinati ſunt beneficiandi, d. cap.
7. Tholoſanus de beneficijs c. 37. num. 11. Garcias eod. tra-
cta. par. 7. c. 13. & c. 14. & ſup. li. 1. tit. 15. Niſi fortè excom-
municati, & ſuſpenſi fuerint abſoluti, c. propoſuit 8. de cle-
rico excommun. Ij verò qui minores ordines per interſti-
tia temporum non impleuerunt, ad maiores non ſunt or-
dinandi, nec minus poſteriores ante priores. diſtinct. 74. c.
Epiſcoporum, diſtinct. 75. c. vlt. in fin. diſtinct. 77. cap. ſub-
diaconus, diſtinct. 78. c. quid eſt 16. q. 1. c. monachos, cap. in
eccleſia 2. de inſtitutionibus. Faciunt quæ de diſtribuendis
ſæcularibus dignitatibus dicta ſunt ſupra lib. 1. titul. 4. In
ſingulis enim gradibus hæc tempora ſunt obſeruanda, ſi
ab infantia eccleſiaſticis miniſterijs nomen dederit, vt in-
ter lectores, & exorciſtas quinquennio teneatur, exinde
accolythus, vel ſubdiaconus quatuordecim annis ſiat, &
ſic ad benedictionem diaconatus, ſi meretur accedat: in
quo ordine quinque annis, ſi inculpatè ſe geſſerit, hærere
debebit. Exinde ſuffragantibus ſtipendijs, per tot gradus
datis propriæ fidei documentis, presbyteri ſacerdotium
poterit promoueri: de quo loco (ſi enim exactior ad bonos
mores vita perduxerit) ſummum Pontificatum ſperare
debebit, diſtinct. 77. c. in ſingulis 2. & c. quicunque 3. & c.
monachus. Sed tempora hęc non ſunt obſeruanda, ſi prior
ad altiorem gradum non velit ordinari, diſtinct. 74. cap.
epiſcoporum, ver. niſi fortè ſuperbia elatus, & c. vlt. Vel ſi
ſit ſimplicior, vt gradum ſuperiorem non poſſit tueri, d.
c. epiſcoporum. ver. ſanè ſi officium. Vel tandem ſi contra
inſtituta tempora quis fuerit diſpenſatus exemplo, cap. 1.
de clerico per ſaltum promoto. diſtinct. 52. in princip. cum
c. ſequen. Furtiuè ordinati non ſunt vlterius ordinandi, ni-
ſi cum eis fuerit diſpenſatum, c. 1. cum duobus ſequentib.
de eo qui ordinem furtiuè ſuſcepit. Monachi ad clericatū
ſunt ordinandi. Clement. 1. §. ad ad ampliationem, de ſtatu
monachor. 16. q. 1. c. ſi monachus, c. quos. Niſi fortè mona-
chi deſertores ſint monaſterij. d. q. 1. c. legi. Sed de his plura
adfert Cucchus Inſt. de his qui ad ordines promoueri nō
poſſunt. hactenus qui & quales clerici ordinandi ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Ius ordinandi competit epiſcopo. limitatur.*
2 *Capitulo an competat ius ordinandi.*
3 *Deceſſori non competat ius ordinandi ſibi ſucceſſurum.*
4 *Ordinandi ius competit Abbati in ſuo monaſterio.*
5 *Ordines conferre poteſt epiſcopus poſt reſignatum epiſcopatum.*
6 *Ordinandi ius quando ceſſet, & nu. 8. & 9.*
7 *Ordinatus ab excommunicato diſpenſatur.*
9 *Ordinandi ius ceſſat per ordinationem indigni.*
10 *Viſitator eccleſiæ vacante poteſt ordinare, & Papa quos vult.*
11 *Ordinatio eſt facienda certis diebus, & horis, & quid in ordinibus minoribus, & de ordinatio à Papa ſimul ad omnes ordines quando libuerit.*
12 *Ordinantes, & ordinandi debent ieiunare.*

Clerici à quibus ordinandi, vbi & quando. Tit. 3.

NOn niſi ab eo clerici ordinandi ſunt, cui ius ordinan
di competit. aliàs ordinatio non valet, 1. quæſt. 7.
c. per illicitam, c. conuenientibus. §. item theſauris
1 Patriarcha. 9. quæſt. 1. cap. per illicitam. † & epiſcopo non
alij regulariter ius ordinandi competit, diſtinc. 67. in prin-
cip. cum cap. ſeq. & c. vlt. diſtinct. 91. cap. non liceat, in prin
cip. & canone Apoſtol. 2. Quod veriſſimum, atque incon-
cuſſum ex ſacris ſcripturis, conciliorum decretis, Patrum
atteſtationibus, more antiquo & inueterato populi Dei,
& exemplis maiorum comprobat Cardin. Bellarminius,
de clericis, libro primo, cap. 3. in princ. & c. 4. Cucchus In-
ſtit. de poteſt. ordinandi, numero primo, & ſequen. Conci-
lium Tridentinum in ſeſſio. 23. c. 3. 8. & 10. & ſeſſio. 14. cap.
3. Niſi epiſcopus alteri ius ſuum ceſſerit, c. quia diuerſita-
tem 5. ver. niſi fortè aliquis, & c. conſtitutus 11. de conceſs.
præbend. c. cum veniſſent 6. de inſtitut. Vel niſi de conſue-
tudine aliter obſeruetur, cap. cum eccleſia 31. de electio.
Nam is, cui epiſcopus, vel conſuetudo ius ordinandi con-
ceſſit, poteſt ordinare. Verum enim verò omni conſuetu-
dine ſublata ſoli epiſcopi ordines conferunt ſibi ſubditis,
vel ſubditis alij epiſcopo, ab eo tamen ſibi ordinandis cū
literis dimiſſis. Concilio Tridentino in ſeſſio. 23. capit. ter-
tio. Nam nec conſuetudine nec præſcriptione quæri poſ-
ſunt ea, quæ ſunt propria ordinis epiſcopalis. Anton. Ro-
ſellus de indulgentijs numero 435. & ſequen. quod idem
per text. in c. quanto de conſuetudine, probat Petrus Ra-
2 uen. in tract. de conſuetudine, numero 84. † Sed nec capi-
tulo ſede vacante ius ordinandi competit, niſi antea capi-
tulo cum Prælato ius ordinandi competierit, cap. illa 2. ne
3 ſede vacan. & cap. vlt. de regular. in ſexto. † Deceſſori non
competit ius ordinandi ſibi ſucceſſorem, diſtinct. 51. cap.
vlt. ver. qui à deceſſoribus in ſacerdotium eliguntur. Niſi
hoc Papa diſpenſauerit, exemplo 7. quæſt. 1. cap. perijſti.
4 † Abbati in ſuo monaſterio eiuſque capellis ius ordinandi
clericos competit non epiſcopo 16. q. 2. in princ. cum cap.
ſequent. Sed contradicere videtur d. q. 2. c. penult. & vlt.
cui contradictioni reſpondet Gratianus in d. c. vlt. ver. ec-
ce Vrbanus. Planè Abbas, presbyter, & benedictus cōfer-
re poteſt ordinem clericalem, c. cum contingat 11. de æta-
te, & qualit. diſtinct. 69. in princ. cum c. ſequent. Quod ta-
men verum eſt conuerſis, in quos eccleſiaſticam, & quaſi
epiſcopalem iuriſdictionem obtinēt: nam ijs primam cle-
ricalem tonſuram conferre poſſunt non alijs. Concil. Tri-
dentin. in ſeſſio. 23. c. Abbatibus 10. niſi eis id competat ex
pleno ſedis Apoſtolicæ indulto, c. Abbates 3. de priuilegijs
in 6. diſtinct. 69 cap. 1. Quod quidem indultum obtinuiſſe
docere debent poſt Concilium Tridentinum, quoniam il-
lo omnia priuilegia in antea conceſſa ſunt ſublata, in d.
ſeſſi. 23. d. c. Abbatibus 10. Item & chorepiſcopi hos mino
res ordines poſſunt conferre. d. c. 4. in fi. Cardin. Bellarmin.
de clericis, lib. 1. c. 17. D. Quod verū non eſt, niſi hi verè epi-
ſcopalem cōſecrationem acceperint, quoniam illis, vt epi-
ſcopis licet ordines omnes conferre, non autem chorepi-
ſcopis Bellarminus vbi ſupra. E. & probatur infra tit. 19. A
clero, & populo ciuitatis poſtulati poſſunt clerici ordina-
ri ab epiſcopo. diſtinct. 51. cap. vltim. §. ſed nec ille. Græci à
latinis epiſcopis, qui in ritibus differunt non ſunt ordi-
nandi, nec è contra, cap. cum ſecundum 9. de tempor. or-
dinat. cap. cum olim 6. §. fin. ver. niſi proco quod. de cleri-
cis coniug. Niſi epiſcopus cui ordinandus eſt ſubiectus,
conſentiat, cap. quod tranſlationem 11. de tempor. ordin.
Laici ius ordinandi clericos non habent, cap. præterea 4.
& cap. quod autem 4. §. de cætero, de iure patronat. Non
obſtat, quod paulo ſuperius dictum eſt, à clero, & populo
poſſe ordinari, quia ibi clerus, & populus poſtulat, & epi-
ſcopus, ſi iudicauerit expediens, ordines confert eo modo
quo exprimit, atque declarat Cardin. Bellarmin. de cleri-
cis, libro primo, capitul. tertio, ver. At certè falluntur,
ſcilicet per impoſitionem manuum presbyterii. hoc eſt, E-
piſcopi, vt explicat ibi paulo poſt principium, & capitulo
quarto, & d. diſtinct. 51. cap. vlt. §. ſed nec ille.
5 Sed † ſi epiſcopus, cui ius ordinandi competit, vt dictū
eſt in princip. epiſcopatum reſignauit ordines contulerit,
ſunt

Digitized by Google

ſunt bene collati, Secundum diſtinctionem, de qua in ca-
6 pit. 1. de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit. † Si is cui
ius ordinandi competit, fuerit excommunicatus, non po-
tens ordines conferre 9. quæſt. 1. in princip. cum c. ſequen.
& cap. excommunicati. Niſi excommunicatus antea fue-
rit catholicus d. quæſt. 1. cap. per illicitam. §. ſed excommu
nicati cum cap. ſequen. vſque ad §. ſed, & illud, & c. ordina
tiones §. qui verò, & ordinandũ ſciat catholicum eſſe d. c.
7 ordinationes in princ. † Sed cum ordinatis ab excommuni
cato ignorantibus excommunicationem, propter eorum
ignorantiã diſpenſatur cap. cum clericus 2. de ordinatis ab
8 Epiſcopo, qui renunciauit. † Si is cui ius ordinandi compe-
tit, fuerit ſimoniacus, non poterit ordines conferre 1. q. 1. c.
qui perfectionem cap. per Eſaiam §. conſtat ergo c. ſtatui-
mus §. ſicut ergo verſic. ſed ſicut, & verſ. habent ergo cap.
ſtatuimus ver. ſimoniaci ca. ſi, qui verſic. qui verò ſcienter
cap. de cætero. & c. tuas 35. de ſimoniacis. Niſi ordinatus
ignorauit ordinationem ſimoniacam eſſe d. capit. per tuas
35. & d. ver. habent ergo, & d. cap. ſtatuimus verſicu. ſimo-
niacos autem non ſimoniace, & d. cap. ſi quid in princi. &
1. quæſt. 6. in princip. Vel niſi quis inuitus à ſimoniaco ſit
ordinatus d. verſic. habent ergo ibi, nec attractionis violen
tia, & 1. quæſt. 1. cap. ergo ſimoniacos in fine cum cap. ſeq.
Si is, cui ius ordinandi competit ſit hæreticus, non poterit
ordines conferre 1. quęſt. 1. cap. ventum q. 7. c. conuenienti-
bus §. item Thataſius cum ſequent. & 9. quęſt. 1. capi. vlti.
& Apoſtolico canone 67. §. fina. D. Thomas in ſupplemen-
to ſummæ quæſt. 38. articu. 2. Sed ſi in inuitum hæreticus
9 contulerit ordines ſubſiſtet collatio. 1. q. 1. c. conſtat. † Si is,
cui ius ordinandi competit, antea ordinauerit indignum,
vel alienum, non poterit poſtea ordines in alios conferre c.
cum in cunctis 7. §. ſi de electione capit. ſuper 2. de bigamis
non ordinandis cap. cum ſingula 32. §. qui vero contra de
præbendis in 6. capi. eos qui 2. de tempor. ordinat. in 6. Si is
cui ius ordinandi competit, alterius ciuitatis clericum or-
dinare velit, id minime facere poteſt 9. quæſt. 2. in princip.
cum c. ſequen. cap. nullus primas ca. nullum c. Epiſcopum
c. non inuitari Apoſtolico canone 34. & ſuperius ſub num.
4. verſi. Græci à Latinis. Niſi Epiſcopus loci conſenſerit, vt
ibi, & c. quod translationem 11. de tempor. ordin. vel ordi
nationem ab alio factam ratam habuerit 9. quæſt. 2. c. vlt.
Vel in ordinandis clericis ipſe ſit negligens, tunc enim ſu-
10 periori eius ordinare licet 9. q. 3. cap. cum ſimus. † Rurſus
Eccleſia vacante illius viſitator poterit ordinare diſtin. 24.
capitu. præsbyteri, & Papa alterius cuiuſcumque ciuitatis
clericos poteſt ſacris ordinibus illuſtrare 9. quæſt. 3. c. nunc
verò, & cap. vltim. in princip. Quo vero ad locum ordina-
tionis ibi vbi Epiſcopus iudicauerit, ordinare poterit, ſecũ
dum diſtinctionem, de qua in 16. q. 1. ca. ſi quis monachus
11 c. ſi quos, & diſtinct. 75. c. quando. † Quo verò ad tempus
certis tamen diebus, & horis ordinatio eſt facienda diſtin.
75. cap. ordinationes, & cap. quod à patribus. Die domini-
cæ reſurrectionis ordinatio eſt celebranda d. diſtinct. 65. c.
vltim. declaratur diſtinct. 76. capit. huius obſeruant §. pri-
mum. Sed minores ordines alijs diebus feſtis conferri poſ-
ſunt cap. 1. verſi. & minores ordines, & cap. de eo autem 3.
de tempor. ordinat. diſtinct. 75. cap. quando. Alij dies ordi
nandorum clericorum præſcribuntur in diſtin. 65. cap. vlt.
Nec valet conſuetudo contraria cap. ſane ſuper, & c. cum
8. de tempor. ordinat. niſi, vt dictum eſt, in maioribus ordi
nibus conferendis, qui etiam alijs diebus feſtis poſſunt cõ-
ferri, vt fuit probatum. Solus enim Romanus Pontifex
præſcriptos ordinandorum clericorum dies poteſt tranſ-
cendere, & ordines omnes ſimul quando ei libuerit con-
ferre d. capitulo 1. verſiculo ſubdiaconos, & d. cap. 3. verſi.
præter quam Romano de tempor. ordin. & vbique gloſſ.
& Doctor. & ordinatus à Papa ad ordines minores non
debet ad ordines ſuperiores ab alio ordinari capit. cum in
diſtribuendis 12. vbi gloſ. & Doctor. eod. titulo. Die ſabba-
ti Pentecoſtes poſſunt ordines conferri d. cap. 1 in fine. Duo
ſacri ordines non poſſunt conferri eidem vno die, vel duo-
bus continuato ieiunio cap. literis 3. cap. dilectus 15. de tem
por. ordina. Nam intra ſex menſes eſt facienda cap. nulla
a. §. cum verò de conceſ. præben. c. cum multa 28. §. is quo-
que verſic. vltra de præbendis cap. literas 4. cap. dilecto 5.
12 de ſupplenda neglig. prælat. † Tandem obſeruandum eſt
ieiunantes ordinare, & ordinari debere diſtinct. 67. capi. t.
verſicu. & ieiunantes, & d. capitulo literas. Nam Chriſtus
apud Lucam cap. 6. antequam ex diſcipulis ordinaret A-
poſtolos ieiunauit, & orauit, quod idem feruenter facere
debent ſummi Pontifices antequam Cardinales purpura
illuſtrent, vt probatur infra tit. 16. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ante ordinationem quid facere debet.*
2 *Ordinandi ſunt prius examinandi.*
3 *Epiſcopus ante ordinationem quid facere debet.*
4 *Ordinandorum qualitates quæ.*
5 *Ordines non ſunt conferendi ob præmia, vel fauores Declara, vt ibi, & num. 6.*
7 *Ordinatio eſt differenda, ſi ordinatus accuſatur.*
8 *Conſenſus ordinandi requiritur ante ordinationem.*
9 *Inuitus ordinatus debet intra annum prouocare.*
10 *Vidua ſponte ſibi imponens velum conuerſionis, manet velata.*
11 *Habitum monachalem gerens vltra annum non poteſt amplius ad ſecularia adſpirare.*
12 *Conſenſus parentum ordinandi non requiritur, limitatur.*
13 *Impubere abſque conſenſu parentum ordinato, intra annum prouocandum, alias remanet.*
14 *Monachi ſine conſenſu Abbatis non ſunt ordinandi.*
15 *Ordinatus à Papa non poteſt ſine eius licentia ad ſuperiores ordines ab alio promoueri.*
16 *Ordinatio ad patronatum non fit ſine præſentatione patroni.*
17 *Monachi non ſunt ordinandi, niſi in monaſterio per aliquot tẽpus conuerſati, & probati.*
18 *Tempus probationis quantum.*
19 *Profeſſus ante tempus probationis an poſſit ordinari.*
20 *Profeſſio ante tempus probationis quando valeat.*
21 *Titulus abſolute requiritur in ordinatione declara, vt ibi.*
22 *Teſtes adhibentur in ordinatione.*
23 *Infantes ſunt ordinandi cum conſenſu parentum, & adhibitis teſtibus.*
24 *Decreta conciliorum ſunt ordinandis ſignificanda.*
25 *Officiali ordinato dandus eſt libellus.*
26 *Cautio ab officiali ordinato, eſt exigenda.*
27 *Ordinandus quid promittere debeat.*
28 *Iuramenti ordinandi formula.*
29 *Epiſcopus, & Eccleſia non cenſentur diuerſi.*
30 *Epiſcopo, qui inuitum ordinauit, quæ ſit pœna iniungenda.*
31 *Ordinati non legitime, & extra tempus deponuntur, & ordinantes ius ordinandi amittant.*
32 *Epiſcopus priuatur poteſtate ordinandi ſi pœnitentem, vel alios indignos ſciens ordinauit.*
33 *Ordinatio non eſt reiteranda.*
34 *Ordinatio qualiter, & quomodo probanda.*
35 *Manus impoſitio Epiſcopi eſt de eſſentia ordinis.*

De antecedentibus ordinationem. Titulus 4.

QVi vult ſacris decorari ordinibus prius vires ſuas
metiri debet. Quiſquis enim ſacerdotium non
ad elationis pompam, ſed ad vtilitatem adipiſci
deſiderat; prius vires ſuas cum hoc, quod eſt
ſubiturus onere metiatur, vt ſi impar eſt, abſtineat, &
ad id cum metu etiam, cui ſe ſufficere exiſtimat, ac-
cedat prima quæſtione prima capitulo non eſt 27. §. quiſ-
1 quis ergo. † Epiſcopus verò debet conuocare capitu-
lum, & illius adhibere conſilium prius quam clericos
ordinet diſtinctione 24. capitulo Epiſcopus ſexto, & pri-
ma quæſtione prima capitulo eſtore 119 §. ſi quando igi-
tur 12. quæſtione ſecunda capitulo alienationes verſiculo
nec non ordinationes capitulo nouit quarto capitu. quan-
do quinto, & capitulo paſtoralis 9. de his, quæ fiunt à præ-
latis capitulo cum in Eccleſijs 33. de præbendis in ſexto.
2 † Et ordinandi ſunt prius diligenter circa ſufficientiam,
3 mores, & virtutes examinandi diſtinct. 24. cap. vlt. † Nam
quãdo Epiſcopus ordinationes facere diſponit, omnes qui

ad ſacrum miniſterium accedere volunt, feria quarta an-
te ipſam ordinationem euocandi ſunt ad ciuitatem vna cū
archipresbyteris, qui eos repreſentare debent, & tunc epi-
ſcopus à Latere ſuo eligere debet ſacerdotes, & alios pru-
dentes viros gnaros diuinæ legis, & exercitatos in eccleſia-
ſticis ſanctionibus, † qui ordinandorum vitam, genus, pa-
4 triam, ætatem, inſtitutionem, locum vbi educati ſunt, ſi
ſint bene literati, ſi inſtructi in lege Domini: Diligenter in-
ueſtigēt ante omnia, ſi fidem catholicam firmiter teneāt,
& verbis ſimplicibus aſſerere queant. Ipſi autem quibus
hoc committitur, cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut
cuiuſcunque muneris cupiditate illecti à vero deuient, vt
indignum, & minus idoneum ad ſacros gradus ſuſcipien-
dos, epiſcopi manibus applicent. Quod ſi fecerint, & ille
qui indignè acceſſit ab altari remouebitur, & illi qui do-
num ſancti ſpiritus vendere conati ſunt, coram Deo iam
condemnati eccleſiaſtica dignitate carebunt. Igitur per
tres continuos dies diligenter examinentur: & ſic ſabbato,
qui probati inuenti ſunt, epiſcopo præſententur, diſtinct.
24. c. quando epiſcopus, §. ſed neque clericum vſque ad §.
ſi ſeruus. Nouell. c. 56. & 123. late etiam Menochius de ar-
5 bitrarijs caſu 425. cum tribus ſequentibus. † Nam nec
precibus, nec premio, nec fauore quis ad ſacros ordines eſt
promouendus, vt ibi, & 1. quæſt. 1. c. omnes, §. de his autem
cum cc. ſequentibus vſque ad c. pueri, & d. c. pueri, §. nul-
la ſit: Apoſtolico canone 39. Concilium Tridentinum ſeſ-
ſio. 24 c. 18. & D. Thomas 2. 2. quæſt. 63. art. 2. Verum non
itaque quorundam precibus ordinationes factæ falſæ di-
judicantur. Sed hæ demum, quæ precibus ordinandi, vel
eius amici, non ſpirituali, ſed carnali affectu porrectis ſiūt,
cum aliàs futuræ non eſſent: quas non charitas interue-
niens, ſed ambitio ſupplicans extorquet. 1. q. 1. c. latorem,
6 121. & ſequen. §. non itaque. † Et quamuis clericus cuiuſ-
cunque gradus dare aliquid ei, à quo ordinatur, aut cui-
cunque alij perſonæ vetetur: tamen id quod conſuetudo
permittit dari poteſt, & percipi ab ijs, qui ordinati in mi-
niſterio ſunt, dum tamen vnius anni diariā non excedat,
7 d. Nouel. c. 56. & 123. † Si ordinandus dicatur indignus, or-
dinatio differenda eſt, & accuſatio perſequenda, §. ceterū
ſi tempore. Nouel. conſt. 123. & c. omnipotens 4. de accu-
8 ſatio. † Præmiſſis omnibus peractis, vel ante conſenſus or-
dinandi eſt perquirendus, diſtinct. 74. in princ. cum c. ſeq.
c. geſta, c. quorundam, c. vbi iſta, c. honoratus, & cap. 1. de
9 regularibus. † Sed ſi inuitus quis ſit ordinatus, & intra an-
num non prouocabit, manebit in ordine, c. ſi quis 2. in fine
10 eod. titu. † Si vidua ſponte velum conuerſionis ſibi impo-
ſuerit, & inter velatas oblationem Deo obtulerit, mane-
11 bit, c. viduæ 4. eod. tit. † Idem erit ſi quis vltra annum ha-
bitum monachalem portauerit, c. ex parte 22 eodem tit.
Vel ſi ad ordines tales ſit promotus, vt non poſſit vlterius
ad ſæcularia adſpirare: nam iſte ſi ad vlteriores ſacros or-
dines promoueri non velit, coercebitur, vt conſentiat, vt
12 dicetur paulo inferius. † Conſenſus verò parentum ordi-
nandorum non requiritur, §. hoc etiam cognitum Nouel-
la c. 42. §. interdicimus Nouel. c. 123. & 19. q. 3. c. vlt. in fine,
& 20 q. 1. c. puellæ, §. cum ergo, ver. ſed puella, q. 2. cap. 1. §.
parentibus, & c. puella, & in princ. d. q. cum c. ſequen. cap.
ſtatuimus. §. hac authoritate, & c. vlt. Niſi filius, filiave im
pubes ſit, d. §. parentibus, ver. vſque ad quartumdecimū,
& d. c. puella, & d. q. 2. in princ. cum c. ſequen. c. ſtatuimus,
13 §. hac authoritate, & c vlt. † Sed ſi parentes in ordinatio-
nem impuberis filij non conſentientes, intra annum ab ea
non prouocauerint, manebit, d. c. puella, ver. at ſi annum,
& d. §. hac authoritate, ver. niſi tonſuram, vel religioſam
14 veſtem c. ſi quis 2, de regularibus. † Monachi ſine conſen-
ſu Abbatis non ſunt ordinandi, diſtinct. 58. in princ. cum
duobus cc. ſequent, 16. q. 1. c. monachi, c. eum pro, c. mo-
nachi. 18. q 2. c. quam ſit, §. pariter autem; c. ad aures 5. de
tempor. ordinat. c. ſi religioſus 27 de electio. in 6. & Cle-
15 ment. vlt. eod. tit. † Ordinatus à Papa ſine licentia eius ad
ſuperiores ordines non promouetur, c. cum in diſtribuen-
16 dis 11. de tempor. ordin. † Et ſine præſentatione patroni
ordinatio ad patronatum non fit, c. illud 8. §. fin. & c. ſug-
geſtum 20. de iure patronat. 16. quæſt. 7. cap. decernimus.
17 † Tandem monachi ordinandi non ſunt, niſi per tempus
aliquod in monaſterio fuerint conuerſati, & probati, §.
hinc autem. ibi. ſancimus ergo. Nouel. con. 5. §. cæterum ſi
quis. Nouel. conſt. 123. c. ad Apoſtolicum 16. §. fin. de regu-
18 laribus 17. q. 2. c. vlt. 19. q. 3. c. monaſterijs. † Sanè tempus
probationis quantum eſſe debeat, incertum eſt: quia diuerſæ
variæ extant definitiones. Nam d. c. 16. & c. non ſolum 2.
de regularibus in 6. annus definitur. Biennium verò d. c.
monaſterij. Triennium denique d. Nouel. c. 5. & 123. & d.
c. vlt. ideoque in hac varietate tempus probationis vide-
tur eſſe arbitrarium, vt per glo. in d. cap. 16. in verbo anni.
19 † Sed ſi quis ſciens ante tempus ſtatutum profeſſus ſit:
ideoque beneficio pro ſe introducto renūciauerit, poterit
20 ordinari, d. c. 16. † Niſi in ordine prædicatorum, & mino-
rum profeſſio intra annum ſponte facta ſit, c. non ſolū 2.
de regularib. in 6. Vel in alijs mendicantium ordinibus, c.
conſtitutionem 3. eo. tit. Nam in ijs profeſſio intra tempus
21 probationis non valet, d. c. 2, & 3 de regularib. in 6. † Sanè
nemo ſine titulo abſolutè eſt ordinandus, diſtin. 70. in prin
cip. cum c. ſequen. c. ſanctorum. Mos enim antiquus fuit,
ne admitterentur in clerum, niſi in certa Eccleſia adſcripti
eſſent, in qua digni eſſent habiti, qui ſtipendijs eccleſiaſti-
cis nutrirentur, vnde & clerici dicerentur. cap. cum ſecun-
dum Apoſtolum, de præbend. in 6. diſtinct. 21. cap. cleros,
totque tantum in eccleſia inſtituebantur, quot nutriri po-
terant, non plures, c. 1. de inſtit. c. quoniam 9. de vita, & ho
neſt. cleric. cap. fin. de verbor. ſignific. l. non plures, C. de ſa-
croſan. eccleſ. §. 1. Vt determinatus ſit numer. clericor. &
tot ordinabantur quot nutriri poterant, c. authoritate, de
Inſtit. c. cum Martinus, de conſtitut. cum ſimilibus citatis
ſuperius tit. 1. Inde ab eccleſia in cuius albo erant deſcripti
clerici, eius eccleſiæ, & tituli eſſe dicebantur, vt clerici Ec-
cleſiæ S. Petri, S. Ioannis, &c. & ex illis clericis, eidem Eccle
ſiæ maioribus ordinibus inſeruituri creabantur ordinati,
vt formula ordinationis in ordine Romano docet, vbi ſic
ponitur pronunciatio Archidiaconi nomine epiſcopi. De
titulo S. Petri eligimus Paulum in lectorem ad eundem
titulum. & hoc eſt quod legitur in ſacris citatis canoni-
bus neminem ſine titulo ordinandum, ex iſtis ordinatis
legitur etiam aſſumptos diaconos, ſubdiaconos, & ex dia-
conis presbyteros, & Pontifices ſummos, vt in 1. tit. fuit
explicatum. Eo etiam pertinet diuiſio fructuum eccleſiæ,
quorum vna pars, clericis ſcilicet, in ea intitularis, debeba-
tur. 14. quæſt. ſecunda, cap. de redditibus, & cap. quatuor.
Et quia illa portio à certa eccleſia nominata, titulo aliquo
diſtincto ab alijs percipiebatur, fiebat vt ei eccleſiæ ad-
ſtricti eſſent ordinati ſub eius annona, & titulo, nec poſ-
ſent ſe ab eadem in aliam ſine proprij Epiſcopi conſenſu
transferre, & ſi de facto id feciſſent, poſſent reuocari etiā
per ſententiam excommunicationis. Et in Concilio Triden
tino ſeſſion. 23. cap. 16. ſtatutum eſt, ne vllus in poſterum
ordinetur clericus, qui non illi eccleſiæ, aut pio loco, pro cuius
vtilitate, aut neceſſitate aſſumitur, intituletur, vbi ſuis fun-
gatur muneribus, neve incertis vagetur ſedibus: & vt, ſi
locum inconſulto epiſcopo deſeruerit, ei ſacrorum exer-
citio interdicatur. Idem ſtatutum eſt antea in Concilio
Niceno cap. 15, & 16. in Antiocheno cap. 7. Chalcidonenſi
c. 13. diſtinct. 70. cap. ſanctorum. Id in argumentum trahi
poteſt quod de ſeruis, & mancipijs fugitiuis ſtatuit Con-
ſtantinus Valent. & Theodoſius in l. mancipia, & l. fin. C.
de ſeruis fugitiuis. Nemo itaque vt probatum eſt, ſine ti-
tulo eſt ordinandus; nam ordinato titulus, & præbenda
debet aſſignari: & interim donec aſſignetur, eſt ab ordina-
tore alendus, c. non liceat 2. cap. epiſcopus 4. cap. relatum
9. c de monachis 12. c. cum ſecundum 16. cap. dilectus 19.
& c. dilectus 27. de præbendis, c. ſuper 8. de conceſſ. præb.
Clement. 1. de iure patron. 16. quæſt. 1. c. ſi monachus. cap.
Apoſtolicis. Niſi ordinatus de ſua, vel paterna hæreditate
ſubſidium vitæ habeat, d. c. epiſcopus 4. in fine. Quo factū
eſt, vt epiſcopi tales patrimonium habentes ordinent ad
titulum patrimonij ſufficientis ad vitæ ſubſidium, ne ipſi
eos alere teneantur, donec titulus, & prębenda eis aſſigne-
tur. Quod patrimonium in titulum obligatum non poteſt
obligari, nec alienari, vt non poſſunt alienari bona eccle-
ſiaſtica, niſi obſeruata ſolemnitate, de qua in 12. quæſtio. 2.
c. ſine exceptione gloſſ. in verbo ſubſtentari c. cuius quęſtio-
nibus 23. de præbendis, vbi etiam Abbas, & ita aſſentit Cō-
cilium Tridentinum in ſeſſio. 21. de reformat. cap. 2. Quod
verum affirmat Tholoſanus de beneficijs, cap. 9. in fine ſi
certa bona ſpecialiter, non patrimonium generaliter
fuerit aſſignatum in titulum, quoniam ex patrimonio
generaliter aſſignato poterunt bona obligari, & aliena-
rí ſi

Digitized by Google

ri ſine ſolemnitatibus. Sed ſi præbenda aſſignata ab ordi-
nante, vel alio fuerit euicta, erit de alia prouidendus, &
interim ab ordinatore alendus, ca. inter cætera 17. de præ-
bendis. Nec quoad hoc refert, quod contra Lateranenſe
Concilium fuerit ordinatus, c. cum ſuper 8. ver. nec ipſi Ca-
22 nonici. de conceſſ. præbend. † Teſtimonium in ordinatio-
23 ne adhiberi oportet. † Oportet enim infantes cum volun
tate, & conſenſu parentum, imò ab ipſis parentibus obla-
tos ſub plurimorum teſtimonium ſuſcipi, vt omnis occa-
ſio maledicti gratia, excludatur hominum peſſimorum.
24 20. q. 2. ca. vlt. † Decreta Conciliorum ſunt ordinandis in-
culcanda. Placuit enim vt ordinandis Epiſcopis, vel Cleri-
cis prius ab ordinatoribus ſuis decreta Conciliorum auri-
bus eorum inculcentur: ne ſe aliquid contra ſtatuta Con-
cilij feciſſe pœniteat, diſtinct. 38. ca. placuit. pro declaratio-
ne huius Canonis adeundus eſt, §. igitur ordinandus, Au-
th. quomodo oporteat Epiſc. & Alex. in l. ſi quis 6. num. 9.
25 C. de pactis. † Libellus officiali ordinato dandus eſt. Quan
do enim presbyteri in parochijs ordinantur libellum offi-
cialem à ſuo ſacerdote, id eſt Epiſcopo accipiant, vt ad Ec-
cleſias ſibi deputatas inſtructi ſuccedant: ne per ignoran-
tiam etiam in ipſis diuinis ſacramentis offendant, diſtinct.
38. c. quando. quod idem faciunt ij, qui ad magiſtratus ſæ-
culares eliguntur, vt probatur ſupra lib. 1. tit. 4. numer. 13.
Cum verò ad Litanias, vel ad Concilium venerint, ratio-
nem Epiſcopo ſuo reddant, qualiter ſuſceptum officium
26 celebrent, vel baptizent, d. c. quando. † Cautio ab officia-
li ordinando exigenda eſt. quamquam enim omnes, qui
ſacris ordinibus mancipantur regulis teneantur adſtricti,
expedibile tamen eſt, vt promiſſionis ſuæ vota ſub cautio-
ne ſpondeant, quos ad promotionis gradus Eccleſiaſtica
probat diſciplina. Solet enim plus timeri, quod ſingulari-
ter pollicetur, quam quod generali ſponſione concludi-
tur, vt obſeruauimus in tract. de tutela, & cura; lib. 1. titul.
27 12. & lib 2. titu. 1. † Et ideo placuit, vt vnuſquiſque qui ad
Eccleſiaſticos gradus eſt adſcenſurus, non ante honoris
conſecrationem accipiat, quam placiti ſui adnotatione
promittat, vt fidem Catholicam ſincera cordis deuotione
cuſtodiens, iuſtè, & piè viuere debeat, & in nullis operibus
ſuis Canonicis regulis contradicat, atque vt debitum per
omnia honorem, atque obſequij reuerentiam præeminen
ti ſibi vnuſquiſque dependat, iuxta illud Beati Leonis Pa-
pæ Edictum. Qui ſe ſcit aliquibus eſſe præpoſitum, non
moleſtè ferat aliquem ſibi eſſe Prælatum, ſed obedientiã,
quam exigit, etiam ipſe dependat, diſtinct. 23. cap. quam-
quam. Forma huius cautionis proponitur etiam in cap. ne
Dei Eccleſia. 43. de Simonia. Quæ non præſtatur per iuſiu
randum, c. nullus. 5. de iureiurando 22. q. 2. cap. vlt. Nec in
ſcriptis, c. legebatur. 3. de maiorit. & obed. niſi fortè Eccle-
ſiaſticarum rerum commiſſa fuerit cura, d. cap. nullus, vbi
glo. Vel iuſiurandum exigatur pro fide, & reuerentia, gloſ.
in d. c. quamquam in verbo cautione, & in d. cap. nullus in
28 verbo iurare, & c. cum Clerici 19. de verbor. ſignific. † Et
quamuis ſub hac forma verborum iuramentum tale præ-
ſtetur videlicet. Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero,
& obediens Placentinæ Eccleſiæ, & Domino meo Epiſco-
po Placentino: is tamen qui præſtat huiuſmodi iuramen-
tum, Epiſcopo tanquam capiti principaliter obligatur, d.
c. 19. de verbor. ſignific. Ergo ſecundario tenetur Eccleſiæ,
quia ſi tenetur Epiſcopo, tenetur Eccleſiæ. 7. q. 1. cap. ſcire,
29 glo. in d. c. 19. in verb. principaliter. † Nec ideo habet plu-
res dominos, quia Epiſcopus, & Eccleſia non cenſentur di
uerſi, vt in d. gloſ. Qui autem pecuniam accipiunt, vt ordi-
nandis ſacros ordines non tribuant, multis argumentis ac-
ceptæ pecuniæ rei, & infames eſſe probantur. 1. q. 1. c. nul-
lus Epiſcopus. 124. §. qui autem. Et qui præſentatum ido-
neum malitioſè recuſauit admittere, ad prouidendum ei-
dem in competenti beneficio compellatur, quatenus pu-
niatur in eo, in quo ipſum non eſt dubium deliquiſſe, c. pa-
ſtoralis. 29. §. fin. de iure patron. Si qui Clerici, vel Diaconi
pro neceſſitatibus Eccleſiaſticarum rerum non obtempe-
rauerint Epiſcopis ſuis volentibus eos ad honorem am-
pliorem in Eccleſia ſua promouere, nec illic miniſtrent in
ſuo gradu, vnde recedere noluerunt, diſt. 74. ca. ſi qui. & ibi
glo. in verbo recedere, ca. placuit. 4. Sed contradicere vide-
tur ead. diſtinct. 74. c. geſta. ſed conciliatur per Gratianum
in d. cap. ſi qui cum tribus capit. ſequentibus. Planè ſi ſim-
plex indignum ſe ſuperiori ordine exiſtimauerit, non erit
ad maiores ordinandus, d. diſtinct. 74. c. Epiſcopum, §. ſanè
ſi officium, vbi gloſſ. & gloſſ. in d. c. geſta in verbo perſona.
Nec dolo Epiſcopi eſt quis ad alium maiorem gradũ pro-
mouendus, vt quem obtinet alij conferat, d. diſtin. 74. cap.
quorundam in princ. & §. verum illud, & cap. Honoratus.
30 † Epiſcopus, qui inuitum, aut reclamantem præſumpſe-
rit ordinare, annuali pœnitentiæ ſubditus Miſſas facere
non præſumat, d. diſtin. 74. c. 1. & ca. Honoratus. in fine, vbi
31 aliæ imponuntur pœnæ. † Non legitimè, & non ſuo tem-
pore ordinati deponuntur, vel ſuſpenduntur, & ordinato-
res ius ordinandi amittunt, c. ſanè ſuper. 2. in fine, cap. cum
quidam 8. c. literas 13. in fine, c. vel non. 14. c. dilectus 15. ca.
32 conſultationis 16. de tempor. ordinat. † Item ordinandi po
teſtate priuatur Epiſcopus, qui pœnitentem ſciens publi-
cam egiſſe pœnitentiam ordinauit, diſtinct. 50. ca. ex pœni-
tentibus. §. ſi autem ſciens, vt & ſuperius tit. 2. nume. 17. &
ſequentibus dictum eſt. Idem cauetur de eo, qui viduam,
aut repudiatam vxorem quondam habentem ordinauit,
d. §. ſi autem ſciens, ver. ſimili ſententiæ, & probatum fuit
in d. tit. 2. num. 23. Idem in genere cauetur de omni, qui in-
dignum ordinauit. 1. q. 1. ca. ſi qui Epiſcopi. Eſt enim talis
reus ſcandali, quod per ordinatum oritur. 1. q. 1. c. hi quoſ-
cumque cum alijs allegatis in d. tit. 2. numer. 15. Sed & an-
nua ſuſpenſio indicitur ei, qui illegitimè ordinauit, diſtin.
33 55. c. nullus, §. & ideo. † Ordinatio verò ſemel collata non
eſt reiteranda, vt de conſecratio. diſt. 4. c. non licet. Apoſto
lico Canone 67. Niſi fortè prior ordinatio fuerit illegitima.
1. q. 7. c. per illicitam. 9. q. 1. c. per illicitam, & d. Canone 67.
Et Monachus in clericum ordinatus à priore propoſito
non recedet, ſed in monaſtica regula deuotè debet perſi-
34 ſtere. 16. q. 1. c. de monachis. † Ordinatio autem qualiter,
& per quæ probanda ſit, definitur in ca. 1. cum duobus ſe-
quent. & ibi glo. & Doctor. de Clericis peregrinis, & tradit
Maſcardus lib. 1. de probationibus concluſio. 302. cum tri-
35 bus ſequentibus. † Ad eſſentiam autem huius ſacramenti
ordinis pertinet manus impoſitio per Epiſcopum facienda
cum verbis, & ſignis, de quibus in qualibet ordinatione ſu
pra tonſuram, vt colligitur ex allegatis ſuperius, & infe-
rius tit. 22. vſque ad tit. 34. & probat Cardinalis Bellarmi-
nus de ſacramento ordinis lib. 1. c. 9. per totum, de qua &
nos in ſpecie infra tit. 97. in princ. & num. 2. Et hæc de Cle-
ricis, & monachis ordinandis dicta ſufficiant.

S V M M A R I V M.

1 *Officium Clerici, vel monachi quod.*
2 *Clerici de ſubditorum vita rationem reddunt.*
3 *Diaconi ſunt exempti ab officio cantandi.*
4 *Cantandi modus præſcriptus*
5 *Monachus quid facere debet.*
6 *Ocium fugiendum.*
7 *Viuendi modus clericorum.*
8 *Clerici de laboribus manuum ſuarum viuere poſſunt, & numero 77.*
9 *Clerici debent incumbere Lectioni ſacrarum ſcripturarum.*
10 *Ignoratio ſcripturarum eſt ignorantia Christi.*
11 *Libri, qui legendi à Clericis.*
12 *Clerici ſuarum rerum ſcientiam habere debent.*
13 *Poetæ an ſint legendi à Clericis, & de illorum lectione.*
14 *Iuriſprudentia, medicina, phyſica num diſcenda à Clericis.*
15 *Sæcularia negotia non tractant Clerici, limitatur nu. 16.*
17 *Clerici, vel monachi peregrinantes debent gerere literas ſui Epiſcopi, vel Abbatis.*
18 *Literarum formula pro peregrinantibus.*
19 *Monachi non poſſunt ſeparatim habitare. declara, vt numero 20.*
21 *Tabellionatus officium Clerici non exercent.*
22 *Executores teſtamentorum eſſe non poſſunt Clerici.*
23 *Fideiubere non poſſunt Clerici. declara, vt ibi.*
24 *Clerici à quibus debeant abſtinere.*
25 *Beneficia plura curata vnus non poteſt habere.*
26 *Inobedientium Clericorum pœna.*
27 *Hoſpitalitas à Clericis exercenda.*
28 *Conuiuia qualiter à Clericis celebranda.*
29 *Continentes, & caſti ſint Clerici.*
30 *Mulierum cohabitatio quouſque Clericis interdicta.*
31 *Epiſcopi nullo modo cum mulieribus cohabitent.*
32 *Concubinatus Clericorum pœna etiam in liberos extenditur.*

Vxorem

Digitized by Google

33 *Vxorem ducens Clericus, vel monachus priuatur.*
34 *Vxorem poteſt ducere Clericus infra Subdiaconatum.*
35 *Cantores, & Lectores ducentes ſecundam, vel tertiam vxorem priuantur.*
36 *Viduam ducentes, vel adulteram priuantur.*
37 *Monaſteria virorum non ingrediuntur mulieres, nec è contra.*
38 *Portis monaſteriorum, qui præficiendi.*
39 *Litibus, & iudicijs an poſſint intereſſe Clerici.*
40 *Iurare Clerici non debent.*
41 *Reſidentia in Eccleſia à Clerico ſeruanda, declara nu. 42.*
43 *Cauſa non reſidendi, quæ.*
44 *Reſignans beneficium non tenetur reſidere.*
45 *Ludere Clerici non debent.*
46 *Vectigalia non poteſt Clericus conducere, nec monachus, & illorum conductor non poteſt ordinari.*
47 *Conductiones, quæ Clericis, & monachis permiſſæ.*
48 *Monachi, vel monachæ monaſteria egredi non poſſunt.*
49 *Monacho, quando liceat tranſire ad aliud monaſterium.*
50 *Canonicus regularis non poteſt ad aliud monaſterium tranſire.*
51 *Clerici, vel monachi, quando poſſint ad vitam ſæcularem redire, & num. 53. & 54.*
52 *Monialis non profeſſa ſi velum ſponte ſuſceperit poterit ad vitam ſæcularem redire.*
54 *Profeſſionem, qui emiſerunt inuiti poſſunt redire ad vitam ſæcularem declara, vt ibi.*
55 *Minores profeſſi, an ad vitam ſæcularem poſſint redire.*
56 *Profeſſio furioſi nulla.*
57 *Profeſſio, quando teneat, vel non, & an requiratur conſecratio.*
58 *Clericus à cauſis ſanguinis abſtinet.*
59 *Clerici habentes iuriſdictionem temporalem poſſunt cauſas ſanguinis delegare.*
60 *Homicidium committens Clericus deponitur, limitatur.*
61 *Homicidium committens Clericus, quando excuſatur.*
62 *Clericus ſi ciuiliter conquerens de crimine cauſam mortis præbuerit, non deponitur.*
63 *Militare, vel bellica negotia gerere non poteſt Clericus, limitatur num. 64.*
65 *Arma gerere non debent Clerici.*
66 *Conuenticula clericis prohibita.*
67 *Venationes clericis prohibitæ.*
68 *Comam, vel barbam nutrire prohibiti clerici.*
69 *Raſuræ clericorum ratio, quæ.*
70 *Habitus clericorum quale eſſe debeat.*
71 *Habitus clericorum in ætate minori conſtitutorum quale.*
72 *Pontifex, Cardinales, & Epiſcopi, cur variis vtantur veſtibus.*
73 *Cibus, & potus clericorum qualis eſſe debeat.*
74 *Cibi obſeruantia remittitur clericis diuitibus, & quomodo.*
75 *Monachis eſus carnium inhibitus, limitatur.*
76 *Tabernas ingredi prohibentur clerici.*
78 *Monachi nihil habent proprium, ſed omnia communia.*
79 *Cubiles, ſeu lecti monachorum quales.*
80 *Silentium obſeruandum à monachis.*
81 *Deponitur clericus cum ad eum caſum peruenit, in quo ab initio ordinari non potuiſſet.*
82 *Depoſitionis pœna incurſa, quomodo euitetur.*
83 *Pœnitens clericus, an ad altiorem gradum poſſit aſcendere.*

De officijs Clericorum, & monachorum, & de cauſis, ex quibus clericatus amittatur. Tit. 5.

NVnc de officijs Clericorum, & monachorum, & de cauſis, quibus hoc vitæ genere ſe faciunt indignos eſt diſſerendum. Quare ad Dominum conuerſus dicam. Ne proijcias me in tempore ſenectutis, cum
1 defecerit virtus mea, ne derelinquas me. † In primis igitur hoc incumbit Clerico ſimul, & monacho, vt omne Eccleſiaſticum monaſterium ſibi competens impleat, §. ſancimus autem. Nouella c. 123. ſi autem ab ijs ſine cauſa fuerit ceſſatum, quid iuris ſit ſtatuitur in c. ſi Canonici. 2. & in c. quamuis. 8. de offic. ordinar. in 6. & in diſtinct. 91. cap. vlt. Docere, & inſtituere debent populum ſibi commiſſum, diſtinct. 38. c. 1. in princ. ver. qui docendi officium, c. 1. in fine. & diſtinct. 23. c. his igitur, §. fin. 16. q. 1. c. alia cauſa, diſtinc. 93. c. ille procul. Gratiam docendi habere debent, diſtinct. 43. in princ. & §. debet. Et in docendo debent eſſe diſcreti, ne aut tacenda proferant, aut dicenda taceant, diſtin. 43. c. 1. §. non ergo. Eloquentiam enim in docendo diſſimulabũt, non tamen fugient, diſtinct. 38. cap. penult. Peccata populi redarguere debent, 23. q. 4. ca. ipſa pietas, §. moleſtus es, vſque ad finem, c. quid faciet, c. ſi is, qui. q. 5. c. non putes, ca. non eſt, c. qui vitijs 24. q. 3. ca. tã ſacerdotes. Modus autem redarguendi peccata præſcriptus eſt ſeruandus, c. ſi ſacer-
2 dos. 2. de officio ordinarij. † Nam de ſubditorum ſuorum vita rationem reddere tenentur, niſi culpa vacent, ſuumque fecerint officium, diſtinct. 74. capit. penultimo, & vltimo. Apoſtolico Canone 38. In Eccleſia debent inuigilare, diſtinct. 23. cap. his igitur, §. final. & diſtinct. 91. cap. 1. cap. presbyter c. Clericus victum, & ca. vlt. & cantare, diſtinct. 92. cap. 1. cum pluribus ſequent. Quod tamen non omnibus licet, ſed ſolum Lectoribus ab Epiſcopo ordinatis, d.
3 diſtin. 92. c. non licet. † Ab officio autem cantandi, & pſallendi Diaconi muniuntur exempti, ne, dum vocis modulationi ſtudent, altaris miniſteria negligant, d. diſtinct. 92.
4 ca. cantantes, §. ab officio, & cap. in ſancta Romana. † Modus autem canendi præſcribitur, d. diſtinct. 92. in princip.
5 cum c. ſequen. & infra tit. 30. † Monachus omnis in cœnobium redire ibique reſidere debet, atque orare, nec non ſacrarum ſcripturarum Lectioni incumbere, aut, ſaltem
6 manuarias artes exercere, † omneque otium fugere, §. deinde & ſi, & §. illud quoque. Nouella c. 123. diſtinct. 38. c. 1. §. ſacerdotes diſtinct. 5. c. nunquam. Nihil enim in ſancto propoſito otio deterius eſt, quod non ſolummodo non acquirit noua, ſed etiam conſumit peracta, ſanctæ vitæ ratio proceſſu gaudet, & creſcit, ceſſatione torpeſcit, & deficit: quotidianis, ac recentibus virtutum incrementis inſtauranda mens eſt, & viuendi hoc iter non de tranſacto, ſed de reliquo metiendum, vt dicebat D. Hieronymus ad Demetrium, ideoque vitandum Prouerb. 6. 5 6. 9. & 10 5. 4. 16. & 12. 11. & 14. 4. & 20. 4. & 18. 19. & 31. 27. Eccl. 11. 6. Epheſ. 4. 28. & Leo Papa in ſermone dicit, mentem otioſam nihil aliud cogitare noſſe, quam de eſcis, aut quam de ventre. Huc conferunt, quæ, Ouidius 1. Pont. 6. cecinit ita.

Cernis, vt ignauum corrumpant otia corpus?
Vt capiant vitium ni moueantur aquæ.

Et de remedio amoris.

Otia ſi tollas periere Cupidinis arcus,
Contemptaque iacent, & ſine luce faces.

7 † Quod vitare, & Clericis quoque eſt iniunctum. nam & hi magnum Deum precibus fatigare debent, & ſacrarum
8 ſcripturarum Lectioni incumbere, dicto §. ſacerdotes. † Et ſi propria Eccleſia eis ſufficere non potuerit, victum, & veſtimentum ſibi artificiolo, vel agricultura, abſque officij ſui, duntaxat detrimento parent, exemplo Apoſtoli, qui de labore manuum ſuarum viuebat, diſtinc. 91. in princ. &
9 c. Clericus victum, cum c. ſequen. † Sed ſacrarum ſcripturarum Lectioni ſumma cum ratione incumbere debent, vt dictum eſt, quia ſicut ſtellas Cœli non extinguit nox: ſic mentes fidelium firmamento inhærentes ſanctæ Scripturæ non obſcurat mundana iniquitas, diſtinct. 38. cap. ſicut. Et ſi iuxta Apoſtolum Paulum, Chriſtus Dei virtus eſt, Deique ſapientia, & qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei virtu-
10 tem, eiuſque ſapientiam, † ignoratio ſcripturarum, ignoratio Chriſti eſt. Et qui ea, quæ Dei ſunt ſapiunt, à Domino ſapiuntur: & qui ea, quæ Dei ſunt neſciunt, à Deo neſciuntur, Paulo atteſtante, qui ait. Si quis ignorat, ignorabitur. Quicumque ſtultus eſt in culpa, erit ſapiens in pœ-
11 na, dict. diſtinct. 38. capit. ſi iuxta, cum cap. ſequent. † Qui autem Libri ſint legendi, vel non, definitur in diſtinct. 15. cap. ſancta, §. iam nunc. vſque ad §. cæterum. vbi definitur etiam quo tempore illi legendi ſint. Veterum autem librorum fides ex Hebræis, nouorum ex Græcis voluminibus petenda eſt. Nouella c. 146. & diſtinct. 9. cap. vt veterum. Et ſi quid parum rationabile in Canonicis libris inuenitur, quid de eo cenſendum eſt definitur in diſtinct. 9. capit. ego ſolis,
12 & cap. ſi ad ſcripturas, de qua re latius infra tit. 74. † Scientiam debent habere Clerici, diſtinct. 38. cap. ſi in Laicis, capit. ſi iuxta. & cap. qui ea. diſtinct. 37. cap. ideo, §. vt itaque. Sed quarum rerum definitur, d. diſtinct. 38. c. quæ ipſis. Canones itaque ac regulas diſcere, ac obſeruare debẽt, d. diſt. 38. c. nulli, c. recolentes. 3. de ſtatu monachor. diſtinct. 5. de

Digitized by Google

conſecrat.c.in omnibus, Sacram ſcripturam rectè debent
intelligere diſt.37.c.vino, & 24.quæſt.1.c.non afferamus,
q.3.cap.quid autem. Regulam debent exponere. Clemen.
1.§.regula. de ſtatu monach. Scientiam grammaticæ de-
bent habere diſtinct.38.capit.quamuis cum ſequentibus,
& diſtinct.37.capit.ſi quis autem. Sed ſi per ignorantiam
grammaticæ artis aliquod vitioſum proferant Epiſcopi,
vel presbyteri, non tamen ideo à ſcholaſticis ſunt deſpi-
ciendi: quia morum vitia magis, quam verborum ſunt
præcauenda d.cap. quamuis cap.ſed licet, & vt dixit Gre
gorius Sanctus ad S.Leandrum Epiſcopum Hiſpalenſem
in præfatione moralium ad finem. Indignum (inquit) ve-
hementer exiſtimo, vt verba cæleſtis oraculi reſtringam
13 ſub regulis Donati d.diſtinct.38.cap.indignum. † Poetas
legere prohibentem diſtinct.37. cap.ſacerdotes, & c.ideo
Dialecticam, & cæteras ſeculares literas, & legere, & diſce-
re prohibentur d.diſtinct.37.in princip.cum cap. ſequen.
cap.nonne cap.vino cap.omnem cap.legimus. Sed contra
legitur, quod Moyſes, & Daniel omni ſcientia Aegiptiorū,
& Chaldeorum eruditi fuerunt, legitur etiam quod præ-
cepit Filijs Iſrael, vt expoliarent Aegiptios auro, & ar-
gento, moraliter inſtruens, vt ſiue aurum ſapientiæ, ſiue
argentum eloquentiæ apud poetas inuenerimus, in vſum
ſalutiferæ eruditionis vertamus. In Leuitico etiam primi-
tias mellis, id eſt dulcedinem humanæ eloquentiæ Domi-
no iubemur offerre. Magi quoque tria munera obtule-
runt Domino, in quibus nonnulli tres partes philoſophiæ
volunt intelligi. Denique (vt in expoſitione pſalterij Caſ-
ſiodorus teſtatur) omnis ſplendor eloquentiæ rethoricæ,
omnis modus poeticæ locutionis, quælibet varietas deco-
ræ pronūciationis à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium.
Cum ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legen
da probantur? Sed ſeculares literas quidam legunt ad vo-
luptatem, poetarum figmentis, & verborum ornatu de-
lectati: quidam verò ad eruditionem eas addiſcunt, vt er-
rores gentilium legendo deteſtentur, & vtilia quæ in eis
inuenerint ad vſum ſacræ eruditionis deuotè conuertunt.
Tales enim laudabiliter ſeculares literas addiſcunt. Nam
& ipſe Magiſter gentium Apoſtolus Paulus aliquot verſus
poetarum ſuis ſcriptis, & dictis indidit, vt in epiſtola ad
Titum, in 1.ad Corinthios, & D.Auguſtinus ad eruditio-
nem aliorum compoſuit grammaticam, dialecticam, & re
thoricam, & in vniuerſo libro de Ciuitate Dei tam quam
plures poetas, atque eorum plurima carmina refert. Id
quod ſecundum opportunitatem, vel ad molliendam aſpe
ritatem regulæ fecerunt D.Hieronimus, & alij innumeri
Patres Sancti, vt docet etiam gloſ.in cap. turbat. in verbo
indidiſſe diſtinct.37. Quod approbauit, & Marcus Antoni
nus ille nobilis orator apud Ciceronem de oratore libr.1.
& Quintilianus inſtitut.oratur.lib 10.cap.1. & lib.12. Ru-
deus in leg.1.ff.de contrahen.empt, & in leg.1. ff.de iuſtit,
14 & iure † Iuriſprudentia, medicina, ſeu phiſica à clericis, &
monachis non eſt diſcenda cap. non magnopere 3.c. ſuper
ſpecula 10. ne clerici vel monachi ſecularibus negocijs ſe
immiſceāt cap.vt periculoſa 2.§.fina.eod.titu.in 6. Niſi ſint
clerici parochiales Eccleſias habentes, ſecundum diſtin-
ctionem, de qua in cap.1.in princip. eod.tit.in 6. Nihil enim
præter Deum curare debent clerici, & monachi 21.quæſt.
15 1.cap.cui portio.cap.duo ſunt. † Et ideo officia, vel nego-
cia ſecularia tractare, vel negociari non debent cap.clerici
15.cap.vltim, de vita & honeſt.cleric. Clement.1.eod.titu.
cap.ſecundum 6.ne clerici, vel monachi Apoſtolico cano
ne 6.& 80.diſtinct.23.cap.his igitur verſic.& ſecularia diſt.
88.cap.conſequens cap Epiſcopus cap.negociatorem cap.
fornicari cap. peruentum cap.eijciens diſtin. 91.cap.penult.
cap.fina.11.quæſt.1.cap.te quidem 14.quæſt.4.c.canonum
cap.ſi quis oblitus 16.quæſt.1.cap.de præſentium cap.ſunt
nonnulli verſic.neque beatus cap.monachi à monaſterio.
quæſt.7.cap.& hoc 21.quæſt.3.cap.mollitijs cap.his qui l.
placet 17.leg.repetita 36.C.de Epiſcopis, & Cleri.leg.con-
ſulta 23.C.de teſtamen.§.ſed neque Nouella conſt.123.&
ſi talia exercuerint priuilegijs clericalibus gaudere nō de-
bent, vt ex allegatis, & alijs quos citat, probat Stephanus
Auſter.de poteſtate ſeculari in Eccleſiaſticos regula 1.n.1.
16 Fallent.9.num.17. † Sed ſi clericus ſit coniugatus, qui be-
neficium Eccleſiaſticum non habet, ſecularia tractare non
prohibetur cap.Ioannes 7.verſi.quia cum enim de clericis
coniugatis. Negocia etiam Eccleſiaſtica, vel Eccleſiaſtica-

rum perſonarum tractare non ſunt prohibiti 11. quæſt.1.
cap.expedit diſtinct.8.cap.1.& iuſta negocia ſecularia vi-
detur quod tractare poſſint cap.1.§.nec tamen iuſtum, ne
clerici, vel monachi. Vt negocia inita miſerabilium perſo-
narum diſtinct.88.ca.1. ſecundum declarationem, de qua
in quæſtione particulari in fine operis. Poſſunt pro pecu-
nia data ſpeciem accipere 14.quæſt.4.cap.ſi quis clericus.
Poſſeſſiones alienas adiacentes Eccleſijs, aut monaſterijs
poſſunt clerici, & monachi pro Eccleſia, & monaſterio
conducere §.cæterum. Nouella c.123. Item & poſſeſſiones
ſuarum Eccleſiarum ex ſententia Epiſcopi, vel Oeconomi
conducere poſſunt §.ſed & ipſis Nouella c.123. diſtinc.86.
17 cap.vlt.ver.aut cui ipſius ciuitatis diſtinct.88.cap.1. † Pere
grinantes autem tum clerici, tum monachi, literis ſuis E-
piſcopi debent eſſe inſtructi, ſi velint pro clericis, vel mo-
nachis quo venerint haberi leg.ſi qua 22.§.fina.C.de Epiſ.
& cleric.cap.fraternitatis 5.de cleric.non reſid capitulo 1.
de cleric.Peregrin.extrauagan. ad noſtram a.de regulari-
bus diſtinctione 5.de conſecrat. capitulo non oportet di-
ſtinct.71.cap.extraneo cap.hortamur, & capitu.vltimu, 23.
quæſt.8.capit.ſi quis Epiſcopus. Apoſtolico canone 2.& ſi
velint quò venerint ad diuina celebranda, & ſacramenta
adminiſtranda admitti, vt in Concilio Tridentino in ſeſſ.
18 23.capitulo 16.in fine. † Forma autem harum literarum
præſcribitur in diſtinctio.73.in princip. Agitati verò diui-
no ſpiritu poſſunt ſine ijs literis peregrinari 19.quæſtio.2.
cap.duæ ſunt. Sane iam dictæ literæ debent rogari, & non
niſi à rogato debent dari diſtinct.72.in princip.cum capit.
ſequent. & ab Apoſtolica ſede vocati domum ſine literis
Apoſtolicis redire non debent 8.quæſt.5.in princip.cum c.
19 ſequen. † Præterea monachi non ſeparatim, ſed in commu
ni loco habitare, comedere, atque dormire debent, vt ſibi
inuicem teſtes ſint honeſtatis, & caſtitatis §.cogitandum
Nouella conſtitu.5.§.porrò in omnibus Nouella conſtitu.
123.§.deſcripſimus Nouella conſtit. 133. & 12. quæſtio.1.
cap.1.capit.dilectiſſimis ex Clemente Sancto huius nomi-
nis 1.qui ſcribit ad D. Iacobum Epiſcopum Hieroſolimæ
fratrē Domini.cap. neceſſaria cap.quia tua 16. quæſt.1.c.
ſi clericatus §.fin.20.q.4.c.monachum §. ſeruandum diſt.
32.cap.præter hoc §.præcipientes, & de conſecrat.diſtinc.
5.cap.in omnibus, & de vita, & honeſt. cleric ca quoniam
20 §.in princip.verſi.c.in vna domo. † Niſi fortè anachoretæ
vel heſychaſtæ monachi ſint d. §. cogitandum Nouella c.
5. Vel probati poſt emeritos labores, ſenes, ſeu corpore in-
firmi §.porrò Nouella conſtitu.123.& d.§.ſeruandum, & d
& viri, mulieresque ſeparari debent, duplici monaſterio
extructo §.in nullo d.Nouella conſtitut.123. Negocia alie-
na nec procurare, nec officiales Principum ſecularium eſ-
ſe poſſunt cap.ſacerdotibus 2.capitulo ſed nec 4.cap.cleri-
cis 5.§.fina.ne clerici, vel monachi diſtinct.86.capitulo vlt.
diſtinctio.88.capitulo nullus, & 21.quæſt.3.in princ. cum
ſequen.cap.credo cap.mollitijs, & in Concilio Tridentino
21 ſeſſ.25.de reformatione cap.non poteſt 17. † Tabelliona-
tus officium non poſſunt exercere capit. ſicut 8.ne clerici,
vel monachi. Nec poteſt conſuetudo id introducere. Roc-
22 chus de Curte in tractat.de conſuetudine in m.n. † Execu-
tores teſtamentorum ſine ſuſpenſionis licentia eſſe non
poſſunt cap.vltimū, in princip.de teſtamentis in 6. Clem.1.
23 verſi.quod vtique eod.titu. † Pro alijs non poſſunt patro-
cinio intercedere capit.quod quibuſdam 4 de fideiuſſori-
bus 14.quæſt.5.cap.denique verſi.ideo in cauſis. Apoſtoli-
co canone 19. Nec pro patrocinio quicquam accipere 15.
quæſt.2.in princi.cum cap.ſequen. Monachi verò pro ſuo
Abbate intercedere poſſunt cap. ex reſcripto 9.de iureiu-
24 rando, de quo ſic latius in fine operis. † Turpibus lucris nō
debent inhiare diſtin.88.c.conſequens diſt.23.c. his igitur
verſ.neque turpium. Ideoque vſuras, neque alias negocia-
tiones lucri cauſa debent exercere d.c.his igitur ver.vſuras
nequaquam c.clerici 2.de vita & honeſt.cleri.diſt.46.cap.
ſeditionarios verſ.ſicut nec vſurarios c. non licet, & c.vlt.di
ſtinct.47.in prin.cum duobus cc.ſeq.cap.de Petro c.ſi quis
14.q.4.c.ſi quis clericus in fin.& c.nullus. Apoſtolico cano
ne 43. Non enim debent eſſe cupidi, auari, vel ambitioſi, vt
lucri gratia talia indigna exerceant diſtinct. 47.in princip.
cap.vir ſum ca, bonum c.ſicut cum alijs mox allegatis, diſt.
24.cap.his igitur verſic.amorem pecuniæ verſi.neq. vllius
iactantiæ. Et quamuis Eccleſiaſtica officia nō debeant am
bire tamē oblata reſpuere minime poſsūt 16.q.1.c.vos ais,
faciunt

faciont allegata ſupra lib.1.tit.4.num.44.ſed Eccleſiaſtica
ſimul,& monaſterij negotia tractare non debent, d.q.1.c.
25 nemo,c.legi.§.fin.cum c.ſequent.cap.presbyteros.† Vnus
plura Eccleſiaſtica curata beneficia habere non debet, ca.
ſuper.35.de præbendis,ca.quia nulli.3.de cleric.non reſid.
c.quia in tantum.5.c.ad hæc.13.c.cum non 15.c.cum iam-
dudum 18.c.de multa.28.de præbend.c.1. ver. neque duas.
de exceſ.prælat.c.cum ſingula 32.in princ.de præbendis in
6.diſtinct.70.c.vlt.§.omnino.18.q.3.c.1.§.ſed & hoc. 21.q.
1.c.1.c.Clericum,c.vnum.& de religioſis domibus,ca.vlt.
§.fina.Petrus Gregorius Tholoſanus de Beneficijs,cap.25.
ſub nom.2. Nec valet conſuetudo contraria id permittés.
Henric.Rot. de Synodo parte 3.art.1.nume.12.& infra ti-
tul.8.ver.nec valet conſuetudo,nume.15. Imò habens pri-
mum,& impetrans ſecundum,ac conſequens, primum va
cat, & poteſt, vt vacans ab alio impetrari ex allegatis per
Tholoſanum,vbi ſupra.& per Garziam eod.tract.de be-
neficijs par.11.cap.5.per totum.& §.1.& ſequentibus,latè
de materia. Niſi Papa diſpenſauerit,c.de multa 28.§. final.
de præben c.ordinarij 3.§.cæterum.de offic.ordi.in 6.Hu-
iuſmodi diſpenſationis exemplum legitur in 21.q.1.c.rela-
tio,& c.vlt.de qua latè agit Garzias, vbi ſupra.§.4.per to-
tum. Miniſterium euangelizandi, & baptizandi tenuere
non debent.8.q.1.ca.olim.Officium verò eorumdem circa
res domeſticas deſcribitur in diſtinct.47.c.ſicut,§. neceſſe
eſt.cum ſequent.vſque ad cap.quod ad nos. Verum à cura
rei familiaris liberi eſſe iubentur,diſtinct.88.ca.Epiſcopus.
& in §.ſed neque,ver.aut curatorem familiæ,Nouella con
ſtit.123. Liberos ſuos in ſæcularibus literis inſtituere non
debent,diſtinct.37.ca.legant.Et iuniores à ſenioribus eru-
diendi ſunt,§.porrò in ſacroſancta.& §.enim verò Nouel-
la c.123.diſtinct.28.c.de his quos.in princ.12.q.1.c.1.c.ne-
ceſſaria.Clement.1.§. nouitijs etiam, & §. ampliationem.
ver.rurſus. de ſtatu monachorum. Obedientia ſuperiori-
bus,ac reuerentia ab inferioribus eſt præſtanda, atque ex-
hibenda,diſtinc.23.c.his igitur,ver. ſenioribus quoque di-
ſtinct.43.in princ.c.à Subdiacono,c.nulla,c.quiſquis, cap.
non oportet.16.q.1.c.placet,§. hoc idem 18.q.2.ca. Abba-
tes,§.monachi.& de conſecrat. diſtinct.5.c.in omnibus,§.
26 fin.† Et contra inobedientes ſtatuitur pœna in c. grauem
15.de exceſſ.prælat.in c.ſi quis.2. & in c.illud Dominus.5.
de maiorit.& obedien.& Canone Apoſtolico.30.54.& 55.
Nec refert,quod inobediens ſit ordinanis à Papa, cap.per
tuas.7.de maiorit.& obed.c.vlt.de confirmat.vtili, vel in-
utili. Vel quod ſuperior ſit accuſatus.8.q.4.in princip.cum
c.ſequen.q.3.ca.1. Verum ſi ſuperior illicitum quid,vel in-
debitum iuſſerit, inobediens ab inobedientia excuſabitur.
11.q.3.c.ſi quis Epiſcopus cum ſequent. vſque ad cap. ita
corporis,c.qui reſiſtit,c.ſi is,qui præeſt. & de exceſſib.præ
lator.c.ſanè 5.& cap.cum ad.7.Niſi non malum præcipia-
tur,ſed bonum intermittendum,d q.3.c.quid ergo,§.ſciē-
dum tamen.Planè obedientia præſtanda eſt,& ſi nō amo-
re iuſtitiæ,ſed ex alia cauſa quid ſit præceptum. 11.q.3.ca.
pauper in fine,cap.ſeruetur.Secundum declarationem,de
qua in d.q.3.c.Epiſcopus,§. ad hoc reſpondendum, ver.ex
animo. Eſt enim obedientia voluntatis propriæ ſubiectio,
ſecundum D.Io.Damaſc.lib.3.ca.4.quæ trahit originem à
iuſtitia. eſt enim habitus parendi præceptis omnibus,quæ
à ratione proficiſcuntur. Vel eſt habitus parendi precep-
tis illorum,atque Imperijs,quibus lege,iureque parere te-
neamur, & vt pareamus recta dictat ratio. Cuius partes
16 ta, verſiculo ſi verò filios. † Heremita poteſt teſtari deci-
manona, quęſtione tertia. capitulo perlatum. §. è contra.
17 † Item, & monachus factus Epiſcopus ſecundum diſtin-
18 ctionem, de qua in 18. q. 1. c. 1. † Et monachus qui ad ſæcu
larem vitam redijt 17. quæſt. 4. c. hanc ergo, §. ſed notan-
dum cum ſequentibus. Sed ciuili iure hoc non admitti-
tur, l. Deo 42. §. hoc etiam in fine, C. de epiſcop. & cleric.
& §. ſi quis autem Nouella conſt. 5. vt & inferius dicetur.
19 † Si tamen clericus parentes reliquerit, vel liberos, vel

Digitized by Google

agnatos, cognatoſue alios, uel uxorem, qui ab inteſtato hæ
redes legitimi eſſe poſſunt: hiſce quoque Eccleſia in ſuc-
ceſſione poſtponitur leg. ſi quis 20. C. de Epiſcop. & cleri.
§. quod ſi quis Nouella conſt. 131. & 12. quæſt. 5. cap. ultim.
20 uerſi. & ſine cognatione 17. quæſt. 4. c. ult. † Quod tamen
debet intelligi in rebus proprijs, non in acquiſitis ex rebus
Eccleſiæ, uel occaſione clericatus, ut iam fuit dictum.
21 † Clerici uerò, uel monachi in illis caſibus, in quibus de re-
bus ſuis diſponere poſſunt, ſi ad fauorem hæreticorum
diſponant, diſpoſitio nullius erit momenti capitu. ſi quis
Epiſcopus 5. & c. in eos 6. de hæretic. & infra tit. 110. num.
5. ſi de rebus Eccleſiæ diſponant, nulla utique erit diſpoſi-
tio. 12. quæſt. 1. cap. Epiſcopus uerſic. quidquid uerò q. 5. c.
obitum cap. fixum uerſic. quaſcunque res, & ſupra num.
11. Niſi fortè tantundem de rebus proprijs Eccleſiæ relin-
quant, quantum ex eiuſdem Eccleſię bonis alijs legent d.
22 q. 5. c. ſi Epiſcopus. † Hæreditas autem inteſtati defuncti
clerici, uel monachi cognatos non habentis, non ſingulis,
ſed collegio Eccleſiæ, monaſterio acquiritur c. relatum 12.
§. nomine autem de teſtamentis cap. ultim. §. fin. de ſucceſ.
ab inteſta. & 12. q. 5. c. ſicubi cum cap. ſequen. c. 1. uer. ſi au-
tem ante, & ſi defunctus in diuerſis Eccleſijs beneficia poſ
ſideat, bona eius in iſtas Eccleſias pro portione ſunt diſtri
23 buenda d. cap. relatum 12. §. fin. de teſtamen. † Succeſſio
autem ſerui clerici facti diuiditur ſecũdum formam, quę
traditur in cap. 2. de ſucceſſ. ab inteſt. Sed & ſi clericus fue-
rit curialis, adſcriptitius, uel libertus curiæ, domino poſſeſ
ſionis, uel patrono ipſius defuncti debita portio non aufer
tur leg. ſi quis 20. ibi, exceptis iis, &c. C. de Epiſcop. & cle-
24 ric. §. curialis Nouella conſt. 123. † Monachi autem, & mo
naſtriæ (ut dictum eſt) ipſo ingreſſu in monaſterium bo-
norum ſuorum dominium amittunt, eaque monaſterio
acquiruntur §. illud quoque Nouella conſtitu. 5. §. ſi mu-
lier Nouella c. 123. exceptis iis bonis, quæ antequam mona
ſterium ingrederentur, alienaſſent; hæc enim eos non ſe-
quuntur d. §. illud quoque ibi antequam. Sed & ſi mona-
chus, vel monaſtria filios habeat, legitima eis ex bonis pa-
rentis debetur, in quam tamen illis computatur, ſi quid il
lis à parente donatum eſt, vel dotis, donationiſue propter
25 nuptias datum §. ſi uerò Nouella conſtitut. 5. † Liberum
tamen monacho eſt teſtamẽto facto filios legitimos, quos
habet hæredes inſtituere, uel bona inter eos diſtribuere;
ut tamen perſona ipſius filij connumerata uirilem portio
nem omnimodo monaſterio relinquat §. ſi mulier. Nouel-
la conſtitut. 123. & ita paulo ſuperius firmatum eſt, nulla
facta mentione de portione uirili monaſterio relinquenda,
26 ut hic. † Sed & uxor quondam monachi dotem, & mari-
tus monaſtriæ antenuptialem ſuam donationem omni-
modo ſaluam retinet §. ſi autem uxorem Nouella conſt. 5.
leg. Deo 42. §. 1. C. de Epiſco. & cleric. §. quod ſi conſtante,
Nouella c. 123. Niſi fortè uterq; tam maritus, quam uxor
monaſticam vitam elegerit, tunc enim vir non habebit
lucrum, vel antenuptialem donationem d. §. quodſi con-
27 ſtante ibi. Si verò vterque. † Sed hæc omnia ita demum
intelligenda ſunt, ſi poſt dictas conſtitutiones non ante
monaſterium ſint ingreſſi Nouella c. 75. Quamuis autem
poſtea monaſtica uita relicta monachus, vel monaſtria
ad ſecularem vitam redierit, bona tamen ſemel monaſte-
rio acquiſita non recuperat §. ſi uerò ibi ſubſtãtia eius No
uella c. 5. §. quod ſi monachus Nouella c. 123. §. ſi fortè ſe-
mel Nouella c. 5. l. Deo 42. §. hoc etiam in fine C. de Epiſc.
28 & cleric. † Quod autem ad forum clericis, & monachis
competens attinet, ſciendum, quod clericus, & monachus
non niſi apud Epiſcopum loci conueniendus ſit Nouella
c. 79. & 83. c. 2. de foro compet. c. ſeculare 2. eod. tit. in 6. c.
at ſi clerici 4. de iudicijs 11. q. 1. ca. nullus iudicum cap. cleri
cum cap. continua cap. nullus clericus cap. ſi quis clericus
c. placuit c. Chriſtianis c. Sylueſter c. relatum c. experientię
uer. his uerò c. ſi quiſquam uer. ſi quis c. clericum c. ſi quæ
cauſæ §. cum ergo c. de perſona c. peruenit c. fratris cap. ſa
cerdotibus c. molita c. placuit c. de diuerſis c. ſi quis c. ſi cle
ricus c. clericum in princip. & §. ex his omnibus 12. q. 1. c. fu
turam §. idem uerò præſidens §. ſi quis contra Nouella c.
133. § Oeconomos Nouella c. 123. & quidem iure diuino,
ut dicunt allegata iura, & dictum fuit ſuperius in prin. &
ut probat Stefanus Aufrer. de poteſtate ſeculari in Eccle-
ſiaſticos reg. 1. & 2. & in repet. clemen. 1. de offic. ordin cũ
declarationibus, de quibus ibi per eum, & probatur infra.

tit. 69. ſub num. 9. Nec refert, quod clericus ſit coniugatus
c. 1. de clerico coniugat. in 6. Tholoſanus de beneficijs cap.
25. num. 4. Stephanus Aufrer. de poteſtate ſeculari in Eccle
29 ſiaſticos regula 2. Fallent. 20. ver. occurrit etiam. † Verum
ſi mutato habitu, tonſura, & alijs, ſe pro laico gerat, aut
vxorem ducat priuilegium fori amittit d. c. 1. ver. in cæte-
ris autem c. ex parte 9. de cleric. coniug. c. ex parte 27. de
priuilegijs c. ſi iudex 14. §. ſi. de ſent. excom. in 6. Quod idẽ
euenit per abuſum clericatus, armorum delationem, ſedi-
tionem, & apoſtatationem c. perpendimus e. d. tit. Steph.
Aufrer. in repet. Clem. vt clerici de offic. ordinarij notabili
30 3. † Sed & ſi Epiſcopus tanquam iudex competens cau-
ſam dirimere, vel nolit, vel non poſſit, ad ciuilem iudicem
tunc poſſunt vocari Nouella c. 83. §. ſi verò aut. Nouella c.
123. §. certè ſi quis 11. q. 1. c. ſi quis cum verſ. ſi aũt noluerit
c. clericum §. ex his omnibus ver. niſi fortè ciuilem cauſam
ſed contradicit, tex. in c. qualiter 17. de iudicijs ideo pro cõ-
cordia adeundi ſunt gl. & Doct. ibi. Quod idẽ euenit in iu-
dice laico negligẽte, tunc enim iudex Eccleſiaſticus poteſt
adiri gl. in verbo prohibemus in d. c. qualiter c. licet 10. & c.
31 ſeq. c. ex tranſmiſſa 6. de foro compet. † Idem dicendum, ſi
nõ ciuilis, ſed criminalis actio, vel accuſatio aduerſus cleri-
cum, vel monachum inſtituatur; oã, & hoc caſu apud Ci-
uilem, non Eccleſiaſticum iudicem comparere tenetur; ni-
ſi fortè Eccleſiaſtici criminis, vel delicti reus ſint Nouella
c 83. §. ſi tamen de criminibus, & Nouella c. 123. §. at ſi cõ-
tra, & §. ſi Eccleſiaſticum. Verum de iure canonico, cui per
leges ciuiles non poteſt derogari ſecundum Steph. Aufrer.
in repet. Clem. 1. de offic. ord. q. 2. num. 4. & ſeq. indiſtincte
pro omni crimine coram Eccleſiaſtico iudice ſunt cõueniẽ
di c. at ſi clerici 4. c. clerici 8. de iudicijs 11. quæſt. 1. c. 1. c. ſicut
enim §. ex his omnibus ver. in criminali verò, & pro omni
ciuili cauſa d. q. 1. c. ſtatuimus §. fi. cũ c. ſeq. c. nullus c. aliud
§. fi. cum allegatis ſuperius, Stephanus Aufrer. de poteſta-
te ſeculari in Eccleſiaſticos regu. 1. ad quam dat 11. limita-
tiones, & reg. 2. vbi vtiq. dat plures limitationes Cardinalis
32 Bellarminius de clericis lib. 1. c. 28. 29. & ſeq. † Sed ſi depo-
ſitus ſit, vel excommunicatus tunc, priuilegio fori amiſſi,
ad iudicem laicum poteſt vocari c. cum non 10. de iudicijs.
Sed & ſi fori præſcriptioni renunciauerit, ea olim vti non
poterat l. ſi quis 39. C. de Epiſco. & cler. Hodie verò renun-
ciatione non obſtante vti poterit c. ſi diligenti 12. c. ſignifica
ſti 18. de foro compet. & ſupra lib. 2. tit. 6. nu. 111. & ſi dubi-
tetur an clericus ſit, cognitio eſt iudicis Eccleſiaſtici c. ſi iu-
dex 17. de ſent. excom. in 6. Sed ſi clericus ſit incorrigibilis,
& Epiſcopo ſit inobediens, priuilegium fori amittit 11. q.
1. c. ſtatuimus c. ſi quis ſacerdotũ c. primus caſtud eſt Au-
frer. in repet. Cle. 1. de offic. ordin. not. 4. nu. 7. & not. 6. nu.
11. Si Prælatus conſentiat, vt apud Ciuilem iudicem pro cã
ciuili clericus vocetur, tenetur comparere 11. q. 1. cap. ſicut
33 enim §. ex his omnibus ver. niſi fortè cum conſenſu. † Nam
ciuilem cauſam clerici Epiſcopus poteſt laico delegare, cri
minalem verò ſolus Papa. Aufrer. in repet. Clement. 1. q. 4.
num. 93. & ſeq. ac per totum de offic. ordinarij. Et de pote
ſtate ſeculari in Eccleſiaſticos reg. 2. in 21. Fallent. Vel ſi a-
gatur de prædijs d. q. 1. ca. ſi quæ cauſę §. his ita reſponde-
tur. Vel de cauſa ciuili feudali capit. ex tranſmiſſa de foro
competen. cap. cæterum de iudicijs Oldrad. in conſ. 17. Gui
34 do Papens deciſ. 159. Aufrer. in d. reg. 2. limitat. 1. † Quod
autem debitum clerici ſit liquidum non facit, vt priuile-
gium fori amittat capitulo ſeculares 12. de foro compet.
Nec minus, quod alij ſeruiat capitulo cum contingat 13.
eodem titulo. Verum ſi in alio loco delinquat, hoc enim ca
ſu ab Epiſcopo loci vbi deliquit, ſententia eſt ferenda ca-
pitulo poſtulaſti 14. eodem titulo. Sed Epiſcopus non ſo-
lus, ſed cum ſenioribus, vel Synodo de cauſa clerici debet
iudicare 18. quæſtione 7. in princip. cum capitulo ſequente,
capitulo ſi quid capitulo ſi autem §. fina. cum capitulo ſe-
quen. & capitulo vltimo. A quot autem Epiſcopis præsby-
teri, vel diaconi iudicandi ſint, ſtatuitur in dicta quæſtio-
ne 7. capitulo ſi quis tumidus capitulo fælix cap. ſi autem.
35 † Clerici, vel monachi extra prouinciam tuam in ius vo-
candi non ſunt. Niſi fortè extra prouinciam deprehen-
dantur, liſque in prouincia non fuerit conteſtata leg. om-
nes 31. in princip. & §. an hac autem C. de Epiſcop. & cleri.
& §. ſi quis Epiſcopus Nouella conſtitu. 123. & 3. quæſt. 6.
cap. vltra cap. peregrina. cap. non licet cap. nemo cap. ſi
quis clericus. quæſt. 9. cap. nec extra 5. quæſ. 4. c. duodecim.

§ fal-

Digitized by Google

§.ſalio. Niſi ad Papam fuerit appellatum, vel à Papa dati
fuerint iudices, d.c.vltra, ver. niſi tantum ad Apoſtolicam,
d.c.peregrina. ver. ſalua in omnibus, d.c.non liceat, ver. ſine
præiudicio, & §.reuerentia. Vel niſi Prælatus accuſetur, d.
c.neminem in fine, ver. niſi Prælatus ſit. vbi tamen nonnul-
li legunt. niſi ad Sedem Apoſtolicam fuerit appellatum.
36 † Sed & ſententia ab Epiſcopo in cauſa Clerici, vel mo-
nachi, lata, ciuilis iudex appellari poteſt, §. ſi quis contra
quempiam. Nouella c.123. ſecundum declarationem Ste-
phani Aufrer. de poteſtate iudicis ſæcularis in Eccleſiaſti-
cos reg.4. fallen. 27. ad impediendam, ſcilicet executionem,
donec reueletur Papæ grauamen. Cum autem in alijs cau-
ſis Clericus apud ſuum Epiſcopum regulariter quidem
conueniendus ſit, vt iam dictum fuit, tum multo magis a-
pud eum de adminiſtratione, quam geſſit, cōueniri debet,
§.Oeconomos. Nouella c.123. quoniam à laicis Clerici non
ſunt iudicandi, diſt. 28. c.vlt. 11.q.1.c.ſacerdotibus, cum a-
37 lijs paulo ſuperius allegatis. † Illud præterea dubitatio-
nem non recipit pro Clerico Eccleſiam non teneri, nec cō-
ueniri ideo poſſe, niſi pecuniam in rem Eccleſiæ verſam do
ceatur, §.at ſi quis Epiſcopus. Nouella c.12. §.ſi verò Oeco
nomi. Nouella c.123. Præterea Clerici, & monachi conuen-
ti, vt cæteri quoque apud iudicem, vel per ſe, vel per pro-
curatores comparere tenentur, nec iudices ad eos venire
decet, l.iubemus 34. §.omnes præterea, C de Epiſc. & cle-
38 ric. † Iudicio autem ſiſti ſatiſdationem Clerici, & mona-
chi per Oeconomum præſtare poſſunt, non autem vltra
quinquaginta librarum auri ſummam, quam ſi exceſſe-
rint lites diuerſorum Clericorum, pro quibus Oeconomus
fideiuſſit: in reliquam ſummam nudæ repromiſſioni Cle-
rici, & cautioni ſine iureiurando præſtitæ ſtabitur, l.cum
Clericus 25. §.memorati, C. de Epiſc. & cleric. l.omnes 31.
§. præterea, C. eodem. Quod & in pleriſque cauſis, pro
quibus pulſabantur, obtinebat, ne ſcilicet ſatiſdationis one
re grauarentur, ſed vt cautioni ſimplici, ſeu nudæ repro-
miſſioni ſine iuramento illis crederetur, dict. §.memorati.
ibi. quod ſi lis diuerſorum, & dicta l.31. §.in hac autem
Vrbe. & Nouella conſtitut. 123. §.certè ſi quis pro pecunia.
39 † In ſumptibus quoque litis, & ſportulis præbendis Cleri-
ci, & monachi priuilegio erunt muniti, ne vltra vnum, aut
duos ſolidos darent, l.cum Clericis 25. §. ſtatuimus, C. de
Epiſcop. & cleric. l.omnes 3. §.executoribus, C. eodem, §.
ſportularum. Nouella conſtitut. 123. Sicut enim ipſi gratis
iudicant, cap.cum ab omni. 10. de vita, & honeſt. clericor.
ita quoque gratis iudicandi ſunt, vt in allegatis legibus.
Sed & lis Clericorum citò eſt expedienda, §.ſed etiam ac-
celerari. Nouella conſtitut. 79. & 83. Executores quoque
litium Clericos contumelia, vel conuitijs afficere, aut cor-
poralibus iniurijs moleſtare ſub pœna prohibentur, l.om-
nes 31. §.præterea nullus, C. de Epiſcop. & cleric. §.ſi quan-
do. Nouella conſtitut. 123. Id quod obſeruari etiam debet
quando capti à iudice laico, in illis caſibus, in quibus eſt
permiſſa captura, remittuntur ad ſuos Eccleſiaſticos iudi-
ces, aliàs de ignominioſa remiſſione poterit ab Epiſcopo
laicus iudex puniri, vt obſeruauit Stephanus Aufrer. de po
teſtate ſæculari in Eccleſiaſticos 3. reg. ſub num. 15. ver. ad-
40 de tamen, fol. 323. † Planè ſi de crimine Clerici, vel mona-
chi fuerint conuicti, atque damnati, nō prius aduerſus eos
competens executio facienda, quam ab Epiſcopo honore,
ſeu gradu ſecundum Canones fuerint denudati, §.ſi verò
accuſator. Nouella c.123. & vt diximus ſupra lib. 5. titu. 24.
de executione ſententiæ reo damnato. Et ſi Epiſcopus pu-
tauerit acta non iuſtè conſtitiſſe, licitum ei eſt moram in-
terponere, vt de eo tam per Epiſcopum, quam per iudicē
ad Imperatorem referatur, d. §. ſi verò accuſator. de ſan-
ctiſſ. Epiſc. Nouella c.123. cap. 21. Per ſententiam verò ab-
ſolutis Clericis, vel monachis, ſiue in ciuili, ſiue in crimina-
li, aduerſarius ipſis ad ſumptus litis omnes reſtituendos te-
41 netur, dict. l.31. §.final. C. de Epiſcop. & cleric. † Poſtremò
habitus monachorum, & monacharum interdicitur laicis,
& maximè his, qui in ſcenam prodeunt, l.mimæ 4. C. de E-
piſcop. audien. §.in vniuerſum. Nouella conſtit. 123. de ſan
42 ctiſſ. Epiſcop. † Clericus, qui non eſt ſoluendo, præſtando
cautionem de ſoluendo, ſi poterit, abſoluendus eſt, cap. O-
doardus. 3. de ſolutionibus. Clerici autem tot, & tantis pri-
uilegijs gaudent, quia ſunt laicis antiquiores, digniores, præ
ſtantiores. 6. quæſtione 1. cap. beatus ver. & cunctos ſubdi-
tos, 12. quæſt. 1. cap. duo ſunt, & ſupra titu. 1. in princ. Qui-
bus ideo laici debent obedire, non imperare, cap. Eccleſia.
10. in princip. de conſtit. cap. vltimo, in princ. de rebus Ec-
cleſiæ alienan. & debent Clericorum doctrinam, & exem-
pla ſequi. de conſecratio. diſtinctione 3. capit. ne quis, ver.
43 ſed exemplum. † Non autem debent Clerici laicis fideli-
tatem iurare, cap. nimis. 30. de iureiurando. Et legibus ciui-
libus Clerici pro ſe, non autem contra ſe vtuntur, cap. quæ
in Eccleſiarum 7. cap. Eccleſia. 10. de conſtitut. 11. quæſtio. 1.
44 cap. continuæ 33. quæſt. 1. cap. inter hæc. † Priuilegia au-
tem omnia generaliter amittunt, ſi relicto habitu, & ton-
ſura clericali ſe pro laicis geſſerint, vt iam dictum fuit. Si
ſint bigami, cap. primo, de bigamis in 6. ſi ſint ioculatores,
capit. primo, de vita, & honeſtat. clericor. in 6. ſi ſint negli-
gentes circa diuina officia, vel non reſideant. 16. quæſtione
prima, cap. generaliter, l.40. §.eos tamen, C. de Epiſcop. &
cleric. & alijs de cauſis ſpecialibus, de quibus ſupra titu. 5.
de officio Clericorum, &c. & apud Stephanum Aufrer. in
repet. Clement. 1. de offic. ordinar. & de poteſtate ſæculari
in Eccleſiaſticos. Si enim ea, quæ ſunt ſui officij Clericus
non præſtiterit Clericatum amittit; ideoque priuilegio
Clericatus frui non debet, vt in allegatis. Sed & quæ poſ-
ſunt opponi aduerſus ordinationem Clericorum, de qui-
bus ſupra titul. 2. 3. & 4. Eædem aduerſus eorumdem pri-
uilegia vtique non ineptè opponi poterunt. Sed & alia af-
fert Aufrer. vbi ſupra. & in repet. Clement. prima, de of-
fic. ordinarij concluſione quarta, affirmat licere Apparito-
ribus iudicis ſæcularis capere Clericos in flagranti crimine
repertos, vt quam citius per iudicem laicum benè cuſtodi-
ti, ac cum honeſtate, & modeſtia ad ſuum iudicem remit-
tantur, quod idem ex pluribus probant addentes ibi. & in
quæſtione 2. num. 7. & ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi etymologia nominis.*
2 *Epiſcoporum origo, & differentia à Chorepiſcopis.*
3 *Epiſcopi ſunt loco Apoſtolorum.*
4 *Epiſcopus Romanus primum locum tenet.*
5 *Romana ſedes ſuper omnes tenet principatum.*
6 *Romana Eccleſia gaudet priuilegio centum annorum preſcri-
ptionis.*
7 *Pontifex Romanus iudicatur a ſolo Deo.*
8 *Prærogatiua omnium Epiſcoporum poſt Papam ſumitur à tem
pore ordinationis.*
9 *Epiſcopi ordinandi qualitates, quæ. & num. 14.*
10 *Epiſcopi ordinandi ſunt prius examinandi.*
11 *Epiſcopi ordinationem, quæ impediant.*
12 *Laici, quando poſſint ordinari Epiſcopi.*
13 *Epiſcopus ordinandus, quæ ſcire debeat.*
15 *Ambitus ab Epiſcopo vitandus, vt coactus ordinetur.*
16 *Regula ſacra Epiſcopo ordinando legenda, & alia prædicen-
da.*
17 *Ordinatio Epiſcopi differenda, ſi aliquid contra obijcia-
tur.*
18 *Ordinationem Epiſcopi, quæ præcedere debeant.*
19 *Iuramentum Epiſcopi, quæ contineat.*

De Clericis, & monachis in ſpecie, & primum de Epiſcopis. Tit. 7.

SVpra de Clericis, & monachis in genere dictum eſt:
nunc de iiſdem in ſpecie eſt dicendum, & primum
quidem de Epiſcopis. Quod de Epiſcopis in ſequen-
tibus dicetur, de alijs quoque Prælatis ſuperioribus acci-
pi debet, diſtinctione vigeſima prima, cap. primo, §.ordo,
& §. omnes autem, & capit. primo, in fine, de Clerico æ-
1 grotante in 6. † Etymologia autem Epiſcopi proponitur
in dicta diſtinctione vigeſima prima, §. Epiſcopus, capitul.
primo, & in 8. quæſtione prima, capitul. Epiſcoporum,
quod ſcilicet à verbo Græco ἐπισκοπεῦμαι, deſcendat,
Latinè verò ſignificet intendere, & ideo Epiſcopi Græ-
cè, Latinè ſpeculatores interpretentur. nam ſpecu-
lator eſt præpoſitus in Eccleſia dictus, eo quod ſpecu-
letur; et perſpiciat populorum infra ſe poſitorum mo-
res, & vitam, vt per Durandum in rationale diuinorum

officiorum lib. ſecundo cap. 11. †, Origo Epiſcoporum ex-
2 ponitur in dicta diſtinct. 21. capit. in nouo 2. In nouo enim
teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro ſacerdota-
lis cœpit ordo: quia ipſi primo Pontificatus in Eccleſia Chri
ſti datus eſt, Domino dicente ad eum. Tu es Petrus, & ſu-
per hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ in-
feri non præualebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues re
gni cœlorum. Hic ergo ligandi atque ſoluendi poteſtatem
primus accepit à Domino, primuſque ad fidem populum
virtute ſuæ prædicationis adduxit. Cæteri verò Apoſtoli
cum eodem pari conſortio honorem & poteſtatem accepe
runt, ipſumque Principem eorum eſſe voluerunt, qui etiā
iubente Domino in toto orbe diſperſi Euangelium prædi-
3 cauerunt. † Ipſis quoque decedentibus in locum eorum
ſucceſſerunt Epiſcopi. Ordo verò Epiſcoporum quadri-
partitus eſt, id eſt in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropo-
litanis, & Epiſcopis dicta diſt. 21. c. 1. §. ordo. & differen-
tia Epiſcoporum, & Chorepiſcoporum proponitur in di-
ſtinct. 68. c. quamuis. Sunt enim Epiſcopi loco Apoſtolorū,
quorum vicem gerunt in Eccleſia Dei diſtinct. 21. c. in no-
uo vertic. cæteri, & verſi. ipſis quoque diſt. 18. c. vlt. diſtin.
68. c. vlt. Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. c. quoniam 4. §.
Proinde, & infra titu. 19. in fine. Imo ſecundum D. Auguſt.
tract. 51. in Ioan. Vnuſquiſque pater familias hoc nomine
agnoſcat paternum affectum ſuæ familiæ. Pro Chriſto &
pro vita æterna ſuos omnes admoneat, doceat, hortetur,
corripiat, impendat beneuolentiam, exerceat diſciplinam
ita in domo ſua Eccleſiaſticum, & quodammodo Epiſco-
pale implebit officium. Atque in hunc ſenſum Magnus
Conſtantinus dicebat, ſe Epiſcopum eſſe extra Eccleſiam,
vt Eccleſia conſeruaretur, & propagaretur, non tamen Ec
cleſiaſtica munia vſurpabat, vt refert Card. Bellarminus
in opuſculo de æterna felicitate ſanctorum lib. 5. c. 4. verſi.
4 igitur Dominus. † Primum autem locum inter Epiſcopos
oēs obtinet Epiſcopus Romanus ad pſens Gregorius XV.
Secundum Conſtantinopolitanus, tertium Alexandrinus;
Quartum Antiochenus; Quintum Hieroſolimitanus §. 1.
Nouella c. 131. de Eccleſiaſticis titulis ibi, ideoq. ſancimus
ſanctiſſimum ſenioris Romę Papam primum eſſe omniū
Sacerdotum c. antiqua 23. de priuilegijs diſt. 22. in princ.
ſacroſancta §. prima ergo, cum ſequentibus diſt. 65. c. mos
antiquus capitulo quoniam, & extrauag. commu. ſancta;
5 3. de elect. † Quod autem Romana Sedes ſuper omnes alias
ordinariæ poteſtatis principatum obtineat probant Impe
ratores, agnoſcūtq; atq; fatentur in Nouella ſupracitata, &
6 in Nouella c. 10. in prin. † Vt Eccleſ. Roma. centum annor.
præſcri. & in alijs locis allegatis ſupra lib. 1. ti. 13. ver. Nam
Papa in terris, & tit. 9. in princ. de magiſtratibus in ſpecie,
ex quibus conuincuntur hæretici contrarium aſſeueran-
tes: nam ſi communes leges recipiunt, iiſque ſubeſſe vo-
lunt, non poſſunt hūc principatum Romanæ Sedi denega-
re, cui leges ciuiles non ſolum non ſunt impedimento, ſed
illo vndecumque procedente prorſus ſublato, hanc verita
tem fatentur, quam probant etiam canones allegati in d.
tit. 9. lib. 1. & in d. tit. 13. quibus concordat cap. fundamen-
ta 17. §. iſti ſunt per quos ver. iſti ſunt qui de elect. in 6. diſt.
21. c. quamuis diſt. 22. cap. 1. cap. ſacramenta 24. quæſt. 1. c.
rogamus cap. cum beatiſſimus diſt. 96. capit. Conſtantinus
§. & ſicut inſtitut. Lancelloti de Epiſcopis, & ſummo Ponti
fice, & Cucchi de ſummo Pontifice num. 15. & ſequen. D.
Thomas in ſupplemento ſummæ quæſt. 40. artic. 6. & late
Cardinalis Bellarminus de Romano Pontifice lib. 1. c. 9. &
ſeq. & lib. 2. cap. 12. & ſequentibus & c. 19. & ſequentibus.
7 † Ideoque etiam firmatur ex eo, quod ſummus Pontifex
Romanus, & ſi omnes in terris iudicet, à nemine tamē ipſe
iudicatur, niſi à ſolo Deo diſt. 40. c. ſi Papa; Concilia, & Pa
tres quam plurimos citat Bellarminus vbi ſupra lib. 2. ca.
26. per totum, & ſequentibus diluit contraria, quod &
nos alibi ſuperius comprobauimus. Nā Papa omnes ſub-
ſunt, iſq; eſt, qui vtrunq. habet gladium, omneſq. iudicat,
& à nemine iudicatur extrauag. com. 1. de maioritate 9. q.
3. c. patet c. nemo c. aliorum c. facta c. ipſi ſunt cap. cuncta
cum c. ſeq. 23. quæſt. 4. cap. diſplicet tibi §. repetis ver. &
adorabunt, & ſolus ipſe eſt, qui habet duos gladios tempo
ralem ſcilicet, & ſpiritualem. Ac is quidem à Pontifice, &
Eccleſia, ille verò pro Eccleſia manu Regum, & militum,
ſed ad eius nutum exercendus eſt d. extrauag. 1. §. certè qd.
Cucchus inſt. de ſummo Pontifice num. 8. & 9. ſupra lib. 1.
titu. 9. & in ſyntagma commu. opin. loco 1. titu. 5. per totum.
facit tex. in cap. dilecto 6. de ſenten. excommun. in 6. Anchar.
in conſil. 155. numer. 4. Hac itaque ratione ſingulo anno
ſummi Pontifices benedicunt gladium materialem, quem
dicunt, lo ſtocco, & illum donō dant Imperatori, Regi-
bus, & pro Eccleſia ab eis ad nutum Pontificis vibrandus
8 euaginatus. † Prærogatiua autem dignitatis Epiſcoporum
omnium poſt Papam ſumitur ex tempore ordinationis
perſonarum, non Eccleſiarum, ſiue ad conſidendum ſiue
ad ſubſcribendum, ſiue in qualibet alia re diſtinct. 17. cap.
penult. & vltim. & diſtinct. 18. cap. 1. & infra tit. 119. num.
46. Compoſitionem ſuper iure primatiæ vnus ſolus, cuius
intereſt poteſt impedire cap. vltim. de maiorit. & obedien.
9 † Sed & in Epiſcopis ordinandis conſiderari prius debet
ordinandi perſona: vita eius, ſi honeſta, & inculpabilis, &
vndique irreprehenſibilis ſit, ſi a bonis teſtimonium ha-
beat ſacerdotem decens §. ſancimus igitur vſque ad §. ſed
etiam Nouella conſtit. 6. leg. ſi quemquam 29. §. ita castus
C. de Epiſcop. & clericis §. ſequentis §. damus Nouella
conſtit. 123. diſtinct. 25. cap. vnum §. nunc autem verſicu.
ac primum cap. vltim. diſtinct. 61. cap. bene nouit. diſtinct.
81. in princip. cum ſequent. vſque ad cap. Maximianus di-
ſtinct. 83. cap. nemo 8. q. 1. cap. oportet ver. irreprehenſibi-
lis. Ne ſit ex officiali aut curiali fortuna: niſi per aliquot
annos in monaſterio vixerit d. §. ſancimus ibi, & neque ex
officiali Nouella conſt. 6. vt & ſupra titu. 2. fuit oſtenſum.
Neque ſit idiota, vel ex his, qui vocantur laici d. §. ſanci-
mus ibi neque idiota, & ſupra d. titu. 2. diſtinct. 61. in prin
cip. cum cap. ſequen. cap. non negamus cap. miſerum cap.
quid proderit cap. ſtatuimus diſtin. 61. cap. vltim. verſi. qui
neophiti. Contradicunt ea, quæ tradit Grauantis in d. cap.
ſtatuimus §. his omnibus Apoſtolico canone 59. Sed ſi cau
ſa propter quam laici eligi prohibentur ceſſet: tunc enim
prohibitio quoque ceſſabit d. c. ſtatuimus §. ſed ſciendum
cum c. ſequen. quæ quidem vtique ceſſabit ſi laicus in Epi-
ſcopum ſit poſtulatus d. diſtinct. 61. c. Oſius. Vel ſi Papa di-
10 ſpenſauerit. Exemplo. 1. q. 7. c. exigitur cum c. ſeq. † Sed &
Epiſcopi ordinandi antea examinandi ſunt, ſi natura ſint
prudentes, dociles, temperati, caſti, ſobrij, cauti, humiles,
affabiles, miſericordes, literati, in Lege Domini inſtituti,
in ſcripturarum ſenſibus cauti, in dogmatibus Eccleſiaſti-
cis exercitati, & ante omnia, ſi fidei documenta verbis ſim
plicibus aſſerant, id eſt, Patrem, & Filium, & Spiritum San
ctum vnum Deum eſſe confirmantes, totamque Trinita-
tis Deitatem coeſſentialem, & conſubſtantialem, coæter-
nalem, & coomnipotentem prædicantes; ſi ſingulas qualq.
in trinitate perſonas plenum Deum, & totas tres perſonas
vnum Deum: ſi Incarnationem diuinam non in Patre,
neque in Spiritu ſancto factam, ſed in Filio tantum
credat, vt qui erat in diuinitate Dei Patris Filius, ipſe
fieret in homine hominis Matris Filius, Deus verus ex
patre, homo verus ex Matre, carnem ex matris vi-
ſceribus habens, & animam humanam rationalem, ſi-
mulque in eo veritas vtriuſque naturæ, idem Deus, &
homo, vna perſona, vnus filius, vnus Chriſtus, vnus
Dominus creator omnium, quæ ſunt, & author, Domi-
nus, & rector cum Patre, & Spiritu ſancto, omnium crea-
turarum, qui paſſus ſit vera carnis paſſione: mortuus
vera corporis ſui morte: reſurrexit vera carnis ſuæ re-
ſurrectione, & vera animæ reſumptione: in qua ve-
niet iudicare viuos, & mortuos. Quærendum etiam ab
eis eſt, ſi noui, & veteris teſtamenti, id eſt legis, &
prophetarum, & Apoſtolorum vnum, eundemque cre-
dant authorem, & Deum: ſi Diabolus non per con-
ditionem, ſed per arbitrium factus eſt malus. Quæ-
rendum etiam ab eis eſt, ſi credant, huius quam ge-
ſtamus; & non alterius carnis reſurrectionem, ſi cre-
dant iudicium futurum, & recepturos ſingulos pro his,
quæ in carne geſſerunt, vel pœnas vel præmia; ſi nu-
ptias non prohibeant, ſi matrimonia non damnent
etiam ſecunda, ſi carnium perceptionem non culpent;
ſi pœnitentibus reconciliatis communicent, ſi
in baptiſmate omnia peccata, id eſt tam illud origi-
nale contractum, quam illa, quæ voluntariè admiſ-
ſa ſunt dimittantur, ſi extra Eccleſiam Catholicam
nullus ſaluetur. Cum in his omnibus, examinati
fuerint inuenti plenè inſtructi, tunc poterunt ordi-
nati: & ſuſcepto in nomine Chriſti Epiſcopatu; non
ſua:

Digitized by Google

ſuæ delectationi, nec ſuis moribus, ſed his Patrum de-
11 finitionibus acquieſcat, vt diſtin. 23. c. qui epiſcopus. † Pla-
nè in epiſcopum, non eſt ordinandus qui nuptias iterauit,
vel viduam in vxorem duxerit, aut eã, quæ à viro diuerte-
rit: vel qui concubinam, filios vel nepotes ex eis habuerit,
§. & neque vxori alteri Nouel. c. 6. & ſupra nu. 2. ver. Biga-
12 mi verò. † Quod autem dictum eſt, ex his qui vocantur
laici Epiſcopum ordinandum non eſſe, id diſtinctionem
admittit hanc, vt ſi laicus aliquis hac electione dignus re-
putetur, poſſit cum alijs duobus clericis aut monachis eli-
gi, ita tamen, vt prius clericis non minus tribus menſibus
connumeretur, hacque ratione ſanctas regulas, & quoti-
dianum eccleſiæ miniſterium edoctus epiſcopus ordine-
tur: qui enim alios debet docere, poſt ordinationem ab
alijs doceri non debet, §. ſed neque inerudítus Nouel. c. 6.
§. damus autem. Nouel. c. 123. Nam qui eccleſiaſticis diſci
plinis non eſt imbutus, nec ſcientiam dignitatis eccleſiaſti-
cæ habet, eligendus non eſt, diſtinct. 36. in princ. cum c. ſe-
quen. c. qui eccleſiaſticis, & c. cum in cunctis 7. in princip.
ver. & literarum ſcientia, c. qualiter 17. ver. precipue quia,
c. cum nobis 19 ver. illius quoque literaturæ de electione,
13 & ſupra tit. 2. ver. Indigni autem. † Sanè quæ Epiſcopum
ordinandum in primis ſcire oporteat definitur in dicto
§. damus autem, & in diſtinct. 38. cap. omnes. Scientia ſanè
artis grammaticæ exacta non requiritur in epiſcopo, d.
diſtinct. 38. c. ſedulo. cum alijs citatis, ſupra tit. 5. ver. ſcien-
tiam grammaticæ. Si verò non inueniantur tres perſonæ
ad talem electionem opportunæ, licet decreta facientibus
in duobus, & in vna perſona decretum facere Epiſcopus
autem ordinandus eſt nuda electionis conſcientia ſincero
omnium iudicio, d. §. damus. Nouella con. 123. Sed nemo
gradum ſacerdotij venalitate pretij mercari debet quan-
tum quiſque meretur, non quantum dare ſufficit, æſtimã-
dum eſt, d. l. quemquam 29. C. de epiſcop. & cleric. c. ſuper
12. c. ſi aliquus 59. de elect. Faciunt allegata ſuperius nu. 4.
14 ver. nam nec precibus. † Ita caſtus, & humilis eligendus
Epiſcopus, vt quocunque locorum peruenerit, omnia vitæ
propriæ integritate purificet: non precio, ſed precibus or-
15 dinandus Antiſtes. † Tantum ab ambitu debet eſſe remo-
tus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effu-
giat, niſi enim ordinatus fuerit inuitus, indignus eſt ſacer-
dotio, d. l. 29. §. ita caſtus §. ſancimus, & §. hanc vſque ad §.
oportet. Nouell. c. 6. D. Thom. 2. 2. quæſt. 185. Nam debet
Epiſcopi, & Prælati omnes expectare Dei vocationem ſe-
cundum D. Paulum, vt cum eo dicere poſſint, Vocatus A-
poſtolus, id eſt vocatus à Deo ad Apoſtolatum, & D. Ber-
nardus lib. 4. de conſideratione monet Eugenium Papam
de hac re his verbis. Inquit non volentes, neque currentes
aſſumito, ſed cunctantes, ſed renuentes, etiam coge illos,
& compelle intrare. ita enim vocati, & ingredi ſerui Chri-
ſti quærunt quæ Chriſti, non quæ ſua ſunt, alter verò in-
troſi ambitu, fauoribus, ſanguinis propinquitate, non vo-
cãtur à Deo, ſed à carne, & ſanguine, nec Ieſu Chriſti, ſed
hominum, & ſuarum cupiditatum ſunt ſerui, vt animad-
uertit Cardin. Bellarminus in opuſculo de gemitu colum-
bæ, lib. 2. c. 5. Si quis tamen ex Epiſcopis ſiue ante ordina-
tionem ſuam, ſiue poſt voluerit proprias res ſuas, aut ex
ijs partem Eccleſiæ, cuius ſacerdotium ſuſcepit, afferre:
hoc ei facere licet: Si quidem non emptio hoc, ſed oblatio
eſt, §. ſi quis tamen. Nouella c. 123. Quæ autem conſuetu-
dinum nomine danda ſint pro quantitate redituum Ec-
cleſiæ, definitur in §. pro conſuetudinibus vſque ad §. poſt
ordinationem Nouell. c. 123. Hinc originem trahunt anna-
16 tæ, quæ ſoluuntur in datarua. † Antequam autem ordina-
tio perficiatur, regulæ ſacræ ab Eccleſia approbatæ ordi-
nando perlegendæ ſunt: quibus lectis, & ab ordinando
frequenter perfectis, ab ordinante is interrogandus erit,
an ſufficiat cuſtodire, & agere, quæ ſacræ regulæ ſancie-
runt, & ſi quidem reſponderit, ſacrarum regularum præ-
cepta ſe non poſſe ſeruare: non eſt ordinandus. Sin verò
reſponderit, ſe quantum homini poſſibile eſt, illis ſatisfa-
cturum: admonendus erit, niſi ea obſeruauerit, eum indi-
gnationem Dei, & hominum incurſurum, & iam dato ho
nore priuatum iri. Quod ſi iſta admonitione facta nihilo-
minus in ſententia permanſerit ordinatio erit perficiẽda,
§. ſed etiam ſic. Nouel. con. 6. diſtinct. 38. c. placuit, & ſupe-
rius, tit. 4. ver. decreta Conciliorum, & ver. cautio ab offi-
cial. tum dicta autem omnia in ipſo ordinationis tempore
coram omni populo eius Eccleſiæ illi ſunt prædicenda: vt
ille coram omnibus hæc audiens non ſolum habeat Dei ti-
morem, ſed etiam coram omnibus denunciationẽ, ac pro-
feſſionem erubeſcat, §. oportet in ipſo Nouella conſtit. 6.
17 † Planè ſi quis dicat ſe conſcium alicuius eſſe, quod ordi-
nandus illicitè admiſerit: ordinatio eſt differenda, donec
examinatio eius, quod contra eum dictum eſt, facta ſit, &
innoxius apparuerit, §. ſi quis autem Nouell. c. 6. & ſupra
18 tit. 4. ver. ſi ordinandus dicatur indignus. † Sed & illud no-
tandum, quod ante ordinationem clerici, & primates Ci-
uitatis, cui Epiſcopus ordinandus eſt, conuenire debent,
& de tribus perſonis eligendis interpoſito iuramento de-
cernere: vt ex tribus iſtis perſonis, quæ decreuis hoc modo
eliguntur, melior ordinetur electione, & iudicio eius, qui
ordinandi ius habet, §. ſequentes ea quæ ſacris Nouel. cõ-
ſtit. 123. c. quia propter 42 de electione, c. 32. eod. c. expe-
diat. 19. de elect. in 6. Item exigi debet prius ab eo, qui ordi
nandus eſt per eum, qui ordinat, libellus cum propria il-
lius ſubſcriptione, quæ rationem rectæ eius fidei compre-
hendat, §. exigitur autem Nouell. conſtit. 123. Pronunciet
quoque is ſacram oblationem, quæ in ſancta fit commu-
nione, & cum cæteris precibus eas quoque, quæ in ſacro
19 proferuntur baptiſmate, d. §. exigatur. † Sed & is qui ordi
natur iuſiurandum per ſanctas ſcripturas præſtabit, quod
neque per ſe, neque per aliam perſonam quidquam de-
derit, aut promiſerit, aut poſtea daturus ſit, vel ei qui ip-
ſum ordinauit, vel his qui pro ipſo decreta fecerunt, vel
cuiquam alij omnium conferendæ in ipſum ordinationis
nomine. §. ſi quis aut electum. ibi. præ omnibus illud. No-
uel. c. 123. de ſanctiſs. epiſc. §. & hanc Nouel. c. 6. Si quis cõ-
tra hanc obſeruationem Epiſcopus ordinatus fuerit: tam
ipſe omnimodo epiſcopatu eijciendus, quam etiã is, qui
contra hæc ordinare præſumpſerit, ſegregãdus anno vno
à ſacro miniſterio: & omnis eius ſubſtantia, quæ quolibet
tempore, aut modo in eius dominium deducta eſt, pro-
pter culpam, quã fecit, Eccleſiæ cuius Epiſcopus eſt, vin-
dicari debet, d. §. ſi quis aut electum, in fin. Nouel. c. 123. &
§. & hanc Nouel. c. 6. & infra tit. 121.

SVMMARIVM.

1 *Qualitates Epiſcoporum quas contra quis eligente peccãt mor-
taliter.*
2 *Epiſcopi quibus ſcientijs imbuti.*
3 *Epiſcopus non debet eſſe imperitus ſecularium negociorum.*
4 *Prælati ſubditis ſpiritualia, & temporalia ſubſidia debent mi-
niſtrare.*
5 *Sanctorum filij non dicuntur qui tenent ſanctorum loca.*
6 *Epiſcopi domui ſuæ præeſſe neſcientes non ſunt eligendi.*
7 *Epiſcoporum electio ex quibus prauis qualitatibus impedia-
tur.*
8 *Auari inhoſpites Epiſcopi non eligendi.*
9 *Schiſmatici conuerſi, & diſpenſati poſſunt eligi.*
10 *Epiſcopus non eligendus, qui in Eccleſia polluta, vel præſente
excommunicato celebrauit.*
11 *Ætas Epiſcopi non minor annorum triginta.*
12 *Diſpenſatur ſuper ætate Epiſcopi.*
13 *Prior monaſterij, cuius ætatis eſſe debeat.*
14 *Illegitimi Epiſcopi non eligendi.*
15 *Epiſcopus habens alias dignitates, vel beneficia non eligẽdus.
limitatur nu. 16.*
17 *Beneficium ſecundum retinetur dimiſſo primo.*
18 *Beneficium primum amittitur per impetrationem ſecundi. li-
mitatur nu. 19.*
20 *Duas cathedrales Eccleſias vnam in titulum & alteram in com
mendam poſſunt retineri.*
21 *Dignitates plures regularium non poſſunt vni conferre.*
22 *Plura beneficia etiam non curata non poſſunt ab vno reti-
neri.*
23 *Plures Eccleſias poteſt quis retinere in villis. ampliatur nu-
mero 24.*
25 *Collatio poſterior beneficij nutabilis non tollit beneficium prio-
rem limitatur.*
26 *Diſpenſatio ad plura beneficia, ſi fuerit reuocata, quid iu-
ris.*
27 *Duo non poſſunt vnum, & idem beneficium habere. limitatur
num. 28.*
29 *Epiſcopalis dignitas quando diuidatur.*

30 Ep-

Digitized by Google

30 Epiſcopi alterius fidei,& ordinis non eligendi.
31 Canonicus regularis factus monachus poteſt ad canonicam reuerti,& fieri Abbas.
32 Epiſcopi an eligendi ſint ij,qui ſunt alterius Eccleſiæ.
33 Mendicantes non ſunt Epiſcopi eligendi.
34 Epiſcopus eligendus debet eſſe in ſacris ordinibus.
35 Rector parochialis ordinandus non intereſt quod ſit in ſacris.
36 Abbas eligendus debet eſſe profeſſus, & inſtructus in regula monachali.limitatur nu.37.
38 Affectantes epiſcopatum non ſunt eligendi.
39 Epiſcopi electionem impediunt omnia, quæ impediunt clericatum.
40 Epiſcopi à quibus eligendi, quando qualiter, & quomodo, & quæ obſeruanda.
41 Electionis triplex modus.
42 Electionis publicatio,& confirmatio.
43 Conſecratio Epiſcopi à quibus,& quot Epiſcopis facienda.
44 Ordinatio Epiſcopalis eſt ſacramentum.

Qui,& quales ſint Epiſcopi eligendi,ſeu Prælati. Tit. 8.

1 IN † Epiſcopis eligendis in primis ſeruari debent iota omnia loquentia de qualitate perſonarum, vt ſtatutũ legitur in Clementin.de ætate, & qualitate,& ordine præficiendorum,& in diſtinct.61.c.in ſacerdotibus,c.obitum.Et ideo eligendi Epiſcopi cæteris debent eſſe præſtantiores,doctiores, ſanctiores, & omni virtute eminentiores 1.q.1.c.hi quoſcunque in fine,c.viliſſimus 8.q.1.cap.oportet,c.qui nos,cum c.ſequen.& c.vlt.23.q.4.c.ficut, §.Concilium,& §.1.Nouel.c.123.& §.ſancimus Nouel c.6. Nam eligens dignum omiſſo digniori facit contra leges, & canones citatos,& ideo mortaliter peccat. D.Thom.2.2 quæſt. 63.artic.1.& 2.quæſt.185.art.3.Caietan.in d.q.63.art.2.& in d.quæſt.185. art.3. & in ſumma in verbo acceptio perſonarum.Syluestri.eod.verbo.& verbo electio.1.q.6.Sotus de iuſtitia,& iure,lib.3. quæſt.3.& quæſt.6.art.2. Concil. Tridentin.in ſeſſio.24.de reformatione. Pro hac parum in vſu veritate exclamant leges,canones, Concilia, & Patres infiniti,quos recenſet Garzias de beneficijs parte 7.capit. 16.in princ. & per totum. Cardinalis Bellarminus de officio Principis Chriſtiani lib.1.c.10. Lancellottus Inſtit.in §.
2 oportet. Qui eligere eligive poſſint. † Præterea debent eccleſiaſticis diſciplinis eſſe imbuti, nec non ſcientiam eccleſiaſticæ dignitati conuenientem habere debent per ea,quæ dicta ſunt, in tit.7. ver.nam qui eccleſiaſticis. Ignorantia enim mater cunctorum errorum,maximè in ſacerdotibus Dei vitanda eſt,diſtinct.38.c.1.& ſequent. Marſilius Ficinus de Chriſtiana Religione in princ. Vnde definitum eſt omnem,qui ad Epiſcopatus prouehendus eſt gradũ, modis omnibus pſalterium noſſe: vt ex hoc & omnis clerus qui ſub ipſo fuerit,ita moneatur,& imbuatur. Inquiratur à Metropolitano diligenter; ſi in promptu habeat legere ſcrutabiliter,& non tranſitione tam ſacros canones,& ſanctum Euangelium,quam diuini Apoſtoli librum, & omnem diuinam ſcripturam; atque ſecundum mandata Dei conuerſari,& docere populum ſibi commiſſum. Subſtantia enim ſummi ſacerdotij ſunt diuinitus tradita, ideſt vera diuinarum ſcripturarum diſciplina, quemadmodum magnus perhibet Dionyſius diſtinct.38.c.omnes, §.vnde, & diſtinct.23.c.quis Epiſcopus,diſtinct.85.c.Archidiaco-
3 norum.† Simplex verò,& ſæcularium negociorum imperitus non eſt Epiſcopus eligendus, diſtinct.39.cap.1. Nam ſæcularium negociorum peritiam etiam Prælatis eſſe ne-
4 ceſſariam multis rationibus probatur. † Debẽt enim Prælati ſubditis non ſolum ſpiritualia, ſed etiam carnalia ſubſidia miniſtrare,exẽplo Chriſti, qui turbas ſequentes non ſolum verbo docebat, ſed etiam virtute ſanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem Prælati hæc omnia plenè poſſint perficere,ſæcularium negociorum oportet eos habere ſolertiam: vt eorum cautela Eccleſiæ ſeruẽtur indemnes, & cuique neceſſaria pro ſuò modo miniſtrentur,diſtinct.39.in princ.& c.1.cum ſequẽ. Non enim peritiam hanc ad conflandas ex redditibus Eccleſiæ pro ſuis diuitias, habere debent, nec multo minus exercere, vt docent D.Bernardus de conſideratione ad Eugenium. lib. 4.cap.9. & D.Cyprianus in ſermone de lapſis,ambo relati per Cardinalem Bellarminum in opuſculo de gemitu columbæ,lib.2.c 4.& 5.ſed vt facilius,ac commodius poſſint exercere charitatem erga pauperes ſibi ſubditos, vt in d. diſtin.39.Hac itaque de cauſa cõſtituta fuit retentio prædiorum,& ſtabilium in Eccleſia Dei, vt ex illorum redditibus charitatis,ac pietatis opera facilius, commodius, ac frequentius poſſent à Prælatis exerceri 12.q.1.c.videntes 16.Nam Dominus quod fecit dixit Petro,& in eo paſtoribus omnibus. Paſce oues meas: cætera tacuit, vt intelligeremus hoc munus eſſe præcipuum.& in Epiſcopali conſecratione dicitur. Vade,prædica populo tibi commiſſo:& de temporalibus negocijs nihil additur, vt moueatur non eſſe æquanda temporalia ſpiritualibus.multo verò minus anteponenda, vt in Concilio Cartaginẽſi 4.canone 17. 18.
5 & 19.ſeriò mandatur. † Non enim eſt faciè ſtare loco Pauli,tenere gradum Petri iam cum Chriſto regnantiũ: quia hinc dicitur,non ſanctorum filij ſunt, qui tenent loca ſanctorum,ſed qui exercent opera eorum. Et qui præſunt nõ ex locorum, vel generis dignitate, ſed morum nobilitate innoteſcere debent: nec vrbium claritate,ſed fidei puritate. Non enim loca, vel ordines creatori noſtro nos proximos faciunt, ſed ei nos merita bona iungunt, aut mala, quod abſit,disiungunt.diſtin.4.c.2.& ſequen. Si enim Papa ipſe ſuæ, & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur inutilis,& remiſſus in operibus ſuis, & inſuper à bono taciturnus,quod magis officit ſibi,& omnibus: nihilominus innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit, primo mancipio gehennæ, cum ipſo plagis multis in æternũ vapulaturus,diſtin.40.c.ſi Papa. Hic conferunt dicta D.Bernardi ad Eugenium epiſt.237. & quæ aduerſus Præſules omnes intonat tuba Spiritus ſancti Sapient.c.6.Horrendè, & citò apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum his,qui præſunt fiet,&c. & potentes potenter tormenta patientur,& fortioribus fortior inſtat cruciatio relata per Cardinalem Bellarminum de gemitu columbæ, libro ſecundo,capit.octauo,& Franciſcus Petrarcha, in cap.diuinitatis in hunc eundem ſenſum contra ſuperiores ita cecinit.

Et vederaſſi in quel poco paraggio
Che vi fà gir ſuperbi oro, e terreno
Eſſere ſtato danno, e non vantaggio.

6 † Hoc idem dicendum eſt de Epiſcopis negligentibus in officio, & ideo ne tales euadant præcauendum, & etiam ne ij, qui domui ſuæ præeſſe neſciunt Epiſcopi eliguntur, diſtinctio.47.capit.ſicut, §.neceſſe eſt, cum ſequentibus,
7 † nec minus ij, qui malis præditi ſunt moribus, cap.cum in cunctis 7.in princip. ver.grauitas morum, & § inferiora, ver.& moribus commendandus, de elect. cap.indecorem 3.ver.& morum, cap.eam te decet 4. ver.moribus, de ætate,& qualitate.Clement.1.in princip. ver.moribus, eodem titul.diſtinct.49. in princip. cum ſequent.& Nouella conſtit.6. & 123. Nec minus ij,qui male ſunt ſibi conſcij ſunt eligendi Epiſcopi,cap.ad aures 7. de ætate, & quali-
8 tate presbyter. † Nec auari, & non hoſpitales, oportet enim Epiſcopos eſſe omni virtute ornatos, hoſpitales, & liberales in pauperes,diſtinct.quarta, in princip. diſtinct. 85.in princip.cum cap.ſequent. 12.quæſt.prima,capit.videntes. Nam teſte Diuo Ambroſio in Apolog. cap.quarto,ex auaritia profectò ſeptem nequitiæ procreantur, ſcilicet proditio,fraus,fallacia, periurium, inquietudo, violentia, & contra miſericordiam obduratio. vt Auro vilpeius dici poſſit ſecundum D. Gregorium libro 31. moral.cap.31.& D.Thomam 2.2.quæſt.118.artic.octauo, & per totam quæſt. Ij qui malorum laudibus delectantur non ſunt Epiſcopi eligendi, diſtinctio.83. capit.nihil illo.
9 † Nec ſchiſmatici 24.quæſt.prima,cap. pudenda. Quamuis conuerſi,niſi fuerint diſpenſati, cap.quia diligentia 5. de elect. Nec ſimoniaci,cap.ſuper 12. in fine, cap.ſi alicuius 59. de elect. Nec excommonicati cap.vlt.ver.ſi tamen ſcienter,de clerico excommun. Nec ſuſpenſi, cap.per inquiſitionem 26. & ibi glo.de elect. Nec minus ij,qui ſententia: interdicti, vel ſuſpenſionis non paruerint,c.1. de poſtulat.prælat.c.is qui 18.§.is verò,& c.is cui 20. in princip.
10 de ſenten.excommun.in 6.† Ij,qui in Eccleſia polluta,vel præſente excommunicato celebrauerunt, non ſunt Epiſcopi eligendi,dicto cap.is qui 18.in princip. Nec ij qui antea

tea fuerunt fruſtra electi, vel contra leges, & Canones ſe
eligi paſſi ſunt. Extrauag. comm. 1. §. poſtulatos ver. de po-
ſtulando, c. cum ſingula 32. §. fin in fine de præbendis. in 6.
Niſi prior electio non vitio perſonæ, ſed modi electionis
fuerit caſſata, c. ſuper 12. de elect. nec tandem ij, qui antea
31 à laicis ſe eligi paſſi ſint, c. quiſquis 43. eod. titul. † Minores
autem triginta annis non ſunt Epiſcopi eligendi, cap. cum
in cunctis 7. in princ. & c. cum nobis. 19. ver. de legitima ta-
men. de elect. c. ex ratione 2. c. indecorum 3. & ca. eam te 4.
ver. & ætate. de ætate, & qualitate, diſtinct. 51. ca. vlt. §. qui
nondum, diſtinct. 77. c. Epiſcopus, §. fin cum c. ſequen Ex-
32 trauag. commun. 1. de poſtulat. prælator. † Niſi cum mino-
ribus antedicta ætate annorum triginta diſpenſetur, exem
plo Extrauag. comm. nuper. 8. de præbend. & c. ex ratione
33 2. de ætate, & qualit. † Si quis fiat prior in monaſterio: in
hoc ſufficiunt anni viginti, aut vigintiquinque, Clement. 1.
§. cæterum, de ſtatu monachor. Et ſi talis ſit dignitas, cui
cura animarum non immineat infra dictam ætatem eligi
ad eam poſſunt, c. 1. de ætate, & qualit. in 6. & de ætate ſin-
gulis ordinibus præſcripta adeſt Concilium Tridentinum
34 in ſeſſ. 23. cap. nullus in poſterum, 12. † Illegitimè nati non
ſunt Epiſcopi eligendi, ca. cum in cunctis 7. in princ. ver. &
de legitimo matrimonio, de elect. c. 1. de filijs presbyter. &
ſupra titu. 2. & in Concilio Tridentino ſeſſ. 7. de reforma-
tione, c. ad Cathedralem. 1. Nec vxorati, nec ij, qui filios ha
bent, diſtinct. 28. c. priuſquam, & diſtinct. 61. c. Caſſinenſis,
& ſupra d. tit. 2. Ii, qui ſine beneficio ſunt, & ex proprio pa
trimonio viuunt eligi non prohibentur, ca. ſuis quæſtioni-
35 bus 13. de præbendis. † Ii verò, qui plures habent dignita-
tes, vel plura beneficia curata Epiſcopi non ſunt eligendi,
c. dudum 54. de elect. ca. ſuper. 35. de præbendis, cap. quia
nonnulli, 3. de cleric. non reſiden. c. quia in tantum. 5. ca. ad
hæc 13. c. cum non. 15. c. cum iamdudum. 18. cap. de multa
28. de præbendis, c. 1. ver. neque duas, de exceſſ. prælator. c.
cum ſingula. 32. in princ. de præbendis in 6. diſtinct. 70. cap.
vlt. §. omninò, 18. q. 3. c. 1. §. ſed & hoc, 21. q. 1. ca. Clericum,
c. vnum, & c. vlt. §. fin. de religioſus domib. Concilium Tri
dentinum in ſeſſ. 24. c. cum Eccleſiaſticus. 17. & ſeſſ. 7. de re-
36 formatione c. 2. & ſequen. † Niſi Papa diſpenſauerit, c. de
multa 28. §. fina, de præbendis, c. ordinarij 5. §. cæterum, de
offic. ordinarij in 6. exemplum huiuſmodi diſpenſationis
habetur. 21. q. 1. c. relatio. & cap. vlt. Sed ſi diſpenſatio intra
certum tempus à iudice ſtatuendum non fuerit oſtenſa,
habebitur, ac ſi non fuiſſet conceſſa, d. c. ordinarij. 5. Extra-
uag. commu. vt quos. a §. vt, eod. tit. Et nullius momenti e-
rit diſpenſatio illa, quæ fuerit generalis, vel alio laborabit
defectu: hæc enim non extenditur ad pluralitatem benefi
ciorum, c. 1. §. fin. de filijs presbyter. in 6. Idem eſt ſi ſuper
alio defectu diſpenſatione impetrata, ſuper pluralitate be
neficiorum diſpenſationem non impetrauerit, c. vlt. eod. ti-
tul. Vel ſi eam impetrans beneficium aliquod ſubticuerit,
c. non poteſt 21. §. illud autem, de præbendis. in 6. Vel ſi ita
facta ſit diſpenſatio. Non obſtante, quod aliud beneficiū
obtineat, ei de tali prouideatur, d. cap. non poteſt. 21. §. cum
verò. Vel ſi generali diſpenſatione facta, aut beneficiato
conferatur, is cui confertur plura, quam vnum beneficiū
habent, c. is cui. 19. de præbend. in 6. c. dudum 54. §. ſuppreſ
ſit etiam, de elect. Vel beneficio, quod habet immineat cu
ra animarum, d. ca. is cui 19. ver. dum tamen illi cura. Cle-
ment. 1. in princ. de præbendis: ſecundum declarationem,
de qua in d. c. dudum, §. lite verò ver. ſed cum. Vel ſi gene-
rali diſpenſatione facta, vt ei, qui alia beneficia habet, con
feratur, ei qui plura, quam duo beneficia habet, vel qui
duo beneficia curata habet, conferatur, d. c. is cui, 19 ver. ſi
verò conceſſum fuerit. Vel tandem ſi ita facta ſit diſpenſa-
tio. vſque ad beneplacitum diſpenſantis: hoc enim caſu
mortuo diſpenſante, diſpenſatio expirat ſecundam diſtin-
37 ctionem, de qua in c. ſi gratioſè. 5. de reſcript. in 6. † Planè
ſi quis alterum beneficium impetrans, quod prius habe-
bat dimittat, poterit ſecundo impetratam retinere, d. ca. is
18 cui 19. ver. niſi primo ille. de præbendis in 6. † Nam per
impetrationem ſecundi amittit primum, c. de multa. 28. de
præbend. c. cum noſtris 6. c. litem 9. de conceſſ. præben. cap.
cum ſingula. 32. ver. ſtatuentes de præbend. in 6. Clement.
ſi plures 3. & 5. ver. primamque, eod. tit. Extrauag comm.
19 vt quos 2. de offic. ordinarij 21. q. 2. c. ſi quis iam, † Sed vt
ſecundum retinere poſſit debet fieri mentio in impetra-
tione de primo, c. vlt. de offic. legat. in 6. Nam non propria
temeritate ſine licentia ſuperioris poteſt quis primum be-
neficium dimittere, vel ad aliam Eccleſiam tranſire, 21. q.
2. c. 1. ca. ſi quis iam, §. aliud eſt. Hoc enim caſu ad priorem
eſt reuocandus. d. §. aliud eſt. Sed ſi deſpecta ſua Eccleſia
ad aliam tranſierit, nec ad ſuam reuerti velit, carebit vtra-
que, ca. quanto. 3. §. quia verò. de translatio. Epiſcop. 7. q. 1.
c. quia frater. §. fin. c. ſi quis Epiſcopus, c. ſi quis de ordine.
20 † Sanè, qui vnam Eccleſiam habet in titulum, alteram ve-
rò in commendam, poteſt vtramque tenere. 21. q. 1. c. Cle-
ricum, §. ſed contra cum c. ſequen ca. vlt in fine. Idem eſt ſi
perſonatus cum cura, vel præbenda, cui eſt annexa paro-
chialis Eccleſia eidem conferatur, nam & hic vtramque
tenebit, ca. ſuper eo. 6. & c. cum ſingula. 32. ver. niſi fortè v-
nus. de præbendis in 6. Sed hæc facultas ſublata eſt per Cō
cilium Tridentinum in ſeſſ. 7. de reformatione, ca. nemo. 2.
cum pluribus ſequent. Vnam verò Eccleſiam non poteſt
quis per alium adminiſtrare, d. ca. 32. ver. etiam ſi eadem
21 cura. Clement. 1. §. fina ver. etiam ſi cum ipſa. † Nec Prio-
ratus, vel aliæ dignitates, quæ pertinent ad collationem re-
gularium Prælatorum plures vni conferri poſſunt, d. §. fi-
22 nal. † Nec minus plura beneficia non curata, d. §. fina. ver.
licet etiam. Concilium Tridentinum in ſeſſ. 24. ca. cum Ec-
cleſiaſticus. 17. Nec valet conſuetudo contraria, c. 1. de con-
ſuetud. in 6. quod & ſupra tit. 5. ver. vnus plura ibi. nec va-
23 let conſuetudo, vt dictū fuit. † Extra verò Ciuitatem in vil
lis plures Eccleſias poteſt quis obtinere ob tenuitatem red
ditus cuiuslibet, 21. q. 1. c. 1. §. fin. Concilium Tridentinum,
vbi ſupra, plures enim in diœceſi Coſſenſi in Villis tenuiſ-
ſimi redditus obtinebat D. Marius Anticius ex latere D.
Portiæ meæ matris mihi coniunctus, cui propter educa-
24 tionem plurimum debeo. † Et vna Eccleſia, quæ proprios
ſacerdotes alere non poteſt, alicui beneficium aliud haben
ti poteſt conferri. c. eam te decet, §. fin. de ætate, & qualita-
25 te, diſtinct. 70 ca. vlt. §. ſi quæ. † Si poſterior collatio fuerit
inutilis, licebit priorem præbendam recuperare ſecūdum
diſtinctionem, de qua in c. ſi beneficia, 20. de præbendis. in
6. Niſi alius in locum tranſeuntis ad aliam Eccleſiam ſit
26 ſubſtitutus, 7. q. 1. c. eos ſacerdotes. † Si per diſpenſationē
quis plura beneficia obtinet, diſpenſatione poſtea reuoca-
ta, eſt in arbitrio poſſeſſoris, vtrum prius an poſterius di-
mittere velit. Extrauag. comm. execrabilis. 4. de præbend.
Extrauag. Ioann. 22. vnica eod. tit. Poſtremò illud hoc loco.
notandum eſt, quod antiquo iure impetrans ſecundum
beneficium, non ob id prius amittebat, ſed in arbitrio ip-
ſius erat, vtrum ex ijs dimittere vellet, ca. referente. 7. §. nos
autem, ver. quam maluerit, & c. præterea. 14. & ibi gloſſ. in
verbo maluerit, de præbendis, c. eam te 4. in fine, de ætate,
27 & qualitate. † Præterea ſicut vni plura beneficia, nec plu
res Eccleſias licet regulariter obtinere, ita nec duobus vnū
beneficium, vnam præbendam, vnam Eccleſiam habere
eſt permiſſum. Nam beneficia, præbendæ, Eccleſiæ, ſeu Ec
cleſiaſticæ dignitates non ſunt diuidendæ, ca. maioribus. 8.
c. tuæ fraternitatis. 21. c. vacante 26. de præbendis. 7. q. 1. ca.
28 in apibus. Oldradus conſ. 94. nume. 7. † Niſi fortè vtrique
parti ſuppetant facultates, d. c. 26. ver. niſi rationabili cau-
ſa. Vel ſi duobus ad eamdem dignitatem electis, iudex v-
num confirmauerit, ita vt alteri pro bono pacis de prouen
29 tibus faceret prouiſionem, c. niſi eſſent 21. eod. tit. † Vel ſi
eum in locum Epiſcopi hæretici alius eſſet ſubſtitutus, hæ-
reticus poſtea ſit conuerſus: tunc enim inter eum, & ſub-
ſtitutum diuiditur dignitas Epiſcopalis, ca. 1. de parochijs.
Sunt etiam Epiſcopi ab hoſtibus expulſi ab Epiſcopis vi-
cinis, vel ab alijs, ad quos confugerint ſuſcipiendi, non qui-
dem, vt per communionem Epiſcopalis throni dignitas di
uidatur, ſed vt ab Eccleſia iuxta poſſibilitatem ſufficientiæ
debeant alimenta ſuſcipere. D. Gregorius lib. 1. epiſt. 43. epi
ſtol. Sed nec pro integratione præbendæ diminutæ alia di-
uidi poteſt, ca. cum cauſam. 36. de præbendis. Nec propter
diuerſitatem linguarum populi, c. quoniam 14. de offic. or-
din. Sed vt redeamus ad noſtrum inſtitutum Epiſcopalis
30 ſcilicet electionis. † Ij, qui alterius ſunt fidei, vel ordinis
non ſunt Epiſcopi eligendi, Clement. 1. de elect. Extrauag.
comm. 1. ver. nec, non profeſſorem. de poſtular. prælator. c.
per tuas 10. §. fin. de voto, cap. ſi Abbatem. 36. de elect. in 6.
Sed is, qui eſt ſolum alterius ordinis Epiſcopus eligi poteſt
31 d. Clement. 1. & d. c per tuas, § fin. & d c. 36. † Et Canoni-
cus factus monachus ad Canoniam reuerſus Abbas fieri
32 poteſt, cap. intelleximus. 12. de ætate, & qualitate. † Ij, qui
ſunt

Digitized by Google

ſunt alterius Eccleſiæ non ſunt Epiſcopi eligendi,cap cum.
ſingula.32.§.prohibemus de præbend.in 6.diſtinct.61. ca.
nec meritis,c.nullus,ca.obitum,§.commonemus.niſi fortè
in Eccleſia vacante idoneus reperiri nequeat,d.§.commo-
nemus,ver.niſi fortè inter Clericos,& d.c.nullus,ver.tunc
autem alter,ca.cum monaſterium 13.de elect.18.q.2.capit.
quam ſit,§.defuncto,ca. Abbas. Vel conſuetudo loci exiet
in contrarium, ca.cum dilectus.8.de conſuetud.Quæ ho-
die extat vbique locorum vniuerſalis,vt nunquam,vel ra
ro eligatur ex Clero eiuſdem Eccleſiæ,pro qua facit,capit.
33 cum inter.21.de elect. vbi gloſſ.& Doctor.ibi. † Religioſi
mendicantes Epiſcopi non eligendi , etiam ſi ad non men-
dicantium ordinem tranſierint,Clement.5.de elect. & Cle
ment.1. de regularib. Nec ij,qui non gradatim inferiores
ordines,per interſtitia tempora non impleuerint,cap.1.de
ætate,& qualitate,diſtinct.36.c.qui Eccleſiaſticis, diſtinct.
51.c.vlt.ver.qui neophiti,& ver.qui per gradus, diſtin.59.
in princ.cum c.ſequen.c ſi officia,c.hoc ad nos,ca.vltimo,
diſtinct.61.c.Epiſcopum,diſtinct.77.ca.1.diſtinct.28.ca.de
Siracuſanæ,§.eligi autem,diſtinctio.48.in princip.cum ſe-
quent.vſque ad diſtinctio.49. Apoſtolico Canone 79. Niſi
per diſpenſationem electio non gradatim fiat exemplo,ca.
tuam.10.de ætate,& qualitate.16.quæſt.1.,ca.in parochia.
34 † Ij,qui in ſacris ordinibus non ſunt conſtituti non ſunt
Epiſcopi eligendi,diſtinct.60.c.innouamus cum c ſequen.
diſtinct.61.capit.Oſius,§.ſed aliud,ver.ſed non eligitur,&
hoc declaratur definitione ſacrorum ordinum , de qua in
d.diſtinct.61.ca.vlt.§. ſacros autem, vbi à ſacris ordinibus
excluditur Subdiaconus, qui tamen includitur in c.à mul-
35 tis.9. de ætate , & qualitate. † Sed ſi quis ad Rectoratum
parochialis Eccleſiæ ſit ordinandus : huic non obſtat,quã-
uis in ſacris ordinibus conſtitutus non ſit,c.vlt. de inſtitut.
in 6.Laici Epiſcopi,vel Prælati non ſunt eligendi, diſtinct.
61.in princ.cum c.ſequen.c.non negamus,c.miſerum,cap.
quid proderit,c.ſtatuimus, diſtinct.51.ca.vlt.ver. qui neo-
phiti,& ſupra tit.6.& 7. Niſi ſint diſpenſati à Papa exem-
plo 1.q.7.c.exigitur cum c.ſequen. Vel poſtulati fuerint,d.
36 diſtinct 61. c.Oſius. † Non profeſſus in Abbatem eligi nõ
poteſt,in Epiſcopum ſic,c.nullus.28.de electione in 6. cap.
cum cauſam 27.c.cum ad noſtram 37.ca. cum in Magiſtrũ
49.de elect.Clement.1. §.cæterum, ver. ſanè Prioratus, de
ſtatu monachorum.Sed non profeſſus ex cauſa poſtulatus
Abbas eligi poteſt,cap.cum monaſterium 13. de electione.
37 † Non inſtructi in regula monachali non ſunt in Abbatẽ
eligendi,c.officij.38 de elect.& infra titu.37.latius. Repte-
henſibiles,& qui crimine non carent, non ſunt Epiſcopi eli
gendi,diſtinct.25.c.vnum,§.nunc autem, ver.ac primum,
c.vlt.diſtinct.61.ca.benè nouit,diſtinct.81.in princip.cum
ſequentibus vſque ad c.Maximianus,diſtinct.83.ca.nemo.
8.q.1.cap.oportet,ver.irreprehenſibilis.Ij,qui crimini alte-
rius conſenſerunt , Vel cum poſſent non vindicarunt Epi-
ſcopi eligendi non ſunt,diſtinct.83.in princ. vſque ad cap.
38 vlt. † Affectantes eligi non ſunt eligendi, ſed reluctantes.
8.q.1.c.in ſcripturis,c.ſciendum,ca.qui Epiſcopatum, cap.
ſunt in Eccleſia , & l.29.ver.tantum ab ambitu, C. de Epi-
ſcopis,& clericis,& ſupra tit.7.num.14.Duo enim Epiſco-
pi in eadem Eccleſia eligendi non ſunt, 7.q.1.ca.in apibus,
diſtinct.80.c.in illis,§.in ſingulis cum alijs citatis paulo ſu-
39 perius,num.27. † Tandem notandum pro abſoluto,quod
ij omnes , qui non poſſunt Clerici ordinari , multo minus
in Epiſcopos,& Prælatos poſſunt eligi, c.cum in cunctis 7.
40 in princ.de elect. † A quibus autem ſint Epiſcopi, & Præ-
lati eligendi,quando,quomodo,& quæ ipſis electis ſequã
tur, ac obſeruanda ſint , nec non de conſecratione , ac pu-
blicatione electionis quiſque poterit cauere ex diſtinct.62.
in princ.diſtinct.51 c.vlt.§.ſed nec ille,diſtinct.62.ca.1.diſt.
63.c.ſacrorum,§.cum ergo,c.1.& toto titu.de elect.& latè
Card.Bellarminius de Clericis lib.1.ca.7. contra aſſerentes
ius eligendi Epiſcopos,& Prælatos conuenire Populo iure
diuino. & ab eo ideo non potuiſſe auferri. Competit enim
Clero,Prælatis,& Summo Pontifici, vt probant ipſe,& al-
legati Canones, & Concilium Tridentinum in ſeſſione 23.
de ſacramento ordinis Canone vltimo,& Lancellottus in-
ſtit.Qui eligere,eligive poſſint,per totum. & Cucchus in-
ſtit.de electione,nume.1.& ſequent. Populo enim & laicis
hoc eligendi Prælatos ius non competijt vnquam,ca.quiſ-
quis 43.c.Maſſana.56.de elect.cap.dudum 31.§.cæterum,
ver.cum ſacrilegij,de decimis.1.q.7.cap.ſi quis omnein,§.
fin.:6.q.7.in princ.diſtinct.63.in princ.cum capit. ſequen-
tibus.c.non licet,& diſtinct.62.ca.docendus, & de electio-
ne,c.Oſius.2.Et deceſſor nullum ius habet eligendi ſucceſ-
ſorem.8.q.1.c.Epiſcopo,cum c.ſequen.c.pleriqque,c.Moy-
ſes,diſtinct.51. c.vlt. Quo verò ad tempus non niſi Epiſco-
po defuncto,& ita Eccleſia vacante,Epiſcopus alius eligẽ-
dus eſt.7.q.1.in princ.c.factus,c.Nouatianus, c.ſcire,c.de-
nique,c.non ſiutem,c.ſicut vir.§.& ſicut vxori, c.penult,§.
de eo autem,ca.qua frater.§.illud verò,cap.ſicut alter,ius.
Quod non procedit ſi ob culpam fuerit remotus. 7.q.1.in
princ.Vel ſpontè ſua renunciauerit legitimè,cap.vlt.de re-
nunciatione. Vel ſibi ob valetudinem,ſeu ſenectutem ſub-
ſtitutum petierit.7.q.1.c.ſicut vir.§.ecce his.cum ſequen.
& c.petijſti. Vel ad aliam Eccleſiam fuerit translatus legi-
timè.7.q.1.c.mutationes, c.Epiſcopus de loco,c.eos ſacer-
dotes. Vel tandem ſi monachus ſit factus, d.q.1.ca.tempo-
ris,§.item cum aliquis cum c.ſequent. Imò de electione nõ
eſt tractandum, niſi prius Epiſcopo deceſſore ſepulto, ca.
bonæ memoriæ 36 de elect. Vel ipſo viuente poſt diem ter
tium depoſitionis,diſtinct.19.cap.nullus.Sede autem quo-
cumque modo vacante,eſt intra tres menſes electio facic-
da: aliàs ius eligendi amittitur,& ad ſuperiorem deuolui-
tur,c.ne pro defectu.41.de elect.diſtinct.50.ca.poſtquam.
Sed antea ſtatim poſt vacationem ex diſpoſitione Conci-
lij Tridentini in ſeſſ.24.ca.1. de reformatione in princ.ſup-
plicationes, ac preces publicè, priuatimque habendæ ſunt
per totam diœceſim , quibus Clerus populuſque bonum à
41 Deo Paſtorem,valeat impetrare. † De triplici autem mo-
do electionis habetur in c.quia propter.42.in princ. vſque
ad §.illud autem de elect.c.cum expediat 29. de elect. in 6.
c.cum terra 14.de quibus Lancellottus inſt.qui eligere eli-
give poſſint.& de electione.Cucchus inſt. de electione,nu-
mero 5.Speculator.de elect. & Cardinalis Bellarminius de
Clericis lib.1.c.2.& ſequentibus. Si in electione diſſentiant
ſtatur maioris partis ſententiæ,c.cum inter.21. c.cum in iu
re 33.c.venerabilem 34.§.obiectionibus,ver.quamuis plu-
res,c.coram 35.c.ſcriptum.40.§.per Apoſtolica.de elect.c.
quorumdam 24.§.circa religioſos,eo.tit.in 6.c. nec Epiſco
pi.7.de tempor.ordinat.c.1.de ijs, quæ fiunt à maiori par-
42 te. † De electione facta publicanda habetur in capit. quia
propter.42.§.fin.in c.cum poſt.46.de elect.De illius confir-
matione habetur in c.quam ſit,6.§.fin.eod tit. in c.cupien-
tes 16.in ca.ſi poſtquam 33.§.fin.eod.tit. Lancellottus inſt.
de confirmatione electionis per totum. Cucchus inſt.eod.
43 tit.per totum,Speculat. vbi ſupra. † Tandem electus, pu-
blicatus,confirmatus eſt conſecrandus,c.nihil eſt,44.§. fin.
de elect.cap.1.de ſacramentis non iterandis. Tempus verò,
perſonas,& modum conſecrandi Epiſcopum electum,exa
minatum,publicatum,& confirmatum tradit tex.in ca.ſi
Archiepiſcopus 6.de tempore ordinat vbi gloſ. Lancellot-
tus inſtit.de conſecratione per totum, & Cucchus eod.tit.
de conſecratione Epiſcopi , & Monialium , Benedictione
44 Abbatis, & Abbatiſſæ, & infra tit.108. † Eſt enim Epiſco-
palis ordinatio ſacramentum,diſtinct.21.ca.Cleros,& diſt.
25.c.perlectis. Cardinalis Bellarminius de ſacramento or-
dinis lib.1.c.5. quod colligitur etiam ex allegatis infra titu.
98. de ſacramento ordinis. & probat Burſattus in conſilio
125.num.11.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus vltra annum non debet abeſſe ab Eccleſia ſine cauſa.*
2 *Epiſcopus ob metum maiorem,an poſſit deſerere Eccleſiam.*
3 *Epiſcopus propter vitia ſubditorum, an poſſit deſerere Eccle-
ſiam.*
4 *Epiſcopus de ſua ad aliam Eccleſiam translatus non dicitur de-
ſerere ſuam declaratur num. 5. & 6.*
7 *Renuncians Epiſcopali dignitati non dicitur deſerere Eccle-
ſiam.*
8 *Renunciatio Epiſcopi,quando non ſit admittenda.*
9 *Epiſcopi non debent proficiſci ſine literis Metropolitani.*
10 *Synodus celebrari debet ab Epiſcopis ſingulis annis de menſe
Iulij,vel Septembris.*
11 *Epiſcopus neminem ſine cauſa excommunicare debet.*
12 *Epiſcopo non licet aliquem proprijs manibus verberare.*
13 *Epiſcopi officium circa mercatores,& captiuos.*
14 *Epiſcopo,quam plura pertinentia in exercitio ſui muneris.*
15 *Epiſcopi poſſunt de criminibus inquirere,& ea punire.*

Subditi

Digitized by Google

16 *Subditi non ſunt grauandi ab Epiſcopis in ſumptibus, & exactionibus limitatur in charitatiuo ſubſidio. 17.*
18 *Epiſcopi non debent grauare presbyteros ex actionibus, nec condemnare ſine ordine iudiciario.*
19 *Epiſcopi non debent adminiſtrare ſine conſenſu capituli.*
20 *Abbas an ſine conſenſu capituli adminiſtret.*
21 *Epiſcoporum officia, & iura in monaſterijs.*
22 *Viſitans Epiſcopus monaſteria quæ debeat obſeruare.*
23 *Et quid in viſitatione monialium.*
24 *Iuriſdictioni Epiſcopi ſubſunt omnes Eccleſiæ monaſteria, ac perſonæ ſuæ diœceſis.*
25 *Eccleſiæ omnes, & monaſteria prouinciæ tenetur conferre ad procurationem viſitatorum, ampliatur. limitatur. numero 26.*
27 *Epiſcopi debeat conſtituere magiſtros, & artium Doctores.*
28 *Oeconomum debent habere Epiſcopi.*
29 *Officia eccleſiaſtica plura non debent vni committi.*
30 *Limina Apoſtolorum ſunt ab Epiſcopis viſitanda.*
31 *Pietatis officia plura ab Epiſcopis exercenda.*
32 *Epiſcopus debet prouidere ne fœminæ iuuenes ſint in famulatu clericorum.*
33 *Epiſcopus quales familiares debeat habere.*
34 *Epiſcopi ſibi inuicem auxilium, conſilium, & fauorem ferre debent.*
35 *Epiſcopi res Eccleſiæ adminiſtrant, & fructus diſtribuunt.*
36 *Epiſcopi de ſuis eccleſiaſticis portionibus non poſſunt ditare ſuos ad faſtum, & pompam.*
37 *Clerici habentes patrimonium de illo non de bonis Eccleſiæ viuere debent.*
38 *Habitatio Epiſcopi debet eſſe vicina Eccleſiæ in ciuitate.*
39 *Epiſcopi victus, & ſupellectile quale.*
40 *Epiſcopus ſi non recipiatur in ſua diœceſi quid iuris.*
41 *Officium Epiſcopi difficile, laborioſum, & periculoſum.*
42 *Negligentia Epiſcopi in pertinentibus ad eius officiũ eſt ſupplenda per ſuperiorem.*
43 *Epiſcopo infirmo datur adiutor.*

De officijs Epiſcoporum.
Tit. 9.

ELecti Epiſcopi publicati, ordinati, confirmati, & conſecrati Epiſcopalia officia explere debent, de illis
1 ideo nunc differendum eſt. † Quorum primum ac
præcipuum eſt, ne ab Eccleſia ſua Epiſcopus vltra annum
diſcedat ſine licentia, niſi ob cauſam Eccleſiæ neceſſariam
diutius abeſſe cogatur. §. & illud etiam Nouell. c. 6. §. illud
quoque Nouella c. 67. §. interdicimus Nouell. c. 123. cap. ex
geſtis 2. c. qualiter 9. de cleric. non reſid. 7. q. 1. c. peruenit,
c. placuit, c. propter, & Concil. Trident. in ſeſſion. 23. de reformat. c. 1. per totum. Nam ſuam Eccleſiam Epiſcopi deſerere prohibentur in allegatis iuribus Lancell. Inſt. de clericis non reſidentibus, D. Thom. 2. 2. q. 185. artic. 5. Nec ad
effectum ingrediendi religionem aliquam de arctioribus,
c. niſi cum pridem, de renunciatione cum alijs citatis per
Menochium de arbitrarijs caſu 423. Non modo monachi,
2 &c. † Nec minus ob vim maiorẽ ab ea diſcedere poſſunt
7. q. 1. c. ſuggeſtum, c. ſciſcitaris, c. aduerſitas in princ. vſq;
ad §. eſt & aliud. Sed ſi ſpecialiter Prælatus ipſe quæratur,
& ſine eo ſalua Eccleſia æquè poſſit, poterit eam ob vim
maiorem deſerere, d. c. aduerſitas, §. cum verò ſpecialiter.
Sed vi ceſſante, tunc ad ſuam Eccleſiam debet redire, d. q.
3 1. c. paſtoralis, c. ſciſcitaris, ver. & cum tranquillitas. † Si à
vitijs ſubditorum Prælatus affligatur, ita vt ſua præſentia
nihil proficiat, poterit ſuam Eccleſiam deſerere, d. c. aduerſitas, §. eſt & aliud, cum ſequentib. vſque ad q. 2. & 11.
q. 2. c. quando, & c. niſi cum 10. § propter malitiam, de renunciatione. D. Thom. vbi ſupra. Sed ſi inter malos ſubditos nonnulli boni ſint, in quibus ſpes ſit profectus: tunc. n.
boni propter malos non ſunt deſerendi, dict. §. eſt & aliud,
4 ver. cum autem à vitijs, & d. q. 1. c. vlt. in princ. † Epiſcopus
qui de ſua ad aliam Eccleſiam eſt tranſlatus, non dicitur
ſuam deſerere 7. q. 1. c. mutationes, c. ſcias, c. omnis, §. fin. c.
Epiſcopus, & id propter abſolutionem à vinculo prioris
Eccleſiæ, c. 2. de tranſlat. prælatur. Abbas in conſil. 101. nu.
7. lib. 2. Felin. in c. 2. nu. 7. ver. pro iſta. de conſtitutionibus
Franciſcus de Marchis deciſ. 1100. Quæritur de tali. Nam
legitimè tranſlatus deſinit prioris Eccleſiæ eſſe Epiſcopus
ſtatim. Io. And. in c quod ob gratiam. nu. 5. de reg. iuris, in
6. Abb. d. conſ. 101. & Rota in recẽtioribus deciſ. 475. nu. 5.
6. 16. 17. & per totam par. 1. Quod non idem erit ſi propria
authoritate non legitimè vocatus de ſua ad aliam Eccleſiã
tranſierit, d. q. 1. c. ſicut, §. ſi autem vtilitatis, c. ſicut vir, in
princ. c. quia frater, § illud verò, c. non propter, c. Epiſcopum, c. propter, c. remoto, & de conſecr. diſt. 4. c. non licet
5 in fine, & Apoſtolico canon. 13. † Planè ſi propria ſede depulſus, aut neceſſitate coactus ad aliam Eccleſiam tranſierit, ſuam non dr̃ deſeruiſſe 7. q. 1. c. mutationes, ver. non. n.
6 tranſit, c. ſcias, c. omnis, c. ſicut, §. ſi autem perſecutus, † niſi
ſi neceſſitate ceſſante ad priorem Eccleſiam nõ redierit, d.
q. 1. c. paſtoralis, c. ſciſcitaris, ver. & cũ tranquillitas. Si Apoſtolica authoritate non interueniente de ſua ad aliã Eccleſiam ſit tranſlatus, dr̃ hoc caſu ſuam deſerere, d. c. mutationes, §. fin. & c. 1. cum tribus cc. ſeq. de trãſlatione Epiſcopi, & c. ſi Abbatem 36. de elect. in 6. & canon. Apoſtolico
13. Hoſtien. in ſumma, & alij citati per Rotam in recẽtio-
7 ribus d. deciſ. 475. par. 1. † Item qui cum licentia ſuperioris Epiſcopali dignitati renunciauit, Eccleſiam ſuã deſerere non dicitur, c. admonet 4. & c. vlt. de renunc. Verũ ſi Papa renunciauerit, hic quia ſuperiorem non habet, ſine licẽtia alicuius renunciare poteſt, c. 1. eo. tit. in 6 qui totus cum
celeritate fuit compilatus, & publicatus de ordine Bonifacij VIII. ad iuſtificandam renunciationem Cæleſtini præ-
8 deceſſoris cum illo canon. 1. in lib. 6. inſerto. † Ille aũt epiſcopus, qui ſuæ Eccleſiæ eſt neceſſarius ad renunciationẽ
non eſt admittendus, c. 1. de renunciat. Nec minus ad renunciationem eſt admittendus ille, qui nullam iuſtã habet
renunciãdi cauſam 7. q. 1. c. Pontifices, §. epiſcopos, c. ſicut
vir. in princ. & c. quia frater, §. illud verò Euariſti. Hoc. n.
declaratur enumeratione cauſarũ, ex quibus renunciare
licet, in c. niſi cum 10. de renunciatione, & quod ibi dr̃ debilitas corporis probat ẽt d. c. ſicut vir. §. ecce his, & d. q. 1.
c. qualiter. & quod in d. c. 10. dr̃ malitia plebis probat etiã,
c. ad ſupplicationẽ 9. eo. tit. de renunc. Sed cauſis in d. c. 10.
enumeratis additur humilitas, ſi Epiſcopus monachus fieri deſideret 7. q. 1. c tẽporis, §. item cum aliquis 16. q. 7. c.
vlt. ver. Epiſcopus 18. q. 2. c. Abb. in princ. Planè ita ex hac
cauſa cedendi licentia conceditur, ſi ad pœnitentiam agendam, non ob labores vitandos monaſtica vita expetatur,
9 d. q. 1. c. ſuggeſtũ, & c. ſciſcitaris. † Non aliter aũt proficiſci
debẽt Epiſcopi, quã literas habeãt cõmendatitias ſui Metropolitani, vel Patriarchæ eius diœceſeos, quibus neceſſitas profectionis oſtendatur, §. non aũt aliter Nouel. c. 6. §.
10 interdicimus Nouel. c. 123. † Præterea ſingulis annis ſynodum ſiue conuentũ prouincialem Epiſcopi celebrare iubentur, §. quia verò, cum ſeq. Nouel. con. 123. & §. iubemus
aũt eadem Nouel. & infra tit. 120. nu. 13. & 14. & id de mẽſe Iulio, vel Septembri, vt in dictis §§. & Concil. Triden. in
ſeſſi. 24. c. 2. Quod aũt in eo agendũ ſit dr̃ infr. in d. tit. 20,
& definitur in Cõcil. Trid. ſeſ. 23 c. 1. & ſeſ. 24. c. 18. & ſeſ-
11 ſio. 25. c. 2. † Neminem aũt excõicabunt, niſi prius cauſam
monſtrẽt, quamobrẽ eccleſiaſtici canones hoc fieri iubeãt,
§. omnib. Nouel. c. 125. & 11. q. 3. c. nemo, & c. ſacro 48. §. caueat. de ſent. exc. & d. q. 3. c. nullus, c. plerunq;, c. cauſæ er-
12 go, 2. q. 1. c. nemo, ac ſupr. lib. 1. tit. 15. nu. 9. † Ac neq; proprijs manibus aliquẽ Epiſcopo verberare licet: ſi quidem
hoc alienũ eſt à ſacerdotibus, §. ac neque proprijs Nouel.
c. 123. diſt. 45. c. 1. cum c. ſeq. c. Epiſcopũ, c. cũ beatus, diſtin.
88. c. nõ liceat 1. q. 7. c. ſi quis oẽm, §. pen. & de clerico percuſſore, c. 1. canon. Apoſtol. 26. Contradicit d. c. cũ beatus, §.
Salomon. cũ ſequent. cui contradictioni reſpõdet Gratian.
in d. diſt. 45. c. duæ ſunt, §. ex his omnibus cũ ſequent. vſq;
13 ad c. vlt. † Ne aũt mercatores commodũ mercãdi excedãt,
Epiſcopi, quibus verus cultus eſt adiuuare pauperes, prouidere debent, multo minus debent cũ eis in perniciẽ pauperum ad proprium cõmodum negociari, l. 1. C. de epiſc.
aud. Itẽ ne captiui ab hoſtibus reuertentes iniurijs, aut damnis ædificantur curabunt, l. Chriſtianos 11. C. de epiſc. aud.
14 † Itẽ curare debent ne ſæculares, mimæ, meretrices habitu monachorum vtantur, l. mimæ 4. C. eod. §. in vniuerſũ.
Nouel. c. 123. Planè populum ſuum ſibi commiſſum docere, regere, & amare debent 7. q. 1. c. ſicut vir. §. Epiſcopum
diſtin. 36. c. vlt. & diſtin. 86. in princ. Concil. Trident. in ſeſſio. 5. de reformat. cap. 2. quia verò Chriſtianæ. In docendo
autem ſacrã ſcripturã non grammaticam Epiſcopus exponere debet, d. diſtin. 86. c. cum multa Concil. Tridentin.
in ſeſ-

in ſeſſ.5.de reform.ca.1.& 2.Populum ſuum corrigere de-
bet,c.irrefragabilis 13.in princ. de offic.ordinarij, diſtinct.
86.c.1.c.odio,c.facientis.23.q.4.c.duo iſta. Concilium Tri
dentinum in ſeſſ.14.de reformatione in procemio,ſed non
debet queinquam ſuis proprijs manibus verberare, vt di-
ctum fuit,nec minus ſeueritate corrigere, ſed blandimen-
tis,diſtinct.45.c.licet,c.qui ſincera,c.de Iudæis,c.licet,cap.
cum beatus in princ. Sed ſi in corripiendo modus exceſſe-
rit,à Domino non à ſubditis veniam petere debet, diſtinc.
86.c.quando. Crimina non probata non nominatim redar
guere debent Epiſcopi,ſed in genere,c.ſacerdos. 2.de offi.
15 ordinarij. † De criminibus inquirere,eaque punire poſsũt
Epiſcopi,& ſi opus fuerit brachium ſeculare implorabũt,
c.1.eod.tit.Concilium Tridentinum in ſeſſione 14.de refor
matione,c omnes Eccleſiarum.4. Sed in delictis puniendis
magis ad leges,quam ad quæſtum reſpicere debent,c.irre-
16 fragabilis.13.de offic. ordinarij. † Subditos autem ſump-
tibus,& exactionibus grauare minimè debent, capit.cum
Apoſtolus.6.§.prohibemus,de cenſibus,ca.1.de exceſſibus
prælator.10 q.3.c.quia cognouimus,c.cauendum,ca.inter
cætera,c.relatum,c.vlt.& 16.q.1.c.conſtitutum,c.nulli,ca.
prædicator. Extrauag.comm.1.§.ſecundo verò,de pœnis.
17 Niſi in charitatiuo ſubſidio.vt in initibus allegatis. Nouum
cenſum Eccleſijs imponere non debent,nec veterem auge
re,c.ſcientes.3.c.prohibemus.7.& ca.præterea.8.de cenſi-
bus.Clericos debent coercere,Clement.1.de offic.ordinar.
8.q.1.c.quod autem. Concilium Tridentinum in d.ſeſſio.
14.de reformatione in princ.& c.1.& ſequentibus: Epiſco-
pi,& Clerici ſibi honorem inuicem debent exhibere,& ſa-
cerdores,non domini Epiſcopi ſe eſſe meminerint 2.q.3.c.
1.in fine,diſtinct.95.c.eſto ſubiectus,c.Epiſcopus, cum ca.
ſequen. † Epiſcopi non debent grauare Presbyteros exa-
18 ctionibus, neque ſine ordine iudiciario eos condemnare,
cap.1.de exceſſ. prælator. † & ſine conſenſu Capituli nihil
19 debent adminiſtrare,d.c.1.ver.aut ſine iudicio,c.1. cap.no
uit 4 c.quanto.5.de his,quæ fiunt à Prælatis. niſi conſuetu
do loci extet in contrarium,c.non eſt.3. de conſuetud.in 6.
† Verum Abbas ſine conſenſu Conuentus poteſt dare li-
20 centiam monacho ad aliam Eccleſiam ordinato tranſeun
di,c.religioſus,17.§.quia ergo.de elect.in 6.Non tamen po
teſt Epiſcopus Eccleſiam alteri ſubiectam ab eius ſubie-
ctione,& obſequio liberare,c.ad hæc 2.de exceſſib. præla-
tor. † Sed & Epiſcoporum officia, & iura, quæ habent in
21 monaſterijs, & monaſteriorum perſonis deſcribuntur in
c.conquerente.16.de offic.ordinarij,& 18.q.2. c.viſitandi,
c.Eleuthenus,& c.vlt.in ca.periculoſo de ſtatu monachor.
in 6.& in Concilio Tridentino ſeſſione 25.c.Bonifacij V.de
regularibus,& monialibus, & capitulis ſequẽtibus. Habẽt
enim Epiſcopi contra regulares vtriuſque ſexus ſuæ diœ-
ceſis priuatiuè quoad alios, & Abbatem iuriſdictionem,
quando procedituer in forma, & figura iudicij, & eorum
delicta ſunt communia, quia ſcilicet offendunt communẽ
omnium conuerſationem,c.cum perſonæ de priuileg. in 6.
c.cum contingat,de foro compet.c.1.de offic.ordinarij. 16.
q.2.c.1.q.7.c.omnes Baſilicæ. Concilium Tridentinum in
d.ſeſſ.25.de regularibus, & monialibus per totum cum al-
legatis inferius,numer.24. Rota diuerſorum in recentiori-
bus deciſ.15.& 17.& 121.per totas. Non tamen monaſte-
ria ſumptibus, & exactionibus, alijſque oneribus poſ-
ſunt grauare,d.c.conquerente.16.de offic.ordinarij,ver.tu
autem,& d.c.viſitandi,verſ.vt grauamen aliquod.Clemẽ.
ad noſtram.2.de cenſibus,ca.in ſingulis.7.§.porro, de ſtatu
monachor.Clement.1.de exceſſ.prælator.17.q.4 cap.hanc
ergo in princ.18.q.2.c.quam ſit,§.hanc ergo,c.luminoſo,§.
fin.& c.vlt.§.Canonica. Non debent moleſtare monaſteria
præter quam cauſa correctionis,nec eiſdem oblata debent
Epiſcopi ſibi vindicare,ca.1.de ſtatu monachor. Iniuriam
verò monaſterijs illatam debent vindicare, c.in ſingulis.7.
§.fin.eod.tit. In ſpiritualibus non debent eſſe monachis im
pedimento,c.nimis iniqua.16.ca.nimis prona 17. de exceſſ.
prælat.& ideo Miſſas in monaſterio celebrari, & mortuos
ſepelliri prohibendi non ſunt,16.q.1. ca.Agapitus 13.ex D.
Gregorio lib.1.epiſt.12. Monachos verò contra propriam
regulam delinquentes per Abbatem corrigi facere debẽt,
eiſque pœnitentiam iniungi,c.ea,quæ.8.in princ.ver.ita ta
men de ſtatu monachor. Contumaces,ac rebelles regulari
cenſura debent percellere abſque perſonarum reſpectu,
d.c.8.§ ipſi etiam viſitatores.17.q.1. c.& quia, & D. Gre-
gor. libr.1.epiſt.4.in fine.vnde ſumitur. Rota diuerſorum
22 in recentioribus deciſ. 15.17.20. & 69. part.1. † Viſitantes
monaſteria non tenentur accipere monachos illius mona-
ſterij pro tabellionibus, nec debent eſſe ſoli, ſed duos, vel
tres Clericos cum notario,qui etiam Clericus ſit ſecum de-
bent aſſumere,nec ſæculares ſecum introducere, c.vt iux-
23 ta.17.de offic.ordin. Extrauag.comm.1.eod.tit. † Et de vi-
ſitandis monialibus ſpecialiter habetur in Clement. atten-
dentes.2. de ſtatu monachor. & infra tit.vlt. † Nam iuriſ-
24 dictioni Epiſcoporum omnes Eccleſiæ monaſteria, atque
perſonæ eius diœceſis ſubiectæ ſunt, c.de Xenodochijs. 3.
c.cum venerabilis.7.c.cum dilectus 8.de religio.domib.ca.
cum olim.19.de cenſibus 16.q.1.c.qui verè.18.q.2.ca.mo-
naſteria,c.cognouimus.& dum dicitur perſonæ omnes in-
cluduntur etiam Imperator, Reges, & omnes Principes
temporales eius diœceſis,omnes enim in ſpiritualibus ſub-
ſunt ſuo Epiſcopo, vt ex D. Gregorio Nazianzeno ad Ci-
ues timore perculſos. ex D. Ioanne Chriſoſtomo, libr.1.de
ſacerdotio, ex D. Ambroſio de dignitate ſacerdotali, ca.2.
& ex D. Gregorio in Epiſtola ad Mauritium Imperatorẽ,
& vt ex aſſertione Conſtantini Magni, & ex alijs probat
Card. Bellarminus in opuſculo de officio Principis Chri-
ſtiani lib.1.cap.5 Sacerdotes enim honore,ac maieſtate æ-
quiparantur Regibus 12.q.1.c.duo ſunt. Immo ſecũdum
D. Ioannem Chriſoſtomum Sacerdotium Principatus eſt
etiam Regno venerabilius,ac maius in 1 homil.5. in Iſa.6.
Malach.2.Apoc.1.c.ſolitæ,de maiorit.& obed.diſtinct.63.
c.Valentinianus,diſtinct.95.c.Epiſcopus,diſtinct.96.capit.
duo.cum ſequen. & ita decernitur in Concilio Tridentino
25 ſeſſ.25.ca non poteſt.17. † Omnes etiam Eccleſiæ, & mo-
naſteria eius Prouinciæ, quæ viſitatur ad procurationes
viſitatorum conferre tenentur,c.ſopitæ.15.de cenſibus.&
ſi nunquam,vel multis annis procurationes non ſoluerint,
c.cum ex officij.21.de præſcriptio.c.venerabilis.24.de cen-
ſibus,& infra titu.vlt. Nec refert,quod Eccleſiæ ſint de no-
uo conuerſæ,c.ſuper eo.22.de cenſibus. Vel quod ſitæ ſint
in propria diœceſi viſitantis, d.c.24.ver. quod eorum mo-
26 naſterium, vbi glo. † Verùm ſi priuata oratoria ſint, non
tenentur,c.vlt.eod.tit. Vel ſi habent ſpecialem immunita-
tem,quia generalis non ſufficit, Clement.1.ver. niſi forſan.
27 de cenſibus,c.cum venerabilis.21.eod.tit. † Præterea Epi-
ſcopi magiſtros, & artium Doctores debent conſtituere,
diſtinct.37.c.de quibuſdam,& infra lib.4.titul.29. Debent
ſubſtituere viros idoneos, qui populum doceant, confeſ-
ſiones audiant,& cætera, quæ ad ſalutem animarum per-
tinent peragant,c.quoniam.14.c.inter cætera.15.de officio
ordinarij Concilium Tridentinum in ſeſſione 5. de refor-
matione,c.quia verò.2.in ſeſſ.24.c.prædicationis.4. de re-
formatione,& in ſeſſ.23.de reformatione,c.quamuis preſ-
28 byteri.15. † Oeconomum,ſeu Vicedominum debent Epi-
ſcopi habere,diſtinct.89.c.volumus,c.Diaconum, ca.quia
in quibuſdam.16.q.7.ca. quoniam in quibuſdam,& infra
tit 37. Sede autem vacante illius inſtitutio pertinet ad Ca-
pitulum. Concilium Tridentinum in ſeſſ. 24. de reforma-
tione,ca.capitulum 16. Sed fidelibus,ac diſcretis Viris offi-
cia Eccleſiæ debent Epiſcopi committere,c.cum ad.6.§.ta-
les autem.de ſtatu monachor. Non autem propinquis,vel
amicis ſuis,diſtinct.89.c.decentes.12.q.1.ca.Epiſcopus, &
Canone Apoſtolico 37. Nec laicis, d.diſtinct.89. ca.indica-
tum,& 12.q.2.c.ſancimus in princ.ca.Diaconi.§.fin.16. q.7.
c.in nona,& ita admonet D. Gregorius lib.7. epiſtol.ca.66.
29 epiſt.66.in fine,& infra tit. 37. † Verum vni duo Eccleſia-
ſtica officia non debent committere,d.diſtinct 89. in prin-
cip.§.in diſpoſitione cum c.ſequen.& c.vlt. & ſupra lib.2.
tit.5.num.33. Domui verò ſuæ oportet Epiſcopos eſſe be-
nè præpoſitos,diſtinct.89.in princip. Nullius rei familiaris
curam ad ſe debent reuocare,diſtinct.88.c.Epiſcopus. Nõ
eſt æquum,inquiunt Apoſtoli Act.6. nos derelinquere ver
bum Dei,& miniſtrare menſis. Quod idem faciendum eſ-
ſe Epiſcopis Apoſtolorum ſucceſſoribus docet Concilium
Carthaginenſe 4.c.20.his verbis. Epiſcopi nullam rei fami
liaris curam ad ſe reuocent,ſed lectioni,& orationi,& ver
bi Dei prædicationi ſolummodo vacent. De qua re S. Ber-
nardus ita loquitur in lib.4.de conſideratione, ca.9. Quid,
inquit, Epiſcopo turpius, quam incumbere ſupellectili, &
ſubſtantiolæ ſuæ? Scrutari omnia, ſciſcitari de ſingulis,
mordeti ſuſpicionibus, moueri ad quæcumque perdita,
vel neglecta? Non ſic ille Ægyptius,qui Ioſepho omnibus
tra-

Digitized by Google

traditis, ignorabat quid haberet in domo ſua. Erubeſcat
Chriſtianus Chriſtiano ſuo non credens. Homo ſine fide,
fidem tamen habuit ſeruo, ſuper omnia bona ſua conſti-
tuens eum,& hic erat alienigena. Mira res,ſatis ſuperque
ad manus habent Epiſcopi, quibus animas credant, & cui
ſuas committant facultates non inueniunt. Optimi videli-
cet æſtimatores rerum,qui magnam de minimis,paruam,
aut nullam de maximis curam gerant. Sed vt liquido da-
tur intelligi,patientius ferimus Chriſti iacturã, quam no-
ſtram. Quotidianas expenſas quotidiano reciprocamus
ſcrutinio,& continua Dominici gregis detrimenta neſci-
mus. De pretio eſcarum,& numero panum cum miniſtris
quotidiana diſcuſſio eſt; rara admodum cum presbyteris
celebratur collatio de peccatis populorum. Cadit Aſina,
& eſt, qui ſubleuet eam, perit anima, & nemo, qui repu-
tet. Nec mirum,cum ne noſtros quidem ſentiamus defe-
ctus. Domeſticorum immoderatam familiaritatem debẽt
Epiſcopi vitare,diſtinct.34.ca.1. Liberos ſuos in ſæculari-
bus literis non debent inſtituere, diſtinct.37.cap.legant.A
paruulis, & minimis diſcere ne erubeſcant, diſtinct.38.ca.
vlt.Papæ obedientes,ac fideles eſſe debent, c.vlt.de exceſſ.
30 prælator.Extrauagan.comm. t.de pœnis. † Singulis annis
Apoſtolorum liminibus ſeſe debent repræſentare, diſtin-
31 ctione 93.cap.iuxta. † Viduis,& Orphanis Eccleſiæ præſi-
dium implorantibus debent ſubuenire,diſtinct.87.in prin
cip.cum ſequent.vſque ad ca.irreligio.cum reſtrictione,de
qua in diſtinct.88. ca.Epiſcopus gubernationem. Libertos
in ſua libertate tueri debent,diſtinct.87.c.libertos,& ca.li-
berti.Pauperibus,& infirmis debent ſubuenire,diſtinc.62.
in princ.cum ca.ſequen.diſtinct.84.in princ.cum ſequenti-
bus.8.q.1.c.Clemens Canone Apoſtolico.37.& 58.Debent
eſſe liberales,diſtinct.86.c.fratrem.In concernentibus pie-
tatem habent laicos ſubiectos,ca.1.de empt.& vendit. vbi
Innocent. quos ideo cogere poſſunt in caſu neceſſitatis ad
eleemoſynam, & hoſpitalitatem exercendam. Steph. Au-
frer.de poteſtate Eccleſ.ſuper laicis,num.3.Non debent ra
pere aliena,nec res Eccleſiæ in ſuos vſus conuertere,diſtin-
ctione 93.c.Diaconi ſunt,§.nunc autem.10.q.2.ca.Epiſco-
pus,§.ſi autem 12.q.1.c.Epiſcopus,§.ſi autem,& aliter,ca.
nulli.q.2.c.monemus,& ca.non habent. Canone Apoſtoli-
32 co. 37. † Præterea prouidere debent Epiſcopi, ne adole-
ſcentiores fœminæ in famulatu ſint Clericorum, diſtin.8.
33 ca.penult. † Clericos, vel monachos debent habere cubi-
cularios.2.q.7.c.cum paſtoris,ca.nullus monachus,§.final.
Imò vbique Clericos ſecum habere, nec ſoli viuere debẽt,
d.q.7.c.vlt.in princ.& de conſecrat.diſtinct.1.ca.iubemus.
Prauos in ſua familiaritate non debent habere,ſed proba-
tæ vitæ viros,d.q.7.c.peruenit,& c.vlt. Sed & vnus Epiſco
pus non debet alterius plebem vſurpare, nec alterius pa-
rochiæ terminos,aut ius inuadere.7.q.1.cap.placuit,cap.
Epiſcopus,c.Epiſcopi,c.non inuitati.13.q.1.in princip.cum
cap.ſequen.25.q.1.c.quæ ad perpetuam,q.2.ca. in Gallia-
rum,diſtinct.92.c.ſi qui Epiſcopi, ca.penult.& cap.nullus.
3.de parochijs,& Canone Apoſtolico.15. & infra tit.63. in
fine. Niſi triginta annorum præſcriptione tueatur,13.q.2.
cap.1.in princ.ſed contradicit, d.c.1.§. at illi.cui contradi-
34 ctioni ſatisfacit Gratianus in 16. q. 3. † Epiſcopi ſanè ſibi
inuicem conſilium,auxilium,& fauorem ferre debent, di-
35 ſtinct.23.c.communis. † Præterea ipſi res Eccleſiæ debent
adminiſtrare 10.q.2.in princ.c.Epiſcopus,12.q.1.c.Epiſco-
pus in princ.c.res Eccleſiæ,16.q.2.c.præcipimus ver. & vt
in diſpoſitione,q.3.c.præſulum,q.7.in princ.ver.generali-
ter,c.1.§.has verò,c.omnes,c.nulli,ver.imò ſicut.& Cano-
ne Apoſtolico.37.& 40.Innocen.in c.veniens ſub num.5.de
præſcript.Bald.in margarita ad Innoc. in verbo Prælati ha
bent adminiſtrationem Reduanus de rebus Eccleſ.non a-
lienan.quæſt.52.num.9.& ſequen.& nume.17.& ſequent.
Modus autem adminiſtrandi, & diſtribuendi res Eccleſiæ
in quatuor portiones hic videlicet ſtatutus eſt, vnam ſibi,
aliam Clericis pro eorum iudicio, & electione diſpertiant,
tertiam pauperibus ſub omni conſcientia faciant erogari,
fabricis verò quartam, vt ex iam citatis conſtat. & proba-
tur 12.q 2.c.vobis.23.c.Vulterranæ.25. c.quatuor,27. c.de
redditibus.28.c.cognouimus,c.mos,ca.ſancimus,& q.1.in
princ.& per totam.16.q 1.ca.ad hoc. & Canone Apoſtoli-
co.40. Sanè pro quarta parte tertia Epiſcopis attribuitur
in d.q.1.cap.conſtitutum.Sed hoc pro diuerſitate locorum
variari teſtatur Gratianus in d.q.1.capit.nulli,& 25.q.1.in
36 princ.10.q.1.c.de his, c.antiquos. † Sed an ex hac ſua por
tione poſſint ditare ſuos conſanguineos, & familiares? &
quod non ad faſtum,& pompam,& quod dantes, & reci-
pientes teneantur ad reſtitutionem dicunt tremebundi Ca
nones in 1.q.3.c.peruenit,& 16.q.7.c.peruenit 3.quos citat.
Petrus Gregor. Tholoſanus de beneficijs,c.5.nu.8.& adeſt
Concilium Tridentinum in ſeſſ.25.de reformatione,capit.
optandum eſt,vt ij,qui Epiſcopale miniſterium,1.§.omni-
no verò.& ſunt antiquiores Canones in 12.q.2.c.quiſquis,
c.ſiue manifeſtæ,c.Epiſcopus, c.res Eccleſiæ cum ſequent.
& adſunt dicta D. Hieronymi, & D.Bernardi relata per
Card.Bellarminium in opuſculo de arte benè moriendi li-
37 bro 1.c.14.ver.ſed ne quis. † Immo ſi Clerici habeant bo-
na patrimonialia, non poſſunt pro ſua ſubſtentatione ero-
gare bona,& redditus Eccleſiæ, vt 1.q.2. ca.Clericos cum
tribus ſequent.c.Paſtor.Eccleſiæ,& 23.q.7 c.quod autem,
& q.8.c.conuenior. Tholoſanus de beneficijs,c.5.num.4.D.
Proſper de vita contemplatiua,c.9.10.11.& 12.Si bona pa-
trimonialia ſufficiant pro eorum alimentis, & ſubſtenta-
tione. Hoc idem dicitur in Canone Apoſtolico 41. Epiſco-
pus accipiat ex bonis Eccleſiæ pro ſua ſubſtentatione, ſi ta
men indiget. Hoc idem repetitum eſt in Concilio Antio-
cheno,ca.25.Et qui ex patrimonio viuere poteſt,non indi-
get ſubſtentatione,quia illã ex patrimonio habet, nec ideo
poteſt pro ſe erogare fructus, & bona Eccleſię, multo mi-
nus pro coniunctis,& familiaribus ditandis. Hinc Dantes
in Paradiſo Cantilena 27. ex perſona D. Petri hac de re in-
dignati cecinit ita.

Non fu la ſpoſa di Chriſto allenata
Del ſangue mio,di Lin,di quel di Cleto,
Per eſſer ad acquiſto d'oro vſata:
Ma per acquiſto d'eſto viuer lieto
E Siſto, e Pio, e Caliſto, e Vrbano
Sparſer lo ſangue,dopò molto fleto.

Non obſtat gloſ.& Turrecremata in d.1.q.2.cap.Clericos.
quia intelligendi ſunt de illis Clericis, & Prælatis, qui non
habent ſufficiens patrimonium, & indigent ſubſtentatio-
ne, quibus debetur vna ſibi ſtatuta portio, vt ſupra. Huic
ſententiæ adhæret Cardinalis Bellarminius, de Clericis lib.
1.ca.27.de bonis ſæcularibus,quam puto veram ex allega-
tis,& ſignanter propter Concilium Tridentinum in d.ſeſſ.
25.de reformat.c.optandum eſt,1.§.omnino verò.ſupra ci
tatum.& hanc tenet Tholoſanus,vbi ſupra num.5.6.& ſe-
quentib. Contrarium tenet,& nititur probare Viui. opin.
100.ſed fruſtra cõtra ſupra citatos Canones claros, quibus
velit nolit ſtandum eſt.Planè Epiſcopi die Dominico Eccle
ſiæ cui proximi ſunt deeſſe nõ debent,de conſecr.diſt.3.ca.
38 Epiſcopus. † Habitationẽ ſuã non longè ab Eccleſia debẽt
habere,diſt.41.c.Epiſcopus in fi.& ſic in Ciuitate,nõ in vil-
lis,23.q.4.capit.ſi quis,§ Conſilium,ver.ipſe verò primas.
39 † Sed & vilem ſupellectilẽ, & menſam, ac victũ pauperẽ
debent habere,d.c.Epiſcopus,7.diſt.41.& Concil.Trident.
ſeſſ.2.Decretum de modo viuendi,& in ſeſſ.25.de reform.
c.optandum.1.§.quapropter.& Concil.Carthaginenſe 4.c.
15.Nobilem verò ſupellectilem,mundam,nitidã, atque il-
luſtrem,in quantum poterunt,è contra pro ſacris miniſtrã
dis, atque operandis debent habere, vt dicit Card. Bellar-
minius de Gemitu Columbæ lib.2.c.5.in fine. contrarium
expertus apud Epiſcopum nobilem,& diuitem nobiliſſimã
domi ſupellectilem habentem,in Eccleſia verò vilẽ,& ſor-
didã Venationibus operã dare prohibentur, diſt.34.c.1.&
d.tit.5.Lectioni enim, & orationi debent vacare, 2.q.7.ca.
vlt.in prin.Alia verò officia Epiſcoporum enumerãtur ſu-
pra tit.5.& præſcribuntur in diſt.25.ca.1.§.ad Epiſcopum.
Non debent eſſe cupidi vindictæ,vel ad vindicandum fa-
ciles,diſt.86.c.ſi quid verò,c.tanta. Non ſeueritate,ſed blã
ditijs ad fidem, & virtutes homines prouocent, vel corri-
gant,diſt.45.c.licet,c.qui ſincera,c.de Iudæis,cap.licet, ca.
cum beatus,vt ſuperius quoque dictum fuit. Cauere etiã
debent ne ſermone incauto vulnerent conſcientiam infir-
morum,diſt.45.c.vlt.Non debent eſſe litigioſi,arrogantes,
aut tumidi,diſt.46.cap.1.diſtinct.90.in princip.8.quæſt.1.
ca.illud inferendum Neque debent facere fuſtigari quem-
quam crudeliter,c.præterea.2.de Clerico percuſſore.Præ-
terea Epiſcopos decet eſſe virtutibus ornatos,atque hoſpi-
tales,diſt.40.in prin.cum ſequentib.vſque ad c.ſi Papa,ca.
ſicut vir.c.illud,cap.quælibet,ca.Adam. quod & ſupra in
tit.5. fuit oſtenſum. Diſcordantes ad concordiam debent

Digitized by Google

reuocare, diſtinct. 90. in principio, ver. quia qui ſua, capit. 1.
cap. ſtudendum, cap. placuit, cap. ſi quis. & capit. vlt. Pere-
grinantes in vlteriorem familiaritatem non debent admit-
tere. Apoſtolico Canone 32. §. & quidem. Cum hæreticis
preces coniungere non debent; nec permittere eos Cleri-
cos eſſe, aut eorum baptiſma, ac ſacrificium ſuſcipere. Ca-
none Apoſtolico 44. cum ſequent. & fuit probatum ſupra
40 tit. 2. † Sed ſi Epiſcopus in ſua Diœceſi à populo non reci-
pitur, non ſuo vitio, vel culpa, vel ad eam propter hoſtili-
tatem ire non poſſit, debet expectare quid ſtatuat Syno-
dus, vel ad aliam mitti, quæ Epiſcopo indigeat iturus ad
ſuam impedimentis ceſſantibus, diſtinctione 92. ca. ſi quis.
4. cum cap. ſequent. & cap. ſi qui Epiſcopi. 6. & 7. quæſtio-
41 ne 1. §. Paſtoralis 42. † Ex præmiſſis itaque, & alijs appa-
ret Epiſcopi officium eſſe difficile, laborioſum, & periculis
plenum, vt diſtinctione 40. cap. ante omnia, & alibi repe-
ritur, In quo ideo exercendo non debent Epiſcopi eſſe ne-
gligentes, diſtinctione 83. cap. vlt. §. ſicut autem, diſtinctio-
ne 84. in princip. cum cap. ſequen. cap. nunciatum. 8. quæ-
ſtione 1. cap. olim. Canone Apoſtolico 57. Verum tamen ſi
non fecerint officium ſuum, interdum pro facto habetur,
quod fieri oportuit, exemplo ca. 1. de ſupplenda neglig.
42 prælator. † Et ceſſante aliquo in ſuo iure exercendo, ius
iſtud ad alium, præſertim ſuperiorem deuoluitur, qui ne-
gligentiam ſupplet inferioris, cap. ſicut. 2. cap. licet 3. eod.
tit. cap. ſignificauit 6. & cap. quando 7. in fine, cap. irrefra-
gabilis 13 ver. exceſſus tamen. de offic. ordinar. cap. quam-
quam. 18. de elect. in 6. diſtinct. 89. cap. volumus, ver. ſi ve-
43 rò negligentem, & infra nt. 18 num. 9. † Et ſi propter infir-
mitatem Epiſcopus ſuum officium explere non poteſt da-
tur illi adiutor. exemplo. c. grandi. de ſupplend. neglig. præ
lat. in 6. cap. 1. de Clerico ægrotante in 6. 7. quæſt. 1. cap. 1. c.
petijſti, cap. quia frater. Plura de Epiſcopis, & alijs Eccle-
ſiæ Dei Prælatis proponuntur per Lancellottum inſtit. de
vita, & honeſtate Prælatorum in Syntagm. comm. opin. lo
co 1. titul. 7. cap. 1. & ſequent. & in Polyanthea in verbis Epi-
ſcopus, Prælatus, hactenus de officijs Epiſcoporum breuiſ
ſimè dicta ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias Epiſcopus liber à patria poteſtate.*
2 *Epiſcopi poſt ordinationem ab omni deteriori fortuna liberi, limitatur num. 3.*
4 *Epiſcopi non ſunt vocandi ad iudicem ciuilem, vel militarem.*
5 *Iudex competens Epiſcopi Metropolitanus, vel duodecim Comprouinciales Epiſcopi.*
6 *Epiſcopus in cauſa criminali præcedente monitione in ius vocandus, limitatur num. 7.*
8 *Metropolitanus in ius vocandus apud Patriarcham.*
9 *Epiſcopus conuentus non tenetur fideiubere.*
10 *Epiſcopi accuſati non damnandi inconſulto Papa.*
11 *Sportulæ non ſunt Epiſcopo ſoluendæ, nec ab ipſo accipiendæ.*
12 *Epiſcopum calumniantis pœna.*
13 *Epiſcopi non cogendi ad teſtimonium perhibendum.*
14 *Sententia Epiſcopi lata ex compromiſſo habet vim rei iudicatæ, & non appellatur ab ea.*
15 *Epiſcopi portio in oblationibus, & alijs rebus Eccleſiæ.*
16 *Canonica portio ex quibus non debeatur Epiſcopo.*
17 *Epiſcopus ex portione Canonica Eccleſias debet reparare, & habet fiſcum.*
18 *Inuaſor rerum Epiſcopi punitur, vt inuaſor rerum Eccleſiæ.*
19 *Epiſcopus de acquiſitis poſt Epiſcopatum, quomodo poſſit diſponere.*
20 *Eccleſia ſuccedit Epiſcopo in acquiſitis poſt Epiſcopatum.*
21 *Confugiens ad domum Epiſcopi non eſt ab ea auferendus.*
22 *Armatam familiam poſſunt retinere Epiſcopi.*

De priuilegijs, ac poteſtate Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum. Tit. 10.

INter priuilegia Epiſcoporum ordo dignitatis enumera-
tur, in quo primum locum obtinet Romanus Pontifex
Summus, vt fuit ſupra tit. 7. ex legibus, & Canonibus
comprobatum, & probat D. Thomas in ſupplemento ſum-
mæ, quæſt. 40. artic. 6. & deinceps alij ibi d. titu. 7. ex ordine
numerati, quibus quamuis inferioribus Romani Pontifi-
cis, tamen Pontificis nomen non inconuenit, cum quando-
que eis tributum fuiſſe pluribus in locis appareat, vt 8. q.
1. c. Epiſcopo, diſtinct. 50. c. abſit, diſtinct. 1. c. diuinis. de con
ſecrat. & diſtinct. 2. c. 1. eod. & notatur in diſtinct. 4. c. ſi Pa-
pa. Duaren. lib. 1. c. de beneficijs. Cucchus inſtit. de Summo
Pontifice, num. 64. & conſtat apud D. Gregorium in pluri-
bus Epiſtolis, quas ſcribit Epiſcopis. Vt enim legum origi-
nem anterior Roma ſortita eſt: ita & Summi Pontificatus
apicem apud eam eſſe nemo eſt, qui dubitet. Nouella c. 10.
in princ. Eſt enim ipſe primus in hierarchia Catholicę Ro
manæ Eccleſiæ, diuina ordinatione inſtituta, quæ conſtat
ex Epiſcopis Presbyteris, & Miniſtris, vt docet Concilium
Tridentinum in ſeſſ. 23. per totum. & de ſacramento ordi-
1 nis Canone 6. † Porrò filiusfamilias Epiſcopus factus, hoc
ipſo patria poteſtate liberatur, & ſui iuris efficitur, §. ſi con
2 tingat. Nouella c. 123. † Sed & à ſeruili, & adſcriptitia, nec
non à curiali conditione, & fortuna Epiſcopi poſt ordina-
tionem liberi efficiuntur, §. poſt ordinationem, d. Nouella
3 c. 123. † niſi Decurio, aut cohortalis præter ſupra dictam
obſeruationem ordinati ſint: hi enim remoti ab Epiſcopa-
tu, Curiæ; aut cohorti ſuæ reddi iubentur, d. §. poſt ordina-
4 tionem. † Præterea Epiſcopi ad iudicem ciuilem, vel mili-
5 tarem in ius vocandi non ſunt. † Illis enim iudex compe-
tens eſt Metropolitanus: à quo prouocatio facienda eſt ad
Archiepiſcopum illius diœceſeos, & Patriarcham, §. præte
rea nulli. Nouella c. 123. & 3. q. 6. c. ſi quis. 6. q. 4. cap. ſi quis
Epiſcopus. 11. q. 1. ca. nullus Epiſcopus. & Canone Apoſto-
lico. 73. Vel illis ſunt iudices competentes Epiſcopi Com-
prouinciales, vt in Canonibus allegatis: & quidem non a-
pud vnum Comprouincialem Epiſcopum ſunt conuenien
di, ſed apud duodecim, quos ipſi elegerint. 3. q. 8. in princ.
cum c. ſequen. c. vlt. 5. q. 4. c. duodecim, & in legitimo Syno
do ſunt damnandi, d. q. 4. in princ. cum c. ſequen. 11. q. 1. ca. ſi
Clericus, §. & ſi Clericus. Niſi à Papa ipſo damnentur, d. q.
4. c. duodecim. §. quod verò. & §. ſaluo. Sed ex Conſtitutio-
ne Sacri Concilij Tridentini ante dicti olim Epiſcoporum
competentes iudices in cauſis grauioribus, quæ depoſitio-
ne, ac priuatione dignæ ſunt contra Epiſcopos nõ poſſunt
procedere, niſi ad hoc ſpecialiter à Papa electi fuerint, qui-
bus ſolis eſt ab eodem committenda, vt in 24. ſeſſ. de refor-
mat. c. cauſæ criminales 5. Nec talis commiſſio vnquã plus
his tribuat, quam vt ſolam facti inſtructionem ſumant,
proceſſumque conficiant, quem ſtatim ad Romanum Põ
tificem tranſmittant reſeruata eidem Sanctiſſimo ſenten-
6 tia diffinitiua, vt in d. ca. cauſæ criminales 5. † Nec ſine ad-
monitione præcedẽte in ius ſunt Epiſcopi vocandi pro cri
minali cauſa. 2. q. 7. c. accuſatio §. ſed ſi quis, ca. ſi quis erga,
& c. ſacro. 48. de ſentent. excommu. c. reprehenſibilis 26. in
princ. c. cum ſpeciali 61. de appellat. c. ſtatuimus. 3. ca. Ro-
mana 5. §. ſed nec in ſpecie, de ſentent. excomm. in 6. Cano-
ne Apoſtolico. 3. Concilium Tridentinum in ſeſſ. 14. de re-
formatione, c. quia verò 6. Modus verò monitionis præmit
tendæ deſcribitur in c. conſtitutionem 9. de ſent. excomm.
in 6. exemplum proponitur in c. 1. Extrauag. comm. de fur-
7 tis. † Sed ſi facti neceſſitas celeritatem flagitet, monitio nõ
eſt præmittenda, d. c. conſtitutionem 9. ver. niſi facti neceſ-
ſitas. Vel ſi crimen tale ſit, quod ipſo iure excommunica-
tionem mereatur ſine ſententia, d. c. reprehẽſibilis 26. ver.
niſi fortè talis ſit culpa. Sed ex eo, quod non excommunica
tionis, ſed ſuſpenſionis, vel interdicti ſententia ſit ferenda,
non eſt ideo monitio omittenda, ſed præmittenda, c. ſtatu-
8 tum. 13. de ſent. excom. in 6. † Quod ſi Metropolitanus in
ius vocetur apud Patriarcham illius diœceſeos eſt conue-
niendus ſine monitione in ciuilibus cauſis, in criminalibus
verò cum monitione, vt dictum eſt, d. §. præterea. Nouella
9 c. 123. cum alijs ſupra citatis. † Pro quibuſcumque autem
cauſis Epiſcopi conueniantur, ſiue apud Metropolitanum,
ſiue apud Patriarcham, ſiue apud alios quoſcumque com
petentes iudices, nulla ab ijs fideiuſſio, aut confeſſio de li-
te exigenda eſt, ita tamen, vt & ipſi ſtudeant illatis ſibi ac-
cuſationibus ſe eximere, §. pro quibuſcumque cauſis. No-
uella conſt. 123. faciunt allegata ſupra lib. 2. tit. 24. omne. 7.
10 † Sed Epiſcopi accuſati non ſunt à competentibus iudici-
bus inconſulto Papa damnandi. 3. q. 6. c. diſcutere, c. accuſa
tus, vel iudicatus, c. quamuis, c. nullum, c. dudum, cum ſe-
quentib. vſque ad c. peregrina. q. 8. ca. 1. §. iudices. ver. finis
verò 9. q. 3. cap. vlt. ver. & ſi inter eos. Concilium Tridenti-
num in ſeſſ. 24. de reformatione, capit. cauſæ criminales. 5.

Muno-

Digitized by Google

Minores verò criminales cauſæ Epiſcoporum ex diſpoſitio Concilij in dict. cap. 5. in fine, in Concilio tantum Prouinciali cognoſcuntur, & terminantur, vel à deputandis per Concilium Prouinciale. Quod Concilium ſequendo Canones, & Summi Pontificis exemplum non committet
11 eas, niſi Metropolitanis, aut Epiſcopis Prouinciæ. † Sportulas quoque Epiſcopi ſoluere non coguntur, §. Epiſcopus. Nouella conſtit. 123. & quidem optima ratione cum illas accipere, & ipſi prohibeantur. cap. cum ab omni de vita, & honeſt. cleric. Pro rebus Eccleſiæ ſuæ nomine conueniri
12 non poſſunt, d. §. Epiſcopus. † Qui autem criminaliter Epiſcopum accuſauerit, & calumniatus fuerit: triginta pondo auri pœnam inferre fiſco iubetur, l. ſi quis aa. in princ.
13 C. de Epiſc. & cleric. & 3. q. 4. cap. hi, qui. † Præterea ad dicendum teſtimonium Epiſcopi non ſunt cogendi, vt dictũ eſt ſupra lib. 2. de teſtibus tit. 32. Impunè perſequi, nec vim inferri eis poteſt. 3. quæſt. 5. cap. accuſatoribus, §. ſecretus, ver. & hi, qui. 17. quæſtione quarta, capit. ſi quis deinceps. 24. quæſtione 3. cap. quiſquis per dolum. Et qui detegũt inſidias Epiſcopis paratas præmio ſunt honeſtandi, d. §. ſe-
14 cretò. † Compromitti autem in Epiſcopos vtriuſque litigatoris conſenſu poteſt: quo facto, eius ſententia rei iudicatæ vim obtinebit, adeo vt ab ea prouocari non poſſit, l. ſi qui 7. l. Epiſcopale 8. C. de Epiſc. audien. Nam prima iuriſdictio in Chriſti fideles etiam in cauſis ciuilibus eſt Epiſcoporum, quia Chriſtus fundamentum iuriſdictionis in laicos iaciens, eos hortatur, ſi ſe aliqua in re læſos putant, vt adeant non Curiam, ſed Eccleſiam. Matth. 18. & Paulus 1. Corinth. 6. & 1. Timoth. 5. id eſt Epiſcopos, vt intellexerunt veteres, & Concilium Carthaginenſe 3. cap. 9. D. Auguſtino præſente Theodoſius Imperator, & filij Arcadius, & Honorius dant optionem actoribus, & reis, vt cauſas ſæculares ad Epiſcopos deferant in allegatis legibus. Vnde D. Auguſtinus teſtatur ſe audiuiſſe multorum lites. & D. Chryſoſtomus de ſacerdotio, quartam officij Pontificij partem in eo poſitam docet, vt lites ſæculares audiat, & extat epiſtol. 1. Clementis de iuriſdictione Eccleſiæ in ſæcularia, & Anacleti I. & aliæ quas affert Genebrardus libro quarto. Chron. ſub annum Chriſti 1327. contra Petrum Cunerium. Hoc idem ex Deut. 17. ca. per venerabilem, qui filij ſint legitimi. 11. quæſt. 3. cap. abſit: probat Stephan. Aufrer. in repet. Clement. 1. de offic. ordin. quæſt. 1. num. 5. & ibi addentes. Sententiam tamen dicere cogi prohibentur, vt fuit oſtenſum ſupra libro 2. tit. 60. ver. ſacerdotio. Tandem notandum eſt, quod Epiſcopis reuerentia, & obſequium debetur tam à Clericis, quam à laicis, c. omne 4 ca. ſolitæ 6. c. quod ſuper. 9. c. his, quæ. 11. & c. dilecta 12. de maiorit. & obed. diſtinct. 21. ca. in nouo, §. cæteri verò, diſtinct. 93. c. ille procul. 11. q. 3. c. ſi autem, c. quicumque, ca. ſi quis verò, c. abſit, c. nemo. cum alijs citatis ſupra titu. 5. & 9. Poſtremo de bonis Epiſcopi, ac eius rebus hæc ſunt notanda, quod Eccleſia cum ſuis rebus ad ordinationem Epiſcopi ſpectat. 10. q. 1. in princ. cum ſequent. vſque ad c. antiquos, c. vlt. §. fin. 12. q. 1. in princ. cum ſequen. ca. euidentes, § ipſe verò res cum ſequent. cap. Epiſcopus, ca. præcipimus, q. 2. cap. vobis. 16. q. 7. cap. omnes. Canone Apoſtolico 37. & 40.
15 † Ex redditibus, & oblationibus Eccleſiæ Epiſcopo debetur tertia pars, c. requiſiſti 15. in princip. ver. & quidem. de teſtam. 10. q. 1. c. de his, c. decernimus, ver. ab Epiſcopis. 16. q. 1. c. conſtitutum. Sanè ex conſuetudine variatur portio iſta. ſic quartam ſolum dicitur competere, d. c. 15. ver. & quidem regulariter, & debetur etiam ſi Epiſcopo ab eodem Eccleſiæ aliquid offerente tertia hæc portio ſit relicta, ſecundum diſtinctionem, de qua in ca. officij. 14. de teſtam. Nec poteſt ille, qui offert Eccleſiæ prohibere, quod nihil de oblatis ad Epiſcopum perueniat, d. c. requiſiſti. 15. §. ſi ab extraneo. ver. ſecus autem ſi exprimat de teſtamen-
16 tis. † Sed ſi in ornamenta, vel pro cereis, ſeu fabrica, luminaribus, anniuerſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo die, ſiue alijs ad perpetuum cultum diuinum ſpectantibus ſint legata relicta, ex his enim Canonica portio Epiſcopo non debetur ſub conditione, de qua in cap. vltimo, de teſtamen-
17 tis, in cap. ex parte. 3. de verborum ſignificat. † Tandem ſi Epiſcopus ex Canonica portione Eccleſias reficere, ſeu reparare minimè velit, eam conſequi non debet. 10. quæſtione 3. cap. primo, ver. neque tertiam, cap. vnio. cap. priſcis. Præter Canonicam portionem Epiſcopo etiam pro honore Cathedræ ex ſingulis Eccleſijs ſibi ſubiectis duo ſolidi annui debentur. d. quæſt. 3. in princip. cum cap. ſequen. ca. illud, cap. nec numerus, § Cathedraticum, cap. inter cætera, §. non ergo, ver. non amplius, quam duos, & capit. vltimo, ver. vltra duos ſolidos. Rurſus inter res Epiſcopi connumerantur etiam pœnæ, quoniam & Epiſcopi ex conſuetudine habent fiſcum, & exinde pœnæ, quas ſolent in pios vſus erogare, niſi ipſi indigeant, vt ex Baldo in l. a. C. de Epiſcop. audient. & in authent. bona damnatorum, C. de bonis proſcript. probat Aufrer. in repet. Clement. 1. de offic. ordinarij a. quæſt. numero tertio, ver. nec etiam iſtam pœnam, & eſt gloſſ. ſingularis in capitu. quia diuerſitatem de conceſſ. præbend. vbi etiam Siculus, & Imola idem Sicul. & Anania in ca. excommunicamus 1. de hæretic. Zabarella, Imola, & Lauden. in Clement. 2. de hæretic. Rota in antiquis deciſ. 805 Oldradus conſ. 302. col. a. quos refert, & ſequitur Aufrer. de poteſtate Eccleſiæ in laicos, num. 29. ver. trigeſimo ſeptimo. Sed & res Epiſcopi ab Eccleſiæ rebus, quamuis debeant eſſe ſeparatæ. 12. q. 1. c. manifeſta, ca. ſunt
18 manifeſtè. Canone Apoſtolico 39. † Tamen eadem pœna punitur, qui res Epiſcopi inuadit, qua punitur is, qui inuadit res Eccleſiæ. 16. q. 1. c. ſimiliter. & ex rebus Eccleſiæ Epiſcopus ſi indiget, ſibi ſuiſque neceſſaria ſumere poteſt. 12. q. 1. c. ex his autem, c. Epiſcopus, §. particeps autem. Cano-
19 ne Apoſtolico 40. † Sed poſt adeptum Epiſcopatum bona quomodocumque acquiſita in cognatos ſuos, vel alios quoſcumque transferre non poteſt, niſi pro eleemoſyna in pias cauſas, vel ad redemptionem captiuorum, vel pro vtilitate ſuæ Eccleſiæ. §. interdicimus. Nouella c. 131. 12. q. 2. c. res, c. Epiſcopus. cum alijs citatis ſupra titu. 9. ver. ſed an ex hac nume. 36. & 37. Si tamen ex ſucceſſione eorum, quibus ab inteſtato vſque ad quartum gradum ſuccedere poterat, aliquid acquiſierit, eius alienandi, vel cognatis relinquendi poteſtas illi non denegatur, d. §. interdicimus. ibi. aut poſt Epiſcopatum. Idem dicendum de illis bonis, quæ ante adeptum Epiſcopatũ habuit, d. §. interdicimus, ibi. in
20 illis enim rebus. † In iis autem bonis, quæ in Epiſcopatu acquiſiuit Eccleſia illi ſuccedit, d. §. interdicimus, ibi. & ſi quid ex talibus, & §. quod ſi quis. Nouella c. 19. de qua latè ſuperius tit 6. ver. mortuo autem Clerico, & ideo Epiſcopo defuncto non eſt eius hæreditas expilanda ſub pœna, de qua in 12. q. 2. c. hæc lumus, c. non liceat, c. de laicis, ca. illud, quod, & q. 5. cap. ſicubi in fine. Eſt enim Eccleſiæ, & ideo inuentarium rerum defuncti Epiſcopi eſt fideliter cõ-
21 ſcribendum, d. c. ſicubi. † Ad domum autem Epiſcopi confugiens vi non eſt de ea auferendus. 17. q. 4. ca. id conſtituimus, ver. vel domo Epiſcopi, diſtinct. 41. ca. Epiſcopus. 7. d. q. 4. c. diffiniuit, & c. ſequen. Innocent. in cap. inter alia, ver. item dicunt, de immunit. Eccleſ. Calcaneus in conſ. 70. numero 5. ver. quinimo. Didaci libro 2 variarum, cap. vlti-
22 mo, num. 5. ver. inſertur. † Et quamuis non liceat Prælato, vel alij Eccleſiaſtico Viro ſanguinem fundere, vel pœnam ſanguinis vllam exequi, aut exercere; non tamen ſtipatores, armatoſque homines habere maximè Epiſcopi prohibendi ſunt, qui potius aſſiſtant, quo ius, & iuſtitiam foueant, & tueantur, quam vt ſanguinem effundant, cap. dilecto. 6. de ſentent. excommunic. in 6 & infra tit. 69 numero 55. & lib. 4. tit. 16. numero 44. & ſic pro iuſtitia, ac illius executione familiam armatam poſſunt Epiſcopi tenere, Clement. 1. de hæreticis. Oldradus in conſ. 89. Bal. in l. nam ſalutem, §. fin. ff. de offic. præfecti vigil. Decius in ca. ſignificaſti, num. 17. de offic. delegati. Stephanus Aufrer. de poteſtate Eccleſiæ in laicos, num. 18. verſ. vigeſimo quarto Epiſcopus. Contrarium tenet Siculus tam in d. c. quam in cap. cum non ab homine, vt dicit Aufrer. vbi ſupr. hactenus ergo de Clericis, monachis, Epiſcopis, & Eccleſiæ Prælatis in genere dicta ſufficiant. nunc de iiſdem aliiſque perſonis Eccleſiaſticis in ſpecie eſt dicẽdum, & primum de Chriſto, qui eſt Eccleſiæ caput, & fundamentum. Coloſ. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Chriſtus quando natus.*
2 *Chriſtus æternus ſacerdos.*
3 *Chriſtus Summus Pontifex.*
4 *Chriſtus habet Vicarios.*
5 *Titulo Pontificis.*
6 *Chriſtus cur Hieruſalem ſedem primariam ſuæ Eccleſiæ non conſtituit, ſed Romam.*

T 2 Dus

Digitized by Google

7 *Deus conſtituit, & firmat regna,*
8 *Deus erigit monarchias.*
9 *Monarchia prima quorum fuit, & aliæ.*
10 *Chriſtus Petro dixit interroganti quo vadis, venio Romam cruci figi iterum.*
11 *Chriſtus caput vtriuſque Eccleſiæ, militantis, & triumphantis.*
12 *Chriſtus caput orbis, in quo continetur Eccleſia.*
13 *Chriſtus eſt caput Eccleſiæ.*
14 *Chriſtus eſt homo.*
15 *Chriſtus eſt caput,*
16 *Chriſti nomen, quæ contineat, ac ſignificet,*
17 *Chriſtus verus Deus, & verus homo.*
18 *Deitatis ſignum in Chriſto quod,*
19 *Chriſtus habuit proprium.*
20 *Chriſtus pingendus in ſpecie hominis, non agni.*
21 *Gratia per Chriſtum data, quid operetur,*
22 *Fides non eſt arbitrij tantum, ſed donum Dei,*
23 *Gratia profuit ad adiutorium, vt peccata non committantur,*
24 *Liberum arbitrium habilitat hominem ad gratiam Dei,*
25 *Libertas arbitrij non eſt præferenda diuinæ gratiæ.*
26 *Spiritus ſanctus procedit a Patre, & filio.*
27 *Spiritus ſanctus quomodo in Chriſto manſerit, & in ſanctis hominibus.*

De Chriſto, Tit. 11.

1 CHriſtus † Dominus noſter è tribu Iuda naſcitur in Bethelem Iudææ anno mundi 4089. anno Imperij Auguſti. 41. Completo, & 42. ineunte. Herodis 33.
2 Vrbis 752. † Aeternus ſacerdos, & Rex Iudeorum, ac gentium à Deo promiſſus, à Moſe figuris plurimis præſignificatus, à Prophetis, ac Sibyllis prænunciatus, à Sanctis & pijs pro ſalute hominum expectatus, Dauidis Regis filius ſecundum carnem per Virginem de ſtirpe Nathan filij ipſius 1. Par. 3. per patrem adoptiuum Ioſephum de Salomonis Regis progenie. Baronius in Annalibus Ec-
3 cleſiaſticis anno Chriſti 57. fol. 433. Litera E. † Eſt ergo ille ſummus Pontifex in æternum ſemetipſum quotidie offerens pro nobis, per ſe quidem in Cœlo, per ſuos verò
4 miniſtros in terris. Hebr. 7. † At habet Vicarios, & miniſtros, inter quos primatum obtinet Petrus, & Petri ſucceſſores Romani Pontifices, vt tota nemine diſcrepante ſenſit, & conſenſit antiquitas. Tertull. in Apolog. pag.
5 105. † Hac de cauſa veteres Romanum vocant Pontificem maximum, Epiſcopum Epiſcoporum, Bonum Patrē, Benedictum Papam, Apoſtolicum, &c. ſic Tertull. in libro de pudicitia his omnibus titulis eum inſignit. capitul. 1. 13. & 21. Hic enim anno Chriſti 220. extitit fuit Conſul Romanus, & ſcriptor Eccleſiaſticus, cuius plura opera extāt. In iure reliquit libros quæſtionum quatuor, de caſtrenſi peculio unum. Factum eſt ſub hoc S.C. Tertyllianum, de quo in pandectis; & Inſt. vitam eius ſcripſere D. Hieronymus, Trithemius, & alij; fuit itaque, & de diuino, & huma-
6 no iure optime meritus. † Chriſtus Hieruſalem primariū Eccleſiæ ſuæ thronum minimè conſtituit pluribus de cauſis, primum quia propter huius populi perfidiam, & ſcelera, eam paulo poſt erat euerſurus. Hoc enim citra diſpendium nouellæ plantationis vix potuiſſet contingere. Secundo quia primatus Sacerdotij Leuitici illic locatus erat, nā quoniam hoc genus Sacerdotij tollebatur, & Eccleſiaſticus veteris populi ordo, ceremoniæ, ritus, Liturgia tollebantur, locum etiam mutatum decuit, vt cuncta eſſent noua, nec Synagogæ magnum ſupereſſet veſtigium. Tertio nec Eccleſiæ locus videretur neceſſario Iudeæ fixus, & alligatus. Quarto ne gratia concluſa, & circumſcripta putaretur, vt olim Iudeæ limitibus, ſed potius ſparſa per uniuerſum orbem, gentibus eius participātibus, atque cohæredibus. Quinto vt impleretur prophetiæ canentes Deū ſuo Chriſto daturum gentes in hæreditatem, & in poſſeſſionem terminos terræ, efficiendo Eccleſiam è Iudaica Catholicam, id eſt vniuerſalem. Romæ autem potius, quam alibi plurib. de cauſis collocauit. Primum vt Eccleſia magis eſſet Catholica ſiue vniuerſalis. Tunc enim Roma communis Vrbs orbiſque epitome, vt à Dione ſcriptum eſt; ac eius imperio, iure, vel fœdere orbis terrarum gaudebat penè vniuerſus, ſaltē cognitus, & perluſtratus. Florus ſub finem lib. 4. Secundo vt de mundo, mundique principibus victoria eſſet nobilis, & illuſtrior. Roma enim tunc erat caput mundi, præcipua Idololatriæ omnis propugnatrix etiam contra Romuli legem 6. qua cauebat ne Deos peregrinos colerent, nouerat enim, quod noſtri Chriſtiani Reges non bene intelligunt, ex diſparitate religionum maximam animorum alienationem oriri, ex hac odia, ex odijs ſeditiones, quales innumeræ hodie ſunt hac de cauſa in orbe Chriſtiano, quæ Chriſtianum Imperium contriuerūt. Satanæ ſedes primaria erat, ex qua manabāt edicta aduerſus Eccleſiam, & Regnum Chriſti. Magna igitur victoria, vt vbi Satanas, Idololatria, & peccatum præcipue regnabant, illic potiſſimum vincerentur, vt vbi hoſtes Chriſti, potentia, & opibus valebant, illic poneretur ſcabellum pedū eius, vt vbi Chriſtus perſecutionem patiebatur præcipuā ipſe in eorum medio dominatum figeret. Tertio vt vbi ſuperabundauit peccatum, ibi ſuperabundaret, & gratia. Quarto quia ſub eius imperio fuerat natus, conuerſatus, paſſus, cæteraque humana molitus. Quinto quia eius imperio ſucceſſurum erat regnum Eccleſiæ, ſiue Chriſti Dani. ſecundo, & ſeptimo, quod proinde quintum Regnum Danielis rectè appellatur à Diuo Thoma, Sexto quod Petrus, caput Eccleſiæ miniſtrum conſtitutum, illic martyrium fecerit, moriensque ſui muneris prouinciam Clementi, Lino, Cleto, eiuſque cathedram non alienis miniſtris reliquerit, Septimo ob loci opportunitatem. Illuc enim ad neceſſitates Eccleſiaſticas facilè terra, mariq. perueniri poteſt è ſingulis Eccleſijs per orbem ſparſis. Die natiuitatis Chriſti mandauit Auguſtus, ne quis Dominum ſe vocaret, ſentiens, credo, verum orbis Principem natum fuiſſe, Dei enim cognomentum eſt. Oroſ. libro ſexto capitulo 22. Pax ab Angelis annunciata per integrum Chriſti æuum firma manſit, propter Chriſti viuentis præſentem Maieſtatem, & reuerentiam, & ſi id non cognoſceret mundus, dum illam Octauiano tribuebat. Eius temporibus mota quæſtio cur oracula deficerent, apud Plutarchum in libro de ea re. Sed cauſam veram non atti-
7 git, nempe Chriſti aduentum † Conſtituit enim Deus, firmatque Regna, & imperia, vt per hæc ſocietati Ciuili cuſtodias, excubiaſque ponat. Hominum enim ſocietas, & vitæ quaſi communitas, magiſtratuum officio continetur; cuius hæc eſt vis, vt præſit, præſcribatque recta, & vtilia, & coniuncta cum legibus; latrocinia, tyrannides, & alios furores coerceat, & puniat, vt in libro primo titulo primo explicatum eſt, & in alijs locis. Deinde voluit quoque aliquod Eccleſiæ ſuæ domicilium & aliquam ſedem ad finem vſque mundi collocare, & qualiacunque hoſpitia parare, vt diuina ad vox terminum, atque exitum mun-
8 di durare, & ſonare poſſet. † Præ cæteris verò regnis, & imperijs monarchias erexit, quæ magnam totius orbis terrarum partem tenerent, ac occuparent, tantamque haberēt potentiam, & eas vires, vt cæteros Reges compeſcerent, & continerent: ac ſimul leges præſcriberent, iudicia & diſciplinam armis defenderent, & tuerentur. Quas quidem quatuor futuras eſſe prædixit, vt certum aduentum Meſſiæ, & finem mundi, ac inſtans iudicium oſtenderet, & definiret. Voluit enim Deus ſciri hanc generationem hominum non perpetuo duraturam: voluit quoque tempora vtriuſque aduentus Chriſti, & æternæ reſurrectionis præmonſtrare, vt pij confirmarentur, & conſolationem, ac liberationis æternæ ſpem certam, &
9 promiſſionem haberent. † Prima autem monarchia fuit Chaldeorum, qua & vicini Aſſirij comprahenduntur incæpit ea anno mundi 1789. anno Noe 733. & anno ſalutis ex aquis 131. durauit annos 1636. Secunda fuit Perſarum, quæ incæpit à Cyro anno mundi 3425. durauit annos 209. Tertia fuit Græcorum, cæpit anno mundi 3634. durauit annos 284. Poſtrema monarchia eſt Romanorum incæpit hæc anno mundi 3918. anno ſecundo Olimpiadis 183. anno Vrbis 706. Hæc monarchia qualis futura fuerit deſcribit Daniel capitulo ſeptimo ita. Poſt hæc aſpiciebam in viſione noctis, & ecce beſtia quarta terribilis atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferroces habebat magnos, comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans. Et deinde beſtia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis,

Digitized by Google

gnis: & deuorabit vniuerſam terram, & conculcabit, & comminuet eam, & Dionyſius Halicarnaſſeus cum potentiam huius monarchiæ cum tribus præcedentibus conferret, ait. At Romana Ciuitas terræ toti quæcumque non eſt inacceſſibilis, ſed quæ ab hominibus incolitur imperat. Maris ea totius quoque domina: neque ſolum mediterranei, quod eſt intra columnas Herculis, ſed etiam Oceani, quà nauigari poteſt, prima ſolaque ſe omnium quæcumque ex diuini æuo referuntur, Ortum, & Occaſum terminos Imperij ſui faciens. Nec tempus ei poteſtatis, aut dominij breue eſt: ſed quantum nulli aliarum Ciuitatum, nullique Regnorum contigit. Statim enim ab initio poſt Vrbem conditam gentes finitimas ſanè multas, ac pugnaces iuris ſui fecit, proceſſitque ea ſemper obuios quoſque proſternens. Ex quo autem totam Italiam obtinuit, confiſaque eſt contra omnium Principatum progredi: Mari quidem Pœnos eijciens, qui nauali potentia plurimum excelluerunt: Macedoniamque ſubijciens, quæ terreſtribus ante viribus plurimum pollere viſa erat. Hinc Virgilius canit.

Certè hinc Romanos olim voluentibus annis,
Hinc fore ductores, reuocato à ſanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus: quæ te genitor ſententia vertit?

Et paulo poſt.

His ego nec metus rerum, nec tempora pono:
Imperium, ſine fine dedi.

Et deinde.

Mecumque fouebit
Romanos rerum dominos, gentemque togatam:
Sic placitum, veniet luſtris labentibus ætas
Cum domus Aſſaraci, &c.

Voluit autem Deus Optimus Maximus huius poſtremæ Monarchiæ ſummam eſſe potentiam, ſummumque robur, vt in extrema, ac viribus omnibus attrita prorſus, & attenuata mundi ſenecta (quæ Diabolorum dementium inſtans iudicium Dei, furori, ac inſidijs expoſita maximè, & prompta eſt, & vbi graſſandi inexplebilis libido, ac effrænata appetentia creſcit in dies, vires ſumit, & augetur) qualeſcumque potius erigeret, ac aliquod Eccleſiæ domicilium conderet, retineret, & conſeruaret vſque ad ſæculi conſummationem.
10 † Chriſtus enim in via Appia Petro ab Vrbe diſceſſuro obuiam eunti, atque interroganti: Domine quò vadis? Reſpondit. Venio Romam iterum crucifigi: quod ſentiens Petrus in ſuam admonitionem Romam continuò eſt reuerſus, ibique hoc tacito, ſed præclaro Chriſti iuſſu martyrio vnà cum Paulo ſibi, & ſucceſſoribus ſedem immutabilem ſtabiliuit. 2. quæſtione ſeptima, capitul. beati, & diſtinctione vigeſima ſecunda, capit. ſecundo. Præpoſitus in capit. nolite 3. numero ſecundo, diſtinctione 11. Hinc Dantes in inferno Cantilena 2. de Vrbe ita canit.

Però ſe l'aduerſario d'ogni male
Corteſe fu, penſando l'alto effetto,
Ch'vſcir douea di lui, e'l chi, e'l quale,
Non pare indegno ad huomo d'intelletto:
Ch'ei fu dell'alma Roma, e di ſuo impero
Nell'empireo Ciel per padre eletto:
La quale, e'l quale (à voler dir lo vero)
Fur ſtabiliti per lo loco ſanto
V' ſiede il ſucceſſor del maggior Piero.

11 † Et Chriſtus dicitur caput vniuerſale, & militantis, & triumphantis Eccleſiæ, iuxta illud, & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, & ipſe eſt ante omnes, & eſt principium, & primatum tenens. Coloſſenſ. 1. & Dominus fundator, & fundamentum eiuſdem Eccleſiæ, dicitur etiam caput Eccleſiæ ſecundum interiorem influxum gratiæ, in quantum Deus quidem per authoritatem, in quantum homo verò inſtrumentaliter, ſi quidem eius humanitas eſt inſtrumentum Deitati coniun-
12 ctum. † Item quia eſt caput Orbis, in quo continetur Eccleſia, & quia ex viuorum, & mortuorum, quia & principium, & finis portans omnia verba virtutis ſuæ, per quem omnia facta ſunt, vtique & Eccleſia, ex quo omnia, in quo omnia, qui eſt omnia in omnibus, cui
12 data eſt omnis poteſtas in Cœlo, & in terra. † Item eſt caput Eccleſiæ eo modo (ſi tamen licet cœleſtia compo-
nere terrenis) quo Princeps terrenus vocat ſe mundi dominum in leg. deprecatio. C. ad leg. Rhod. de iactu. illud enim intelligitur quoad generalem protectionem, & principaliter, non tamen deſtruens dominia particularia. Et in hoc ſenſu ſatis conſtat Chriſtum dici caput Eccleſiæ parabolicè, & ſimilitudinariè, vt dicit ſcriptura de libro, quod habeat caput. Pſalm. 93. In capite libri ſcriptum eſt de me. ſicut eadem ratione Eccleſia vocatur
14 corpus. † Magis autem appoſitè Chriſtus, vt eſt homo & ſecundum formam ſerui dicitur caput Eccleſiæ, & Eccleſia dicitur eſſe illius corpus, quam ſecundum naturam diuinam ratione conformitatis naturæ (oportebat enim illum per omnia aſſimilari fratribus) vt ſic vnius naturæ ſint caput, & corpus. Sicut enim anima totum corpus noſtrum animat, & viuificat, ſed in capite ſentit, & videndo, & audiendo, & odorando, & guſtando, & tangendo, in cæteris autem membris tangendo tantum, & ideo capiti ſubſunt ad operandum, caput autem ſupra collocatum eſt ad conſulendum, ſic vniuerſo populo ſanctorum, tanquam vni corpori caput eſt mediator Dei, & hominum homo Chriſtus ipſe. Concilium Tridentinum in ſeſſione 6. capit. hac igitur vltimo §. cum enim. ex
15 Ioan. 15. ex Paulo 1. Corinth. 11. † Ipſe igitur eſt caput, cæteri verò membra, quia in ipſo eſt omnis gratiarum plenitudo, ſicut in capite omnes ſenſus, in cæteris verò quædam partes gratiarum diſtributæ ſunt, iuxta menſuram vniuſcuiuſque membri, & ipſe vniuerſa tegit, omnia verò membra illi adhærent. Sed de diuinitate Chriſti, de diſtinctione perſonali à Patre, & Spiritu ſancto, de carne, ſiue incarnatione Domini, de anima eiuſdem, ac de officio mediatoris latè contra hæreticos diſſerit Cardinalis Bellarminus. de Chriſto libro primo, ſecundo, tertio, quarto, & quinto, per plura capita. Chriſtus enim à Chriſmate dicitur, vel potius à Chriſto dicitur Chriſma, non ſecundum nominis formam, ſed ſecundum fidei rationem, capit. primo, §. quia verò Chriſtus. ibi.
16 Chriſtus enim, de ſacra vnctione. † In hoc enim nomine, Chriſtus, tria continentur ſcilicet. Qui, & à quo, & de quo. id eſt tres perſonæ: Pater vngens, Filius vnctus, Spiritus ſanctus vnctio, diſtinctione quarta de conſecratione, capitul. à quodam, gloſſ. in verbo Chriſtus in fine in §. final. Authent. iuſiurandum, quod præſtatur, &c. & eſt fundamentum, quo deficiente, deficit id, quod ſuperædificatum eſt. 1. quæſtione prima, capit. cum Paulus. 26. de nomine Chriſti plura referuntur in Polyantea in
17 verbo Chriſtus. † Eſt verus Deus, & verus homo, c. in quadam 8. de celebr. miſſ. Clement. 1. in princ. de ſumma Trinit. c. cum Chriſtus. 7. de hæreticis. Panis eſt viuus, de conſecrat. diſtinct. 2. ca. Chriſtus. Et quotidie immolatur, cum corpus, & ſanguis eius ſumitur, d. diſtinct. 2. c. ſemel immo-
18 latus, de pœnitent. diſtinct. 1. c. poteſt fieri, §. ſicut. † Et ſignum Deitatis in Chriſto eſt, quod ſuper eum deſcenderit, & manſerit Spiritus ſanctus, de pœnitentijs, diſtinct. 2. c. quærendum. D. Gregor. in Iob libr. 2. cap. 28. & 29 Semel mortuus non amplius moritur, de conſecrat. diſtinct. 2. c. ſemel. latè apud Card. Bellarminum lib. 1. & 2. de Chriſto.
19 † Chriſtus proprium habuit, & diſcipuli. Extrauag. Ioan. 22. cum inter. 4. cum ſequent. de verbor. ſignificat. Habuit enim loculos, quos ipſi fecit, vt illos crederet Iudæ auariſſimo, & proditori. 12. q. 1. c. exemplum. 12. & D. Auguſtino
20 in tractatu 50. in Ioannem, cap. 12. † Eſt enim Chriſtus in ſpecie hominis, non agni pingendus, de conſecrat. diſtin-
21 ctione 3. cap. ſextam. † Gratia, quæ per Chriſtum datur, non ſolum peccatorum remiſſionem facit, ſed etiam, vt lex impleatur, vt natura liberetur, ne peccatum dominetur: Spiritus etiam gratiæ dat fidem, quæ etiam petita à Deo
22 conceditur, vt homini petenti, & alia concedantur. † Nam fides non eſt arbitrij tantum, ſed donum Dei, diſtinct. 4. de conſecrat. cap. gratia. 145. & cap. antepenult. cum duobus
23 ſequentib. † Proficit etiam gratia ad adiutorium, vt peccata non committantur d. diſtinct. c. placuit. 154 Hinc aſſiduè precor ita.

Aiutami Signor, ch'io non t'offenda,
E dell'offeſe fammi far l'emenda.

Quiſquis ideo dixerit eamdem gratiam Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum propter hoc tâtû nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſum nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus, quid

appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam no-
bis præſtari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam fa-
cere diligamus, atque valeamus, anathema ſit, d. diſtinc. 4.
cap. quiſquis penitus. Placuit etiam, vt quicunque dixerit,
ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere per
liberum arbitrium iubemur, facilius poſſimus implere per
gratiam, tanquam etiam ſi gratia non daretur, non quidẽ
facilè, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa implere diuina
mandata, anathema ſit, d. diſtinct. 4. de conſecrat. c. vlt. vbi
glo. D. Thomas 1, 2. quæſt. 109. articul. 1. & 4. & per totam
24 quæſt. Nec obſtat 23. q. 4. c. Nabuchodonoſor. † Nam per
liberum arbitrium homo habilem ſe potaſt reddere, vt ei
Dominus gratiam infundat, & ſic per gratiam cum libero
arbitrio adiuuari ad non peccandum, gratia enim non de-
ſtruit arbitrij libertatem, ſed perficit, vt de Beata Virgine
omni gratia plena, quod eſſet impeccabilis cecinit muſa
Hetruſcana.

Peccar non puo per volontà diuina,
Che libertà non ſtrugge, anzi l'affina.

25 † Non enim arbitrij libertas eſt diuinæ gratiæ præferen-
da, vt ibit quia Pelagius monachus, & Celeſtinus, qui gra-
tiæ liberum præponebant arbitrium, vti hæretici. Fuerunt
damnati ab Innocentio I. teſte Platina in eius vita, & vt in-
26 fra tit. 70. num. 5. † Spiritus ſanctus procedit à Patre, & Fi
lio, c. 1. de ſumma Trinit. in 6. de conſecrat. diſtinct. 5. c. de
27 Spiritu, & cap. vltimo. † Notandum eſt etiam, quod Spi-
ritus ſanctus in Chriſto ſemper manſit; in ſanctis autem
hominibus, quamdiu mortale corpus geſtauerint partim
maneat in æternum partim rediturus ſecedit. Manet
quippe apud eos, vt bonis inſiſtat actibus, voluntariam
paupertatem diligant, manſuetudinem ſequantur, pro
æternorum deſiderio lugeant, eſuriant, & ſitiant iuſti-
tiam, miſericordiam, munditiam cordis, & tranquillita-
tem pacis amplectantur, ſed & pro obſeruatione iuſtitiæ
perſecutionem pati non vereantur. Eleemoſynis, orationi-
bus, ieiunijs, cæteriſque fructibus ſpiritus inſiſtere deſide-
rent. Recedit autem ad tempus, ne ſemper infirmos cu-
randi, mortuos ſuſcitandi, Dæmones eijciendi, vel etiam
prophetandi habeant facultatem. Manet ſemper, vt poſ-
ſint habere virtutes, & vt mirabiliter ipſi viuant. Venit
ad tempus, vt etiam alijs per miraculorum ſigna, quales
ſint intus, effulgeant. 23. quæſtione tertia, & de pœniten-
tijs, diſtinctione ſecunda, cap. quærendum 5. D. Gregorius
in Iob, libro ſecundo, cap. 28. & 29. In Sanctorum quippe
cordibus iuxta quaſdam virtutes ſemper permanet, iuxta
quaſdam receſſurus venit, & venturus recedit. In fide
etenim ſpes, atque charitate, & in bonis alijs, ſine quibus
ad cœleſtem patriam non poteſt veniri, ſicut eſt humili-
tas, caſtitatis, iuſtitia, atque miſericordia, perfectorum cor
da non deſerit. In prophetiæ verò virtute, doctrinæ facun-
dia, miraculorum exhibitione electis, aliquando adeſt, ali-
quando ſe ſubtrahit. In his itaque virtutibus, ſina quibus
ad vitam minimè peruenitur, Spiritus ſanctus in electo-
rum ſuorum cordibus permanet, vnde rectè ſtabilis dici-
tur. In his verò, per quos ſanctitatis virtus oſtenditur, ali-
quando miſericorditer præſto eſt, aliquando miſericordi-
ter recedit, d. diſtinct. 2. de pœnitentijs, ca. poteſt. 11. & D.
Gregorius in Iob lib. 2. d. c. 28. & 29.

S V M M A R I V M.

1 *Diſcipuli Chriſti creduntur baptizati.*
2 *Baptizatus in dubio non præſumitur viuens, ſicus mortuus.*
3 *Diſcipulas Chriſti proprium habuiſſe credendum eſt.*
4 *Apoſtolorum præcipui Petrus & Paulus.*
5 *Petrus Paulum ſuperauit gradu dignitatis, & eſt caput Apo-
ſtolorum.*
6 *Euangelij expoſitia circa piſcationes cum retibus, vel hamo, &
num. 7.*
8 *Poteſtas ligandi, & ſoluendi ſoli Petro data fuit.*
9 *Petri autem percutientis explanatio.*
10 *Eccleſiæ vnitas.*
11 *Vnitatem Eccleſiæ tenere firmiter, & vindicare debemus.*
12 *Vnitas Eccleſiæ per ſimilitudines probata, & contra hæreticas
firmatur, num 13. remiſſiue.*

De diſcipulis Chriſti, & de Petro, & Paulo.
Tit. 12.

1 CHriſti † diſcipuli creduntur baptizati. Quãdo enim
à Hieroſolymis exijt Petrus cum diſcipulis ſuis in
Iudæam terram, & illic morabatur cum eis, baptiza
bat non per ſe ipſum, ſed per diſcipulos ſuos: quos intelli-
gimus iam fuiſſe baptizatos, (ſiue baptiſmo Ioannis ſicut
nonnulli arbitrantur) ſiue (quod magis credibile eſt) bap-
tiſmo Chriſti. Reſpondit enim Dominus Petro, Qui lotus
eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet: ſed eſt mundus totus.
Vbi intelligitur, quod iam Petrus baptizatus fuerat. Si
eos, de quibus non ſcriptum eſt, vtrum fuerint baptizati,
ſine baptiſmo de hac vita receſſiſſe contendimus, ipſi ca-
lumniamur Apoſtolis, qui præter Apoſtolum Paulũ, quan
do baptizati fuerint ignoramus. Sed ipſos baptizatos eſſe
per hoc nobis innoteſcere potuit, quod beato Petro Apo-
ſtolo Dominus ait, Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes
lauet, de conſecrat. diſt. 4. c. quando ab. 247. & c. ſi eos. 248.
2 † Quando enim dubitetur de baptiſmo viuentis habetur
pro non baptizato, & baptizatur, d. diſt. 4. cap. cum itaque.
Vbi autem dubitatur de baptiſmo mortui; præſumendum
eſt, eum eſſe baptizatum, ca. 2. de presbytero non baptiza-
to, & d. c. quando, & d. ca. ſi eos, vbi argumento, & atteſta-
tione Chriſti, diſcipuli ſupponũtur baptizati, & ita eſt cre-
3 dendum. † Præterea credendum eſt, & diſcipulos Chriſti
habuiſſe proprium, per allegata ſup. tit. 11. nu. 19. & proba
tur Act. 4. 5. & 6. vbi contra quod Apoſtoli recipiebant ab
vltro offerentibus multas pecunias, vt inde alerent ſe, & a-
lios omnes Chriſti fideles ad eos currentes, & cum eis com-
morantes; Hoc idem ex Concilijs, & alijs authoritatibus
quamplurimis probat Card. Bellarmin. de Clericis lib. 1. c.
26. per totum, & eſt tex. in 12. q. 1. c. exemplum. 12. & ſequẽ.
4 tib. & c. nulli liceat. Tholoſanus de beneficijs. c. 5. † Apoſto-
lorum verò Petrus, & Paulus præcipui, qui ſub vno perſe-
cutore eodem die, & loco ſuo martyrio, Romam Chriſto
conſecrarunt, vt eſſet caput Eccleſiæ, ca. fundamenta. 17. §.
huius autem. de elect. in 6. diſt. 21. c. in nouo. ca. quãuis. Qui
5 quidem, & ſi meritis ſint pares. 2. q. 7. c. beati. † Tamen Pe-
trus Paulum ſuperauit gradu dignitatis, d. q. 7. c. Paulus Pe-
trum, c. puto, 24. q. 1. cap. audiuimus, 9. vnde cum omnibus,
Cardinalis Bellarminius de Romano Pontifice lib. 1. ca. 27.
latè agit contra hæreticos contrarium affirmare præſumẽ
tes. Hinc eſt, quod Romanæ Eccleſiæ ſãguine Petri, & Pau
li conſecratæ nulla alia poteſt præferri, vt ſup. tit. 7. nu. 4.
Cucchus inſt. de Summo Pontifice, nu. 15. Nec minus ſedes
aliò poteſt transferri, quia Petrus à D. Ieſu Chriſto illis ver
bis (Venio Romam iterum crucifigi) admonitus Romæ cã
locauit, & ſanguine ſuo, & Pauli conſecrauit. Cucchus vbi
ſup. nu. 17. & vt ſup. tit. 12. nu. 10. quoque dictum fuit. Sed
& non turbatur nauis, quæ Petrum habet, turbatur illa, q̃
Iudam habet. & ſi multa illic diſcipulorum merita nauiga
bant, tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In v-
traque Petrus: ſeu qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alie
nis Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem, ne
per vnum fluctuemus plurimi. Ergo non turbatur hæc na-
uis, in qua prudentia nauigat, abeſt perfidia, fides aſpirat.
Quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat is, in
quo eſt Eccleſiæ fundamentum? illic ergo turbatio, vbi
6 modica fides; hic ſecuritas, vbi perfecta dilectio. † Deni-
que & ſi alijs imperatur, vt laxent retia ſua, ſoli tamen Pe-
tro dicitur, Duc in altum, hoc in profundum diſputatio-
num. Quid enim tam altum, quam altitudinem diuitiarũ
videre, ſcire Dei filium, & profeſſionem diuinæ generatio-
nis aſſumere? quam licet mens humana nequeat plenè ra-
tionis inueſtigatione comprehendere, fidei tamẽ plenitudo
cõplectitur. Eſt enim aliud Apoſtolicũ piſcandi genus, quo
genere ſolũ Petrum piſcari Dominus iubet, dicens. Mitte
hamũ, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle. 24. q. 1.
c. non turbatur 7. cum ſequent. Nam Petrus, & alij piſcati
ſunt cum retibus, d. cap. non turbatur. § denique & ſi alij.
7 † Soli verò Petro imperatum, & à Domino, vt cum hamo
piſcaretur, vt intelligatur Petrum iuriſdictione alijs præ-
eſſe, quia hamo, id eſt ferro reſecantur putridæ carnes, di-
ſtinct. 81. ca. plurimos in fine. & ideo ſolus Petrus piſcatur
8 hoc piſcandi genere. † Ipſe enim hẽt poteſtatẽ ligãdi, atque
ſol.

Digitized by Google

ſoluendi præ alijs. Dum ei dictum eſt. Tibi dabo claues re
gni cœlorum, ei ſoli hac dictum fuit, vt clare conſtat ibi, &
contra impios hæreticos aliter ſentientes egregiè dilucidat
Cardinalis Bellarminus de Romano Pontifice lib 1.c. 12.
& ſequētibus vbi oſtendit Petrum alijs iuriſdictione præ-
eſſe, quia ei ſoli dictum ſuit. Tibi dabo claues regni cœlo-
rum, &c. Matth. 16. Et paſce oues meas Ioanne 21. quibus
vniuerſa Eccleſia fuit ſignificata, vt ipſe explicat ibidem c.
9 14. 15. & 16. † Si Petrus volens percuſſit aurem, docuit q̄d
aurem habere in ſpem non deberent, qui in miniſterio nō
haberent. Sed bonus Dominus & ipſi refundit auditum:
ſecundum prophetica dicta demonſtrans, & ipſos, ſi con-
uertantur, poſſe ſanari, qui in paſſione Domini vulnerati
ſunt. Eo quod omne peccatum lauet myſterijs abluitur.
Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus? Quia ipſe eſt,
qui accepit claues regni cœlorum. Ille enim condemnat,
qui & abſoluit: quoniam ligandi, & ſoluendi idem ade-
ptus eſt poteſtatem. Tollit autem malè audientis, tollit
autem gladio ſpirituali autem interiorem malè intelligen
tis. Caueamus ne cui tollatur auricula, dum legitur Paſſio
Domini. Si ad diuinitatē eius referimus infirmitatem cor-
poreæ paſſionis, exciditur auricula, & exciditur à Petro:
q̄ nō paſſus eſt Christum prophetam æſtimari, ſed Dei fi-
10 lium docuit fideli confeſſione ſignari. † Vnde Dominus ad
eum dixit. Ego dico tibi: quia tu es Petrus, & ſuper iſtam
petram ædificabo Eccleſiam meam ſuper vnum ædificat
Eccleſiam: & quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurre-
ctionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat ſicut
miſit me Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum San-
ctum, tamen, vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem
originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit.
Hoc erant vtique, & cæteri Apoſtoli, quod fuit & Petrus,
pari conſortio præditi, & honoris, & poteſtatis. Sed exor-
dium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia vna monſtretur,
quam vnam Eccleſiam etiam in cantico canticorum Spiri
tus Sanctus ex perſona Domini deſignat, & dicit. Vna eſt
columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa geni
trici ſuæ. Hanc Eccleſiæ vnitatem, qui non tenet, tenere ſe
fidem credit? Qui Eccleſiæ renititur, & reſiſtit, in Eccleſia
ſe eſſe confidit? Quando & Beatus Paulus Apoſtolus hoc
idem docet, & ſacramentum vnitatis oſtendit dicens. Vnū
corpus, & vnus ſpiritus, vna ſpes vocationis veſtræ. Vnus
11 Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus. † Quam
vnitatem tenere firmiter, & vendicare debemus, maximè
Epiſcopi, qui in Eccleſia præſident, vt Epiſcopatum ipſum
vnum atque indiuiduum probent. Nemo fraternitatem
mendacio fallat: nemo fidei veritatem perfida præuari-
12 catione corrumpat. † Epiſcopatus vna eſt, quæ in mul-
titudinem latius incremento fecunditatis extenditur, quo-
modo ſolis multi radij, ſed lumen vnum, & rami arboris
multi, ſed robur vnum tenaci radice fundatum, & cum
de fonte vno riui plurimi defluunt, numeroſitas licet diui-
ſa videatur exundantis copiæ largitate; vnitas tamen ſer-
uatur in origine. Auelle radium ſolis à corpore, diuiſionem
lucis vnitas non capit. Ab arbore frange ramum, fructus
germinare non poterit. A fonte præcide riuum: præciſus
areſcit. Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa, per orbem to-
tum radios ſuos porrigit: vnum tamen lumen eſt, quod
vbique diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur. Ra-
mos ſuos in vniuerſam terram copia vbertatis extendit,
profluentes largiter riuos latius pandit; vnum tamen cor-
pus eſt, & origo vna, & vna mater eſt fœcunditatis ſucceſ-
ſibus copioſa. Illius fœtu naſcimur: illius lacte nutrimur:
ſpiritu eius animamur. Adulterari non poteſt ſponſa Chri
ſti, incorrupta eſt, & pudica. Vnam domum nouit, vnius
cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit 24. q. 1. cap. lo-
quitur Dominus 18. eſt enim ipſa pia mater, columna veri
tatis, edocta à Christo, & ab Apoſtolis, mater & magiſtra
omnium Eccleſiarum. Concilium Tridentinum in ſeſſ. 7.
de Bapiſmo canone 3. in ſeſſio. 6. de iuſtificatione canone
29. in ſeſſ. 14. de inſtitutione Sacramenti extremæ vnctionis
13 cum verò 3. §. nec profecto. † Hanc Eccleſiæ vnitatem, &
Petri monarchiam cōtra Lutherum Caluinum, & alios ſe-
ctatores ex loco Euangelij Matthei 16. ibi. Tu es Petrus, &
ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, &c. præ-
clare demonſtrat Cardinalis Bellarminus de Romano Pō
tifice lib. 1. c. 1. & ſeq. & c. 10. & ſequentibus diluit contra-
ria ab aduerſarijs allata. Hanc eandem Romanæ Eccleſiæ
vnitatem, & Principatum omnium aliarum Eccleſiarum
agnoſcunt etiam Imperatores in locis citatis ſupra hoc eo-
dem lib. tit. 1. & tit. 7 & lib. 1. tit. 9. & tit. 15.

S V M M A R I V M.

1 *Pontifex qui, & inimicus Papa ab omnibus vitandus numero 15.*
2 *Pontifex dignior Imperatore, a quo adoratur oſculo pedum.*
3 *Pontificis poteſtas in legibus condendis, mutandis, interpretandis.*
4 *Decreta Pontificum habent vim legis.*
5 *Pontificis poteſtas in iudicando cum vtriuſque gladij poteſtate.*
6 *Pontifex omnes iudicat & a nemine iudicatur.*
7 *Pontificis iuriſdictio in temporalibus indirecta ratione ſpiritualis monarchia.*
8 *Pontifex ſeu Eccleſia Romana non errat.*
9 *Pontifex non eſt alligatus decretis prædeceſſorum, nec Concilijs.*
10 *Pontifex diſpenſat contra ius.*
11 *Conſtantinus Vrbem Romam eiuſque Imperium Papæ donauit.*
12 *Donatio Conſtantini confirmata ab alijs Imperatoribus.*
13 *Pontificem eſſe Principem Eccleſiaſticum, & Politicum non repugnat verbo Dei.*
14 *Vacante Imperio quid iuris.*

De Papa. Tit. 13.

POntifex pro ſacris miniſtrandis fuit in veteri Eccleſia,
fuit, & apud gentes, & Romanos, quot autem Romę
Pontifices, quodue officium, & quę fuerint inſignia,
quibuſq. legibus maximus Pontifex erat adſtrictus, &
quod Pontifici maximo eſſet ſuppoſitus Rex ſacrificulas,
luculenter monſtrat Alex. ab Alex. lib. 2. Genialium dierū
1 c. 8. & lib. 3. c. 27. † Pontifex noſter in Eccleſia Dei Princeps
eſt ſacerdotum, quaſi via ſequentium. Ipſe eſt ſummus
ſacerdos, ipſe Pōtifex maximus nuncupatur; nūcupatur ēt
alijs quindecim eius primatū demonſtrātibus nominib. vt
conſtat apud Cardinalem Bellarminum de Romano Pon
tifice lib. 2. c. 31. Ipſe enim efficit ſacerdotes, & Leuitas, ipſe
oēs ordines Eccleſiaſticos diſponit, ipſe quod vnuſquiſq;
facere debeat oſtendit. Antea autem, qui Reges erant, &
Pontifices erant. Nam maiorum, hæc erat conſuetudo, vt
Rex eſſet etiam Sacerdos, & Pōtifex. Vnde & Romani Im
peratores Pontifices dicebantur diſt. 21. c. 1 §. Pontifex prin
ceps. Et ſummus noſter Pontifex in Eccleſia vniuerſa fun-
gitur officio Patris Paſtoris, Doctoris, Speculatoris, & ſum
mi ſacerdotis, vt ex D. Aug. epi. 162. D. Paulo 1. Corin 4. Act.
2. 10. & 15. Ioan. 21. Luca 22. Eccl. 12. Deuter. 17. Pſ. 2. Matt.
16. Hiero. 1. Ezech. 3. & 2. Tim. 4. & ex alijs probat Cardina-
lis Bellarminus de officio Principis libr. 1. c. 4. Cui ſubſunt
Chriſtiani oēs per vniuerſum orbē ſparſi, & ſi apud Per-
ſas, vel Turcas commorentur. Nam per baptiſmum ſe ſe
ei ſuppoſiti ſūt Steph. Auffer de poteſtate Eccleſiaſtica ſu
per laicis nu. 111. & 112. & ſeq. & debent ideo æſtimare eius
præcepta, ordinationes, & canones nō tanquam humanas,
ſed diuinas leges, vt pote per manus ab Apoſtolicis tempo
ribus ad nos deriuatas, vt in diſt. 12. c. illa, & in diſtinc. 36.
c. vtinam. Facti enim ſunt inſtinctu Spiritus ſanctus. Vnde
& violatores peccant in Spiritum ſanctum. Quare preſum
ptuoſum eſt aſſerere, quod ſtatutis ſacrorum canonum
in ſua firmitate manentibus per ſolam Bibliam regi poſ-
ſit Eccleſia Dei, prout conſueuerunt aſſerere ius canonicū
ignorantes, vt per Hoſtien. in ſumma de peniten & remiſ.
Verbo. Cui Epiſcopus numero 30. vel quod illis præfe-
rantur leges, ſeu Patrum ſanctorum dicta, & opiniones,
quoniam ipſi canones, & legibus, & Patrum dictis atque
opinionibus præferuntur, vt fuit iam probatum in lib. 1.
2 tit. 1. numer. † Et quamuis ipſe Papa ſummus Pontifex
ſit, & in Eccleſia Principatum obtineat, vt fuit demonſtra-
tum ſuperius tit. 7. & 10. Tamen non vult nominari vni-
uerſalis diſtinct. 99. cap. nullus, & c. ecce in præfatione. Di
gnior eſt Imperatore, à quo ei debetur reuerentia c. ſolitæ
6. de maiori, & obed. Clement. 1. de iureiurando. Cui ideo
Imperator ſe ſubmittit, atque commendat, vt inferior ma
iori, vt fuit probatum ſupra lib. primo titulo 9. in princip.
tit.

Digitized by Google

tit.13.ver.Nam Papa,& hoc eod.libro tit.7.Et inobediens
ab eo excommunicatur, ac Imperio priuatur, c.ad Apo-
ſtolicæ,de re iudic.in 6.extrauag.comm. ad certitudinem
3.eod.tit.Clement.Paſtoralis,eod.tit.Stephanus Aufrer in
repet.Clement.1.Tria quæſita,num.45. ver.ſexto, & ver.
ſeptimo.Adoratione ac oſculo pedum ab Imperatore ve-
neratur,vt factum fuiſſe probat à Philippo,Conſtantino,
& cæteris Imperatoribus Genebrardus lib.3.Chron.anno
Chriſti 32.Item & ab alijs ſequentibus. Et hic mos cœpit
in Apoſtolis. Act.4 & 5.& 10.& fuit præuiſus ab Eſaia c.
52.dum dixit. Quam ſpecioſi pedes euangelizantium bo-
na.& figuratus in 4.Regum, in Daniele 2.& in Geneſi 42.
43.& 50 † Habet & ipſe poteſtatem legem condendi,mu
3 tandi,& interpretandi: vt fuit oſtenſum in primo, lib.tit.
1.& 2.Deus in Monte Sinai eodem tempore cõtulit Moy-
ſi legem, & ſacerdotium Leuiticum, tranſlato, ideo ſacer-
dotio ad Chriſtianos per Chriſtum, neceſſe eſt, vt legis
tranſlatio fiat,& poteſtas legis condendæ, & mutandæ ſit
penes Vicarium Chriſti, vt eſt in ipſo Chriſto, c.tranſlato
3.vbi glo.& Doctor.de conſtitutionibus Cardinalis Bellar
minius de Romano Pontifice, lib.4.c.25. & ſequentibus.
4 † Hinc eſt,quod Canones, & decreta Pontificum vim le-
gis obtinent, immo leges ſunt ab omnibus inuiolabiliter
obſeruandæ,vt paulo ante dictum eſt,& probant, c.1.vbi
glo.& Doctor.de conſtit.diſtinct.11.c.hoc veſtræ, & cap.
quis neſciat 11.diſtinct.12.c.non decet 1.c.preceptis 2.cap.
ridiculum 5.& 1.q.7.c.ſi quis 2.in princ.25. q.1.c.nulla 4.
c.violatores 5.c.ſunt quidam 6.c.omne, quod 8.c.ſalus 9.
c.generali 11. c.omnia 12. c.hæc conſona 13.c.à ſanctis 14.
& vbique glo.& q.2.c.amputato 11.& ſequen.cap.ſi quis
dogmata 18.& ſequen.diſtinct.20. in princ. & ſi decreta,
diſtinct.19.in princ.cum cc.ſequent. vſque ad c.ſecũdum,
& fuit dictum ſupra lib.1. tit.1. Quod & agnouerunt Ca-
tholici Imperatores, ſubmittendo ſe illis, & ſubditis præ-
cipiendo obſeruantiam,l.omni,6.vbi glo.Bal.& Butrigar.
C.de ſacroſ. eccleſ. Caſſantes omnes ſanctiones canonibus
eccleſiaſticis contrarias,l.priuilegia 12 §.omnes,C.eod.§.1.
per totum,& clarius,ver.Si verò eccleſiaſticum ibi. ſecun
dum ſacras, & diuinas regulas, quas etiam noſtræ ſequi
non dedignantur leges,vbi glo.in verbo ſequi. Authen.vt
clerici apud proprios, &c. quod & manifeſtum fit in Au-
th.de monachis, & in Auth.de ſanctiſs.Epiſcopis, & ma-
nifeſtius legitur in §.1.per totum,vbi glo. & Bart. Auth.de
eccleſiaſt.titulis,vbi Imperator poſtquam dixit. Sanctas,
& eccleſiaſticas regulas vicem legum obtinere, ſubdit,
quod ipſe eas ſicut ſanctas ſcripturas accipit, & ſicut le-
ges obſeruat. & ſic per neceſſe affirmat quod veriſſimum
eſt,habere poteſtatem leges condendi,& mutandi, vt iam
diximus, & explicat Cardinalis Bellarminius de Romano
Pontifice,libro quinto, per totum contra hæreticos id ne-
5 gantes. † Præterea de iudicio Papæ diſpenſate nõ oportet
17.q.4.c.nemini,extrauag.Ioan.22.quia quorundam,5.de
verbor.ſignific. Eſt enim ipſe ſummus iudex in controuer
ſijs fidei,& morum iudicandis 24.q.1.c.diuinis, & infalli-
bile iudicium eius,d.q.1.c.in ſede,cap.à recta, ver.hæc ſan
cta,c.hæc eſt,in fine,& infra num.8. D.Thom.in 2.2.quæ-
ſtio.1.artic.9.& 10.Peregrinus de priuilegijs fiſci. libro pri
mo,tit.2.num.2.& ſequen. & ſecundum ea,quæ proponit
Cardinalis Bellarminius,vbi ſupra libro quarto. c.1.& ſeq.
6 cum allegatis infra tit. 11.num.40. † Eique omnes ſubsũt,
iſque vtrumque habet gladium iure diuino, ideſt vtram-
que iuriſdictionem,omnes iudicat, & à nemine iudicatur
extrauag.comm.1.de maiorit.diſtinct.40.c.ſi Papa 19.q.3,
c.patet,c.nemo,c.aliorum, c.facta, c.ipſi ſunt,c.cũcta, cũ
c.ſeq.23.quæſt.4.c.diſplicet tibi,§.reperis,ver.& adorabi-
mus Bellarminius vbi ſupra,libro 5.c.5. & ſequen. Steph.
Aufrer.in repet.Clement.5. de offic.ordinarij tertio quæ-
ſito per totum,& num.4.& ſequen.& num.12. ex Luca c.
7 22.& Matth.c.26. † Spiritualem ſcilicet iuriſdictionem in
omnes directè,vt fuit probatum ſupra libro primo, tit.9.
Temporalem verò indirectè ratione ſuæ ſpiritualis mo-
narchiæ, qua diſponit de temporalibus, Bellarminius vbi
ſupr.c.ſ 4.& 6. Aufret de poteſtate eccleſ. ſuper laicis per
totum,& ſupra lib.1.tit.13.num.11.& ſequen. Peregrinus
vbi ſupra. Sed ex ore eius debet exire recta ſententia,quæ
ſine reſpectu ius ſuum cuique tribuat,c.ex ore 17.in prin-
cip.de priuilegijs.Zelum religionis, præ cæteris habet 14.
quæſt.1.c.officij Hæreſes deſtruit non fouet,d.q.1. ca.me-
mor. Vigilantem eſſe oportet 25.q.1.c.quoties, & omnes
aliæ Eccleſiæ ad Papam reſpicere debent, & quod ille cre
dit credere debent, & eius veſtigia ſi qui, c.vlt.§.volentes
igitur,ver.conformantes ſe de baptiſmo, & de conſecrat.
diſtinct.3.c.nolle,in fine,c.celebritatem, ver.quia non 24.
q.1.c.hæc eſt, c.rogamus, c.quoniam 27.quæſt.2.c.lex di-
uina,eſt enim ipſe omnium Chriſtianorum Pater, Paſtor,
Doctor,ſpeculator, & ſummus ſacerdos, vt ab initio fuit
probatum, & docent Eccleſ.12.Deut.17. Luc.22. Hierem.
1.Ezech.3.Num.34.Ioſ.14.Sanctus Cyprianus lib.1.epiſt.
8 ad Cornel.Sueton.in Auguſto. † Nam Papa, ſeu Eccleſia
Romana non poteſt errare, d.§.1. c.in ſede,c.à recta, ver.
hæc ſancta,c.hæc eſt,in fin. Ergo Reges intelligite, erudi-
mini qui iudicatis terram. Illi Doctori fidem adhibete in
controuerſijs fidei,cui veritas dixit. Luc.22.Oraui pro te,
vt non deficiat fides tua, & illam Eccleſiam requirite, de
qua dictum eſt à Domino Matth.16. Portæ inferi nõ præ-
ualebũt aduerſus eam, ipſe enim eſt in his ſummus iudex,
9 vt & paulo ſuperius, numero quinto, dictum fuit. † Non
eſt alligatus Concilijs, c.ſignificaſti 4.§.aiunt in Concilijs,
de electio. nec decretis ſuorum prædeceſſorum, c.inno-
tuit 20.§.quamuis autem,eod.tit.extrauag. Ioan.22. quia
quorundam 5.§.ad impugnandas, de verborum ſignific.
10 † Ideoque contra ius habet diſpenſandi poteſtatem, cap.
propoſuit 4.§.licet autem, ver.qui ſecundum, de conceſſ.
præbendæ,vt etiam dictum fuit ſupra tit.5.ver.niſi Papa,
& eo non obſtante poteſt committere cauſas clericorum
laicis,non omnium generaliter,ſed aliquorum, vt per tex.
in c.vetum,de foro compet. & in c.Romanæ § debet, de
appellat.in 6. Zabar.in c.lector.diſtinct.54. & alios firmat
Stephanus Aufrer de poteſtate ſeculari in eccleſiaſticos
regula 1.limitat.1.& regula 4.limitat. 30.& ſyntagma cõ-
mun.opin.loco 1.tit.5.c.5.in princ.& ex humilitate poteſt
ſe ſubijcere iuriſdictioni Imperatoris, vt per Aufrer vbi
ſupra reg.4.limitat.47.laico etiam Sed contra articulos fi-
dei, & ius diuinum in vniuerſum diſpenſare non poteſt,
diſtinct.19. c.in memoria 3. cum duobus cc.ſequent. Au-
frer.vbi ſupra.Cucchus Inſtit.de Summo Pontifice.num.
11 10.& ſequen.& infra tit.12.num.62. † Porrò notandum
eſt,Magnum Cõſtantinum vrbem Romam, eiuſque Im-
perium Papæ donaſſe,c.fundamenta 17. §.ne autem ipſa,
de elect.in 6.diſtinct.96.c.Conſtantinus cum c.ſequ.1.q.1.
12 c.futurum,§.denique idem, † & hæc donatio fuit confir-
mata per Imperatorem Ludouicum, diſtinct.63. c.ergo.
13 & per Othonem, d.diſtinct.63. cap.tibi Domino. † Nec
pugnat cum verbo Dei, vt vnus homo ſit Princeps Eccle-
ſiaſticus, & Politicus ſimul. vt probat Cardinalis Bellar-
14 minius, vbi ſupra libro quinto, cap.9. per totum. † Et va-
cante Imperio iuriſdictio eius pertinet ad Papam extra-
uag.commun.Ioan.22.c.vnico,ne ſede vacante, reuertitur
etiam ad ſuam originem, conſtat enim illud à Papa deri-
uare,vt fuit dictum ſupra lib.1. tit.9. Quod idem ſuccedit
vacante Principatu non recognoſcente ſuperiorem. Feli-
nus in c.licet ex ſuſcepto,col.1. de foro competen. Stepha-
nus Aufret de poteſtate eccleſiaſtica ſuper laicis, numero
15 126.ver.vacante principatu. † Poſtremo obſeruãdum eſt,
quod Papæ inimicus ab omnibus eſt vitandus, diſtinc.93.
in princ.cum duobus cc.ſequent.11.q.3.c.ſi inimicus. Sed
& de eo plura referuntur in ſyntagma commun.opin.loco
1.tit.3.c.1.& tit.5.c.1 & ſeq.de quo etiam agunt Lancellot.
Inſt.de Epiſcopis,& ſummo Pontifice,& Cucchus. Inſt.de
ſummo Pontifice.

S V M M A R I V M.

1 *Papa de gremio Romanæ Eccleſiæ eligendus.*
2 *Papa viuo non eſt eo inconſulto loquendum de electione futuri, & ſi factus ſit inſufficiens, ſeu inſanus.*
3 *Electionis ius ſpectat ad Cardinales.*
4 *Imperatoris conſenſus non requiritur in electione Papæ.*
5 *Eligendi Pontificis modus, tempus, & alia.*
6 *Cardinalium duæ partes debent concurrere in electione Papæ.*
7 *Pontifices duo eodem tempore electi neuter Papa erit.*
8 *Schiſma faciens poteſt manu armata coerceri.*

De

Digitized by Google

De Papa eligendo. Tit. 14.

1 PApa † de Romanæ Eccleſiæ gremio, ſi reperiatur ido-
neus eligendus eſt. Vel ſi de ipſa non inuenitur, ex
alia aſſumatur, diſtinct. 23. c. 1. §. eligatur, vbi gloſs. in
verbo gremio, diſtinct. 79. c. oportebat, & c. nullus, & cap.
ſi quis. Nullus enim laicorum, neque ex alio ordine præſu
mat, niſi per diſtinctos gradus aſcendens diaconus, aut
presbyter Cardinalis factus fuerit, ad ſacri Pontificatus
2 honorem promoueri, d. c. nullus, & d. c. ſi quis. † Et Papa
ſuperſtite, & inconſulto, de electione futuri Pontificis
nemo poteſt loqui, d. diſtinct. 79. c. ſi quis Papa 2. c. nullus
7. & ſi inſufficiens, & mente captus factus ſit. Clarus in §.
fin. quæſt. 73. num. 8. ver. Prælati poſt Gomeſ. quem ipſe
citat in c. 1. num. 115 de conſt. in 6. ſyntagma commu. opi-
3 nio. loco 1. tit. 5. c. 1. in fine. † Ius autem eligendi Papã non
niſi Cardinalibus competit, diſtinct. 79 in princ. cum cap.
ſequen. diſtinct. 23. c. 1. §. qua propter, & §. quod ſi prauo-
rum. Et quidem Cardinalibus etiam excommunicatis, ſu-
ſpenſis, vel interdictis, Clement. ne Romani 2. §. cæterum,
de elect. Peregrin. de priuilegijs fiſci, lib. 1. tit. 2. numer. 16,
& adeſt Conſtitutio Pij IV. in Bullario 81. Nec ideo quiſ-
quam ſumit ſibi honorem, ſed ille qui electione Cardina-
lium libera vocatur à Deo tanquam Aaron, vt teſtatur D.
4 Paulus ad Hebræos, c. 4. in fine, & c. 5. poſt princip. † Nec
in hac Papæ à Cardinalibus facta electione requiritur Im
peratoris conſenſus, diſtinct. 63. cap. quia ſancta, §. verum
quia cum ſequen. vſque ad c. tibi Domino, & c. ſacrorum,
dignior enim eſt Imperatore, vt fuit oſtenſum in titulo
præceden. & neminem in terris ſuperiorem habet, vt in
ſyntagma iuris, loco 1. tit. 5. c. 1. Nam & ſi antiquitus Impe
ratores antiqui præſtarent electioni Papæ iam factæ con-
ſenſum, vt ex hiſtorijs, de quibus apud Platinam, & Baro-
nium; & dicitur in d. diſtinct. 63. c. Agatho, cum duobus
cc. ſequentibus, & c. quia ſancta. Tamen id factum fuit ex
priuilegio Adriani Papæ, de quo in d. diſtinct. 63. cap. A-
drianus Papa 22. & com probat luculenter Cardinalis Bel-
larminus, lib. 1. de clericis, c. 7. & ſequen. Quod facere po
tuit, vt notat glo. in c. nemo 9. q. 2. Geminian. in c. nos & ſi
2. quæſt 7. vbi glo. cum alijs allegatis per Stephanum Au-
frer de poteſtate ſæculari in eccleſiaſticos. Fallent. 47. lai-
co etiam, fol. 392. quod & ita factum hiſtoricè probat Ge-
nebrardus in libro 4. Chrono. anno 1555 & id vt electio
authoritate Imperatoris firma, & inconcuſſa maneret, &
haberet Imperium protectorem contra præſumentes eã
turbare, d. c. Agatho, & ſequen. & d. c. quia ſancta in princ.
Sicut enim Imperator pro æterna vita indiget Pontifice,
ita & Pôtifex pro cura temporalium rerum indiget Im-
peratore, & Principibus teſte D. Cypriano, quem refert
Stephanus Aufrer. de ſæculari poteſtate in eccleſiaſticos in
proœmio, in princ. & ideo illius auxilio vtebantur. Verum
quia Imperatores nonnulli aliquando hoc honore, ac
prærogato priuilegio fuerunt abuſi, ideo illis legitur abla-
tum à Pontifice, qui conceſſit in d. cap. quam ſancta 28 §.
verum, quia cum cc. ſequentibus vſque ad c. tibi Domi-
no, & c. ſacrorum, §. ex conſtitutionibus, & d. diſtinct. 63. in
princip. Platina, Baronius, & Genebrardus, vbi ſupra.
5 † Modus verò eligendi Pontificem, item tempus, locus, &
alia multa extant definita in diſtinct. 23. c. 1. & in cap. vbi
periculum 3. de elect. in 6, quo loci, vt Cardinales puro, ac
libero voluntatis propriæ arbitrio ad hanc electionẽ acce
dant, ab ſoluuntur ab omnibus promiſſionibus, etiam cũ
iuramento cuicumque factis de eligendo, vel non eligendo
magis vnum, quam alterum, & in Clement. ne Romani 2.
6 §. ſanè, cum eod. tit. † Præterea ſi Cardinales eligentes diſ-
ſentiant, electio non valet, niſi ex eiſdem partes duæ con-
ſentiant, c. licet 6. de elect. c. vbi periculum 3. in princ. eod.
7 tit. in 6. † Sed ſi duo concertatim temeritate fuerint electi,
neuter Papa erit, ſed noua electione opus eſt, diſtinct. 79.
c. ſi duo. Tandem electione canonicè facta, ſi electioni reſi
ſtatur anathema ſit, d. diſtinct. 79 c. ſi quis ex 6. Nam illa
canonicè facta eſt fouenda, & executioni demandãda per
executores ad hoc datos, in d. c. vbi periculum 3. §. præte-
8 rea quia parum, de elect. in 6. † Et poſſunt, & debent Prin
cipes temporales manu armata procedere etiam bellico
more, ac iure contra facientes ſchiſma, & turbantes exe-
cutionem electionis canonicè factæ, vt per text. in c. Prin-
cipes, vbi glo. 23. quæſt. 5. quem citat Aufrer vbi ſupra re-
gul. 1. limitat. 3. fol. 208. & per allegata infra. tit. 18. nume.
15. Obſeruãdum etiam eſt, quod ſi omnes Cardinales pe-
rirent, quod Deus auertat, tunc electio ſpectaret ad Epiſco
pos vicinos, & clerum Romanum, cum deſcendentia ta-
men aliqua à Concilio generali omnium Epiſcoporum,
ſecundum Cardinalem Bellarminum, libro primo, de cle-
ricis, cap. 10.

SVMMARIVM.

1 *Legati de latere quot, & illorum poteſtas.*
2 *Legatus de latere in quibus habeat poteſtatem limitatam.*
3 *Percutientes inter ſe clerici, & monachi poſſunt ab eorũ Prælatis abſolui. limitatur nu. 4 ampliatur nu. 5. 6. & 7.*
8 *Percutiens clericum quibus caſibus non teneatur adire Papam pro abſolutione, & nu. 3. vſque ad nu. 9.*
9 *Percutiens clericum poteſt abſolui à legato de Latere.*
10 *Legati a Latere poteſtas circa collationem beneficij.*
11 *Statuta legatorum à Latere valent.*
12 *Legatus generalis cedit ſpeciali.*
13 *Legatus literas legationis debet oſtendere.*
14 *Eccleſiæ tenentur conferre ad ſumptus legati.*
15 *Modus in expenſis legatis præſtandis.*
16 *Legatorum priuilegia.*

De legato Papæ. Tit. 15.

1 LEgati † enim triplicis generis ſunt, aut à Latere, aut le-
gati nati, aut legati ſimplices, ſeu legati conſtituti, c.
decreti c. ſi quis epiſcopus 2. q. 6. vbi gl. c. ad eminen-
tiam de excomun. Cucchus Inſtit. de legat. Apoſtol. n. 9.
Legatus de latere maius poſt Papam habet imperium c. ſi
Abbatem 36 §. huiuſmodi de elect. in 6. & ideo in prouin-
cia ſibi decreta Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & exẽ-
ptorum electiones poteſt confirmare. Alij autem legati
ſcilicet non de Latere, vel qui dignitatem illam ſibi vendi-
cant Eccleſiarum prætextu, de quibus in c. 1. & penult. de
offic. legati in 6. hoc nequeunt, niſi id eis à Sede Apoſtolica
ſpecialiter ſit commiſſum, d. c. huiuſmodi, vbi glo. & Ioã.
Andr. Sunt enim legati de Latere, vel à Latere, qui ex Car
dinalium cœtu legati tranſmittuntur, c. penul. de offic. le-
gati. Nam cum Cardinales Pontificis Maximi aſſiduè La-
teri hærere oporteat, nec ab eo vnquam diſcedere, vt infr.
tit. 16. Hinc fit, quod vbi aliò tranſmittuntur Summi Pon
tificis Latere deſerto, legati à Latere dicantur. quaſi dixe-
ris, vel legati collaterales, vel legati a Latere Pontificis e-
2 greſſi, & profecti. † Verum de Latere legatus ea qua in ſi-
gnum priuilegij ſingularis ſummo Pontifici ſunt reſerua-
ta, vſurpare non poteſt ſine ſpeciali conceſſione, vt eſt Epi-
ſcopos transferre, Eccleſiam Cathedralem alteri ſubijce-
re, ius primatiæ alteri concedere, duos Epiſcopatus vnire,
vel vnum diuidere, c. niſi ſpecialis 3 & c. quod translatio-
nem 4. de officio legati. Item nec excommunicatos pro in-
iectione manuum in clericos abſoluere, d. c. 4. ver. illorum
abſolutio, & c. excommunicatis 9. eodem titul. Nam ſolus
Papa eos abſoluere poteſt. 17. quæſt. 4. c. ſi quis ſuadente,
c. 1. § fin. & c. non dubium 5. in fin. c. ea noſcitur 13. §. alios
autem, de ſentent. excommun. 11. quæſt. 3. c. ad menſam,
3 §. iuxta igitur in fine. † Verum ſi cohabitantes clerici, vel
monachi alter alterum percuſſerit, & ob id in canonem,
Si quis ſuadente, inciderint, hi poterunt ab eorum Præla-
tis abſolui, c. quoniam 9. § fin. de vita, & honeſt. cleric. cap.
cum illorum 32. §. ſi clauſtrales, c. de monialibus 33. & cap.
4 canonica 50. de ſentent. excommun. in 6. † Non enim idem
erit ſi enormis fuerit læſio, d. §. ſi clauſtrales, ver. niſi ex-
ceſſus ipſorum, & d c 9. §. fin. ver. niſi fortè atrocitas. Si re-
ligioſus clericum percuſſerit, & hic à ſuo Prælato poterit
abſolui, c. religioſo 20. de ſentent. excommun. in 6. Sed cõ-
tradicit, d. §. ſi clauſtrales, ver. quod ſi clericus percuſſerit
ſæcularem, ideo pro concordia ſunt adeundi, gloſs & Do-
5 ctor. ibi. † Item, & frater hoſpitalis Hieroſolymitani per-
cutiens clericum, poteſt à ſuo Prælato abſolui, d. c. canoni-
ca 50. eod. tit. & qui per clericum percuſſerit, c. 1. in princ.
8 cap. quamuis 58. ver. puerili, & cap. vltim. eodem titul. † Et
mulier percutiens clericum, c. mulieres 6. c. ea noſcitur 13.
c. de

Digitized by Google

c.de monialibus 33.c.quamuis 58.ver.fragilitate ſexus,de
ſentent.excommun.& ſenex,valetudinarius,aut alias cor-
pore infirmus,d.c.13.& c.non dubium 5 in fine,cap.quod
de his 26.c.nuper 29.§.fin.c.quamuis 58. eodem titul. Sed
huiuſmodi perſonæ non aliter à ſuo Epiſcopo ſunt abſol-
uendæ,quam iuramento præſtito, ſe impedimento ceſſan
te ad Papam ituros, eiuſque mandato eſſe obtemperatu-
ros,d.c.quamuis 58.ver.cæterum quibuſdam,& dicto ca-
7 pit.ea noſcitur 13.§.fin.& d.cap. quod de his 26.§.fin.† Et
pauper.d.c.quamuis, ver.aut inopia; & d.c.quod de his
26.ver.vel paupertate. Sed contradicit,d.c.ea noſcitur 13.
ver.alias autem,ſine pauperes.Pro concordia ideo adeun-
di ſunt glo.& Doctores ibi.Item & is,qui ſui iuris non eſt,
c.mulieres 6.& d.cap.quamuis 58.ver.niſi iuris beneficio.
Niſi non in fraudem Domini ſeruus clericum percuſſerit,
tunc enim ſolus Papa pro abſolutione eſt adeundus, c.re-
8 latum 37.eod.tit.† Qui ſunt magnæ potentiæ, vel adeo
delicati, vt ad Papam venturi non ſint, ſunt à ſuo Epiſco-
po abſoluendi, d.c.mulieres 6.§.de his verò. Sed an idem
erit ſi percuſſerint Cardinalem; Legatum vel Nuncium
Apoſtolicum offenderint,retinuerint,carcerauerint, poſ-
ſet valdè dubitari, ac cum maxima ratione propter diſpo
ſitionem,c.felicis,de pœnis in 6.& conſtitutionem Pij Pa-
pæ V. promulgatam contra offendentes Cardinales, Pa-
triarchas,Archiepiſcopos,Epiſcopos,Legatos,& Nuncios
Apoſtolicos,quæ legitur ſingulo anno in die Cœnæ Domi-
nicæ, in qua diſponitur quod omnes talia in prænumera-
tas eccleſiaſticas perſonas perpetrantes læſæ Pontificiæ
Maieſtatis crimine ſint obnoxij,vt dictum fuit ſupra,libr.
1.tit.28. & dicitur infra libro 4.tit.25.num.22. Officialis,
iudex,apparitor non eſt à ſuo Epiſcopo abſoluendus, niſi
ſub conditione,de qua in c.ſi verò 3.§.1. de ſenten.excom.
in 6. Hoſtiarius verò alicuius poteſtatis eſt à ſuo Epiſcopo
abſoluendus, vtique cum diſtinctione,de qua in d.cap.3.
in princ. Item qui clericum,qui contempto habitu cleri-
cali enormiter deliquit,percuſſerit,eſt à ſuo Epiſcopo ab-
ſoluendus,c.perpendimus 23. de ſentent.excommunic. in
6.Et ille qui percuſſit clericum inuentum cum vxore, vel
propinqua ſua,d.c.3.§.nec ille. Vel qui percuſſit clericum
vim ſibi inferentem, d.c.3.§.ſi verò clericum, & tandem
qui clericum leuiter percuſſit, poteſt à ſuo Prælato abſol-
9 ui,c.peruenit 17. de ſentent.excommun.† Sed à legato de
Latere qui clericum percuſſit,poteſt abſolui,c.ad eminen-
tiam 20. & c.quod de his 26.eod.tit. niſi propter id fuerit
prius excommunicatus, vt dictum fuit ſupra ſub numero
ſecundo, ver.item nec. Præterea legatus Papæ non ſolum
per appellationem.ſed & etiam per ſimplicem querelam
adiri poteſt, c.1.de offic.legati. Tamen in appellationibus
ad eum interpoſitis admittendis, & in inhibitionibus con-
cedendis poſt appellationem interpoſitam ſeruare tenen-
tur formam ſacrarum conſtitutionum, & præſertim In-
nocentij IV. de qua in c.Romana de appellatio. in 6. qua-
cunque conſuetudine,etiam immemorabili,aut ſtylo, vel
priuilegio in contrarium non obſtantibus,vt diſponitur in
Concilio Tridentin.in ſeſſio.22. de reformat c.legati 6. &
non poteſt impedire Epiſcopos ſuæ prouinciæ, ne proce-
dãt in cauſis ad forum eccleſiaſticum quomodolibet per-
tinentibus,niſi Epiſcopo requiſito,eoque negligente, vt in
Concilio Trident.ſeſſio.24.de reformat. cap.cauſæ omnes
10 20 §.legati quoque.† Poteſt conferre beneficium vacans,
licet illud ſpectet ad præſentationem alicuius clerici, cap.
dilectus 6.de offic.legat.c.cum dilectus 28.de iurepatro-
nat.c.1.de offic.legat.in 6.Niſi legati officium ſit finitum:
tunc enim ſimul finitur reſeruatio eius, c.præſenti 3.eo.tit.
Sed ſi durante officio ad collationem ſit proceſſum, ſub-
ſiſtit,d.c.3.ver.dummodo ad collationem. Sed ſi euſdem
legati vna reſeruatione pendente, in eadem Eccleſia aliã
faciat,& conferat,collatio non ſubſiſtit, dicto cap.præſen
ti 3. §.cæterum. Quæ vtique non ſubſiſtit, ſi facta ſit de
Cathedrali, regulari, vel collegiata Eccleſia, eiuſque di-
gnitate,electiua:has enim legatus non poteſt conferre, ca-
pit.deliberatione 4.in princip.vſque ad §.prohibemus,eo.
tit.Legatus in alio loco conſtitutus, in alio iuriſdictionem
11 ſuam poteſt exercere,cap.nouit.7. de offic.legati.† Statu-
ta legatorum vim obtinent, quamuis legati prouinciam
exceſſerint,eorumque officium ſit finitum, cap.vlt.de of-
fic.legati. Quod colligitur etiam ex conſtitutione Aegi-
na,quæ ſeruatur in ſtatu Eccleſiæ, vbi olim Aegidius fuit
legatus pro Pontifice tunc Auenioni reſidente. Porrò mi-
nor legatus cedit maiori,ita vt hoc præſente illius minoris
12 officium ceſſet.cap.volentes 8.eodem tit.† Sed & legatus
generalis cedit ſpeciali,cap.ſtuduiſti 2.de offic.legat.& re-
latione cauſæ facta Papæ,legatus iudex eſſe deſinit,cap.li-
cet 5. eodem tit.& ſupra, libro 2.de relationibus titul.39.
13 † Sed & obſeruandum eſt ne legatis ſine literis legatio-
nis conſignatis fides habeatur, diſtinct.97.c.vlt. & quod
etiam ſubdiaconus legatus Papæ eſſe poteſt,diſtinct.94.c.
1.& quod oſtenſis literis ſuæ legationis, eſt ei fides adhi-
benda, nec eſt impediendus exercere ſuam iuriſdictionẽ,
diſtinct.64.c.ſi quis autem,& extrauag.commun.1.de cõ-
14 ſuetud.† Præterea omnes Eccleſiæ eius diœceſis, in qua
legatus Papæ eſt, ſumptus ad eum alendum conferre te-
nentur,cap.cum inſtantia 17.in princip.de cenſibus, cap.
accedentes 11.de præſcriptionibus.Immò quicunque fue
rit à legato requiſitus,expenſas ei præſtare tenetur, dicto
cap.cum inſtantia, ver.nuncijs tamen noſtris in neceſſa-
15 rijs,&c.† Modus autem expenſarum legato præſtanda-
rum adhibendus deſcribitur in dicto cap. cum inſtantia,
ver.ſanè in his exigendis, cap.procurationes 23. ver.hoc
adhibito, eodem tit. Et contumaces qui ſumptus legatis
conferre nolunt, cogendi ſunt, dicto cap.cum inſtantia,
ver.qui contumaciter, & c.quia pontificali 2.de offic.le-
16 gati in 6.† Tandem pro coronide obſeruandum eſt,quod
habeat priuilegia omnia,quæ legatis gentium,& Principũ
leguntur in corpore iuris attributa, de quibus plura dicta
ſunt ſupra,lib.1.tit,29 num.10.lib.2.tit.6.& dicuntur infra
lib.4.tit.25.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales vnde dicti.*
2 *Cardinales ſunt Papæ coadiutores.*
3 *Eccleſiæ fundamenta in montibus ſanctis quid.*
4 *Apoſtoli fundamenta ſunt Eccleſiæ.*
5 *Apoſtolorum Petri,& Pauli laudes,dona,& merita.*
6 *Eccleſia Romana temporalium rerum acquiſitionis ratio.*
7 *Pontificibus vtriuſque poteſtatis monarchia quare conceſſa.*
8 *Temporalem poteſtatem non habere Pontificem incongruum,*
& abſurdum eſſet.
9 *Cardinalium promouendorum qualitates.*

De Cardinalibus. Tit. 16.

1 CArdinales † ideſt principales 7. quæſt.prima, c.pa-
ſtoralis, & dicuntur à cardine, quia ſicut in cardi-
ne regitur oſtium,ita per iſtos debet in Eccleſia re-
gi officium. Sunt etiam dicti Cardinales, quia per eos re-
gitur vniuerſalis Eccleſia. diſtinct.24.c.presbyteri, & di-
ſtinc.71.cap.fraternitatem.Cardinalis,ideſt,ſacerdos pro-
prius alicuius Eccleſiæ etiam exponitur, vt 21.quæſtio.pri-
ma,cap.relatio. in fine, ita enim proprius ſuæ Eccleſiæ ſa-
cerdos Cardinalis Epiſcopus dicitur,vt in d.c.relatio,& in
dicto c.fraternitatem, glo.in cap. monaſterium 2. in ver-
bo,Cardinalium de officio Archipresbyteri.Horum enim
officium ab ineunte Eccleſia apud D.Petrum, & alios eius
ſucceſſores Pontifices ſummos nunquam defuit, licet de-
eſſet nomen.Ambiguum tamen eſt,ac ferè incertũ, quan-
do hoc nomine primum honeſtati, atq; inſigniti fuerint,
cum alij ante Syluestrum, alij poſt eum id factum opinẽ-
tur, de qua re latè Corradus Lancellottus, Hieronymus,
Manfredus,& alij quos recenſet Cucchus Inſt. de Cardi-
nalibus.Et D.Gregorius, lib.1.epiſt.15. rogat Balbinũ Epi-
ſcopũ Roſellanum,vt viſitator accedat ad Eccleſiã Popu-
lenſem, vt vnum Cardinalẽ illic presbyterũ ordinet. & in
epiſt.77.conſtituit Eccleſiæ Salonenſi Cardinalem Ponti-
ficem, & in epiſt.79. vt non poſſit aſſeuerari locutũ fuiſſe
de noſtri temporis Cardinalibus, ſed ſolum dignoſci no-
2 men hoc in Eccleſia Dei in vſu tunc fuiſſe.† Cardinales.n.
Papæ,de quibus modò agendum,in executione officij ſa-
cerdotalis eidem coadiutores adſiſtunt, c.fundamẽta 17.
ver.decet namque ipſi Romano,de elect.in 6. Quorũ ma-
ior pars vacante ſede repreſentat caput: adeo quod colle-
gium nunquam dicatur ſine capite,etiam quod Papa mor
tuus ſit,vt explicat Felin. in cap. ex literis, de conſtitutio.

Digitized by Google

3 †Fundamenta enim Eccleſiæ in montibus Sanctis Prophe
4 ta Dauid repoſuit Pſalmo 86. † per montes Apoſtolos,&
prædicatores patenter inſinuat,quibus tota huiuſmodi æ-
dificij fabrica innititur,q firmæ baſes Eccleſiæ,ſuper fun-
damento, præter quod nemo aliud ponere poteſt, quod
eſt Chriſtus Ieſus, veluti ſummo angulari lapide ſolidan-
tur: vt veritas,quæ antea legis, & prophetarum præconio
vehebatur, per Apoſtolicam tubam in ſalutem vniuerſi-
tatis exiret;ſicut ſcriptum eſt:In omnem terram exiuit ſo-
5 nus eorum;& in fines orbis terræ verba eorum. † Huius
autem muneris ſacramentum ita Dominus ad omnium
Apoſtolorum officium voluit pertinere,vt in Beato Petro
Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret;
vt ab ipſo quaſi quodam capite,dona ſua veluti in corpus
omne diffunderet. Hunc enim in conſortium indiuiduæ
vnitatis aſſumptum,id quod ipſe erat,Dominus voluit no
minari dicendo. Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædifi-
cabo Eccleſiam meam;vt æterni templi ſtructura Deo æ-
dificante conſtructa, mirabili munere gratiæ Dei in Petri
conſiſteret firmitate:cui Saluatoris noſtri ammiranda prouiſ-
ſio Beatum Paulum in Apoſtolatu gentium per dexteras
ſocietatis adiunxit.Iſti ſunt, per quos Euangelium Romæ
reſplenduit.Iſti ſunt eius Patres,verique Paſtores.Iſti ſunt
qui vna die pro merito vno loco pro gloria,ſub vno perſe-
cutore pro pari virtute compaſſi, Vrbem ipſam glorioſo
cruore martirij, Chriſto Domino conſecrarunt. Iſti ſunt,
qui illam in hanc gloriam prouexerunt,vt ſit gens Sancta,
populus electus,Ciuitas Sacerdotalis,& regia;per ſacram
6 Beati Petri ſedem caput totius orbis effecta. † Ne autem
ipſa mater Eccleſia in congregatione, & paſtura fidelium
temporalibus careret auxilijs,quin potius ipſis adiuta,ſpi-
ritualibus ſemper proficeret incrementis;non abſque mi-
raculo factum eſſe concipitur, vt occaſionaliter Conſtan-
tini monarchæ à Deo promiſſa,ſed curata baptiſmalibus fo
mentis infirmitas, quandam quaſi adijceret Eccleſiæ fir-
7 mitatem.† Qui quarto die ſui baptiſmatis,vnà cum om-
nibus Satrapis, & vniuerſo Senatu, optimatibus etiam,
& cuncto populo,in perſona Beati Siluestri, ſibi Romam
concedendo Vrbem relinquens,ab eo & ſucceſſorib. eius;
per pragmaticum conſtitutum diſponendum, (decernens
in ipſa Vrbe vtriuſque poteſtatis monarchia Romanis Pō
8 tificibus) declarauit;† non iuſtum arbitrans,vt vbi Sacer-
dotij principatum, & Chriſtianæ religionis caput Impera
tor cæleſtis inſtituit, illic Imperator terrenus habeat pote-
ſtatem: quin magis ipſa Petri ſedes in Romanorum pro-
prio ſolo collocata libertate plena in ſuis agendis,per om-
nia potiretur;nec vlli ſubeſſet homini,quæ ore diuino cun
ctis dignoſceretur eſſe prælata. Decet namque ipſi Romano
Pontifici, per fratres ſuos Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ
Cardinales,quos ſibi in executione officij ſacerdotalis coa-
diutores adſiſtunt,libera prouenire Concilia. Decet ipſius
nullo modo vacillare iudicia:vt fratres ipſos nullus ſecu-
laris poteſtatis metus exterreat, nullus temporalis fauor
abſorbeat,nullus eis terror immineat, nihil eos à veri con-
ſilij ſoliditate remoueat: quin,cum per ipſum Romanum
Pontificem in quibuſcunque negocijs contingeret eorum
peti conſilium,in conſulendo per omnia liberi,eidem Ro-
mano Pontifici in omnibus, quæ pro tempore imminent,
libere conſulant,& adſiſtant; ipſaque Romani Pontificis
Vicarij Dei,quę ſuis temporibus occurrerit electio,& eo-
rundem Cardinalium(cum expedierit) facienda promotio,
in omni libertate procedant. Digne itaque ad Vrbem ipsā
eiuſq; regimen aciem ſuæ conſiderationis Romanus Pon-
tifex extendit,vt felici ducta regimine, præſeruetur à no-
9 xijs,& optatis ſemper perficiat incrementis.† Itaque vt id
id eueniat digniſſimi,ſanctiſſimi,doctiſſimi prudentiſſimi
ſunt Cardinales promouendi, quoniam indignorum,atq;
imprudentium nullum eſt conſilium,nec firmum auxiliū.
Quare ſicut in eligendis magiſtratibus, & iudicibus ſecu-
laribus,vt dictum eſt ſupra libr.1.& 2.in ordinandis cleri-
cis, in eligendis Epiſcopis,atque Prælatis magna eſt adhi-
benda cura,vt fuit dictum ſupra titu.2.& 8. maxima pro-
fecto erit adhibenda in Cardinalibus promouendis,vt Pa-
pæ in executione ſacerdotalis officij coadiutores,vt decet
ſanctiſſimi digniſſimi, doctiſſimi prudentiſſimi adſiſtere
poſſint d.c.fundamenta 17. de electione in 6.æterna enim
Dei ſapientia ſtatuit diuina miniſteria ſaltem ipſis religio-
nis exordijs ab illis duntaxat tractari, qui veri eſſent veræ
ſapientiæ amatores. Quò factum eſt,ut ijdem apud priſcos
rerum cauſas indagarent,& ſacrificia ſummæ ipſius rerū
cauſæ diligenter adminiſtrarent, atque ijdem apud om-
nes gentes philoſophi,& ſacerdotes exiſterent,ut ſoli do-
cti ſacris præeſſent, ut obſeruauit Ficinus de Chriſtiana
religione in princ.& Chriſtus Ieſus apud Lucam 6. vt do-
ceret ſummos Pontifices eius Vicarios in terris quantum,
& qualem in Cardinalibus eligendis, & promouendis de-
beant diligentiam adhibere, ieiunauit, & prius exijt in
montem orare,& erat pernoctans in oratione Dei. Et cum
dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos, & elegit duode-
cim,& ipſis,quos & Apoſtolos nominauit. Hinc ortus mos
Pontificum, vt Cardinales promoueant in quatuor anni
tempora ieiunij,poſt ieiunium feria 4.vel ipſo finito in 2.
feria ſequenti, & Apoſtoli Sancti ſequendo Magiſtri do-
ctrinam in ſubrogando Matthiam in locum Iudæ orantes
dixerunt: Tu Domine,qui corda noſti omnium, oſtende
quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum mini-
ſterij huius Apoſtolatus, de quo præuaricatus eſt Iudas,
vt apud Acta Apoſtol. cap.1.in fine, ita enim electi erunt
tales, quales ſancta Romana Eccleſia deſiderat pro ſuo
fundamento. De Cardinalibus qui plura deſiderat adeat
tractantes de eis,quos omnes recenſet Cardinalis Bellar-
minius de clericis lib.1.c.16.per totum,& Syntagma com.
opin.loco 1.tit.6.

SVMMARIVM.

1 *Patriarcha vnde dictus,& quibus conueniat hoc nomen.*
2 *Patriarchæ,& alij vbi ordinandi.*
3 *Flamines,& Archiflamines antiqua gentilitatis in Epiſco-
pos,& Archiepiſcopos commutat.*
4 *Primates qui.*

De Patriarchis,& Primatibus. Tit. 17.

1 PAtriarcha † itaque Græca lingua ſummus Patrum in-
terpretatur,quia primum, ideſt Apoſtolicum retinet
locum,& ideo quia ſummo honore fungitur, tali no-
mine cenſetur,ſicut Romanus,Antiochenus,& Alexandri-
nus,Patriarcha enim,& primas nomine tantum non re dif
ferunt diſtinct.59.in princip.& cap.1.verſic.ni. noſtros Pa-
triarchas. Lancellottus inſtit.de Epiſcopis,& ſummo Pon
tifice §.Patriarchæ ſunt,& ſequen. Coccinus inſtit. de Pa-
triarchis primatibus,& Metropolitanis. Nulli verò Archi
epiſcopi primates vocantur,niſi illi,qui primas tenent Ci-
uitates.quarum Epiſcopos Apoſtoli, & ſucceſſores Apo-
ſtolorum,regulariter Patriarchas, & Primates eſſe conſti-
tuerunt: niſi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur,
cui neceſſe ſit propter multitudinem eorum, primatem
conſtitui. Reliqui verò,qui alias metropolitanas ſedes adę
pti ſunt,non Primates, ſed Metropolitani nominantur di-
2 ſtinct.99.cap.nulli.† Loca verò in quibus Primates, Patri-
archæ,Archiepiſcopi, Epiſcopi presbyteri ordinandi sūt,
hæc ſunt ſecundum Lucium Papam,& Clementē,& Ana
cletum. Ait enim Lucius Papa. Vrbes,& loca quibus Pri-
mates præſidere debent,non à modernis, ſed etiam mul-
tis ante aduentum Chriſti ſunt ſtatuta temporibus: qua-
rum Primates etiam gentiles pro maioribus negocijs ap-
pellabant. In ipſis verò Vrbibus poſt Chriſti aduentum,
Apoſtoli, & ſucceſſores eorum Patriarchas, vel Primates
poſuerunt,ad quos Epiſcoporum negocia (ſalua in omni-
bus Apoſtolica authoritate)& maiores cauſæ,poſt Apoſto
licam ſedem ſunt referendæ diſtinct.80.cap.1.& diſtinct.
3 99 cap.1. † In illis verò Ciuitatibus, in quibus olim apud
Ethnicos primi Flamines eorum, & primi legis Doctores
erant,Epiſcoporum Primates poni, vel Patriarchas Bea-
tus Petrus præcepit,qui reliquorum Epiſcoporum cauſas,
& maiora,quoties neceſſe foret negocia in fide agitarent,
Qui autem fuerint primi Flamines, quodue illorum offi-
cium apud veteres Romanos,quibuſue eſſent cæremonijs
addicti præclarè tradit Alexand.ab Alex.lib.6.Genialium
dierum ca.12. In illis autem Ciuitatibus,in quibus dudum
erant Archiflamines, quos tamen minores tenebant, quā
memoratos Primates,vt apud Alex.ab Alexan.vbi ſupra,
Archiepiſcopos inſtitui præcepit. In ſingulis verò reliquis
ciuitatibus ſingulos, & non binos, vel ternos, aut plures
Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopos conſtitui præcepit,qui non Primatuum,aut Ar
chiepiſcoporum,aut Metropolitanorum nomine,quia ma
tres Ciuitatum non tenent,ſed Epiſcoporum tantum vo-
cabulo patirentur,quoniam nec inter ipſos Apoſtolos par
inſtitutio fuit:ſed vnus omnibus præfuit diſtinct. 8.cap.2.
& diſtin.99.cap.1.Itaque Archiepiſcopi Primatibus obe-
dientiam debent,& ab illis ad hos prouocatur,non è con-
tra d.diſtinct.99.in princip.§.ab Archiepiſcopis,& cap.1.
4 §.ad quos.† Epiſcopi tamen non ſunt Primates appellan-
di Principes ſacerdotum,nec ſummi d.diſtin.99.c. primæ.
Id enim ſoli Papæ conuenit, vt ſupra titu.13.dictum fuit.
Nec minos vniuerſales cap.nullus. Quia nec Papa ipſe ſa-
cerdotum Princeps,& ſummus non vult vniuerſalis nun-
cupari, vt fuit probatum ſupra in d.titul.13.poſt princi-
pium.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus unde dictus,& eius poteſtas.*
2 *Metropolitanus à menſura Ciuitatum appellatus.*
3 *Suffraganei debent interuenire in ordinatione Archiepi-
ſcopi.*
4 *Suffraganei nihil agunt ſine licentia Archiepiſcopi, limita-
tur num. 5.*
6 *Archiepiſcopi nihil agant ſine ſuffraganeis, limitatur nu.7.
9.& 10.*
8 *Papa habet vtrumque gladium, omnes iudicat,& à nemine
iudicatur.*
9 *Patriarcha non agit ſine ſuffraganeis, limitatur nu.10.*
11 *Archiepiſcopus non habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffra-
ganei, nec in eorum Epiſcopum, limitatur num.12.*

De Archiepiſcopis, & Metropolitanis. Titulus 18.

ARchiepiſcopus † Græco dicitur vocabulo, quod
ſit ſummus Epiſcoporum; tenet enim vicem Apo-
1 ſtolicam,& præſidet tam Metropolitanis,quam cæ
2 teris Epiſcopis. † Metropolitani autem à menſura ciuita-
tum vocantur;ſingulis enim prouincijs præeminent,quo-
rum authoritati, & doctrinæ cæteri ſacerdotes ſubiecti
ſunt,ſine quibus nihil reliquos agere licet Epiſcopos,ſolli-
citudo enim totius prouinciæ ipſis commiſſa eſt. Omnes
autem vno eodem vocabulo Epiſcopi nominantur,& ſunt
de iure diuino ſtrictiſſime ſumpto. Burſatus in conſ.125.
numer.37.lib.1.Sed ideo priuato nomine quidam vtuntur
propter diſtinctionem poteſtatum,quam ſingulariter ac-
ceperunt. Et ſicut Patriarcha patrum Princeps,ita Archi
epiſcopus Princeps Epiſcoporum,ſicut Metropolitanus à
menſura ciuitatum. In vna eademque prouincia duo me-
tropolitani conſtituendi non ſunt diſtinct.101.capitu.1.ita
enim contra Epiſcopos potentiam affectãtes in Chalcedo-
nenſi Concilio cap.12.ſtatutum eſt d.diſtinct.101.in princ.
& cap.1.Sed & in Archiepiſcopum non niſi præsbyter, vel
3 diaconus eſt eligendus diſtinct.60.cap.nullus.† Et talis Ar
chiepiſcopus electus,ab omnibus ſuis ſuffraganeis eſt ordi
nandus diſtinct.66.cap.1.cap.ſi Archiepiſcopus 6.de tem-
por.ordinat.vbi glo.Cæterum Metropolitanus dignitatis
ſibi traditæ antiquitus ius intemeratum obtineat,eiuſque
priuilegia inconcuſſa ſeruari oportet 25.quęſt.2.capit.igi-
4 tur,& cap.ſeruatis.† Præterea ſine Archiepiſcopi conſen-
ſu,& conſilio ſuffraganei nihil agere debent 3.quæſt.6.ca.
hæc in princip.9.quæſt.3.cap.1.cap.per ſingulas capi.nul-
lus §.fin.cap.Archiepiſcopus verſic.nec illi canone Apoſto
5 lico 33.in princip. † Niſi in ſua Eccleſia aliquid agant ſuf-
fraganei,non extra; tunc enim id facere poſſunt ſine con-
ſenſo Archiepiſcopi d.cap.per ſingulas verſic.niſi hoc tan
tum,& d.cap.nullus §.fin.d.cap.Archiepiſcopus verſi.niſi
quantum ad ſuos,& d.canone Apoſtolico 33. §. illa antẽ.
6 † Et ſine ſuffraganeis ſuis Archiepiſcopus vtique nihil age
re debet d.cap.1.in fine d.cap.per ſingulas §.fin.& d.q.3.c.
ſaluo.cap.Archiepiſcopus cap.ſi autem cap.nullus ca.Epi-
ſcopo,& 3.quæſt.6.cap.diſcutere in princip. d.canone A-
7 poſtolico 33.§.ſed neqoe. † Papa autem ſine ſuffraganeis
8 ſuis agit d.cap.ſaluo.† Nam vt ſæpe alibi dictum eſt Papę
omnes ſubſunt,is vtrunque gladium habet in omnes,om-
neſque iudicat, & à nemine iudicatur, extrauag.comm.1.
de maiorit.diſtinct.40.cap.ſi Papa 9.q.3.cap.patet cap.ne-
mo cap.aliorum cap.facta cap.ipſi ſunt cap.cuncta cum c.
ſequen.23.quæſt.4.cap.diſplicet tibi §.repetis verſi.& ado
rabunt,& ſupra lib.hoc 3.titu.13. Non ita ſine ſuffraganeis
9 ſuis agit Patriarcha 9.quæſt.3.capitulo conqueſtus.† Ve-
rum ſi ſuffraganeus negligens ſit in ſuo officio,& ſubditis
contineat, tunc Patriarcha, & Archiepiſcopus agit ſine
eo.d.quæſtio.3.capitulo cum ſimus, & capitulo viti.cum
10 alijs allegatis ſupra titulo 9.numero 42. † Idem erit ſi à
ſuffraganeo ad Archiepiſcopum fuerit prouocatum d.ca-
pitulo conqueſtus verſic.niſi fortè pro cauſis c.1.in princ.
verſic.nec pro eo de offic.ordinarij in 6.cap.Romano 3.§.
debet autem de appella.in 6.glo.in c.paſtoralis 11.in ver-
bo exceptis de offic.ordinat. Idem erit ſi ſuffraganeus de-
ceſſerit d.cap.conqueſtus verſi.vel ſi Epiſcopus. Idem erit
ſi Archiepiſcopus ad hoc ſit ſpecialiter priuilegiatus,vt ſi-
ne conſenſu ſuffraganeorum agere ei liceat d.cap.conque-
ſtus in fine. Idem tãdem vtique erit ſi ad propriam ipſius
Archiepiſcopi parrochiam negocium pertineat d.quęſt.3.
cap.ſi autem verſicu.niſi eas tantum cap. nullus verſi. niſi
11 quod ad ſuam. † Et quamuis ſubditi ſuffraganei videan-
tur Archiepiſcopi iuriſdictioni cum ſuo Epiſcopo ſubie-
cti 9.quæſt.3.in princip.cum cap.ſequen. Hiſce tamen nõ
obſtantibus Archiepiſcopus in ſubditos ſuffraganei,nec in
Epiſcopum eorum iuriſdictionem habet capitulo paſto-
ralis 11.in princip.de offic.ordinarij capitulo 1.eodem titu
lo in 6.cap.1.de foro competen.in 6.cap.Romana 3.§.cum
verò is de appellat.in 6.d. capitolo conqueſtus cum alijs
12 allegatis paulo ſuperius num.5.† Niſi fortè aliud conſue-
tudine fuerit receptum dicto capitulo primo verſicul.niſi
aliud de foro competen.in 6. & d.capitulo 1.verſiculo Re-
menſis de officio ordinarij in 6. Vel niſi ſubditi aduerſus
eius ſuffraganeum ſint cõtumaces, hoc enim caſu ad que-
relam ſuffraganei Archiepiſcopus eos coercere poteſt cap.
irrefragabilis 13.§.cæterum de offic.ordinarij. Vel niſi id
de ſpeciali mandato Pontificis obtineat cap. graue 19.eod.
titulo. Idem erit ſi Archiepiſcopus à ſubditis ſui ſuffraga-
nei impediatur in iuriſdictione ſua exercenda per diœce-
ſim:tunc enim poterit eos punire cap.1.de pœnis in 6.Ni-
ſi fortè quæſtores fabricæ ipſius Archiepiſcopi à ſubditis
ſuffraganei impediantur cap 1.de pœniten.in 6.Sed ſi ma
nifeſta.& notoria offenſa Archiepiſcopo, vel ſuis dum iu-
riſdictionem ſuam exercet à ſubditis ſuffraganei ſui ſit il-
lata,poterit eos coercere d.cap.1.verſ.ſibi etiam de pœnis
in 6. De Epiſcopis dictum fuit ſupra ti.7.& 8.quæ quidem
ibi dicta ſequendo deſcendere à maioribus Eccleſiaſticis
dignitatibus ad minores poſſent huc congrue referri nul-
lum de illis particulare titulum conſtituentes, ſed quia de
illis nonnulla reſtant de Epiſcopis ideo, & hoc eſt diſſe-
rendum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ſunt de iure diuino.*
2 *Electus Epiſcopus habetur pro Epiſcopo.*
3 *Epiſcopus habet territorium.*
4 *Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ iudex.*
5 *Epiſcopus cognoſcit de cauſis Prælatorum ſibi ſubditorum.*
6 *Epiſcopus non delegat cauſas criminales clericorum laico.*
7 *Epiſcopus cum conſenſu capituli condit ſtatuta,& alia facit,&
quæ non poſſit ſine capitulo.*
8 *Epiſcopo an diſpenſare permittatur,& in quibus,& quatenus.*
9 *Epiſcopus an iudicem laicum,& alios exemptos poſſit excom-
municare.*
10 *Epiſcopus habet iuriſdictionem in monachos.*
11 *Epiſcopus an poſſit petere ſubſidium charitatiuum.*
12 *Epiſcopus an poſſit habere fiſcum.*

De Epiſcopis. Tit. 19.

1 SVnt † enim Epiſcopi de iure diuino ſtrictiſſimè ſum-
pto, & ex inſtitutione Chriſti conſtituti, vt conſtat
ex allegatis ſupra titulo 7. in princip.& infra titu.10.
numero 6.& probat, atque communiter dicit Burſattus in
conſilio 125.numero 37.libro primo,& non niſi magnis Ci
uitatibus dari frequenter placitum ait Alciat.vir ſummæ
eruditionis, ac doctrinæ in capitulo perniciosam nume. 2.
de

Digitized by Google

2 de offic. ordinarij. † & quamuis, Iaſon. in lege quam-
uis, C. de inofficioſ. teſtament. & Felin. in capit. memini-
mus de appellat. affirment electum Epiſcopum non poſſe
epiſcopalia exercere, & ideo non haberi pro Epiſcopo. Ta-
men quoad iuriſdictionem electus venit appellatione E-
piſcopi, & pro Epiſcopo eſt habendus, vt probat Barbat.
3 in conſil. 2. col. 3. lib. 2. † Et dicitur habere territorium vbi
habet Epiſcopatum diœceſi circumſcriptum, c. 1. §. contra-
hentes, vbi glo. de foro competen. in 6. & in c. cum Epiſco-
4 pi, de offic. ordinarij, eo. lib. & infra tit. 38. num. 6. † Et po-
teſt eſſe iudex in cauſis ſuæ Eccleſiæ. Oldrad. in conſilio
5 156. Poſſeſſio, † & cognoſcere poteſt de cauſis Prælatorum
ſubditorum ordinariam iuriſdictionem habentium, quia
eſt iudex ordinarius totius ſuæ diœceſis 11. q. 1 c. de perſo-
na, c. qui reſiſtit, diſtinct. 8. quæ contra in fine. Goffredus,
& Hoſtienſis, in c. paſtoralis, de offic. ordinar. & commune
6 dicit Capra in reg. 33. num. 4. † Cauſas verò criminales cle-
ricorum laico delegare prohibentur. Doctores in c. decer-
nimus de iudicijs, vbi Dec. nu. 5. in fi. Ripa nu. 34. Rolan. in
conſ. 4. nu. 4. lib. 1 Solus enim Papa ex pleniſſima ſua pote-
ſtate id facere poteſt, vt per gloſ. in c bene quidē in verbo
præter 96. diſt. quam totus mundus ſequitur ſecundū Be-
rouim in q. 7. nu. 1. In delictis communis fori nō pōt Epiſco-
pus perſonaliter capi, aut carcerari facere, aut punire lai-
cos, ſed tantum contra eos procedere per cenſuras. Io. An-
dr. in addit. ad Specul. vt refert Foller. in pract. crim. cano-
nic. nu. 52. & ſeq. Auſret. de poteſt. Eccleſ. ſuper laicis, nu.
1. ſequitur Didac. pract. quæſt. c. 10. nu. 2. Menciach. lib. 3.
7 de teſtam. §. 22. † Epiſcopus cum conſenſu ſui capituli po
teſt condere ſtatuta in præiudicium aliorum Prælatorum
inferiorum, aliarumque Eccleſiarum concernentia: dum
tamen Prælati inferiores, & agentes pro Eccleſijs ſubiectis
præſentes conſenſum præſtiterint, alias non valebunt. Ioā.
Andr. & alij, in c. veſtra, de loc. per ea quę notantur, in cap.
penult. & vlt. de ijs quæ fiunt à Prælatis. Valent tamē hu-
iuſmodi ſtatuta licita cum ſolo conſenſu capituli, quando
ſuper ijs dumtaxat fiunt, quæ ad Epiſcopi ſpectāt iuriſdi-
ctionem, non autem in præiudicium inferiorū Eccleſiarū,
c. vt animarum, de conſt. in 6. & c. 2. de maiorit. & obed. &
notatur in c. conſtitutionem, de verbor. ſignif. Alex. in cōſ.
248. Perſpectis, lib. 2. & ſine capituli conſenſu poteſt ſta-
tuere de percipiendis, vel non percipiendis fructibus bene-
ficiorum, c. cum dilectus, de clerico non reſid. Verum Do-
ctor. in c cum omnes de conſt. contrarium communiter
concludunt, pro quibus facere videntur notata in c. cum
conſuetudinis, de conſuetud. Illud tamen non eſt ignoran-
dum Pōtificis familiares quatenque conſtitutione non
obſtante abſentes poſſe illos percipere, d. c. cum dilectus,
& ibi Imola in fine. In arduis, & delictis grauibus, & pena
graui imponenda abſque conſenſu capituli nō debet pro-
cedere Gabr. lib. 3. concluſ. 36. Clarus §. fin. q. 58. ver. prete-
8 rea. † Præterea regulariter Epiſcopo diſpenſare permitti-
tur, niſi ſpecialiter, & expreſsè prohibitum reperiatur, &
ſic Epiſcopus diſpenſare poteſt vbicunque non prohibe-
tur; vt per omnes in c. at ſi clerici, §. de adulterijs, de iudic.
Specul. & alij, quos citat in tit. de diſpenſatione, ver. Nunc
de Epiſcoporum. Viuius opin. 254. Et ideo poteſt diſpen-
ſare contra ſtatuta ſynodalia, vt per Innoc. in c. ad mona-
ſterium, num. 4. de ſtatu monachor. vbi Ioan. Andr. & in
c. dilectus, de tempor. ordinat. vbi Zabarell. Ioan. Andr. in
reg. cui licet, & regula qui tacet. de regul. iur. in 6. Gemin.
Philippus Franc. in c. licet tamen, de elect. in 6 Felin. in cap.
at ſi clerici, §. de adulterijs, num. 6. de iudic. vbi Decius, nu.
98. Et ex magna cauſa. vt puta neceſſitatis, vel vtilitatis
etiam contra Concilium, vt per Archidiac. in cap. licet ca-
non. de electio. in 6. ſequitur Hoſtien. in cap. cum dilectus,
de elect. Abbas in d. §. de adulteris, num. 9. in d. c. cum dile-
ctus, c. fin. de filijs presbyter Lambert. de iurepatronat. r.
par. 2. libro artic. 19. q. 7. princ. nu. 2. Cotta in verbo Epiſco
pus Romanus in ſingul. 491. Concil. Trident. in ſeſſio. 25.
de reformat. c. ſicuti 18. Quod tamen non procedet ſi Con-
cilium prohibeat, & puniat contra facientes, c. cū in cun-
ctis, §. clerici, de elect. Io. Andr. in c. 1. de ætate, & qualitate,
lib. 6. vbi Gemin. eſt enim diſpenſatio iuris relaxatio. gloſ.
in c. requiritis 1. q. 7. & diſtinct. 50. c. vt conſtitueretur. &
ideo ſine cauſa non eſt tuta quoad Deum, glo. fin. in c. non
eſt voti, de voto, & voti redempt. & vt exorbitantē à iure,
& odioſam reſtringendam, firmatur in cap. 1. §. fin. de filijs
9 presbyter. in 6. † Epiſcopus non excommunicat iudicem
laicum exemptum cum petitur brachij auxilium ab eo, ſi
non præſtat, Alciat. in c. pernicioſam, de offic. ordinar. nu.
127. & excōicans exemptos, excommunicatio non tenet,
10 Soc. ſen. in c. recipimus num. 89. de priuilegijs. † Habet iu-
riſdictionem in monachos, vt dictum fuit in tit 8. & pro-
11 bat Capra in regula 74. nu. 24. 28. & 37. Viui. opin. 1. † Cha
ritatiuum ſubſidium petere poteſt, ſed cum cauſa rationa-
bili, de qua per arbitros ad hoc electos plenariè cognoſcen-
dum, vt per Remigium de charitatiuo ſubſidio. q. 6. in fin.
12 & q. 7. † Fiſcum habent etiam Epiſcopi, & procuratorem
fiſcalem, vt dictum fuit ſupra tit. 10. nu. 17. & ſic poſſunt
confiſcare omnia, & applicare ſuæ Cameræ, & in ſentētia
contra aliquem proferēda poſſunt pœnam applicare eius
curiæ Epiſcopali, non autem Cameræ Romanæ. Butrius,
& Imola ex mente glo. in c. quia diuerſitatem, de conceſſ.
præben. Abbas, Anan. & Socin. in c. excōicato de hæretic.
Oldrad. in conſ. 302. Afflict. in præludijs conſt. q. 15. nu. 9.
Foller. in pract. canon. crimin. de denunciatione, c. 5. nu. 14.
& ſeq. Viuius opin. 251. alios citat.

SVMMARIVM.

1 *Chorepiſcopi quid differant ab Epiſcopis, & de eorum poteſta-
te.*
2 *Chorepiſcopi dant tantum literas commendatitias, & paci-
ficas.*
3 *Chorepiſcoporum authoritas in quibus limitata.*
4 *Chorepiſcopi ſunt ad exemplum, & formam 72. diſcipulorum.*
5 *Chorepiſcopi hodie ab Eccleſia prohibiti.*
6 *Epiſcopi, quorum vices habeant in Eccleſia.*

De Chorepiſcopis. Tit. 20.

1 INter † Epiſcopos aūt, & Chorepiſcopos hæc cōſtituta
eſt differentia, quod Epiſcopi non niſi in Ciuitatibus,
2 Chorepiſcopi etiā in vicis ordinari poſſint: † Epiſcopi
formatas, Chorepiſcopi non niſi cōmendatitias, & pacifi-
cas literas dare valent. Epiſcopi ius conſecrandi habent,
Chorepiſcopi tantum minores ordines tribuunt; Leuiticā
autem, & ſacerdotalem benedictionem non valēt præſta-
re, diſt. 68. c. Eccleſijs, §. inter Epiſcopos. Nam Leo 1. epiſt.
3 86. inquit. † Quamuis Chorepiſcopis, & presbyteris pluri-
ma cum Epiſcopis miniſteriorum communis ſit diſpēſa-
tio: quædam tamen authoritate veteris legis, quædam no-
uellis, & eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita nouerint: ſicut
eſt presbyterorum, & diaconorū, aut virginum conſecra-
tio; ſicut cōſtitutio altaris, ac benedictio, vel vnctio. Si qui-
dem nec erigere altaria, nec Eccleſia, vel altaria erecta cō-
ſecrare licet, nec per impoſitionē manuum fidelibus ba-
ptizatis, vel conuerſis hæreticis paracletum Spiritum ſan-
ctum tradere, nec chriſma conficere, nec chriſmate bapti-
zatorum frontes ſignare, nec publicè quidē in Miſſa quē-
quam pœnitentem reconciliare, neque formatas cuilibet
4 Epiſtolas mittere. † Hæc enim omnia illicita ſunt Chore-
piſcopis, qui ad exemplum, & formam 72. diſcipulorum
eſſe noſcuntur, vel presbyteris, qui eandem geſtant figu-
ram: quoniam quamquam conſecrationem habeāt; Pon-
tificatus tamen apicem non habent. diſtinct. 68. ca. quam-
5 uis. † Hi verò propter inſolentiam ſuam, qua officia Epi-
ſcoporum ſibi vſurpabāt, ab Eccleſia hodie ſunt prohibi-
ti. Vnde Damaſus Papa ait ad Epiſcopos Affricæ epiſt. 4.
Chorepiſcopi tam ab hac ſacra ſede, quam à totius orbis
fuerant Epiſcopis prohibiti: Nimis ergo eorum inſtitutio
improba, nimis eſt praua; quia vt hi de ſummo ſacerdotio
miniſterio aliquid præſumant, omni authoritate carent.
Nam non amplius quam duos ordines inter diſcipulos
Domini eſſe cognouimus, ideſt duodecim Apoſtolorum
& ſeptuaginta diſcipulorum. Vnde iſte tertius proceſſe-
rit funditus ignoramus: & quod ratione caret, extirpa-
ri neceſſe eſt. Quod autem Epiſcopi non ſint, qui mi-
nus quam à tribus ſunt ordinati Epiſcopis, omnibus
patet: quoniam vt bene noſtis, prohibitum à ſacris eſt pa-
tribus, vt ab vno, vel à duobus ſunt ordinati Epiſcopis,
nec nominentur Epiſcopi. Si nomen non habent, qualiter
6 officium habebunt? diſtinct. 68. cap. chorepiſcopi. † Quo-
rum vices in Eccleſia habeant Epiſcopi, & quis eis hanc

dignitatem dare debet. S. Auguſtinus oſtendit inquiens. Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij: quid eſt pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij? Patres miſſi ſunt Apoſtoli: pro Apoſtolis filij nati ſunt tibi: Conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodie enim Epiſcopi, qui ſunt per totum mundũ, vnde nati ſunt? ipſa Eccleſia Patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus Patrum. Non ergo te putes deſertam, quia non vides Petrum; quia non vides Paulum, quia non vides illos, per quos nata es, de prole tua tibi creuit paternitas. Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram. Filios genuit Eccleſia, conſtituit eos pro Patribus ſuis Principes ſuper omnem terram, vt ex inſtitutione Chriſti, ac diuino iure ſine dubio ſint conſtituti, vt antea tit. 7. in princip. & tit. 59 in princip. diximus. In Eccleſia enim Epiſcopi Apoſtolorum locum tenent, vt iam in dictis tit. fuit probatũ, quod non conuenit Chorepiſcopis, d. diſtinct. 68. cap. vlt. de his agit Cardinalis Bellarminus, libro primo, de clericis, capit. 17. & Lancellottus Inſtit. de Chorepiſcoporum vſu ſublato.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus quis, & de eius iuriſdictione, & qualis eſſe debeat.*
2 *Decani rurales per Epiſcopum, & Archidiaconũ ordinandi, & remouendi.*
3 *Archidiaconi non dominantur clericis.*
4 *Archidiaconi munus in viſitatione parochialium, & eccleſiarum.*
5 *Archidiaconi officium.*
6 *Archidiaconus non committit curam animarum ſine Epiſcopo.*
7 *Examen clericorum ſpectat ad Archidiaconum.*
8 *Archidiaconi iuriſdictio, & poteſtas in monaſterijs, & alijs.*
9 *Laurentius ſanctus, fuit Romæ Archidiaconus, & poſt eum nullus.*

De Archidiaconis. Tit. 21.

1 ARchidiaconus † vicem gerit Epiſcopi, eiuſque oculus appellatur, & in omnibus maior eſt poſt Epiſcopum, c. t. c. ad hæc 7. §. Archidiaconus, ver. ſecundum verò, & §. item in epiſtola de officio Archidiaconi, Cucchus Inſt. de Archidiacono. Eius iuriſdictioni ſubiecti ſunt Diaconi, Leuitæ, & Archipresbyteri, d. §. Archidiaconus, diſt. 25. c. 1. §. hi ſunt ordines, ver. Archidiaconus, & §. Archipresbyter, & c. 1. de offic. Archipresbyt. & ex diſpoſitione Concil. Trident. in ſeſſio. 24. de reformat. c. cum dignitates 12. §. Archidiaconi: debent in omnibus Eccleſijs, ſi fieri poteſt, eſſe magiſtri Theologiæ, ſeu Doctores, aut li-
2 centiati in iure canonico † Decani rurales per Epiſcopum, & Archidiaconum communiter ordinandi, & remouendi ſunt, d. c. 7. § fin. Omnis ſollicitudo, & cura cleri, & Eccleſiarum pertinet ad Archidiaconum, c. 1. ver. omnem curam, c. ad hæc 7 §. Archidiaconus, ver. parochiarũ, & ver. omnem ſollicitudinem, de offic. Archidiac. diſtin. 25. c. 1. §. hi ſunt ordines. Lancellot. § 1. & toto tit. Inſt. de offic. Archidiac. Clericorum vitam inquirere debet, & corrigẽda Epiſcopo nunciare, diſtinct. 94. c. ſi quis, §. Archidiaconus. Nam nec viſitãdo cauſas matrimoniales, nec criminales, nec concubinatu. iudicant, etiam ex diſpoſitione Concilij
3 Trident. in ſeſſio. 24. c. cauſæ omnes 20. §. ad hæc. † Clericis dominari, & cenſum ab eis exigere prohibentur, dicto
4 §. Archidiaconus, cum cap. ſequen. † quolibet triennio per diœceſim tenetur parochias viſitare, c. 1. §. fin. de offic. Archidiac. Et quæ corrigenda in diœceſi videt, corrigere, ac emendare poteſt, & debet, cum antedicta declaratione Concilij, d. § fin & c. ad hæc 7. §. item in epiſtola. vbi, vt in Concilio, excipiuntur negocia ardua. Non niſi ſemel in anno ad Eccleſias viſitandas accedere debet, cũ diſtinctione, de qua in c. mãdamus 6. de offic. Archid. Præterea Archidiaconi, & inferiores in ijs Eccleſijs, vbi hactenus viſitationem exercere conſueuerunt, debent aſſumpto notario de conſenſu Epiſcopi deinceps per ſe ipſos tantum ibidem viſitare, quod & in alijs omnibus ſtatutum eſt, eum Epiſcopo infra menſem rationem reddere, & depoſitiones teſtium, ac integra acta ei exhibere tenentur, non obſtantibus quacunque conſuetudine, etiam immemorabili, atq; exceptionibus, & priuilegijs quibuſcunque ex diſpoſitione Concil. Trident. in ſeſſio. 24. de reformat. c. Patriarchæ
5 3. §. Archidiaconi. † Archidiaconi autem officium circa Euangelium legendum, miſſamq; celebrandam exponitur in c. 2. eo. tit. & in diſt. 25. c. 1. §. hi ſunt ordines, ver. quis leuitarum. Præterea omne officium eccleſiaſticũ prouidendo lectiones, aut reſponſoria in matrice Eccleſia dare dẽt, ac auſcultare, d. c. 2. §. omne, & d. ver. quis leuitarum. Acolythos debet ordinare, d. c. 2. §. fin. Cuſtodiã vaſorũ Eccle-
6 ſiæ debet habere, c. ea quæ. 3. eod. tit. † Curam tñ animarũ ſine licentia Epiſcopi nemini debet cõmittere, c. cum ſatis 4. eo. tit. Nec ſine authoritate Epiſcopi ius habet excõicandi, c. Archidiaconis 5. de offic. Archidiac. Iurgia ſingulorũ audire debet, c. adhæc 7 §. Archidiaconus, ver. & audire, eod. tit. Inſtructio corporalis tam ſuper beneficijs, quam etiam dignitatibus ad ipſum pertinet, d. c. 7 §. in quadam,
7 ver. noſtra. † Examen clericorum ordinandorum ad ipſum ſpectat, & ipſe eſt qui ordinandos examinatos repertos habiles Epiſcopo repreſentat, dicto § an quadam, & cap. vt noſtrum 9. ver. & illos examinare, & in princip. vt
8 fuit etiam dictum ſupra, titulo quarto. † Et ponit ipſe Abbates, & Abbatiſſas in ſede, dicto cap. nono, in fine. In monaſterijs autem iuriſdictionem non habet, niſi quantum ei tribuit generalis, vel ſpecialis conſuetudo, cap. vltim de offic. Archidiacon. Non dat commendatitias literas ad ordines, cap. ſignificaſti 8. eodem titul. Non niſi Diaconus in Archidiaconum eſt ordinandus, diſtinctio. 60. cap. primo, cap. nullus, cap. innouamus. Et ſi Epiſcopus negligens fuerit in eo eligendo, à clero eligi poteſt, diſtinc. 89. cap. volumus, §. hinc colligi. Eius plura officia enumerantur in diſtinct. 25. cap. primo, § hi ſunt ordines, vſque ad § Archi-
9 presbyter, † & Romæ Sanctus Laurentius fuit Archidiaconus, poſt quem nullus dicitur ibi Archidiaconus fuiſſe, vt in rationale eius feſti.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyter, vel decanus quis ordinandus.*
2 *Archipresbyter gerit vices Epiſcopi abſentis.*
3 *Archipresbyteri officium. & munus.*
4 *Archipresbyteri ruralis munus.*
5 *Archipresbyteri tenentur prædicare.*

De Archipresbyteris, & Decanis. Titulus 22.

1 ARchipresbyteri † à multis Decani appellantur, c. ad hæc 7. §. Archidiaconus, ver. Archipresbyteri, de offic. archidiac. & non niſi presbyter, aut Diaconus in Archipresbyterum, vel Decanum eſt ordinãdus, diſtin. 60. c. 1. c. nullis præpoſitum, c. innouamus, in princ. & ſubeſt. Archidiacono, d. ver. Archipresbyteri. & c. 1. de
2 offic. Archipresbyteri, diſtin. 25. c. 1. §. Archipresbyter. † Gerit tamen vices Epiſcopi abſentis in prouidendo. vt ſacerdotes ſuum faciant officium, & in alijs. c. 1. ver. & in Epiſcopi abſentia, c. miniſterium 2. § ſi Epiſcopus, c. officium 3. in princ. de offic. Archipresbyteri, diſtinc. 25. c. 18. Archipresbyter. ver. & quando. Lancellott. §. 1. & toto tit. de officio Archipresbyteri. Cucchus Inſt. de Archipresbytero.
3 † Ipſe præeſt presbyteris, & presbyteralibus officijs, d. c. 2. ver. Et quod ſpecialiter, d. §. Archipresbyter, ver. & quod ſpecialiter. Sed cauſas criminales, & matrimoniales tractandas Epiſcopo debet dimittere ex diſpoſitione Concil. Trident. in ſeſſio. 24. de reformation. c. cauſæ omnes 20. §. ad hæc. Aſſiduè in Eccleſia ſtare debet, collectam dicere, aut alij iniungere, d. c. 1. ver. & aſſiduè, & d. §. Archipresbyter, ver. & aſſiduè. Prouidere debet, vt officium ſacerdotum Cardinalium in communicatione corporis, & ſanguinis Chriſti, & alijs ſimilibus ritè expediantur, c. miniſterium 2. in princ. eod. tit. Prouidere etiam debet, vt vita ſacerdotum Cardinalium ſit honeſta, & decens, d. cap. 2. ver. prouideat etiam. In præcipuis feſtiuitatibus, aut ipſe miſſam celebrabit, aut alij celebrandã cõmittet. d. c. 2. § ti. & c. officiũ 3. in princ. eo. tit. Epiſcopo miſſificante, curare debet, vt ſacerdotes ad miſſam ſolẽniter procedant, d. c. 3.

§. quan-

§.quando verò. Alia eius officia circa infirmos, pœniten-
tes, conuertendos, & infantes exponuntur in d.c.3. §.debet
4 etiam. † Archipresbyter verò ruralis presbyterorum, &
laicorum plebaniæ ſuæ curam gerit, contra tamen decre-
5 tum Epiſcopi nihil ordinare poteſt. c.vlt. eod. tit. † Sed &
ipſe, & alij omnes parochiales, vel curatas Eccleſias haben
tes, tam in Ciuitatibus, quam in vicis per ſe, vel alios ido-
neos, ſi legitimè impediti fuerint, diebus ſaltem Domini-
cis, feſtisque ſolemnibus, plebes ſibi commiſſas, pro ſua, &
earum capacitate paſcant ſalutatibus verbis: docendo ea,
quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annunciá-
doque eis cum breuitate, & facilitate ſermonis vitia, quæ
eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat, vt pęnam
æternam euadere, & cæleſtem gloriam conſequi valeant.
Id verò ſi quis eorum præſtare negligat, etiam ſi ab Epi-
ſcopi iuriſdictione quauis ratione exemptũ ſe eſſe præten
deret, etiamſi Eccleſiæ quouis modo exemptæ dicerẽtur,
aut alicui monaſterio, etiam extra diœceſim exiſtenti, for-
ſan annexæ, vel vnitæ, modo re ipſa in diœceſi ſunt, proui-
da paſtoralis Epiſcoporum ſollicitudo non deſit, ne illud
impleatur. Paruuli petierunt panem, & non erat qui fran
geret eis: ita conſtitutũ legitur in Concil. Trident. ſeſſio. 5.
de reformat. c. quia verò 2. §. Archipresbyteri.

S V M M A R I V M.

1 *Presbyter quid ſignificet.*
2 *Presbyterorum origo.*
3 *Presbyteri ſubſunt Epiſcopo.*
4 *Presbyteri repreſentant Eccleſiæ ſenatum.*
5 *Presbyterorum poteſtas in quibus limitata, & de pertinenti-
bus ad eorum officium, & nu. 6. & ſeq.*
9 *Presbyter præſente Epiſcopo poteſt concionari.*
10 *Nuptijs ſecundis presbyteri prohibentur intereſſe.*
11 *Presbyteros inſtituendi, & deſtituendi ius ad Epiſcopos per-
tinet.*
12 *Presbyter quomodo ordinandus.*

De Presbyteris. Tit. 23.

1 PResbyter † græcè, Latinè ſenior interpretatur: nõ mo-
do pro ætate, vel decrepita ſenectute: ſed etiam pro-
pter honorem, & dignitatem, quam acceperũt pres-
byteri nominantur, diſtinct. 21. c. 1. §. presbyter. diſtinctio.
84. cap. vlt. & ſecundum Concilium Tridentinum in ſeſſi.
23. de reformatione, c. nullus 12. non ſolum poſt ætatem
annorum vigintiquinque, ſed & dignos dũtaxat, & quo-
rum probata vita ſenectus ſit, ad huncordinem ſtatuitur
2 eſſe aſſumendos. † Ipſi enim originem primum à Moyſe
duxerunt, d.c.vlt. ibi Moyſi præcipitur. Durandus in ra-
tionale diuinorum officiorum, lib. 2. c. 10. Deinde ab Apo-
ſtolis, diſtinct. 21. c. in nouo, §. videntes autem ipſi Apoſto-
li, & eorum nomen olim commune erat Epiſcopis, eisque
exęquabantur, dicto §. presbyter. ibi. vnde & apud vete-
res, &c. diſtinct. 93. c. legimus, diſtinct. 95. c. olim, c. ecce, §.
presbyteri, ver. quoniam ipſi, & c. Epiſcopus. Id quod cõ-
firmat etiam Concilium Tridentinum in ſeſſio. 14. Doctri-
na ſacramenti extremæ vnctionis. De miniſtro, cap. 3. in
princ. ex D. Iacobo, & Cardinalis Bellarminus, lib. 1. de cle
ricis, c. 3. C. & D. & c. 15. A. quia ſcilicet, & Epiſcopi eundẽ
presbyterij, ordinem obtinent, non quia ſint æquales di-
gnitate, poteſtate, vel authoritate: ſed & ipſi illius extre-
mæ vnctionis ſacramenti miniſtri, vt poſt Concilium vbi
ſupra, luculenter demonſtrat Cardinalis Bellarmin. libr. 1.
3 de clericis, c. 14. per totum. † Debent enim presbyteri Epi-
ſcopis obſequi, diſtinct. 80. c. non debere, ver. ſimiliter, di-
ſtinct. 93. c. à ſubdiacono, ver. porrò Pontifici, diſtinct. 95.
c. non oportet, & ſine ipſis nihil peragunt, canone Apoſto-
lico 38. eis enim ſubſunt, & vt dictum eſt, obſequium præ-
ſtant, d. diſtinct. 95. in princ. & c. olim, ver. ſicut ergo pres-
byteri: quia ſunt Epiſcopi maiores presbyteris, vt in alle-
gatis canonibus, & quidem iure diuino, vt per Cardinalẽ
4 Bellarminium, vbi ſupra, ver. quoad primum. † Verum-
tamen ipſi presbyteri repreſentant Eccleſiæ ſenatum. 16.
5 q. 1. c. Eccleſia. † Sed virgines conſecrare inconſulto Epiſco
po, & chriſma conficere prohibentur 26. q. 6. c. 1. & capit.
presbyter. Nam chriſma ab Epiſcopo petere debent, diſt.
95. c. presbyteri. Non poſſunt publicè pęnitentes abſolue-
re, d. cap. 1. Non poſſunt conſecrare altare, nec benedicere
plebi, aut publico pęnitenti. d. q. 6. c. miniſtrare. Quamuis
indocti contemnendi non ſunt, c. cum ex iniuncto 12. §. li-
6 cet autem, de hæreticis. † Presbyter habens populum, de-
bet habere clericum, qui ſecum cantet, ac in alijs eum ad-
iuuet, c. vt quiſque 3. de vita, & honeſt. cleric. Sed non de-
bet admittere parochianum alienum, qui proprio ſacer-
dore contempto, diuina ab eo vult audire, c. vt dominicis
7 2. de parochis 13. q. 1. c. 1. † Ad eos præcipuè pertinet ſacra-
mentum corporis, & ſanguinis Domini in altario Dei con-
ficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei. diſtin. 25.
c. 1. §. ad presbyterum. Monita autem vitæ ab eis inquiren
8 da, dicta diſt. 25. c. audire, ver. monita, autem. † Quãdo au-
tem presbyteri, aut diaconi per Parochias conſtituuntur,
oportet eos primum profeſſionem Epiſcopo ſuo facere, vt
caſtè, & purè viuant ſub Dei timore, vt dum eos talis pro-
feſſio obligauerit, vitæ ſanctæ diſciplinam retineant, diſt.
28. c. quando. & ſi profeſſam caſtitatem non ſeruauerint,
ſunt puniendi, d. diſtinc. 28. c. presbyter. & c. presbyterum.
9 † Præſente Epiſcopo presbyter concionari poteſt, diſt. 95.
c. ecce ergo, c. eſto ſubiectus, §. peſſimæ. Sed præſente Epi-
ſcopo non poſſunt presbyteri offerre, nec panem ſacrifica-
tum dare, calicemve porrigere, d. diſtinc. 95. c. vlt. Ne ince-
dant, niſi ſtola, aut orario induti 17. q. 4. cap. vt presbyteri.
10 † Secundis nuptijs intereſſe prohibentur 31. q. 1. c. ſi qua
fuerit. §. fin. cum c. ſeq. & infra tit. 106. Hoſtiam pro infir-
mis ſemper debent habere paratam, de conſecr. diſtinc. 2.
c. presbyter, & infra tit. 64. Non baptizatus in presbyterũ
non eſt ordinandus 1. q. 1. c. ſi presbyter, c. 1. & vlt. de pres-
bytero non baptizato, & ſupra tit. 2. Diaconus, nõ ſubdia-
conus in presbyterum ordinandus, c. 1. de clerico per ſaltũ
promoto. Nec minor annis 35. §. presbyterum Nouel. con.
123. & ſupra d. tit. 2. Quod à Concilio Tridentino redo-
ctum eſt ad annos 25. vt in principio, & alibi dictum fuit.
11 † Ius autem presbyteros inſtituendi, ac deſtituendi ad E-
piſcopum pertinet, c. cum & plantare 3. §. in Eccleſijs ve-
rò, de priuilegijs. Viuius opin. 255. Per caſtella, & modicas
ciuitates, atque villas presbyteri ſunt conſtituendi, diſtinc.
80. c. Epiſcopi, ver. ſed presbyteri. & §. fin. c. illud, ver. cum
vbi. Modus presbyterum ordinandi, & vt orario tempore
conſecrationis vtantur, traditur in diſtinct. 23. c. cum pres-
12 byter, cum c. ſequen. & c. præterea. † In ordinando autem
presbytero non debet Epiſcopus manum tantum impo-
nere, alio orationem dicente, d. diſtinct. 23. cap. ex epiſtola
cum cap. ſequen. Tandem quando presbyteri in parochijs
ordinantur, libellum officialem à ſuo ſacerdote, id eſt, Epi
ſcopo, accipiant, vt ad Eccleſias ſibi deputatas inſtructi
ſuccedant, ne per ignorãtiam etiam in ipſis diuinis ſacra-
mentis offendant. Cum verò ad litanias, vel ad Concilium
venerint, rationem Epiſcopo ſuo reddant, qualiter ſuſce-
ptum officium celebrent, vel baptizent, diſtin. 38. c. quan-
do. Vel debitis feſtis diebus prædicent, ad hoc enim mu-
nus, & ipſi ſi habent animarum curam tenentur, vt dictũ
fuit ſupra tit. 22. in fin. de his agit etiam Cocchus Inſtit. de
presbytero parocho, & de presbytero ſimplici, & plura
referuntur in ſyntagm. commu. opin. loco 1. tit. 23. per totũ.

S V M M A R I V M.

1 *Parochus quis ordinandus, & qualis.*
2 *Parochus ordinatus intra annum debet fieri ſacerdos, & re-
ſidere.*
3 *Parochus abſens cui debeat Eccleſiam commendare.*
4 *Parochialis Eccleſia quæ dicatur, & parochi officia.*

De Parochis. Tit. 24.

1 IN † Parochum ordinandus non eſt, niſi in ſacris conſti-
tutus, qui ad minus ſit ſubdiaconus, ſecundum diſtin-
ctionem, de qua in c. præterea 5. de ætate, & qualit. &
idoneus moribus, ſcientia, & ætate vigintiquinque anno-
rum eſſe debet, c. licet canon. 14. de electio. in 6. Adeo vt ex
duobus concurrentibus vno electo poſſit alter vt magis
idoneus ex conſtitutione Pij V. appellare ad vtrumq; effe-
ctum, vt cenſuit Rota diuerſor. in recentiorib. par. 1. deciſ.
537. per totã, & dec. 656. Sed parte 2. deciſ. 56. declaratur,

Digitized by Google

atque diſtinguitur. Ordinatus in parrochium perſonali-
2 ter debet reſidere d.cap.licet §.is etiam.† Præterea paro-
chus ordinatus, ſi ſacerdos non ſit, intra annum ſacerdos
fieri debet ſub pœna priuationis d.§.is etiam verſic.& in-
tra annum Clement.vt ij 2.§. illi verò de ætate,& qualit.
Clement.1.de offic.Vicarij Clement.1.§.cæterum verſicu.
qui autem de ſtatu monachor. Quod veriſſimum eſt,niſi
Eccleſia ſit collegiata capit.ſtatutum 22.de elect.in 6.Vel
niſi Epiſcopus loci cum parrocho ſtudiorum cauſa diſpen
ſauerit certo modo,de quo in cap.cum ex eo eod.titu.Pœ-
nam autem non incurrit,niſi annus ſit completus c.com-
miſſa 35.in princip.eod.ti.Nec minus ſi ex iuſta cauſa fue
rit impeditus quominus intra annum ſacerdos fiat d.capi.
commiſſa 35 §.annus autem.Sed pœna non euitatur ex eo,
quia anno elapſo eadem Eccleſia eidem rurſus confera-
tur d.cap.35.§.porro. Tandem ſi intra annum ſine diſpen
ſatione, vel ſine aliqua iuſta cauſa ſacerdos factus nõ ſit,
præter priuationem de qua ſupra, fructus quoque perce-
ptos,tam conſumptos,quam adhuc extantes,reſtituere
tenetur,& ordinator Eccleſiam debet præſtare indemnem
3 d.cap 35.§.cæterum.† Obſeruandum etiam eſt,ne parro-
chialem Eccleſiam cauſa ſtudij abſens parrochus alicui nõ
conſtituto in legitima ætate, & ſacerdotio, neque eidem
vltra ſex menſes commendet cap.nemo 15.de elect.in 6,
4 debet enim illam commendare abſuturus,vt ibi.† Quando
autem Eccleſia dicatur parrochialis, quando præſuma-
tur, & quomodo probetur parrochialis tradit Rota di-
uer.in recentioribus deciſ.258.& 172.par.1.De Parrochis
plura tradit Cucchus inſtitu.de Præsbytero Parrocho,&
cap.De officio verò Parrochi in nuptijs benedicendis, tra-
dit Concilium Tridentinum in ſeſſ.24. de reformatione
matrimonij cap.1.§ præterea.In cathechiſſ exponenda in
d.ſeſſ.de reformatione cap.vt fidelis 7.ver.ſed etiam à ſin
gulis parrochis,& in ſacris eloquijs explanandis ibidem c.
expedit 18.vt & ſupra tit.22.num.5.dictum fuit.

S V M M A R I V M.

1 *Leuitæ deriuatio, & officium.*
2 *Leuitæ ſunt veri noſtri Diaconi.*
3 *Diaconi qualiter,& quomodo ordinandi,& eorum munus.*
4 *Leuitæ officium.*
5 *Diaconi debent ſubeſſe præsbyteris,limitatur num.6.*
7 *Dalmatica alba quomodo vtantur Diaconi.*
8 *Diaconus circa,quæ inuigilare debeat.*
9 *Diaconi debent eſſe cœlibes.*
10 *Diaconatus eſt ſacramentum ordinis.*

De Diaconis,ſeu leuitis, Tit, 25.

1 LEuitæ † ex nomine authoris vocari.De Leui enim Le-
uitæ exorti ſunt,à quibus in templo Dei myſtici ſacra-
menti miniſteria explebantur. Hi Græce Diaconi,
Latine miniſtri dicuntur,quia ſicut in ſacerdote conſecra-
tio,ita in Diacono miniſterij diſpenſatio habetur diſtinct.
21,c.1.§ Leuitæ Durandus in rationale diuinorum officio-
rum lib.2.c.9. Leuitas autem ab Apoſtolis ordinatos legi-
mus,quorum maximus fuit Beatus Stephanus d.diſtinct,
21.in princ.§.Leuitas.Ex his colligitur Diaconos,& Leui-
2 tas eſſe vnum,& idem. † Sunt enim Diaconi noſtri,vt leui
tæ in veteri teſtamento Cardinal.Bellarm.lib.1.de clericis
3 c.11.fol.231.B.fol.232.A.& c 13.fol.234.A †Qualiter au-
tem,& quomodo ordinandi ſint legitur in diſtin.23.c.Dia
conus dum ordinatur,& c.ſequen.Sed & quales,& in qua
ætate ſint ordinandi legitur in Concilio Trident.in ſeſſ.23,
de reformatione c.nullus 12.& c.ſubdiaconi 13.& quot le-
gitur in ſeſſ.24.de reformatione c.cum dignitates 12.§.Epi
ſcopus autem. Non enim in ijs ordinandis manus eorum
perungi debent d.cap.præterea. Et quidem numero ſeptẽ
Diaconi enim ſunt,quos in Apocalypſi legimus,ſeptẽ An-
geli Eccleſiarum:hi ſunt ſeptem candelabra aurea:hi vo-
ces tonitruum. Virtutum operatione præclari,humilitate
præditi,quieti,humiles,euangelizantes pacem,annuncian
tes bona,diſſenſiones,& rixas,& ſcandala reſecantes, do-
centes,ſoli Deo colloquentes,in templo nihil de mundo co
gitantes.dicentes patri,& matri non noui vos,& filios ſuos
non agnoſcentes.Sine hoc ſacerdos nomen non habet, or-
tum non habet,officium non habet.Hic miniſter Dei dici-
tur,quia ſcriptum eſt.Quis maior eſt,qui miniſtrat,an cui
miniſtratur?& ſicut in ſacerdotio miniſtratio,ita in mini-
ſtro eſt ſacramenti diſpenſatio.Sacerdotib.etiam propter
præſumptionem non licet de menſa Domini tollere Cali-
cem,niſi ei traditus fuerit à Diacono.Ita enim Deus noſter
omnipotens vniuerſa diſpoſuit, vt qui maiorem ſe eſſe cre
diderit,minor ſit,& qui videretur minor,maior extiteret.
4 Deniq.quam hoc verum ſit,ipſe perpende.† Leuitæ infe-
runt oblationes in altari:Leuitæ componunt menſam Do-
mini Leuitæ cum ſacerdotibus, dum Sacramenta benedi-
cunt,aſſiſtunt, Leuitæ ante ſacerdotes orant, vt ſit diſtin-
ctio locorum creditur, etiam in altari Dei videant ſibi Epi
ſcopi,ſi ſuperbi ſunt, Diaconos anteponi,ſi humilitatem
diligunt; maiores ſe eſſe in eo,quod ſunt humiles,cogno-
ſcunt.Tunc demum,vt aures habeamus ad Dominũ,Dia-
conus acclamat:ipſe prædicat,ipſe hortatur, ipſe commo-
net adſtantibus Sacerdotibus,ne leuiter hanc vocem, qua
loquitur hæc,& pacem annunciat,aut negligẽter aſpicias,
aut contemnenda putes,ita D.Hieronymus de ſeptem or-
5 dinibus Eccleſiæ c.5.relatus in diſt.23.c.Diaconi.† Subeſſe
debent præsbyteris,non ſe illis præferre d.diſt.93.c.à ſu b-
diacono §.porrò d.c.diaconi ſeptem §.vt igitur c.peruenit
c.non oportet c.diaconi c.diaconus c.nonnulli c.legimus c.
6 Dominus. † Niſi diaconus locum Metropolitani ſui obti-
7 neat d.diſt.93.c.vlt.†Alba verò Dalmatica tempore obla-
tionis tantum vtuntur d.diſ.93.c.diaconus in fine. Compa
gis abſq.Apoſtolica licentia vti non præſumãt d.c.nonnul-
li §.compagis vbi gl.declarat,quæ illæ ſint,& c.ſeq.Nihilq.
eorum,quæ decreta ſunt primis ordinibus, vt baptiſma,
Euchariſtiam,& c.ſibi debent vendicare d.diſt.93.c.diaco
nos 13.& ſeq.cap.non oportet 16.niſi tempore neceſſitatis
8 præſente ac iubente præsbytero c.præſente 18.† Ab eis ea
ſunt inquirenda, quæ ad cultum Eccleſiæ,& diſciplinam
eius pertinent d.diſt.93.c.diaconi Eccleſiæ in fine 6.Epiſco
pus eſt ab eis cuſtodiendus, ſunt enim ipſi tanquam oculi
Epiſcopi oberrantes,& circumluſtrantes cum verecundia
actus totius Eccleſiæ,& perſcrutantes diligentius,ſi quem
videant vicinum fieri præcipitio,& prouidum eſſe pecca-
to,vt referant hæc ad Epiſcopum.Sed & de peregrinis ſi-
militer Epiſcopo ſuggerant reſouendis,& cætera his ſimi-
lia,quæ ad cultum Eccleſiæ,& eius pertinet diſciplinam d.
c.diaconi Eccleſiæ 6. Cuſtodiunt Epiſcopum prædicantẽ,
ne aut ipſe Epiſcopus ab inſidiatoribus quoquo modo inſe
ſtetur, aut lædatur à ſuis:aut verba diuina detrahendo,
aut inſidiando polluantur,vel deſpiciantur; ſed veritas ſpi
rituali redoleat feruore, & pax prædicata labijs,animi cũ
voluntate concordet c.diaconi qui 11,dicta diſtin 93.Sicut
enim in miniſterio,ita in diſpenſatione ſine Diacono Epi-
ſcopus viuere non debet d capit.diaconi ſunt 23,§.& ſicut
in ſacerdotio d.diſt.93.Hi miniſtrant Sacerdotibus d.c.23.
& diſt.25,c.1.§.ad diaconum. Et ſiniſtrum tantum hume-
rum orario Diaconus ambit,d.diſt.25.c.audiuerit in fine cum
9 c ſeq.† Cœlibes diaconi eſſe debent diſt.28.c.quando cap.
præterea cum c.ſequen.diſt.32.c.eos qui. Sed contradicit
d.diſt.28.c præsbyter c.diaconi in princ.Cui contradictio-
ni reſpondet Gratianus in d.c.diaconi ver ſic.ſed quod de
10 electione.Etenim † Diaconatus Sacramentum ordinis,vt
ex ſcripturis,& Patribus probat Card.Bellarminus de Sa
cramento ordinis li.1.c.6.per totum Cucchus inſt.de Dia-
cono ſubdiacono,&c.Concilium Tridentinum in ſeſſ.23,
de reformatione c.nullus c.ſubdiaconi,& c.vt ſanctorum
17 & de his diſponitur etiam in § presbyterum Nouella c.
123.& l.præsbyteri 8. C.de Epiſ.& cle.& de illis hactenus.

S V M M A R I V M.

1 *Subdiaconus vnde dictus,& eius munus.*
2 *Subdiaconi caſtitatem vouere debent,& ſeruare.*
3 *Subdiaconatus eſt ordo ſacer.*
4 *Subdiaconi ætas annorum viginti.*

De Subdiaconis. Tit. 26.

1 HYpodiacones † Græcè,quos nos Subdiaconos dici-
mus,ideo ſic appellãtur, quia ſubiacẽt præceptis,
& officijs Diaconorum, ſeu leuitarum diſtinct.21,
cap.1.§.hypodiacones Durandus in rationale diuinorum
offi-

Digitized by Google

officiorum, lib. 2. c. 8. Nam à ſubdiacono vſque ad lectores
omnes ſubditi ſunt diacono in Eccleſia ei repreſentantes
honorem, diſtinct. 93. cap. à ſubdiacono 5. Oblationes à fi-
delibus ſuſcipiunt, & diaconis ſupponendas altaribus de-
ferunt, d. diſtinct. 21. c. 1. §. oblationes enim in templo. Ca-
licem, & patenam ad altare deferunt, Diaconis tradunt,
Vrceolom quoque, & aquam, & manile, & manutergium
tenent, &c. diſtinct. 25. c. 1. §. ad ſubdiaconum, diſtinct. 33.
cap. 1. §. deſeruientes. Sacrarium non ingrediuntur, diſtin-
ctio. 23. c. non oportet. Orarijs vti non debent, nec hoſtias
derelinquere, diſtinct. 23. c. miniſtrum. Rem conſecratam
alij non porrigunt, diſtinct. 24. c. 1. Subdiaconus cum or-
dinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenam
de manu Epiſcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum:
de manu verò Archidiaconi accipiat Vrceolum cũ aqua,
manile, & manutergium, diſtinct. 23. cap. ſubdiaconus 15.
2 † Caſtitatem vouere, & ſeruare debet, diſtinct. 28. in prin-
cip. cum capit. ſequent. cap. de illo, capit. ſubdiaconibus,
3 cap. ſeriatim, verſic. ſi quis ex. † Sacer ordo eſt ſubdiaco-
nus, & quod de diaconis ſtatutum eſt, idem de ſubdiaco-
nis quoque eſt intelligendum, c. miramur 7. de ſeruis non
ordin. & ſupra tit. proximo in fine, Cardinalis Bellarmin.
de ſacramento ordinis, lib. 1. c. 7. Cucchus Inſt. de diacono
4 ſubdiacono, &c. † Et non debent eſſe minores annis vigin-
ti, diſtinct. 77. c. ſubdiaconus, quidquid ſtatutum ſit in §.
presbyterum Nouel. c. 123. & Concilium Trident. in ſeſſ.
23. de reformat. c. nullus 12.

SVMMARIVM.

1 *Acolyti unde dicti, & eorum munus.*
2 *Luminaria in ſacrificio miſſæ quid innuant.*
3 *Acolyti ordinandi modus.*

De Acolythis. Tit. 27.

1 ACOlythi † græcè, Latinè ceroferarij dicũtur, à de-
portandis cereis quando legendum eſt Euange-
2 lium, aut ſacrificium offerendum. † Tũc enim ac-
cenduntur luminaria ab eis, & deportantur non ad effu-
gandas tenebras, dum Sol eodem tempore rutilat, ſed ad
ſignum lætitiæ demonſtrandum, vt ſub typo luminis tem-
poralis corporalis illa lux oſtendatur, de qua in Euange-
lio legitur. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum, diſtinct. 21. c. 1. §. Acolythis.
diſtinct. 25. c. 1 §. Acolythum, diſtin. 33. § deſeruientes, c. 1.
Durandus in rationale diuinorum officiorum, libr. ſecun-
do, c. 7. de quibus Concilium Tridentin. in ſeſſio. 23. c. cum
3 autem 3. † Acolythus cum ordinatur, ab Epiſcopo quidẽ
doceatur, qualiter in officio ſuo agere debeat: Sed ab Ar-
chidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt ſciat ſe
ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipari: accipiat &
Vrceolum vacuum ad ſuggerendum vinum in Euchari-
ſtiam ſanguinis Chriſti. diſtinct. 23. c. Acolythus 16. & ibi
glo. Obſeruare autem debent acolythi, ne rem à presbyte-
ro conſecratam alij porrigant, diſtinct. 24. c. 1. & §. 1. Inſtit.
de his, qui ſunt in minoribus ordinibus conſtitutis.

SVMMARIVM.

1 *Exorciſtæ nomen quid ſignificet, & eius munus.*
2 *Exorciſtæ promouentur ab Epiſcopo.*
3 *Exorciſmi vſus eſt in baptiſmo*
4 *Signo crucis omnia magica compeſcuntur.*

De Exorciſtis. Tit. 28.

1 EXorciſtæ † ex græco in Latinum adiurantes, ſiue in-
crepantes vocantur: inuocant enim ſuper catechu-
menos, vel ſuper eos qui habent ſpiritum immun-
dum nomen Domini Ieſu, adiurantes per eum, vt egredia-
tur ab eis. diſt. 21. c. 1. §. exorciſtæ, & diſt. 25. c. 1. §. ad exorci-
ſtam Durandus in rationale diuinorum officiorum, lib. 2.
2 c. 6. † Exorciſta cum ordinatur, accipiat de manu Epiſcopi
libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi Epiſco-
po. Accipe, & commẽda memoriæ, & habeto poteſtatem
imponendi manus ſuper energumenum, ſiue baptizatũ,
ſiue cathecumenum, diſt. 23. c. exorciſta 17. vbi glo. decla-
rat quis ſit energomenus, & cathecumenus. Exorcizare. n.
non licet, niſi ijs, qui ab Epiſcopo ad id ſunt promoti, vt in
d. c. exorciſta, & diſt. 69. c. vlt. & de conſecr. diſtin. 1. c. 1. § ſi
autem. Ad eos enim pertinet exorciſmos memoriter reti-
nere, vt officium poſſint exercere, hoc in ordinatione ijs
præcipitur ab Epiſcopo, vt memoriæ commendent exor-
ciſmos, vt in d. c. exorciſtæ, & diſtin 25. c. 1. §. ad exorciſtã.
3 † Exorciſmi vſus eſt in baptiſmo, ſunt enim in eo exorciſ-
mi, & exſufflationes præmittendæ, diſt. 4. c. ſine paruuli, c.
ante viginti, c. poſtquam, c. ſicut noſtis, c de hinc iterum.
Nam exorciſmus Demonia eijcit. de conſecr. diſtin. 4. c. ſa-
4 cerdotes. † Signo enim crucis, quo vtitur exorciſta, omnia
negocia compeſcuntur, terrentur, atque fugantur Demo-
nes, vt latè probat Cardin. Bellarmin. de Imaginibus lib. 2.
c. 22. in fine per totum, & inter ſacros ordines connumera-
tur exorciſta in Concil. Trident. ſeſſio. 23. c. 2. & Martinus
del Rio, lib. 6. c. 2. ſect. 3. De remedijs ſupernaturalibus di-
uinis, ſeu eccleſiaſticis, q. 3. diſquiſitionum magicarũ, ver.
Quartum eſt exorciſmus. Quo loci, fol. 438. col. 2. A. addit,
cauendum exorciſtis, ne cum Demone iocentur. & curioſa
nugaciaue miſceant colloquia. Vidi (inquit Niderius) ab
eo citatus in conuentu Colonienſi fratrem verbis ſatis io-
coſum, ſed in gratia expellẽdi Dæmones valdè famoſum.
Hic cum in terminis conuentus Colonienſis Dæmonem in
obſeſſo corpore arctaret; Dæmon petiuit à fratre locum
recedendi: quo gauiſus frater ait in ioco. In cloacã meam
vadas. Exijt igitur Dæmon, & nocte cum frater ventrem
purgare vellet, Dæmon tam dirè eum torſit propè cloacã,
vt vitam cum difficultate ſaluaret. Sancta res eſt Dæmo-
nes eijcere, ſanctè tractanda, vt fuere quotquot olim hoc
exorciſmi remedio tam efficaciter vſi fuere, quorum plu-
res refert Martinus del Rio citato loco.

SVMMARIVM.

1 *Lectores unde dicti, & eorum officium.*
2 *Lectoris ætas annorũ viginti quinque, & quomodo ordinãdus.*

De Lectoribus. Tit. 29.

1 LEctores † à legendo ſunt dicti. diſt. 21. c. 1. §. Lectores,
diſt. 25. c. 1. §. ad Lectorem. Durandus in rationale di-
uinorum officiorum. lib. 2. c. 5. de quibus Concilium
Tridentin. ſeſſio. 23. c. 2. Cardinalis Bellarminius de cleri-
cis, lib. 1. c. 11. & 13. & Inſt. de his, qui ſunt in minoribus or-
dinibus cõſtituti. Ad ipſum enim pertinet lectionem pro-
nunciare, & ea quæ Prophetæ vaticinarunt populis præ-
dicare, d. c. ad Lectorem. Debet eſſe annorum vigintiquin-
que, vt 20 q. 1. c. placuit in fine. Cum enim Lector ordina-
tur, faciet de illo Epiſcopus verbum ad plebem, indicans
eius fidem, ac vitam, atque ingenium, poſt hæc ſpectante
plebe tradat ei Codicem, de quo lecturus eſt, dicens ad eũ.
Accipe, & eſto relator verbi Dei, habiturus ſi fideliter, &
vtiliter impleueris officium, partem cum eis, qui verbum
Dei miniſtrauerint. diſt. 23 c. Lector 18. Orario enim ipſe
2 vti non debet, d. diſt. 23. c. non oportet 28. † Nec debet eſſe
minor annis decem, & octo, ſecundum Nouellam, con. 123.
§. presbyteri.

SVMMARIVM.

1 *Cantores, ſeu Pſalmiſtæ unde dicti, & eorum officium,*
2 *Præcentor, ſuccentor, & concentor qui.*
3 *Cantor à quo ſuſcipiat officium cantandi.*
4 *Melodia laſciua vitanda eſt.*
5 *Præfationes miſſarum quot,*

De Pſalmiſtis, ſeu Cantoribus. Tit. 30.

1 PSalmiſtę † à pſalmis canendi vocati canunt, vt excitent
ad compunctionem animos audientium: licet & qui-
dam Lectores ita miſerabiliter pronuncient, vt quoſ-
dam ad luctum, lamentationemq; compellant, diſtin. 21.
c. 1. §. Lectores. Ad eos enim pertinet officium canendi, di-
cere benedictiones, laudes, ſacrificium, reſpõſoria, & quic-
quid pertinet ad canendi peritiam. diſtinct. 25. cap. 1. §. ad

Digitized by Google

pſalmiſtam. Orario vti non debent, diſtinct.23. cap.non
oportet 28. Cantor etiam vocatus eſt, quia vocem modu-
latur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte muſica,
2 ſicut ea docti homines latinè dicere potuerunt. † Præcen-
tor, & ſuccentor. Præcentor ſcilicet, qui vocem præmittit
in cantu; Succentor autem, qui ſubſequenter canendo re-
ſpondet. Concentor autem dicitur, quia conſonat: qui au-
tem non conſonat, nec concinit, nec cantor, nec concentor
3 erit. diſtinct.21.c.1.§. Cantor autem. † Et Pſalmiſta, ideſt,
cantor poteſt abſque licentia Epiſcopi, ſola viſione pres-
byteri officium ſuſcipere cantandi, dicente ſibi presbyte-
ro. Vide, vt quod ore cantas, corde credas, & quod corde
credis operibus comprobes, ita enim ordinatur, diſtinctio,
23. cap. pſalmiſta 20. Et annumeratur inter ordines mino-
res, §. eſt & pſalmiſta. Inſtit. de iis qui ſunt in minoribus
ordinibus conſtituti, de quibus tradit Durandus in ratio-
nate diuinorum officiorum, libro ſecundo, cap.2.& 3.&
Concilium Tridentinum in ſeſſion.22. de obſeruandis, &
euitandis in celebratione, miſſæ. §. ab Eccleſijs, & in ſeſſio.
24. de reformatione, cap.cum dignitates 12. §. cætera quæ.
Nam diuina officia cantando celebrari poſſunt, de conſe-
crat. diſtinct.1.c.de hymnis, cum c.ſequen. & Concilium
4 vbi ſupra. † Tamen laſciua melodia eſt in cantando vitan-
da, vt in extrauag. commun.1. de vita, & honeſt. clericor.
Concilium vbi ſupra, & infra tit.79. nume.15. & ſequent.
Omnes vero vnum, & eundem modum, ac ordinē in pſal-
lendo debent ſeruare. diſtinct.12 c.penult. & vlt. Conciliū
in d.§. cætera quæ. In Cena Domini, Gloria in excelſis Deo,
eſt cantanda, de conſecrat. diſtinc.1. c. portò Gloria. Sur-
ſum corda in præfatione eſt dicendum, d. diſtin.1.c.quan-
5 do autem. † De nouem præfationibus miſſarum cauetur
in c.inuenimus. Quibus additur decima in diſtinct.70.c.
vlt. §. fin. In die Reſurrectionis, Pentecoſtes, & alijs diebus
quid, & quantumque canendum, vel legendum ſit defi-
nitur, de conſecrat. diſtinct.5.c.in die, de qua re latius infr.
d. tit.79. num.15. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Primicerij munus.*
2 *Primicerio abſente quis ſuppleat.*

De Primicerio. Tit. 31.

1 AD † Primicerium pertinent acolythi, exorciſtæ, pſal
miſtæ, atque lectores. Signum quoque, ideſt, pul-
ſatio campanarum, dandum pro ufficio clerico-
rum, pro vitæ honeſtate, & officij meditandi, & peragen-
di ſollicitè; lectiones, benedictiones, pſalmum, laudes, of-
fertorium, & reſponſoria quis clericorum dicere debeat,
Ordo quoque, & modus pſallendi in choro pro ſolemni-
tate temporum: ordinatio quoque pro luminibus depor-
tandis. Si quid etiam neceſſarium eſt pro reparatione ba-
ſilicarum, quæ ſunt in vrbe, ipſe denunciat ſacerdoti. Epi-
ſtolas Epiſcopi pro diebus ieiuniorum Parochianis per o-
ſtiarios ipſe dirigit; clericos quos delinquere cognoſcit, ip-
ſe diſtringit. Quos verò emendare non valet, eorū exceſ-
ſus ad agnitionem Epiſcopi defert. Baſilicanos, ideſt, cu-
ſtodes, Baſilicarum ipſe conſtituit, & matriculam, ideſt, ta-
bulam, ipſe diſponit: nam in matricula faciet ſcribi, quod
2 quilibet canonicus legere debet. † Quando autem Primi-
cerius abſens eſt, ea quæ prædicta ſunt, ipſe exquirat, qui
ei aut lege, ideſt, ordine proximus eſt, aut eruditione, di-
ſtinct.25.cap.1.§. ad primicerium, & cap.1. de officio pri-
cerij. Et vt ſciat ſe eſſe ſub Archidiacono ſicut Archipres-
byter, & ad eius curam ſpecialiter pertinere, vt præſit in
docendo Diaconis, vel telionis gradibus eccleſiaſticis in or-
dine poſitis, vt ipſe diſciplinæ, & cuſtodiæ inſiſtat, ſicut
pro animabus eorum coram Deo rationem eſt redditu-
rus, & vt ipſe Diaconis donet lectiones quæ ad nocturna
officia clericorum pertinent, & de ſingulis ſtudium ha-
beat, vt in quacunque re capacem ſenſum habuerit, abſq;
vlla negligentia, aut à quo ipſe iuſſerit inſtruantur, dicto
capit.1. de offic. Primicerij.

SVMMARIVM.

1 *Theſaurarij officium circa quæ verſetur.*

De Theſaurario. Tit. 32.

1 AD † Theſaurarium pertinet Baſilicarum, & Oſtia-
rij ordinatio, ideſt, vt ordinet ea, quæ ſunt neceſ-
ſaria ad Baſilicam, ſcilicet claues, candelas, incen-
ſi præparatio, cura Chriſmatis conficiendi, cura Baptiſte-
rij ordinandi, præparatio luminariorum in ſacrario, & in
ſacrificijs, diſtinct.25.c.1.§. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Sacriſta quis, & eius munus, & cura.*

De Sacriſta, Tit. 33.

1 SAcriſta † ſubiectus eſt Archidiacono, & ad eius curam
pertinet cuſtodia ſacrorum vaſorum, veſtimentorū
eccleſiaſticorum, ſeu totius theſauri eccleſiaſtici; nec
non quæ ad luminaria pertinent, ſiue in cera, ſiue in oleo,
c.1. de offic. ſacriſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtodis munus. & nu 3.*
2 *Cuſtos minus idoneus arceatur,*
4 *Columnæ tres Eccleſiæ qui.*

De Cuſtode, Tit. 34.

1 CVſtodem † Eccleſiæ, cui ea quæ Eccleſiæ competūt
cuſtodienda committuntur, oportet, quod ſui Ar-
chidiaconi iuſſioni in cunctis obediat. In canonicis
horis ſigna tintinabulorum pulſanda, ipſo Archidiacono
iubente ab eo pulſentur. Palla, vel linteamina altaris, ſeu
cuncta vtenſilia Eccleſiæ indeſinenter cuſtodiat; lampa-
des, & lanternas in accendendo, ſeu extinguendo perui-
gil exiſtat; ne aut ſupra modum lucendo oleum depereat,
aut nimis lucendo obſcurior ſit eccleſia; ſed omnia cum
diſcretione agantur, quæ noſcitur omnium virtutum eſ-
2 ſe mater. † Si verò is minus idoneus ad hoc peragen-
dum extiterit, ab Archidiacono coerceatur, vt ſe emen-
det. Si autem indomitus permanſerit, Archidiaconus E-
piſcopo denunciando prouideat, vt indecente eiecto, a-
ptus domui Dei conſtituatur miniſter, vt omnia in lau-
3 dem Dei fiant, capit. primo, de offic. cuſtodis. † Præterea
ſollicitus eſſe debet de omni ornamento Eccleſiæ, & lu-
minarijs, ſiue incenſo; nec non panem, & vinum omni tē-
pore præparatum ad miſſam habere debet: & per ſingu-
las horas canonicas ſignum ex conſenſu Archidiaconi ſo-
nare, & omnes oblationes, ſeu eleemoſynas, ſeu decimas
(cum eiuſdem tamen conſenſu abſente Epiſcopo) inter
4 fratres diuidat. † In his tribus Eccleſiæ columnis (vt ſan-
cta ſanxit ſynodus) conſiſtere debet alma mater Eccle-
ſia; vt ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores, &
ſanctiores eſſe viderint, vt nulla negligentia in ſancta Dei
Eccleſia videatur. Hi tres Archidiaconus, Archipresby-
ter, Cuſtos ſimul iuncti vno animo prouidè peragant, &
perfectè, & non ſit inuidia neque zelus malus inter illos,
cap. ſecundo, eodem tit. de offic. cuſtodis.

SVMMARIVM.

1 *Oſtiarij vnde dicti, & eius munus.*
2 *Oſtiarius quomodo ordinandus.*

Digitized by Google

De Oſtiario, Tit. 35.

1 OStiarij † ijdem, & ianitores, qui in veteri teſtamen-
to electi ſunt ad cuſtodiam templi, vt non ingrede-
retur in illud immundus in omni re. Dicti autem
ſunt Oſtiarij, quia præſint Oſtijs templi. Ipſi enim tenen-
tes clauem, omnia intus, extraque cuſtodiunt, atque inter
bonos, & malos habentes iudicium fideles recipiunt, &
reſpuunt infideles, diſtinctione 21. cap. primo, §. vltimo, di
ſtinctione 25. cap. primo, §. ad Oſtiarium, & Nouella con-
ſtit. 133 §. & primum, & §. quod ſi illi. Durandus in ratio-
nale diuinorum offic. libro ſecundo, capitu. quarto. Oratio
2 vti non debet, diſtinctione 23. capit. non oportet. † Oſtia-
rius enim dum ordinatur, poſtquam ab Archidiacono in-
ſtructus fuerit, qualiter in Domo Dei debeat conuerſari,
ad ſuggeſtionem Archidiaconi tradit ei Epiſcopus claues
Eccleſiæ de altario dicens. Sic age quaſi redditurus
Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus præcludun-
tur, diſtinctione vigeſima tertia, cap. Oſtiarius, & ordo ſa-
cer eſt, §. 1. inſtitut. de his, qui ſunt in minoribus ordinibus
conſtituti Concilium Tridentinum in ſeſſione 23. cap. ſe-
cundo. Cardinalis Bellarminus de ſacramento ordinis li-
bro primo, cap. quinto, & de Clericis libro primo, cap. 11.
& 13. Sacrificium, & ſacerdotium ita Dei ordinatione con-
iuncta ſunt, vt vtrumque in omni lege extiterit. Cum au-
tem diuina res ſit tam ſancti ſacerdotij miniſterium, con-
ſentaneum fuit, quò dignius, & maiori cum veneratione
exerceri poſſet, vt in Eccleſiæ ordinatiſſima diſpoſitione
plures, & diuerſi eſſent miniſtrorum Ordines, ita diſtribu-
ti, vt, qui iam Clericali tonſura inſigniti eſſent, per mino-
res ad maiores aſcenderent. Nam non ſolum de ſacerdo-
tibus, ſed, & de Diaconis ſacræ literæ apertam faciunt men
tionem; & quæ maximè in illorum ordinatione attenden-
da ſunt, grauiſſimis verbis docent, & ab ipſo Eccleſiæ ini-
tio præmiſſorum ordinum nomina, atque vniuſcuiuſque
eorum propria miniſteria in vſu fuiſſe cognoſcuntur, quã-
uis non pari gradu. Nam Subdiaconatus ad maiores ordi-
nes à Patribus, & ſacris Concilijs refertur, vt fuit in tit. 26.
demonſtratum, in quibus, & de alijs inferioribus frequen-
tiſſime legimos. Cum igitur ſcripturæ teſtimonio, Apoſto-
lica traditione, & Patrum vnanimi conſenſu perſcriptum
ſit, per ſacram ordinationem, quæ verbis, & ſignis exte-
rioribus perficitur, gratiam conferri, dubitare nemo de-
bet, Ordinem eſſe verè, & propriè vnum ex ſeptem San-
ctæ Eccleſiæ ſacramentis. Inquit enim Apoſtolus. Admo-
neo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſi-
tionem manuum mearum non enim dedit nobis Deus
ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis,
1. Timoth. 4. 2. Timoth. 1. Concilium Tridentinum in ſeſ.
23. c. 1. & ſequen. & vt infra titu. 98. latius dicetur de Ordi-
nis ſacramento.

SVMMARIVM.

1 *Vicario qui vti poteſt, non poteſt vti laico.*
2 *Vicarius ſubſtitui non poteſt in officio Presbyterij.*
3 *Vicarius non poteſt ſubſtituere ſibi alium Vicarium.*
4 *Vicarios plures vnus habere non poteſt.*
5 *Vicarius non poteſt habere aliud beneficium curatum, nec aliam vicariam.*
6 *Vicarius Papæ non habet iuriſdictionem extra Vrbem.*
7 *Officialis ex generali commiſſione non poteſt procedere contra ſubditos, nec beneficia conferre*
8 *Vicarius excommunicati non habet iuriſdictionem.*
9 *Vicarius non poteſt ſibi vſurpare Eccleſiæ perſonatum.*
Vicarij in diuinis ad tempus, & in perpetuum conſtitui poſſunt ſub num. 5.

De Vicario, & officiali. Tit. 36.

1 VIcario † regulariter quidem Ordinarius Eccleſia-
ſticus vti poteſt, cap. quod ſedem, 10. & cap. inter cæ
tera 15. de offic. ordinarij. Lancellottus, §. 1. inſtitut.
de offic. Vicarij. Cucchus inſtitut. de Vicarijs. Concilium
Tridentinum in ſeſſione 24. de reformatione, cap. Patriar-
chæ 3. Verum Clerico non laico Vicario vti debet, Abbas
in cap. decernimus, numero duodecimo, de iudicijs. Fran-
ciſc. de March. deciſione 999. iuxta notata in capit. in noua
16. quæſtione ſeptima, & in cap. contingit, de arbitris, gloſſ.
in dicto cap. decernimus de iudicijs. Poteſt benè vti laico
aſſeſſore. Felin. in dicto capit. decernimus, colum. 2. Decius
col. 16. Geminian. in cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcrip-
tis in 6. Verum, qui plures habet dignitates Eccleſiaſticas,
vnam, vel plures ex ijs per Vicarios non poteſt adminiſtra
re, per ea, quæ habentur ſupra titul. 5. ver. vnus plura be-
neficia. Poterit tamen ſi ad plures dignitates fuerit diſpen-
ſatus, vt ibidem, & vt diſponit Concilium Tridentinum in
ſeſſione ſeptima, de reformatione, cap. ordinarij. 5. facta ei
congrua fructuum aſſignatione, vt ibi. & in ſeſſione vigeſi-
ma prima de reformatione, cap. qui illiterati 6. Præterea
is, qui vnam tantum dignitatem habet, & ſine rationabili
cauſa non vult reſidere, non poteſt ſibi in ea Vicarium
ſubſtituere per ea. quæ habentur ſupra titul. 5. ver. ab Ec-
cleſia ſua non poſſunt recedere. Verum tamen ſi bonæ vi-
tæ, ſed illiterati ſint, & non idonei cogendi ſunt conſtitue-
re ſibi Vicarium ei congrua fructuum beneficij portione
aſſignata. Concilium Tridentinum in dicto cap. qui illite-
2 rati. 6. † Porrò in presbyterij officio Vicarius ſubſtitui non
poteſt. 21. quæſtione prima, capitu. vltimo. Niſi ordinarius
presbyter ſtudiorum cauſa abſit: hoc enim caſu per ſepté-
nium Vicario vti poteſt cap. cum ex eo. 34. §. porrò, de ele-
ctio. in 6. Cucchus inſtit. de Vicarijs in diuinis, numero 14.
3 & per totum. † Sed Vicarius ſicuti non poteſt alium Vica
rium ſibi ſubſtituere, niſi ex ſpeciali permiſſu, ca. Clericos.
4. de offic. Vicarij, capit. vltimo, § final. de offic. delegati. &
4 per ea, quæ habentur ſupra libro 1. titul. 6. & ſequen. † Ita
non poteſt vnus plures Vicarios habere, cap. prouideas. 2.
de offic. Vicarij. Tamen conſtituendo alium poſt primum,
non videtur excludere primum ſecundum Boer. in deci-
5 ſione 347. numero ſecundo, & ſeptimo † Et ille, qui bene-
ficium curatum habet, vel aliam Vicariam fuerit adeptus
Vicaria priore priuatur, cap. primo, eodem tit. & Clemen.
1. eodem titul. Et inſtitutus per ſucceſſorem inſtituentis,
remoueri, vel portione ſua fraudari non debet, ca. ad hæc.
3. de offic. Vicarij. & Vicarij ordinarij compelluntur Eccle
ſijs deſeruire per ſubtractionem prouentuum, & Vicaria-
rum, cap. vltimo, eodem tit. & Concilium, vbi ſupra. Vica-
riorum enim in diuinis alios conſtitui ad tempus, & alios
in perpetuum conſtat ex allegatis, & probat Cucchus vbi
ſupra. Quibus autem caſibus ſolent conſtitui ad tempus,
& quibus caſibus in perpetuum, & quænam ſit inter hos
differentia docet Cucchus, vbi ſupra, & vna præcipua eſt,
quod Vicarius perpetuus dicitur habere iuriſdictionem
nomine proprio, & titulum, & non poſſe expelli, vt per gl.
in cap. primo, & Abb. & cap. 3. & penult. de offic. Vicarij.
Viuius citatus in Syntagma comm. opin. loco 1. tim. 8. cap.
primo, ſub nume. 2. & ibi addentes. Secus ad tempus, qui
habet iuriſdictionem nomine Ordinarij ſine titulo, & po-
6 teſt expelli. † Notandum etiam eſt, quod Vicarius Papæ
in Vrbe olim Camillus Cardinalis Burgheſius, poſtea Pau-
lus Quintus extra Vrbem iuriſdictionem non habet, cap.
7 ita nobis. 5. de offic. Vicarij. † Et quod ex generali com-
miſſione non poteſt Officialis inquirere, corrigere, depo-
nere, & punire ſubditorum exceſſus, capit. licet. 2. de offic.
Vicarij Nec minus ex generali commiſſione poteſt bene-
ficia conferre, cap. vltimo, eodem titul. Boerius vbi ſupra.
8 † Vicarius excommunicati, & ſi excommunicatus non ſit,
tamen geſta ab eo rata non ſunt, cap. primo, in principio,
9 & §. final. eodem. † Tandem obſeruandum eſt, quod Vi-
carius perſonatum Eccleſiæ ſibi vſurpare non poteſt. Et
quod ab Epiſcopo conſtitutus per eius mortem cenſetur
reuocatus, cap. ſi gratioſe, de reſcriptis in 6. Doct. in capit.
quoniam, Abb. de offic. delegat. Rebuffus in praxi in 1. par
te, tit. forma Vicariatus, numero 216. Abbas in capit 1. nu-
mero quinto. ne ſede vacante. Et ideo Capitulum alium,
vel eundem infra octo dies debet confirmare, ex Conci-
lio Tridentino ſeſſione 24. de reformatione, capit. Capitu-
lum 16.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomus quis ordinandus, & eius munus.*
2 *Oeconomus ob malos mores Epiſcopi quandoque ordinatur.*
3 *Capitulum ſede vacante conſtituit Oeconomum.*

De

De Oeconomo, & Vicedomino. Tit. 37.

1 LAici † non ſunt ab Epiſcopis Oeconomi conſtituendi,
ſed clerici 16.quæſt.7.cap.in noua diſtinct.89.ca.indi-
catum 12.q.2.cap.ſancimus in princip.cap.diaconi §.
fin.Nam Epiſcopi debent habere Oeconomum, ſeu vice-
dominum diſtinct.89.cap.volumus cap.diaconum c.quia
in quibuſdam,& 16.quæſt.7.cap.quoniam in quibuſdam,
& ille debet eſſe de proprio clero d.c. quia in quibuſdam.
Ita enim mandauit D.Gregorius lib.epiſt.7. cap.66.epiſt.
66.in fine verſic.de cætero,& lib.1.epiſt.11. vnde ſumitur
cap.diaconum.Ad illum enim pertinet gubernatio rerum
Eccleſiæ cum arbitrio ſui Epiſcopi, vt non ſine teſtimonio
ſit gubernatio ipſarum rerum Eccleſiaſticarum,& ne eue
niat res Eccleſiæ diſpergi, & ſacerdotali dignitati obtre-
ctatio generetur d.cap.quia in quibuſdam. Et fuit ordi-
natus oeconomus id eſt maior domus Epiſcopo, vt poſſit
etiam,vel hoſpitibus ſuperuenientibus,vel cauſis quæ eue
2 niunt idoneus,& paratus exiſtere d.cap.volumus. † Fuit
etiam aliquando ordinatus contra Epiſcopos abutentes
diſpenſatione bonorum ſibi,ac illorum fidei commiſſorũ,
vt in generali Concilio Chalcedonenſe cap.26. & Cartha-
ginenſe quarto,& Concilio 7, generali ſub Iuſtiniano t.vt
9.quæſt.3.cap.ſimus 89.diſtinct.cap.diaconum cap. volu-
mus Nouella conſtit 6.7.& 133.Tholoſanus de Beneficijs
3 cap.5.num.8.verſic.ſic aliquando.† Verum vacante ſede,
vbi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, Capi-
tulum vnum oeconomum,vel plures fideles, ac diligentes
decernere debet,qui rerum Eccleſiaſticarum, & prouen-
tuum curam gerant,quorum rationem ei,ad quem perti-
nebit,ſint reddituri,vt in Concilio Tridentino ſeſſ.24.de
reformatione c.capitulum 16.

S V M M A R I V M.

1 *Abbates quomodo eligendi.*
2 *Abbas non eſt ordinandus alterius monaſterij monachus, limitatur.*
3 *Clerici in Abbates non ordinand.*
4 *Abbas qualis quomodo, & a quibus ante Concilium eligebatur.*
5 *Monialibus præponendus ab Epiſcopo examinandus.*
6 *Abbas quando,& à quibus remouendus.*
7 *Abbas eſt ſub poteſtate Epiſcopi.*
8 *Monachi inobedientes,& vagi aut proprium habentes coercendi.*
9 *Abbas monachum alienum non debet admittere.*
10 *Abbates ad quæ teneantur.*
11 *Abbas non diſpenſat cum proprietario monacho.*

De Abbate. Tit. 38.

1 IN † electione ſuperiorum quorumcunque Abbatum
temporalium,& aliorum officialium, ac Generalium,
& Abbatiſſarum, atque aliarum præpoſitarum, quò
omnia rectè,& ſine vlla fraude fiant,in primis præcipitur
omnes ſupradictos eligi debere per vota ſecreta,ita vt ſin-
gulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Nec
licet ad effectum electionis faciendæ conſtituere prouin-
ciales,Abbates Priores aut alios quoſcunque titulares,aut
voces,& ſuffragia abſentium ſupplere, ſub pœna nullita-
tis electionis, ita enim ſtatutum legitur in Concilio Tri-
dentino ſeſſio.24.de reformatione capitulo in electione 6.
2 † Deinde notandum eſt alterius monaſterij monachum in
Abbatem non eſſe ordinandum,niſi in monaſterio vacan
te idoneus aliquis monachus non exiſtat, vel niſi conſuetu
do loci in contrarium extet per ea,quæ habentur ſupra tit.
3 8.verſi.Ij qui ſunt Alterius Eccleſiæ. † Sed nec clerici ſunt
in Abbates ordinandi 18.quæſt.2.cap.peruenit cum capi.
4 ſequen.† Nam Abbatem cuilibet monaſterio non alium,
ſed quem dignum moribus, atque actibus monaſticæ di-
ſciplinæ communi conſenſu congregatio tota popoſcerit,
eſt ordinandus 18.quæſt.2.cap.Abbatem 3.cum c.ſequen.
& §.ordinatione Nouella conſt.5.& §.iubemus autem No
uella conſt.123.Qui quidem à conuentu, non ab alijs eſt,
eligendus d.quæſt.2.cap.abbas cum duobus ſequent.cap.
quam ſit §.defuncto verſi.quem ſibi propria c.abbas ver.
tamen eligant,& 16.q.7.capit.vltim.& d.§.ordinatione,&
d.§.iubemus autem.Sed contradicit d.quæſt.2.cap.1. Cui
obiectioni reſpondet Gratianus in d.cap.Abbas §.ecce, &
conuenit cum ſupra citatis.Nam & ſi Abbas per ordinem
ordinandus ſit,tamen qui apparuerit optimus inter mona
chos optimos,is Præſulatu dignus eſt ordinandus per alle
gata ſuperius,& hic ab Epiſcopo eſt confirmandus,præſti
ſtito prius iuramento à Monachis, quod talem,quem ele-
gerint putent iſto honore maximè dignum d.§.ordinatio-
ne Nouella c.5.& d.§.iubemus Nouella c.123.& de modo
eligendi Abbates Generales, & particulares tradit etiam
Rota diuerſ.in recentioribus deciſ.65.per totam par.1. Ve
rum ſi monachi ſint indomitæ ceruicis, & effrenatæ ſu-
perbiæ, quod dum Abbates ad religionem cogere volue-
rint,in eorum deiectionem conſpirant, & alium moribus
ſuis conuenientem ſibi præficere contendunt, quales erãt
illi,qui in necem Beati Benedicti conſpiraſſe leguntur.Pro
huiuſcemodi conſtitutum eſt, vt Abbates,& alia officia p
5 ſacerdotes inſtituantur d § ecce,& d.cap.1. † Qui religio-
ſis fęminis præponendus eſt,ab Epiſcopo eſt examinandus
6 d.quæſt.2. cap. qui religioſis 11.† Si quis Abbas cautus in
regimine humilis,caſtus, miſericors, diſcretus,ſobriuſque
non fuerit,ac diuina præcepta verbis,& exemplis non oſtẽ
derit,ab Epiſcopo,in cuius territorio conſiſtit, & à Vicinis
Abbatibus,& cæteris Deum timentibus à ſuo arceatur ho
nore,etiam ſi omnis congregatio vitijs ſuis conſentiens eũ
Abbatem habere voluerit d.quæſt.2.cap. ſi quis abbas 15.
& cap.vlti.de ſtatu monachor. Non enim à ſuis monachis,
ſed ab Epiſcopo,& vicinis Abbatibus ex prænotatis cauſis
eſt loco remouendus cap.nullam 9.& d.cap. ſi quis abbas
15.& d.cap.vltim.& Concilium Tridentinum in ſeſſ.5.de
7 reformatione cap.1.† Quia eſt Abbas in poteſtate,& iuri-
dictione Epiſcopi,in cuius territorio conſiſtit,monachi ve
rò in poteſtate abbatis d.quæſt.2.cap.abbates in princ. &
cap.monachi cap.monaſteria 12.cap.abbatibus 18. Viuius
8 opin.1.† Ideoque monachi Abbatibus omni deuotione,&
obedientia ſubiacere debent, & ſi quis per contumaciam
extiterit indeuotus,aut per loca aliqua vagari,aut peculia
re aliquid habere præſumpſerit,omnia quę acquiſierit ab
Abbatibus auferantur ſecundum regulam monaſterio p
futura. Ipſi autem, qui fuerunt peruagati, vbi inuenti
fuerint,cum auxilio Epiſcopi tanquam fugaces ſub custo-
dia reuocentur d.cap.Abbates 16.§.monachi autem cap.
9 cum ad 6.§.Abbates verò de ſtatu monacho.† Hac itaque
ratione Abbas monachum alienum admittere non debet
d.§.monachi verſi.vel qui ſuſceperit monachum alienum
& 19.quæſt.3.cap.ſtatuimus verſicu.diſcedentem verò,&
10 20.q.4.c.vlt.in princ.& canone Apoſtolico.15. † Et ſemel
in anno in locum,vbi Epiſcopus elegit Abbates accepta vo
catione debent conuenire d.cap. Abbates in princip.verſi.
qui ſemel. Diuerſas cellulas diuerſaue monaſteria habere
prohibentur 20.quæſt.4.cap.vlt.§.abbati quoque. Et cum
fratribus in conuentu manere debent,atque in officio ſuo
debent eſſe ſolliciti capit.cum ad 6.§ abbas verò de ſtatu
monacho.Si verò Abbates in corrigendis iuxta viſitatorũ
mandatum,& regularia inſtituta,in ſe ipſis, ſeu monachis
inuenti fuerint negligentes,proclamẽtur, & corripiantur,
& ita puniantur publicè in capitulo generali, quod pœna
ipſorum ſit alijs in exemplum cap.vltim.§ ſi verò Abba-
tes de ſtatu monachor.& in aliquibus caſibus eorum ne-
gligentia eſt ab Epiſcopis punienda, vt ſtatuit Concilium
11 Tridentinum in ſeſſ.5.de reformatione cap.1.† Nec exiſti
mẽt Abbates poſſe ſuper habẽda proprietate cum aliquo
diſpẽſare,quia abdicatio proprietatis,ſicut & cuſtodia ca-
ſtitatis adeo eſt annexa regulæ monachi, vt contra eam
nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere d.c.cum
ad 6.§.vlti.de ſtatu monachor. Sed de Abbate plura refe-
runtur in Syntagma comm.opin.loco 1.titu.9. capitulo 1.
per totum.

S V M M A R I V M.

1 *Præpoſitus quis ordinandus,& eius munus.*
2 *Præpoſitus ſacerdos ſub pœna priuationis præpoſituræ.*
3 *Nomen Præpoſiti generale dignitatis.*

De Præpoſito. Tit. 39.

1 IN † Præpoſitum nullus eſt ordinandus, niſi Presbyter, vel Diaconus ſit, diſtinct. 60. cap. nullus, 2. & Præpoſiti, qui infra ordines presbyterales exiſtunt; ſi inobedientes ordinari contempſerint, honore Præpoſituræ ſuſcepto
2 priuentur, d. diſtinct. 60. cap. innouamus 3. † Et id propter procacitatem quorundam ſtatutum eſt, qui nomen Præpoſituræ adepti, officium contemnunt, nolentes fieri ſa-
3 cerdotes, d. c. innouamus, §. horum vnum. † Nomen autem Præpoſiti generale eſt, & continet alia, de quibus in 1. q. 3. c. Saluator. 8. §. nomine verò, vbi glo. in verbo Præpoſitum, glo. in c. 1. in verbo Præpoſiti. de ætat. & qualit. cap. quamuis. 9. de verbor. ſignificat. Eſt enim Præpoſitura per ſe dignitas, quæ habet Prioratum, & curam ſuper alios. Vnde & Præpoſitus eis Præfectus, d. c. quamuis. 9. de verborum ſignific. d. c. Saluator, d. c. 1. c. conſtitutus de appellat. cap. ex parte de Clerico non reſidente, c. ex ore. de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli. Tholoſanus de beneficiis, c. 10. num. 19. Iiſque conueniunt ea, quæ de Prælatis dicuntur in Syntagm. comm. opin. loco 7. c. 5. & 6.

S V M M A R I V M.

1 *Prior qualis eſſe debeat.*
2 *Priorum diuiſio.*

De Priore. Tit. 40.

1 PRior † autem præ cæteris, poſt Abbatem, potens ſit opere, & ſermone, vt exemplo vitæ, verboque doctrinæ fratres ſuos, & inſtruere poſſit in bono, & à malo etiam reuocare: Zelum religionis habens, ſecundum conſcientiam, vt delinquentes corripiat, & caſtiget, obedientes foueat, & confortet, c. cum ad. 6. §. Prior autem, de ſtatu monachor. Huius electio, quomodo facienda ſit, traditur in Concilio Tridentino ſeſſ. 25. de regularibus, c. in electione 6. Sunt etiam Prioratus beneficia nominata, de quibus per Tholoſanum in lib. 15. Syntagmatis, ca. 18. vbi duo in beneficio poſiti ſunt, ibi honoratur, vel qui prius di-
2 gnitatem habuit, prior dicitur. † Itaque Priores ſæculares, & regulares ſunt ſecundum qualitatem Eccleſiarum. Regularium autem, de quibus ab initio, alij Priores Conuentuales, alij clauſtrales. Conuentualis eſt, qui per ſe Cœnobio præeſt, in quo non eſt Abbas. Clauſtralis verò is eſt, qui ſub Abbate, & in eius abſentia præeſt monachis in Clauſtro. Clement. 1. de reſcriptis. Clement. 1. §. cæterum, de ſtatu monachor. In ſæculari verò Eccleſia Prior dicitur, vel Rector primitiuus, qui non habet curam animarum, Rector habitu, Qui autem curam exercet Rector actu, Sunt & Prioratus Eccleſiarum, ſeu Collegiorum ſæcularium.

S V M M A R I V M.

1 *Religionum diuerſarum multiplicatio prohibita.*
2 *Mendicantes religioſi, quomodo poſſint acquirere noua loca, vel antiqua alienare ſeu mutare.*
3 *Mendicantes tranſeuntes ad ordinem non mendicantium, quam authoritatem ibi poſſint habere.*
4 *Mendicantes non poſſunt habere plures campanas.*
5 *Mendicantes ex priuilegio poſſident in communi.*
6 *Mendicantes poſſunt poſſidere pro alijs.*

De varijs ordinibus monachorum, & primum de mendicantibus. Tit. 41.

1 REligionum † diuerſitatem nimiam, ne confuſionem induceret: generale Concilium conſulta prohibitione vetauit. Sed quia non ſolum impoſitura potentium inhiatio illarum poſtmodum multiplicationem extorſit, verum etiam aliquorum præſumptuoſa temeritas diuerſorum ordinum præcipuè mendicantium, quorum nondum approbationis meruere principium, effrænatam quaſi multitudinem adinuenit: repetita conſtitutione diſtrictius inhibetur, ne aliquis de cætero nouum ordinem, aut religionem adinueniat, vel habitum nouæ religionis aſſumat. Cunctas affatim religiones, & ordines mendicantium poſt dictum Concilium adinuentos, qui nullam confirmatione Sedis Apoſtolicæ meruerunt, perpetuæ prohibitioni ſint ſubiecti, & quatenus proceſſerat reuocantur, c. 1. in princ. de religioſ. domib. in 6. & Authen. vt determinatus ſit numerus. Confirmatos autem per Sedem Apoſtolicam, poſt idem, tamen Concilium inſtitutos, quibus ad congruá ſubſtentationem redditus, aut poſſeſſiones habere profeſſio, ſiue regula quælibet interdicunt, ſed per quæſtum publicum tribuere victum ſolet incerta mendicitas, infraſcriptos ſubſiſtere decretum eſt in dict. generali Lugdunenſi Concilio, videlicet, Prædicatores, Minores, Eremitanos, & Carmelitas, d. c. 1. § confirmatos, & §. ſanè, vbi gloſ. & Gemin. & exiſtentes de ordinibus reuocatis, non collegialiter, ſed ſingulariter ad alios ordines approbatos cum locis ſuis
2 vtique ſingulariter tranſire poſſunt, d. c. 1. §. vlt. vbi gloſ. & Gemin. † Nec poſſunt mendicantes acquirere noua loca ad habitandum, nec antiqua alienare, vel mutare abſque ſpeciali licentia Papæ, quæ de hac prohibitione faciat mentionem. Sed in acquirentibus loca pro Eremitica vita ducenda ceſſat prohibitio, c. 1. de exceſſib. prælator. vbi gloſſ.
3 & Ioan. Andr. in 6. & Clement. cupientes 3. de pœnis. † Et mendicantes tranſeuntes ad non mendicantium ordines etiam authoritate Apoſtolica, vocem, aut locum in Capitulo, etiam ſi hoc ſibi ab alijs liberè concedatur, non habent, nec officia pro ſe, nec pro alijs exercere poſſunt. Clement. 1. de regul. & tranſeuntibus, vbi gloſſ. & Ioan. Andr. Verùm hodie in Extrauagant. comm. 1. de regularibus, & tranſeuntibus, prorſus ad aliam religionem tranſire prohibentur. Prohibentur etiam aliqua in ſermonibus, & prædicationibus proferre, quæ retrahant populum à ſolutione decimarum, imò certis diebus, & in confeſſionibus illarum ſolutionem ſuadere tenentur. Clement. cupientes 3.
4 de pœnis, vbi glo. & Ioan. Andr. † In religioſorum mendicantium Conuentu plures Campanæ eſſe non poſſunt ſine ſpeciali Papæ licentia, ſed vna tantummodo pro loco quolibet ſint contenti. Extrauag. comm. 1. in princ. de offic. cuſtodis. Plures autem Campanulas in refectorijs, Capitulis, & alibi licitè poſſunt religioſi mendicantes habere, d. Extrauag. §. cæterum. Quorum diſcordiæ in pacem, & concordiam ſunt conuertendæ, exemplo Extrauag. comm. Vices
5 illius, de treuga, & pace, & infra tit. 61. † Sed ex eo quod mendicantes poſſideant bona in communi ex priuilegio, ex quibus ordo vniuerſus commodum ſentiat, non ideo amittunt nomen, nec priuilegia mendicantium. Lapus allegat. 4. Franc. in ca. 1. § 1. de religioſ. domib. in 6. Nam & ſi mendicantes ſint eorum ordinum religioſi, quos vel regula, vel conſtitutio prohibet tam ſeparatim, & ſingulariter, quam communiter, & collegialiter bona, annuoſque reditus poſſidere, c. 1. §. 1. de religioſ. domib. in 6. vbi Doctor. Calcan. conſ. 7. de reg. Federic. de Senis conſ. 145. Lapus alleg. 45. Tamen vt dictum eſt, & bona, & redditus in communi ex priuilegio poſſunt poſſidere abſque amiſſione nominis, & priuilegiorum mendicantium. Hac itaque ratione, quia Societas Ieſu ex regula, & conſtitutionibus eſt in arcta paupertate conſtituta, & cuiuſcumque generis redditus, poſſeſſioneſque, & bona immobilia retinere prohibita eſt, verè & propriè mendicantem eſſe, & debere mendicantium priuilegijs omnibus gaudere affirmat Gabriel, in conſ. 28. lib. 1. per totum, vbi ſub num. 2. ver. nec repugnat, nume. 3. & ſequent. diluit contraria, & oſtendit, quæ poſſident non nomine proprio, nec vt ſua in communi, ſed pro Collegijs poſſidere, et adminiſtrare, & ſuperintendentiam habere, quod fieri poſſe oſtendit citra mendicantium regulas contrauentionem, & priuilegiorum amiſſionem.
6 † Poteſt enim eſſe, vt quis ſit pauper, & mendicans, nihilque poſſideat. Et tamen, quod poſſideat, & adminiſtret nomine alieno, vt depoſitarius, Colonus, Inquilinus, Procurator, & ſimiles, qui alieno nomine detinent, poſſidere dicuntur, l. officium 9. ff. de rei vendic. l. communi. 7. §. neque Colonus. ff. commun. diuidun. vt in opuſculo diuiſionum iuris diuiſ. 14. ver. latiſſima deduximus. Hinc videmus tutorem, quamuis pauperem, & mendicum poſſidere vniuerſa pupilli bona, ſed pupillo non ſibi, & poſſeſſionem illam, quam habet ratione cuſtodiæ, habere dicitur ad omnes tutelares effectus. Quò fit, vt pupilli ipſi dicantur poſſidere

dere miniſterio,& corpore tutoris,& curatoris,& per mor
tem alicuius ex pupillis non dicitur poſſeſſio vacare,quan-
do extant Colonus,tutor,& curator,vt deduximus in tra-
ctat.de tutela,& cura lib.2.tit.13.in fine. Quæ omnia con-
ueniunt Præpoſito,& profeſſis Venerabilis Societatis Ieſu
pro Collegijs non ſibi poſſidentibus,& adminiſtrantibus,
vt firmat Gabriel.alijs rationibus in d.conſ.28.lib.1.

S V M M A R I V M.

1 *Prædicare,quibus conceſſum.*
2 *Prædicandi munus præcipuum Epiſcoporum.*

De Prædicatoribus. Tit. 42.

1 QVibus † à Papa indultum eſt prædicare, hi poſſunt
vbique, vel ſine licentia Prælati prædicare, cap. in
ijs.30.de priuilegijs,excepta tamen hora, in qua lo
corum Prælati ipſi prædicare voluerint, vel coram ſe ab
alio facere prædicari, in qua ipſi Apoſtolici habentes in-
dultum prædicare ceſſabunt,Clement.dudum.2.§.& pro-
pterea,de ſepulturis. confirmata in Extrauag.commu.ſu-
per Cathedram.2.§.& propterea,eod.tit. & in Extrauag.
commun.1.de priuilegijs. Vel niſi aliter inter ipſos fratres
Prædicatores,& Prælatos fuerit conuentum,quia tunc ſe-
cundum pacta inter eos inita eſt agendum, c.quia ex eo.3.
de pactis,in 6.vbi Ioan.Andr.& in ca.exijt.3.de verborum
ſignificat. in 6. Vbi cum maxima laude Ordinis S.Franciſci
tolluntur plura dubia,de quibus ibi. & in Clement.1.eod.
tit. De his nonnulla habentur in Extrauag.Ioann.XXII. t.
2 Quia nonnulli.2.ad conditorem.3.eod.tit. † Verum prædi
cationis munus præcipuum Epiſcoporum eſſe alibi,ex Cõ-
cilio Tridentino in ſeſſ.5.de reformatione,c.2. & in ſeſſio.
24.de reformatione,ca.prædicationis.4.& ex alijs authori-
tatibus,dictum fuit.

S V M M A R I V M.

1 *Nigrorum monachorum habitus qualis,& qua ſeruanda in eo,*
& qualiter dimitti poſſit,num.8.
2 *Flocco quando vtantur monachi,& quid ſit,num 6.*
3 *Cuculla quando vtantur monachi,& quid ſit,num.5.*
4 *Scapulari,quando vtendum monachis.*
7 *Plura de monachis venatoribus,vagantibus, arma tenentibus,*
ſolitudinem amantibus.

De Nigris Monachis. Tit. 43.

1 NE † in agro Dominico ſacra, videlicet monachorũ
nigrorum religione indecorum aliquod obrepat,
aut vitioſum quicquam perniciosum in ſegetem
coaleſcat, ſed vt in illa potius flores honoris, & honeſtatis
fructus in vbertate ſuccreſcat: eis in veſtibus inordinatum
omnem, ſeu exquiſitum ornatum, aut cultum, nec non
in cibis,& potibus,equitaturis, & lectiſternijs quemuis no
tabilem eſſe interdictum exceſſum in Clemen.1. in princ.
vbi gloſſ.& Card. de ſtatu monachor. & in §.1.ſpecialiter
prouidet circa veſtes habitũ proximas. ſtatuitur enim ibi.
vt ſuperior veſtis ipſorum habitui proxima nigri, bruni,
aut alibi coloris exiſtat, iuxta morem apud eos ſeruari ſo-
litum in regione,qua degunt, nec in qualitate panni regu-
laris excedatur modeſtia, nec quæratur, quod pretioſius,
& ſubtilius, ſed quod vtilius valet inueniri. Sit etiam ve-
ſtis ipſa rotunda per circuitum, & non ſciſſa, nec longitu-
dine nimia,aut breuitate rotunda: largas etiam manichas
habeat vſque ad pugnum protenſas, non conſutitias, vel
quomodolibet bottonatas. Almutijs de panno nigro, vel
pellibus Caputiorum loco cum Caputijs, habitus, quem
geſtauerint, ſint contenti iuxta tamen diſpoſitionem Ab-
batis iciſſis ſuper humeros, & honeſtis Caputijs vti poſ-
ſint. In veſtibus ſendatum pro foderaturis non portent.
Eſtiualibus largis, aut botis altis pro calceamentis vtan-
tur. Nullus zonam,cultellum,calcaria cum ornatu defer-
re, aut cum ſella clauorum ornatu decorata ſuperfluo, vel
nimis alias ſumptuoſa, ſiue cum freno ferraturam ador-
2 natum habente equitare præſumant. † Rurſus in locis, in
quibus fuerit Congregatio duodecim monachorum, aut
ſupra,infra ſepta monaſterij Abbas,Prior,aut alius Præſi-
dens portet floccum de panno pro floccis, aut cucullis,in
ipſo monaſterio conſueto: Monachi verò alij monaſterijs,
in quibus floccos ſoliti ſunt portare, debent etiam vti eis.
3 † In alijs autem monaſterijs,& infra domos, & alios Prio-
ratus,vbi non eſt tanta Congregatio,monachorum,cucul-
las clauſas deferant,& honeſtas. Cum verò Abbates,Prio-
res,aut alios Præſidentes, & monachos alios extra mona-
ſterium proficiſci continget: floccum, cucullam, aut cap-
pam clauſam habeant,& ſubtus cappam,ſi eam portaue-
4 rint,cucullam deferant,aut ſi maluerint ſcapulare. † Cum
autem ad ſeruiendum in diuinis officijs albis,vel ſacris ve-
ſtibus induentur, aut cum occupabuntur in operibus, vti
eis liceat ſcapulari. Verum ne ex diuerſa acceptione,quam
in diuerſis regionibus huiuſmodi vocabula floccus, & cu-
culla dicuntur habere, hæſitandi circa præmiſſa, materiã
5 relinquatur. † Cucullæ nomine habitum longum, & am-
6 plum, ſed manicas non habentem: † nomine verò flocci
habitum, qui longas, & amplas habet manicas intelligere
debemus,d.Clement.1.§.1.vbi Ioan.Andr. de ſtatu mona-
7 chor. † Sed & plura diſponuntur circa monachorum con
feſſionem,communionem,regulæ expoſitionem, & inſtru
ctionem,nouitiorum in d.Clement.1.§.ſanè. Item circa ve-
nationes,& aucupationes in §.porrò. Item circa profeſſos
vagantes,vel euntes ad Curias Principum, vel infra ſeptos
monaſterij arma tenentes in §.quia verò. Item circa ſoli-
8 tudines in omni negotio vitandas in §. ad hæc. † Habitum
autem ſuæ religionis nemo quacumque de cauſa dimitte-
re debet, neque occultè geſtare, ſed ſi per vim, & metum
ſuſcepiſſe aſſeuerer,vel ante ætatem, qualiter dimittere il-
lum poſſit ſtatuitur in Concilio Tridentino in ſeſſiu.25. de
regularibus,c.quicumque 19.

S V M M A R I V M.

1 *Templarij, & hoſpitalarij,qui, & de eorum priuilegijs, & ſup-*
preſſione.

De Templárijs,& Hoſpitalarijs. Tit. 44.

1 QVamuis † Templarij, & Hoſpitalarij propter du-
catum tutum, quem præſtabant peregrinis eunti-
bus ad ſepulchrum fuerint multa libertatis præro-
gatiua donati: tamen aliãm libertatem habe
re videntur in locis, in quibus antequam perueniſſent ad
eos,fuerunt habitatores,quod totũ ex inſpectione priuile-
giorum ſuorum plenius comprehendi poteſt, & ſecundũ,
quod fuerit inuentum,ita erit obſeruandum. Sic enim eo-
rum priuilegiorum tenor eſt ſeruandus,vt eorum meta nõ
tranſgrediatur,c.porrò.7.de priuilegijs. Quare qui mittũt
pro eleemoſynis Cruce falsò ſignatos,& ſibi permiſſa abu-
tuntur poteſtate,priuilegium amittunt,c.tuarum.11. eod.
tit. Iſti Templarij fuerunt ſuppreſſi à Clemente illo V. qui
hanc ſanctiſſimam ſedem tranſtulit ad Auenionem, vbi
permanſit per plures annos in perniciem Italiæ,& Romæ;
nec non totius Chriſtianæ religionis,vt legitur apud Plati-
nam in eius Vita,& apud Hiſtoricos illius temporis: quod
deplorat Franciſcus Petrarcha in pluribus ſuis Epiſtolis,
& in Cantilena illa.

Italia mia, benche'l parlar ſia indarno
Alle piaghe mortali,
Che nel bel corpo tuo ſi ſpeſſe veggio,&c.

Et in alia.

Spirto gentil, che quelle membra reggi,
Dentro alle quai peregrinando alberga,&c.

Quo verò ad ſuppreſſionem Templariorũ,an ſcilicet iniu-
ſtè, vel potius per ambitum iniuſtè ſuppreſſi fuerint, ac
prorſus extincti eſt maxima contentio inter Hiſtoricos il-
lius temporis, & iam notiſſimum eſt Clementi ipſo iudici,
& ab eo iudicatis. Omnes enim à Deo iam iudicati ſunt,&
iuſtitiam,vel iniuſtitiam cognouerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Eremita an dicatur perſona religioſa,habet proprium.*
2 *Eremitæ poſſunt tranſire ad monachatum,non è contra.*
3 *Eremitæ ſubſunt Epiſcopo illius territorij, & poſſunt ad Præla-*
turas vocari.

Nomen

Digitized by Google

4 *Nomen, & origo eremitarum.*
5 *Eremitorum orationibus multum tribuendum.*

De Eremitis. Tit. 45.

1 HOrum † author Paulus primus Eremita fuit, qui
ſolitariam vitam duxit, ſed Princeps Ioannes Ba-
ptiſta, vt infra tit. 51. num. 4. ſed dubitatur, an Ere
mita ſit perſona religioſa in 27. quæſt. 1. capi. ſcripſit nobis
26. §. ecce vbi glo. in verbo ſolitudinem. Et quod ſit vide-
tur ex eo quod habent Principem Ioannem Baptiſtam, vt
infra tit. 51. nu. 4. multorum authoritate probatur. Quod
autem ſint de foro Eccleſiæ non dubitatur, vt per Innocét.
in c. cum ad monaſterium de ſtatu monach. & per Archi-
diac. in cap. 1. de exceſſ. prælat. in 6. probat Stephanus Au-
frer. de poteſtate ſeculari in Eccleſiaſticos regula 2. Fallen.
33. extenſ. 4. num. 37. fol. 302. Habent proprium 19. q. 3. c.
2 perlatum 8. vbi gloſſ. † Poſſunt tranſire ad monachatum,
non autem è contra 16. q. 1. c. ſi clericatus, vbi gloſſ. in verbo
contubernium. Non obſtat tex. in c. 1. §. per hoc de exceſſ.
prælator. de quo ſupra tit. 41. quia loquitur de illis mona-
chis, qui de maiorum ſuorum licentia duxerint vitam ere-
miticam, ſeu ſolitariam eligendam in monachatu exiſten-
3 tes, qui non ſunt propriè Eremitæ. † Præterea eremitæ ſub
ſunt Epiſcopo, in cuius territorio ſunt 16. q. 1. cap. qui verè
diſtinct. 93. cap. nulla 8. vbi gloſ. in verbo acephalos in fine
& poſſunt ad Prelaturas vocari cap. cum monaſterium de
elect. gloſſ. in d. capit. verè 12. in verbo verè de his laté agit
Cardinalis Bellarminius de Monachis lib. 2. cap. 39. & c. 3.
4 & per totum librum, & cap. 1. & ſequentibus † agit de no-
mine Monaſtices de natura, ſiue definitione religionis, de
varijs ordinibus religioſorum, de confirmatione religionũ
& cap. 6. & ſequen. detegit mendacia, & refutat calumnias
improbantium, quas manifeſtas etiam faciunt & leges, &
5 canones in toto opere per nos vbique citatos. † Horum
orationibus multum tribuit D. Auguſtinus de moribus Ec
cleſiæ lib. 1 cap. 81. & Iuſtinianus in Nouella conſt. 133. affir
mat quicquid habent ſeculares, per illorum orationes cō-
ſeruari.

SVMMARIVM.

1 *Monaſteria fœminarum longe abeſſe virorum ædificanda.*
2 *Monaſteria fœminarum monachorum præſidio regenda.*
3 *Colloquia monialium cum monachis prohibita.*
4 *Viri non poſſunt ingredi monaſteria monialium.*
5 *Moniales non poſſunt egredi monaſterium.*
6 *Raptor* } *Stuprator* } *monialis qua pœna puniendus.*
7 *Abbatiſſa non poteſt monialem conſecrare.*
8 *Moniales profeſſionem facere debent, & nuptias non contra-*
hunt.
9 *Moniales quando poſſint nuptias contrahere.*
10 *Monialis relictum ad pias cauſas valet.*
11 *Moniales in iudicium non vocandæ, nec exhibendæ.*
12 *Virgines in honore habendæ.*

De mulieribus Eccleſiaſticis, & ſanctimonialibus. Tit. 46.

EAdem in fœminis, quæ in viris Eccleſiaſticis iura sūt
conſtituta, & obtinent vim etiam Imperiali autho-
ritate §. penultim. & §. ſi autem. Nouella c. 5. § iube-
mus autem in fine, & §. porrò in omnibus Nouella c. 123.
de Sanctiſſ. Epiſcop. cap. vlt. §. fi. de ſtatu monachor. Con-
cilium Tridentinum in ſeſſ. 25. de regularibus, per totum.
1 † Monaſteria itaque fœminarum longius omni iure à mo-
naſterijs virorum ſunt ædificanda 18. quæſt. 2. cap. mona-
2 ſteria D. Gregorius lib. 1. epiſt. 48. † Tamen puellarum mo
naſteria monachorum præſidio, & miniſterio ſunt regen-
3 da d. quæſt. 2 cap. in decima. † Non inter monachos, &
moniales ſunt colloquia admittenda d. cap. in decima ver.
ſed neque abbatem, & d. quæſtio. 2. cap. diffinimus §. fina.
Cum viris concubere prohibentur 27. q. 1. capi. nec aliqua
cum c. ſequen. ſimul cum canonicis, & monachis in choro
non poſſunt conuenire 18. q. 2. c. perniciosam §. ſimili mo-
4 do. † Viri monaſterium monialium ingredi prohibentur
c. monaſteria 8. de vita, & honeſt. cleric. c. 1. in prin. verſi. ſ.
nullique aliquatenus de ſtatu regul. in 6. §. non ingredie-
5 tur Nouella c. 133. † Et moniales monaſterium egredi pro-
hibentur d. c. 1. in princ. & d. §. non ingredietur, & ſic vtro-
que iure clauſura eſt inducta, eſt etiam conſtituta perpe-
tua monialibus omnibus vbiq; degentibus poſt illorum e-
miſſam profeſſionem in Concilio Tridentino ſeſſ 25. de
regularibus cap Bonifacij V. vbi mandat moniales exiſten
tes in monaſterijs extra mœnia Vrbis, reduci ad monaſte-
ria intra Vrbes, ſeu oppida frequentia, vt etiam in c. peri-
culoſo de ſtatu monachorum 6. Propria receptacula non
poſſunt habere 18. q. 2. cap. perniciosum in princi. Nec bo-
na mobilia, ſeu immobilia tanquam propria poſſidere Cō-
6 cilium vbi ſupra cap. nemini 2. † Si quis eam, quæ ſancti-
monialem vitam colit, rapuerit, ſollicitauerit, aut conſtu-
prauerit punitur pœna, de qua in §. ſi quis autem No-
uella c. 123. & in 27. q. 1. cap. ſi Epiſcopus c. impudicas ca. ſi
ſi qua monacharum ca. ſciendum, & capi. ſi quis rapuerit.
7 † Sanctimoniales ſunt conſecrandæ, & velandæ 20. q. 1. ca.
deuotis cum ſequen. vſque in finem. Verum Abbatiſſa, vel
alia ſanctimonialis eas conſecrare, & velare non poſſunt,
8 imo prohibentur 20. quæſt. 2. c. ſtatuimus. † Profeſſionem
facere debenet, & veſtem profeſſarū debent portare 20. q.
2. cap. vlt. & 27. quæſt. 1. cap. omnes. De veſtitu monialium
habetur in diſt. 23. cap. ſanctimoniales. Sæpius confiteri, &
communionem ſumere debent Concilium vbi ſupra cap.
attendant 10. ſunt & moniales cuſtandæ, & in eorum offi
cio retinendæ. Clement. vltim. de ſtatu monachor. Conci-
lium Tridentinum vbi ſupra cap. monaſteria 9 & cap. nuh.
abbates 20 & infra titulo vlti. Tamen veſtimenta altaris,
& vaſa ſacra Eccleſiæ non poſſunt contingere, nec incen-
ſum circa altaria deferre, virile enim officium eſt, non fæ-
mineum, ideo pertinet ad clericos diſtinct. 23. capi. ſacrata
& ſupra titulo 33. Viros in conuentu non debent docere
diſtinct. 23. capit. mulier. Ante annum duodecimum habi-
tum non poſſunt ſuſcipere Concilium vbi ſupra cap. liber
tati 17. & anathemate feriuntur omnes, tam cogentes quā
impedientes quomodolibet virgines, vel viduas ingredi mo
naſteria, habitum ſuſcipere, ac profeſſionem emittere, vt
9 Concilio vbi ſupra cap. anathemati. 18. † Habitu enim ſu-
ſcepto, & profeſſione emiſſa monaſteria amplius egredi
non poſſunt, vt in Concilio vbi ſupra c. Bonifacij 5. & nu-
ptias contrahere prohibentur 27. q. 1. in princi. cum c. ſeq.
cap. viduas c. neque viduas cap. de viduis c. virginem c. hi
ergo cap. virginibus c. peruenit, & per totam illam quæſt.
diſtinct. 27. cap. vouentibus cap. ſi nupſerit cap. presbyte-
ris, & cap. vltim. item cap. 1. cum ſequen. & c. alij. Qui cle-
rici, vel vouentes diſtinct 32. in princi. cum cap. ſequent. &
ſupra titu 5. Verum contradicit 27. quæſt. 1. capit. nuptia-
rum §. proinde qui dicunt c. de viduis diſtinct. 27. cap. 1. §.
fin. cum ſequen. diſtin. 28. cap. ſi quis docuerit, & caſi quis
diſcernit. Sed hanc contradictionem ſoluit Gratianus in d.
diſtinct. 27. cap. presbyteris & 27. quæſt. 1. c. vlt. §. 1. Ex cu
ius ſolutione colligitur, quod ſimplex continentiæ votum
cui benedictio conſecrationis non acceſſit, non eſt nuptijs
impedimentum, concordat c. meminimus 3. §. verum ſi nec
c. veniens 5 c. rurſus 6. Qui clerici, vel vouentes, & Conci-
lium vbi ſupra d. c. Bonifacij 5. cum alijs allegatis ſupra tit.
5. vbi ponuntur caſus quando ad ſecularem vitam poſsūt
redire, & vxorem ſeu virum ducere. Votum verò ſolemni-
zatum, de quo in cap. 1. de voto in 6. erit impedimento. Nā
ſolemni voto emiſſo, & ſi non fuerit velata mulier, vel fue-
rit velata eo animo, vt poſſet velamen deponere, quamuis
votum non in monaſterio, ſed extra in domo propria fue-
rit emiſſum, tamen non poterit nubi 27. q. 1. ca. viduas §. de
virginibus c. hæc verò c. viduas in fine diſt. 17. c. quod inter
rogaſti c. vim c. ſequen & d. quæſt. 1. c. mulieres, & d. tit. 5.
Cardinalis Bellarminius de Monachis lib. 2. c. 14. 15. & ſeq.
vſque ad c. 39 excluſiuè. Verum ſi inuitus in vitam ad re-
ligionem protractus protractaue fuerit, non prohibebitur
exire, & nuptijs copulari d. q. 1. c. viduas in princ. de quo re
latius in d. tit. 5. & qui vim intulerunt anathemate percuſſi
manebunt, ex Concilio Tridentino in ſeſſ. 25. de regularib.
10 c. anathemati 18. † A fœmina ſanctimoniali in pias cauſas
relictum valere non dubitatur l. generali l. 13. C. de ſacroſ.
11 Eccl & per deducta ſupra in ti. 6. † E monaſterio i us à ne-
mine ſunt vocādæ, nec pducēdæ §. n. verò Nouella c. 134. §.

ſi

Digitized by Google

ſi quando. Nouella c.123. Tandem mulieribus quemcumque ipſę alegerint, ſiue Presbyterum, ſiue Diaconum, vt pro ipſis reſpondeat, aut ſanctam communionem deportet, religioſiſſimus Epiſcopus ſub quo ſunt, quaſi ductis ſortibus attributo ſi rectæ fidei, & honeſtæ vitæ hunc eſſe cognouerit. Quod ſi Presbyter, aut Diaconus non ſit, qui ab ipſis electus eſt, dignum tali miniſterio Epiſcopus iudicet, ordinatione ei impoſita, qua dignus eſſe videbatur, (vt dictum eſt) muneri eum pro monaſterio attributo: ita tamē vt neque, qui eo modo ad ea, quæ pro mulieribus reſpondenda ſunt, electus eſt, in monaſterio non maneat, §. mulieribus. Nouella c.123. Sed de religioſis tam fratribus, quã monachis, & monialibus plura referuntur in Syntagma cō-
12 mun. opin. loco 1. tit. 14. † Tandem pro Chotonide eſt obſeruandum, quod Virginitas, Caſtitas, & Continentia carnis ſemper, & apud gentes fuit in maxima veneratione habita. habuerunt enim, & veteres Romani, & alij Virgines veſtales, quas cum præcipua cura cuſtodiebant, vt ex Liuio, & alijs demonſtrat Alex. ab Alex. lib. 5. Genialium dierum, c. 12.

S V M M A R I V M.

1 *Apocriſiarij, qui, & eorum munus.*

De Apocriſiarijs. Tit. 47.

1 SIngula † monaſteria debent habere ſuos, quos dicunt Apocriſiarios, Viros ætate graues, qui, & in monaſtica iam diſciplina impendio decertarint, neque facilè corporis ſubſtineant impetus, & rebus gerendis, atque ipſorum vſibus vacatint. Neque hoc tantum ſi Virorum monaſterium ſit, ſed etiam ſi mulierum ſit, duo aliqui viri, vel (ſi haberi poſſunt) Eunuchi conſtituendi, qui ampliſſimo teſtimonio comprobati negotia ipſarum gerant, & communionem ipſis diſtribuant, §. enim verò. Nouella cōſtitut. 133. Quod ſi illi de neceſſitate aliqua monaſterij, atque vnam aliquam pertingat, neceſſarij aliquid dicere voluerint, colloquantur ea de re cum ſola Antiſtite neque præterea cum vlla alia, quæ in eo conſiſtat monaſterio, per reuerendiſſimas tamē omnia conficientes Oſtiarias, d. §. enim verò, ver. quod ſi illi.

S V M M A R I V M.

1 *Oſtiariæ monialium officium.*

De Oſtiarijs. Tit. 48.

1 OPortet † enim, & Oſtiarias aliquas ex eis ad fores collocari, quæ conſimiliter, & ingreſſus, & exitus reſpicientes, tam exitus mulierum prohibeat, quã inacceſſos Viris aditus, exceptis Apocriſarijs, reddant. Hi autem Oſtiarias accedent, & aduentus ſui cauſam exponent: Antiſtes verò recognita, & progreſſa cum his colloquetur: ipſique ad illam referant ea, quæ diſpenſationem eorum concernunt, & neceſſitatem quamobrem acceſſerint, §. quod ſi illi. Nouella c.133. Hodie propter clauſuram Vir nullus monaſteria monialium ingreditur, niſi ex magna neceſſitatis cauſa infirmitatis, vel ſimilis, immo nec angiportus ad gratas colloquendi cauſa ſine licentia Ordinarij ingredi poteſt, vt ſtatuitur in Concilio Tridentino ſeſſ. 25. de regularibus, c. Bonifacij 5. §. ingredi autem.

S V M M A R I V M.

1 *Parabolani, qui, & quot conſtituendi.*

De Parabolanis. Tit. 49.

1 DE Parabolanis, † qui ad curanda debilium corpora deputantur, illud cauetur, vt eorum ſexcenti cōſtituantur: exceptis honoratis, & curialibus. Hi præceptis, ac diſpoſitionibus Reuerēdiſſimi ſacerdotis obſecundant, & ſubeius cura conſiſtunt, l. plures. 17. & l. Parabolanos. 18. C. de Epiſcop. & clericis.

S V M M A R I V M.

1 *Abbatiſſæ* / *Prioriſſæ* } *Electio, & officium ætas.*

De Abbatiſſa, & Prioriſſa. Tit. 50.

1 DE electione † Abbatiſſæ, & Prioriſſæ latè habetur in c. indemnitatibus 43. vbi glo. Ioan. Andr. & cæteri, de elect. Notant enim ibi multa circa harum electionem, & cum Canon ipſa ſit per ſe ſatis ampla, & clara, nil vltra dicendum, niſi quod cum hac electione facienda conueniunt, quæ ſuperius in tit. 38. & 39. dicta fuere ſolum hic eſt aduertendum adeſſe Concilium Tridentinum in ſeſſ. 25. de regularibus, ca. in electione 6. introducentem de ijs aliam exactiorem formam omni alia antiquata ſeruandam. Præterea eodem Concilio ſtatuitur in c. Abbatiſſ. 17. citata ſeſſ. 25. de regularibus, quod non eligatur minor annis quadraginta, & quæ octo anni poſt profeſſionem laudabiliter vixerit, & ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem monaſterio, ex alio eiuſdem ordinis eligi poſſit, niſi aliter ſuperioribus viſum fuerit quoad antedictas ambas qualitates. Circa harum officium notandum eſt, quod moniales benedicere, confeſſiones audire, & publicè prædicare non poſſunt, ca. noua quædam 10. de pœnitent. Cætera verò, quæ exercent Abbas, & Prior in ſuos monachos ſecundum eorum, qua viuunt regulam, poſſunt exercere in ſuas moniales, d. c. indemnitatis 43. §. ſane, & ſequent. per totum. Duobus verò monaſterijs nulla præfici poteſt, d. ca. Abbatiſſa. 7.

S V M M A R I V M.

1 *Diaconiſſæ ætas, & qualitas.*
2 *Enoch inſtituit cultum diuinum peculiarem.*
3 *Sacerdotum Principes Apoſtoli.*
4 *Monachorum, & Eremitarum Princeps D. Io. Baptiſta.*

De Diaconiſſa. Tit. 51.

1 DIaconiſſa † non niſi quadraginta annorum, & cum diligenti probatione eſt ordinanda. 27. q. 1. ca. Diaconiſſam, l. nulla, 9. C. de Epiſcop. & cleric. §. quanta igitur. Nouella c. 6. §. Presbyterum in fine, ibi Diaconiſſa. Nouella conſt. 123. de ſanctiſſimis Epiſcop. quod conuenit cum electione facienda de Abbatiſſa, vt conſtat in proximo præcedenti titul. Præterea requiritur, vt Virgo ſit, aut quæ vnius tantum viri vxor fuerit, vt vita ſit irreprehenſibili, & omni ſuſpicione libera, d. §. quanta igitur. Nouella conſt. 6. Nulli autem viro ei cohabitare conceditur, niſi vel parentibus, vel filijs, vel fratribus, vel denique alijs familibus, de quibus ſi quis ſuſpicari aliquid malignum præſumpſerit, ipſe inſipiens ſimul, & impius putetur, dicto §. quãta. ibi. volumus autem. Nouella 6. §. Diaconiſſam quoque. Nouella 123. Cum viro, de quo aliqua rationabilis ſuſpicio oriri poteſt eſt prohibenda habitare, & ſi ipſa præceptis de non habitando ſit inobediens punitur pœna, de qua in dicto §. Diaconiſſam. Et ſi nuptias contraxerit, vel vitæ genus mutauerit in peius, vltimo afficitur ſupplicio, eiuſque bona Eccleſiæ, vel monaſterio deferuntur. Similiter, & is, qui eam duxerit, capite punitur, eiuſque bona confiſcantur, dicto §. quanta, ibi. ſciturus, quod. &c. Nouella conſtitutione ſexta. Et hæc de magiſtratibus, & perſonis Eccleſiaſticis tam in genere, quam in ſpecie ex Ciuili, & Canonico iure dicta ſufficiant. Inter quos, & quas poſſunt etiam dinumerari alij magiſtratus, & aliæ perſonæ, qui, quæve in nouis poſtea authoritate Summi Pontificis Romani religionibus conſtitutis exiſtunt. Nam & iſtæ vti exiſtentes in antiquis religionibus inter Eccleſiaſticas perſonas ſunt enumerandæ, & fruuntur priuilegijs omnibus ab vtroque iure perſonis Eccleſiaſticis attributis, de quibus ſuperius abundè titul. ſexto, & alibi dictum fuit. Et inſimul præclarè apparet, non ſolum omni iure veram, & inconcuſſam, non autem prauo aliquo affectu (vt impij aſſerunt) introductam diuiſionem totius Reipublicæ Chri-

Chriſtianæ in clericos, & laicos, vt à principio in tit. 1. di-
ctum fuit. Et religiones omnes, & religioſas vtriuſque ſe-
xus perſonas non caſu, non errore, vel praua imitatione,
ſed perfectionis deſiderio originem, atque incrementum
habuiſſe. Et quidem non ſolum poſt Chriſti aduentum, vt
iam fuit ſupra manifeſtatum à Ioanne Baptiſta, & Apo-
ſtolis, & vt probant D. Chryſoſtom. homil. 1. in Marcum.
& alij quos citat Cardinalis Bellarminus de monachis, li-
bro 2. c. 5. ver. denique. & deinde ab alijs, vt probatur ſupe-
2 rius tit. 41. & ſequent. † Sed, & longè antea vt legitur Ge-
neſis, c. 4. quando Enoch cœpit inuocare nomen Domini.
Vnde colligunt Doctores, hunc Enoch inſtituiſſe aliquem
cultum peculiarem, & ſublimiorem à vulgari, atque com-
muni, & in Numer. c. 6. habemus vota Nazaræorum, qui
3 ſe ipſos Domino conſecrabant. † Item, & in nouo teſtamē-
to, & apud antiquos Patres habemus ſacerdotum Princi-
4 pes Apoſtolos, † monachorum verò, & Eremitarum Prin
cipem Ioannem Baptiſtam, vt apud Nazianzenum ora-
tione in Baſilium, vbi S. Baſilium, quia monachus fuerat
comparat cum Ioanne Baptiſta, & D. Io. Chryſoſtom. ho-
mil. 1. in Marcum, ſicut (inquit) ſacerdotum Principes
ſunt Apoſtoli. Sic monachorum Princeps Ioannes bapti-
ſta, & D. Hieronymus ad Euſtach. de ſeruanda virginitate,
diſſerens de Eremitis. Huius vitæ (inquit) author Paulus,
illuſtrator Antonius, & vt ad ſuperiora conſcendam Prin-
ceps Ioannes baptiſta. Caſſianus collat. 18. c. 6. Sozomen. li-
bro 1. Hiſtor. c. 12. Iſidorus lib. 2. de diuinis officijs, c. 15. &
D. Bernardus in ſermone de excellentia Ioannis baptiſtæ
idem affirmant. Hactenus de perſonis eccleſiaſticis, nunc
de rebus eſt diſſerendum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ acquirere poſſunt bona temporalia.*
2 *Bona temporalia poſſunt acquiri Eccleſiis ab eccleſiaſticis, & acquiſita non poſſunt minui.*
3 *Bona Eccleſiæ ſunt nullius, & à nemine appropriãda.*
4 *Succeſſio in bonis Eccleſiæ non defertur iure conſanguinitatis.*
5 *Laici non poſſunt poſſidere bona Eccleſiæ, nec de illis diſponere, nec ſtatuere, nec clerici nomine proprio, ſed ut vſuarij.*
6 *Adminiſtratio bonorum Eccleſiæ competit Prælato.*
7 *Prælati debent vindicare res Eccleſiæ.*

De rebus Eccleſiæ in genere. Titulus 52.

Virtus ſola virtute mercatur, cætera autem bona, &
prauis, & bonis artibus acquiruntur: ideo in cæte-
ris bonis acquirendis artes bonæ ab omnibus, &
præſertim ab eccleſiaſticis ſunt adhibendæ, vt ſint ipſi lai-
cis exemplo, & ne inimicis, & hoſtibus fidei ſint ſcandalo,
1 & obnoxij ineuitabili iudicio Dei. † Quod autem acquire-
re poſſint bona omnia temporalia, tam mobilia, quã im-
mobilia pro eorum Eccleſijs, non ſolum omnibus licitis,
atque honeſtis contractibus, ſed etiam vltimis hominum
voluntatibus, vel etiam inter viuos donationibus liberis,
non autem captioſis, ſeu malo, ac doloſo ingenio emendi-
catis, nunquam fuit dubitatum in veteri teſtamento, vt
legitur Leuit. c. 27. per totum. Numer. 35. Deuteron. 19. &
in nouo Chriſtus ipſe, & Apoſtoli accipiebant pecuniam,
& eleemoſynas à fidelibus, vt legitur apud acta Apoſtolo-
rum, c. 2. & 4. Id quod fuit etiam cautum in l. iubemus 14.
§. verum, & in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. & in 12. q. 1. cap. dile-
ctiſſimi a. c. clericus 5. c. duo 7. cum pluribus ſequent. & c.
videntes cum ſequent. & ead. 12. q. 2. in princ. & c. nulli, &
ſequen. Oldrad. in conſil. 278. num. 6. cum alijs citatis per
Tholoſanum de beneficijs, c. 4. nu. 14. & c. 5. per totum. Ve-
rum acquiſitionem hanc clerici pro ſeipſis in proprio fa-
cere prohibentur, cum illam facere ſolummodo poſſint in
communi pro eccleſijs, clericis, ac pauperibus, vt 12. q. 1. d.
c. duo, cum pluribus ſequent. c. exemplum, c. expedit, cap.
futura, & c. ſequen. Tholoſanus in d. c. 5. num. 6. & 7. & ſu-
pra tit. 5. num. 78. D. Hieronymus ad Nepotianum de vita
clericorum, & D. Bernardus in Matt. 19. ſuper illis verbis:
ecce nos reliquimus omnia. Ita enim obſeruatum fuit à ſa-
cerdotibus legis veteris, vt in Leuit. dicto c. 7. & à Chriſto
ſummo ſacerdote legis nouæ, & ab Apoſtolis, vt apud
acta Apoſt. c. 2. & 4. ita fuit obſeruatum à D. Petro Chriſti
Vicario, & à quamplurimis illius ſucceſſoribus, vt conſtat
apud Platinam, Baronium, & alios eccleſiaſticæ hiſtoriæ
ſcriptores. Immo Chriſtus, & Apoſtoli habuerunt loculos
ex eleemoſynis fidelium, vt ſe, & pauperes turbas eos ſe-
quentes alerent, vt ibi, & in d. c. futuram, & in d. c. viden-
tes, & in d. c. exemplum, & ſupra tit. 11. numer. 4. & tit. 12.
num. 4. Non dum autem accipiebant, & multo minus reti-
nebant ſtabilia. Temporibus verò Vrbani I. anno Domini
220. ipſo authore, vt in 12. q. 1. c. videntes 16. & apud Pla- 2
tinam in eius vita, apud Petrum de natalibus, apud Sabel-
licum, & Polydorum Virgil. lib. 6. de inuentor. rer. cap. fin.
cœpit Romana Eccleſia ſtabilia poſſidere; & quidē opti-
ma ratione, videlicet, vt ex illorum redditibus aleret Eccle-
ſiæ miniſtros, & fideles in perpetuum præſentibus; ac fu-
turis temporibus, quod eleemoſynis, vt antea, frigeſcente
charitate forſitan fieri non poterat. Et ſic de iure poſitiuo,
vt explicat Tholoſanus de beneficijs, c. 4. num. 9. & c. 5. per
totum, & Garzias eodem tract. par. 1. c. 1. Hæc prænũcia-
ta ſint, vt intelligant omnia bona mobilia, & ſtabilia om-
ni iure habere, non proprio ac prærogatiuo iure, ſed in com-
muni pro ſe clericis, & eccleſijs, cum onere alendi ſe in
ſubſidium, Eccleſiæ miniſtros, & pauperes, qui ſemper no-
biſcum ſunt. Bona enim relinquuntur, ſeu dono dantur
Eccleſiæ Chriſti ſponſæ, vt Prælati diſpenſatores illa mem-
bris Chriſti diſtribuant, non vt ea ſibi conſeruent, ac reti-
neant 12. q. 2. c. aurum, c. gloria Epiſcopi. Sunt enim bona
Eccleſiæ patrimonium Chriſti teſte D. Ambroſ. libro 2. of-
fic. c. 28. c. cum ex eo. de elect. in 6. & dominium eorum pe-
nes Deum, vſus verò eorum communis pauperum, & præ-
poſitorum, cum Prælati propria non habeant, vt 12. q. 1. c.
expedit 16. q. 1. c. vlt. 1. q. 2. c. clericos, cum tribus ſequent.
& c. paſtor Eccleſiæ, & 23. q. 7. c. quod autem, & q. 8. c. con-
uenior. Omnibus enim & clericis, & laicis dictũ eſt apud
Luc. cap. 3. Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui
habet eſcas ſimiliter faciat. Hinc à Diuis Auguſtino, Baſi-
lio, Bernardo, & Thoma citatis à Cardinale Bellarmino
in opuſculo de arte bene moriendi, libro primo, capit. no-
no, ver. poſtremo: præclaris verbis dictum eſt, quod ſu-
perflua tanta ſunt ab omnibus eroganda pauperibus, &
quod ab omnibus illicitè retinentur, quod multo magis
credendum eſt eſſe eroganda à clericis, quibus eſt præſcri-
ptus eorum certus vſus pro ſeipſis, ſi propria non habeat,
pro alijs clericis diuino miniſterio laborantibus pro pau-
peribus, & pro Eccleſia, vt in allegatis canonibus, & in 12.
quæſtio. ſecunda, cap. quatuor, c. Vulteranæ, c. de redditi-
bus. Tholoſanus in d. tractatu de beneficijs, capit. quinto,
num. 6. ver. quatuor, num. 7. & per totum cum alijs citatis
ſupra titul. nono, numero 36. & 37. Nam clerici ipſi pro-
prium habentes ex bonis Eccleſiæ alti peccata populi di-
cuntur comedere 1. quæſtio. ſecunda, c. Paſtor Eccleſiæ, &
ſequent. Oſeæ 4. Tholoſanus dicto cap. quinto, numero 4.
Non obſtat glo. in dicto c. clericos in verbo ſacrilegium,
quoniam vti contra clara verba canonis non eſt habenda
in conſideratione, præſertim quia & ipſa id tandem ad-
mittit, & citat alios canones concordantes. Et D. Paulus
gloriam ſuam, eamque maximam ducebat, quamuis qui
Euangelium annunciant, de Euangelio viuere debeant,
quod Euangelium gratis prædicaſſet, & manibus ſuis o-
perando neceſſaria ſibi ſuppeditaſſet, & 1. Corint. 9. Ego
autem (inquit) nullis horum, quibus euangelizaui bonis
vſus ſum, expedit enim mihi mori magis, quã vt quis glo-
riam meam euacuet. Euacuandam enim iri intelligebat,
ſi ab his, quibus prædicabat voluiſſet accipere vitæ tem-
poralis expenſas: ſperans in futuro ſæculo maius præ-
mium ſe accepturum, & ita explicatur in 1. quæſtio. ſecun
da, cap. ſacerdos 9. Id quod conſtat apud acta Apoſtol.
capit. vigeſimo, dum inquit, argentum nullius concupiui,
ſicut ipſi ſcitis, quoniam ad omnia, quæ mihi opus ſunt
miniſtrarunt manus iſtæ. Et ſunt expreſſi canones iam ci-
tati, & in 23. quæſtio. 7. cap. quod autem nobis, quæſtio. o-
ctaua, c. conuenior, & diſtin. 47. c. ſicut hi, & D. Ioã. Chry-
ſoſtomus in 26. in Matth. homil. 88. Hac itaque ratione
Chriſantes Epiſcopus hæc omnia benè ſentiens, nihil præ-
ter duos panes pro victu ſingulis diebus ex bonis Eccleſiæ
accipiebat, teſte Socrate libro 7. hiſtor. eccleſ. capit. 25. &

Digitized by Google

Sozomeno lib.8.cap.12. Hunc imitatus eſt temporibus no
ſtris D.Carolus Borromeus Epiſcopus Mediolani, & An-
tonius Maria Cardinalis Saluiatus Epiſcopus S.Pauli. Hic
enim redditus Eccleſiæ deponebat Romæ penes ſacrum
montem pietatis, vnde illos diſtribuebat integros in opera
pia, & quia non ſufficiebant erogabat in ea etiam reddi-
tus patrimonij, vt nec vnum panem de redditibus Eccle-
ſiæ acceperit pro ſe. Et D.Thomas Archiepiſcopus Valen
tiæ eleemoſinarius nuncupatus, quia redditus omnes ſuæ
Eccleſiæ diſperſit, deditque pauperibus. Itaque vt dictum
eſt Eccleſia, & Eccleſiaſtici poſſunt acquirere pro ſuis Ec-
2 cleſijs. † Nec pugnat cum verbo Dei, quod clerici legiti-
mis modis, ſuis quibus præſunt Eccleſijs, acquirant tem-
poralia bona, vt probatur in allegatis iuribus in princip.
Nec minus quod vnus homo ſit Princeps Eccleſiaſticus, &
Politicus ſimul, vt multis exemplis, & authoritatibus do-
cet Cardinalis Bellarminus de Romano Pontifice lib.5.c.
9.per totum. Nam iuſta, & legitima bonorum omnium ac-
quiſitio nemini multo minus Eccleſijs directè, vel indire-
ctè poteſt prohiberi d.leg.iubemus, & d.leg.1.& §.1. No-
uella conſtitut.37.& in ſyntagma communium opin. loco
1.titulo quarto capitulo primo, & ſequen. Et ſalaria, quæ
ſacroſanctis Eccleſijs in diuerſis ſpeciebus etiam de publi
co hactenus miniſtrata ſunt, ſemper inconcuſſa, & à nullo
imminuta prorſus ſunt præſtanda leg.priuilegia 12.§.fina.
C.de ſacroſanct.Eccleſ. Viuius opin.780. ſtatutum condi-
tum. Verum ſi Eccleſia res damnoſas acquiſierit, vt puta
prædia ſterilia, vel quid ſimile, redhiberi poſſunt §.ſicut
autem Nouella conſtitu.7.§.enim verò Nouella conſtitu.
3 120.& 10.quæſt.2.cap.hoc ius §.ſicut. † Præterea res Ec-
cleſiæ nullius in bonis ſunt, nec ideo quiſquam eas tanquã
proprias ſibi poteſt vindicare §. nullius inſtitu. de rerum
diuiſ.leg. in tantum 6. §. ſacræ res leg.1. §. quod autem ff.
eodem capitulo ratio 3.de præben.23.quæſt.7.capitulo au
tem §.ſi autem priuatim Act.2.in fine, & ſupra in princip.
4 † Nec ſucceditur in eis iure ſanguinis capitulo 1.de præ-
bend.& 12.quæſt.1.cap.Epiſcopi 12.& cc.ſequentibus vſ-
que in finem c.conſuluit 15.de iure patronatus 16.q.1.c.in
5 canonibus §.generaliter ver.ſimiliter, & ij. † Et ſicut clerici
non poſſunt eas proprio prærogato nomine poſſidere, vt
fuit dictum à principio, ſed vt Viuarij pro ſolo victu acve
ſtitu 12.q.1.cap.clericus qui, & c.duo ſunt. Tholo.anus de
beneficijs cap.9.num.5.vel vt vſufructuarij in vita. Viuius
opinione 101.& alij citati in ſyntagama com.opin.loco.1.
tit.12.cap.3. ita nullo modo eas poſſunt poſſidere laici 16.
q.7.in princip. §.laici autem c.1.in princi.& c.nullus laico-
rum. Nec ſunt ideo laicis conferenda, nec committenda d.
§.laici autem, & c.quamuis 17.de decimis diſt.89.c.iudica-
tum. Nec poſſunt ipſi eas conferre, ſeu alijs committere c.
dudum 31.§.cæterum ver.cum ſacrilegij de decimis capi.
nullus 17.de iure patrona. Nam de rebus Eccleſiaſticis lai-
ci nec diſponere, nec ſtatuere quicquam poſſunt diſt.96.
in princ.cum ſeq.16 q.7.cap.nullus laicorum cap.non pla
cuit c.laicis c.ſi quis principium c.quicunque §.ſi ergo vbi
Gratianus dat diſtinctionem. Nam ab Epiſcopo, eiuſue
conſenſu conferendæ ac poſſidendæ ſunt 16.q.7.c.cógre-
6 gato c.& hoc §.fin. † Et adminiſtratio, ac diſtributio rerum
Eccleſiæ pertinet ad ſummum Pontificem, Epiſcopos, &
Eccleſiæ Prelatos, vt per Viuium opin.581. Papa & per alle
gata ſuperius tit.9.nu.35.& ſeq & ti.10.vbi etiam præſcri
bitur modus diſtribuendi ferè obſoletus, & à peſſima con-
7 ſuetudine antiquatus. † Debent etiam Prelati res Eccleſiæ
per legitimos tramites vindicare 16.q.4.c.1. in fine c.inter
memoratos §.fi.c.ſi quis 6.§.fi.de rebus Eccleſ.alienan 10.
q.2.c.vlt.12.q.2.c.monemus in fine c.quiſquis §.fi.c ſi quis
præsbyterorum de rebus Eccleſ.non alienan.

S V M M A R I V M.

1 *Alienatio bonorum Eccleſiæ prohibita limitatur, & declara-
tur num. 17. & ſeq.*
2 *Res Eccleſiæ poteſt in emphiteuſim concedi ad tempus, ſed non
vltra ſecundam generationem declara, vt num 4.5.6.*
3 *Conceſſio rei Eccleſiæ vltra ſecundam, an ſubſtineatur vſq. ad
ſecundam.*
7 *Emphyteuta non ſoluens canonem per biennium cadit amplia-
tur num.8.*
9 *Locationes rerum Eccleſiæ ad quot tempus fieri poſſint.*
10 *Eccleſiæ ipſæ non poſſunt laicis locari.*
11 *Res Eccleſiæ an poſſint hypothecari.*
12 *Res Eccleſiæ an in feudum poſſint concedi.*
13 *Alienatio rei Eccleſiæ in tranſactione an valeant.*
14 *Tranſactio clericorum de beneficio an valeat.*
15 *Tranſactio aliquo dato, vel promiſſo vices mediatori.*
16 *Alienatio vſusfructus rei Eccleſiæ an valeat.*
18 *Aedes Eccleſiæ quamuis ruinoſæ non poſſunt alienari.*
19 *Alienatio rerum Eccleſiæ prohibita in rebus ſoli, non in mobi-
libus.*
20 *Alienatio rei Eccleſiæ nulliter facta non poteſt confirmari,
& quibus caſibus valeat nu.21 22.27.28.29.*
23 *Res Eccleſiæ poteſt dari clericis in ſtipendium, & remunera-
tionem.*
24 *Epiſcopus quomodo poſſit largiri res Eccleſiæ.*
25 *Papa quando poſſit, vel non, res Eccleſiæ alienare.*
26 *Permutatio rerum Eccleſiæ quando permiſſa.*
28 *Alienatio Eccleſiæ cum euidenti vtilitate ſubſiſtit, & cum con-
ſenſu, vel ratihabitione capituli nu.29.30*
31 *Laicus põt decimas, vel ius patronatus alteri Eccleſiæ donare.*
32 *Alienatio permittitur ex conſuetudine, ſeu ſtatuto laicorum.*
33 *Alienatio quomodo faciẽda, vt valeat etiam in caſu permiſſo.*
34 *Alienatio rei alienatæ ab Imperatore, quæ ad Eccleſiam perue
nit, omni caſu probibita.*
35 *Alienans non poteſt alienationem nullam retractare.*
36 *Alienantis nulliter res Eccleſiæ pœna.*
37 *Res alienata poteſt vindicari à quolibet de clero.*
38 *Donantis res Eccleſiæ pœna.*
39 *Res Eccleſiæ pignoris accipientis pœna.*
40 *Pœna accipientis res Eccleſiæ in emphyteuſim perpetuam.*
41 *Pracaria Eccleſiaſtica qualiter fieri debeat.*

De rebus Eccleſiæ non alienandis. Tit. 53.

1 REgulariter † res Eccleſiæ alienari non poſſunt, &
alienatæ poſſunt reuocari l.iubemus 14.C.de ſacroſ.
Eccleſ.§.1, vſq.ad §.vt autem lex Nouella c.7.§.1.&
§.ſi contra vſq.ad § fin. Nouella c.120.c. nulli liceat 5.c.ſi
quis 6 de rebus Eccl.non alienan. extraua. com.1.eod.tit.c.
fraternitatem 2.de donationib.c.vt cõmutationes 2.de re-
rũ permuta.c.1.c cum nos 3.c.tua nuper 8.de his, quæ fiũt
à prælato c.hoc conſultiſſimo 2.de reb.Eccl.non alien.in 6.
10 q.2.in prin.cum c.ſeq 12.q 2.in prin.c.apoſtolicos cap.
quiſquis c.non licet c.indigne c.Vuitcranæ c. ſtatuimus c.
Epiſcopus ver.ſi quid de Eccleſia c.diaconi c quicquid ca.
alienationes c.Abbatib. c.ſi qua c.pecuniæ c.ſicut §.his om
nibus c.placuit c.ſine exceptione c.Epiſcopus 16.q.1. c. qa
iuxta c.poſſeſſiones 17.q 4.c.1.c.ratio 18 q.2.c.cum ſit 10.q.
2.c.ea enim, & in ſyntagma com.opi.loco 1.tit.4.c.2.& ſeq.
Niſi vel Imperio ſint permutatæ, vel alij Eccleſiæ, aut ve-
nerabili Domui, his enim caſibus alienatio valet §. vt autẽ
lex Nouella c.7.§.1.ibi niſi cum Nouella c.120.ca.1.de reb.
Eccl.non alien.c.ad queſtionem 6.de rerum permutat.10.
q.2.c.hoc ius §.ſibi inuicem c.1.de rerũ permutat. Niſi for
tè res Imperio alienata, poſtea ad alium transferatur: tunc
Eccleſia, quæ Imperio alienauit, reuocandi ius habet §.le-
gem ſcripſimus Nouella c.55. ſed tollitur in §. legẽ p quã
2 Nouella c.119. † Sed & iure emphyteutico res Eccleſiaſt.ca
ad alium quamuis priuatũ transferri põt, niſi fortè in per-
petuum, vel vltra ſecundum hæredem emphyteuſis ſit cõ-
ceſſa: vel extraneis hæredibus, non filijs aut nepotib. §.em-
phyteuſim autem Nouella c.7.& §.dudum, & Nouella c.
3 120.§.emphyteuſis. † Sed conceſſa vltra ſecundum heredẽ
vſq.ad ſecundũ ſubſtinetur, non vltra, vt eſt tex.in §.quod
autem in fine ibi neq.illud valere permittendum eſt pro a-
dictione, & ibi. Sed & ſi quod factum tale, nullam neceſſi
tatem eſſe reuerendiſſimis oeconomis, duob. hæredib.ceſ-
ſantibus, cæteris tradere, & ſic ſtatuit pro duob. valere, dũ
ipſis ceſſantibus, id eſt vita functis, inferret, & huius ſenten
tiæ fuere Baldus in auth.ſi quas ruinas n.2. C.de ſacroſan.
Eccleſ.Roman. Tiraquel.de retract.conuentio.in fine ope-
ris nu.144. Didacus lib.2.reſolut.c.16.nu.5. Clarus in §.em
phyteuſis quæſt.6.num.2.& ita ſupponitur in Brixienſi lo
cationis 5.Octobris 1594.coram Penia aliter intellecta co-
rã Vbaldo de anno 1619.& corã Coccino in Roma Domus
contra textũ clarũ mox citatũ, à cõtrariũ tenentib.vel non
viſus

Digitized by Google

viſus, vt dicit Romanus in citata Brixienſi, vel non intelle-
ctus. Si emphyteuta mortuus ſit nullis filijs relictis, vel
nepotibus, res ad Eccleſiam reuertitor, niſi vir, vel vxor em
phyteutæ ſupſit. Sed & ſi emphyteuta liberos reliquerit,
ex quibus tamen duo ex ordine hæredes deceſſerint: ad
tertium hæredem non tranſit emphyteuſis: quamuis id
dare paratus eſſet, quod etiam extraneus erat daturus, vt
4 in allegatis Nouellis conſtitutionibus. † Sed canonico iu-
re videtur, quod res Eccleſiaſticæ nec in emphyteuſim poſ
ſint concedi capitulo nulli liceat 5. §. alienationis verſicu-
lo, & emphyteuticum capitulo ad audientiam 9. de rebus
Eccleſ. non alienan. capitulo hoc conſultiſſimo 2. §. non cõ-
cedendo eodem titu. in 6. extrauag. commu. 1. verſicu. nec
non inſeudationem eodem titulo, & 10. quæſtione 2. capitu
5 lo de præcarijs capitulo hoc ius §. perpetua. † Niſi res ipſę
ſteriles, & ſyluoſæ fuerint, vel ſolitæ ſint in emphyteuſim
concedi capitulo ad aures 7. eodem titulo, & d. verſic. nec
6 non inſeudationem d. extrauagan. commu. 1. † Eccleſijs
tamen alijs quemadmodum alio modo alienari, ita quo-
que in perpetuum in emphyteuſim concedi poſſunt §. il-
lud Nouella 11. §. ſed & ipſis Nouella conſtitu. 123. Hoc
tamen iure nouo ad omnes etiam, alios videtur pertine-
re, vt cuicunque in perpetuum res Eccleſiaſtica emphy-
teutico iure ſit alienata, valeat emphyteuſis §. licentiam
præbemus cum citatis ſuperius numero quinto, & in illis
7 terminis rei ſterilis, & ſyluoſæ. † Emphyteuta autem
intra biennium continuum non ſoluens canonem, iure ſuo
cadit §. ſcire autem. Nouella conſtit. 7. leg. 1. C. de iure em
phyteut. 10. quæſtione ſecunda capitulo hoc ius §. perpe-
8 tua. † Idem vtique erit ſi rem fecerit deteriorem d. §. per-
9 petua verſiculo, qui rem fecerit. † Locationes quoque
rerum Eccleſiaſticarum fieri non ſunt prohibitæ ad quot-
cunque annos, dummodo triginta annorum ſpacium non
tranſcendant. §. locationes Nouella conſt. 120. capit. veſtra
2. de locato, & conduc. ſed canonico iure mutatur, & coar-
ctatur ad triennium extrauagan. commu. 1. in princ. verſi.
locationem de rebus Eccleſ. non alien. & factæ vltra trien
nium, nec etiam pro triennio ſubſiſtunt, vt in allegatis iu-
ribus, & in citatis per Afflict. in deciſio. 107. numero 2. &
in terminis locationis poſſent procedere allegatæ deciſio-
10 nes, non in emphyteuta. † Tamen Eccleſiæ ipſæ prorſus
locari prohibentur laicis capitulo ſecundum 6. in fine ne
11 clerici vel monachi. † Pignoris quoque obligatio in re
Eccleſiaſtica ſubſiſtit §. quod ſi, & §. ſed hoc Nouella con-
ſtit. 120. Sed contradicit, & contradicendo præualet dicta
extrauagan. commu. 1. in princip. verſiculo hypothecam.
Verum vtroque iure vaſa ſacra, veſtes aut alia donaria ad
religionem neceſſaria pignorari non poſſunt leg. 17. C. de
ſacroſanct. Eccleſ. d. extrauagan. 1. cap. 1. de pignoribus. Ni
ſi vrgeat neceſſitas d. cap. 1. verſic. niſi iuſtiſſima neceſſita-
te. Vel pro redemptione captiuorum obligentur d. l. 17.
ver. excepta videlicet, & probatur infra titu. 67. & 95. ſed
pro alieno debito Eccleſiaſtica res non poteſt pignori obli
12 gari cap. ſi quorundam 2. de ſolutionibus. † Feudum, de
quo antea quis fuit inueſtitus, eidem redintegrari poteſt
cap. per tuas 5. de donationib. & feudum apertum alij rur
ſus in feudum poteſt concedi cap. ex parte 2. de feudis. Sed
hæc facultas per nouas ſummorum Pontificum conſtitu-
tiones, de non infeudandis &c. hodie eſt prorſus ſublata,
ex quibus Ducatus Ferrariæ feudum per mortem Ducis
Alfonſi ad fauorem Eccleſiæ apertum, fuit incorporatum
nec alij inſtanti rurſus in feudum conceſſum propter di-
ctas nouas conſtitutiones id expreſsè prohibentes. Id enim
euenit anno 1599. ſedente Clemente VIII. Hiſce, & alijs
conſtitutionibus liberaliſſimi Dei adminiſtratores nimis
coarctati ſunt contra dictum Innocen. in capitulo veniens
ſub nomero quinto de præſcriptio, & Baldi ex eo in mar-
garita in verbo Prælati habent adminiſtrationem, & no-
tata per Redoanum in tract. de rebus Eccleſ. non alienan.
13 † Per tranſactionem alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſub-
ſiſtit cap. ſtatuimus 2. cap. contingit 3. de tranſact. ſed fieri
debet cum conſenſu Prælati d. capitolo ſecundo verſicu.
de aſſenſu Epiſcopi capitulo veniens 8. eodem titulo. Si
aliter ſine conſenſu Prælati facta ſit, ipſe tranſigens dum
viuit remanet obligatus d. capitulo 8. verſiculo nec pacta
inter alios cap. de extero. 5. eodem titu. Decius in conſ. 474.
14 viſo inſtrumento &c. † De beneficio autem clerici inter
ſe tranſigere non poſſunt cap. conſtitutus 4. eod. titu. cap.
cum pridem 4. de pactis cap. non ſine 2. de arbitris. Gratis
verò nullo dato, vel promiſſo tranſactio facta de benefi-
cio valet capit. ſuper eo. 7. de tranſact. Item & permutatio
de licentia Papę cap. quæſitum de rer. permutat. capitulo
1. eodem titulo in 6. Clement. 1. eodem cum alijs citatis in
15 ſyntagma comm. opin. loco 1. tit. 11. cap. 2. per totum. † Tan
dem eſt notandum, quod tranſactio aliquo dato, vel acce
pto, ſeu promiſſo nocet mediatum capitulo ex literis 6. de
tranſactio. ſi de iure patronatus aliquo accepto ſit tranſa-
ctum, tranſactio non ſubſiſtit capitulo præterea 9. Vel
16 de ſubiectione ſpirituali cap. præterea 10. eodem tit. † Sed
& ſi vſusfructus tantum rei Eccleſiaſticæ alienatus ſit, id
quod actum eſt valet, dummodo locupleti detur, qui rem
aliquam tantæ ęſtimationis quanta eſt res, quam vſusfru-
ctus nouiſſime accepit, Eccleſiæ relinquat: neque vſusfru-
ctus vitam eius excedat leg. iubemus 14. §. ſane ne omnis
C. de ſacroſanct. Eccleſ. §. ſi quis autem Nouella conſtit. 7.
§. cæterum §. inſuper Nouella conſt. 120. & 10. quæſt. 2. ca-
pitulo ſi oeconomus cum capit. ſequen. Clement. 1. de re-
17 bus Eccleſ. non alienandis. † Præterea res inutilis, & mul-
tis præſtationibus publicis grauata alienari conceſſa eſt §.
porrò ſi qua Nouella conſtitu. 120. capitulo ſuper 8. §. fin.
de rebus Eccleſ. non alienan. 12. quæſt. 2. cap. non licet Pa-
pæ verſic. niſi tantummodo cap. ſine exceptione §. fin. cap.
terrulas cum capitulo ſequen. cap. inuitum verſiculo cum
18 canonica. † Aedes tamen Eccleſiæ, quamuis ruinoſæ,
vel deſtructæ alienari prohibentur §. quod autem dictum
Nouella conſtitu. 7. §. ſi qua verò loca Nouella conſtit. 120.
& 10. quæſtione 2. capitulo hoc ius §. ſi quis verò. In em-
phyteuſim tamen dari poſſunt, vt in allegatis iuribus.
19 † Planè alienatio rerum Eccleſiaſticarum prohibita, ad
res ſoli tantum, non etiam mobiles pertinet: res enim mo-
bilis quamuis Eccleſiaſtica alienata tranſit ad eum, cui eſt
alienata, niſi vel ſerui coloniue ſint fundis Eccleſiaſticis
adſcripti, vel annonæ ciuiles, vel ſacra vaſa, veſtes, aut a-
lia donaria ad religionem neceſſaria, hæc enim quam-
uis mobilia prohibentur alienari d. §. vult autem Nouel-
la conſtitu. 7. & §. iiſdem leg. ſancimus 17. C. de ſacroſanct.
Eccleſ. §. atque hæc quidem Nouella conſtitu. 120. capitu-
lo mancipia 3. & capitulo iniuſtum quarta de rerum per-
mut. 10. quæſtione ſecunda capitulo primo 12. quæſtione 2.
capitulo iniuſtum cap. Auguſtinus cap. Apoſtolicos extra-
uag. comm. 1. in princip. verſic. præcioſa mobilia de rebus
20 Eccl. non aliena. † Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta inutili-
ter, nec reſcripto Imperatoris poteſt confirmari §. quia
verò Nouella conſti. 7. & 23. quæſt. 8. cap. communior. Pa-
21 pæ verò reſcripto ſic 12. q. 5. cap. quia Ioannes. † Planè res
Eccleſiaſticæ quamuis ſoli ſint, ſi pecunia, vel aliæ res mo-
biles non ſuperſint, in ſolutum dari poſſunt, vel ob debi-
tum Eccleſiaſticum alienari §. nuper Nouella conſtit. 46.
§. quia igitur Nouella conſtit. 54. §. quoniam verò Nouel-
la conſtit. 67. §. ſed & hoc cum ſequentibus Nouella con-
ſtit. 120. & 10. quæſt. 2. cap. hoc ius in princip. 17. quæſtio. 4.
22 capitulo nullus res. † Idem dicendum de alienatione in
redemptionem captiuorum §. ſacroſanctis Nouella con-
ſtit. 120. §. relicta Nouella conſtit. 65. l. 17. verſic. excepta C.
de ſacroſanct. Eccleſ. 10. quæſt. 2. cap. 1. in fine 12. quæſt. 2. c.
Apoſtolicos in princip. ver. excepta cauſa c. & ſacrorum c.
ſacrorum cap. ſicut omnino cap. aurum, & infra titulo 95.
Idem vtique erit pro redemptione terræ ſanctæ, de qua
nulla eſt cogitatio cap. vltim. §. fina. de voto. Idem ſi in ali-
moniam pauperum alienatio ſit facta 12. quæſtione 2. ca-
pitulo gloria capitulo aurum cum diſtinctione de qua in
canone Apoſtolico 37. in fine, & infra d. titulo 95. Idem ſi
religionis intuitu 12. quęſtione ſecunda capitulo ſi Epiſco-
pus capitulo vltim. & quęſtione 5. capitulo quia Ioannes
16. quęſtione 1. cap. poſſeſſiones verſic. aut monaſterijs. Sed
quinquageſimam, vel centeſimam partem rerum Eccleſię
non debet talis alienatio excedere 12. queſtione 2. capitulo
23 penultim. † Præterea in ſtipendium res Eccleſię poteſt cle
ricis dari 12. queſt. 2. cap. ſępe fit. Item & propter remune-
rationem obſequij ad tempus, non in perpetuum dari põt
d. q. 2. c. quicunq; c. Eccleſiaſticis, & d. q. 1. c. prędicator. §.
illud autem 16. q. 1. c. poſſeſſiones Ioã. And. ad Spec. in tub.
de reb. Eccl. non alienan. Alex. in conſi. 55 nu. 4. & ſeq. & in
conſ. 101. n. 11. & ſeq. lib. 1. Decius in conſ. 174. nu. 2. verſi. non
obſtat cum alijs citatis per Redoanum in tra. de reb. Eccl.
non alienand. q. 52. num. 21. & ſeq. & nume. 80. & ſequen.

Digitized by Google

Item miſerationis intuitu ſerui Eccleſiæ poſſunt manu-
24 mitti 12.q.2.c.cum redemptor.† Et poteſt Epiſcopus illis
aliquid donare, d.q.2.c.ſi quos de ſeruis. Et peregrinis vr-
gente neceſſitate largitiones facere 16.q.1.c.poſſeſſiones,
& c.vlt. & in fabricam Eccleſiæ cum diſtinctione de qua
in 17.q.4.c.queſti ſunt. & oblata eidem . qui profeſſionẽ
pœnitum reſtituere,d.q.4 § hanc ergo, §.ſed notandum,
& c.quod ad te 3. §.fin.de cleric.coniug. & eidem,qui po-
ſtea filios eſt fortitus,d.q.4.c.vlt.§.quam laudabile.Redo-
25 nus d.quæſt.5 a.per totam. † Præterea notandum, quod
ſine prædictis,vel alijs ſimilibus de cauſis, nec etiam Papæ
licet res eccleſiaſticas alienare 12.q.2.c.non liceat Papæ:&
præbendæ,& dignitates inuicem clerici alienare, vel per-
mutare inconſulto Pontifice non poſſunt,c.maioribus 8.in
fine,de præbend.& dignit. c.quæſitum 5.c.cum olim 7.c.
cum vniuerſorum 8 ver.licet ipſi per ſe,de rerum permu-
26 tat.12.q.2.c.alienationes. §.fin. † Sed & ſi legatum Eccle-
ſiæ relictum,quod longè ab ea abſit,liberum eſt hoc lega-
tum permutare, & vicinum aliquem pro eo redditũ per-
cipere: dummodo acceſſionem contineat non minorem
quam relictæ quantitatis parte; neque multis publicis
præſtationibus ſit innoxius, §.ſi legatum Nouel.c.131.&
27 12.q.2.c.terrulas,ver.aut longè poſitas. † Itẽ, & res mo-
dica poteſt alienari,c.cæterum 3.de donationibus. Res ad
menſam Prælati, vel capituli pertinens, & ipſa ſubiacet
prohibitioni de non alienandis, c.vt ſuper 8.c.poſſeſſiones
28 10.de rebus eccleſ.non alienan. † Sed ſi Eccleſiæ conditio
per alienationem melior facta appareat, alienatio ſubſi-
ſtit 12.q.2.c.ſicut Eccleſia,§.fin.c.ſine exceptione. Idem ſi
Prælatus tantum de ſuis rebus det Eccleſiæ quantũ eſt in
re ab eo alienata,d.q.2.c.ſi quis qualibet,& q.5.c.ſi Epiſco
29 pus.† Præterea alienatio cum conſenſu capituli,& ſolem-
ni decreto interueniente facta ſubſiſtit,cap.paſtoralis 7.§.i
fin. de donatio.10. q.2.c.huiuſmodi, §.quod ſi neceſſitas
17 q.4. c.nullus res. Nouella con.46.& 47.§.quoniam ve-
rò,& c.130 §.verum enim verò, & §.quidem ſi: Idem eſt
ſi capitulum ſciens alienationi non contradixit. c.continge-
30 batur 2 de ijs quæ fiunt à prælatis. † Vel alienationem po-
ſtea ratam habuerit, cap.cum nos 3.in fin.eodem tit. Sed
31 † & laicus decimas,quas ab vna Eccleſia habet,alij Eccle-
ſiæ non prohibetur donare,c.cum Apoſtol.7.eodem tit.&
ius patronatus quod in vna Eccleſia habet poteſt eidẽ,vel
alij Eccleſiæ donare.c 1.in princip. de iurepatronatus in 6.
32 † Præterea conſuetudo loci, vel ſtatutum clericorum po-
taſt alienationem permittere, & illius vigore facta ſubſi-
ſtit,c.cæterum 3.de donationib.ver.& illius terræ conſue-
tudo,c.vlt.de rebus eccleſ.non alienand.12.quæſt.2.c.ſine
exceptione. Eccleſiæ Hieroſolymæ conceſſum eſt domos
ad ſe pertinentes, & in vrbe Hieroſolyma poſitas vende-
re,§ hoc quoque Nouella conſt.120.quod & Eccleſiæ Ro-
manæ eſſet concedendum,ad cõtinendos in ea perpetuos
habitatores,immo præcipiendum, vt illas vendant, exce-
ptis illis,quibus pro ſuo vſu indigent, ita enim ſemper in
vrbe eadem populi frequentia conſiſteret in domibus pro
prijs, quod non poteſt perpetuo euenire in conductis.
33 † Notandum vlterius eſt, quod alienatio in caſu permiſ-
ſo,vt ſubſiſtat,neceſſe eſt, quod ſolemni decreto, & iura-
mento præcedente facta ſit, alioquin illis deficientibus,
nec in caſibus permiſſis valebit alienatio. §.quoniam. No-
uella conſt.67.§.verum enim verò. Nouel.conſt.120. §.&
quidam, c.hoc conſultiſſimo 2.de rebus eccleſ.non aliená.
ver.& caſibus à iure permiſſis, vbi glo.in verbo. non con-
cedendo,contradicit. Idem dicendum, ſi diſpenſatoribus
Eccleſiarum,parentibus ſiue illorum, liberis, cognatis, aut
affinibus alienatio ſit facta, œconomis. Nouella con.120.
& §.at quæ ead. Nouell.§.his ſolis Nouella conſtit.7.capit.
cum clerici 11:de cenſibus 10.quæſt 0.ſecunda, capit.hu-
iuſmodi.§.quibuſcunque 16.quæſtio.prima. cap.in cano-
nibus, §.generaliter. canone Apoſtolico 75. Sed & ipſius
monaſterij,vel Eccleſiæ alienatio nullius momenti eſt. etiã
in caſibus alioquin permiſſis, §.quia verò. Nouella conſt.
7.& §.quia verò. Nouella conſtit.120. 16.quæſtio.ſepti-
ma, cap.nemini 19. quæſtio.tertia, cap.quæ ſemel.capit.
34 quoniam.† Et res alienata ab Imperatore, quæ ad Eccle-
ſiam peruenit, nullo caſu poteſt alienari.§.quæ verò.No-
uella conſt.120.& 10.quæſtio.ſecunda,cap.hoc ius in prin
cip. Nec minus ſede vacante nullo defenſore conſtituto,
cap.primo, de rebus eccleſ.non alienand. Nec à quocun-
que Principe ſæculari, cap.qui res 2.eodem tit.12. quæſt.
ſecunda,cap.de rebus. Nec quicquam refert, quòd iura-
mento ſit firmata.cap.hoc conſultiſſimo,§.contractus,de
rebus eccleſ.non alienand.Nec quod longa temporis præ-
ſcriptione ſit firmata,dicto §.contractus, ver.nec præſen-
35 bendienam. † Poſtremò notandum eſt, quod quamuis
alienatio facta,vel in caſibus non permiſſis, vel forma nõ
ſeruata non valeat,tamen eam retractare alienans non po
36 teſt,cap.inter dilectos 8.de donationibus. † Sed ſi aliena-
tio rei Eccleſiaſticæ prohibita facta ſit, variæ ſunt eius pe-
næ conſtitutæ,dicto §.quia verò. Nouell.conſt.7. & dicto
cap.hoc ius, §.qui verò, inter quas numeratur, & hæc,
quod ſi quidem res vendita ſit, non ſolum res emptori cũ
fructibus aufertur, ſed & pretium perdit: ſed aduerſus
œconomum,vel alium,qui vendidit, eiuſque bona eidem
emptori datur actio.§.quia verò. Leonis Nouell conſtit.7.
§.ſi contra Nouella conſt.120 cap qui res, c.ſi quis presby-
terum,de rebus eccleſ.non alienandis, cap.ad audientiam
9.§.fin.eodem tit.10.quæſtio.ſecunda,c.hoc ius, §.qui ve-
rò,ver.ſed aduerſus eum 12.quæſtio.ſecunda, cap.Vulte-
ranæ, §.ſit emptoribus, & extrauag.commun.1.de rebus
eccleſ.non alienand. Sed,& pœna ſuſpenſionis, & excom-
municationis eſt ſuper indicta, & vide ſuo Eccleſiã præ-
ter indemnem,dicto cap.qui res,& dicto cap.ſi quis pres-
byterorum 6 de rebus eccleſ.non alienand.c.hoc conſultiſ-
ſimo,§.& nihilominus,eodem tit.in 6. d.extrauag comm.
1.§.ſi quis autem,eodem tit.10.quæſt.2.cap.vltim.12. quæ-
ſtio.2.c.Apoſtolicos,§.quiſquis autem, cap.de rebus in fi-
ne,cap.ſtatuimus in fine,c.Epiſcopus in fine, cap.Diaconi,
ver.quod ſi fecerint 16.quæſt.prima, cap.in canonibus, §.
generaliter 17.quæſt 4. cap.omnes. cap.nullus res,in fine.
37 † Et res alienata eſt vindicanda 10.quæſt.2. c.vlt.12. quæ-
ſtio.ſecunda.c.monemus in fine,c.qui ſonis, §.fin.cũ alle-
gatis ſupra in proximo præcedenti, titul.in fine. Et poteſt
vindicari à quolibet de clero,dicto c ſi quis presbyteri 6.§.
fin.Non autem ab alienante,vt dictum eſt. Ille enim tene-
tur de euictione,vindicatione ſecuta, dicto cap.ad audien-
tiam 9.§.fin. de rebus eccleſ.non alienand.10. quæſtio.ſe-
cunda, dicto cap hoc ius, §.qui verò.ver.ſed aduerſus eũ
12.quæſt.2.cap.Vulteranæ. §.ſit emptoribus cum alijs al-
38 legatis ſuperius. † Si autem res Eccleſiaſtica in caſu non
permiſſo donata ſit (poſſunt enim res Eccleſiæ etiam im-
mobiles in aliquibus caſib. donari, vt pro ſeruitijs,& cau-
ſa remunerationis 12.q.2.c.quicunque ſuffragio 16. quæ-
ſtio.6.c.illud Io.Andr.in rub. de rebus eccleſ. non alienan.
Alex.in conſil.55.num.4. & ſequent.& in conſilio 101.nu-
mero 11.& 12 lib.1.Redoanus in tract. de rebus eccleſ. nõ
alienan.quæſt.52 num.20 & ſequen.& num.80.& ſequ.)
donatarius præter reſtitutionem rei donatæ etiam tantũ-
dem ex ſua ſubſtantia Eccleſiæ pœnæ nomine reſtituere
tenetur,§.ſi quis autem per donationem. Nouella conſt.7.
Sin verò permutata ſit res Eccleſiaſtica: is cui permutata
eſt,præter reſtitutionem rei,etiam ea re, quam pro ea de-
du carebit: ſalua tamen ei actione aduerſus eum, à quo
rem accepit, §.ſi autem permutatio Nouella conſtit.7.
39 † Si autem res ſoli,vel annuus redditus pignori detur,cre-
ditor qui accepit, præter rei reſtitutionem etiam credito
ſuo priuatur,quoad Eccleſiam:nam aduerſus ipſum œco-
nomum, vel alium,cum quo contraxit,actio illi non dene-
40 gatur, §.ſi autem creditor Nouell.conſtit.7. † Si denique
res in emphyteuſim perpetuam conceſſa ſit is:qui emphy
teuſim ſuſcepit, præter rei reſtitutionem etiam canonis
ſolutione punitur.§.ſi verò perpetuam. Nouell.conſtit.7.
Sed ſi res eccleſiaſtica licitè cum cauſa, & forma ſeruata
alienata fuerit,is cui ea eſt alienata, eam vltra debitum,&
naturam contractus vſurpare non debet,nec poteſt,dicto
c.hoc conſultiſſimo 2.§.ex contractibus de reb.eccleſ. non
41 alienand.in 6. † Precaria autem eccleſiaſtica qualiter fie-
ri debeant,definitur in 10.q.2 precariæ,à nemine & quo-
libet quinquennio ſunt renouanda,d.q.2.c.præcario,& c.
1.de præcarijs. Quod autem præcarium nunquam reuo-
cari poſſit,non conceditur,c.de præcarijs 2.eodem tit.vbi
Innocent.& d.q.2.c.de præcarijs,& hæc de rebus Eccleſiæ
in genere quam breuiſſimè dicta ſufficiant, cum de iiſdẽ
in ſpecie ſit dicendum infra.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Decimæ Diuino iure introducta, eoque debentur.*
2 *Decimæ quid ſint, & quare debeantur.*
3 *Decimarum genera quatuor.*
4 *Decimæ poſſunt exigi, & à quibus.*
5 *Decimæ quibus ſoluendæ.*
6 *Decimæ à quibus debeantur vel non vſq. ad nu. 13.*
7 *Decimæ à clericis debentur de prædijs emptis a laicis.*
8 *Decimarum ſolutio ex priuilegio poteſt euitari, limitatur num. 9. & 10.*
11 *Decimæ non debentur de noualibus.*
12 *Iudæi tenentur ad decimas.*
13 *Decimæ à quibus non debeantur.*
14 *Decimæ à domino, & colono debentur pro rata.*
15 *Decimæ debentur ex omni fructu ampliatur.*
16 *Decimæ debentur non deductis expenſis.*
17 *Decimarum exactio fit etiam captis pignoribus declaratur.*
18 *Decimas non ſoluentium pæna.*
19 *Decimarum diſtributio à quibus, & quomodo facienda.*
20 *Decimæ non ſunt conferendæ laicis declaratur.*
21 *Decimæ nouaſium an debeantur.*
22 *Priuilegiati ſuper decimis ad quid teneantur.*

De rebus Eccleſiæ incorporalibus in ſpecie, & primum de decimis. Titulus 54.

SVnt autem res Eccleſiaſticæ perinde ac aliæ partim ſci-
licet corporales, partim incorporales. Incorporales ve-
rò ſunt veluti decimæ, primitiæ, & oblationes, quæ in
ſolis Eccleſiarum bonis præcipuè numerantur capit causa
13. in princip. de verborum ſignifi. de quibus in hoc titulo
eſt differendum, & primum de decimis, deinde de alijs in
1 tit. ſequentibus. † Decimæ autem iure diuino introductæ
ſunt, iubemur enim ab omnipotenti Deo omnium bonorũ
noſtrorum decimas dare diſtinct. 5. capitu. quadrageſima
16. in fine vbi glo. de conſecrat. 16. q. 1. capit. decimas 42. in
prin. q. 3. c. iubemur §. decimæ q. 7. c. 1. §. oportet autem &
c. decimas. Quod autem ſint de iure diuino, & introductæ
& debitæ probatur non ſolum per citatos canones, ſed ẽt
ex Geneſi 14. vbi Abraham eas dedit Sacerdoti Melchiſe-
dech, item probatur Leuit. cap. vlt. Malach. 3. probant Pa-
tres quos citat Cardinalis Bellarminius de Clericis lib. 1. c.
25. de decimis per totum, & probant quam plurimi relati
2 in ſyntagma comm. opi. loco 1. tit. 18. per totum. † Eſt itaq;
Decima, quota bonorum mobilium portio, Deo tam diui-
na, quam humana conſtitutione debita, vt eam definiuit
Lancelottus inſtit. de decimis §. 2. decimæ autem ſunt tri-
buta egentium animarum. Quod ſi decimas dederis, nõ ſo-
lum abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem
corporis, & animę conſequeris. Non igitur Dominus Deus
præmium poſtulat, ſed honorem. Deus enim noſter, qui
dignatus totum dare, decimam dignatus eſt à nobis acci-
pere, non ſibi, ſed nobis ſine dubio profuturum: ſed ſi tar-
dius dare peccatum eſt, quanto peius eſt non dediſſe? De
militia, de negocio, de artificio redde decimas, &c. 16. q. 1.
c. decimæ 66. in prin. c. tua nobis 26. §. verum ſi verſic. quæ
tributa ſunt egentium gloſ. ibi in verbo tributa §. decima-
rum inſt. de decimis. Nam de omnibus fructibus integræ
debentur, vt in citatis iuribus, & vt ex illis dixit Rota di-
3 uer. in recotioribus deci. 469. & 474. par. 1. † Quatuor enim
genera decimarum, quę ex veteri lege debebantur expri-
muntur in c. 1. in prin. vſque ad §. at verò primitiæ de deci
mis, & exprimit Viuius in opinio incipiente. Conſuetudo
4 non ſoluendi. † Poſſunt itaque decimæ exigi, & ſunt ſoluen
dæ vti diuino, atq; humano iure debitæ cap. parrochianos
14. c. tua nobis 26. §. verum ſi ad de decimis ca. in quibuſdã
32. §. fi. eod. ti. 16. q. 1. c. reuertimini cũ c. ſeq. q. 2. c. admone
mus c. præcipimus c. nam qui q. 7. c. 1. §. oportet autem cap.
quicunque c. omnes diſt. 32. c. pręter hoc §. deinde. Et qui-
dem exigi poſſunt à ſacerdotibus quibus debetur, q[ui] ijs
ſunt ſoluendæ, vt in allegatis canonibus. Quamuis ipſi ma
5 li ſint c. tua nobis 26. §. penul. de decimis. † Eius enim Eccle-
ſiæ ſacerdotibus, in qua infantes grauati baptizantur, & ſa
cramenta grauatus percipit decimæ ſunt perſoluendæ 16.
q. 1. c. de decimis, c. cum contingat 29. §. vnde inquiſitioni
c. cũ in tua 30. §. fi. c. fi. de Parrochis c. ad decimas de reſtit
ſpol. in 6. Puteus deci. 169. lib. 3. Rota diuerſorum in recen-
tioribus deciſ. 76. par. 1. & deciſ. 171. & 175. par. 2. Verũ cõ-
ſentiẽte Epiſcopo alij Eccleſiæ perſolui poſſunt d. c. ſtatui-
mus §. ſi. & d. c. in ſacris. Vel ex cõſuetudine loci id introdu
cente, cum diſtinctione de qua in c. cũ ſint 18. in c. ad Apo
policæ 20. de decimis. Item ſi in alio loco prædia, ex quibus
decimæ præſtantur, ſita ſint, tũc enim illi Eccleſiæ, in cuius
territorio prædia ſita ſunt, decimę erunt perſoluẽdæ c. vlt.
de parrochijs. Et ſi contradicere videatur 13. q. 1. per totã.
Idem vtiq; erit ſi alius ius exigendi decimas præſcripſerit,
vel alio iuſto titulo acquiſierit c. cũ tua 30. de decimis. Nã
cui debentur, non autem alij ſunt decimæ perſoluendæ
6 16. q. 2. c. nullus, † & quidem ab omnibus, & de omnib. fru
ctibus regulariter ſoluendę ſunt c. à nobis 24. de decimis §.
decimarum, & §. illud ẽt & ſeq. inſt. de decimis D. Thomas
2. 2. q. 87. art. 1. & 2. & in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reforma-
tione c. non ſunt ferendi 12. Pœna excommunicationis in-
iuncta ſi non ſoluãtur, vel ſolui impediantur, vt in d. c. nõ
ſunt ferẽdi. Niſi clerici, vel alij ſint religioſi: hi enim à deci
mis perſoluendis ſunt immunes c. nouum 2. eod. tit. 16. q. 1.
c. de decimis §. fi. c. conqueſti c. decimas §. cæterum. Sed ſi
prædia ſua non proprijs laboribus, vel ſumptibus, ſed per
colonos colãt, hoc. n. caſu a decimis immunes nõ euadũt d.
c. cõqueſti in fine, & d. q. 1. c. vl. in fine D. Th. vbi ſupra ar. 4.
niſi ſpeciali aliquo priuilegio hoc caſu ſe defendãt. Viuius
opin. incipien. priuilegium poteſt num. 3. Sed & clerici cõ-
iugati, qui ab alijs clericis ſpiritualia recipiunt, à decimis
non ſunt immunes d. c. nouum 2. verſ. illi profectò clerici,
& ibi glo. ſi monachi ſint, quibus populus ad regendũ non
committitur, iſti decimas nullatenus ſoluunt 16. q. 1. c. cun-
7 ctis §. de his verò. † Sed pro prædijs, quæ clerici, vel mona
chi à laicis comparauerunt ſoluũtur decimæ, quas, & qui-
bus laici ipſi de illis prædijs ſoluebant d. c. cunctis §. fi. cum
c. ſequen. c. commiſſum 4. c. nuper 34. de decimis c. ſtatuto
2. §. cæterum eod. tit. in 6. c. quanto 18. §. fi. de vſuris D. Tho.
in 2. 2. q. 87. atri. 4. Tranſeunt enim in clericos prædia hæc
cum ſuo onere, vt & illa cum onere ſoluendi tributa Prin-
cipi temporali, vt infra tit. 69. nu. 4. & in ſyntagma comm.
opin. loco 1. ti. 12. c. 16. per totum. Idem iuris erit in prædijs
conductis c. dilecti 8. de decimis. Idem vtique erit in præ-
dijs veteribus non de nouo cultis ſecundum diſtinctionẽ,
de qua in c. ex parte 10. eod. titul. & declarationem, de qua
in c. quid per 21. de verbor. ſignific. verum de nutrimentis,
animalium, & hortis ſuis quamuis veterib. clerici nõ præ-
ſtant decimas d. c. 10. verſic. & de nutrimentis animalium.
Item monachi Ciſtercienſes, Templarij, vel Hoſpitalarij
d. c. 10. ver. ſed prædeceſſor noſter c. ad audientiam 12. eod.
titu. Clericis autem ſui ordinis decimas debent c. 1. §. cęterũ
dicit de verbor. ſign. in 6 vbi glo. c. nuper 34. de decimis. Si
nouale vetus factum ſit per clericos, perpetuò debet quo-
ad immunitatem de non ſoluendis decimis noualium iure
8 cenſeri c. vlt. de priuilegijs. † Præterea omnes quicunq. ſint
ſpecialiter priuilegiati de decimis non ſoluendis, ad illas
perſoluendas ex priuilegio non tenentur, nec ad eas obſtã-
te ſpeciali priuilegio poſſunt adſtringi c. à nobis 24. ver. niſi
à præſtatione ipſarum de decimis, cuius exemplum eſt ſu-
pra ſub num. 7. verſi. item monachi. Viuius opin. incipien.
conſuetudo non ſoluendi num. 5. & incipiente Priuilegium
9 poteſt nume. 1. † Niſi cum priuilegium eſſet impetratum
de immunitate noualium, agatur de decimis noualium
tempore impetrati priuilegij poſſeſſis capit. dudum 31. de
10 priuilegijs cap. ſtatuto 2. in princip. de decimis in 6. † Vel
niſi agatur de decimis ante impetratum priuilegium debi
tis, vel promiſſis c. ex multiplici 3. de decimis. Vel niſi priui
legiati per triginta, vel quadraginta annos decimas ſolue-
rint cap. ſi de terra 6. de priuilegijs. Viuius d. opinione. Pri-
uilegium poteſt num. 3. Vel niſi in certis rebus priuilegiati,
de alijs rebus conueniantur d. capit. ſtatuto 2. §. diœceſani
exemplo c. ex parte 10. §. fina. c. licet 11. de decimis, & ſupra
ſub num. 6. verſ. ſed ſi prædia. Vel niſi in prædijs conductis
cap. in quibuſdam 32. de decimis 25. quæſt. 2. cap. vltim. §.
fina. Vel niſi Princeps aliquis laicus priuilegium immuni-
tatis conceſſerit à decimis cap. tua 25. in princ. eod. titu. Vel
tandem niſi priuilegiatorum bona creuerint nimium cap.
ſuggeſtum 9. eod. titu. omnibus enim dinumeratis caſibus
priuilegio non obſtante decimæ debentur, vt in iuribus in

11 ſingulis caſibus allegatis.† De prædijs verò poſtea acqui-
ſitis,& noualibus non debentur c.quia circa 22.de priuile-
gijs cap.ex parte 27.de decimis. Noualia autem,quæ dicá-
tur ad effectum, vt ex illis decimæ non ſoluantur notant
Doctores in cap.quod per nouale de verbor. ſignifica.&
Rota diuerſorum in recentioribus deciſio.223. per totam
12 parte.1. † Sed Iudæi quamuis miniſterio Chriſtianorum
non vtantur,tamen ad decimas,& ipſi tenentur cap.de ter
ris 16.de decimis capitulo quanto 18.§.final. de vſuris, ſed
ad prædiales tantum non ad perſonales §. illud etiam in
fine,& §.ſequen.vbi gloſſ.in verbo tantum id declarat, at-
13 que diſtinguit inſtit.de decimis. † Leproſi ad decimas non
tenentur cap.cum dicat 2.§.fin.de Eccleſ.ędificandis.Nec
minus illi, qui ex conſuetudine loci ſunt à decimis immu-
nes,ſed controuertitur apud Viuium d.opin.Conſuetudo
non ſoluendi,& ſyntagma comm.opin.loc.1.titu.12.d.ca-
pitulo.Magis tamen approbatur à Syluestro in verbo de-
cima quæſtio.4.Nauarro cap.21.numero 28.& eſt tex. in
capitulo in aliquibus de decimis, & hanc ex D.Thoma, &
alijs tuetur Cardinalis Bellarminus de Clericis lib.1.capi-
14 tulo 75.Dubium primum.† An autem dominus,vel colo-
nus decimas ſoluere teneatur, & quod vterque colonus
videlicet de parte ſua,& dominus de portione,quam per-
cepit ratione terræ decimam reddere ſine diminutione te-
netur,definitur in capi.cum nobis 26.§.& cum de cunctis
15 de decimis.† De omni etiam fructu tam mobilium,quam
immobilium rerum ſunt decimæ à percipientibus illos ſol
uendæ d.§.& cum de cunctis cap.peruenit 5. cap. nuncios
6.cap.ex parte 21.cap.non eſt 22.cap.ex tranſmiſſa 28.eod.
titulo 16.quæſt.1.cap.quicunque capi.omnes in princip.§.
decimarum,& ſequent.inſtit.de decimis.Nam Geneſis 14.
dicitur,& dedit ei decimas de omnibus,quod magis ſpect-
fice eſt,repetitum in Leuit.capit.27.Decima enim ipſa eſt
omnium bonorum iuſtè quæſitorum pars Deo debita d.
capit.tua nobis immobilium, mobilium animalium, ac ſe
mouentium. Leuit.cap.27.& infra tit.ſequentibus.Nec re-
fert,quod quis prædia ita comparauerit, ne ex eis deberet
ſoluere decimas,quia ad eas nihilominus tenebitur 16.q.1.
capit.ſi quis laicus cap.de decimis §.ſed,& illa. Nec minus
refert quod agatur de fructibus,quorum decimæ per mul
tos annos non ſint ſolutæ ca.cum in ſua 30.de decimis. Vel
de fructibus noualium cap. quoniam 13. & cap. ex parte
27.eod.tit. Vel de fructibus ſeu lucris artificiorum nego-
ciationis,vel militiæ capitulo paſtoralis 78 §.ad quod re-
ſpondemus ver. & de reſiduo eodem tit. 16.q.1.c.decimæ
§.de militia. Vel tandem de cenſibus ſeu tributis cap.cum
non ſit 33 §.fina.verſicu.vel ſaltem hi de decimis § deci-
matum,& ſequent inſtitu. de decimis, quoniam nihilo-
minus in omnibus dictis caſibus ſunt pro omnibus ſoluen
dæ bonis, vt in allegatis iuribus. & Leuitic.d.capitulo 27.
Præterea decima pars omnium frugum ratione decima-
rum debetur cap.1.in princ.capit.cum homines 7.de deci-
mis, Leuiti. d.c.27.Niſi conſuetudine loci minus ſoluatur.
Villalo.conſt.188. P.249.cum alijs citatis ſupra ſub nu.13.
16 †Et quidem non deductis expenſis ſunt in d.decima parte
ſoluendæ d.c.7.& c.non eſt 22 §.fina.verſicu. antequam c.
tua nobis 31.cap.paſtoralis 28.eod.titu §.expenſæ inſti.de
decimis. Niſi ex lucro pecuniariæ negociationis ſoluendæ
ſint,tunc enim ſunt expenſæ deducendæ d.capitul. 28.ver
ſiculo licet circa res acquiſitas. Sed decima alicui conceſ-
ſa,ei debetur ſecundum taxationem loci cõſuetum, & mo
netam ibi currentem.Clement.ſi beneficiorum 2.in princ.
de decimis extraua.comm.1.eod.tit.& collectis fructibus
ſtatim ſunt ſoluendæ c.cum homines 7.eod.tit.etiam ante
ſolutionem publicorum tributorum,& cenſuum cap.cum
non ſit 33 eod.tit. Nihilque pro eis dandum eſt 16.q.7.c.
17 decimas. † Et ſi opus fuerit capiis pignoribus exiguntur,
quæ ſi debeantur ab ipſis clericis ab executione hac exci-
piuntur calices, libri, & ornamenta ad diuinum cultum
deputata.Clement.ſi beneficiorum 2.§.nec per de deci-
18 mis. † Si decimæ non ſoluuntur, pœna excommunica-
tionis eſt indicta 16.quæſt.7.cap.omnes § fina.cum alijs al-
legatis ſupra ſub numero 6.& in Concilio Tridentino ſeſſ.
25.de reformatione capit.non ſunt ferendi 12.Et cum non
ſoluuntur annonæ caritas,& indictio fiſci euenit,16.quæſ.
1.c.reuertimini §.quia mihi q.7.c.maiores.Præterea & qui
in eis ſoluendis fraudem aliquam committunt puniuntur
19 pœna,de qua in Clemen.1.de decimis.† Perſona autem di-
ſtribuentis decimas,& modus diſtribuendi ſtatuitur, &
deſignatur in 16.quæſt.7.cap.1.§.has verò decimas diſtin-
ctione 57.capitulo præter hoc §. deinde verſicu. & vt ipſæ
de qua re plura dicta ſunt ſupra titulo 9.verſicu. Modus
20 autem. † Laicis verò non ſunt decimæ conferendæ capi
tulo ad hæc 15.capitulo quamuis 16. capit.prohibemus 9.
de decimis 1.quæſtione 3.capitulo peruenit videndus quia
tremendus 16.quæſtione 1.cap.vltim.§.quod autem quæ-
ſtione 3.cap.iubemus §.Item decimæ quæſt.7.in princip.§.
laici autem cap.1.in princ.& capit.3. Niſi Epiſcopus loci
conſenſerit d.§.quod autem ver. Epiſcopo tamen loci Sed
contradicit d.quæſt.7.ca.peruenit, & cum contradictione
ſtat Villalobus L.2.Nec refert, quod laicus ante Latera-
nenſe Concilium eam habens alteri laico concedat. Villa-
lob.L.2.Nam & ſi laici, qui vltra hominum memoriam
decimas perceperunt illas iuſtè retineant. Villalob.P.250.
quia laicis ſpirituales non temporales decimæ ſunt inter-
dictæ capitulo prohibemus de decimis Rota diuerſorum
in recentiorib.deci.684.par.par.1. Tamen alijs laicis eas cõ-
ferre prohibentur cap.dudum 31.& cap.vltim.de deci
mis.Villalob.L.2.vendere non prohibentur d.deciſio. 684.
Sed & proxima annatis eſt decima Pontificalis, de qua in
Clement.vltim de decimis, quæ etiam conceditur Princi-
pibus laicis,& ad illos poteſt pertinere ex priuilegio Sum-
mi Pontificis, alioquin enim imponi non poteſt cap.cleri-
cis de immunit. Eccleſ.in 6.quod tamen capit.ex parte eſt
correctum per Clement.3.eodem titulo, vt dicit Toloſa-
nus de beneficijs cap.6.numero 9. de qua re infra titul.69.
& alibi. Monachis decimæ concedi poſſunt 16.quæſt.1 c.
21 vltim.in princip.† Sed decimis collatis noualium decimæ
non debentur cap.tua 25.§.fina.capi. cum contingat 29.de
decimis capitulo ſtatuta 2.§.fina.eodem in 6.Præterea pri
uilegium decimas noualium concedens pro ea portione,
qua veteres contingunt priuilegiatos, quid quantumque
22 contineat,definitur in d.capit.ſtatuto 2.in princi.† Poſtre-
mo obſeruandum eſt,quod priuilegiati ſuper decimis reci
piendis, Eccleſijs parrochialibus gratis aſſignare debent
portionem pro debitis oneribus ſupportandis d.c.ſtatuto
2.§.vbi autem de decimis,de quibus hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Primitiæ quid ſint & quantæ.*
2 *Primitiæ ſacerdotibus reddendæ.*
3 *Primitiæ in diſpenſatione ſunt Epiſcopi,vt decimæ.*
4 *Primitiæ pomorum mittuntur domum Epiſcopi.*
5 *Primitiæ in pecudibus & animalibus reddendæ.*
6 *Primitiæ,vt decimæ ſunt ſolius Eccleſiæ.*

De primitijs. Tit, 55.

1 PRimitiæ † quas de frugibus offerebant.non erant ſpe-
ciali nomine in quantitate definitæ, ſed offerentium
arbitrio derelictæ cap.1.§.at verò de decimis D. Tho-
mas in 2.2.quæſt.86.artic.4.Nam qui plurimum quadra-
geſimam partem, qui minimum ſexageſimam dabãt ma-
giſtrorum arbitrio.Hodie licet eas offerre inter quadrage-
ſimam,& ſexageſimam.quodcunque voluiſſent, nec am-
plius à populo eſt in primitijs offerendis exigendum d.§.
2 at verò per totum. † Quæ quidem ſunt ſacerdotibus
ſoluendæ perinde ac decimæ diſtinct.32.capit.præter hoc
§.deinde 16.quæſt.1.cap.reuertimini glo.in d.§.at verbo in
primitijs,quæ citat text.in cap.quam ſit graue eod.titu.de
3 decimis. † Et ſunt primitiæ vtiq. perinde ac decimæ in di-
ſpoſitione Epiſcopi d.§.deinde ver.& vt ipſæ. Nam & ſub
4 rubrica de decimis continentur,vt in d.rubrica. † Notan-
dum tẽ eſt,quod pomorũ primitiæ Epiſcopo & presbyte-
ris domum mittuntur non ſuper altare & inter diacono-
nos,& alios clericos ſunt diuidẽdæ canone Apoſtolico 4.in
5 prin.& §.manifeſtũ.† Sed nũquid in pecudib.ſit primoge-
nitum pecus dandum pro primitijs? & cum de ducentis
vnum loco primitiarum ſit dandum,ſi tot non habeat ca-
pita, ſoluenda æſtimatio eſt ſecundum quantitatem illius
numeri.quem quis habet.Si verò habeat vltra ducẽta,erit
vtiq.ſoluenda æſtimatio ſecundum exceſſum dicti nume-
6 ri ita glo. antedicta. † Et ſunt primitiæ ſolius Eccleſiæ vti
decimæ cap.cauſa 13.in princip.de verbor.ſignifi.c.quam
ſit graue de decimis.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Oblationes quid ſint, & quando fieri debeant.*
2 *Oblatum ſemel Deo non eſt reuocandum, nec repetendum.*
3 *Oblationes defunctorum non ſoluentes excommunicantur.*
4 *Oblationes, quæ, & quando non recipiendæ, & num. 7.*
5 *Iſraelitæ licitè abſtulerunt vaſa aurea, & argentea ab Aegy-*
ptijs.
6 *Eleemoſyna iniuſtos non iuſtificat, & quando non danda, nec re-*
cipienda.
7 *Oblationes quorum non recipiendæ.*
8 *Oblata religioſis, vel monachis non debet Epiſcopus vſurpare.*
9 *Oblationes non ſunt laicis concedendæ.*

De Oblationibus, Tit. 56.

1 OBlationes † verò dicimus quæcumque de pro-
prijs, & licitis rebus Eccleſiæ à fidelibus offerun-
tur, ca. cauſa 13 §. oblationes, de verbor. ſignificat.
quæ debent eſſe ſine vitio, & ſine macula. Leuit. 1. Numer.
28. Deut. 15. Eccl. 35. Ezech. 43. Malach. 1. Et quidem quo-
cumque modo, quæcumque res à quocumque offeratur
in Miſſa, vel extra, & in Eccleſia, vel extra. c. cum inter. 29.
eod. tit. vbi glo. & Doctor. & 12. q. 1. cap. videntes, ver. ipſæ
enim. Deo enim gratæ ſunt, cœlitus aſcendunt. Geneſ. 4. 8.
15. Leuit. 9. Iud. 6. 13. Regum 18. Paralipom. 7. 22. Mach.
1. 2. Ab ijs enim oblationibus ducunt originem Principa-
tus, & Regna Eccleſiæ noſtræ militantis. Nam cum primū
Eccleſias ædificare eiſque relinquere, ac donare licuit: ne
libertas in detrimentum religionis conuerteretur, eadem
libertas ædificandi, & modus relinquendi, vel donandi diſ
finitus eſt iure Pontificio, & Imperatorum, & Principum:
ne Eccleſia ſine cultu diuino deſerta conſtrueretur, deſti-
tuta Clericis ob nullum viuendi beneficium, & ne victus
relicti prætextu, iam cœptum opus imperfectum relinque-
retur, vt in c. nemo, de conſecrat. diſtinct. 1. c. ad audientiā,
de Eccleſ. ædific. c. 1. de cenſibus. & §. ſi quis ædificationem.
Nouella c. 131. de Eccleſiaſt. tit. cum alijs citatis ſupra titu.
52 & 53. Bona enim voluntas primo loco offerentium præ
dia Eccleſijs commendanda non fuit, dum ſpontè Deo de
ſuis offert in teſtimonium ſui obſequij, non quod Deus bo-
nis noſtris temporalibus egeat: ipſe enim nobis dedit om-
nia, ſed quia Deus acceptabile habet donum in recogni-
tionem ſuperioris Domini oblatum, vt dicitur de decimis
in c. tua nobis. 26. de decimis. & gratum Deo, vt iam dice-
bam, & iure approbatum, dum ſe quis, & ſua ſanctificat,
l. generali. 13. C. de ſacroſanct. Eccleſ & Authent. ingreſſi,
eod. Nouella conſ. 5. & Geneſ. 4. munera Abelis acceptauit
Deus. Et viduæ minuta duo. Marc. 12. Maluerunt plures
ſe ſuaque potius Eccleſiæ ſubijcere, vt nutrici, vel matri,
quam ditioni, & imperio Principum. Idcirco ſucceſſu tem-
porum tot Ducatus, Comitatus, Principatuſque quot nūc
ſunt, & fuerunt, acceſſerunt Eccleſijs. Eo pacto Saxones ſu-
perati à Carolo magno iniquis animis tulerunt imperium,
nec prius quieuerunt, quam abacto iugo ſecularis impe-
rij, Epiſcopis permitterentur, vt diuina religione ſoluim
conſtringi viderentur, quamuis, & gladius temporalis il-
lis non deeſſet, & tributa quædam illis præſtarent. Suffi-
ciebat enim Saxonibus ad ſpeciem exhibita libertas, quod
Regum, & exactorum tributorum manus non paterен-
tur, vt ſcribit Crantius lib. 2. Vandaliæ, ca. 22. Eadem ratio-
ne, vt idem ſcribit eod. lib. 2. ca. 31. quietè regi cœpit à ſuis
Prælatis, & populis impleri Alderburgum Ciuitas, poſt-
quam conuerſa eſt ad fidem, conceſſa fuit ditioni Pontifi-
cis Marconis primum per Othonem magnum cum omni
Obotritorum Prouincia vſque ad fluuium Panin, & Ci-
uitatem Demyn. Addidit autem Otho rationem, dum hæc
faceret, neque ſe hoc agere, vt Epiſcopi rerum tempora-
lium affluentiam haberent, vnde populi poſſent ſibi conci-
liare fauorem, & honorabiles eſſent Regulis. Legimus etiā
Ioſue ca. 20. & Num. 35. iuſſu Dei datas Vrbes Sacerdoti-
bus, & Leuitis ad habitandum, & ſuburbana earum ad alē
da iumenta eorum, de poſſeſſionibus filiorum aliorum Iſ-
rael. Fuerunt, & oblationes iſtæ bonorum, & Principatuū
Eccleſijs à Conſtantino magno, & ab alijs Imperatoribus,
Principibus, & Regibus factæ in redemptionem peccato-
rum, cum ea offerantur, donentur, relinquantur Eccleſiæ,
vt diſtribuantur fructus in alimoniam pauperum, prout,
hac de cauſa mandauit retineri Summus Pontifex in 12.
q. 1. c. videntes, vt fuit obſeruatum ſupra titul. 52. de rebus
Eccleſiæ in genere. Vt non immerito, qui ea vſurpant, at-
que retinent, tanquam ſacrilegi ab Eccleſia eijciendi ſint,
in c. qui oblationes defunctorum, & ſequen. 13. q. 2. & Cle-
rici ex bonis Eccleſiæ aliti peccata populi dicuntur come-
dere 1. q. 2. ca. Paſtor Eccleſiæ. Oſeæ 4. Conſenſus gentium
omnium eſt diuinæ maieſtati dicata non poſſe ſine grauiſ-
ſimo ſacrilegij crimine templis adimi, ſacrilegiumque gra-
uius eſt furto, habetque capitale ſupplicium, l. aut facta
16. §. locus. de pœnis. Itaque iſtæ oblationes vtique ſolius
Eccleſiæ bona ſunt ſicut decimæ. & primitiæ, d. cap. cauſā
13. in princ. de verbor. ſignificat. Decius in conſ. 148. Reue-
rende, num. 2. D. Thomas in 2. 2. quæſt. 86. articul. 1. 2. & 3.
Rota diuerſorum in recentioribus deciſ. 216. & 480. par. 1.
Ad Miſſarum ſolemnia omnes aliquid debēt, offerre Deo,
de conſecrat. diſtinct. 1. c. omnis Chriſtianus 16. q. 1. cap. re-
uertimini. Saltim duo minuta, vt vidua, id eſt corpus, &
animam, vt explicat D. Bernardus ſermo. 3 de Purificatio-
ne. Et pro eo, qui penitens morte præuentus eſt, antequam
ſacerdotem habere potuit, à quo abſolueretur ſunt obla-
tiones faciendæ. 26. q. 6. c. ſi aliquis in princ. & q. 7. ca. ſacer-
dos, §. pœnitentes verò. Sed ſi die feſto oblata vni debean-
tur, & die Dominico debeantur alteri; & contingat feſtū
eſſe die Dominico: oblationes tunc factæ inter eos ſunt di-
2 uidendæ. Villalobus O. 1. † Præterea ſemel oblatum Deo
non eſt reuocandum, nec repetendum, 17. q. 4. cap. ſunt, qui
opes cum c. ſequente ſacrilegium. 13. q. 2. c. Clerici, l. ſi quis
argentum. 35. §. ſi autem, & §. cum enim, C. de donationi-
3 bus. † Et excommunicantur ij, qui defunctorum oblatio-
nes retinent, nec ſoluunt. 13. q. 2. c. qui oblationes, c. Clerici.
4 † Verum oblationes diſſidentium fratrum non ſunt acci-
piendæ, diſtinct. 90. c. oblationes, ca. neque. Neque eorum,
qui pauperes opprimunt, d. diſtinct. 90. c. oblationes, & ca.
eorum. Nec minus de rebus turpiter acquiſitis. 14. q. 5. cap.
5 immolantis, c. ſcriptum 11. vt fuit dictum in princip. † Ne-
que præmiſſis obſtat, quod legitur Exodo, quod filij Iſrael
exituri de Ægypto à vicinis ſuis acceperunt mutuo vaſa
aurea, & argentea, ex quibus poſtea ædificarunt taberna-
culum Domini. Nam dixit Dominus ad Moyſem. Petat
vir à proximo, & mulier à proxima vaſa aurea, & argen-
tea, & veſtem. Nō hinc quiſquam ſumendum exemplum
putare debet ad expoliandum iſto modo proximum. Hoc
enim Deus iuſſit, qui nouerat, quid quemque pati opor-
teret. Nec Iſraelitæ furtum fecerunt, ſed Deo iubente mi-
niſterium præbuerunt, ita reſpondet D. Auguſtinus in lib.
quæſt. Exod. quæſt. 39. vt refertur in d. q. 5. ca. dixit Domi-
nus, & ſequent. Præterea potuiſſent per viam repreſſalio-
rum auferre à ſubditis Pharaonis pro vindicanda merce-
de tam longæ, & aſperæ ſeruitutis eidem factæ, quod iu-
ſtè fit, c. Dominus noſter. 23. q. 2. cum alijs allegatis per nos
in glo. ſtatuti Vrbis lib. 2. ca. 30. in fine. Sed & pro eo, quod
antea dicebamus de turpibus, & malè quæſitis, facit id,
6 quod dicitur de † eleemoſyna, quod ſcilicet iniuſtos non
iuſtificat, d. c. ſcriptum, nec eſt capienda à raptoribus, nec
à manifeſtis Eccleſiarum violatoribus, ca. ſuper eo. 2. §. qui
autem, ver. nec eleemoſyna de raptoribus. Nec ex rebus
turpiter quæſitis ſunt dandæ, nec accipiendæ eleemoſynæ
1. q. 1. c. non eſt. 14. q. 5. in princ. cum ſequent. vſque ad cap.
nemo, c. eleemoſyna, c. neque enim, c. denique, d. c. ſcriptū,
7 c. penult. §. fin. vt & infra titul 95. † Item oblationes iniu-
ſtorum non ſunt accipiendæ, d. ca. ſcriptum cum alijs mox
citatis, diſtinct. 49. ca. hinc etenim, Leuit. 21. Tholoſanus de
beneficijs, cap. 35 num. 3. Nec minus illius, qui filium ſuum
exhæredauit. 17. q. 4. ca. vlt. in princ. Neque excommunica-
ti, vel pro excommunicato factæ, nec orationes pro eo
ſunt habendæ, c. ſacris. 38 §. nec ſi occumbat, de ſenten. ex-
communic. Niſi non propter ſchiſma, ſed ob aliud crimen
fuerit excommunicatus. 24. q. 2. ca. ſanè. Vel niſi excommu-
nicatus pœnitens, antequam abſolueretur morte fuerit
præuentus, dum ſacerdotem inuenire non potuit. 16. q. 6.
c. ſi aliquis in princ. & q. 7. ca. ſacerdos, §. pœnitentes verò,
8 † Porrò religioſis, ſeu monachis oblatum Epiſcopus vſur-
pare non debet c. nimis. 16. de exceſſ. prælator. Rurſus ob-
lationes ad diſpoſitionem pertinent Epiſcopi, ſine cuius
conſenſu ab alijs non ſunt vſurpandæ. 16. q. 1. c. in Canoni-
9 bus, c. quia iuxta, §. cum ergo. † Tandem notandum, quod
ol la

Digitized by Google

oblationes non ſunt laicis concedendæ,cap.cauſa.13.§.qui-
cumque igitur,de verbor ſignific.10.q.1.ca.quia ſacer do-
tes,&.ſanctorum,c.hanc conſuetudinem, Decius conſ.148.
num.3.cum allegatis in proximè præcedentibus titu.54.&
55.Nec ſunt ſuis hæredibus relinquendæ,ſed in iure Eccle
ſiæ conſeruandæ.12.q.1.ca.Epiſcopi.19.& ſequen.Decius,
vbi ſupra. Quæ tamen Eccleſiæ,ſeu beneficij dotem con-
gruam vti incertæ non conſtituunt.Tholoſanus de benefi-
cijs,c.15.numer.5.& apud Malach.1. Illa munda oblatio
eſt, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inqui-
nati poteſt,qualis Eucharistia,vt explicatur in Concil.Tri-
dentino ſeſſ.21.c.1.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus quare conceſſum,& quomodo acquiratur.*
2 *Ius patronatus tranſit ad ſucceſſorem vniuerſalem.*
3 *Ius patronatus non poteſt cedi vel donari,limitatur nu.4.*
5 *Ius patronatus conſiſtit in iure præſentandi.*
6 *Ius patronatus in Eccleſia conuentuali,quid.*
7 *Prælati electio non poteſt competere laicis.*
8 *Patronus an poſſit plures præſentare,& num.11.*
9 *Ius præſentandi,quando deuoluatur ad ordinarium.*
10 *Controuerſia iuris patronatus quid faciat.*
11 *Præſentatio plurium,vt Epiſcopus eligat vnum fieri poteſt.*
12 *Patronus ſe ipſum,vel liberos præſentare non poteſt.*
13 *Patronus nil accipere poteſt à præſentato.*
14 *Patronorum maior pars præualet in præſentando.*
15 *Succeditur in ſtirpes non in capita in iure patronatus.*
16 *Eccleſia ſi propter diſcordiam patronorum careat adminiſtra-
tore,quid iuris.*
17 *Patroni ius in Eccleſia,quod.*
18 *Præſcriptione,an acquiratur patronatus.*

De Iure patronatus. Tit. 57.

1 IVs patronatus † competit ex gratia, & fauore Eccle-
ſiæ, vt laici,aliæque perſonæ inuitarentur ad conſtru-
ctiones,fundationes,dotationes,& amplificationes Ec-
cleſiarum.Doctores in c.1.de præbend.& in cap.4 de iudi-
cijs,& in c.quoniam,de iure patronat.& in cap.ad hæc,de
offic.ordinarij,§.conſtituitur,& ſequent.inſtit. de iure pa-
tronatus,& in Concilio Tridentino ſeſſ.25. de reformatio-
ne,c.ſicuti legitima.9.Rota diuerſor.in recentioribus deci-
ſione 680.par.1.Tholoſanus de beneficijs,ca.17.numero 4.
Viuius opin.436.incipien.ius patronatus de gratia.& ideo
conſenſu Epiſcopi acquiritur ex conſtructione, fundatio-
ne,& dotatione Eccleſiæ,& competit,c.nobis.25. in princ.
de iure patronatus cum alijs mox citatis.Verum ſicut fun
datio Eccleſiarum à fidelibus Chriſtianis fieri debet, vt
16.q.7.c.piæ mentis ibi omni Chriſtiano, & in ca.quicum-
que fidelium ibi.fidelium. ſuccedit,quod Paganus,Turca,
Infidelis, immo nec hæreticus, quia ſeparatus à fide non
poteſt vti priuilegijs legitimis Chriſtianorum, l. quicum-
que,l.quoniam, C. de hæretic. & ſic nullo modo poſſe ac-
quirere ius patronatus.Tholoſanus de beneficijs,ca.13.nu-
2 mero 2. † Item ex præmiſſis competit non ſolum primo
acquirenti,ſed & eius ſucceſſori vniuerſali, vt vaſallo. Ad
hunc enim tranſit cum vniuerſitate,ca.ex literis.7. de iure
patronatus. Item competit liberis,& propinquis patrono
ſuccedentibus.16.q.7.c.filijs.Et ſi illi illegitimi fuerint,dū-
modo ſint Chriſtiani,& Catholici,d.c.piæ mentis,c.Frigen
tius.16 q.1. Niſi fortè aliter contra illegitimos in illius fun
datione cautum ſit.Rota diuerſ.in recentioribus deciſione
3 512.126.155.par.1. † Sed non poteſt,nec cedi,nec alienari,
& quamuis ceſſum, vel alienatum fuerit, non ideo ceſſio-
natio,vel emptori competit,c.quod autem 5.§.fin.ca.quia
Clerici 6.c.illud.8.in princ.c.cum paſtoralis.11.cap.de iure
16.c.præterea 23.de iure patronatus.16.q.7.c.quicumque
§.hic autem.Rota diuerſor.in recentioribus deciſ.321.576.
4 688 par.1.cum allegatis ſupra titu.53. † Verum enim verò
loco religioſo,& Eccleſiæ poteſt cedi, d.ca.illud.8.ver.licet
religioſo,c.1.in princ.de iure patronat.in 6.Sed ſi fuerit cō-
ceſſum loco religioſo ſine Epiſcopi conſenſu, non ſubſiſtit
ceſſio,c.quod autem.5.§.fin.c.cura paſtoralis.11.ca.nullus
laicus. 17.de iure patronatus. Rota diuerſorum in recen-
tioribus,deciſ.688.par.1. Niſi fortè poſtea Epiſcopus ratū
habuerit, quod geſtum eſt, vel locus cui conceſſum fuit,
præſcripſerit,d.ca.paſtoralis.11.Rurſus ſi frater fratri co-
hæredi ius ſuum ceſſerit,competet ceſſionario fratri cohæ
redi ius patronatus,ca.ex inſinuatione.14.de iure patrona-
5 tus. † Præterea iura patronatus conſiſtunt in iure præſen-
tandi. Nam vacante Eccleſia,non niſi ad præſentationem
patroni aliquis eſt inſtituendus,vel ordinandus.16.q.5. ca.
1.§.ædificatori.q.7.c.quicumque,§.fin.c.decernimus, cap.
monaſteriorum,ver.licet atque,c.illud.8.§.fin.c.ex inſinuatio-
ne.14.c nobis.2.§.cæterum,ver.ſecus tamen.ca.ſuggeſtum.
20.de iure patronatus.Sed ex diſpoſitione Concilij Triden
tini ſeſſ.14.de reformatione,cap.non liceat.13.& ſeſſ.24.de
reformatione,ca expedit,18.præſentatio facienda eſt Epi-
ſcopo ordinario loci,ad quem prouiſio, ſeu inſtitutio be-
6 neficij ceſſante priuilegio pertineret. † Niſi Eccleſia, quæ
7 vacat ſit Conuentualis, d.§. cæterum. † Nam laicis ius eli-
gendi Prælatum non competit,ca.quiſquis 43.ca.Maſſana
56.de elect.c.dudum 51.§ cæterum,ver.cum ſacrilegij, de
decimis.1.q.7.c.ſi quis omnem,§.fin.16.q.7. in princip.di-
ſtinct.63.in princip.c.quia igitur cum ſequent.vbi Gratia-
nus reſpondet obiectioni vſque ad c.quia ſancta.Nam neč
per pactum poteſt hoc ius in laicos transferri, c.Sacroſan-
cta.51.de elect.d.diſtinct.63.c.non licet,diſtinct.62.,ca.do-
cendo,ca.Oſius.2.de elect. Et ſi ipſi Eccleſias cum Prælato
conſtruxerint,fundauerint, vel dotauerint, vt in allegatis.
8 † Item ſi patronus aliquem antea præſentauerit,vel Eccle-
ſiam ei conceſſerit vſus eſt iure ſibi competente, nec pote-
rit alium poſtea præſentare,niſi fortè Eccleſia non dum va
cante aliquem præſentauerit, vel alicui Eccleſiam conceſ-
ſerit, hoc enim caſu vacante poſtea Eccleſia non prohibe-
tur alium præſentare,c.illud 8.in princip.de iure patrona-
tus. Vel antea ignorante, vel non conſentiente Epiſcopo
Eccleſiam alicui conceſſerit,c.cum laici.10 cap.ſuggeſtum.
20.c.vlt.eod.tit.Minus poteſt Epiſcopus loci alium ad titu
lum antea facere ordinari,ca.poſtulaſti.30.eodem titul.de
iure patronatus. Sed ſi cum patronus Clericus eſſet,Lega-
tus Pontificis præſentationem ſibi reſeruauerit, vacante
Eccleſia poterit ipſe Legatus præſentare,ca.dilectus. 6.de
9 offic.legati,& ſupra titu.15.ver.poteſt conferre. † Si intra
tempus conſtitutum patronus neminem præſentauerit,
deuoluitur ius ad ordinarium,c.ſicut 2.§.fin. de ſupplend.
neglig. prælator. Tempus autem præſentandi laicis quidē
patronis conſtitutus eſt quatuor menſium, Eccleſiaſticis
verò ſex menſium,cap.1.§.verum licet,de iure patronatus
10 in 6. † Sed ſi controuerſia ſit de iure patronatus,quæ intra
tempus præſentationi conſtitutum non fuerit finita,Ordi-
narius prouidebit,c.3.§. fin.c.ſi verò. 12. c.eam te 22.& ca.
11 cum propter 27. de iure patronatus. † Et ſicut ex pluri-
bus patronis ſinguli alternis vicibus poſſunt præſentare,
ita plures poſſunt præſentari, vt ex ijs Epiſcopus vnum eli
gat digniorem,Clement.plures 2.§.& vt facilius,& §.final.
de iure patronat.Concilium in d.ſeſſ.24.dict.ca.18. Qui,&
quales præſentandi ſunt, extat definitum ſupra tit.2. & in
12 d.ca.18. † Se ipſum autem quis patronus, vel liberos ſuos
præſentare non poteſt,c.conſuluit.15. c.per noſtras.26.de
iure patronatus,c.vlt.de inſtitutio.ca.ad aures. 3.de exceſſ.
13 prælator. † Præterea patronus à præſentato nihil poteſt
exigere temporale,niſi quod in ipſa fundatione conſtat im
poſitum,c.præterea.23.de iure patronat.c.ſicut.2.de ſup-
14 plen.neglig.prælat.† Si autem in præſentandō patroni di-
ſcordent, præfertur ſententia maioris partis, ca.quoniam.
3.de iure patronat.niſi ſine ſcandalo maioris partis ſenten-
tia non poſſit præferri. Tunc enim pro ſuo arbitrio Epiſco
pus ordinare aliquem poterit,d.ca.quoniam.3.§. ſi autem
15 hoc. † Sed ſi ex pluribus patronis vnus deceſſerit pluribus
hæredibus relictis,tunc enim iſti hæredes omnes vnius dū-
taxat vocem habent. Succeditur enim in ſtirpes,non in ca-
16 pita,Clement.plures.2.in princip. eod.tit. † Si propter di-
ſcordiam patronorum Eccleſia caret adminiſtratore, ceſ-
ſatur in Eccleſia à Diuinis,tolluntur reliquiæ, & oſtia clau
duntur, ſi aliter ſine ſcandalo Eccleſiæ prouideri non po-
teſt,c.1 cum ſequen.de iure patronatus.16.q.7. c.ſi plures.
Præſentatus à patrono ſi eſt idoneus,ab Epiſcopo eſt reci-
piendus,& inſtituendus,ca.ſignificaſti.18.de iure patrona-
17 tus. † Nam patronus ius inſtituendi,vel deſtituendi in Ec-
cleſia non habet,c.præterea 4.c.quod autem.5.§.fin.capit.
querimoniam 9.c cum laici 10.ca.conſuluit.15.& ca.ſugge-
ſtum 20.eod.tit.Nec poteſt bona Eccleſiæ ratione iuris pa-
tronatus adminiſtrare,d.cap.4.ver.poſſeſſionem quoque.

10.q.1.c.ſic quidam,cap nouerint. Nec alteri ius ſuum, vel
Eccleſiæ cedere, vt paulo ante dictum fuit. nihil enim pro-
prij iuris habet in Eccleſia, nec poteſt eius redditus in ſuos
vſus conuertere, & ſi ei debeatur honor proceſſionis, &
alimenta ſi vergit ad inopiam, c.nobis.25.§.fin.de iure pa-
tronatus.16.q.7 c.piæ mentis in fine, & ca. Frigentius in fi-
ne, & c.quicumque in princ.& §.fin.ca.filijs,§.ipſis tamen,
c.ſicut.2.de ſupplen.neglig.prælat. Præterea ſine conſenſu
patroni Eccleſia, vel eius diſpoſitio non poteſt mutari, ca.
monaſterium.& c.rationis,d.q.7. Et habet ipſe ius proui-
dendi, & ſollicitudinem pro Eccleſia, d.q.7.c.quicumque,
§.fin.c.filijs c.decernimus.& prouidentia, & admonitione
Epiſcopi à patrono debet Eccleſia honorari, d.q.7.c.conſi
derandum. Tandem inter hæredes patroni non eſt Eccle-
ſia diuidenda, c.1.in princ.de iure patronat. Et alienato iu-
re patronatus, non minuitur in Eccleſia ius Epiſcopale, ca.
18 cum ſeculum.13.de iure patronat. † An præſcriptione ius
patronatus acquiratur? latè diſſeritur apud Tiraq. opin.
11. Villalob.P.230.231.232.& 234.l.181.184. apud Vinum
opin.438.& in Syntagma commun.opin.loco 1 tit.16.per
totum, & de eo adeſt abſolutiſſimus tractatus Lamberti-
ni. Hactenus de rebus Eccleſiaſticis incorporalibus in ſpe-
cie, quamquam inter eas etiam referri poſſint priuilegia
tum perſonarum, tum Eccleſiarum, tum etiam rerum, de
quibus ſupra tit.1.tit.6.tit.16.& ſequen.& infra tit.69.

S V M M A R I V M.

1 *Altarium primi inſtitutores, & erectores, qui.*
2 *Eccleſiæ in honorem Dei, à quo traxerint principium, & vbi ædificandæ.*
3 *Eccleſiarum opus ex ſimetria, & venuſtate conſtare debet.*
4 *Proportio quid ſit, & qualis ædificijs conueniat.*
5 *Aſpectus Baſilicæ Principis Apoſtolorum.*
6 *Templum S. Petri laudibus extollitur.*
7 *Eccleſia ædificanda in loco congruo, & vtili.*
8 *Area Eccleſiæ prius quam ædificetur conſecranda, & quomodo.*
9 *Eccleſia non poteſt ædificari ſine conſenſu Epiſcopi.*
10 *Sumptus ex redditibus Eccleſiæ ad nouum opus, quomodo conferendi.*
11 *Alienatio rerum Eccleſiæ permiſſa pro Eccleſia ædificanda.*
12 *Eccleſia ædificata eſt dedicanda, & conſecranda, & nu.16.*
23 *Monaſteria quomodo ædificanda.*
14 *Aedificium Eccleſiæ, oratorij, & c. iuſſu teſtatoris faciendum, quanto tempore abſoluendum, & quid ſi non abſoluatur.*
15 *Incipiens Eccleſiam conſtruere, vel reſarcire, eſt compellendus, vt perficiat.*
17 *Eccleſiæ ſuperfluæ destrui poſſunt, & quæ ſint ſuperfluæ.*
18 *Iudex laicus non poteſt iudicare in domibus Eccleſiarum.*
19 *Cauſa ſanguinis, vbi non agenda.*
20 *Eccleſiæ ingreſſus, quibus olim prohibitus.*

De Eccleſijs ædificandis. Tit. 58.

1 IN prima † ætate ante diluuium loca religioſa, & al-
taria conſtructa, & erecta fuere ab Abele, & Cain, vt
colligitur ex Geneſi, c.4. Poſt verò diluuium ædificauit
Noë altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & vo-
lucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare, vt in Ge-
neſi ca.8. Quod idem fecerunt Abraham, & Iſaac, vt legi-
tur in eadem Geneſi ca.12.13.15.22 & 33. Verum à Iacob,
iubente Deo in Geneſi c.35. prius altare lapideum erectum
fuit, & Chriſmate delibutum. Eodem Dei iuſſu Salomon
poſt quadringentos à Iacob annos Tabernaculum, arcam,
propitiatorium, Cherubos, Altaria menſas, & alia Moſai-
ca fixit, ac ex motorijs, & portatilibus ratione temporis
ſtataria, & immobilia fecit, lignea, & leuioris materiæ in la-
pidea, ſolidaque conuertens, ædificauit enim templum, &
cætera in eo. In nouo teſtamento D. Petrus antiquum, &
primum altare ligneum fecit, & illud in Lateranenſi Eccle
ſia recondidit, in quo venerationis cauſa ſolus Pontifex
Summus celebrat. S. Syluester primus anno ſalutis 315. al-
tare lapideum Chriſmate delibutum erexit, ac vt deinceps
ſuper lapideo celebraretur, inſtituit. prophetans S. Sylue-
ſter immobilem Eccleſiæ ſedem deinceps, illic futuram,
quicumque tandem caſus euenirent. Genebrardus in

2 Chron. anni Domini 315 † Quare Altaria, & Eccleſias in
honorem veri Dei ab Abele, Cain, Abraham, Iſaac, Iacob,
& Salomone traxerunt principium, quod nos ſectamur,
& quod ſi nulla alia ratio impedierit Eccleſiæ ſpectent ad
partem Cœli Orientis fuit à templis Deorum gentilium
vſurpatum, ſi ſecundum flumina ad ripas fluminis, ſi circa
vias publicas ita conſtituantur, vt prætereuntes poſſint re-
ſpicere, & in conſpectu ſalutationes facere, vtrique à tem-
plis gentilium vſurpatum habemus, teſte Vitruuio de Ar
chitectura lib.4.cap.5. eum refert, & ſequitur Tholoſanus
de Beneficijs, c.14.num.7 & 8.& de Eccleſia, atque eius par
tibus in hunc propoſitum plura affert Durandus in ratio-
3 nale diuinorum officiorum lib.1. ca.1. † Itaque ſecundum
hos, & alios architectos omnes, Omne opus debet perſe-
qui ſymetrias. Venuſtatem enim ſequitur viſus, cuius ſi nõ
blandiatur voluptati proportione, & modulorum adie-
ctionibus, vt id in quo fallitur, temperatione adaugea-
tur, vaſtus, & inuenuſtus conſpicientibus remittetur aſpe-
ctus, vt diſſerit idem Vitruuius, lib.3.c 2. Ex ſymetria enim
conſtat ſacrarum ædium compoſitio, ideoque illius ratio-
nem diligentiſſimè Architecti tenere debent, ea autem à
4 proportione ducitur. † Proportio eſt ratæ partis mem-
brorum in omni opere, totiuſque commodulatio, ex qua
ratio fit ſymetriarum. Namque non poteſt ædes vlla ſine
ſymetria, atque proportione habere rationem compoſi-
tionis, niſi vti ad hominis benè figurati membrorum ha-
buerit rationem exactam, teſte Vitruuio de architectura
5 lib.3.ca.1. † Cuius authoritate nonnulla dicuntur de aſpe-
ctu Baſilicæ Beati Petri Principis Apoſtolorum, quibus
6 omiſſis † Nos ſtatum perfectionis, ac vltimæ manus Paulo
V. Summo Pontifici tribuentes, pro comperto habemus,
tum ex ſacris, tum ex prophanis ſcripturis, & ex allatis per
Thomam Stapletanum in ſuo opuſculo. de magnitudine
Romanæ Eccleſiæ lib.2.ca.2. de Templorum magnificen-
tia. Hoc Sancti Petri templum amplitudine, altitudine,
magnificentia, dignitate excellere non ſolum antiquum Sa
lomonis, ſed omnes alias Baſilicas, templa, fana, delubra,
ædes ſacras & antea, & hucuſque tam per Gentiles, quam
per Chriſtianos erectas. In quod hoc vnum valdè, ac præci
puè eſt admirandum, quod æmulando magnorum mon-
tium ſummos vertices, marmoreæ ſuæ molis ſublimitate,
ſuperat non ſolum magnifica omnia Romanorum anti-
qua, & priuata, & publica opera, ſed & omnes Romanos
Colles ab infimo ſolo in altum ſurgens tranſcendit, ac do-
minatur.

De quo ita Muſa Hetruſca.

Di più monti conteſti altera mole
Già ſtanchi di te gl'occhi, e le fauelle;
E quaſi ch'alla terra hor ti ribelle;
Sopra l'ali dell'arti al Ciel ten voli.
Ceda al altezza tua quella, che ſuole
Fra le ruine anchor vantar' Babelle:
Che s'hebbe ardir di minacciar le ſtelle,
Tu fendi i nembi e paſſi entri il Sole.
Quella alle Torri, e tu ſei meta ai Tempij,
Et ad onta di lei, ch'hor giace al fondo,
Fai de gl'anni voraci, e ſtragi, e ſcen pij;
Soſtenne quella in ſe l'audace pondo
Dei Ribelli di Dio con ſanti eſempij,
Tu al Ciel ſei ſcala, e nuouo Cielo al mondo.

Quod autem Eccleſias in honorem Dei, & Sanctorum ma
gnificè, ac magnis ſumptibus erigere, atque ornare, ſit bo-
num in genere ſuo, contrà id impiè negantes, præclarè de-
fendit Cardinalis Bellarminus lib.3. de cultu Sanctorum,
c.6.per totum, & probatur in lib.1. Paralip.ca.29. Vbi Da-
uid, poſt magnificas oblationes, & præparationes in ædifi-
cationem templi factas, conuerſus ad Deum dixit. Tua eſt
Domine magnificentia, & potentia, & gloria: cuncta enim
quæ in Cœlo ſunt, & in terra tua ſunt. tuum Domine Re-
7 gnum, & tu es ſuper omnes Principes, &c † Præterea, &
in loco congruo, & vtili eſt Eccleſia ædificanda, vt de con-
8 ſecrat. diſtinct.1.c Eccleſias.16.q.7.c. Eccleſias. † Et area in
qua ædificanda, eſt prius conſecranda, diſtinct.1.ca. nemo.
Si igitur Eccleſia, monaſterium, oratorium ædificandum
eſt, prius locus conſecrandus eſt per Epiſcopum loci, hoc
modo, vt extenſis manibus ad Cœlum, per orationem lo-
cum

Digitized by Google

cum Deo conſecret, figens in eo ſalutis noſtræ ſignum, cru
cem nimirum, hocque principium ſit, §. illud Nouell. c. 5. §.
1. Nouell. c. 67. §. illud igitur Nouella conſtitut. 123. & No-
uella conſt. 131. & cap. præterea ſi quis, de religioſis do-
9 mibus. Tholoſanus vbi ſupra. † Nam ſine conſenſu Epi-
ſcopi Eccleſia non poteſt ædificari, §. deinde. Nouella con-
ſtit. 67. cap. cum olim 14 §. inſuper Eccleſias, de priuilegijs,
cap. authoritate 4. in princip. eodem tit. in 6. 18. quæſtio. 2.
c. quidam monachorum, c. qui religioſis in fine, c. de mo-
nachis, c. cellulas, c. nullus, & de conſecrat. diſtinct. 1. c. om-
nes baſilicæ, §. vbi autem plures, c. nemo Eccleſiam. Quam
quidem ædificandam aſſentire debet propter ſanctorum
patrocinium, non autem propter quęſtum, de conſecrat.
diſtinct. 1. c. ſi quis Baſilicam. Dantes in paradiſo cantile-
na 27. Planè antequam ædificetur deliberandum ideo eſt
cum Epiſcopo loci, & animaduertendum, an ſumptus
ſuffecturi ſint, non ſolum ad extructionem, & conſerua-
tionem ædificij, ſed etiam ad incendenda luminaria, ad
ſacrum miniſterium, ad ſubſtantiationem eorum, qui illi
vacent, & adſideāt: & ſi quidem ſuffecturi ſunt ſumptus,
vt prius eorum, quæ deputanda ſuor, donatio celebretur,
tum demum opus inchoetur. Sin verò ſumptus ſuffectu-
ri oon ſint, admonendus eſt is, qui ad extructionem eos
erat facturus, vt eos in refectionem alterius veteris Eccle-
ſiæ, monaſterij, vel oratorij ad eius electionem conferat,
d. §. deinde, Nouella conſt. 67. & d. c. nemo Eccleſiam, ver.
& ante perfiniat, cap. 1. in princip. de cenſibus 1. quæſtio. 2.
cap. 1. §. hoc tamen 16. quæſt. 7. cap. piæ mentis, ver. colla-
ta prius, & §. quacunque, Inſtit. de conſtruendis, conſecrā-
10 dis, &c. † Et de ſumptibus ex redditibus Eccleſiæ ad no-
uum opus conferendis agitur, atque præſcribitur modus
in cap. de his 4. de eccleſ. ædific. & in cap. Apoſtolicæ 9. de
donationib. 16. quæſt. 1. c. Eccleſiæ, c. quicunque, c. de deci-
mis, §. 1. cap. decimas, §. quod autem, cap. plures, §. fin. cum
11 capit. ſequent. † Sed Epiſcopus ſi populus Eccleſia indi-
geat poteſt pro illa ædificanda alienare non obſtante iu-
ramento per eum præſtito de rebus Eccleſiæ non alie-
nandis, ſi id ex redditibus ſecundum ſupra præſcri-
ptum modum exequi non valeat, capit. vltim. de eccleſ.
ædifican. & Dominus loci congrui ad Eccleſiam ædifican-
dam poteſt cogi illum vendere iuſto pretio, §. conſtruun-
tur, & ſequentibus, Inſti. de conſtruendis conſecrandis, &
l. ſi quis ſepulchrum, ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Rota
diuerſor. in recentioribus, deciſ. 213. par. 1. Paulus de Cit-
tadinis de iurepatronatus in 3. parte, & caoſa 2. acquiren-
di. num. 77. Tholoſanus de beneficijs, c. 14. numer. 8. Non
tamen poteſt quis pro Eccleſia ædificanda cogi vendere
domum paternam, quam inhabitat ipſe, fuit habitata a
ſuis antenatis, & nunquam locata alij. Rota diuer. in re-
centioribus, deciſ. 372. per totam parte 1. & deciſio. 213. &
677. parte 2. Leproſi vtique peculiarem ſibi Eccleſiā ædi-
ficare poſſunt ſine præiudicio antiquarū, & poſſunt pro-
prio gaudere presbytero. Cauere tamen debent, ne iniu-
rioſi ſint veteribus Eccleſijs de iure parochiali: quod enim
eis pro pietate conceditur, ad aliorum iniuriam nō debet
redundare, c. cum dicat 2. de eccleſ. ædificand. Idem poteſt
facere pagus ſi à ſua parochia longius diſtet, c. ad audien-
12 tiam, eod. tit. † Præterea Eccleſia ædificata eſt dedicanda,
& conſecranda, ſed id abſque præcepto Sedis Apoſtolicæ
fieri non debet. diſtinct. 1. c. de locorum, cum cc. ſequenti-
bus, §. Baſilica, Inſt. de conſtruendis cōſecrandis, &c. Nec
pro dedicatione aliquid poteſt exigi 1. q. 1. c. 1. in princip.
Maior Eccleſia antiquitus per circuitū quadraginta paſ-
ſuum: minor verò triginta habere debebat, intra quos ſub
pœna excommunicationis eſt omnis violentia prohibita
17. quæſt 4. c. ſicut vbi glo. de qua relatius inf. tit. 69. Præ-
terea iuxta Eccleſiam ſunt clauſtra conſtituenda 12. quæ-
ſtio. 1. c. neceſſaria. in princip. & in eius atrio, non niſi cle-
13 ricorum ædificia ſunt ponenda, d. q. 1. c. nulla. † Monaſte-
ria verò ita ędificanda ſunt, ne multos habeant aditus, ſed
vnum tantum, aut duos fortè, ſintque forti muro circum-
ſepti, ne quis alia parte ſit exitus, quam præter per portas,
§. & primum quidem Nouell. cōſt. 133. & portæ ſunt clau
dendæ, c. 1. §. quoniam parum, de ſtatu regul. in 6. illo §.
& primum quidem, & monaſteria fœminarum longius à
monaſterijs virorum ſunt ædificanda, & intra mœnia ciui-
tatum, ſeu caſtrorum frequentia populi habitatorum 18.
quæſt. 2. c. monaſteria. D. Gregorius lib. 1, epiſt. 48. & Con-
cilium Tridentinum in ſeſſio. 25. de regularibus, c. Boni-
facij 5. §. & quia, dum diſponit euocari ad monaſteria in-
tra mœnia moniales, quę degunt in monaſterijs extra. Sed
& nouæ ædificatæ Eccleſiæ priuilegia impetrari non de-
bent, antequam in ea monachi, vel clerici exiſtant, cap. ad
audientiam 5. §. fin. de eccleſ. ædific. Nec per nouam Ec-
cleſiam veteri parochiali eſt præiudicandum, ne dehone-
ſtetur, cap. cum dicat 2. §. caueant, cap. ad audientiam 3.
ver. prouidens tamen eodem titul. Præterea nouum opus
cum ſua dote ad ordinationem Epiſcopi pertinet per al-
14 legata ſupra titul. decimo. † Si quis tamen in teſtamento
iuſſus eſt monaſterium, oratorium, Eccleſiam, aut ſimi-
lem venerabilem domum extruere. Oratorium quidem
intra quinque annos, aliam verò venerabilem domum
intra annum perficere debet. Quod niſi factum ſit, do-
mus, vel emenda, vel conducenda eſt, in qua fiat id, quod
defunctus iuſſit, donec eiuſdem venerabilis domus abſol-
15 uatur, §. ſi quis venerabile. Nou. conſt. 131. † Qui autem
ſemel cœpit, vel nouum oratorium extruere, vel vetus
renouare, omnibus autem modis, vel ipſe, vel hæredes
eius ad id perficiendum compelli debet, §. certè qui ſe-
mel, d. Nouella 131. & ita conſului hæredem Cardinalis
Saluiati, vt perficeret Eccleſiam orphanorum ab illo piiſ-
ſimo Cardinale incœptam. Quod libentiſſimè à Lauren-
tio Marchione Saluiato hærede factum fuit, quamuis nō
16 nulli de iure contrarium reſponderent. † Præterea Eccle-
ſia ædificata ędificanda, & conſecranda eſt 16. quæſtio. ſe-
ptima, cap. piæ mentis, cap. Frigentius. Et omnium ſum-
ptibus qui in Eccleſijs beneficia obtinent ſunt reficiendæ,
reparandæ, ac reſtaurandæ, capit. primo, de eccleſ. ædifi-
17 can. † Et ſi Eccleſiæ caſu aliquo ſuperfluæ euaſerint, de-
ſtrui poſſunt, de conſecrat. diſtinctio. prima, cap. omnes, §.
vbi autem plures, cap. Eccleſiæ in fine. Superfluæ autem
illæ ſunt, quæ non ſunt neceſſariæ, neque habent neceſſa-
18 ria ad earum decorem, vt in dictis canonibus. † In do-
mibus verò Eccleſiarum non debet iudex laicus iudica-
re, neque hoſpitium vindicare, capit. primo, de immunit.
eccleſ. cap. decet 2. §. ceſſent, eodem titul. in ſexto, neque
metationes fieri debent, vt infra libro quarto, titulo vige-
19 ſimo, numero duodecimo, & ſequent. † Item in templi,
cœmeterijs, & alijs locis Eccleſiæ cauſæ ſanguinis agi non
debent, capit. cum Eccleſia 5. de immunit. eccleſ. & dicto
§. ceſſent. De templis illud etiam cauetur, vt finita concio-
ne claudantur, & vt ornamenta eorum ſeruentur, lege
prima, & leg. ſicut, C. de ſacrific. pagan. Et quod in eis nul-
la ſupellex niſi neceſſitate cogente, illaque durante repo-
natur, vel ſeruetur, cap. relinqui 2. de cuſtodia Euchari-
20 ſtiæ. † Cautum etiam olim erat ne mulier, quæ menſtrua
patitur, Eccleſiam intraret. Quod tamen poſtea fuit mu-
tatum, diſtinctio. quinta, in princip. §. item mulier, & cap.
vltim. §. quæ tamen mulier. Et quod mulieres poſt par-
tum non ingrederentur Eccleſiam intra certos ſtatutos
dies. Quod vtique fuit ſublatum, d. diſtinctio quinta, in
princip. §. in lege namque, & cap. cum enixa, & cap. ſi mu-
lier, & capit. primo, de purificat. poſt partum. Et qui per
ſomnium viſus eſt ſibi coire, vſque ad veſperam Eccleſiā
ingredi prohibebatur, diſtinctio. ſexta, capitul. primo, in
princip. In templis verò aliud nihil agi debet, quam quod
diuinis miniſterijs conueniat, diſtinct. 42. c. non oportet, c.
nulli, c. oratorium, c. vlt. & alia quæ agenda, vel non agen-
da ſunt in Eccleſijs proponuntur in cap. decet 2. de immu-
nitate eccleſ. in ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Oratorium in domo quiſque habere poteſt.*
2 *Oratoria vnde originem trahant.*
3 *Miſſas in oratorijs priuatas nemo celebrat. limitatur nume-
ro quarto.*
5 *Campana in oratorijs priuatis prohibita.*

De oratorijs priuatis. Tit. 59.

1 VNicuique † fidelium in domo ſua oratorium licet
habere, & ibi orare, vt de conſecrat. diſtinctio.
2 prima, capit. vnicuique. † Hoc enim à penati-
bus, ſeu laribus Dijs gentium fuit vſurpatum, & transla-
tum

Digitized by Google

3 tum ad latriam Dei veri, & viui. † Miſſas autem ibi cele-
brate non licet, d.c. vnicuique, & Concilium Tridentinum
in ſeſſ. 22. Decretum de obſeruandis, & curandis in celebra
4 tione Miſſæ, §. Neve pariatur. † Niſi pro maxima neceſſi-
tate, tamen cum conſenſu Epiſcopi, d. diſtinct. 1. ca. ſi quis
etiam 35. glo. in d.c. vnicuique. Qui Epiſcopus ea prius de-
ſignare, ac viſitare debet, & demum ſi videbitur conſenti-
re, vt Miſſa ibi celebretur. Concilium vbi ſupra. Tamen cō-
ſenſu præſtito excipiuntur magni feſti dies Natalis Domi-
ni, Epiphaniæ Domini, Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes,
Natalis S. Ioannis Baptiſtæ, & ſi qui alij maximi dies in Ci-
uitatibus, ſeu parochijs habentur, dict. diſtinct. 1. §. ſi quis
5 etiam, 35 gloſſ. in d. cap. vnicuique 33. † Verum tamen in
Oratorijs priuatis Campanæ publicæ haberi prohibētur,
c. patentibus. 10 de, priuilegijs. Et hodie ibidem Miſſę non
poſſint celebrari, niſi de licentia Summi Pontificis, Epiſco-
pis facultate illam concedendi ſublata.

SVMMARIVM.

1 *Altaria de permiſſu Epiſcopi erigenda.*
2 *Altaria ſuperflua deſtruenda.*
3 *Altaria dedicanda, & conſecranda.*

De Altaribus. Tit. 60.

DE altarium origine dictum fuit ſupra titul. 58. in
1 princ. † Hæc enim ſine permiſſu Epiſcopi cui ſub-
eſt Eccleſia non ſunt erigenda, de conſecrat. diſtin-
2 ctione 1. c. nullus presbyter. † Et erecta ſuperflua de man-
dato Epiſcopi ſunt deſtruenda, d. diſtinct. 1. ca. placuit, &
hæc ſunt dedicanda, & conſecranda ab Epiſcopo, cuius
permiſſu erecta fuere, vt dicitur infra de actibus Eccleſia-
ſticis, tit. de conſecrationibus, & benedictionibus titul. 108.
3 † Sed de altaribus plura refert Durandus in rationale diui-
norum officiorum lib. 1. c. 2. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Sacrarium quid ſit, & quis eum ingredi poſſit.*

De Sacrario. Tit. 61.

1 SAcrarium, † ſiue ſecretarium, quod Greci Diaconium
appellant, vbi res ſacras, & vaſa Dominica reponun-
tur, ingredi prohibentur Subdiaconi, & miniſtri non
ſacrati, diſtinct. 23. c. non oportet Subdiaconos 26. cap. non
oportet 30. cap. non liceat. 31 Vaſorum enim cura, & ſic e-
tiam ſacrarij pertinet ad Sacriſtam, vt fuit dictum ſupra
titul. 33.

SVMMARIVM.

1 *Campanarum vſus, à quo introductus, & nomen Campana vn-
de deriuatum.*
2 *Campanas benedicuntur, non baptizantur.*
3 *Campanas vim ad magica diſſipanda habere.*
4 *Vſus tintinnabulorum Moyſi præcipitur, & quare.*
5 *Mendicantes plures campanas habere prohibentur.*

De Campanis. Tit. 62.

1 PRimus, † qui introduxit in ſuam Eccleſiam Campa-
narum vſum fuit Beatus Paulinus Nolæ Epiſcopus
pientiſſimus, qui poſtquam ſua bona in redimendis
captiuis conſumpſerat: ſe ſe barbaris pro recuperando Vi
duæ filio in ſeruientem dedit anno 458. Huius exemplo to
ta Chriſtianitas harum vſum, vti valdè commodum, &
neceſſarium ad conuocandos Chriſti fideles ad officia di-
uina, eſt amplexa, vt docet poſt alios Durandus in rationa-
le diuinorum officiorum lib 1. c. 4. Strabus de rebus Eccle-
ſiæ Nolæ in Campania dicit fuiſſe inuentas, inde à Nolis
Nolæ, à Campania Campanæ dictæ, & ſic facilè à Beato
Paulino Nolæ Epiſcopo, vt dictum fuit, & affirmat Virgil.
de inuentoribus rerum, vt ſuccederent tubis veteris teſta-
menti argenteis, & corneis, de quibus. Num. 10. & 29. Le-
nit. 23. Sophon. 1. Ioſeph. lib. 3. antiquit. c. 15. ad conuocan-
dum populum ad feſtorum cultum, ſolemnia Miſſarum,
2 conciones, & horas Eccleſiaſticas. † Ante quam enim Cam
panæ in vſum proferantur, benedicuntur, vnguntur, eiſ-
que nomen alicuius Sancti, vel Sanctæ, vt illas ſub ſuo no-
mine, ac tutela recipiat, imponitur, ac protectioni dedican
tur. Benedicuntur enim, vt dictum eſt, vt fragore ſuo ſuos
ſpirituales hoſtes terreant, atque repellant. Serui nequam
Dæmones hunc ſonum quaſi Dei viui imperantis fugam,
recognoſcunt præconia: non aliter, quam ſubditi omnes,
etiam inimici. Regij Saluiconductus ſignum reuerentur, &
ceſſant, vel à præparatis, vel iam cœptis in damnum Chri-
ſti fidelium maleficis, vt multis exemplis docet Martinus
del Rio Diſquiſitionum magicarum lib. 6. cap. 2. Hinc mos
in Orbe Chriſtiano ortus illas etiam pulſandi imminente
3 periculo fulgurum, ac tempeſtatum. † Campanarū enim
vim magnam ad magica diſſipanda monſtrat idem Mar-
tinus, vbi ſupra lib. 2. quæſt. 16. fol. 82. B & alia multa ad-
miranda profert in lib. 4. c. 1. q. 2. fol. 260. B. Non enim ba-
ptizantur, vt deriſoriè affirmabant Brentius, Caluinus, &
alij hæretici plures. Nam in Pontificali Romano nil legitur
de Campanarum baptiſmo, & in Alcuino Flacco leguntur
hæc. Neque nouum videri debet Campanas benedicere, &
vngere, & eis nomen imponere, & hic totius ritus eſt, quod
non eſt baptizare. Hanc benedictionem etiam Græci olim
nouerant, nam apud Gregorium Presbyterum legitur,
Beatum Theodorum Archimandritam tintinnabulis be-
nedixiſſe, qui vixit Beati Gregorij Magni temporibus.
4 † Horum tintinnabulorum vſus Moyſi præcipitur Exodo
28. vt ſcilicet tabernaculum ingrediens tintinnabulis am-
biatur, vt audiatur ſonitus, quando ingrederetur, & egre-
deretur Sanctuarium in conſpectu Domini, & non moria-
tur. Sacerdos namque teſte D. Gregorio lib. 1. epiſt. 24. ver.
Hinc Moyſi, ingrediens, vel egrediens moritur, ſi de eo ſo-
nitus non audiatur: quia iram contra ſe occulti iudicis exi-
git, ſi ſine ſonitu prædicationis incedit. Vt ad Euchariſtiæ
confectionem pulſarentur Campanæ ſtatuit Gregor. IX.
licet Abbas Veſperg. id adſcribat Honorio III. & quod
ſingulis diebus in meridie poſt nonam horam, & de ſero
in vniuerſo Chriſtiano Orbe pulſarentur in memoriam ſa
lutiferæ incarnationis ſtatuit Caliſtus III. anno 1455. poſt
captam à Mameth II. Turcharum Rege, Conſtantinopo-
lim, vt bis in die fideles omnes inuitarentur Campanarum
ſono Angelica ſalutatione implorare auxilium contra infi-
deles. ad illos terribili Matris Dei Caſtrorum acie ordina-
5 ta compeſcendos. † Verum religioſi mendicantes plures
Campanas habere prohibentur, exceptis certis caſibus, de
quibus in c. 1 de offic. cuſtodis in Extrauag. commu. eorum
pulſatio ſpectat ad Cuſtodem Archidiacono iubente, vt
fuit dictum ſupra tit. 34. & 41. in fine. Harum vſus ob po-
liticum regimen apud Turcas, Perſas, & alias gentes eſt ho
die prohibitus, etiam Chriſtianis eorum ſubditis, vti vſus
tubarum, quibus conuocantur populi ad arma Verum
aliquibus ſunt conceſſæ ex prærogato priuilegio magno
precio empto, vt teſtatur Anania in eius mundi Fabrica
tractatu 2. fol. 206.

SVMMARIVM.

1 *Statuarum & imaginum origo.*
2 *Imagines Dei, & Sanctorum Veneranda, & quo cultu.*
3 *Statua, & imagines Sanctorum non violanda.*
4 *Crucis ſignum non eſt humi ſculpendum.*
5 *Adoratio Crucis.*
6 *Crux ab omnibus fidelibus erigi, & ferri poteſt, limitatur.*

De ſtatuis, & imaginibus Sanctorum. Tit. 63.

1 DE † nomine imaginis, & idoli ad confundendos Ico
nomachos, & demonſtrandum licere imagines fa-
cere, & habere nec vnquam fuiſſe prohibitas Dei,
& Sanctorum imagines, illaſque rectè in templis colloca-
ri, eſſe vtiles ad hiſtoriam, & etiam extra hiſtoriam, rectè-
que coli non in ſe, ſed ſolum coram imagine colendum eſ-
ſe exemplar latè, ac præclarè oſtendit Cardinalis Bellarmi-
nius de imaginibus Sanctorum lib. 2. cap. 5. & ſequentibus
vſque

Digitized by Google

vſque in finem. Fundamentum huius ſententiæ eſt, quia ſecundum Baſilij ſententiam 7. Synodo. honor imaginis tranſit ad exemplar, non ergo in imaginem terminatur.
2 † Proinde ipſa imago non eſt, quæ honoratur, ſed ſolum per illam, & in illa honoratur exemplar. Et confirmatur ex verſibus, qui dicuntur compoſiti tempore 7. Synodi, quique leguntur Venetijs in æde aurea antiquiſſimo opere inciſa, & referuntur à Sabellico, lib. 8. Æneadis 8.

Nam Deus eſt, quod imago docet; ſed non Deus ipſa:
Hanc videas, ſed mente colas, quod cernis in ipſa.

Quod autem dicitur de imagine Chriſti Dei, dici etiam poſſet de imaginibus Sanctorum, nimirum. Nam Petrus eſt, quod imago docet, ſed non Petrus ipſa, &c. Quod autem cultu ſit adoranda Chriſti imago latriæ, ſcilicet, Beatæ Mariæ hyperduliæ, Sanctorum aliorum duliæ voluere nonnulli Patres citati per Cardinalem Bellarminium in citato libro 2. de imaginibus Sanctorum, c. 20. Qui quidem, c. 21. affirmat non eſſe dicendum imaginibus deberi cultum latriæ, & ſi imagines Chriſti impropriè, vel per accidens latriæ cultu venerari poſſint, tamen per ſe, & propriè non eſſe colendas eo cultu, quo exemplar ipſum colitur luculenter demonſtrat ibi, ca. 23. & 24. vbi tandem cap. 2. affirmat imaginibus non conuenire propriè latriam, nec hyperduliam, nec duliam, nec vllus alius eorum, qui tribuuntur naturæ intelligendi. Non enim eſt capax res inanima, & rationis expers eiuſmodi cultuum; ſed cultus quidam inferior, & varius pro varietate imaginum. Itaque imaginibus Sanctorum non debetur propriè dulia, ſed cultus inferior, qui dici poteſt dulia ſecundum quid, vel dulia analogicè, ſiue reductiuè. Similiter imaginibus B. Virginis non debetur hyperdulia ſimpliciter, ſed hyperdulia ſecũdum quid, ſiue analogicè, & reductiuè. Denique imaginibus Chriſti non debetur latria vera, & ſimpliciter, ſed cultus ſine comparatione inferior, qui tamen reducitur ad latriam, vt imperfectum ad perfectum. Probatur, ſicut ſe habet imago ad ſuum exemplar, ita ſe habet cultus imaginis ad cultum exemplaris, ſed imago eſt ipſum exemplar analogicè, & ſecundum quid; nam homo pictus eſt homo ſecundum quid, & analogicè; ergo etiam imagini debetur cultus ipſi exemplari debitus, imperfectus, & analogicus. Præterea imago reducitur ad ſpeciem exemplaris, nam homo pictus, & equus pictus differunt ſpecie, quia homo verus, & equus differunt ſpecie: ergo etiam cultus imaginis reducitur ad cultum exemplaris, & fortè B. Thomas, & B. Bonauentura, & alij hoc ſolum dicere voluerunt, cum dixerunt eodem cultu coli imaginem, & exemplar, ita enim eorum ſententiam interpretatur Gabriel, quod ſi ita eſt, vt dicit Cardin. Bellarminius omnes conueniunt. Sunt itaque ſtatuæ, & imagines Sanctorum recordatio præteritorum,
3 diſtinct. 3. c. venerabiles. † Sunt enim venerandæ non ſolum per accidens, & impropriè, ſed etiam per ſe propriè, ita vt ipſæ terminent venerationem, vt in ſe conſiderantur, & non ſolum, vt vicem gerunt exemplaris, vt in Concilio 7. act. 7. quod refert Bellarminius, vbi ſupra cap. 21. Nec ideo ſunt ab aliquo violandæ, d. diſtinct. 3. ca. perlatum, & ita diſponitur in Concilio Tridentino ſeſſ. 25. de inuocatione, & veneratione, & reliquijs Sanctorum, & ſacris imaginibus, §. illud verò. Sicut enim ſtatuæ, & imagines Principum, & Heroum non ſunt violandæ, vt dediximus in glo. ſtatuti Vrbis lib. 3. ca. 60. in fine, & dicitur infra lib. 4. tit. 39. Ita & multo minus violandæ ſunt imagines Dei Beatæ Virginis, & Sanctorum, dicto capit. perlatum,
4 vbi gloſſ. & Doctor. † De ſigno Crucis, qui & cum imaginibus venerandus proponitur, illud venerationis gratia cautum eſt, ne in ſolo ſilice, vel marmore humi poſitus ſculpatur, vel pingatur, in leg. prima, C. nemini licere ſignum Crucis, &c. Præterea venerabiles Cruces, cum quibus Sacerdotes in ſupplicationibus ingrediuntur, non alibi, quam in venerabilibus locis reponantur. Et ſi quando vſus poſtulauerit ad celebrandas ſupplicationes: tunc ſolum ipſas Cruces hi, qui ex more eas portare ſolent, accipiunto. Et cum Epiſcopis, ac Clericis ſupplicationes celebranto. hæc cuſtodientibus Sanctiſſimis locorum Epiſcopis ſimul, & ipſis Clericis, neque non ibi locorum magiſtratibus. §. omnibus autem. Nouella c. 123. de ſanctiſs. Epiſcop.
5 † Sed de vera Cruce Domini, ac illius adoratione inter imagines, latè tradit Cardin. Bellarminius, vbi ſupra c. 25. in fine, ca. 26. & 27. Durandus in rationale Diuinorum officiorum lib. 1. cap. 3. Polyantea in verbo Crux. De effigie Chriſti ſunt hi verſus.

Effigiem Chriſti qui tranſis, pronus honora
Non tamen effigiem: ſed quod deſignat adora,
Eſſe Deum, ratione caret: cui contulit eſſe
Materiale lapis, effigiale manus,
Nec Deus eſt nec homo, præſens, quam cernis imago,
Sed Deus eſt, & homo, quem ſacra figurat imago.

Sæpè enim (teſte Saluſtio) Quintum maximum P. Scipionem præclaros viros ſolitos dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementiſſimè animum ſibi ad virtutem accendi, ſcilicet non ceram illam, neque figuram tantum vim in ſe habere: ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregijs viris in pectore creſcere, neque prius ſedari, quam virtus eorum famam, atque gloriam adæquauerit. Quod idem nobis multo magis intuitu ſacrarum imaginum Dei B. Virginis, martyrum, & Sanctorum accidere
6 debet. † Verum circa Sacratiſſimam Dei Crucem erigendam, atque circumferendam nonnunquam ortæ ſunt contentiones, ad quas ſedandas eſt conſtituenda regula omnibus Chriſti fidelibus licere, priuatam illam vti proprium ſignum erigere in ſuo, ac ſecum vbique circumferre, vt animaduertit Bertachinus in ſuo repertorio in verbo Crux, & in verbo Delano Crucis. Quæ tamen regula erit limitanda in illis Crucibus diuerſi coloris à Summis Pontificibus datis à ſicut militiæ, quæ multæ ſunt. Erit etiam limitanda, vt non liceat illam erigere in alieno ſolo, ſeu deferre per alienas parochias in præiudicium, & damnum alterius, c. cum ad ſedem, de reſtitut. ſpoliat. Oldradus con ſil. 82. An fratres. Calcaneus in conſ. 54. Quia dubitatio, numero 9. Decianus in reſponſo 12. quæritur, an Capellani libro 3. & ſupra tit. 9. num. 33. ver. ſed vnus Epiſcopus.

S V M M A R I V M.

1 *Euchariſtia, & Chriſma cuſtodienda, & pœna negligentis.*
2 *Euchariſtia ſi à muribus corrodatur, vel amittatur pœna.*
3 *Euchariſtia, vbi, & quomodo conſeruanda.*

De Sacramentis. Tit. 64.

SAcramentum Euchariſtiæ eſſe rem permanentem, & in eo corpus Domini permanenter exiſtere, ideoque poſſe conſeruari, & deferri ad ægrotos præclarè explicat Cardinalis Bellarminius de Sacramentis lib. 4. c. 1. & ſe-
1 quentibus. † Quapropter ſtatutum eſt, vt in cunctis Eccleſijs curatis ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis Euchariſtia, & Chriſma conſeruentur, ne poſſit ad illa temeraria manus ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda, extendi. Si verò is, ad quem ſpectat cuſtodia, & incautè reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpenditur, & ſi per eius incuriam aliquid nefandum inde contigerit, grauiori ſubiacet vltioni, d. c. 1. & de conſecrat. diſtinct. 2. c. qui be-
2 nè. † Sed ſi mus, vel aliquod aliud animal eam comederit, quadraginta diebus pœniteat, qui autem eam perdiderit in Eccleſia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta dies pœniteat, d. diſtinct. 2. cap. quia benè. 194. Debent enim hi ad quos ſpectat, ſemper illam habere paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, ſtatim eum communicet, ne ſine communione moriatur, d. diſtinct. 2. ca. preſbyter. 193. Concilium Tridentinum in ſeſſ. 12. cap. 5. & 6. &
3 Canone 4. & 7. † Præterea Euchariſtia in loco ſingulari, mundo, & ſignato ſemper honorificè ſaltim cum vno lumine accenſo debet conſeruari, c. ſanè. to. n. princ. de celebrat. Miſſar. Vaſcula illius non debent eſſe lignea, ſed aurea, vel argentea, aut ſaltim ſtannea, de conſecrat. diſtinct. 1. c. vaſa, c. vt calix, & cap. vlt. de celebratione Miſſar. Sed de his, & alijs Sacramentis plura dicuntur infra de actibus Eccleſiaſticis, vbi de ſacramentis in ſpecie diſſeritur.

S V M M A R I V M.

1 *Aqua rectè benedicitur, oleum, panis, ceræ, cineres, rami, &c.*
2 *Aqua luſtralis, ſeu benedicta effectus, & vires.*

De Aqua luſtrali. Tit. 65.

1 RĒctè † benedicuntur aqua, oleum, panis, cerei, cine-
res, rami, & ſimilia probatur ſcripturis, quæ conti-
nent exemplum, & documentum, exemplum eſt
Domini Matth. 17. Luc. 9. qui panes multiplicaturus aſpe
xit in Cœlum, & benedixit eos, & ea benedictione multi-
plicauit. Documentum eſt Pauli, qui dicit 1. Timot. 4. om-
nis creatura Dei bona eſt, & nihil abijciendum, quod cum
gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per Ver
bum Dei, & orationem vbi D. Io. Chriſoſtomus, & Theo-
philattus. Probatur etiam ex traditione veterum, & de
aqua quod ſoleat benedici ab ipſo tempore Apoſtolorum
ſunt innumerabilia teſtimonia. Clemens lib. 8. Apoſt. con-
ſtit. c. 35. ponit ordinem conſecrationis aquæ. Dionyſius de
Eccleſiaſt. Hierarchia ca. de Baptiſmo dicit, aquam ſacris
inuocationibus conſecrari. Alex. 1. epiſt. 1. præcipit aquam
benedici Cyrillus Catecheſi. 3. dicit. Sicut mundi cibi fiunt
immundi inuocatione Diaboli; & ita aquam ſimplicem fie
ri Sanctam inuocatione Dei. Cyprian. lib. 1. epiſt. 12. opor-
tet (inquit) mundari, & ſanctificari prius aquas à ſacerdo-
te, idem docet D. Ambr. lib. 4. de ſacram. capit. 5. & lib. de
his, qui myſterijs initiantur capitu. 3. Baſilius lib. de Spiritu
Sancto cap. 27. dicit eſſe Apoſtolicam traditionem, aquæ
conſecrationem. Epiphan. hæreſ. 30. Theodor. libr. 5. cap.
21. hiſtor. D. Auguſtin. homil. 27. lib. 50. homil. & ſermone
19. de Sanctis, & lib. 6. cap. 8. in Iulianum dicit aquam ſi-
gno Crucis in Eccleſia conſecrari. Et in Concilio Nanne-
tenſe can. 4. iubetur præsbyter cum ægrotos viſitat, primo
aſpergere ægrotos aqua Sancta, & ipſum cubiculum: A-
qua enim ſale aſperſa populis benedicitur, vt & cuncti a-
ſperſi ſacrificentur, & purificentur. Quod & omnibus ſa-
cerdotibus mandatum eſt. Nam cinis vitulæ ſanguine
aſperſus populum ſanctificabat, atque mundabat; multo
magis aqua ſale aſperſa, diuiniſque precibus ſacrata po-
pulum ſanctificat, atque mundat. Et ſi ſale aſperſo per He
liſæum prophetam ſterilitas aquæ ſanata eſt: quanto ma-
gis diuinis precibus ſacratus ſal ſterilitatem rerum aufert
humanarum, & coinquinatos ſanctificat, atque mundat,
& purgat, & cætera bona multiplicat, & inſidias diaboli
auertit, & à phantaſmatum verſutijs homines defendit?
vt de conſecrat. diſtinctio. 3. capitulo aquam 20. Nec enim
quenquam mouere debet, quod aſpergi, vel perfundi iu-
bentur ægri cum gratiam Dominicam conſequantur.
Quando ſcriptura ſancta per Ezechielem prophetam lo-
quatur, & dicat. Et aſpergam ſuper vos aquam mun-
dam, & mundabimini ab omnibus immunditijs veſtris,
& ab omnibus ſimulacris veſtris: & mundabo vos, &
dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum dabo in
vobis maximæ enim eſt efficaciæ luſtrabis aqua, vt colli-
gitur ex iam dictis, & probatur de conſecratio. diſtinct.
quarta capitulo nec quemquam 127. Rectè enim ad effe-
ctus ſupernaturales efficiendos, & ſignificandos ea vti-
mur, & ad deletionem venialium peccatorum, vt per D.
Thomam tertia parte queſtione 87. articulo tertio Sotum
in quarto ſenteni. diſtinct. 15. quæſtione 2. & d. cap. aquam
2 20. † Item vtimur ea ad fugandos Dæmones, & curandos
morbos vt ex precibus patet, quibus conſecratur. Idque
probatur exemplis ſcripturæ, & Sanctorum. Nā Numer
5. aquæ, ſuper quas maledictiones à Sacerdote pronuncia
tæ fuerant, ſi ab adultera epotę fuiſſent, mox ventrem eius
inflari, & femur putreſcere faciebant; nec tamen iſta ne-
cromantia dici poterat. Num. 19. aqua cineribus mixta,
dicebatur aqua expiationis, eaque mundabantur Iudæi
non quidem à peccatis, ſed à legalibus ſordibus, vt dicat
Apoſto. Hebr. 9. Nec dicere poſſumus eam fuiſſe incanta-
tionem. Similiter Heliſæus, vt dictum eſt 4. Regum 2. ad
ſanandas aquas miraculo adhibuit ſalem, & 4. Regum 5.
ad curandam lepram Naaman Syri adhibuit aquam Ior-
danis. Exemplis Sanctorum Patrum probatur apud epi-
pha. hæreſ. 30. Ioſephum aqua benedicta ſoluere incanta-
tiones. Similiter fecit Marcellus apud Theodor. lib. 5. c. 21.
Macharius apud Palladium c. 19. D. Gregor. lib. 5. dialog. c.
10. ſcribit S. Fortunatum curaſſe ſolius aquæ benedictæ a-
ſperſione cuiuſdam femoris fracturam, idem teſtatur
Beda lib. 5. hiſtor. cap. 4. de quadam muliere ſola aqua be-
nedicta ſanata D. Bernardus in vita Malach. ſcribit per a-
quam benedictam hominem freneticum fuiſſe ſanatum.
Et de viribus huius aquæ luſtralis multa magna, & admi-
rāda affert Martinus del Rio diſquiſitionum magicarum
li. 6. ſectio. 3. q. 3. per totam, & alibi. Ideoque Chriſti fide-
les illam ſemper apud ſe in domo deberent retinere. Verū
in ſabbato ſancto, Paſchæ, vel Pentecoſtes, ſi quis velit a-
quam conſecratam ad aſperſionem in domo ſua recipere,
ante Chriſmatis infuſionem illam recipiat d. diſtinct. 4. de
conſecrat. c. in ſabbato 126. De illius benedictione agit Du
randus in rationale diuinorum officiorum lib. 4. c. 4.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ ſanctorum venerandæ.*
2 *Reliquiæ ſanctorum non poſſunt diſtrahi.*
3 *Reliquiæ ſanctorum non transferendæ.*
4 *Sepulchris Apoſtolorum, & martyrum nemo uti poteſt.*
5 *Reliquiæ ſanctorum quando venerandæ.*
6 *Reliquiæ extra capſulam non oſtendendæ.*

De reliquijs, & veneratione Sanctorum. Tit. 66.

1 IN primis † de reliquijs ſanctorum pro comperto habe-
mus eſſe venerandas cap. 1. & vlt. §. in inuentas de reli-
quijs, & venerat. ſanct. Concilium Tridentinum in ſeſſ.
25. de veneratione, & reliquijs §. ſanctorum quoque Car-
dinalis Bellarminus libro 2. de imaginibus capitulo 25. in
2 fine. † Sed de reliquijs Apoſtolorum, & martyrum, &
ſanctorum omnium illud prohibitum eſt, ne diſtrahantur,
neue quis martyres mercetur, & ne reliquiæ iſtæ ad loca
prophana transferantur l. nemo 3. C. de ſacroſanct. Eccle.
l. decernimus 26. C. de Epiſcop. & cleric. Verum tamen ad
loca ſacra ex quibuſdam cauſis, de quibus in diſtinctio. 1.
de conſecratio. capitu. tribus ex cauſis transferri poſſunt.
3 † Sed transferendæ non ſunt ſine authoritate Principis,
Epiſcopi, & ſynodi. Corpora enim Sanctorum perpetuæ
ſepulturæ tradita ſine Papæ licentia transferenda non ſūt
leg. oſſa ff. de religioſis leg. vltim. C. eod. & de conſecratio.
diſtinct. 1. cap. corpora 27. vbi gloſ. ius enim Ciuile ſicut ca-
nonicum ſupponit illarum venerationem, de qua multa
tradit Card. Bellarminus lib. 2. de reliquijs, & imaginibus
4 cap. 1. & ſequen. contra hæreticos. † Præterea pro venera-
tione obſeruandum eſt, quod in ſepulchris Apoſtolorum,
martyrum, & aliorum ſanctorum nemo alius ſepeliri de-
5 beat l. 2. C. de ſacroſanct. Eccleſ. † Sed publicè venerari re-
liquias nemo debet, niſi prius authoritate Papę fuerint ap-
probatæ cap. 1. & vlt. §. in inuentas de reliquijs, & venera-
6 tio. ſanctor. †. Et illæ extra capſam non ſunt oſtendendæ,
neque venales exponendæ leg. 3. de ſacroſanct. Eccleſ. & d.
cap. vltim. in princip. Neque occaſione reliquiarum homi
nes varijs figmentis, aut falſis documentis ſunt decipiendi
d. cap. vltim. §. fin.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ornare pium eſt.*
2 *Vaſa, & veſtimenta Eccleſiæ ſeruanda, limitatur diſtrahi non poſſunt.*
3 *Veſtimenta, & vaſa ſacra conſumpta comburenda.*

De vaſis, & veſtimentis Eccleſiæ, Tit. 67.

1 IAm † dictum fuit opus bonum, & pium eſſe in genere
ſuo ingentibus ſumptibus templa Dei ædificare, aut
ornare, vt comprobat Cardinalis Bellarminus libr. 3.
de cultu Sanctorum capite 1. & ſeq. verum, quia vaſa &
veſtimenta ſacra tendunt ad ornatum illius, ideo & de il-
2 lis eſt diſſerendum. † Vaſa itaque & veſtimenta Eccleſiæ
ſunt munda reponenda in ſacrarium c. vlt. §. ſunt, & alij &
§. præcipimus de cuſtod. Euchariſtiæ. Hac itaque ratione
ſunt lauanda veſtimenta, & vaſa polienda de conſecratio.
diſtinct. 1. capitulo nemo per §. pallas verò, & diſtinctio. 4.

cap.omnis preſbyter in fine. Et diligenter cuſtodienda, d. §.pallas, ver.idcirco. Manus enim, vt munda ſeruentur, nõ ſunt ad vela, vel veſtimenta ſacra tergenda, d.capit.nemo, §.final. Sed vaſa, & veſtimenta ſacra non niſi à ſacratis hominibus ſunt contrectanda, dict.diſtinctione 1.cap. in ſancta, cap.veſtimenta, diſtinctione 23. cap.non oportet Subdiaconos, & capit. non oportet non ſacratos cum duobus ſequent. Sacratas enim mulieres illa contrectare prohibentur, dict.diſtinctione 23.cap. ſacratas. Præterea ad alios vſus, quam quibus dedicata ſunt, non ſunt transferenda, dicto cap.veſtimenta, & d.diſtinct 1.cap. ad nuptiarum, & ideo diſtrahi non poſſunt, & diſtracta iniuſtè poſſidentur, & vindicari poſſunt, l.ſancimus.17. C.de ſacroſanc. Eccleſ. 12.quæſt.2.in princ.ca.1.& ſequent.per totam. Niſi diſtracta fuerint pro redemptione captiuorum, d.l.ſancimus, & d.quæſt.2.c.Apoſtolicos.13.vel pro alendis pauperibus, vt infra titu.95.& adeſt Epiſtola D.Gregorij 66. libro primo. in qua mandat relegari diſtrahentes ſine aliqua ex cauſis antedictis. Præterea cum illis cauſis non ſunt Iudæis diſtrahenda, vt in dict.Epiſtol.66. In ſacra veſtimenta non ſunt mortui inuoluendi, dicto cap.nemo, in princip.& ne deficiant ſunt noua comparanda, d.capit.nemo, §.pallas verò, ver.ſed peluis noua. Materia panni altaris traditur, in dict.
3 diſtinct.1.ca.conſulto. † Tandem obſeruandum eſt, quod veſtimenta ſacra, & vaſa ſacra vetuſtate conſumpta ſunt incendenda, & igne conſumenda, d.diſtinct.1.cap.altaris, & ſunt renouanda, ne Eccleſiæ deſint ornamenta, de quibus agit Card. Bellarminus, vbi ſupra, cap.6. & Durandus in rationale diuinorum officiorum libro 3.capit.1. pulchra adducit.

S V M M A R I V M.

1 *Ligna Eccleſiæ diruta in vſus laicorum non transferenda.*

De lignis Eccleſiæ deſtructæ, vel Eccleſiæ dedicatis. Tit. 68.

1 Ligna † Eccleſiæ deſtructæ, vel Eccleſiæ dedicata non ſunt ad laicorum vſus transferenda. vt de conſecrat. diſtinctione prima, capitul. ligna. 38. Talia enim ligna non debent ad aliud prophanum opus iungi, niſi ad aliam Eccleſiam, vel igni ſunt comburenda, non tamen indifferenter, ſed vel in Capitulo, vel in dormitorio, vel in alijs religioſis locis, non autem in coquina, nec in vineis paſtinandis, & colendis, dicto cap. lignum, vbi gloſſ. omnia enim ſemel conſecrata non debent amplius redire in vſus laicorum, dicto cap. ligna, vbi gloſſ. in verbo in laicorum. Nec ideo mirum ſi quædam moles ex Eccleſiæ deſtructæ lignis temerè contignata ad vtilitatem, & vſum laicorum naufragio tiberino perierit, nec quamuis ſæpè reſarcita potuerit ſubſtineri. Fuit enim ex ſacris lignis irreuerenter contra Canonem ad prophanum vſum compacta, atque conſtructa, & ideo perijt vſque ad vltimum interitum nullo relicto veſtigio.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegia Eccleſiæ à pluribus Imperatoribus approbata.*
2 *Immunitates Eccleſiæ recenſentur.*
3 *Eccleſia auxiliatrix Imperij, & è contra*
4 *Eccleſia, de quibus bonis ſoluat publicos Canones, & penſiones.*
5 *Immunitatis priuilegio quando non vtitur Eccleſia.*
6 *Iori priuilegium Eccleſiæ nullo iure tolli.*
7 *Confugientes ad Eccleſiam, quando extrahendi, vel non.*
8 *Diuino iure eſt immunitas Eccleſiæ inducta.*
9 *Canones, & decreta Pontificum ſunt leges.*
10 *Leges non dedignantur imitari ſacros Canones.*
11 *Immunitas Eccleſiæ in vniuerſo Orbe ſeruanda.*
12 *Immunitas Eccleſiæ Cæſareo iure eſt firmata.*
13 *Immunitas Eccleſiæ, in quo præcipuè conſiſtat.*
14 *Immunitas Eccleſiæ, quando à Deo introducta.*
15 *Principes ſæculares non poſſunt ſtatuere in præiudicium immunitatis Eccleſiæ.*
16 *Immunitas quid ſit.*
17 *Immunitas in paternis bonis tranſit ad filios.*
18 *Immunitas, & libertas Eccleſiaſtica in quid differant.*
19 *Sanctis fit iniuria, quando ab eorum Eccleſia reus extrahitur.*
20 *Eccleſiarum differentia in immunitate.*
21 *Domus priuata ſita in circuitu Eccleſiæ immunitate non gaudet.*
22 *Domus Canonicorum, quando gaudeat immunitate.*
23 *Palatium Epiſcopi intra ambitum Eccleſiæ gaudet immunitate.*
24 *Eccleſiæ nondum conſecratæ an gaudeant immunitate.*
25 *Hoſpitalia, an gaudeant immunitate.*
26 *Sacramentum Euchariſtiæ, vbique gaudet immunitate.*
27 *Immunitas Eccleſiæ laicis, & clericis ſuffragatur.*
28 *Excommunicati an gaudeant immunitate Eccleſiæ.*
26 *Immunitate Eccleſiæ, qui non gaudent cum ſequen.*
30 *Proditor non gaudet immunitate, declaratur num.31.*
32 *Veneficus non gaudet immunitate.*
33 *Delinquentes in Eccleſia non gaudent immunitate.*
34 *Armatus confugiens ad Eccleſiam non gaudet immunitate.*
35 *Fur cum re furtiua non gaudet immunitate, vel ſacrilegus.*
36 *Sacrilegi non gaudent immunitate.*
37 *Iudæi an gaudeant immunitate.*
38 *Heretici non gaudent immunitate.*
39 *Apoſtatæ non gaudent immunitate.*
40 *Raptores virginum, an gaudeant immunitate.*
41 *Occidens Clericum non gaudet immunitate.*
42 *Debitores, an gaudeant immunitate.*
43 *Debitores tributorum, an gaudeant immunitate.*
44 *Immunitatem violantium pœna.*
45 *Immunitas Eccleſiæ quæ afferat commoda.*
46 *Pauperes confugientes ad Eccleſiam non ſunt alendi ab ea.*
47 *Confugientes ad Eccleſiam, de cuius licentia extrahendi.*
48 *Immunitatis iudex competens quis.*
49 *Confugiens ad Eccleſiam, quando, & quomodo extrahendus.*
50 *Eccleſia quomodo reſtituat reos Curiæ ſæculari.*
51 *Aſylum quis primus aperuerit.*
52 *Confugientibus ad Eccleſiam non ſunt impedienda alimenta.*
53 *Confugiens vſque ad portam Eccleſiæ clauſam eſt immunis.*
54 *Portam ingreſſus Eccleſiæ, non eſt per veſtes trahendus.*
55 *Delinquens in Eccleſia ab ea extrahi poteſt ampliatur, numera 46. & 57.*
58 *Fugiens de carceribus ad Eccleſiam gaudet immunitate.*
59 *Captus & aſſociatus non efficitur immunis tranſeundo per locum immunem.*
60 *Libelli vindicandæ immunitatis formula.*
61 *Actiones competentes contra Eccleſiam contra quem inſtituenda.*

De Priuilegijs Eccleſiæ. Tit. 69.

1 Quod † autem ad priuilegia Eccleſiæ attinet, quæ multa ordinatione diuina, & Eccleſiaſticis ſanctionibus obtinet, & generaliter multis Cæſarum conſtitutionibus & approbata, & confirmata ſunt. in l.priuilegia 12. in l.decernimus 15 in l.ſancimus 17.& 18.C.de ſacroſanct.Eccleſ. in l. ſi venerabilis, in l.ſi qua 22.§ 1. in l.omnes 31.§.priuilegijs, & in l.omnia, 33.C. de Epiſc.& Cleric. §.omnia. Nouella c.131.& 23.quæſt.8. cap conuenior.21.
2 cum tribus cc.ſequentibus. Specialia verò hæc ſunt. † Primum quidem immunitas, vt Eccleſiæ à muneribus tã perſonalibus, quam patrimonialibus ſint immunes, l.placet 5. C.de ſacroſan. Eccl.l.omnes 31.§.nullis eas. C.de Epiſcop. & Cleric. § ad hæc ſancimus. Nouella c.131.§.perſonalis & ſequen.& §.realis, & ſequen.& vbique glo.inſt. de immunit.Eccleſ. Nam iure diuino Eccleſia ipſa, id eſt loca ſacra, Eccleſiæ, res, & perſonæ Eccleſiaſticæ ab omni ſæculari munere ſunt immunes, vt fuit dictum ſupra tit.6.in princ. & probatur infra num.8.& vt docuit Abbas in cap. ſolitæ, de maioritat.& obedien.& 23.q.8.cap.conuenior.21.cum tribus ſequent. Stephanus Aufier.in repet. Clem.1. de offic.ordinarij, quæſt.1.per totam, poſt gl.in c.Imperator diſtin.96. Quod idem ex ſacris Scripturis comprobat Cardinalis Bellarminus in lib.1.de Clericis, cap.28.& 29. Ab hoc tamen priuilegio ſua conſtitutione excipiuntur munus ſternendæ viæ, aut extruendorum pontium, cap.non minus 4.& ibi Doct.de immunit. Eccleſ.c.peruenit, eodem d.

§.ad

Digitized by Google

§.ad hæc ſancimus,l.ad inſtructiones.7.C.de ſacroſan. Eccleſ.vbi Cynus,Bald.Salicet.& cæteri omnes. Viuius opin. 42. Guid. Papeus deciſ.28. Item munus conſtruendorum murorum, & portarum Ciuitatis. Doctores vbi ſupra, & d.c.peruenit.Oſaſchus in Pedemontanis deciſ.93. Minſyngerius obſeruat.70.centur.4. & nos in anomala Syntagma commun.opin.loco 1.tit.4.c.11.& ſupra tit 6.nume.3.& 4. Sed non cum eorum perſonis, ſed cum pecunia,vt dicunt allegati Doctor.& Bart.in l.placet, C.de ſacroſanct. Eccl. Doctor.in d.ca.non minus.Nam Eccleſia de ſuis exterioribus, quæ palam cunctis apparent,talia munera perſoluit, vt 23.quæſt.8.cap.tributum.22.Tholoſanus de Beneficijs, cap.6.num.10.per totum alios citat. Ad cuſtodiam tamen murorum Ciuitatis ſuadente neceſſitate ſuas perſonas Eccleſia propria conſtitutione adſtrinxit. Doctor.vbi ſupra, & in d.c.peruenit,§.excipitur etiam,& ibi gloſ.inſt.de immunitat.Eccleſ.Item vtique excipitur munus tranſuehendarum publicarum ſpecierum,& perſonarum,Innocent. & alij in d.c.non minus,l.iubemus 10.C.de ſacroſ. Eccleſ.
3 l.2.C.de nauib.non excuſ.vbi Doctor. † Ideoque ſi exercitus Imperatoris ſit tranſportandus, vel eius impedimenta Eccleſia hoc in caſu auxilium affert cum ſuis mancipijs, animalibus,& nauibus,Innocent. & alij in d.c.non minus, l.neminem tt.vbi omnes,C.de ſacroſanct.Eccleſ. Eſt enim Eccleſia auxiliatrix Imperij,& è contra.23.quæſt.5.capit. prodeſt.4.& ſequentibus.Innocent.in cap.licet ex ſuſcepto,vbi Abbas poſt eum,col 4.de foro competen. & cap.1. col.vlt.de offic.ordinarij,Iaſ.qui alios citat in conſ.9. num. 2.lib.3.Et pro neceſſitatibus non eſt,nec vult eſſe immunis, d.c.non minus. Sed & cum copijs auxiliaribus,& cum pecunia, & cum decimis concurrit ad iuſtam defenſionem, ſeu vindictam indigentium,& talis eſt eius conſuetudo, c. dilecto,vbi glo.& Doctor.de ſentent.excommunicat. in 6. Iaſ.d.conſ.9. & de hac ſua conſuetudine ſunt plenæ hiſtoriæ.Id quod ad manifeſtum notorium huiuſmodi conſuetudinis conſtituunt plures indictiones decimarum ſuper omnibus fructibus, & penſionibus Eccleſiaſticis pro auxilio Imperij Chriſtiani contra Turchas, contra hæreticos, & alios noſtri nominis hoſtes a Summis Pontificibus Paulo III.Gregorio XIII.Clemente VIII.Paulo V.& antea ab alijs eorumdem prædeceſſoribus plures pragmaticis conſtitutionibus, de quibus in Bullario,impoſitæ. Tradunt etiam nonnulli Regem Gallorum generali priuilegio Sedis Apoſtolicæ ſuffultum, vt poſſit cum videbitur, hanc decimam à beneficijs Eccleſiaſticis exigere nomine doni gratuiti,vt notatur in ſtylo Parlamenti 4.par.tit.4.de priuilegijs, vt refert Tholoſanus de Beneficijs,c.6.nume.9.in fi. Quod demonſtrat ſolitam Eccleſiæ benignitatem erga Princi-
4 pes omnes eius ope, & auxilio indigentes. † Sed & publicos Canones,ſeu penſiones ex bonis,quæ hæreticis ablata, Eccleſijs addicta ſunt Eccleſiæ ſoluent, quemadmodum in ijs, quæ Arrianis ablata Eccleſijs Aphricanis addicta ſunt,Imperator conſtituit,l.placet.5.C.de ſacroſan.Eccleſ. Hæc enim tranſeunt in Eccleſiam cum ſuo Ordinario onere,vt notant ibi Bart.& alij,& Innocent. & alij in d.ca.non minus.Guido Papeus deciſ.79. poſt Petrum de Bellapertica in l.reſcripto,§.fina.de muner.& honor. Quia conſtitutio Principis iam habet ligatas poſſeſſiones in ſuo territorio ſitas ad dictas præſtationes,ca.poſtulaſti,de foro compet. & ratione temporalium huiuſmodi Clerici ſunt Principibus ſubiecti 11.q.1.ca.ſi tributum 27.& ibi Archidiac. & c.ſequenti 28.& cap.ſolitæ de maiorit.& obed.& vt latius explicat Guido Papeus in deciſ.381.cum trib. ſequentibus. ſequitur Petrus Gregorius Tholoſanus de Benefi-
5 cijs,c.6.nume.10.per totum. † Sed & ſi Eccleſia res alienas pro ſuis munerib. ſubtrahere conet.,in eo immunitatis priuilegio non mutatur,l.ſacroſancta.8.vbi Bald. & Salicet.C. de ſacroſanct.Eccleſ. Sed ad præſtanda ea, quæ debet,non à ſæculari, ſed ab Eccleſiaſtico iudice eſt Eccleſia, diſtinguenda,& perſonæ Eccleſiaſticæ, non autem à iudice laico, d.cap.non minus,vbi glo.Innocent.& alij,& d.cap.peruenit 11.q.1.in princ.ca.1.& ſequentibus per totam quæſtionem,vt affirmat ibi Imperator Conſtantinus in c.ſacerdotibus 41.vbi glo.& in c.continuo 5.in fine.Roland.in conſilio 4.num.30.lib.1.Alex.conſ.8.lib.1.Menoch de arbitrar. caſu 430.Surdus in conſ.301.nume.16. Stephanus Aufrer. de poteſtate ſæculari in Eccleſiaſticos reg.2.fallent.27.Cardinalis Bellarminius de Clericis lib.1.c.28.& ſunt text.clari in c.2.de foro competen.& in c.2.eod.tit.in 6. in c.at ſi Clerici.4.& in cap.Clerici.8.de iudicijs. Porrò à lucratiuorum quoque deſcriptione res Eccleſiaſticæ ſunt immunes, l.ſancimus 18.C.de ſacroſanct.Eccleſijs.de hac enim lucratiuorum deſcriptione dicitur in l.1.C.de imponenda lucrat.deſcript.lib.10.& in §.ſi res aliquæ. Nouella c.131. Nec temporis præſcriptio, quamuis longiſſimi Eccleſiæ obſtat, excepta iure quidem antiquo centenaria, iure autem nouo quadraginta annorum præſcriptione,l.vt inter.19.C.de ſacroſanct.Eccleſ. Nouella conſt.111.& §. item pro temporalibus. Nouella conſt.131. Hæc enim Eccleſijs obijci poteſt,vt in d.Nouellis cc.& in cap. de quarta 4.in cap.illud. 8.cap.quia indicante 9.de præſcriptio.cap.ſi qui 2.eodem tit.in 6.& 16.quæſt.3.cap.placuit,§.cæterum,ca.iubemus,
6 §.de præſcriptionibus,& q.4.cap.vlt. † Verum contra priuilegium fori, neque hæc, neque alia quantumuis maior obijci poteſt, quia nulla præſcriptione, nulla conſuetudine induci poteſt,vt Eccleſia,& Eccleſiaſticæ perſonæ ſubiaceant foro ſæculari,glo.in d.ca.Clerici,vbi Abbas de iudicijs,in verbo conſuetudine,quia priuilegium fori eſt de iure diuino,vt dictum fuit,& probant allegati per Rolandũ in d.conſ.4.lib.1.& per Surdum in d.conſ.301.num.16. Et contra ius diuinum nihil ſtatui, nec induci poteſt à nemine,nec ab ipſo Summo Pontifice,glo.in d.c.Clerici,in verbo conſuetudine,de iudicijs Cardin.in ca.perpendimus,de ſentent.excommun.Barbat.in conſ.45.colum.1.in fine lib. 2.Decius in conſ.150.col.2.num.4.& alij quos citat Rolan. vbi ſupra,nume.11.& ſequen. & Surdus vbi ſupra,nu.53. Rota in antiquis de conſuetudine deciſ.10. Nec per mille annos,Alex.in conſil.196.num.13.glo.in d.c.Clerici per tex. in cap.ad audientiam.3.& in cap.cum inter 5.de conſuetudine,& in cap.cum terra 13.& in capit.cum cauſam 27.de elect.Surdus d.conſil.301.nume.55.& 78. & infra titu.112. nume.62. Cum autem omnis tumultus prohibeatur, tum maximè is, qui in Eccleſia fit, prohibitus eſſe cenſetur ſub pœna vltimi ſupplicij. Nam in Eccleſia tumultus, vel ſeditio concitari non debet; ne ſacra miniſteria conturbentur, ſub dicta pœna,l. denunciamus 4. C.de ijs, qui ad Eccleſ. confug.l. ſi quis 10. C.de Epiſcop. & Cleric. §. ſi quis
7 cum. Nouella c.123. † Sed & ij, qui ad Eccleſias confugiunt,inde extrahendi non ſunt: niſi fortè ſeruus,vel adſcriptitius à Domino, vel libertus à patrono transfugerit. Hi enim ſuſcipiendi non ſunt,l.a.C.de ijs, qui ad Eccleſ. confug.l.præſenti 5.C.eodem,leg.ſi ſeruus 3.C.eodem. Quod idem eſt de Iudæo, qui propter crimen aliquod, vel æs alienum ad Eccleſiam confugerit, quamuis ſimulet ſe velle Chriſtianæ legi coniungi,l.1.C.eodem. Sed & homicidis, adulteris, Virginum raptoribus, & alijs huiuſmodi criminа committentibus ex ſacris locis ſecuritas ſeruanda non eſt,ſed inde eos abſtrahere licet.§.cæterum. Nouella con-
8 ſtitut.17. §. qui ad Eccleſiam. Nouella conſtitut.37. † Sed quia immunitas hæc, quæ ducit initium ab Aſylo, de quo infra num.51. & ante dictis Imperialibus legibus fuit authoritate roborata,poſtmodum fuit per Summos Pontifices in eorum conſtitutionibus in multis ampliata,& Principes ſæculares non ſine iniuria illam ſpernant,prætendentes à Politica poteſtate deſcendere, & conſequenter poſſe illi detrahere,ideo conati ſumus probare,illam ſuum principium ducere à Diuino numine. Nec poſſe ideo quicquam ſæculares Principes illi detrahere, vel ex ea diminuere, ſed teneri illi adſtrictos, & obſequentes ſe ſe præbere, niſi contra diuinum ius in eorum animarum detrimentum peccatum graue committere velint. Quod autem Eccleſia ipſa Eccleſiaſticæ perſonæ, & confugientes ad eam diuino iure ſint à poteſtate ſæculari immunes probant exemplum ſacræ Scripturæ, & quod ab exemplis ſacræ Scripturæ id deduci poſſit,omnes ſunt in confeſſo, videlicet Geminianus,Ancharanus, & alij in capitul. quamquam de cenſibus in 6. ſequentes gloſſ. ibi. quæ dicit eam immunitatem eſſe iuris diuini, exemplo Ioſephi Patriarchæ, qui exemit Sacerdotes Ægyptiorum Geneſ.7. & Artaxerxis Regis Perſarum, qui exemit Sacerdotes Iſraeliticos 1.Eſdræ 7.Et non decet Eccleſiam Dei minus liberã eſſe tempore Principũ Chriſtianorum, quã fuerit tempore Pharaonis,c.non minus.4.de immunit.Eccl. Sed & præter loca citata Geneſis,& Eſdræ adſunt,& alia duo non minus illuſtria. Num.cap.3. vbi Leuitas ſoli Pontifici Deus ſubiectos eſſe voluit. Conſtat enim id nunc eſſe in Eccleſia Cle-

Digitized by Google

ricos, quod erant Leuitæ in teſtamento veteri, & Pontificem Chriſtianum non minoris eſſe authoritatis, ſed longè maioris in Eccleſia Chriſti, quam fuerit Aaron in Synagoga Iudæorum, vt dicit S. Leo. in ſermone 8. Ergo vt Leuitæ iure diuino erant liberi in teſtamento veteri à poteſtate Principum temporalium, ita ſunt etiam Clerici in teſtamẽto nouo. Alius locus eſt Matthæi 17. ibi. ergo liberi ſunt filij, & ita locum illum intellexit ibi S. Hieronymus, & S. Auguſtinus lib. 1. quæſt. Euang. quæſt. 23. cum ſcribit, in omni Regno terreno non eſſe vectigales filios Regni illius, ſub quo ſunt regna omnia terræ, ſed & hoc idem probant Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 20. Colonienſe par. 9. cap. 20. Lateranenſe ſeſſ. 9. & Lateranenſe ſub Innocentio III. cap. 43. dict. cap. quamquam de cenſibus in 6. diſtinct. 96. cap. ſi Imperator Innocent. in cap. 2. de maioritat. & obed. Abbas in cap. nimis de iureiurando, & in Deuteron. ca. 19. Conſtitutæ ſunt tres Ciuitates, vt habeat è vicino, qui propter homicidium profugus eſt, quò poſſit euadere, quod idem legitur Numer. 35. ibi. De ipſis autem oppidis, quæ Leuitis dabitis, ſex erunt in fugitiuorum auxilia ſeparata, vt fugiat ad ea, qui fuderit ſanguinem. Quod idem conceſſum fuit confugientibus ad templum Salomonis, vt probatur infra numero decimo quarto, & quod perſonæ ipſæ, & loca ſacra habeant prædictas immunitates, & alias à Summis Pontificibus conceſſas, & ſecundum illas ſit iudicandum, non autem ſecundum leges ſæculares ſi in aliquo contraria diſponunt, apparet. Nam Deus in monte Sinai eodem tempore contulit Moyſi legem, & ſacerdotium Leuiticum, translato ideo Sacerdotio ad Chriſtianos per Chriſtum, neceſſe eſt, vt legis translatio fiat, & poteſtas legis condendæ, & mutandæ ſit penes Vicarium Chriſti, vti eſt in ipſo Chriſto. Eccleſiaſt. cap. 10. Matth. 21. & 23. quæſtione vltima, cap. ſi de rebus, & quæſtione 4. cap. diſplicuit. 8. quæſtione prima, capit. in ſcripturis, & in cap. pro humano, de homicid. & in cap. per venerabilem, §. rationibus, qui filij ſint legitimi, cap. translato 3. vbi glo. & Doctor. de conſtitut. † Hinc eſt, quod Canones, & de-
9 creta Pontificum vim legis obtinent, immo leges ſunt ab omnibus obſeruandæ, c. 1. de conſtitutio. vbi gloſſ. & Doctor. capit. hoc veſtræ 10. & cap. quis neſciat. 11 diſtinctione 11. & cap. non decet 1 diſtinctione 12. & cap. præceptis. 2. cap. ridiculum 5. dicta diſtinctione 12. c. ſi quis 2. in princip. 1. quæſt. 7. cap. nulli 4. cap. violatores 5. & cap. ſunt quidam 6. cap. omne, quod 8. cap prima ſalus 9 c. generali 11. cap. omnia 12. cap. hac conſona. 13, cap. à ſanctis. 14. & vbique gloſſ. 25. quæſt. 1. cap. amputato 51. & ſequen. c. ſi quis dogmata 18. & ſequent. 25. quæſt. 2. Quod & agnouerunt Chriſtiani Imperatores ſubmittendo ſe illis, & alijs præcipiendo illorum obſeruantiam, l. omni 6. vbi glo. Bald. & Iacob. Butrig. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Caſſantes omnes ſanctiones contra Eccleſiaſticos Canones diſponentes, l. priuilegia. 12. §. omnes, C. eodem, §. 1. per totum, Auth. vt Clerici apud proprios, & clarius in ver. ſi verò Eccleſiaſticum, ibi ſecundum ſacras, & diuinas regulas, quas etiam noſtræ ſequi non dedignantur leges, vbi glo. in verbo ſequi. Quod & manifeſtum fit etiam, in Authen. de monachis, & in authen. quomodo oporteat Epiſcopos, & in auth. de ſanctiſs. Epiſcop. & manifeſtius legitur in §. 1. per totum, vbi gloſſ. & Bartol. auth. de Eccleſiaſt. titulis, vbi Imperator, poſtquam dixit, Sanctas Eccleſiaſticas regulas vicem legum obtinere, ſubdit, quod ipſe eas ſicut ſanctas ſcripturas accipit, & ſicut leges obſeruat. Quod idem neceſſe habeat obſeruare omnes Reges, Principes, ac iudices Chriſti fideles, vt in illis diſponitur, ſequendo duo illa luminaria magna data à Deo hominibus, quæ ſe ſe mutuo edocent, & alijs ſunt documento, atque præcepto, vt in c. ſolitæ de maiorit. & obedient. & in auth. de Eccleſ. titulis, & in alijs ſu-
10 pra citatis. † Sicut enim, vt dictum eſt, leges non dedignantur imitari ſacros Canones, ita & ſacrorum ſtatuta Canonum Principum conſtitutionibus adiuuantur, capitul. 1. §. quia verò, de oper. noui nunc. vbi gloſſ. in verbo adiuuantur, quamuis Imperatorum legibus ſuperſint, diſtinctione 10. cap. 1. & cap. ſi in adiutorium 7. Nulla ideo ratio ſuadere enim iuſtitia poteſt Regibus, Principibus, ac iudicibus Chriſtianis contrarium ab eo, quod diuino, atque humano iure ſtatutum eſt, & Imperator obſeruat. Quare hoc idem, & ipſi debent conſeruare, & eorum ſubditis obſer-
11 uantiam imperare. † His itaque firmatis, immunitas Eccleſiæ perſonis, locis ſacris, & rebus Eccleſiaſticis diuino, humanoq; Pontificio, ſcilicet, & Imperiali iure attributa, eſt in vniuerſo Orbe Chriſtiano ab omnibus, cuiuſcumque ordinis ſint, obſeruanda, tuenda, atque cuſtodienda, vt ſacrati Canones, & decreta Pontificum, vt ſupra Pontificio, ac Cæſareo iure fuit probatum, & in ſpecie iure Pontificio eſt tex. in cap. 1. in cap. Clericis, & in cap. non minus. 4. de immunitat. in 6. in cap. quamquam 4. de cenſibus in 6 in Clement. vltim. eodem, & 12. quæſt. 2. ca. Eccleſiarum 16. quæſt. 7. cap. Eccleſia in fine, & 24. quæſtione 8 cap. ſecundum, & 11. quæſt. 1. per totam illam quæſtionem, §. ſacrorum locorum, & ſequent. inſt. de immunit. Eccleſ. Iure autem Cæſareo ſunt allegati ſuperius, & in ſpecie de ipſius Eccleſiæ immunitate ſunt tex. in l placet. 5. C. de ſacroſan. Eccleſ. in l. omnes. 31. §. nullis eas. C. de Epiſcop. & Clericis, in §. ad hæc ſancimus, authent. de ſanctiſs. Epiſc. in l. 2. & in l. præſenti 5. C. de his, qui ad Eccleſ. confugiunt De immunitate perſonarum Clericorum ſunt tex. in l. 1. cum lege ſequent, in l. presbyteros. 6. in l. omnes. 31 in l. generaliter 4. C. de Epiſcopis, & Clericis in 11. quæſtione prima, per totam, & in §. perſonali, inſt. de immunitat. Eccleſ. De immunitate verò rerum Eccleſiæ ſunt tex. in l. ſancimus. 17. & 18. C. de ſacroſanct. Eccleſ. in l. 1. C. de imponenda lucrat. deſcript. & in §. quod ſi res, authen. de ſanctiſs. Epiſc. Nouella conſt. 123. Nouerant autem ipſi Legiſlatores, ita ante ſæcula diuino iure ſtatutum, ac fixum fuiſſe, ideoque nihil cõtra diſponere auſi ſunt vnquam, immo imitando, & ſectãdo hanc inconcuſſam amplexi ſunt veritatem, vt quamplurimis exemplis ex hiſtorijs rerum geſtarum Imperatorum demonſtratur in 11. quæſt. 1. per totam, ſemper cum agitur hac de re videnda, & legenda, & in §. realis, & per totum
12 titulum, inſtit. de immunitat. Eccleſ. † Itaque quod attinet ad immunitatem ſacri loci ipſius Eccleſiæ, cum de illa perſonarum, & rerum ſatis dictum ſit ſupra titul. 10. & in princ. huius tit. & alibi. in primis ſciendum eſt, quod Cæſareo iure omnia eius priuilegia ſunt confirmata, l. priuilegia 14. l. decernimus. 15. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. ſi venerabilis 53. l. ſi qua. 22. §. 1. l. omnes. 31. §. priuilegijs, & l. omnia 33. C. de Epiſc. & Clericis, §. omnia de ſanctiſs. Epiſc. non enim poterat improbari, quod à Deo in ſacris literis fuit conſti-
13 tutum. † Et eius ſacrati loci immunitas in eo præcipuè cõſiſtit, ne in Eccleſia tumultus, vel ſeditio concitetur, neve ſacra miniſteria conturbentur, l. decernimus 4. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. l. ſi quis. 10. C. de Epiſc. op. & Clericis, cap. decet domus. 2. vbi glo. & Gemin. de immunit. Eccleſ. in 6. & ne reus ad Eccleſiam confugiens ab ea vi extrahatur, dicta l. decernimus, & 17. quæſtione 4. cap. reum. 9. cap.
14 miror. 8. vbi gloſſ. cap. frater. 10. † Hæc enim immunitas, ne reus ad Eccleſiam confugiens, ab ea vi extrahatur à Deo Eccleſijs ipſis primum data apparet ex eo, quia poſteaquam Adonaias filius maior Dauidis timens Salomonem Regem, fugit in tabernaculum Domini, tenuitque cornu Altaris, & Ioab fecit idem, vt legitur libro tertio Regum cap. primo, in fine, & cap. ſecundo. Et Deus optimus maximus præcepit filijs Iſrael, vt in terra, quam daturus eis erat conſtituerent ſex oppida in fugitiuorum auxilia ſeparata, vt fugiat ad ea, qui nolens fuderit ſanguinem, vt legitur Numer. 35. Deuteronom. capitu. 19. Ioſue capitul. 20. Et templo ipſo per Salomonem conſtructo hanc eandem immunitatem donauit, vt legitur in libro tertio Regum capit. octauo, & ſequent. Vt in hoc aberrauerit Didacus, Couarru. libro ſecundo variarum reſolut. capit. vigeſimo, dum affirmauit hanc ſacrorum locorum immunitaté à Deo non deſcendere, nec diuino iure fuiſſe conſtitutam, ibi ſub numer. ſecundo, ver. ſecunda concluſio. Et quæ ipſe allegat ex ſacra Scriptura in ver. tertia concluſio probant contrarium, quod nos pro ſententia noſtra aſſumimus, prout etiam aſſumit, eumque impugnat Cardinalis Bellarminus de Clericis libro 1. cap. 28. 29. & 30. Poſtea verò Summi Pontifices, quibus ſolis datum eſt ſacras interpretari ſcripturas, hanc templi, & Eccleſiarum immunitatem multis conſtitutionibus declararunt, & ampliarunt. Ex quo ſequitur immunitatem hanc eſſe Eccleſiaſti-
15 cam. † Nec poſſe ideo Principes ſæculares quicquam in illius præiudicium ſtatuere, c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtitut. Turrecremata in 17. quæſt. 4. cap. ſacrilegium 33 q. 2. c inter hæc diſtinct. 10. c. certum. Aufrer. in deciſ. Tholoſ. 422, Rebuff. in prom. n. conſt, glo. 1. num. 57. Sed debere eam obſer-

Digitized by Google

obſeruare, & ad vngnem tueri, tum quia eſt Sacroſancta,
ac diuino iure conſtituta', nec non Imperiali authoritate
munita, tum etiam, quia canonibus, & decretis Pontificũ
legitur innouata, confirmata, declarata, & ampliata, vt ex
16 ſupra deductis, & infra deducendis apparet. † Et dicitur
immunitas, libertas, exemptio, & vacatio ab omnibus mu
neribus, & oneribus. Quod depræhenditur ex Plauto in
Mercatore, dum ibi ita eſt locutus. Dico eius pro meritis
gratum me, ac munem fore, quod idem eſt ac ſi dixiſſet,
pro eius meritis illi me obligatũ agnoſco, quod immuni-
tati prorſus eſt contrarium, quod & adnorauit Connanus
lib. 5. cap. 9. num. 2. & Feſtus. Et Cicero in 5. Verr. dicit im-
munes Ciuitates ac liberæ immunes, agros liberoſque ara-
re. Et in Philip. 2. ne poſt idus Martias immunitatis tabula
fingeretur. Et ad Caſſium leg. 12. Tabulæ figuntur immu-
17 nitates dantur Plin. in panegi. † Eadem immunitas in pa-
ternis bonis filio tribuitur l. immunitates 9. C. de agricol.
& cenſ. lib. 11. Lucas de penna in rub. C. de immun. nemini
concedenda lib. 10. l. vlt. ff. de cenſib. Hoſtien. in ſumma de
immunit. Eccleſ. §. Vnde dicitur, quibus in locis etiam de-
præhenditur immunitatem non ſolum perſonis, & rebus,
ſed & etiam locis poſſe competere, prout illis ab habente
18 facultatem conceſſa apparet. † Tametſi Caietanus in ver-
bo immunitas §. vlt. ſcribat immunitatem Eccleſiaſticam
à libertate Eccleſiaſtica in eo differre, quod libertas ad
perſonas, immunitas verò ad Eccleſias, res, & templa per-
tineat, cui conuenit Didac. lib. 2. Var. reſol. cap. 10 numero
1. & conferunt relata infra lib. 4. tit. 47. & cum ſuis Eccleſijs
data ſit à Deo, & Pontificibus, & ab Imperatoribus cuſto-
dita, ea potiſſimum ratione, vt honor Eccleſiarum ſerue-
tur, & ne fiat iniuria Sanctis, & loco in quo Dei cultus ex-
hibetur, cui prorſus honor, & reuerentia eſt ab omnibus
præſtanda, vt in Pſal. 92. Decet domum tuam ſanctitudo
Domine in longitudinem dierum, & Pſalm. 57. ſanctifica-
uit tabernaculum ſuum altiſſimus, & Numer. capi. 7. San-
ctificauit Moyſes tabernaculum, vt fuit etiam præſtita à
Barbaris, vt legitur de magno Alexandro, qui à templo
Domini ſe abſtinuit ob reuerentiam, & in vaſtatione Vr-
bis Barbaris dimiſerunt immunes Eccleſias, & confugien-
tes ad eas teſte Diuo Auguſtino de Ciuitate Dei libro, pri-
19 mo in princip. capitulo primo, & ſequent. † Et cum fiat
iniuria Sanctis quando ab Eccleſijs eorum nomini dedica-
tis extrahuntur Rei, qui ad eas pro auxilio confugerunt;
ideo id expræſsè prohibetur in legibus, & canonibus ſu-
pra allegatis, & quidem ſub ſacrilegij, ea communicatio-
niſque pœna capitulo maior. 8. & cap. frater 10. capit. quiſ-
quis 21. c. ſacrilegium 4. vbi gloſſ. & Turrecremata 17. q. 4.
20 † Et hac immunitate gaudent Eccleſiæ omnes, hac ſola
differentia conſtituta, vt maior Eccleſia habeat hanc im-
munitatem per quadraginta paſſus circum, minor verò
per triginta d. quæſt. 4. cap. ſicut 6. & capit. diffiniuit cum
capitulo ſequen. Oldrad. in conſil. 55. Conſueuit, & c. & in
conſil. 104. Quidam & c. Calcaneus in conſil. 70. Pro dicto
21 Nicolao ſub numero 5. verſicu. quinimo. † Intra quem cir
cuitum ſi fuerit aliqua priuata domus, illa hac immunita-
te non gaudebit, niſi eſſet clauſtrum monaſterij, refecto-
rium, vel dormitorium, etiam ſi excederent paſſus prædi-
ctos dicto capitulo definiuit capitulo quiſquis 21. d. 17.
quæſtio. 4. leg. præſenti in princip. C. de his, qui ad Eccleſ.
confug. Alexand. in conſ. 145. Viſo themate numero 13. cir-
ca ſecundum dubium lib. 7. Quia totus circuitus Eccleſię,
Cæmeterij, vel monaſterij etiam vltra prædictos paſſus
gaudet hac immunitate, vt ipſe probat per allegatos ca-
nones, & eſt rubrica, de immunitate Eccl. Cæmeterij, &c.
tam in decretalibus, quam in ſexto Decret. & eſt text. in
capitulo immunitatem 10. de immunita. Eccleſ. Cæmete-
rij, & rerum ad eas pertinentium, & de Cæmeterio con-
ſenſit Didac, immunitatis Eccleſiæ parum amicus libro 2.
variar. reſol. capitulo vlti. numero 5. Quod autem in hoc
propoſito pro immunitate ponenda dicatur cæmeterium
explicat Menoch. de arbitrarijs caſu 95. nume. 10. & de
22 præſump. libro 6. præſumpt. 82. numero 14. & ſeq. † Hoc
idem ſeruandum eſt in domibus canonicorum, ſi intra am
bitum Eccleſiæ, & clauſtrum exiſtant, quia ibi pro clericis
cum immunitate iſta poſſunt ædificari 12. quæſt. 1. c. nulla
23 4. Barbat. in conſ. 33. col. 2. libro 4. † Et in Palatio epiſcopi,
intra ambitum Eccleſiæ exiſtente diſtinct. 41. capitulo Epi
ſcopus 7. Innocent. in capitulo inter alia verſic. item idem
dicunt de immunit. Eccleſ. 17. quæſt. 4. cap. definiuit 35. ibi,
vel longè ſeparatis ab Eccleſia cum cap. ſequen. Calcaneus
d. conſ. 70. numero 5. ver. quinimo Didacus vbi ſupra nu-
24 mero 5. ver. quinto infertur. † Hanc eandem immuni-
tatem habent Eccleſiæ non dum conſecratæ, dummodo
authoritate epiſcopi ſint ædificatæ, & ibi diuina miſteria
celebrentur cap. Eccleſiæ 9. de immunit. Eccleſ. cap. vltim.
de conſecrat. Eccleſ. Portius in §. ſacræ inſtit. de rerum di-
uiſ. Vel hoc admittat conſuetudo, quæ cum pia ſit, eſt ob-
ſeruanda. Innocen. in d. cap. inter alia in princip. de immu-
25 nit. Eccleſ. † Item & hoſpitalia pariter authoritate epiſco-
pi conſtructa, Archidiac. in d. capitulo definiuit 17. queſtio-
ne 4. Bald. in leg. ſi quis §. in omnibus numero 21. C. de epi-
ſcop. & clericis Alexand. in conſ. 19. col. 2. lib. 2. Curtius iu-
nior in conſ. 20. Didacus libro 2. variar. reſolut. capi. 20. ſub
26 numero 4. † Item & multo magis hac eadem immunita-
te gaudere debet ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentũ,
etiam extra Eccleſiam in manibus ſacerdotis exiſtens. Di-
27 dacus vbi ſupra num. 6. † Et immunitas hæc confugiendi
ad Eccleſiam, & illius immunia loca publica eſt, & compe
tit omnibus ad eam confugientibus, ſiue laici ſint, ſiue cle-
rici 17. q. 4. d. c. Reum, & d. l. præſenti C. de his qui ad Eccl.
28 confug. Romanus in conſ. 254. Aduertendum & c. † Etiam
ſi eſſent excommunicati, quia lex eos non excipit Faber. in
§. fi. inſt. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Angelus de Cla-
ua. in verbo immunitas §. 11. Sed cum excommunicati non
ſint in Eccleſia c. canonica inſtitutа 11. quæſt. 3. Turrecre-
mata lib. 1. ca. 3. ſummæ de Eccleſia, prout latè probat Car
dinalis Bellarminius lib. 3. de Eccleſia militante cap. 6. Im-
mo ab Eccleſia ipſa eliminati, vt in d. cap. canonica inſtitu-
ta, non puto verum, quod excommunicati delinquentes
tuto poſſint ad Eccleſiam confugere; niſi velimus intelli-
gere de excommunicatis occultis, qui ſunt de Eccleſia, vt
dicit idem Bellarminus vbi ſupra capit. 10. fol. 130. A. Vel
de pœnitentibus, qui ab Eccleſia recipiuntur, vt ipſe affir-
mat in d. c. 6. in fine. Dum enim ſunt publica excommuni-
catione ab Eccleſia eliminati, oſtinati, & impœnitentes nõ
ſunt ab ea amplectendi, quicquid dicerit Didac. vbi ſupra
29 num. 11. † Secundo hac immunitate Eccleſiæ non gaudet
publicus latro, graſſator, & agrorum depopulator capitu
lo inter alia, vbi Innocent. & alij de immunit. Eccl. Oldrad.
30 conſ. 154. Quidam & c † Tertio ab Eccleſiæ immunitate
excipitur is, qui proditione, ſeu per inſidias hominem in-
terfecit c. 1. de homicidio his verbis. Si quis per induſtriam
occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altare meo
euelles eum, vt moriatur, cui correſpõdet Num 35. & Deu
ter. 19. his verbis. Si quis autem odio habens proximum
ſuum, inſidiatus fuerit vitæ eius, ſurgens percuſſerit illum,
& mortuus fuerit, fugeritque ad vnam de ſupradictis Vr
bibus, mittes ſeniores Ciuitatis illius, & arripient eum de
loco refugij, & morietur. Guido Papeus in deciſ. 121. Alex.
in conſ. 145. in prin & nu. 3. lib. 7. Didacus lib. 2. Varia. reſol.
c. 20. nu. 7. per totum. Quod ibi nu. 9. & 10. in fine ad Aſſaſ
31 ſinos extendit. † Secus tamen erit ſi proditoriè, ſeu per inſi
dias tantum vulnerauit, quia tex. in d. c. 1. loquitur tantum
de occidente, non de vulnerante. Boerius in deciſ. 109. Per-
32 cutiens col. 3. † Quarto excipitur etiam ille, qui veneno ho
minem occidit, quia id proditoriè, & per inſidias ea indu-
ſtria facere cenſetur, & plus eſt veneno, quam gladio occi-
dere leg. 1. C. de malefi. & mathemat. Butrigar. & Bald. in l.
nemo C. de ſumma Trinita. Bald. & Salyc. in leg. cum fra-
trem C. de his, quæ vt indign. Alexand. in d. conſ. 245. nu-
33 mero 3. ver. & ex his lib. 7. Boerius in d. deciſ. 109. † Quinto
excipitur ille, qui delinquit in Eccleſia, vel propè extra eã
ſub ſpe immunitatis c. fin. de immunitat. Eccleſ. Cæmeter.
&c. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſump. 33. Didacus lib. 2.
variarum reſolut. capitulo 20. numero 15. verſi. vigeſimo-
ſexto vbi citat Anchar. Alciat. & Henric. & alios, & etiam
ſine immunitatis ſpe, vt placet Didaco ibi verſicu. 22. quod
non placet alijs. Veruntamen non præſumitur quis in Ec-
cleſia, vel prope extra eam deliquiſſe ſub immunitatis
ſpe, vt notant Hoſtien. & Cardinal. in d. capitulo fin. de im
munit. Eccleſ. Alciatus d. præſumpt. 33. in princip. & non
procedit in leuibus criminibus. Caſtren. in conſ. 459. col. 1.
lib. 2. Dida. vbi ſupra ver. 25. & in Eccleſia dicitur deliquiſ-
ſe ille, qui ſtando extra Eccleſiam occidit hominem in Ec-
cleſiã exiſtentem. Didacus vbi ſupra ver. vigeſimoſeptimo
34 † Sexto excipitur is eo, q armatus ad Eccleſiã delinquẽs cõ-

fugit, l. ſi ſeruus, C. de his, qui ad Eccleſ. confug. Talis enim
non confidit in immunitate, ſed in armis, & ſic ea non
35 gaudet. † Septimo excipitur in fure, qui cum re furtiua
ad Eccleſiam confugit, ſicut enim ad ſtatuas, vel imagi-
nes Principum in iniuriam alterius confugere eſt prohi-
bitum, l. capitalium, § ad ſtatuas. & §. ſequent. ff. de pœnis,
ita prohibitum eſt confugere ad Eccleſias, & quia furtum
contrectando diceretur committere in Eccleſia, Bartol. in
l. dominium, ff. de furtis, & furans in Eccleſia non gaudet
immunitate, quia eſt ſacrilegus, Hoſtienſ. in capit. final. de
immunitat. Eccleſ. Barbat. conſilio trigoſimo tertio, Deum
inuocent, libro tertio. Hanc ſententiam ſequitur Didacus
libro ſecundo, variarum reſolut. cap. vigeſimo, numer. de-
cimo quinto, ver. vigeſimo octauo. Sed cum diſtinctione
quoad res furatas, non quoad perſonam furis, vt illæ ſci-
licet poſſint abſtrahi, furis verò perſona non poſſit extra-
36 hi, quod placet. † Octauo excipitur in ſacrilegis, quia fru-
ſtra auxilium Eccleſiæ, & legis inuocant, qui in ipſam Ec-
cleſiam, & legem committunt, cap. quia fruſtra, de vſuris,
l. ſi quis, C. de Epiſcop. & cleric. Turrecremata in ca. ſacri-
legium 17. quæſtione quarta, Hoſtien. & Barbat. vbi ſupr.
37 † Nono excipiuntur etiam Iudæi, quia non propter zelũ
fidei, ſed vt euitent criminis punitionem, vel onera debi-
torum, ad Eccleſiam confugiunt, l. 1. C. de his, qui ad Eccl.
confug. Et quia Eccleſia non eſt tutela eorum, qui non
ſunt ſub ſua lege, Salicet in dicta l. 1. Oldrad. in conſil 54.
An fugiens, numero 3. Niſi fortè velint fieri Chriſtiani. 17.
quæſtione 4. cap. conſtituit, & dict. l. 1. licet Doctor. in capit.
inter alia, de immunitat. teneant contra. & Felin. in cap. Iu-
dæi 1. de Iudæis. ea forſan ratione, quia Eccleſia eos vocat,
& expectat, & ſperat ipſos ad fidem venturos; ideo hoc ab
eis aliter non exploratur, eos recipit, & defendit, eſt enim
piiſſima Mater. Hoc non placet Didaco, vbi ſupra numero
vndecimo, ver. decimo tertio. Placuit quidem Alarico Go
thorum Regi, qui edicto publico voluit capitale eſſe Ro-
ma ab eo capta, ſi quis aliquem, qui ad templa confugiſſet
læderet, raperet, & ſic templa violaret, teſte D. Auguſtino
libro primo, cap. primo, & ſequent. de Ciuitate Dei. Hanc
& Barbarus ipſe conſeruatam voluit immunitatem Eccle
ſiarum Dei, & Sanctorum indiſtinctè pro omnibus ad eas
38 confugientibus. † Decimo excipiuntur hæretici, Abb. in
d. cap. inter alia, numero 23. & blaſphemi, quia, ſi ex animo
ſint ſapiunt hæreſim, Boer. in deciſione 110. Sed an confue
rus: & læſæ Maieſtatis Rei, cum & ipſi æquipatentur hære
ticis, Auth. Gazaros, C. de hæretic. & libro 3. Regum, ca. 1.
in fine. Facit exemplum Taciti allatum in libro 3. annali.
de eo læſæ Maieſtatis Reo, qui confugit ad templum Pal-
ladis, vbi famę mori coactus fuit, licet vſque ad illam diem
39 inuiolabile permanſerit. † Et quod dictum eſt de hæreti-
cis, vtique, & de Apoſtatis eſt affirmandum, quia nõ ſunt
membra, nec partes Eccleſiæ, & ideo ab ea non recipiun-
tur, niſi cum certis conditionibus velint ad eam redire, vt
ex Patribus, Concilijs & Canonibus probat Cardinalis Bel
larminius de Eccleſia militante libro 3. capit. 4. per totum.
Quod tamen debet intelligi de Apoſtata à fide, non autem
de Apoſtata à religione, l. 1. C. de apoſtatis, c. vno. vbi Do-
ctor. eodem titu. niſi fortè apoſtata à religione extrahatur
à ſuo ſuperiore cauſa diſciplinæ, & pœnitentiæ iniungen-
dæ, vt animæ confugientis conſulatur. Abbas in dicto cap.
inter alia, de immunitat. facit cap. reum, ibi. legitimè com-
40 ponat. 17. quæſtione quarta. † Duodecimo excipiuntur ra-
ptores virginum; §. neque. Auth. de mandatis Principum;
& adulteri, d. §. neque. Sed de iure Canonico ambo gaudẽt
immunitate. l. vna, C. de raptorib. & 36. quæſtione 2. ca. de
raptoribus 6. Verum, quia raptor Virginis de induſtria
peccat, & occidit corpus, & animã, imò interdum duas
animas. 22. quæſtione 5. cap. ille. 5. putarem ego illum non
gaudere immunitate, prout exiſtimauit etiam Didac. libro
ſecundo, variarum reſolut. capit. 20. numero 8. per totum.
41 † Decimo tertio excipitur interficiens Clericum, nam iſte
nulla gaudet Eccleſiarum immunitate, quia ſacrilegium
committit. 17. quæſtione 4. cap. ſi quis ſuadente, & commiſ
ſum in perſonam eſt grauius, quam commiſſum in rebus.
42 Turrecremata in dict. cap. ſacrilegium. 17. quæſt. 4. † Deci
mo quarto excipiuntur debitores, quia pro debito, nec pro
alijs rebus ciuilibus immunitas confugiendi ad Eccleſiam
conceditur, ne faciamus Eccleſiam ſpeluncham latronum,
eſt enim pro criminibus inducta, ideoque ſi quis teneatur
rem aliquam reſtituere, & ad Eccleſiam confugiat; nihil
ei prodeſt, l. 1. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. ibi. nec ante
ſuſcipiantur, quam debita vniuerſa reddiderint, & quam-
uis text. ille loquatur de ſeruis, idem tamen concludit in
lib. ſuis, ibi Azo in ſumma. Contrarium verò dicit ibi Albe-
ric. quod ſcilicet inſpecto iure communi, non poteſt debi-
tor capi in Eccleſia, nec inde extrahi, l. præſenti, C. de his,
qui ad ſtatuas confug. quia liber non poteſt de iure capi
pro debito, niſi ſit ad hoc expreſſè obligatus, l. prima, & l.
ob æs, C. de actio. & obligat. capit. lator. de pignoribus. Im-
mo nec extra Eccleſiã caperetur obligatus ſi bonis cedere
vellet, leg. prima, C. qui bon. ced. poſſ. multo minus poterẽ-
rit capi in Eccleſia, vel ab ea extrahi, & hanc latè defendit
Didacus, vbi ſupra numero decimo quarto, ver. vigeſimo
per totum, quæ placet. Tamen, quia vbique locorum de
iure municipali debitores poſſunt capi, non valebit argu-
mentum Alberici ſtante iure municipali diſponente, quod
poſſint capi, vt docuit Oldrad. in conſilio 54. An fugiens,
Aufrer. in deciſione Delphin. quæſt 422. & admittit Inno-
cent. in cap. inter alia, de immunitat. & in capit. cum inter
de conſuetud. Socin. de citatione artic 17. quæſtione 5. Boe-
rius in deciſione 215. Incarceratus, &c. numero ſeptimo, &
43 ſequent. † Et debitor tributorum capitur in Eccleſia, &
ab ea extrahitur, quia fiſcalium ratio Eccleſijs ipſis, & vni-
uerſæ Reipublicæ vtilis, & neceſſaria eſt, l. nemo, C. de e-
xact. tribut. libro 10. § publicorum. colum. 5. Authent. de
mandatis Principum, Oldrad. dict. conſil. 54. Verum cum
necius Cæſarum contra Canonum ſtatuta ſubſiſtat, vt
fuit ab initio probatum, minus ſubſiſtere poterit ius munici-
pale, & debitores ab Eccleſijs extrahi non poterunt, vt
per Cynum, Abbatem, & alios probat Didacus variorum
reſolut. libro ſecundo, cap. 20. numero 14. ver. ſed profecto,
Decimo quinto excipiuntur ſerui cum diſtinctione, de qua
in cap. inter alia, de immunitat. Eccleſ. & 17 quæſtio. quar-
ta, cap. metuentes, cap. vxor. capit. Iudas, cap. id conſtitui-
mus, l. ſi ſeruus 3. & l. præſenti, C. de his, qui ad ſtatuas con
44 fug. † Violantes autem hanc immunitatem in caſibus nõ
exceptis vltra pœnam ſacrilegij, & excommunicationis,
de qua in cap. miror in cap. frater. in cap. quiſquis, & in ca.
ſacrilegium. 17. quæſtione 4. vbi Turrecremat. De iure ci-
uili tenentur pœna legis Iuliæ Maieſtatis, & ſic vltimo ſup
plicio, l. 2. & l. præſenti, C. de his, qui ad Eccleſ. confug. l. ſi
quis in hoc genus, C. de Epiſcop. & cleric. Caſſaneus in Bur
gundis, de Iuſtices. in verbo, & Droit diuelles, & hoc quan
do iniuria infertur Clericis. 12. quæſtione 2. cap. cum deuo
tiſſimam, & 17. q. 4. cap. qui ab tem. Item amittunt res, quas
ab Eccleſia habent, vt puta emphyteuſim, feudum, vel ius
patronatus, vt dicit Turrecremata per illum text. in ca. fra-
ter. 18. quæſtione 4. cap. 1. in fine, de treuga, & pace. puniun
tur etiam pecuniaria pœna in ſolidis noningentis. 17. quæ-
ſtione quarta, cap. ſi quis contumax. poſſunt etiam puniri
alia arbitraria pœna, cap non minus cap. aduerſus, de im-
munitat. Eccleſ. & in dict. quæſtione 4 ca. quiſquis puniun
tur pœna triginta librarum argenti examinati puriſſimi,
faciunt, quæ dicit Dominus in Ezechiele, cap. 5. in 2. Para-
lipom, cap. 17. in 3. Eſdræ cap. 1. & in Iudith capit. 9. Et Ec-
cleſia tales ſuam immunitatem violantes adeo abhorret;
vt prohibeat ab eis recipere oblationes. 17. quæſtione quar
ta, capit. miror. Quod in pœnam interdum ſtatuit ius Ca-
45 nonicum, cap. ex tranſmiſſa, de decimis. † Conſeruat enim
Eccleſia ex ſua immunitate confugientes ad ſe in caſibus
non exceptis ab omni genere pœnarum, eoſque interim
facit ſecuros ab omni ſeculari iudice, & iuriſdictione. 17.
quæſtione quarta. cap. reum, & ab omni Præceptoris cor-
rectione, & verberatione, dict. quæſtione 4. capit. nullus, ac
violenta extractione, d. quæſt. 4. ca. frater. cap. miror. etiam
à iudicibus Eccleſiaſticis per vniuerſalem negatiuam, de
qua in d. quæſt. 4. d. c. reum, & ca. definiuit, & l. 2. C. de his,
qui ad ſtatuas confug. quia vt dictum fuit immunitas hæc
competit, & laicis, & Clericis. Roman. in conſilio 227. & in
conſilio 234. Niſi Clerici commiſerint delictum degrada-
tioni condignum. Didacus libro 2. variar. cap. 20. nume. 16.
46 † Sed ſi confugientes ad Eccleſiam pro immunitate parẽ
da, pauperes ſint, & ideo ſe alere minimè valeant, Eccleſia
tenetur eiſdem alimenta miniſtrare, Archidiac. in d. capit.
definiuit 17. quæſtione 4. Si verò habent vnde ſe alant, de
ſuo tunc ſe alere debent, gloſſ. in l. final. C. de erogat. mili-
tar. annon. libro duodecimo. Iaſon. in §. item ſi quis, Inſtit. de
actio-

47 actionibus.† In caſibus autem, in quibus delinquentes ab
hac immunitate ſunt excepti, dubitatur an ſint de licentia
Eccleſiaſtici iudicis confugientes ad Eccleſiam extrahendi
ab ea? Et Cynus & Salyc. in Authen. ſi quis C. de adulterijs
dicunt, quod requiritur, & ita quod ſit petenda. Contra-
rium, quia in hoc caſu Eccleſiæ nulla fit iniuria, ſeruari af-
firmant. Guido Papeus in deciſ. 121. & Guhelmus de Bene-
dictis in cap. Raynutius in verbo vxorem num 444. de te-
ſtamentis Didacus vbi ſupra num. 18. verſi. trigeſimoquar
48 to.† Verum huius immunitatis iudex competẽs eſt, ordi-
narius Eccleſiaſticus ad Eccleſiæ immunitatem defenden-
dam, ſiue dicatur Reus deliquiſſe in Eccleſia ſiue extra 17.
quæſt 4 d. cap. definiuit Butr. in ca. tuam de ordin. cognit.
leg. præſenti C. de his qui ad ſtatuas confug. vbi Doctor. &
vocato iudice ſeculari de hac cognoſcit cap. ſi iudex laicus
49 de ſenten. excommu. in 6.† Et ſi dicat locum eſſe remiſſioni,
& non eſſe immunes, non ideo erunt per curiam ſecularem
Rei ponendi in compedibus, aut in catenis in Eccleſia. Ho-
ſtien. & alij in cap. inter alia de immunit. Eccleſ. Guido Pa
peus in deciſ. 121. In Camera, & c. Sed per vtramque curiã
inſimul. Didac. lib. 2. Var. cap. 20. num. 17. Contrarium ex
conſuetudine ſeruari dicit Guido Papeus in ſingulari 425.
Compeditatio, & c. quia pendente dubio Eccleſia interim
non ſpoliatur, ipſoque reſoluto pro immunitate reus Ec-
cleſiæ reſtituetur, vt docuit Oldrad. in d. conſil. 14. huic ſen
tentiæ adhæret Didacus vbi ſupra, dummodo per vtranq;
curiam inſimul ligetur. Alias poterit Eccleſia petere, vt
reſtituatur priſtinæ libertati, qua de facto fuit priuata l. 1.
& 2. ff. de liber homi exhiben. Abbas & alij in d. cap. inter
alia, de immunita Eccleſ. per tex. in 17. quæſt. 4. cap. miror.
Alexand. d. conſi. 145. in fine lib. 7. Barbat. in conſ. 33. col. 1.
libro 4. & taliter debet Reus hoc caſu relaxari, vt non poſ
ſit iterum facilè capi Bart. in leg. 1. per illum text. §. 1. &
50 leg. 3. ff de acquiren. rerum domi. † Et quia in d. c. Reum
dicitur, quod Eccleſia poteſt reſtituere reos ad ſe confu-
gientes iudici ſeculari non ad pœnam, vel mortem, vt ho-
nor Dei, & Sanctorum ſeruetur, ideo Rectores Eccleſiarũ
pacem, & vitam, ac membra eius, vt obtineant, ſtudere
debent, antequam hãc faciant reſtitutionem. Quod quidẽ
factum creditur exacto à ſeculari iudice iureiurando, quod
vitam, & membra eidem Reo in honorem Eccleſiæ ſerua-
bit 17. q. 4. cap. id conſtituimus, & d. cap. inter alia de immu
nit. Eccleſ. Guido Papeus in dec. 121. In Camera, & c. in fine.
Imo ſi tanta eſſet ſecularis iudicis ſæuitia, ob quam non eſ
ſet de ſuo iureiurando confidendum, maior tunc cautio
eſſet ab eo exigenda argumento cap. literas de reſt. ſpoliat.
ſecundum Innocent. & alios in d. cap. inter alia Nam lib. 1.
Macabeorum c. 10. legitur. Quicunque confugerint in tem-
plum, quod eſt Hieroſolymis, & in omnibus finibus eius,
obnoxij Regi, in omni negocio dimittantur, & vniuerſa
51 quæ ſunt eis in Regno meo libera habeantur. † Si enim li-
citum fuit Cadmo cum Thebas conderet, teſte Ioſepho de
antiquit. Aſylum ibi aperire primum, licet alij hoc inuen-
tum primum tribuant progenitis Herculis Athenis inſtitu
tum, quorum exemplo Romulus, & alij Romæ Aſylum
aperuerunt teſte Liuio lib. 1. Romanæ hiſtoriæ, & Veteri-
bus ad Imperatorum ſtatuas confugientes fuiſſe immu
nes, vt in d. titulo C. de his, qui ad ſtatuas confug. nulla fa-
cinoris habita diſtinctione, & alijs quamplurimis populis
& gentibus, vt conſtat apud Alexand. ab Alexã. lib. 3. Genia-
lium dierum cap. 20. col. 6. verſic. Primum etiam. Et apud
Didacum lib. 2. Variar. reſolut. cap. 20. nume. 2. Quare hoc
idem cum tanta facinorum diſtinctione non eſt Eccleſijs,
Cœmeterijs, Monaſterijs, Refectorijs, Dormitorijs, Domi-
bus Epiſcopi, & Canonicorum in honorem Dei, & Sãcto-
52 rum ſeruandum? abſit. † Imo vbi immunitas competit,
atque ſeruanda eſt, non poſſunt eo caſu Eccleſiæ, & immu
nia loca à ſeculari Curia obſideri, & impediri, ne confugiẽ
tibus ad ea afferantur alimenta veſtes, & alia victui neceſ
ſaria, aliter enim eſſet immunitatem violare. Guido Pa-
peus deciſ. 121. Alciat. lib. 7. parergon. capit. 7. Didacus vbi
53 ſupra numero 17. ver. trigeſimoprimo, quamuis ipſe ibi re-
cenſeat ex hiſtorijs plura exempla contraria. † Prout idem
immunitatem violaret ſi abſcinderetur peruentus ad portã
Eccleſiæ ille, qui inuenit eam clauſam, & non potuit in-
54 troire, † vel iam ingreſſus curia ſecularis eum perſequen-
do per veſtem ab Eccleſia abſtraxerit, ſecundum Igne. in l.
1. num. 57. ff. ad Sylla. Ioan. Andr. in cap. vltim. de immu-

nitate. Cum enim Eccleſia habeat paſſus 40. & 30 immu-
nes ſecundum diſtinctionem ſupra traditam, ſequitur, quòd
ille, qui peruenit ad portam, iam eſt intra dictos immu-
nes paſſus, & non poteſt inde in caſu immunitatis ſibi debi
55 tæ extrahi. † Obſeruandum etiam eſt, quod ex eo, quod
quis in Eccleſia, ſeu loco immuni delinquat, ſi ipſe laicus,
& ſecularis ſit ſub iuriſdictione iudicis ſecularis, non ideo
ex hoc impeditur ſecularis iudex eundem ab Eccleſia, &
loco immuni in quo deliquit extrahere eo ſub prætextu,
quod cognitio pertineat ad iudicem Eccleſiaſticum, ita
contra Cynum in l. præſenti C. de his, qui ad Eccle. confug.
exiſtimat Abbas in c. vlt. de immu. Eccl. & in c. cum ſit ge-
nerale nu. 27. de foro compet. Bart. in l. ſi cui §. ſi. ff. de accu
ſat. idem Abbas in d. c. inter alia nu. 29. de immun. Ang. de
Maleficijs §. in Schalis S. Petronij. Nam ſicut laicus com-
mittens delictum in Eccleſia, & loco immuni poteſt inde
extrahi à iudice ſeculari, vt in d. c. ſi & vt fuit probatum ſu
pra, ita poterit per eundem iudicem puniri. Hac eadem ra-
tione poſſunt ab eo auferri arma prohibita, ipſo in Eccle-
ſia, & loco immuni dimiſſo, quia eâ portando deliquit in
Eccleſia, vt animaduertit Didacus cita. ca. 20 prope finem
ver. trigeſimoſexto Verum cum quis armatus ad Eccleſiã
delinquens confugit hac immunitate non gaudeat, vt di-
ctum fuit ſupra, videtur quod hoc in caſu delinquens exi-
ſtens in Eccleſia armatus poſſit ab ea extrahi. Nam & Ec-
cleſia ipſa tales ad ſe confugientes ſpiritualibus armis, hoc
eſt Eccleſiaſticis cenſuris, vt plurimum defendit, vt aſſeue
rat Collectan. in c. inter alia, de immunit. Eccleſ. Remigius
de immu Eccle. q. 12. ſunt enim arma clericorum lachrimæ
13. q. vlt. c. conuenior, vel orationes 23. q. 8 cap. reprehen-
ſibile, vel excommunicatio. 16. q. 2. capit. 1. & eorum caſtra
ſunt Eccleſiæ diſ. 54. c. nullus, & 1. q. 3. c. Saluator. & vbi gl. in
verbo milites. Et ſi ordinarij pro iuſtitia, ac illius executio-
ne poſſint habere familiã armatam Bald. in leg. nam ſalu-
tem §. at ff. de offic. præfec. vigil. Decius poſt Andream ſi-
culum in cap. ſignificaſti nume. 10. de offic. delegati Cuc-
cus inſtitut. de Summo Pontifice num. 9. Stephanus Aufret
de poteſtate Eccleſiæ ſuper laicis num. 18. ver. 24. & num.
20. verſ. iudex. Et ideo id de lacrimis, orationibus, & excom
municationibus intelligi debet quoad ipſos clericos, non
quoad familiam ſecularem, quam ordinarij armatam poſ
ſunt retinere, quæ & temporalibus armis ſi opus fuerit Ec
cleſiæ immunitatem poſſunt defendere ex allegatis, pro
quibus facit tex. in cap. dilecto de ſentent. excommu in 6.
56 † Obſeruandum etiam eſt, quod delinquens in Eccleſia
non ſolum ab ea, in qua deliquit extrahi pôt, ſed & ab om
ni alia Eccleſia, vt poſt antiquos quos ipſe citat probat Hẽ-
57 ric. in c. Eccleſiæ col. 3. de immunit. Eccl. † Et quod confu-
gerit ad eam non propter delictum commiſſum in Eccle-
ſia, ſed propter aliud commiſſum extra eam, & id propter
iniuriam Eccleſiæ irrogatam ſecundum Capellam Tho-
loſ. in deciſ. 422. & Chaſſan. in Burgundis rubric. §. 4. verſi.
Archidiaconus num. 112. ſed contraria opinio verior appa
ret ex regula iuris Pontificij, quæ in hac ſpecie non repeci-
58 tur ſublata, vt reſpondet Boerius in deciſ. 110. col. vl. † Ob-
ſeruãdum etiam eſt quod fugiens de carceribus, vel de ma
nu Curiæ ſecularis ad Eccleſiam, & locum immunem, nõ
poteſt inde extrahi inuitus ab eadem ſeculari curia Boe-
ri. deciſ. 110. Chaſſan. vbi ſupra nu. 116. & alij, quos citat Di
dacus lib. 2. variar. reſol. c. 20. nu. 12. verſ. decimoſeptimo,
59 & decimooctauo. † An autem captus efficaciter immunis
ductus ad carcerem tranſeundo per locum immunem li-
gatus & aſſociatus per curiam ſecularem, & ab ea ſemper
tentus? & puto quod non, quia ſemper fuit in poſſe Curiæ
ſecularis, huius ſententiæ fuit Archidiaconus in c. ſicut an-
tiquitus 17. q. 4. l. ſi quis pro hac C. de aruſpicijs priuatis. Di-
60 dacus vbi ſupra ver. decimoſexto. † Forma autem libelli
vindicandæ, quod opus fuerit, immunitatis Eccleſiaſticæ
61 tradit Specul. in tit. de immunit. Eccl. † Poſtremo inter Ec-
cleſiæ priuilegia obſeruandum, quod de actionibus, quæ
aduerſus eam competunt, contra oeconomum, nõ epiſco-
pum, vel alium eſſe inſtituendas l. oẽs 31. §. hoc nihilominus
C. de epiſco. & cleri. §. epiſcopus Nouella c. 123 & quod ex
contractibus, ſeu delictis clericorum Eccleſia non pôt con-
ueniri §. at ſi quis epiſcopus Nouella c. 4 10. §. ſi verò œco-
nomi Nouella c. 123. & ſupra tit. 6. Hactenus de perſonis,
rebus, & locis Eccleſiaſticis tam in genere, quã in ſpecie di-
cta ſufficiant. Nunc de actibus Eccleſiaſticis eſt differẽdũ.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Fides atque religio quæ ſequenda ſit, & an de ea ſit diſſerendum.*
2 *Concilia quot approbata, & confirmata.*
3 *Libri continentes verbum Dei qui legendi, & ſequendi.*
4 *Canonum, & decretorum Pontificum vis.*
5 *Reſcriptorum, & decretalium epiſtolarum Pontificum vis.*
6 *Articuli fidei credendi ex uniformi legum, & canonum iuſſu.*
7 *Virgo Maria Glorioſiſſima quod non fuerit in peccato concepta.*
8 *Anima quod immortalis.*
9 *Prædeſtinatio quomodo intelligenda, & quid de ea credendum.*

De Actibus Eccleſiaſticis. Titulus 70.

INter actus eccleſiaſticos primum locum obtinet fides,
de qua ſine aliqua diſcrepantia idem habetur in Concilio
Tridentin. ſeſſio. 3. Decretum de Symbolo fidei,
& in lnos reddentes, C. de ſumma Trinit. & fide catholica,
& de ea publicè diſputari non oportet, ne indè tumultus,
vel ſeditio oriatur, l. nemo 3. C. eod. Cum hoc ad ſynodum
pertineat, nec ea quæ in ſynodo ſemel iudicata, atq;
concluſa ſunt, à quoquam retractari debent, d. l. nemo, &
ex doctrina Apoſtolorum 1. Petr. 5. Paul. Epheſ. 6. Nec oportet
cum diabolo diſputare de ea, ſed clypeo fidei excipere,
& retorquere omnia tela ipſius quantumuis ignita,
& ardentia, ideſt efficacia, & ſubtilia videantur, vt nos tremendo
exemplo docet ex Baroccio de ratione bene moriendi,
Cardinalis Bellarminius de arte bene moriendi, lib.
1 2. c. 9. † Ea verò potiſſimum fides, atque religio ſequenda
eſt, quæ ab Euangeliſtis, & Apoſtolis tradita eſt, nec non
ea, quam quatuor Concilia videlicet Nicænum, Conſtantinopolitanum,
Epheſinum, & Chalcedonenſe approbarunt,
d. l. nemo, & diſtin. 15. c. 1. c. ſicut, c. ſancta, diſt. 16. c.
ſancta, c. ſexta, c. ſeptuaginta, c. viginti. l. 1. 2. & 3. & toto titu.
C. de ſumma Trinit. & fide Cathol. l. quicunque 8. C. de
hæretic. & manichæis, §. inter cætera, Inſtit. de eccleſiaſti-
2 cis conſtitutio. † Iſta enim quatuor Concilia à ſummis Pontificibus,
& ab Imperatoribus leguntur expreſsè approbata,
atque confirmata in allegatis iuribus, vt nō poſſint hæretici
à ſtatutis, atque firmatis in eis diſcedere, ſine manifeſta
perfidia; quam magis claram demonſtrant alia
Concilia cum enumeratis conſtituentia numerum decem,
& octo, vtique approbata, & confirmata, & in ſpecie vltimum
Tridentinum loco citato, de quibus omnibus per
Cardinalem Bellarminium, lib. 1. de Concilijs, c. 5. per to-
3 tum. † Libri continentes verbum Dei ſcriptum, qui ſequēdi
ſint, atque legendi, vel non definitur in diſtinct. 15. c. ſancta,
§. iam nunc ſubijciendum vſque ad §. cæterum, & in
Concil. Tridentin. ſeſſio. 4. Decretum de canonicis ſcripturis
& decretum de editione, & vſu ſacrorum librorum, &
dilucidatur per Cardinalem Bellarminium, lib. 1. de verbo
Dei, c. 4. & ſequent. & per totum opus, vbi profert illos, qui
firmiter tenendi, & legendi, & allegandi ſint, eoſque defendit
à perfidia impugnantium: vt non poſſint euitari ſine
calumnia. De canonibus Apoſtolorum cauetur in diſtinctio.
16. c. ſeptuaginta, c. Clementis, c. placuit, c. Iſidorus, c. habeo,
c. quoniam, & in princ. d. diſtinct. De decretis, ac reſcri-
4 ptis Pontificum cauetur ſupra lib. 1. tit. 1. & 2. † Nam canones,
& decreta Pontificum eandem vim obtinēt, quam
leges ipſæ Imperatorum, vt ibi dictum fuit, & probatur in
c. de conſtitutionib. diſtinct. 11. c. hoc veſtræ, diſtinct. 12. c.
ridiculum 1. q. 7. c. ſi quis 25. q. 1. c. nulli, c. violatores, c. omne
quod, c. prima ſalus, c. generali, c. omnia, c. hac cōſona,
c. à cunctis, 6. q. quæſt. 1. c. amputato, cap. ſi quis dogmam,
l. 6. & 12. §. primo, C. de ſacroſanct. eccleſ. Nouel. conſt. 6. §.
ſed etiam ſic. 83. §. ſi verò eccleſiaſticum, vet. ſecundum ſacras
123. in princ. 131. in princ. & ſupra hoc eodem lib. tit.
5 præceden. † Item, & reſcripta, & decretales Epiſtolæ, vt
de reſcriptis diximus in glo. ſtatuti Vrbis lib. 1. c. 43. & ſupra
libro 1. tit. 1. & 2. & de decretalibus epiſtolis dicitur in
diſtin. 19. in princ. c. ſi decreta. Sancta vero Trinitas in vnitate
eſt credenda, l. 1. C. de ſumma Trinit. & fide cathol. l.
2. §. Nicenæ, eod. l. inter claras 4. §. omnes, & §. ſuſcipimus,
eod. tit. l. quoniam 23. C. de epiſc. & cleric. Nouel con. 131.
in princ. c. 1. in princ. vſque ad §. vna verò eſt, c. damnamus
2. de ſumma Trinitate, & de conſecr. diſtin. 3. c. vlt. & vt ex
Prophetis ad confuſionem Iudæorum luculenter docet
6 Marſilius Ficinus de Chriſtiana Religione c. 31. † De alijs
articulis fidei credendis vtique cauetur in allegatis legibus,
& canonibus vnanimi contentione ſine aliqua diſcrepantia,
& in Concil. Tridentin. ſeſſio. 3. Decretum de Symbolo
fidei. Vnde qui ab illis diſcedunt impij ex lege viuere
intendunt ſine vllo luminari, ideſt ſine Pontifice, & ſine
Imperatore, quorum ductu omnes Chriſti fideles militamus,
cap. ſolitæ, de maiorit. & obed. Si nolunt acquieſcere
Concilijs, vt debent, amplectantur leges, illiſque acquieſcant:
idem etiam circa articulos fidei quid credēdum ſit,
& canones, & leges oſtendunt. Et ego hoc opus ea potiſſimum
ratione molitus ſum, vt toto conatu, & legum, & ca-
7 nonum conformitatem promerē. † De Glorioſa autē Matre
Dei Beata Virgine Maria, quod in peccato non ſit concepta,
& de ſuæ conceptionis feſto habetur in extrauagan.
commu. de reliquijs, & venerat. ſanctor. c. grauem 2. & in
Concilio Trident. ſeſſio. 5. De peccato originali in fine. De
eius ſine peccato originali conceptione Muſa Hetruſca ita
cecinit.

Tabor aſcolta aſcolta Ermo, e Carmelo,
Ediſe Endor, Hippon', Betame, e Saro,
Oda il mio cante Hermonne oda lo Eſcbelo,
Al mondo noſtro, al Ciel gradito, e caro;
Anzi ſi fermi ad aſcoltarlo il Cielo,
Il Ciel da cui queſte mie note imparo,
E mentre ei le mi porge, ei le mi detta.
Diua tu le gradiſci, e tu l'accetta.
Quel dì che tu naſceſti, anzi quel giorno
Di tua concezzion fe maggior' opra,
Ch'hauer creato, e di bei lumi adorno
L'immenſo Cielo il Regnator di ſopra:
Ne i corpi quel, col raggirarſi intorno,
Di ſua virtù l'impreſſioni adopra;
All' alme tu, fuor del terreſtre velo
Apri la via di ritornare al Cielo.
Perche tutta ſei bella, allhor ch'in tempo
A mortal vita, il tuo fattor t'appella
Non volle men, ch'indiuiſibil tempo
Per te correſſe à te mirar men bella
Anzi il cadere ei ti ſoſtenne à tempo
Dalla contage originale, ond'ella
Fu qual per te non fuſſe, el ſuo liuore
Lunge vartò dal tuo diuin candore.
Che s'vn' momento anticipato auante
Fuſſe il tuo caſo, Ahi che ſi nobil vito,
Decca in quel momento, in quell'inſtante
Tutta non men l'original ferita?
Stata ſareſti al primo eterno amante
Qualche volta men' cara, e men gradita,
Stata ſareſti di ſua gratia priua,
Nel ſuo conſpetto ingiurioſa, e ſchiua.
Ma che dirò ſe cento volte, e cento
Sei di bellezza auuenturoſe, e ſole,
Più ch'il Sol chiara, e non ſi dà momento,
Che fuſſe mai non luminoſo il Sole,
Sarà ch'il lume tenebroſo, e ſpento,
Fuſſi già mai di ſi diuina Prole?
Ch'all' hor langiuſſe, o fuſſe eccliſſe all'hora,
Ch'eſſer douea d'vn più bel Sole aurora?
Dunque il rimedio dell'eterna vita
Anzi fu toſco ie propinò la morte?
Fu il vaſe eletto à mantener' in vita,
Pria che vaſe d'honor, vaſe di morte?
Ah non per Dio, che chi donar' la vita
Per te douea non cominciò da morte:
Anzi l'eſtinſe, e la tua nobil vita,
Cominciò dalla gratia, e dalla vita.
Ne douer fu, ch'vn ſingular' fauore
Negataſſe da inaſpro, e da diffetto,
Ma fu douer, ch'original candore
Fuſſi principio à ſingular' effetto.

Ne

Digitized by Google

Ne douea frutto di vital ſapore
Il ramo hauer' nella radice infetto;
Douea ſeruar' quell'innocente ſtato,
Non colpa, ira, diſdetto, odio, e reato.
Vergine terra il genitor primiero
Formò, ch'eſſer douea folle, e ſuperbo
Contro gl'editti del Celeſte Impero,
Guſtando il frutto à ſua proſapia acerba;
E ſarà, che men' culto, e men' ſincero
Fuſſe quel ſuolo, ond'incarnoſſi il verbo?
E potendolo hauer' fertile, e mondo
Men' purgato il voleſſe, e men' fecondo?
Dunque potrà delle tartaree ſquadre
L'inimico infernal darſene il vanto?
E dire a Dio. Tu ſei figlinol di Madre
Che ſù mia ſerua, e ſù tenebre, e pianto?
E le ſembianze Angeliche, e leggiadre
Hebbono impuro e maculato il manto?
E ſe ſi corteſe Donna, e ſi benigna,
Qualche volta fù pur Madre, e Matrigna?
No nò Madre di Dio, Figliuola, e Spoſa
Veſtì d'alma gentil ſpoglia innocente:
Candida ſenza macchia luminoſa,
Ab inuiolata carne hebbe, e la mente:
Ne dentro a' ſpazij della terra ombroſa
Luna oſcurò ſi chiara, e ſi lucente,
E del Re ſaggio il ricco aurato Trono,
Non fù non ſempre in eccellenza buono.
O Dio ſerbaſſe anzi el cader d'Adamo
Da quel tronco gentil tenera fronde:
Qual buono agricoltor marza di ramo,
Ch'in altra ſcorza al ſin' ſerrata confonde?
O di natura il viuiato, e gramo
Fomite eſtinſe, ò dileguollo altronde:
Il volle, il fece, ſe nell'impreſe ſue
Facil à lui, non che poſſibil fue.

Si enim licitum fuit Prophetis canere, quare non potui ego hæc à me ita credita referre? Certe potui cum exemplo ſanctorum Patrum, qui ad eorum propoſitum referunt Poetas gentiles Homerum, Virgilium, Oratium, Lucanum, Ouidium, & alios, vt iam dixi; & in ſacra ſcriptura multa leguntur metro ſcripta, videlicet pſalmi, lamentationes Hieremiæ Deuteron. 32. Iob & alia plura, de quibus in proemio Beati Gregorij in Iob. Et primas laudes Deo cecinit Adam prophetico metro, cui attribuitur pſal
8 mus 92. teſte Genebrardo in Chron. anni mundi 130. † Sed & de anima humana tenendum eſt, quod ſubſtantia animæ rationalis, & intellectiuę vere, & per ſe eſſentialiter eſt forma corporis humani, & immortalis. Clement. 1. §. porrò. de ſumma Trinit. & fide Cathol. & ita credidere omnes gentes, & ſectæ. Eſt enim ſubſtantia creata inuiſibilis, incorporea, immortalis, Deo ſimillima, imaginem habens creatoris ſui, de cuius immortalitate non dubitarunt antiqui omnium gentium Philoſophi, & Poetæ, talē credunt Catholici, & credendam imperant leges canones, & Concilia, vt longa ſerie videri poteſt in Polyantea in verbo Anima, & Animus: & ita cenſuere Socrates Plato in Phedro libro 26. & 29. de anima, & alibi Ariſtot. de anima, Cicero de natura Deorum, de Diuinatione, & in ſomnio Scipionis. Quod declaratur etiam ex eo, quod dixit D. Auguſtinus, videlicet non committi capitale homicidiū per procurātem abortum, antequam anima corpori ſit infuſa, quia non dum poteſt dici anima viua in corpore, quod ſenſu caret, tamen pecunia erit mulctandus 32. quæſt. 2. c. quod verò 8. c. Moyſes 9. cum c. ſequen. non vt homicida, vt in d. c. 8. & ſeq. Sed cum Deus ſit vita animæ, anima verò vita corporis, ſicut corpus viuere non poteſt abſente anima, ita non niſi Deo præſente anima viuerę valet. Habet itaque anima ſibi Deum præſentem per gratiam, quia viuēs peccatum ſuum confitetur, eamque vita, quæ Deus eſt, inhabitat, quam inhabitando viuere facit. Si autem illam habitat, ergo templum Spiritus ſancti facta eſt, ergo illuminata eſt, ergo à tenebris peccatorum expiata eſt, ergo templum diaboli eſſe deſijt, quæ ad lucem venit, cuius reſpectu tenebras fugat, vt de pœni. diſtin. 1. c. reſuſcitatus 35.
9 & diſtinc. 2. c. illa anima 35. † De prædeſtinatione quid ſit credendum, vel ſentiendum diſſeritur in 23. q. 4. cap. cum quiſque, §. eſt & alia. c. ſicut non, c. obtineri, c. Nabuchodonoſor, c. vatis, & de pœnit. diſtinct. 2. c. firmum, c. nullus, c. talibus, c. ſi enim, §. fin c. Apoſtolus, c. mirandum, ca. multi, c. citius, c. fin. in princ. vſque ad §. charitas, & diſtin. 4. c. ſi ex bono, c. benedictus, c. nouit Deus, c. in domo, cap. hanc ſocietatem, & latè apud D. Thomam in 1. q. 23. art. 1 & ſequentibus. Rationem autem prædeſtinationis, & reprobationis abyſſum maximam, atque profundiſſimam appellat Cardinalis Bellarminus de Aſcenſione mentis in Deum Gradu 15. verſ. quamuis Abyſſus, & probat eccleſ. 3. & authoritatibus quamplurimis Polyantea in verbo prædeſtinatio. Nimirum ſi in Concilio Tridentino ſeſſio. 6. c. nemo 12. ſtatuitur prædeſtinationis temerariam præſumptionem eſſe cauendam.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia, & fides peccatorum ipſos iuſtificat, & quando.*
2 *Pœnitentia falſa, quæ dicatur. & nu. 3.*
4 *Gratia Chriſti virtus, & effectus.*
5 *Fides non eſt arbitrij tantum, ſed donum Dei.*
6 *Charitas Eccleſiæ peccata dimittit.*
7 *Opera bona quando iuſtificent.*
8 *Eleemoſyna iuſtificat.*
9 *Mortui degentes in purgatorio quomodo iuuentur.*
10 *Eleemoſyna dicitur medicina miſericordiæ, & tollit peccata magna.*
11 *Orationes iuſtificant.*
12 *Morientes in bello contra hæreticos, vel infideles moriuntur iuſtificati.*
13 *Iuſtificatus quis, & quomodo euadat.*
14 *Ignis purgatorij effectus, & de eius vehementia nu. 15.*
16 *Pœnitentia non differenda ad vltimum vitæ ſpiritum.*
17 *Exequiarum pompa, & conditio ſepulturæ nō præſtat remiſſionem peccatorum.*
18 *Corpora defunctorum non eijcienda, ſed ſepelienda, & quare.*
19 *Sepultura in locis ſacris quid profit mortuis.*
20 *Mortuorum omnia quibus, & à quibus iuuentur.*
21 *Defuncto prodeſt ad iuſtificationem quod genuit liberos in virginitate permanſuros.*
22 *Peccata remittere quis poſſit.*
23 *Indulgentiæ iuſtificant, & remittunt peccata.*
24 *Indulgentia quid ſit.*
25 *Indulgentiæ ab Epiſcopis, & Metropolitanis conceduntur, & quatenus.*
26 *Indulgentiæ conceduntur poteſtate iuriſdictionis, non poteſtate ordinis.*
27 *Indulgentias concedendi poteſtas non amittitur per peccatum mortale.*
28 *Indulgentiæ non conceduntur pro peccatis reſeruatis.*
29 *Epiſcopi non concedunt indulgentias diuino iure, ſed tanquam habentes authoritatem à Papa.*
30 *Indulgentiarum ius poteſt tolli, & mutari Epiſcopis à Papa.*
31 *Iubilæi annus à centeſimo in vigeſimum quintum mutatus.*
32 *Indulgentiæ pro defunctis accipiuntur per modum ſuffragij.*
33 *Peccatum in Spiritum ſanctum quando remittatur.*
34 *Peccare in Spiritum ſanctum quis dicatur.*
35 *Confeſſio eſt neceſſaria ad iuſtificationem.*
36 *Ablata reſtituenda pro iuſtificatione.*
37 *Reſtitutio ablatorum quando non ſit neceſſaria ad iuſtificationem.*
38 *Res inuentæ ſunt Dominis reſtituendæ, alias furtum committitur.*
39 *Fur iudicatur tam in maioribus, quam in minoribus rebus.*
40 *Remiſſio peccati non fit ſine pœna.*
41 *Peccatorum remiſſio quomodo acquiratur.*
42 *Charitas neceſſaria ad remiſſionem peccatorum.*
43 *Iuſtificatus non iuuatur ſine perſeuerantia.*
44 *Peccatum ſemel remiſſum an debeat imputari ſi rurſus quis peccauit.*
45 *Peccatorum remiſſio prouenit à ſolo Chriſto, & Spirituſancto.*
46 *Peccata quamuis remiſſa puniuntur.*
47 *Iuſtificatio cuiuſque incerta.*

De iuſtificatione, & peccatorum remiſſione. Tit. 71.

DE iuſtificatione ſtatuitur in Concilio Tridentino ſeſſio.6.ferè per totam, de qua feliciter agit Cardinalis Bellarminius in libr. de iuſtificatione per totum, de qua & nos modo allaturi ſumus, quæ de ea faciat ca-
1 nones ſtatuerunt.† Iuſtificatio enim, & peccatorum remiſſio inter Eccleſiaſticos connumerantur actus, & conſequũtur pœnitentia, & fides, quia penitentia peccatorum & fides ipſos peccatores iuſtificat cap.1.§.fin.de ſumma Trinitate, & fide cathol.15.quæſt.1.cap.firmiſſimæ, & de pœnitent.diſtin.1.cap.vide 69.cap.ſecunda cap.quia diuinitatis cap.ne forſitan & de conſecrat.diſtinct.2.cap. vt quid ca. credere, & diſtinct.4.cap.filius Dei. Nam vt cecinit Seneca in Agamennone. Quem penitet peccaſſe, pœnæ eſt innocens. Verum peccatores illos non iuſtificat pœnitentia ſimulata, & fides ſola ſine operibus de pœnitent. diſtin.4.c. peccatum §.fin.cap.1.§.quia verò Chriſtus ver.inter ſcapulas de ſacra vnct.de pœniten.diſtinct.3.cap.in tantum § fi. cum ſequentibus vſque ad cap.ſcelerat.or. Cardinalis Bellarminius de iuſtificatione libr.1.in princip. per totum, & capitulo 13.14. & ſequen. vſque ad finem libri diluit con-
2 traria.† Falſas pœnitentias ex Gregorio 7. dicimus quę nō ſecundum authoritatem Sanctorum Patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque quicunque miles, vel negociator, vel alicui officio deditus, quod ſine peccato exerceri non poteſt, ſi culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuſtè detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoſcat ſe veram pœnitentiam non poſſe peragere, per quam ad æternam vitam valeat peruenire, niſi negocium derelinquat, vel officium deſerat, & odium ex corde dimittat, bona quæ iniuſtè abſtulit reſtituat, arma deponat, vlteriuſque non ferat, niſi conſilio religioſorum pro defendenda iuſtitia. Ne tamen deſperet, interim quicquid boni facere poterit hortamur, vt faciat: vt omnipotens Deus cor illius illuſtret ad pœnitentiam, vt de pœnitent. diſtinct.5.capit.falſas, Cardinalis Bellarminis lib.1.cap.1.& ſequen.de iuſtificatione, & c.15. vſque ad finem. Nam vt dictum eſt ſola fides ſine operib. non iuſtificat, vt latè Bellarm.vbi ſupra, quo loci probat
3 neceſſitatem operũ contra hęreticos aliter ſentientes.† Falſam autem pœnitentiam etiam eſſe conſtat, cum ſpretis pluribus de vno ſolo pœnitentia agitur: aut cum ſic agitur de vno, vt non diſcedatur ab alio. Vnde ſcriptum eſt. Qui totam legem obſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus, ſcilicet quantum ad vitam æternã: ſicut enim ſi peccatis eſſet omnibus inuolutus, ita ſi in vno tantum maneat æternæ vitæ ianuam non intrabit d. diſt. 5.cap.vltim. ſed de pœnitentia plura dicentur infra tit.89.
4 Item & gratia Chriſti nos iuſtificat.† Nam gratia quæ per Chriſtum datur non ſolum peccatorum remiſſionem facit, ſed etiam, vt lex impleatur, vt natura liberetur, ne peccatum dominetur: Spiritus etiam gratiæ dat fidem, quæ etiam impetita à Deo conceditur, vt homini petenti, & alia
5 concedantur.† Nam fides non eſt arbitrij tantum, ſed donum Dei ita D.Auguſt.ad Valen.cap.14. D.Thomas 1.2.q. 109.artic.1.& ſequen.& artic.4. & in 2.2.quæſtio.6. & de conſecrat.diſtinct.4.cap.gratia 145.cap. placuit 154.cum ſequen.capitu.nemo 141.& ſupra tit.11.numero 8. Adiuuat etiam, vt peccata non committantur. Quid ſit peccatum ipſa gratia docet, & vt vitetur facit. & ſine ea mandata diuina impleri non poſſunt d.cap.placuit cum duobus cc.ſequentibus, præualet enim libero arbitrio, vt alias deduximus ſub titu.11.contra Pelagium monachum, & Celeſtinum, qui gratiæ libertatem arbitrij præferentes, aſſerebant, quem ex ſolo arbitrio poſſe ſaluari, & ita plus homini quam Deo tribuebant, quod impium, atque hæreticum
6 eſt, vt definiuit Innocent. 1.† Charitas etiam Eccleſiæ peccata dimittit, & tenet. Nam Eccleſiæ charitas, quæ per Spiritum ſanctum diffunditur in cordibus eorum, qui participes ſunt, peccata dimittit: eorum verò qui non ſunt, tenet de conſecra.diſtinct.4.cap.Eccleſiæ 140.vbi glo. Continentia, & Virginitas ſaluos facit 33.quæſt.5.cap.qui ſunt. 9. Niſi alia opera deſint d.quæſt.5.cap. hoc ſolum 8. Item & opera iuſtificant, ſi illa bona ſint. Pium enim eſt credere, & noſtra fides expoſtulat, vt cum gratia Chriſti deſtruxerit mala priora in homine: etiam remanerent bona: & cum deſtruxerit, quod ſuum non inuenit: amet & diligat bonum, quod etiam in peccante plantauit, quonam modo hæc intelligantur diſſeritur, & definitur de peniten.diſtin.3.capitulo Pium 45 & ſequen.vſque ad finem diſtin-
7 ctionis. † Sed in bonis operibus, vt iuſtificet, neceſſaria eſt perſeuerantia vſque in finem d.capitulo hoc ſolum, & vt mens ab iniquitate, & lingua ab obtrectationibus cohibeatur. Nihil enim prodeſt homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona facere, niſi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur de conſecratio.diſtinctio.5.cap.nihil 23. cum duobus cc. ſequentibus.
8 †Eleemoſyna etiam iuſtificat. nam animæ defunctorum quatuor modis ſoluuntur 13.quæſtione 2. capitulo animæ 22.in princip.vbi dicitur etiam eleemoſynis ſolui: ex hoc & illud ſalubriter dicitur, quanta poſſit eſſe remuneratio pro eleemoſynis, quas viuentibus, & ſenientibus exhibemus: ſi neque hoc apud eum perit, quod exanimis hominum membris, officij diligentiæque perſoluitur d.capitu-
9 lo animæ §.vbi, & illud. † Ante enim diem iudicij mortui in purgatorio tenti iuuantur, aut oblationibus ſacerdotũ, aut precibus Sanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum d.cap.animæ cum duobus cc.ſequentibus. Qua ratione certi dies in commemorationem mor-
10 tuorum ſeruantur d.q.2.c quia alij 24.† Et eleemoſyna dicitur medicina miſericordiæ, quæ tollit peccata magna, & hoc eſt medicamentum fortius, quod maximè operatur in pœnitentia, vt de pœnitent. diſt. 1.ca. medicina 76.cum ſeq.& ſic pro viuis, & defunctis, vt iam dictum eſt. Et cõprobat Cardinalis Bellarminius lib.2.de purgatorio c.15. & ſeq. Qua ratione Dantes in Purgatorio Cantilena 3.in fine ex perſona animæ ibi retentæ ita canit.

Se tal decreto
Più corto per buon preghi non diuenta.
Vedi horamai ſe tu mi puoi far lieto
Reuelando alla mia buona Goſtanza
Come m'hai viſto, e anco iſto diuieto:
Che qui per quei di là molto s'auanza.

Si enim D. Hieronymus ad Ruſticum monachum de viuendi forma citauit Virgilium in lib.1.Georgicor.vt legitur de conſecrat.diſtinct.5.cap.nunquam 10.& D. Auguſtinus de ciuitate Dei paſſim alios, & ego tantorum Patrũ exemplum ſecuturus potui allegare Dãtẽ tam vera, & pia canentem authoritas enim Poetarum ſemper fuit vſu recepta, vt ex omnium eruditiſſimorum ſcriptis conſtat, & probatur ſupra titu.5.num.13.& in leg.1.ff. de contrahen. empt. vbi Budeus, & in §.item pretium inſt.de emp. & vendit.vbi glo. Alciatus lib.1 prætermiſſorum. Sed & de eleemoſynis ſpecialiter latius dicitur infra tit.95. Si quis malè quæſitis benè vtatur, non per hoc iuſtificatur 14.quęſt.
11 5.cap neque enim 9.& c.ſequen. † Si quis oret. Pater noſter qui es in cœlis, iuſtificatur. De quotidianis enim, breuioribus, leuibuſque peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana, hæc oratio fidelium ſatisfacit. Eorum eſt enim dicere. Pater noſter qui es in Cœlis, qui iam taliter Patri regenerati ſunt ex aqua, & ſpiritu ſancto, delet omnino hæc oratio minima, & quotidiana peccata: delet & illa, à quibus vita fidelium ſcelerate etiam geſta, ſed pœnitendo in melius mutata diſcedit: ſi quemadmodum veraciter dicitur, dimitte nobis debita noſtra, quoniam non deſunt, quæ dimittantur: ita veraciter dicatur. Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris ideſt ſi fiat quod dicatur: quia & ipſa eleemoſyna eſt, veniam petenti homini ignoſcere, vt de pœn.diſt.3.c. de quotidianis 20. Si quis offerat ſe pro populo, remiſſionem peccatorum conſequitur, nam illud quam mirabile eſt, quod Angelo ferienti plebem ſe obtulit Dauid dicens. Grex iſte, quid fecit? fiat manus tua in me, & in domum Patris mei. Quo facto ſtatim dignus ſacrificio iudicatus eſt, qui abſolutione exiſtimabatur indigens. Nec mirum ſi tali ſua oblatione pro populo peccati ſui adeptus eſt veniam, cum Moyſes offerẽdo ſe Dño pro plebis errore, et plebis peccata deleuerit? ita arguit D. Amb. in Apolo. Dauid.c.7. relatus de pęn.diſ
12 3.c.illud mei.26.† Si quis moriatur in bello cõtra hereticos atq.infideles iuſtificatur 23.q.5.c.omniũ 46.& q.8.c omni
13 timore 9.† Et qui in hac vita pęnã cũ penitentia ſubſtulit iuſtificatur pro altera vita, ſecũdũ ea quę proponũtur in d.q.5, c quid.

c. quid ergo, & de pœniten. diſtin. 3. c. ſunt plures, §. autho-
ritas illa, c. ignis ſuccenſus, & c. ſequent. Peccatores enim
ſuſcipit Deus correctione placatus, §. 1. Auth. vt nõ luxur.
contr. natu. & Cardinal. Bellarmin. de arte bene morien-
di, lib. 2. cap. 14. in fine. † De igne purgatorio, & quod per
14 tranſitorium ignem poſſit quis purgari, intelligitur quod
non capitalia, ſed minima peccata purgentur, & vt ſcia-
mus quæ ſint capitalia, illa dinumerat D. Auguſtinus in
homilia de igne purgatorio relata in diſtinct. 25. c. vnum
3. §. vnde Auguſtinus. Qualis hinc quiſque egreditur, talis
in iudicio præſentatur, ſed tamen de quibuſdam leuibus
culpis, eſſe ante iudicium purgatorius ignis credendus eſt,
pro eo quod veritas dicit. Quia ſi quis in Spiritum ſanctũ
blaſphemia dixerit: neque in hoc ſæculo remittetur ei,
neque in futuro, in qua ſententia datur intelligi, quaſdam
culpas in hoc ſæculo, quaſdam verò in futuro poſſe laxari.
Quod enim de vno negatur, conſequens intellectus patet,
quia de quibuſdam conceditur. Sed tamen vt dictum eſt,
hoc de paruis, minimiſque peccatis fieri poſſe credendum
eſt, de quibus in d. diſtinct. 25. c. qualis hinc 4. in fine. Car-
dinalis Bellarminus de purgatorio libro 2. cap. 1. in fine.
15 † Hic autem purgatorius ignis, & ſi æternus non ſit, miro
tamen modo grauis eſt. Excellit enim omnem pœnam,
quam vnquam aliquis paſſus eſt in hac vita, vel pati po-
teſt, d. diſtin. 25. c. qui in aliud, & de pœnitent. diſtinctio. 7.
c. nullus 6. per totum. Cardin. Bellarminus vbi ſupra cap.
10. & ſequentib. & c. 14. Quare quamuis tempus pœniten-
tiæ ſit vſque ad vltimum articulum vitæ, de pœnitent. di-
16 ſtinct. 7. in princ. † Tamen D. Auguſtinus in lib. 50. homil.
homil. 41. de differentibus pœnitentiam ad vltimum vitæ
ſpiritum, non bene præſumit, quod idem ex eodẽ proba-
tur in diſtinct. 7. c. 2. & ſequen. Nullus ideo ſecundum con-
ſilium Auguſtini de pœnitent. cap. 17. expectet pœnitere,
quando iam non poſſit peccare. Arbitrij enim quærat li-
bertatem, vt dolere poſſit commiſſa, non neceſſitate. Qui
prius itaque à peccatis relinquitur, quam ipſa relinquat,
ea non liberè, ſed quaſi ex neceſſitate condemnat. Licet
enim latro veniam meruiſſet in fine de cruce ſuo Domino,
non tamen dedit baptizatis peccandi, & perſeuerandi au-
17 thoritatem, d. diſtinct. 7. cap. nullus, per totum. † Curatio
enim funeris, & conditio ſepulturæ, & pompa exequiarũ
non præſtant remiſſionem peccatorum, hæc enim magis
viuorum ſolatia ſunt, quam ſubſidia mortuorum. Si ali-
quid prodeſt impio ſepultura pretioſa, oberit pio vilis,
18 aut nulla † Nec ideo tamen contemnenda, & abijcienda
ſunt corpora defunctorum, maximè iuſtorum, ac fideliũ,
vt ex Gregorio II epiſt. vlt. ad Bonifacium Epiſcopũ. Gra-
tianus in 3. quæſt. 2. cap. animæ 21. Corpori autem human
do quidquid impenditur, non eſt præſidium ſalutis, ſed
humanitatis officium ſecundum affectum, quo nemo vn-
quam carnem ſuam odio habet. Vnde oportet, vt quam
poteſt, pro carne proximi curam gerat, cum ille receſſerit,
qui gerebat. Et ſi hæc faciunt, qui carnis reſurrectionem
non credunt: quanto magis debent facere, qui credunt à
Vt corpori mortuo, ſed tamen reſurrecturo, & in æterni-
tate manſuro impenſum eiuſmodi officium, ſit etiã quo-
dammodo eiuſdem fidei teſtimonium, d. q. 2. c. non æſti-
memus 19. §. corpori autem, ex D. Auguſtino, in libro de
agenda cura pro mortuis, c. vlt. ideoque vtile reſpectu de-
functorum, & meritorium reſpectu viuorum, vt defen-
dit etiam Cardinalis Bellarminus de purgatorio, libro ſe-
19 cundo, c. 19. de funere per totum. † Si in loco ſacro defun-
ctus ſepeliatur, hoc ei non prodeſt ad remiſſionem pecca-
torum. Quibus enim peccata dimiſſa non ſunt, à ſacris lo-
cis poſt mortem adiuuari non poſſunt: quia quos peccata
grauiora deprimunt, ſi in ſacris locis ſe ſepeliri faciunt, re-
ſtat, vt de ſua præſumptione iudicentur: quia eos ſacra lo-
ca non liberant, ſed culpa temeritatis accuſat, d. quæſt. 2. c.
quibus 16. ex D. Auguſtino, d. c. animæ, §. curatio, ver. con-
ditio ſepulturæ. Verum enim verò cum grauia peccata
non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in Eccleſia ſepe-
liantur: quod eorum proximi quoties ad eadem ſacra lo-
ca veniunt, ſuorum, quorum ſepulchra aſpiciunt, recor-
dantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nã quos pec-
cata grauia deprimunt, non ad abſolutionem potius, quã
ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in
Eccleſijs ponuntur, d. quæſt. 2. cap. cum grauia 17 ex Diuo
Gregorio, libro quarto, dialog. cap. 50. Si apud Eccleſiam
martyrum quis ſepeliatur quodammodo adiuuatur, ſe-
cundum D. Auguſtinum relatum in d. quæſt. 2. c. non æſti-
20 memus 19 §. quod verò quiſque. † Sed & ſi ſacrificium,
eleemoſyna, oratio, oblatio, & ieiunium fiant pro defun-
ctis iuuantur, d. quæſtio. 2. cap. non æſtimemus, in princip.
cap. animæ 22. c. tempus. §. neque negandum, c. in præſen-
ti, c. pro obeuntibus. Sancta enim & ſalubris eſt cogitatio
pro defunctis in purgatorio tentis exorare, vt à peccatis
ſoluantur, vt lib. 1. Machab. cap. 12: ex quo D. Auguſtinus
in lib. de cura pro mortuis, cap 1. Verum mortui damnati
non iuuantur, d. c. in præſenti. Nec minus mortui in gra-
tia, & in purgatorio tenti, ſi pro eis iniuſtus offerat de ra-
pina, vel de ſcelere 14. q. 5 c. immolans 2. & cap. ſcriptum 11.
Vel iniuſtus preces, atque orationes Deo fundat, d. c. ani-
mæ in princip. ibi. aut precibus ſanctorum. Hinc Dantes in
purgatorio cantilena 4. cecinit ita.

Prima conuien che tanto il Ciel m'aggiri
Di fuor da eſſa, quanto fece in vita,
Perch'io 'ndugiai al fin li buon ſoſpiri,
Se oratione in prima non m'aita,
Che ſurga ſu di cuor, che 'n gratia viua,
L'altra, che val, ch'in Ciel non è gradita.

Et in Cantilena 11. ita

Se buona oration lui non aita.

Et hanc ſententiam tuetur Cardin. Bellarminus de pur-
21 gatorio, libro ſecundo, c. 17. † Si quis genuit liberos in vir-
ginitate permanſuros, eidem defuncto prodeſt ad iuſtifi-
cationem. Tunc enim ſaluabitur mulier, ſi illos genuerit
filios, qui virgines permanſuri ſunt, ſi quod ipſa perdidit,
acquirat in liberis damnum radicis, & cariem flore com-
penſet, & pomis 33. quæſt. 5. c. tunc 7. ex D. Hieronymo li-
bro 1. aduerſus Iouinianum, vbi glo. explicat ſenſum d. ca-
22 nonis. † Verbum etiam Dei remittit peccata; ſacerdos eſt
index. Sacerdos quidem ſuum officium exhibet, & nullius
poteſtatis iura exercet. Dominus pariter, & ſoluendi eſſe
voluit, & ligandi, quia vtrumque pari conditione permi-
ſit. Certum eſt, quod Eccleſiæ vtrumque licet; hæreſi vtrũ-
que non licet. Ius enim hoc ſolis permiſſum eſt ſacerdoti-
bus. Rectè igitur eccleſia vendicat, quæ verò ſacerdotes
habet: hæreſis verò vendicare non poteſt, quæ ſacerdotes
Dei non habet, vt de pœnitent. diſtinct. 1 cap. verbum Dei
51. in princip. & per totum ex D. Ambroſio libro ſecundo,
de Cain, & Abel, & libro 1. de pœnitent. cap. 2. & glo. in d.
cap. Verbum 51. Euchariſtia, & baptiſma iuſtificant, vt di-
23 citur infra ſuo loco. † Indulgentiæ etiam ſummi Pontifi-
cis, & Prælati iuſtificant, ac remiſſionem peccatorum præ-
ſtant, quia Prælatis ius ſoluendi, & ligandi competit 17. q.
4. c. omnes 26. quæſt. 6. cap. 1. & in Concilio Tridentin. ſeſ-
ſio. 25. in illius continuatione. Decretum de indulgentijs.
Cardin. Bellarminus de purgatorio, libro 2. c. 16. & de in-
dulgentijs, libro primo, cap. 3 ubi latè illuſtrat, & ſequen-
24 tibus diluit contraria. † Eſt enim indulgentia propriè ab-
ſolutio iudiciaria, annexam habens ſolutionem ex ampliſ-
ſimis theſauris meritorum Chriſti, ac ſanctorum appli-
catam authoritate Pontificis. Bellarmin. vbi ſupra, cap. 5.
& cap. 6. diluit contraria, & cap. 11. per textum cap. cum ex
eo. de pœnitent. & remiſ. eſt enim poteſtas illas conferen-
di conceſſa a Chriſto Eccleſiæ. Matth. 16. Ioan. 20. Conci-
lium Tridentinum in ſeſſio. 25. Decretum de indulgentijs.
25 † Quas etiam Epiſcopi, ac Metropolitani in ſua diœceſi,
vel prouincia conferre poſſunt, dum tamen vnius anni in
die dedicationis Eccleſiæ, vel quadraginta dierum alijs tẽ-
poribus de iniunctis pœnitentijs non excedat, d. cap cum
ex eo. & c. noſtro, de pœnitent. & remiſs. c. indulgentiæ, eo-
26 dem tit. in 6. † Idque tam Pontifex, quam Archiepiſcopi,
vel Epiſcopi non poteſtate ordinis, ſed ſola poteſtate iu-
riſdictionis facere poſſunt, ideoque illas concedere pote-
runt, etiamſi nondum ſint ſacris ordinibus inſigniti, vt do-
cet D. Thomas in 4. diſtinct. 20. quæſt. 1. artic. 4. quæſtiun-
27 cula 2. † Neque amittitur hæc poteſtas per peccatum le-
thale, vt docet idem D. Thomas in d. artic. quæſtiuncul. 4.
28 † Verum pro peccatis quorum abſolutio Papæ ſpecialiter
eſt reſeruata, non poſſunt inferiores illas concedere, cum
declaratio de qua in extrauag. commun. de pœniten. & re-
miſſion. c. & ſi Dominici 3. & c. vlt. Neque in concedendis
illis, quas concedere poſſe ſupra eſt firmatum, modum ſi-
bi conceſſum excedere poſſunt, d. c. cum ex eo 14 § ad hæc
vſque ad finem, de pœnitent. cap. 1. in fine, eodem tit. in 6.

c. licet

c.licet 4.§.nec illa,de tranſlatio.epiſc.Nec minus illas con-
cedere poſſunt cauſa quæſtus, vt in Concilio Trident.cita-
29 to ſupra.† Non enim poſſunt Epiſcopi indulgentias diui-
no iure elargiri, quia ipſi à ſummo Pontifice omnem ha-
bent iuriſdictionem, ac per hoc poteſtatem cōferendi in-
dulgentias limitatè,atque reſtrictè,vt in d.c.cum ex eo. &
30 in alijs mox citatis. † Nec ideo dubium quin ab eodem
poſſint penitus tolli,vel etiam augeri, & extendi, vt colli-
gitur ex allegatis, & exemplo cap.3. & vlt. in extrauagan.
commun. de pœnitent. & exprimitur in Concilio vbi ſu-
pra.Semper enim, vt legitur in iure canonico Pontifex il-
las concedit,vt in c.1.§.fin.de celebrat.miſſar.in extrauag.
commun.cap.1.de reliquijs,& vener.ſanct.& in extrauag.
commun.c.1.de pœnitent. Vbi ſummus Pontifex ampliſ-
ſimas concedit ijs, qui centeſimo quoque anno, quem Iu-
bilæi annum appellant,baſilicas Beatorum Petri, & Pauli
31 Apoſtolorum viſitant. † Quarum indulgentiarum cente-
ſimus annus mutatur in quinquageſimum, c.vnigenitus
2.eod.tit. Tandem mutatur in annum vigeſimumquintū,
32 in c.quemadmodum 4.eod.tit.† Quæ quidem indulgen-
tiæ poſſunt concedi,& accipi etiam pro defunctis per mo-
dum ſuffragij,vt latè docet Cardin.Bellarminus de indul
gentijs,lib.1.cap.14. Non autem per modum abſolutionis,
quia non poteſt Pontifex abſoluere defunctos à pœnis,
quomodo abſoluit viuentes,quia illi non ſunt ei ſubiecti,
iſti ſunt.Poteſt tamen tanquam ſummus diſpenſator the-
ſauri Eccleſiæ communicare illis bona opera pœnalia,quę
in theſauro ſunt,vt per Bellarm.vbi ſupra,& de purgato-
rio libro 2.c.16.& alibi. Hactenus igitur de iuſtificatione,
ſeu remiſſione peccatorum quid credendum ſecundum
ius Pontificium dicta ſufficiant. Qui enim plura deſiderat
adeat eundem Bellarminum in libris de iuſtificatione, de
ſacramentis,de pœnitentia,& de indulgentijs. Obſeruan-
dum tamen eſt, quod ſingulæ dinumeratæ res, & opera-
tiones per ſe ſolæ ſine alijs non iuſtificant, ad vitam æter-
33 nam conſequendam in cœlo.† Et quod omnes ſimul iun-
ctæ non iuſtificant peccatum in Spiritum ſanctum com-
miſſum,quia hoc eſt irremiſſibile,vt de pœnitent. diſtinc.
1 c.ſi ſacerdos,§.poteſt etiam,ver.ego autem,niſi peccator
de illo ſe emendauerit; & veram pœnitentiam peregerit,
vt declaratur infra tit.92.nu.36.& 37. Contra autem Spi-
ritum ſanctum verbum dicitur, ideſt blaſphemia, cū ex
diſperſione nunquam redditur 1.q.1. c.ita fit verbum 81.
34 & ibi gloſæ.† Itaque ille peccet in Spiritum ſanctum,qui
cognitam veritatem Spiritu ſancto illuſtrante, improbat,
& ſigna, ac prodigia virtute Spiritus ſancti facta tribuit
Satanæ,& non poteſt ideo iuſtificari,d.§.poteſt. & Cardi-
35 nalis Bellarmin.libr.2. de pęnitent.c.16.per totum.† Item
minus iuſtificatur ille, qui prius peccata non fuerit cōfeſ-
ſus,vt de pęnit.diſtin.1.c.non poteſt 38.& ſequen.& pęni-
tentiam non egerit,d.diſtin.1.c.ecce 39.§.illa ergo,& c.ſeq.
c.neminem 43. & c.non ſufficit 63. & latè Bellarminus de
pęnitentia lib.3.c.1 & ſequentibus per totum librū, & de
36 iuſtificatione lib.2.c.1.& ſequen.vſque in finem. † Sed &
nec iuſtificatur ille,qui faſſus eſt pœnituiſſe ſe alterius bo-
na abſtuliſſe,niſi etiam reſtituerit ablata 14.q.5.c.nemo 4.
Nam ſi res aliena,propter quam peccatum eſt, cum reddi
poſſit,non redditur,non agitur pœnitentia,ſed fingitur. Si
autem veraciter agitur, non remittit peccatum,niſi reſti-
tuatur ablatum,14.q.6.in prin.& c.ſi res aliena, ex D Au-
guſtino ad Macedonianum 50.& de pœnitent.diſtinct.5.
c.falſas,§.bona quidem. Sed vt dixit, cum reſtitui poteſt.
37 † Plerumque enim qui aufert,amittit,ſiue alios patiendo
malos,ſiue ipſe malè viuendo, nec aliud habet vnde reſti-
tuat. Huic enim certè non poteſt dici,redde quod abſtuli-
ſti,niſi eum habere credimus, & negare,d.c.ſi res aliena,§.
ſed vt dixi,& d.c.nemo. Vbi quidem ſi ſubſtinet aliquos
cruciatus à repēte,dum exiſtimatur habere quod reddat;
nulla eſt iniquitas, quia etſi non eſt vnde reddat ablatam
pecuniam, merito tamen dum eam per moleſtias corpo-
rales reddere cōpellitur, peccati,quo male ablata eſt, pœ-
nas luit. Sed inhumanum non eſt, etiam pro talibus inter-
cedere,tanquam pro reis criminum,non ad hoc, vt mini-
mè reſtituantur aliena, ſed ne fruſtra homo in hominem
ſæuiat,d.c.ſi res aliena,§.vbi quidem, & c.ſi qui in furtis
3.ead.q.6. Res aliena ſi conſecrata ſit,non reſtituitur, ſed
illius æſtimatio ſoluitur,d.q.5.cap.comperimus. Et ſi quis
eos,quorum res ablata fuit,inuenire non poterit; Eccleſiæ
38 vel pauperibus tribuat 14.q.5. cap.nemo 4. §.ſi eos.† Res
etiam inuentæ ſunt dominis reſtituendæ,furtum enim cō-
mittit,qui inuentum non reddit,d.q.5.c.ſi quid 6 ex Diuo
Auguſt.in lib.50.homil.homi.9 & c.multi 8.ex D. Hiero-
nymo in lib. Leuitici. Et quod dictum eſt de reſtitutione
alieni pro iuſtificatione, ac remiſſione peccatorum conſe-
39 quēda, procedit in maioribus,& in minoribus rebus,† fur
enim non ſolum in maioribus,ſed etiam in minoribus iudi
catur. Tiraquel. de minimis, & exiguis. Non.n.id quod
furto ablatum eſt,ſed mens furantis attenditur. Quomo-
do in fornicatione:non idcirco diuerſa fit fornicatio,ſi mu
lier ſit pulchra,aut deformis,ancilla,aut ingenua,pauper-
cula,aut opulenta,ſed qualiſcunque illa fuerit, vna eſt for
nicatio; ita & in furto, quantumcunque quis abſtulerit,
furti crimen incurrit 14.q.6.c.fur.4.ex Diuo Hieronymo in
epiſtola ad Titum c.2. Sed & ille qui non fuit precatus re-
miſſionem peccatorum,non ideo ex alijs actibus iuſtifica-
bitur. Cum verò clamauerunt ad Dominum tunc ſuſcita-
uit Dominus Saluatorem Iſrael,& ſaluauit eos,de penitēt.
diſt.1.c.vbi 69.§.ſed illud,& c.prædixeram 75.Ideoque pę-
nitens proſtratus ad pedes ſacerdotis dicit confiteor, con-
fitetur,cōfeſſione perfecta dicit.Ideo precor te pater, &c.
40 † Præterea nullus debitæ grauioris pœnæ accipit veniam,
niſi qualemcūque,& ſi longè minorem,quam debeat ſol-
uerit pęnam. Ita enim impertitur à Deo largitas miſeri-
cordiæ,vt non relinquatur etiam iuſtitia diſciplinæ, dicta
diſtin.1.c.nullus,vbi gloſ.in verbo pęnam, & in verbo non
relinquatur etiam iuſtitia,& vt latius infra tit.93.de ſatiſ-
41 factione.† Sed nec etiam ſufficit mores in melius commu-
tare,& à præteritis malis recedere, niſi etiam de his, quæ
facta ſunt, ſatisfiat Deo per pęnitentiæ dolorem, per hu-
militatis gemitum,per contriti cordis ſacrificium, coope-
rantibus eleemoſynis,& ieiunijs,d.diſtinc.5. c.non ſufficit
42 † Item ſine charitate nulli adulto peccatum remittitur,
de pęniten.diſtin.2.c.1.§.fin.& c.quia radix 13. & ſequen.
c.ego ſum,& diſtinct.7.c.nullus,§.ſcriptum eſt,de quia la-
tius dicetur in ſequenti. Sed & quod ſuperius firmatum
eſt pro ſuffragijs defunctorum, obſeruandum quod illis
non iuuantur, niſi remiſſionem peccatorum ſuis proprijs
operibus non meruerint in vita 13.q.2.cap.nō æſtimemus
19.in princ.c.tempus 23. §.ſed hæc eis proſunt. & de pœ-
43 nitent.diſtinc.1.cap.multiplex 49. §.ſi autem aliquis. † Et
quod viui iuſtificati, pariter iuſtificatione non iuuantur,
niſi perſeuerauerint vſque in finem,de pœnitent. diſtinct.
2.c.ſi enim 40.in fine,c. Apoſtolus 41.cap. mirandum 42.&
ſequen. Sacerdos enim abſolutis pœnitentibus dicit. Va-
de,& amplius noli peccare, ecce ſanus factus es, iam am-
plius noli peccare,ne deterius aliquid tibi contingat,d.di-
ſtinct.2. in princip. & diſtinct.4. c.ſi ex bono 8. & c.in do-
44 mo 12.† Planè quod dictum eſt non videtur procedere in
peccato remiſſo:hoc enim amplius imputari non videtur,
quamuis poſtea quis iuſtificatus rurſus peccauerit, ſed
hoc eſt controuerſum, ſi quidem primum reprobatur, d.
diſtinct.4. in princip.cum c.1. & ſequen. & c.conſtat,cum
ſequentibus,& c.quid eſt quod dicitur, c.qui recedit,§.fi-
nis huius,§.fin.cum cc.ſequētibus. Deinde probatur quod
amplius nō imputatur, d.diſtin.4.c.quid eſt quod dicitur
13.c.qui recedit 14.& ſequen.vſque in finem,& c.vlt, &
de conſecrat. diſtinct.4 c.quomodo,§.nam redire dimiſſa.
Sed antinomia hæc ſoluitur per diſtinctionem remiſſio-
nis,quæ fit ſecundum iuſtitiam,& eam,quæ fit ſecundum
præſcientiam,d.diſtinct.4.c.peccatum 7. §.eorum verò,c.
ſi ex bono,§.finis ergo,c.in domo patris, §.ſic itaque.c.hāc
ſocietatem, §.qui ergo peccata. Sed & aliam ſolutionem
affert Gratianus in d.diſtinct.4.c.vlt. § ſed his authorita-
45 tibus.† Sed & ſolus Chriſtus, & Spiritus ſanctus peccata
dimittit.de conſecr.diſtin.4.c.nemo tollit 41. Vt enim eui-
denter hoc oſtenderet Dominus à Spiritu ſancto, quem
donauit fidelibus ſuis,dimitti peccata, non meritis homi-
num, quodam loco ſic ait reſurgens à mortuis. Accipite
Spiritum ſanctum,& continuò ſubiecit. Si cui dimiſeritis
peccata,dimittuntur ei:hoc eſt ſpiritus dimittit,non vos 14
q.1.c.vt euidenter 82. Quare ſacri officij poteſtate penitus
carent infideles & hæretici. Foris autem ſi cuncti hæreti-
ci, & ſchiſmatici non habent Spiritum ſanctum, & ideo
apud nos eis manus imponitur,vt hic accipiatur, quod il-
lic neceſſe,nec dari poteſt : manifeſtum eſt nec remiſſionē
peccatorum dari per eos poſſe, quos conſtet Spiritū ſan-
ctum

Digitized by Google

ctum non habere 24.q.1.c.didicimus 3. & pluribus ſequē tibus,c.audiuimus 4.cum ſequen.& de pœnit.diſtinct.1.c.
46 verbum 51.in fin. & ſupra ver. Verbum etiam Dei.† Sed & peccata quamuis remiſſa puniuntur. Si enim peccatum Dauid tam deteſtabile Dominus tranſtulit; quid eſt, quod poſt omnia, quæ de eodem peccato per Prophetiam ei à Domino dicta ſunt, poſtmodum tanta tolerauit? Sed procul dubio Dominus delictum ſine vltione non deſerit. Aut enim ipſe hoc in ſe pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur: quia nullatenus ſine vindicta laxatur. Sic enim Dauid audire poſt confeſſionem meruit. Dominus tranſtulit peccatum tuum: & tamen poſt multis cruciatibus afflictus, ac, fugiens, reatum culpæ, quam perpetrauerat, exoluit. Sic nos &c. de pœnitent. diſtinct. 1.c. ſi peccatum 82.& c.ſequen.& hęc de iuſtificationes, & remiſſionis articulo ex canonibus dicta ſufficiant. Qui verò plura contra hereticos deſiderat adeat Cardinalem Bellarminum de iuſtificatione per totum opus, in quo lib.3.c.1.& ſequē. probat
47 † incertitudinem propriæ gratiæ, atque iuſtitiæ, ita vt nemo poſſit, nec debeat certo ſtatuere ſe eſſe iuſtum, vt tenent hæretici; atque id probat varijs authoritatibus in c.3. & Salomonis in c.4. Iob, Dauidis, & Pauli in c.5. ex Prophetis, & Apoſtolis c.6. ex Patribus c.7. Rationibus varijs in c. 8.9.& ſequentibus diluit contraria feliciter, & verè, & hāc veritatem docet Concilium Tridentinum mādans ita tenendum in ſeſſion.6.c.nemo 12.

SVMMARIVM.

1 *Charitas quid ſit eiuſque laudes.*
2 *Charitas appellatur unctio inuiſibilis Spiritus ſancti.*
3 *Charitas eſt aqua de qua in Euangelio, & illius diſtinctio. & num.15.*
4 *Charitatis ſpecies quæ.*
5 *Dilectio Dei, & proſſimi quid ſit.*
6 *Proximi quomodo, & quando dicantur diligi.*
7 *Proximi qui dicantur.*
8 *Charitas ſui ipſius quatenus conceditur.*
9 *Charitatis ordo peruerſus qualis ſit.*
10 *Dilectionis ordo quando peruertatur.*
11 *Peccata non remittuntur ſine charitate.*
12 *Charitatem habens non peccat.*
13 *Opera bona non proſunt ſine charitate.*
14 *Charitatem perfectam habens, nunquam illam deſerit, nec deſeritur ab ea.*
15 *Charitas perfecta non poteſt eſſe in reprobis, vel in his, qui peccant lataliter.*
16 *Odium contrarium eſt charitati.*
15 *Charitas in Adamo fuit antequam peccaret.*

De charitate quid credendum ſit, & docendum. Tit. 72.

1 CHaritas † enim vt videtur Diuo Proſpero libro 3. de vita contemplatiua c.13. Recta eſt volūtas, ab omnibus terrenis, ac præſentibus prorſus auerſa, iuncta Deo inſeparabiliter, & vnita igne quodam Sancti ſpiritus, à quo eſt, & ad quem refertur, incenſa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis neſcia, nullo vitio mutabilitatis obnoxia, ſupra omnia, quæ carnaliter diligūtur, excloſa, affectionum omnium potentiſſima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta, ſumma actionum bonorum, ſalus morum, finis cæleſtium præceptorū, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, anima ſanctarum mentium, cauſa meritorum bonorum, præmium perfectorum: ſine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis peccare, nec potuit, nec poterit: fructuoſa in pœnitentibus, victorioſa in martyribus, operoſa in omnibus omnino fidelibus, ex qua, quicquid eſt boni operis, viuit. vt de pœnitent. diſtinct.2.c.charitas 5. Cardinalis Bellarminius lib.2. de pœnitentia cap.9. & 14. per torum, de qua plura omnis generis authoritatis referuntur in Polyantea in verbis. Amor Dei. Amor proximi. Cha-
2 ritas.† Sed & Charitas appellatur vnctio inuiſibilis Spiritus ſancti: vnctio inuiſibilis charitas eſt, quæ in quocunque fuerit, tanquam radix illi erit: quæ quamuis ardente Sole, areſcere non poteſt, nutritur calore Solis, nō areſcit, d.diſtinct.2.c.vnctio 8. ex Diuo Auguſtino ſuper epiſt.1. Ioan.tract 3. Cardinalis Bellarminius lib.2.de ſacramento
3 confirmationis c.8. ver At non mirum ſi. † Dicitur etiam aqua, de qua Dominus in Euangelio. Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, d.diſtinct. 2.cap.charitas 14.ex eod. Diuo Auguſtino. Et diuiditur in perfectam, & in imperfectā perfectiſſima autem in hac vita haberi non poteſt. d.diſtinct.2.c.charitas in quibuſdam 19.ex D. Auguſtino ad D. Hieronymum epiſtola 29. Cardinal. Bellarmin. de pœnitent. libro 2.c.14. ver. Reſpon
4 deo iſta argumenta &c. † Charitatis enim ſpecies prima,
5 & præcipua eſt dilectio Dei † Sed & quid eſt dilectio Dei, ſeu diligere Deum, niſi illi copulari animo, cōcipere fruendæ viſionis eius affectum, peccati odium, mundi faſtidiū, diligere etiam proximum, quem in ſe cenſuit diligendum; in ipſo amore ſeruare legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem cōſtitutum? Nam ſi Deum charitate perfecta, quæ nobis ex illo eſt, ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus diligamus, pro eius amore cuncta quamuis aſpera, terribilia libentiſſimè, ac patienter patimur, d.c.charitas 5. §.ergo ſi charitatem, ver ſi tamen. & §.quid eſt, & §.alii verò plus quam ſe, ex Beato Proſpero vbi ſupra. Bellarminius de aſcenſione mentis in Deū Gra-
6 du.3.ver.domicilium tuum.† Proximi vt nos ſunt diligendi, illos autem tunc diligimus ſicut nos, ſi non propter aliquas vtilitates noſtras, non propter ſperata beneficia, vel accepta, non propter affinitates, vel conſanguinitates, ſed propter hoc tantum, quod ſunt naturæ noſtræ participes
7 diligamus.† Non illi tantum proximi noſtri credendi ſunt, quos nobis gradus ſanguinis iungit; ſed proximi noſtri credēdi ſūt oēs hoīes noſtræ naturę, ſicut dixi participes. Proinde ſicut nos, proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos, & æternam vitam conſequendam, ſicut nobis, ſaluti eorum conſulimus, quando nos in eorum peccatis, ac periculis cogitamus; & ſicut nobis ſubueniri optamus, ita eis pro viribus ſubuenimus, aut ſi facultas defuerit, voluntatem ſubueniendi tenemus. Quapropter hæc eſt proximi tota dilectio; vt bonum quod tibi conferri vis, velis & proximo, & malum quod tibi nolis accidere, nolis & proximo. & ſic Deus ſuper omnia, proximus vt ſe diligen
8 di ſunt, d.cap.charitas eſt 5.§.proximos autem.† Charitas autem ſui ipſius quatenus concedatur, definitur in d.c charitas eſt 5.§.corpus ita. Corpus enim noſtrum, quia pars noſtri eſt, ad hoc nobis diligendum, vt ſaluti eius, ac fragilitati naturaliter conſulamus, & agamus quatenus ſpiritui ordinatè ſubiectum, ad æternam ſalutē accepta immortalitate, & incorruptione perueniat, vt in tractatu de Amicitia c.22. explicauimus, & varij generis authoritatis
9 probatur in Polyantea, in verbo Amor ſui ipſius. † Ordo autem charitatis peruerſus qualis ſit definitur, in dicto c.
10 charitas, §.ordinem &c. † ita ordinem dilectionis illi peruertunt, nec modum diligendi cuſtodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus eſt diligunt, aut corpora ſua minus diligenda plus diligunt, aut proximos non ſicut ſe ipſos, aut Deum plus quam ſe ipſos fortè non diligitat, vt explicat Dantes in purgatorio Cantilena 17. ità

Ne Creator, ne creatura mai,
Cominciò ei, figliuol fu ſenza amore
O naturale, ò d'animo, e tu'l ſai.
Lo natural fu ſempre ſenza errore:
Ma l'altro puote errar' per male obietto,
O per troppo, o per poco di vigore.

11 † Proprium aūt charitatis, atque effectus eſt, vt ſine ipſa non remittantur peccata; nā ſine charitate nulli adulto peccatum remittitur, c.1 §.item ſine, diſt.2.de pęnit.c.charitas 14.§.ſine charitate, & §.tamen, & diſt.7.c.nullus expe
12 ctet 6.§.ſcriptum eſt.† Item qui habet charitatē non peccat, d.diſt.2.c.1.§.fin.& c.ficta charitas 12.§.fin. Quod aūt charitatem habens peccare non poſſit teſtatus D. Auguſt. lib.5.homil.hom 8.dicens. Quia radix omnium malorum eſt cupiditas, & radix omniū bonorū eſt charitas, & ſimul ambæ eſſe non poſſunt: niſi vna penitus euulſa fuerit, alia plantari non poterit. Sine cauſa aliquis conatur ramos incidere; ſi radicem non contendit euellere. Nā charitas liberat à mundanis cupiditatibus, facilè peccato reſiſtit, oīa difficilia perficit, vt de pęnit. diſt.2.c.valida, c.charitas, & in prin.ver.mors criminū, & §.ergo ſi charitatē, ver. ſeculi blandimenta, ver.qm ſi ex toto, & ver.& omnia. Ideo eſt,

Digitized by Google

excellentior via ad Deum,d.c.charitas,§.hæc eſt charitas.
Omnia tolerat,de pœnit.diſt,3.c.vlt.§.hæc propter. Omnium bonorum radix,d.diſt.2.c.quia radix,13, Qui charitatem habet,non ſitiet in æternum,d.diſt.2. c.charitas.14.
13. † Et ſine ea bona opera non proſunt, vt declarat D. Auguſtinus de pœnitentia,c.26.relatus in diſt.3.de pœnit. c.vlt.
in princ.ad regnum Cœlorum, ſcilicet obtinendum,vt ibi
in fine,ver.nihil prodeſſe.Card.Bellarminius libr.5. de iu-
14 ſtificatione,c.15.16.17.& c.18. diluit contraria. † Et qui eã
habet,ab ea nunquam excidit,nec ipſa ab eo poteſt deſeri,d.diſt.2.c.charitas,quæ 2.& ca.charitas nunquam 6.ca.
radicata 3.c.charitas eſt.5.in princip.ver. corruptionis neſcia,c.vnctio.8.c.ficta.12.ca.firmum.25. Niſi illa imperfecta fuerit,vel ficta , nam de perfecta intelligitur in allegatis Canonibus, ficta verò , & imperfecta non eſt charitas
talis,quæ non deſeratur,& non excidat.ab ea enim imperfecta,& ficta quis excidit, & ipſa ab eo deſeritur,c.vt cognouerunt.39.c ſi enim 40 & c.vlt.§. charitas. † Hanc di-
15 ſtinctionem perfectæ, & imperfectæ charitatis probant in
d.diſtinct.2.c.qui vult.16.ex D. Auguſtino de gratia, & libero arbitrio,c.17.& c.ſicut ſera 17.& ſequen.ex Diuo Hieronymo,& ex Diuo Gregorio in locis ibi citatis , & io cap.
ſuper tribus,& in ca.charitas eſt aqua,§.hæc,quæ de charitate. Charitas enim incipit, nutritur,creſcit,roboratur,
perficitur,d.§.hæc,quæ,d.c.qui vult, & d.ca.ſuper tribus,
24. Cum ad perfectionem peruenerit,res eſt in tuto, vt in
allegatis Canonibus, Et poteſt dici cum Apoſtolo ad Romanos 8.Certus ſum,quod neque mors,neque vita, neque
creatura alia poterit me ſeparare à charitate Dei, quæ eſt
in Chriſto Ieſu Domino noſtro, vt cum eo dicit etiam Cardin. Bellarminius , de aſcenſione mentis,in Deum Gradu.
16 3.ver.domicilium. † Ideoque in reprobis, & in ijs,qui aliquando peccaturi ſunt criminaliter non eſt charitas perfecta,de qua ſuperius,vt de pœniten.d.diſt.2.ca.1.§.fin.ver,
non autem haber charitatem,c.ſi enim,§.fin.ca. Apoſtolus
17 41.c.mirandum 40.cap.mulier 43.§.1. † Contrarium autem
charitatis eſt odium. Tolle charitatem,odium tenet,omnis,qui non diligit odit. Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire,aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut
vnum ſubſtinebit,alterumque contemnet, d.diſt.2.c.tolle
18 30. † Sed an in Adamo charitas fuit, antequam peccaret,
diſſeritur,& firmatur,quod ſic,in d.ca.tolle,§.Adam verò
in fine,c.quomodo.43.c.Princeps.52.c.quando Adam,ca,
Primus homo.34 c.illa anima.35. c.ſimilem 36.ca.ſapiens,
37.c.ſed nec Adam 38.c.vt cognouerunt.39. in princ.& §.
1.Hactenus de charitate. Ergo anima his Canonibus edocta,& excitata iterum,atque iterum gemitibus inenarrabilibus dic Deo tuo. Da mihi aquam huius charitatis perfectæ,quæ maculas omnes abſtergat,& lauet, quæ concupiſcentiæ calorem extinguat , quæ ſitim omnem , & omnia
deſideria ſedet , quæ vnum ſpiritum cum Deo tuo te faciat, quæ fiat in te fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam,vt illuc merita præmittas,vbi te ſperas ſine fine manſuram .

S V M M A R I V M.

1 *Opera bona non omittenda , licet non proficua ad peccatorum remiſſionem.*
2 *Obedientia victimis præponitur.*
3 *Obediendum,quando non ſit.*
4 *Adam,quomodo compenſauit ſuam inobedientiam.*
5 *Pietatis ſtudia amplectenda.*
6 *Iuſtitia non poteſt eſſe ſine charitate,& fide.*
7 *Liberalitas,quomodo exercenda.*
8 *Liberalitas exercenda in proximos ſanguinis , & quatenus .*
9 *Conſanguinei non ditandi.*
10 *Largiendum quo,ordine ſit.*
11 *Sacerdotes,quomodo elargiri debeant.*
12 *Miſericordia exercenda.*
13 *Miſericordiam , & clementiam non habens non adimplet legem Chriſti.*
14 *Miſericordia ab omnibus indifferenter exercenda.*
15 *Miſericordia quatenus exercenda.*
16 *Largiendum,quibus non ſit.*
17 *Conſcientia bona quid proſit.*
18 *Fama bona cum conſcientia bona neceſſaria eſt.*
19 *Famam ſuam negligens crudelis eſt .*
20 *Peccans,& peccato conſentiens vterque reus eſt.*
21 *Attritio vtilis eſt.*
22 *Timor ſeruilis,qui,*
23 *Timor Domini eſt donum Spiritus ſancti.*
24 *Ira Dei quid ſit.*
25 *Ira Dei eſt pœna peccati.*
26 *Ira Dei diffinitio.*
27 *Miſericordia iniuſta,quæ ſit.*
28 *Iuſtitia iungenda miſericordia,quomodo,& quare.*
29 *Peccata punienda humanitas miſeranda.*
30 *Miſericordia per oliuam ſignificatur.*
31 *Miſericordia,quomodo ſit agitanda.*
32 *Confeſſio pœnitentiam monſtrat , ſatisfactio veniam conciliat .*
33 *Offenſam Dei peius ſatisfactione non placare , quam peccare .*
34 *Sapientia qualis ſit.*
35 *Perſecutio , quando iuſtè , vel iniuſtè exerceatur , numero 36. & 37.*
38 *Perſecutio non debet auertere à recta fide, & Apoſtolico tramite*
39 *Fides Romanæ Eccleſiæ omnem hæreſim deſtruit , nullam ſequet .*
40 *Martyrij merita non omnino amittit , qui ſupplicijs victus negat,ſed corde adorat.*
41 *Continentiæ meritum , quando non amittatur etiam reddendo debitum.*
42 *Miſericordiam faciens ſecurus expectat diem nouiſſimum .*
43 *Vitia,quando mentiantur eſſe virtutes.*
44 *Voluntas in maleficijs pro opere reputatur.*
45 *Animus ad bonum deditus Deo iudice coronatur.*
46 *Voluntas remuneratur non opus.*
47 *Pœnitentia perfectè peragenda.*
48 *Mala ſunt,quæ crimine mentem implicant, & conſcientiam ligant .*
49 *Paupertas , ignobilitas , ægritudo, mors non ſunt dicenda mala .*
50 *Delitiæ non officiunt ſi abſque deſiderio percipiantur.*
51 *Abſtinentia per elationem vtiles impeditur.*
52 *Negligentia fugienda à Paſtoribus.*
53 *Negligentia nouerca eruditionis,*
54 *Epiſcopus circa,quæ debeat eſſe ſollicitus,& vigilans,*
55 *Fames,& penuria ex Dei ira deſcendit.*
56 *Similem Dei eſſe,eſt habere iuſtitiam,ſapientiam,& perfectionem in virtute.*
57 *Adam ad imaginem , & ſimilitudinem Dei factus , quomodo intelligatur,*
58 *Mulier,quare non de eadem terra,ſed de Adæ coſta facta.*
59 *Homo non mulier habet imaginem Dei.*
60 *Adam,quibus bonis à Diabolo peccato ſpoliatus.*
61 *Diabolus affligendo homines plus affligitur.*
62 *Lucifer in veritate creatus fuit.*
63 *Reproborum opera bona vel mala proſunt electis.*
64 *Iactantia,& de ſe præſumptio fugienda.*
65 *Doctus non debet ſcientiam ſuæ aſſignare prudentiæ , ſed Deo .*
66 *Virginitas mente corrupta amittitur, & num.68.*
67 *Virginitatem ſemel amiſſam Deus non poteſt ſuſcitare.*
69 *Conuerſio hominis ſemper ſperanda,donec viuit.*
70 *Iuramentum non implere tollerabilius , quam facere, quod eſt turpe .*
71 *Promiſſa turpia non ſunt adimplenda.*
72 *Herodes ſaltatrici promiſſum turpiter crudeliter ſoluit.*
73 *Iuramentum quo malum incautè promittitur non eſt ſeruandum .*
74 *Lex Euangelica modum vltionis mitigauit.*
75 *Lex veteris teſtamenti terribilis,& rigoroſa, lex Euangelica lenis,& miſericors.*
76 *Permiſſa in veteri teſtamento multa fuerunt , & poſtea eliminata in perfectione Euangelij,& quæ.*
77 *Repudium ſublatum per legem Euangelicam .*
78 *Bethſabea quare permiſſa duci in vxorem.*
79 *Sanctus nemo venerandus ſine Papæ licentia.*

Miſcel-

Miſcellanea actuum Eccleſiaſticorum. Titulus 73.

1 IN primis † obſeruandum, quod quamuis quædam bo-
na opera non proficiant ad remiſſionem peccarorum,
non tamen debent omitti, vt curationes funerum; non
enim contemnenda, & abijcienda ſunt corpora defuncto-
rum, maximè iuſtorum, ac fidelium 13. q. 2. c. animæ, ver.
non ideo tamen. Cardin. Bellarmin. de pœnit. lib. 2. cap. 18.
ver. Reſpondeo, & ſupra tit. 71. nu. 7. dicitur quæ, & quo-
modo iuſtificent, vt explicat etiam Bellarm. lib. 2. de effe-
ctu ſacramentorum, c. 13. & de indulgentijs, libro 2. c. 10.
ver. quartum caput. & latius in quinque libris de iuſtifi-
catione, de qua & nos ex canonibus diſſeruimus in d. ti. 71.
2 † Notandum etiam eſt, quod obediẽtia victimis iure præ-
ponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiã ve-
rò voluntas propria mutatur 8. q. 1. c. ſciendum 10. §. obe-
dientia. Bellarm. de effectu ſacramẽti, lib. 2. c. vlt. ver. octa-
3 uum argumentum. † Verum non eſt obediendum Epiſco-
po, qui pro hæreticis miſſam canere iubet; nec quando iu-
bentur ea, quæ ſunt Deo contraria 11. q. 3. c. ſi quis 91. cap.
non ſemper. Si Dominus ea iubet, quæ non ſunt aduerſa
ſcripturis ſanctis, ſubijciatur ſeruus Domino. Si verò con-
traria præcipit: magis obediat ſpiritus quam corporis Do
mino. Si bonum eſt, quod præcipit Imperator, & Præſes;
iubentis obſequere voluntati, ſi verò malum: reſponde ei
illud de actibus Apoſtolorum. Obedire oportet Deo ma-
gis, quam hominibus. Hoc ipſum & de ſeruis intelligamus
apud Dominos, & de vxorib. apud viros, & de filijs apud
parentes. Quod in illis tantum debeant Dominus, viris, pa
rentibus eſſe ſubiecti, quæ contra Dei mandata non ve-
niant 11. q. 3. c. ſi Dominus 93. & ſeq. vſque ad c. excellẽtiſ-
ſimus 101. excluſiuè. Et maiori poteſtati in bonis idem iu-
benti, non minori eſt obediendum, d. q. 3. c. qui reſiſtit 97.
§. ſi aliquid iuſſerit, & ſupra tit. 5. ver. obediẽtia ſuperiori-
4 bus. † Inobedientiã aũt ſuam quomodo Adã compẽſauit,
dicit S. Ireneus lib. 3. c. 37. Timor, inquit, Domini initiũ in-
telligentiæ, intellectus verò tranſgreſſionis fecit pœniten-
tiam, pœnitentibus autem largitur benignitatẽ ſuã Deus.
Etenim per ſuccintorium in facto oſtendit pœnitentiam
ſuam, folijs ficulneis ſemetipſum contegens exiſtentibus,
& alijs folijs multis, quæ minus corpus eius vexare po-
tuiſſent, condignum tamen inobedientiæ amicũ fecit con-
territus timore Dei, & retundens petulantem carnis impe
tum. & infra ponit verba ipſius Adami hæc. Quoniã eam,
quam habui à ſpiritu ſanctitatis ſtolam amiſi per inobe-
dientiam, & nunc cognoſco, quoniam ſum dignus tali te-
gumẽto, quod delectationem quidem nullã præſtat, mor-
det autem, & pungit corpus. Et hoc ſemper habuiſſet in-
dumentum humilians ſemetipſum, niſi Dominus, qui eſt
miſericors, tunicas, pelliceas pro folijs ficulneis induiſſet
5 eos. † Notandum etiam eſt, quod ſtudia pietatis ſunt am-
plectenda, nam temporalibus lucris deſeruientes, Deo ne-
quaquam militare probantur, diſt. 47. c. omnes 3. ex Diuo
Gregorio in Iob lib. 19. & 29 c. 25. relato per nos, de amici-
6 tia c. vlt. † De iuſtitia notatur, quod vbi ſana fides non eſt,
non poteſt eſſe iuſtitia; quia iuſtus ex fide viuit. Neque
ſchiſmaticis aliquid ſibi ex iſta mercede promittant: quia
ſimiliter vbi charitas non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia 24. q.
7 1. c. vbi ſana 29. † Item de liberalitate notatur, quod per-
fecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore commendatur,
vt primum opereris circa domeſticos fidei. Grãdis culpa,
ſi ſciente te fidelis egeat; ſi ſcias eum ſine ſumptu eſſe, fa-
mæ laborare, ærumna perpeti: qui præſertim egere eru-
beſcat, ſi in cauſam ceciderit, aut captiuitatis ſuorum, aut
calumniæ, & non adiuuet: ſi ſit in carcere, & pœnis, & ſup-
plicijs, propter debitum aliquod iuſtus excrucietur, (nam
& ſi omnibus debetur miſericordia, tamen iuſto amplius)
ſi tempore afflictionis ſuæ nihil à te impetret, ſi tẽpore pe-
riculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua
valeat, quam vita morituri: nõ eſt leue peccatum. diſt. 86.
c. non ſatis eſt. §. perfecta, ex D. Ambroſ. lib. 1. de officijs, c.
30. Sed Dñs non vult ſimul effundi opes, ſed diſpẽſari, niſi
fortè, vt Heliſæus, qui boues ſuos occidit, & pauit paupe-
res ex eo, quod habuit vt nulla cura teneretur domeſtica:
ſed relictis omnibus in diſciplinã ſe propheticã daret, ita
8 ex eodem in d. diſt. 86. c. Dominus 15. † Eſt & probãda illa
liberalitas, vt proximos ſeminis tui non deſpicias ſi egere
cognoſcas, vt infr. tit. 95. nu. 6. Melius eſt enim, vt ipſe ſub-
uenias tuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere,
aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitatis, non tamen vt
illi ditiores eo fieri velint, quod tu poſſes conferre in opi-
9 bus: cauſam enim natura præſtat, non gratia. † Neq; enim
propterea te Domino dicaſti, vt tuos diuites facias; ſed vt
vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras: & pre-
tio miſerationis peccata redimas tua. Nam de redditibus
Eccleſiæ licet ſuis dare eleemoſynam, illos verò ad faſtum,
& pompam ditare ab omnibus, vt peccatũ lethale prohi-
bitum, & exaggeratum, c. peruenit 1. q. 3. & 12. q. 2. c. quiſ-
quis, c. ſiue manifeſtè, c. Epiſcopus, c. res Eccleſiæ, & adſũt
canones Apoſtolici 37. 39. & 40. Pro eleemoſyna, & adhibi
to illius moderamine licet ſuis conſanguineis, & familiari-
bus dare, non aũt illos ditare, vt in allegatis canonib. Hoc
idem confirmat, ac maxima cum anxietate, deploratione,
ac deteſtatione contrarij, vti res apud oẽs, & hoſtes fidei
ſcandaloſiſſima, Concil. Trident. in ſeſſio. 25. de reformat.
c. optandum 1 §. omnino verò eis interdicit. Putans ſe pa-
rum poſcere? pretium tuum quærũt: vitæ tuæ fructũ adi-
mere contendunt, & accuſant, quod eos diuites nõ feceris:
cũ te illi velint æternæ vitæ fraudare mercedẽ? vt ex eodẽ
D. Ambroſ. relato in d. diſt. 86. c. eſt probanda 16. & ſup. tit.
10 9. nu. 36. & inf. tit. 95. nu. 6. & tit. 112. nu. 29. † Conſideranda
eſt ẽt in largiendo ætas, atq; debilitas, non nunquã ẽt vere-
cũdia, quæ ingenuos prodit natales, vt ſenibus plus largia-
ris, qui ſibi labore iã non queunt victũ quærere. Similiter
& debilitas corporis, & hæc iuuanda prõptius: tũ ſi quis
ex diuitijs cecidit in egeſtatem: & maximè ſi nõ vitio ſuo,
ſed aut latrocinijs, aut proſcriptione, aut calũnijs, quæ ha-
bat, amiſit ex eod. D. Ambroſ. relato in d. diſt. 86. c. conſide
rata 17. Pulchra ẽt liberalitas eſt in ipſo quoque pauperis
dato menſurã tenere, vt abundes pluribus, nõ conciliandi
fauoris gratia vltra modũ fluere. Quidquid ex affectu pu-
ro, & ſincero promitur, hoc eſt decorũ non ſuperfluas ędi-
11 ficationes aggredi, nec prætermittere neceſſarias. † Et ma-
ximè ſacerdoti hoc conuenit, ornare Dei templum honore
congruo, vt ẽt hoc cultu aula Dñi reſplendeat: impẽſas mi
ſericordiæ conuenientes frequentare: quantũ oporteat lar
12 giri peregrinis, non ſuperflua, ſed cõpetentia, &c. † Cõpa-
tiamur alienis calamitatibus; neceſſitates aliorũ, quantum
poſſumus, iuuemus; & plus interdũ quã poſſumus. Melius
eſt. n. pro miſericordia cauſas præſtare, vel inuidiã perpe-
ti; quã prætendere inclementiã, vt nos aliqñ in inuidiã in-
cidimus, qui confregimus vaſa myſtica, vt captiuos redi-
meremus, vt ex eod. D. Ambr. li. 2. offic. relato in d. diſt. 86.
13 c. pulchra 18. & ſeq. † Qui n. clementiã non habet, nec in-
dutus eſt viſcera miſericordiæ. & lacrymarum, quãuis ſpi
ritualis ſit, non adimplet legẽ Chriſti, d. diſt. 86. c. qui cle-
mentiam 22. In ſingulis. n. generibus hoĩum conueniẽs tri-
buit Baptiſta Ioannes reſponſum. vnũ omnibus, ita. Publi-
canis ne vltra præſcriptũ exigant; Militibus ne calumniã
faciant; ne prædã requirant, docens idcirco ſtipẽdia conſti
tuta militiæ, ne dũ ſumptus quæritur, prædo graſſet. Sed
hæc, & alia officiorũ præcepta propria ſingulorum, miſe-
14 ricordiæ cõis eſt vſus. † Ideo cõe præceptũ oĩbus officijs,
oĩbus ætatibus neceſſarijs, & ab oĩbus deferenda, non pu-
blicanus, non miles excipitur, nõ agricola, vel vrbanus, di-
ues, & pauper, oẽs in cõe admonentur, vt conferant non
habenti. Miſericordia. n. plenitudo virtutũ eſt, & ideo om
nibus eſt propoſita perfectæ forma virtutis, ne veſtimẽtis,
15 alimentiſque ſuis parcant. † Miſericordiæ tamen ipſius
pro poſſibilitate conditionis humanæ mẽſura ſeruetur, vt
non ſibi vnuſquiſq; totum eripiat, ſed quod habet cũ pau
pere partiatur, d. diſt. 86. c. in ſingulis 19. Præcipit. n. Dñus
Luc. 3. Qui hẽt duas tunicas, det non habenti, & qui habet
eſcas ſimiliter faciat. & ſi fortè quis cõtendere velit ex ri-
gore iuris ſuperuacanea non eſſe danda pauperibus, tamẽ
negare non poterit, ſaltẽ ex charitate id eſſe faciendũ. Pa-
rum aũt refert vtrum quis ex defectu iuſtitiæ, aut defectu
charitatis in gehennã deſcẽdat, vt admonet Cardin. Bellar
min. de arte bene moriendi lib. 1. c. 9. in fi. Si. n. ſine liberali-
tate inane portatur nomen Epi, d. diſt. 86. c. fratrẽ 6. oporte
bit ideo ipſos Epos eſſe liberales, vt in allegatis canonib., &
in citatis ſup. tit. 8. ver. nã ſecularium, & ver. nec auari, & tit.
16 9. ver. Pauperibus, & infirmis. † Verũ peccatoribus, hiſtrio

Digitized by Google

nibus,venatoribus dare prohibentur d.c.fratrem §. in ipſa
17 autem cum ſeptem cc. ſequentibus. † De conſcientia
etiam obſeruandum eſt. Quod non obſtat homini iniuſta
ſententia, ſi de libro viuorum eum non delet iniqua con-
ſcientia 11.q.3.c.quid obeſt homini 50. Senti de Auguſtino
quicquid libet:ſola me in oculis Dei conſcientia non accu-
ſet d.q.3.c.ſenti.51.ex eodem Diuo Aug.contra Secundinũ
Manicheum c.1. Quos enim conſcientia iuſtificat,aliorum
maledicta hi non timeãt c.in cunctis 53. Fuſtra damnatur
ab homine ille, quem Deus iuſtificat,non enim hominum
linguas,ſed conſcientias curare debemus d.q.3.c.& ſi tem
pus 54.cum duobus ſequentibus. Nam & ſi iniuſtè homi-
nes iudicis ſententia occidantur,& ignoſcant ex animo ijs,
qui cauſa exitij illis fuerunt, imitatores redemptoris erũt,
qui pro Crucifixoribus ſuis Patrem orauit, dicens. Pater
ignoſce illis,quia neſciunt quid faciant,& erunt felices cũ
eo in æternũ,vt cõſiderat Cardinalis Bellarminus de arte
bene moriendi lib.2.c.14.in fine. Verum hæc intelligenda
ſunt quando ſumus inter paratos reprahendere,vel dam-
18 nare.† Quando verò ſumus inter paratos imitari,tunc fa-
ma bona cum conſcientia bona eſt neceſſaria,nobis ſcilicet
conſcientia,& fama proximis d.q.3.c.non ſunt 56. in fine,
& 12.q.1.c.nolo 10.glo.in d.c.ſenti. Prouidemus enim bo-
na,vt ait Apoſtolus,non ſolum coram Deo,ſed etiam corã
omnibus hominibus. Propter nos conſcientia noſtra ſuffi-
cit nobis,propter vos fama noſtra non pollui, ſed pollere
debet in vobis tenete quod dixi,atque diſtinguite. Duę res
ſunt conſcientia & fama. Conſcientia neceſſaria eſt tibi;fa
19 ma proximo tuo.† Qui fidens conſcientiæ ſuæ negligit fa-
mam ſuam,crudelis eſt d.c.nolo 10.quod eſt intelligendũ,
vt ſupra diſtinctum fuit. De timore Dei notandũ eſt;quod
qui omnipotẽtem Deum metuit: nec cõtra Euangelium,
nec contra Apoſtolos,nec contra Prophetas, vel Sanctorũ
Patrum conſtituta aliquid vllo modo agere conſentit 11.
20 q.3.c.qui omnipotentẽ 95.nec contra publicas leges.† Nã
& qui peccat,& qui peccanti conſentit,vterq.reus eſt,exẽ
21 plo d.q.3.c.ita corporis tui 96 † Sed & contritio imperfe-
cta,ſiue attritio ex timore pœnæ orta, bona atq.vtilis eſt,
vt latè docet Cardinalis Bellarminus lib. 2.de pœnitentia
22 c.17.per totum † Nam timor ſeruilis,quo videlicet pec-
cator iram Deum punientem timet, vt ſolius pœnæ fugien-
dæ cauſa à peccatis perpetrandis caueat,& de perpetratis
doleat,bonus atque vtilis eſt,& à Deo excitatur. Vt docet
Tridentini Synodus in ſeſſ 14.c.4. Quæ ſententia probatur
Pſalmo 110.& Salomonis Prouer.1. ex illis verbis. Initium
ſapientiæ timor Domini, & alijs authoritatibus ſcripturæ
quas d.loco citat Bellarminus ſub verſic.quartus timor.
23 † Hic timor connumeratur etiam inter illa præclara ſeptẽ
dona Spiritus ſancti,vt docuerunt Alex.in 3.parte ſummę
Theologice q.76.nu.2.S.Bonauentura in 3.ſent.diſt. 34.p.
2.art.1.q 1 & ex antiquis Doctoribus duæ columnæ Eccle
ſiæ S.Aug.& S Greg.citati à præallegatis,& à Car.Bellar-
mino vbi ſupra verſi.accedat deniq.vbi in fine reſpondet
24 contrarijs temerarijs.† De ira Dei notandum,quod illa nõ
eſt,vt hominis ira, idest perturbatio concitati animi, ſed
tranquilla iuſti ſupplicij conſtitutio,vt de pœn.diſt.3.cap.
productio 7.§.ira Dei,ex Diuo Aug.in tracta 124.in c.21.
Ioannis. Hinc eſt quod ira viri iuſtitiam Dei non opera-
tur,& ſi vir iuſtam proferat ex ira ſententiam; quia qui
iratus in aliquem ſententiam profert, & ſi ille quãtum ad
ſe iuſtam reportet ſententiam, iſte tamen, qui non amore
iuſtitiæ,ſed liuore odij in eum ſententiam protulit,iuſtitiã
Dei,in quem perturbatio non cadit,non imitatur 11. q. 3.
25 c.Epiſcopus 65.§.ita enim vir.† Hanc autem Dei iram eſ-
ſe pœnam peccati nulla ratione dubitari poteſt, niſi de
ipſius Dei iuſtitia dubitetur. Nam vultus Domini,vt legi-
mus in Pſal.33 non eſt,niſi ſuper facientes mala, vt perdat
de terra memoria eorum. Et ad Roman.1. ſcribit Apoſto-
lus Reuelari iram Dei de Cęlo ſuper omnem impietatem,
& iniuſtitiam Itaq.non naſceremur filij irę,quales nos naſci
ſcribit Apoſtolus ad Epheſios 2 niſi in iniquitatibus conci
peremur,& in peccatis parerent nos matres noſtræ, vt le-
gimus in Pſ.50. Eſt enim ira Dei præter eius naturam,teſte
D Gregorio Nazianzeno in oratione de plaga grandinis,
dum inquit. Ego Diuinæ Clementiæ ſum fideiuſſor. Nã iiã
quæ præter naturam ipſius eſt,remittere,& ad miſericor-
26 diam,quæ ſecundum naturam eius eſt,conuertitur.† Itaq.
enim eſt ira Dei tranquilla iuſti ſupplicij conſtitutio,vt di-
27 ctum eſt.† De miſericordia obſeruandum eſt,q alia eſt iu-
ſta,alia iniuſta,vt i 23.q.4.c.eſt iniuſta 33.cũ duob.cc.ſeq.
In ipſa.n. Eccleſia vbi maximè miſereri decet,teneri q̃ ma-
ximè debet forma iuſtitiæ, ne quis à cõmunionis cõſortio
abſtentus,breui lacrymula,atq.ad tempus parata, vel etiã
vberiorib.fletib.communionem,q̃ plurimis debet poſtulare
re temporib.à facilitate ſacerdotis extorqueat. Nonne cũ
vni indulget indigno,plurimos facit ad prolapſionis con-
tagiũ prouocari d.c.eſt iniuſta. Ex ſer. D.Ambroſij 8.in Pſ.
28 118.ver.2.& D.Aug.in lib. Pſalm.Pſal.32.inquit.† Ne amiſ
ſo iudicio ſis pauperi in mala cã miſericors: cuius ſi parcis
ſaccello,percutis cor, & tãto nequiorem reddis, quantum
iuſtum ſibi fauere videt. Sed homini eſt miſerendum,pec-
catori verò iraſcendum,nam duo iſta nomina cũ dicimus.
29 Homo.peccator.non vtiq; fruſtra dicuntur.† Quia pecca-
tor eſt,corripe;quia homo eſt;miſerere: nec omnino libe-
rabis hominem,niſi eũ perſecutus fuerit peccatorẽ. Huic
officio nominis inuigilet diſciplina, ſicut cuiq.regẽti apta,
& accomodata eſt,non ſolum epiſcopo regenti plebẽ ſuã,
ſed etiam pauperi regenti domum ſuam,diuiti regenti fa-
miliam ſuam,marito regenti coniugem ſuam,patri regẽti
prolem ſuam,iudici regenti prouinciam ſuam, Regi regẽ-
ti gentem ſuam. Ita nulli homini claudenda eſt miſericor-
dia,nulli peccatori impunitas relaxanda eſt. Non ergo ſu-
ſcipiamus peccatores,propterea q ſunt peccatores: ſed iñ
eos ipſos,quia & hõies ſunt,humana cõſideratione tracte-
mus: perſequamur in eis propriã iniquitatem,miſereamur
communem conditionem 23.q.4.c.duo iſta 35.ex eodẽ D.
Aug.vbi ſupra Miſericordia.n.& iuſtitia paſſim in ſcriptu
ra coniunctæ prædicantur. Car. Bellar.de pœnitentia lib.4.
c.5.ver.altera ratio.& c.9.ver.poſtea mũ Dñi. Deo eſt gra-
ta. Bellar.lib.3.de bonis operibus c.3.ver. Reſpondeo. Et q
clementiã non habet a et induitus eſt viſcera miſericordiæ,
vt lacrymatũ,q̃uis ſpiritualis ſit,non adimplet legẽ Chriſti
30 diſt.86.c.qui 12.† Et per oliuã miſericordiã ſignificari, paſ
ſim docent oẽs Patres,quos recenſet Bellar. vbi ſupra li.3.
31 c.4.† Miſeretur quidem Deus, ſed non paſſim miſeretur,
prouocat nos,& dicit.da & tu aliquid,nõ q a ego tui egeo,
ſed quia volo. & te aliquid conferre ad tuam vtilitatẽ D.
Ioan.Chriſoſt. in hom.2.in Pſ.50.vbi infra,inquit,Deus di
cit,da mihi confeſſionem tuam.& lacrymas penitentię &
hom.in Pſ.6.explicans quantas lacrymas Dauid Dño dede
rit,dum miſericordiam flagitabat. Non tantum, inquit,la
crymatus eſt,ſed ẽt lacrymis lectũ lauit,non vno,aut duo-
bus,aut tribus diebus,ſed ẽt ſingulis noctibus. Et non ſolũ
dicit preteritum,ſed ẽt futurũ. Ne putetis.n.quod cũ hęc
ſemel feciſſet,deinceps ſe quieti tradiderit. & laxamento
vſus ſit;ſed hoc aſſidue fecit per totã vitã,& ho.in Pſ.106.
32 † Confeſſio,inquit,pęnitentiam monſtrat,ſatisfactio veniã
33 ſibi diuina pietate conciliat,& infra.† Peius eſt Dei offenſã
non ſatisfactione placare,q̃ peccando, Dei bonitatẽ offen-
dere,vt ſit firmum,quod ex canonib.diximus debere miſe
ricordiam eſſe cum iuſtitia coniunctam,ita.n.ẽt in ſcriptu
34 ris paſſim coniunctæ prædicantur.† De ſapientia & obſer
uandum ſimilem Dei eſſe;eſt habere iuſtitiã,habere ſapiẽ
tiam,& in virtute eſſe perfectũ:de pęn.diſt.2.c.ſimilẽ. Ex
D.Aug de fuga ſeculi c.4.& ſapiens nunq̃ inanis eſt,ſẽper
in ſe habens amictũ prudẽtiæ:q põt dicere: iuſtitia indue-
bã,& veſtiebã iudiciũ,ſicut dixit Iob. Namq.hęc ſunt men
tis interna velamina, q̃ nemo alius põt auferre, niſi cũ ali-
quẽ ſua culpa deſpoliat. Deniq; ſic deſpoliatus Adã nudus
inuentus eſt d.diſ.2.c.ſapiẽs 37.ex D.Aug.li.2.de Iacob,&
vita beata c.5.ſed nec Adã primus nudus erat,qñ eũ inno
centia veſtiebat,vt cognouerũt,q nudi eſſent, & ante qdẽ
nudi erãt,ſed non ſine virtutum integumẽtis d.diſt.2.c.ſed
nec Adã 38.& ſeq.ex D.Aug in lib Iſaac,& anima c.5.& in
35 lib.de paradiſo c.13.† De perſecutione notandũ,q q ſecun
dum carnẽ natus erat, perſequebatur ſpiritalẽ: nunquã.n.
ſpiritalis carnalẽ pſequitur:ſed ignoſcit ei,qua ſi ruſticano
fratri. Scit eũ poſſe perficere pterpus:& ſi qñ Aegiptiæ fi-
liũ viderit naſcentẽ,recordatur verius Patris,q boues crea-
uit,& culices.& in magna domo nõ ſolũ eſſe vaſa aurea,&
argẽtea,ſed & lignea.& fictilia 23.q.4.c.q ſecundũ. Ex D.
Hieronymo in comen.epi.ad Gala.c.4. Porrò illud Hiero
nymi,quo Eccleſia negat aliquẽ pſequi.nõ ita intelligẽdũ,
vt generaliter Eccleſia nulli pſequatur:ſed quod nullũ in-
36 iuſtè perſequatur.† Non enim omnis perſecutio culpabi-
lis eſt, ſed rationabiliter perſequimur hæreticos, ſicut &
Chri-

Chriſtus corporaliter perſecutus eſt eos, quos de tẽplo ex-
pulit. Poteſtatis enim officio vtiliter inquieti corriguntur,
d.q.4.c.ille gladium 36.§.porrò,& c.nimium 37. ex Diuo
Auguſt.in epiſt.48. Si enim ſemper eſſet culpabile perſecu
tionem facere, non ſcriptum eſſet in ſanctis libris, detra-
37 hentẽ proximo ſuo occultè, hunc perſequebar.† Aliquan
do ergo, & qui eam patitur: iniuſtus eſt, & qui eam facit
iuſtus eſt. Sed planè ſemper mali perſecuti ſunt bonos, &
boni perſecuti ſunt malos: illi nocendo per iniuſtitiam, iſti
conſulendo per diſciplinam illi immaniter, iſti temperan-
ter, illi ſeruientes cupiditati, iſti charitati. Nam qui truci-
dat, non conſiderat quemadmodum laniet: qui autem cu-
rat, conſiderat quemadmodum ſecet. Ille enim perſequi-
tur ſanitatem, iſte putredinem. Occiderunt impij Prophe
tas, occiderunt impios, & Prophetæ. Flagellauerunt Iudæi
Chriſtũ, Iudæos flagellauit & Chriſtus. Traditi ſunt Apo-
ſtoli ab hominibus poteſtati humanæ: tradiderũt, & Apo-
ſtoli homines poteſtati Satanæ. In his omnibus quid atten
ditur, niſi quis eorũ pro veritate, quis pro iniquitate, quis
nocendi cauſa, quis emendandi? d.c.nimium, §.ſi ſemper,
cum ſeq. & q.5. c.ſi vos 35. Non enim amatur ſeruus, vel
filius, cum non corripitur, d.q.5.c.non putes. ex D. Augu-
ſtino de vnitate Eccleſiæ, c.17. & ſuper epiſt. Ioãnis tracta-
38 tu 7.† A recta ergo fide, & Apoſtolico tramite propter vl-
lam perſecutionem nolite recedere, ſcientes, quoniã iuxta
Saluatoris ſententiam. Beati ſunt, qui perſecutionẽ patiun
tur propter iuſtitiam. Hæc eſt Apoſtolorũ vita traditio:
hæc vera charitas, quæ prędicanda eſt, & præcipuè diligẽ-
da, ac fouenda, atque fiducialiter ab omnibus tenẽda: hæc
ſancta, & Apoſtolica mater omnium eccleſiarum Chriſti
Eccleſia: quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite A-
poſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur; nec hæ-
reticis nouitatibus deprauata ſuccubuit; ſed vt in exordio
normam fidei Chriſtianæ percepit ab authoribus ſuis A-
poſtolorum Chriſti Principibus, illibata fine tenus manet.
39 † Fides enim Romanæ Eccleſię omnem hæreſim deſtruit,
nullam fouet 26.q.1.c.à recta 9. cum duobus ſequent. ex
Lucio Papa Epiſcopis Galliæ, & ex Sixto 2.ad Gratum E-
piſcopum epiſtol.1. & ex Euſebio Papa Epiſcopis Tuſciæ
epiſt.3.iuxta illud.

Niteris incaſſum Nauem ſubmergere Petri,
Fluctuat, & nunquam deſinet eſſe Ratis.
& Muſa Hætruſca.

Lunge, ò voi lunge inſuperbiti, e fieri,
Del voſtro cor nell'implacabil mente,
O Nabucchi, ò Nembrotti itene alteri,
D'odio, e di ſdegno oltre miſura ardenti:
Tant'inſulti, e menzogne, arti, e penſieri,
Armi, e valor' per dominar la gente,
Saran' per voi, non glorioſe, e magne;
Ma di Borea al ſoffiar, opra d'aragne.
Voi depone il Signor Ceſari Auguſti
Voi potenti quà giu Decij, e Neroni,
Nelle voſtre dottrine aride, e fruſti,
Forniti d'impietà, non di ragioni.
Ahi miſerelli, ahi Luterani ingiuſti?
Ahi Caluiniſti, ahi temerarij Vgoni?
Mai non potrete alla ſua ſpoſa honeſta
Con ſacrilega man' ſquarciar' la veſta.

40 † Sed, & de martyrio eſt obſeruandum, quod poteſt
fieri, vt aliquis victus ſupplicijs ſermone neget, & corde
adoret. Nunquid eadem cauſa eſt eius, qui ſponte negat,
& eius quem tormenta inclinauerint ad ſacrilegium, non
voluntas? Quam indignum autem, cum apud homines va
leat certaminis gratia, vt apud Deum nõ valere aſſeratur?
Nam ſæpè in hoc athletarum ſæculari certamine, etiam
victos, quorum fuerint certamina probata, vulgus homi-
num cum victoribus coronare conſueuit: maximè quos
viderit, aut ſorte, aut dolo, aut fraude excluſos victoria.
Chriſtus ergo athletas ſuos, quos videt paulisper ceſſiſ-
ſe ſupplicijs, ſine venia patietur manere? Nunquid non
habebit remunerationem laboris, qui etiam quos proij-
cit, non in æternum proijcit? vt de pœnitent. diſtinct.1.ca.
poteſt fieri 52.ex Diuo Ambroſio libro 1. de pœnitentia,
41 cap.3.† De continentia multa obſeruantur in 33.quæſt.5.
in princip. & per totam quæſtionem. Sed vnum mirabile
obſeruandum eſt ſecundum verba Apoſtolica. Quod etiã
ſi vir continere voluiſſet, & tu noluiſſes, debitũ tibi red-
dere cogeretur, & illi Deus imputaret ad continentiam: ſi
non ſuæ, ſed tuæ crederet infirmitati ne in adulteriũ cade-
res; quiſquis igitur cõpatiens infirmitati vxoris reddit, nõ
exigit debitũ; aut ſi propter propriã infirmitatem vxorẽ
ducit, plangens potius, quia ſine vxore eſſe nõ potuit, quã
gaudens, quia duxit: quiſquis vendit, quod nouit, quia &
42 ſi maneret, beatum non faceret. † Quiſquis, quod emit,
nouit, quia tranſiet, & de his non præſumit, & facit ex eo,
quod habet, miſericordiam cum non habentibus, ſecurus
expectat diem nouiſſimum, d.q.5. c.ſecundum 5. ex Diuo
43 Auguſtino ad editium epiſt.199.† De virtutibus etiam, at-
que vitijs in genere obſeruandum eſt, quod ſub ſpecie vir-
tutum ſæpè ſe vitia ingerunt. Sæpè enim ſe vitia virtutes
eſſe mentiuntur, vt tenacitas parſimonia, effuſio largitas,
crudelitas, zelus iuſtitiæ, remiſſio pietas velit videri, vt di-
ſtinct.41.c.ſæpè, ex Diuo Gregorio Ioãni Conſtantinopo-
litano lib. 1.reg.epiſt.24. Huc pertinent, quæ de pęnit.diſt.
2.c.charitas eſt 14.§.fin.cum ſeq. vſque ad c.ſciendum, &
c.ſuper tribus, vt proferãtur. Sed in ſequentibus docemur
veras virtutes cognoſcere, & ſequi. De præmijs virtutũ, &
bonorum operum, item de pęnis vitiorum nonnulla ſunt
44 obſeruanda. † Nam in maleficijs voluntas pro opere repu
tatur. vti enim cogitatio mala, & perniciosa cõceptio Deo
prouidente proſpecta eſt; ita & in Dei ſeruis apud quos
45 confeſſio cogitatur, & martyrium mente cõcipitur † ani-
mus ad bonum deditus Deo iudice coronatur. Aliud enim
eſt martyrio animum deeſſe; aliud animo defuiſſe marty-
rium, vt de pęnit.diſt.1.c omnis 25 cum ſeq. ex D.Hieron.
46 in Eſa.c.33.& Cypriano tractatu 4.de mortalitate.† Volũ-
tas.n.remuneratur, non opus, d.diſt.1.c.ſi cui in fi.& in ma
leficijs voluntas attenditur, vt dictũ eſt. Præmiũ.n.habent
virtutes, & opera bona; pęnã.n.patiuntur vitia. de pœnit.
diſt.4.c.pium 45.cum ſeq.vſque in fi. & diſt.4.c.ſi auerte-
rit 15.cum tribus cc.ſequen.c.vlt.§.ſic & bona, & diſt.5.c.
47 1.§.pium, & per totum.† ex D. Auguſt.de pœnit.docemur
illam bene ac perfectè peragere, vt à vitijs exuti, præmiũ
virtutũ conſequamur, & vitiorũ pęnas euitemus. Idcircò
eſſet ab omnibus ante confeſſionẽ legendus, & iuxta vires
48 ſeruandus, vt omniũ fideliũ ſalutis zelantiſſimus.† De ma
lis ẽt obſeruandum, quod mala non ſunt, niſi quæ crimine
49 mentẽ implicant, & conſcientiã ligant.† Cæterum paupe-
riem, ignobilitatẽ, ægritudinem, mortẽ nemo ſapiẽs mala
dixerit, nec in malorũ ſorte numerauerit; quia nec cõtra-
ria iſtis in bonis habentur maximis, quorũ alia ex natura
nobis, alia ex commoditate accidere videntur 15.q.1.c.illa
cauenda 6.ex D.Ambroſ.in Hexameron.in tractatu primi
diei. Proſpera enim, & aduerſa, opes, & inopia, ſanitas, &
ægrotatio, honores, & ignominiæ, vita, & mors; nec per ſe
expetenda, nec per ſe fugienda ſunt; ſed ſi cõferunt ad glo
riã Dei, & ſempiternam felicitatẽ bona ſunt, & expetẽda,
50 ſi eandẽ impediunt, mala ſunt, & fugienda.† De delicijs ẽt
eſt obſeruandum, quod nec deliciæ quælibet, ſi abſq; deſi
51 derio percipiantur, officiunt.† & viles cibi plerumq; abſti
nentię profectũ, ſi appetenter accipiuntur, impediũt. Hinc
quod Sanctus Dauid aquę in ſe concupiſcentiã caſtigauit;
atque eã ſibi à ſuis oblatã, ne deſiderio ſuo ex ea ſatisface-
re videretur, effudit. Et Sancto Heliæ perceptio carniũ nõ
concupita, non nocuit, vt diſt.41. c.deliciæ 2.ex D. Auguſt.
52 ſuper epiſt. Ioannis.† Et de negligentia eſt notandũ, quod
nihil eſt Paſtore miſerius, qui luporũ laudibus gloriatur,
quibus ſi placere voluerit, atq; ab his amare delegerit, erit
hinc oĩbus magna pernicies. Nullus ergo Paſtorũ placere
lupis, & gregib. ouiũ põt. Perdit.n. laborũ memoria mẽs
53 terrenis obligata carceribus.† Sicut aũt in ſuo quoq; ope-
re inuenitur mater inſtãtia, ita nouercã eruditionis eſt ne-
gligentia, vt diſt 83.c.nihil illo, §.ex Anacleto Papa epiſt.1.
54 Epis oĩbus. † Sollicitũ namque, & vigilantẽ oportet eſſe
Epũm circa defenſionẽ pauperũ, releuationẽ oppreſſorũ,
tuitionẽ monaſteriorũ, & aliorũ ad ſuũ officiũ ſpectãtiũ.
Quod ſi facere neglexerit, aſperè corripiendus eſt, vt diſt.
84.in princ.c.1.& 2.officia aũt Eporum, & Prælatorũ expo
55 ta ſunt ſup.tit.9.† De charitate annonæ obſeruãdũ eſt, qđ
ſi qñ fames, & penuria, & rerũ omniũ egeſtas opprimunt
mundũ; ſciamus hoc ex Dei ira deſcendere, qui in paupe-
ribus ſi non accipiat eleemoſynam, fraudari ſe loquitur;
& ſuas poſſeſſiones poſſimus decimas, & primitias inter-
pretari, vt 16.q.1.c.reuertimini 65.ex D.Hier.in cõmen.ad
c.1.Malac. de oĩbus enim ei decimæ, primitię, & oblationes

Digitized by Google

debentur, vt iam fuit dictum ſupra tit. 54. & ſequentibus,
Quod autem ſit id, quod ad ſimilitudinem Dei dicitur, eſt
56 obſeruandum. † Similem enim Dei eſſe, eſt habere iuſti-
tiam, habere ſapientiam, & in virtute eſſe perfectum, vt
57 de pœniten. diſtinct. 2. c. ſimilem. 36. † Adam in agro Da-
maſceno è terra Virgine ſexto, & vltimo die Orbis condi-
ti, annis ante Chriſti paſſionem 4122. tanquam creatura-
rum omnium finis, & poſſeſſor producitur. Idque extra
paradiſum, muliere in paradiſo paulo poſt de eius dor-
mientis latere conſtituta: & ad imaginem Dei, in natura-
libus mentis facultatibus, & ad ſimilitudinem in gratuitis
donis, quæ quia poſtea peccato ſuo amiſit Dei ſimilitudi-
nem perdidiſſe memoratur, non item imaginem. Illam,
quæ perdidit pœnitentia recuperauit, ſimilemque Dei ſe
conſtituit iuſtitia, ſapientia, ac perfectione virtutum, d. ca.
58 ſimilem cum ſequentibus. † Nec illud otioſum, quod nõ
de eadem terra, de qua plaſmatus eſt Adam, ſed de ipſius
Adæ coſta facta ſit mulier, vt ſciremus vnam in viro, &
muliere corporis eſſe naturam, vnum fontem generis hu-
mani. Ideo non duo à principio facti, vir, & mulier, neque
duo viri, neque duæ mulieres: ſed primum vir, deinde ex
eo mulier. Vnam enim naturam volens hominum conſti-
tuere Deus, ab vno principio creaturæ huius incipiens,
multarum, & diſparium naturam eripuit facultatem, &
59 vt vir caput eſſet mulieris, vt 33. q. 5. cap. vlt. † Ipſe enim
fuit formatus ad imaginem Dei, & hæc Dei imago eſt in
homine, d. q. 5. c. Hæc imago. 13, & ſequen. vſque in finem,
ex Diuo Auguſtino in lib. quæſt. Geneſ. q. 153. & in quæſt.
veteris, & noui teſtamenti, cap. 106. & in lib. 5. quæſt. ſuper
Deuter. q. 23. Hic enim Adam à Deo factus fuit immorta-
lis, ita vt non neceſſitate naturæ, ſed meritò peccati erat
moriturus, vt de conſecrat. diſtinct. 4. c. placuit igitur. 153.
Cardinalis Bellarminus lib. 1. de gratia primi hominis, ca,
60 8. & ſequent. † Princeps enim vitiorum omnium, dum vi
dit Adam de limo terræ ad imaginem Dei factum, pudici-
tia ornatum, temperantia compoſitum, charitate circum-
datum, eum illis donis, ac tantis bonis expoliauit, inſuper,
& peremit, Namque cum homini abſtuliſſet pudicitiam,
continentiam, charitatem, immortalitatem; dominio ſuo
eum obſtrinxit, & factus fuit mortalis, d. cap. placuit, & de
pœnitent. diſtinct. 2. ca. Princeps 32. In eo enim antequam
peccaret fuit perfecta charitas, vt in præcedenti titul. di-
ctum fuit, quæ omnia, & alia late ex ſcripturis, & Patribus
affert Cardin. Bellarminus in libr. 1. de gratia primi homi-
61 nis, ca. 2. & ſequen. per totum. † De Diabolo non eſt præ-
termittendum, quod hic affligens homines, ipſe plus affli-
gitur. Aegritudo carnis peccatum repellit, luxuria autem
carnis culpam adolet. Illuditur ergo Diabolus, vt ſe ipſe
morſu ſuo vulneret, & contra ſe armet, quem debilitan-
dum putauit, vt de pœnitent. diſtinct. 1. c poteſt fieri. 52. §.
ægritudo, vbi glo. in verbo debilitandum, ex Diuo Ambro
62 ſio in lib. 1. de pœnitentia. c. 3. † De Lucifero vtique obſer-
uandum, in veritate ſtetiſſe, non in ea creatus eſſe negatur.
Fuit enim in veritate conditus, ſed dum de ſe ſuperbiendo
præſumpſit, alienus ab ea factus eſt, vt de pœniten. diſtin-
ctione 2. cap. citius. 44. §. hinc etiam, & ca. principium 45. in
63 princ. vſque ad §. charitas. † Notandum etiam eſt, quod
ex reprobis bona opera aliqua facientibus, quaſi planum
iter electis monſtrant illos in bonis ſequentibus. Quando
verò in lapſum nequitiæ corruunt, electis poſt ſe per gen-
tibus quaſi cauendam ſuperbiæ foueam oſtendunt, d. cap.
citius. 44. per totum, & in fine. De iactantia, & confidentia
64 obſeruandum eſt. † Ne quis de ſe præſumat, linguæ ma-
lorum ex Dei præcepto contra eum excitantur. Imitare Pe
trum tertio alibi dicentem. Domine tu ſcis, quia diligo te,
Etenim, quia tertio negauerat, tertio confitetur: ſed nega-
uit in nocte confitetur in die. Hæc autem ideo dicta ſunt,
vt ſciatis, neminem iactare ſe debere, nam ſi Petrus lapſus
eſt, quia dixit. Et ſi alij ſcandalizati fuerint in te, ſed non
ego. Quis alius iure de ſe præſumat? Denique & Dauid,
quia dixerat. Ego dixi, in mea abundantia non mouebor in
æternum. Eam ſibi iactantiam obfuiſſe profitetur dicens.
Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus,
vt 6. quæſt. 1. cap. imitare 10. ex Diuo Ambroſio ad c. 22,
65 Lucæ. † Si quis doctus, & eruditus, legem Dei poteſt cæte
ros erudire, non debet ſuæ aſſignare prudentiæ, ingenio-
que, quod poſſidet: ſed gratias agat primum Deo, qui
cuncta largitur, deinde ſacerdotibus eius, ac magiſtris à
quibus doctus. ſi enim non egerit gratias: ſed ſibi ſcientiã
vendicauerit, in penuria maledicetur, vt 16. q. 1. c. reuertimini,
§. ſi quis doctus, ex Diuo Hieronymo in comment. ad
66 c. 3. Malachiæ. † Notandum etiam eſt, quod nec virgini-
tas carnis ſeruatur mente corrupta. Si enim Paulus Apo-
ſtolus vas Electionis, & ſeparatus in Euangelium Chriſti,
ob carnis aculeos, & incentiua vitiorum reprimit corpus
ſuum, & ſeruituti ſubijcit: ne alijs prædicans, ipſe repro-
bus inueniatur, & tamen videt aliam legem in membris
ſuis repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuum ſe in legẽ
duci peccati, ſi poſt nuditatem, ieiunia, famem, carceres,
flagella, ſupplicia in ſemetipſum reuerſus exclamat. Infe-
lix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?
tu te putas ſecurum eſſe debere? Caue, quæſo ne quando
dicat de te Deus, Virgo Iſrael cecidit, & non eſt, qui ſuſci-
tet eam. Poteſt enim Deus auferre omnem corruptionem
à Virgine corrupta, ſed non poteſt facere, quod non fue-
rit corrupta. D. Thomas in 1. par. quæſtione 25. articul. 4.
67 † Audenter loquor, cum omnia poſſit Deus; ſuſcitare vir-
ginem non poteſt poſt ruinam. Valet quidem liberare de
pœna; ſed non vult coronare corruptam. Timeamus illam
prophetiam, ne in nobis etiam compleatur. Virgines bonæ
deficient, obſerua quid dicat, Virgines bonæ deficient,
quia ſunt, & virgines malæ. Qui viderit, inquit, mulierem
ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde
68 ſuo. † Perit ergo, & mente virginitas, vt 32. q. 5. ca. ſi Pau-
lus 11. ex Diuo Hieronymo in Epiſt. ad Euſtochium de cu
ſtodia virginitatis cum duobus cc. ſequent. & Seneca in
Hippolito. inquit.

Mens impudicam facere, non caſus, ſolet.

Eſt enim pudicitia animi virtus, qua quis verecundatur
de actibus, de quibus homines magis verecundantur, vt
ſunt actus Veneris ſecundum Diuum Auguſtinum lib. 14.
de Ciuitate Dei, nec inuite poteſt auferri, vt idem ibidem
lib. 1. Eſt enim res animæ, virginitas corporis, denique illa
integra in anima permanente, poteſt iſta corpore violen-
ter auferri, & cum iſta integra manet corpori, poteſt illa in
animo laſciua voluntate corrumpi ſecundum eundem cõ
69 tra Iulianum libr. 4. † De conuerſione hominis eſt notan-
dum, quod nemo deſperandus eſt, dum in hoc corpore cõ
ſtituitur, quia nonnunquam, quod diffidentia ætatis diſ-
fertur, Conſilio maturiore perficitur. Profectus enim eſt
honeſtatis fornicariam abijcere, & vxorem legitimam ac-
cipere, vt 32. q. 2. ca. ancillam. 12 ex Leone Papa ad Ruſticũ
Epiſt. 9. & de pœnitent. diſtinct. 1. c. conuertimini 34. & di-
ſtinct. 7. in princ. c 1. cum ſequen. & c. vlt. §. quem ergo ſe-
70 16, & ſequent. † De inconſtantia dictorum, atque factu-
rum obſeruandum eſt, quod tolerabilius eſt iuramentum
non implere, quam quod turpe eſt facere. Vnuſquiſque
enim ſimplicem ſermonem proferat; vas ſuum in ſanctifi-
catione poſſideat, nec fratrem ſuum circumſcriptione ver-
borum induat, nihil promittat inhoneſtum, aut ſi promi-
ſerit tolerabilius eſt promiſſum non facere, quam facere,
71 quod turpe ſit. † Sæpè plerique conſtringunt ſe ipſos iu-
riſiurandi ſacramento, & cum ipſi cognouerint promitten
dum non fuiſſe; ſacramenti tamen contemplatione faci-
72 unt, quod ſpoponderunt, † ſicut Herodes, qui ſaltatrici
præmium turpiter promiſit, crudeliter ſoluit. Turpe,
quod Regnum pro ſaltatione promittitur, crudele, quod
mors Prophetæ pro iuriſiurandi religione donatur. Quan-
to tolerabilius tali fuiſſet periurium ſacramento? Si ta-
men periurium poſſit dici, quod ebrius inter vina iurane-
rit, quod eiuratis inter ſaltantium choros promiſerat. In-
fertur diſco Prophetæ caput, & hoc æſtimatum eſt fidei
eſſe, quod amentiæ fuit, Miſerabilis neceſſitas, quæ ſolui-
tur parricidio, melius eſt non vouere, quam vouere id,
quod ſibi is, cui promittitur, nolit exolui. Non ſemper igi-
tur promiſſa ſoluenda omnia ſunt, quamuis iureiurando
firmata, c. vbi periculum, de elect. in 6. Denique ipſe Domi
nus frequenter ſuam mutat ſententiam, ſicut ſcripturæ
indicant, vt 22. q. 4. c. vnuſquiſque 8. cum pluribus ſequen.
Magnæ ſapientiæ eſt, reuocare hominem, quod malè locu
tus eſt, c magnæ 10. Neque omnia promiſſa ſunt ſeruanda,
73 c. non ſemper. 12. † Nec obſeruandum eſt illud iuramen-
tum, quo malum incautè promittitur, & magis inſtante
neceſſitate peierandum nobis, quam pro facto iuramento
in aliud crimen manus diuertere, d. q. 4. c. non eſt. 13. ca. non
peierabis, 15. §. malum, c. ſi aliquid, 16. d. ca. vbi periculum.

Quia

Digitized by Google

Quia et probatum eſt. Et ipſe Dominus frequenter ſuam
mutat ſententiam, vt de peniten. diſtinct. 1. pluribus pro-
batur exemplis, & in cap. ſi agamus 67. & in c. quamobrẽ
74 68. & ſequen. † De lege, & Euangelio obſeruandum, quod
lex ſtatuit modum vltionis oculum pro oculo, dẽtem pro
dente. Chriſtus in Euangelio hanc viciſſitudinem tollens,
ad manſuetudinem, & charitatis perfectionem nos inui-
tans dicit. Nolite reſiſtere malo, ſed diligite inimicos ve-
ſtros, benefacite iis, qui oderunt vos, vt ſitis filij Patris ve-
ſtri, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, &
75 pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. † In lege veteris teſtamenti
corporalis pœna ſtatuta eſt: in lege verò Euangelij omni
peccanti per pœnitentiam promittitur venia. Vnde illa à
terrore incępit dicens. Ego ſum Dominus Deus Zelotes vi-
ſitans peccata patrum in filios vſque in tertiam, & quartã
generationem. Hæc verò à lenitate, & manſuetudinis, &
miſericordiæ, ita inquiens. Beati pauperes ſpiritu beati mi
tes, beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam con-
ſequentur. In illa dicebatur. Qui fecerit hoc, vel illud, mor
te moriatur. In iſta. Gaudeo ſuper vno peccatore pœniten
tiam agente, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non
indigent pœnitentia. Item non veni vocare iuſtos, ſed pec-
catores. Et vt vniuerſaliter dicatur in lege populus ille ru-
dis ſeruili timore pœnarum cogebatur, vnde & legem in
pedagogum accepit. In Euangelio autem populus gratia
liber, & adultus filiali amore, & hæreditatis certitudine
ad cultum diuinæ ſeruitutis inuitum. Vnde cum quidam,
legem quaſi coercentem, prædicaret eſſe tenendam ſimul
cum gratia ait Apoſtolus. Non enim accepiſtis ſpiritum ſer
uitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptio-
nis filiorum, in quo clamamus Abba Pater, vt 23. quæſt. 4.
cap. hæc autem 15. §. ex his omnibus vſque ad finem ex Di
uo Gregorio homil. 38. Euangel. & capitu. cum in lege 16.
76 † Eſt etiam notandum, quod in veteri teſtamento multa
permittebantur propter infirmitatem, quæ in Euangelij
perfectione eliminata ſunt: ſicut permittebatur quibusli-
bet dare libellum repudij, ne per odium funderetur ſan-
77 guis innoxius. † Quod poſtea in Euangelio Dominus pro-
hibuit, dicens vxorem à viro non eſſe dimittendam, niſi
cauſa fornicationis. Quædam permittebantur cauſa infir-
mitatis, & ſacramenti futurorum: ſicut Dominus permi-
ſit filijs Iſrael offerre animalia ſibi in ſacrificium, quæ in
Aegypto conſueuerat immolare dæmonibus, malens ea ſibi
offerri, quam Idolis; & vt eſſent illis ſacramenta futurorũ.
78 † Sic & Bethſabee permiſſa eſt duci in vxorem, non magis
cauſa ſuæ infirmitatis, quam ſignificatione futurorũ. Sed
eſt alia ratio, qua vxor defuncti huic nubere non poſſit. Ge
neraliter enim prohibentur viri, & mulieres frequenter
matrimonia contrahere, vt 31. q. 1. ca. ſi qua fuerit 7. §. ſed
obijcitur. Notandum etiam eſt, quod Paulus Petrum re-
prehendit; quod non auderet, niſi ſe non imparem ſciret.
Hoc enim non de officio Eccleſiaſticæ dignitatis, ſed de pa
ritate vitæ, & ſanctitate conuerſationis intelligitur: ſolus
enim Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat 2. q. 7. ca.
Paulus 33. ex Diuo Hieronymo de Paulo ſuper epiſt. ad Ga
latas. Et quod quamquam ſecundum honorum vocabu-
la, quæ iam Eccleſiæ vſus obtinuit, epiſcopatus maior preſ
bytero ſit: tamen Auguſtinus in multis rebus Hieronymo
minor eſt d. q. 7. c. quamquam 34. ex eodem Diuo Auguſti
79 no ad Hieronymum epiſt. 19. prope finem. † Tandem de
veneratione Sanctorum eſt obſeruandum, quod ſine Papę
licentia non licet aliquem pro ſancto venerari c. 1. de reli-
quijs, & venerat. ſancto. Poſtremo de nuptijs, carnibus, &
vino non abominandis diſponitur in canone Apoſtolico
50. & 52. & diſt. 30. c. vlt. §. ſi. c. ſi quis propter c. ſi quis vel
c. ſi quis nuptias d. 31. c. ſi quis vituperat, & quicunq. Ha-
ctenus quid credendum vel docendum ſit, eſt oſtenſum.
Sed de vnitate Eccleſiæ vniuerſalis credenda iam dictum
fuit ſupra tit. 12. ver. Eccleſia vna. Sic etiam de Euchariſtia,
de baptiſmo, & alijs quid credendum, docendumq. dice-
tur infra ſuis locis. Ad fidem verò quatenus ſit quis cogẽ-
dus diſſeritur in 23. q. 5. c. ad fidem, & infra ti. 110. & ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ ignoratio eſt ignoratio Chriſti.*
2 *Librorum ſacrorum lectio continuo habenda.*
3 *Ignorantia voluntaria omnibus noxia, magis ſacerdotibus.*
4 *Libri qui legendi, vel non.*
5 *Libri ſacri ſi quid dubij afferant quid agendum.*
6 *Sacra ſcriptura omnibus alijs libris præponitur, & de illa nec dubitari, nec diſceptari poteſt.*

De Sacrorum librorum lectione. Tit. 74.

SIcut enim ſtellas cœli non extinguit nox; ſic mentes fi-
delium firmamento inhærentes ſacræ ſcripturæ non
obſcurat mundana iniquitas. Et ſi iuxta Apoſtolũ Pau
lum Chriſtus Dei virtus eſt, Deiq. ſapientia, & qui neſcit
1 ſcripturas, neſcit Dei virtutem, eiuſq. ſapientiam, † ignora-
tio ſcripturarum, ignoratio Chriſti eſt, & qui ea, quæ Dei
ſunt ſapiunt, à Domino ſapiuntur, & qui ea, quæ Dei ne-
ſciunt, à Deo neſciuntur, Paulo atteſtante, qui ait. Si quis
ignorat ignorabitur. Quicunq; ſtultus eſt in culpa, ſapiens
erit in pœna, vt diſt. 38. c. ſicut 8. cum duob. ſeq. ex Zephe-
rino Papa epi. 1. ad epiſcopos Siciliæ ex D. Hieronymo ad
Euſtachium in proœm. commen. in Heliam, & ex D. Grego
2 rio in paſtorali p. 1. c. 1. † Profectò ad premiſſa euitãda eſt
ſacrorum librorũ cõtinua habẽda lectio. Nã & Nouella c.
133. §. deinde & §. illud quoq. ſacros libros legere ſuadetur
. Cuius omne cõtrariũ deplorat Dãtes in Paradiſo cãt. 9. ibi.
Per queſto l'Euangelio, e i Dottor magni
Son derelitti, &c.
3 † Voluntaria enim ignorantia, cum omnibus noxia ſit,
ſacerdotib. verò periculoſa, oportet ideo ſacerdotes maxi-
mè ignorantiam vitare, quod facere poterunt legendo fre
quẽter ſacras ſcripturas d. diſt. 38. in prin. & c. 1. & ſeq. vſq.
ad c. ſedulo, & ſunt etiam dictum ſupra tit. 2. 4. 5. 8. & 9. Ha
bemus enim, inquiunt, Machabei 1 c. 12. ſolatio Sanctos li-
4 bros, qui ſunt in manib. noſtris. † Verum quia inter libros
adſunt Apocriphi, prohibiti, veri, & non prohibiti, ideoq;
qui libri ſint legendi, vel non, definitur in diſt. 15. c. Sancta
3. §. iam nunc, & in Conc. Trid. ſeſſ. 4 in princ. Decretum de
Eccleſiaſticis ſcripturis, & Decretum de editione, & vſu ſa
crorum librorum, & definitur vniuerſaliter in indice li-
brorum prohibitorũ. De his libris late agit Cardinalis Bel
larminus. De verbo Dei li. 1. c. 2. & ſeq. & c. 4. & Ficinus de
Chriſtiana religione c. 30. & 36. vbi ĩ prin. dicit Maumethẽ
in ſuo Alcorano vtrunq. teſtamentum, & vetus, & nouum
approbare, nouumq. veteri anteponere, & à Deo mirabilẽ
authoritatẽ accepiſſe. Sed in hoc ſe ipſum perdit, dũ dicit
teſtamẽtũ nouum poſt ſanctos Apoſtolos à Chriſtianis cor
ruptum fuiſſe aſſerens ſe à Chriſto apertiſſimis verbis fuiſ
ſe promiſſum, qñ in Euãgelio dixit Prædico vobis poſt me
venturum eſſe quendã Dei nuncium nomine Maumethũ;
illum videlicet ſpiritum veritatis; qui docebit vos omnia.
Huc peruenit huius hominis ambitio, & machinatio, vt cre-
di voluit miſſus à Deo Doctor, & interpres nouę legis, & ta
lis voluit nominari in fine noſtræ Dominicæ, q̃ docuit ſuos
Deo fundere orationes, vt citato loco teſtatur idẽ Ficinus
ad confundendos hebræos nouũ teſtamentũ prorſus abne-
gantes. Quo aũt tempore ſinguli ſacri libri non prohibiti le
gendi ſint declarantur in d. c. ſancta. 3. §. cæterum vſq. ad fi-
nem. Sed & veterum librorum fides ex hebręis, nouorum
& gręcis voluminib. eſt petenda. Nouella c. 146. & diſt. 9. c.
5 vt veterum 6. † Sed ſi quid parũ rationabile in libris cano-
nicis inuenitur, quid de eo cenſendum ſit definitur d. diſt.
9. c. ego ſolis 5. & c. ſi ad ſcripturas 7. Nam D. Hieron. epiſ.
19. inquit Ego ſolis eis ſcriptorum, qui iam canonici appel-
lantur, didici hunc timorẽ, honorẽq. deferre, vt nullũ eorũ
ſcribendo erraſſe audeã credere; ac ſi aliquid in eis offende-
ro, quod videatur cõtrarium veritati, nihil aliud q̃ vel mẽ-
doſum eſſe codicem, vel interpretẽ non aſſecutum eſſe, qđ
dictum eſt, vel me minimè intellexiſſe non ambigam. Alios
aũt ita lego, vt quantalibet ſanctitate, doctrinaq. polleant,
non ideo verũ putẽ, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi
per alios authores, vel canonicas, vel probabiles rõnes, qđ
à verò nõ abhorreat, perſuadere potuerũt. Quis neſcit, in-
6 quit, D. Aug. de Baptiſmo contra Donatiſtas lib. 2. c. 3. † San
ctã ſcripturã canonicã tã veteris, q̃ noui teſtamenti certis
ſuis terminis cõtineri, eãq. omnib. poſteriorib. epiſcoporũ
libris ita præponi, vt de illa omnino dubitari, & diſceptari
non poſſit, vtrũ verum, vel vtrũ rectum ſit quicquid in ea
ſcriptum eſſe cõſtiterit? Epiſcoporum aũt literas, quæ poſt
confirmatum canonem, vel ſcriptæ ſunt, vel ſcribuntur, &
per ſermonem fortè ſapientiorem cuiuslibet in ea reperi-
tum, & per aliorum epiſcoporum grauiorem authori-
tatem,

tatem, doctioremque prudentiam, & per Concilia licere
ſeprehendi, ſi quid in eis fortè à veritate deuiatum eſt? vt
7 in d. diſtinct. 9. cap. quis neſciat. 8. † Sunt enim Sanctorum
Patrum ſcripta ab authoritate Canonum, & Canonicarũ
ſcripturarum diſtinguenda, & in concurſu poſtponenda,
vt in d. diſtinct. 9. c. noli, & ſequent. & ca. fin. diſtinct. 20. in
princ & per totam, diſtinct. 50. c. ſi ille. 58. §. nemo, §. & de-
creta, & ſequent. inſt. de Eccleſiaſticis Conſtitutionibus, &
ſupra lib. 1. tit. 2. num. 21. citantur alij.

S V M M A R I V M.

1 *Concionandi officium non poteſt exerceri abſque licentia, & cuius.*
2 *Concionatoris officium non exercet mulier.*
3 *Laicus concionari non poteſt, limitatur.*
4 *Monachi concionari non poſſunt limitatur num. 5.*
6 *Concionatores ab Epiſcopo ordinandi, & mittendi.*
7 *Prædicationis munus præcipuum eſt Epiſcoporum.*
8 *Concionator qualis eſſe debeat.*
9 *Concionem audire omnes poſſunt heretici, Iudæi, &c.*
10 *Verbum Dei minus non eſt, quam corpus Chriſti.*
11 *Verbum Dei negligenter audiens, quam pœnam incurrat, Euãgelium adorandum.*
12 *Prædicandum quomodo, & quando ſit.*

De concionibus, & perſonis concionatorum. Tit. 75.

PRimum obſeruandum, non ordinatos ad concionan-
1 dum non eſſe admittendos. † Nullus enim debet ſibi
officium prædicandi aſſumere, niſi ſuper hoc ſibi à iu-
ſe, vel à Sede Apoſtolica, vel à Diœceſano Epiſcopo licen-
tia concedatur. Dicente Apoſtolo. Quomodo prædicabũt,
niſi mittantur? cap. excommunicamus. 13. §. quia verò, vbi
glo. & Doctor. de hæreticis, & probatur in c. cum ex iniun-
2 cto. 12. eodem tit. † Mulier enim ad concionandum nullo
modo admittenda eſt, quamuis docta, & ſancta, vt diſtin-
ctione 23. c. mulier. & de conſecrat. diſtinct. 4. cap. mulier.
20. Vel Abbatiſſa monaſterij ſit. Quia licet Beatiſſima Vir
go Maria dignior, & excellentior fuerit Apoſtolis vniuer-
ſis, quippe quæ, vt cecinit Muſa Hetruſca.

Benedetta anzi gl' Eui, anzi che fuſſe
Creato il tempo in ſingular maniera;
Te, ſe volle il gran Dio che ti produſſe,
D'ogni ſincerità far più ſincera
Benedetta, e beata in cui riluſſe
Orto d'amor, che non miro mai ſera:
Cauane Dio, del tuo valor profondo,
Tutto è men grato, e men compito il mondo.

Tamen non illi, ſed iſtis Dominus claues Regni Cœlorum
commiſit, cap. noua 10. §. quia licet, de pœnitent. & remiſſ.
Vnde benè, & per Paulum 1. Timoth. 2. dicitur. Docere
mulieri non permitto. Quia nimirum aliquando cum do-
cuit, à ſapientiæ æternitate ſeparauit. Antiquus itaque ho-
ſtis ab Adam in ſterquilinio victoriam perdidit, qui Adam
in Paradiſo ſuperauit, atque adiutricem ſuam mulierem,
dum ad verba malæ perſuaſionis accendit, ad doctrinam
ſanctæ eruditionis miſit, & quæ excitata fuerat, vt perde-
ret, erudita eſt ne periret, ideoque docere non debet, vt
per Diuum Gregorium in Iob lib. 3. ca. 6. B. ver. vnde benè.
Hinc D. Thomas 2. 2. qõ. 177. artic. 2. dixit gratiam ſermo-
nis, ſapientiæ, & ſcientiæ, vt publicè toti Eccleſiæ loqui poſ
ſint, non pertinere ad mulieres, & ſi illis gratia propheriæ
3 non denegetur. † Sed neque etiam laici ſunt ad concionã-
dum admittendi, d. diſtinct. 23. ca. mulier, §. laicis, & d. cap.
cum ex iniuncto 12. & c. ſicut 14. de hæreticis, c. ad abolen
dam. Verum præſentibus Clericis, atque rogantibus lai-
cus docere poteſt, d. diſtinct. 23. ca. mulier. 29. §. laicus. Sed
prohibetur in d. c. cum ex iniuncto 12. de hæreticis. Et cum
ipſe Dominus noſter Luc. 2. anno 12 ætatis ſuæ in medio
Doctorum in templo ſedens non docens, ſed interrogans
voluit inueniri; id fecit, vt non auderent homines in ætate
infirma prædicare. vt obſeruauit D. Gregorius in Ezechie-
4 lem homil. 2. c.... † Minus etiam monachi ſunt ad concio-
nandum admittendi, c. 1. de Capellis monachor. 16. q. 1. ca.
de monachis, §. fin. c. monachos, cap. adijcimus, ca. hinc eſt,
§. item illud, & ca. 1. §. perſonis quoque, de religioſ. domib.
in 6. Verum monachus in Clericum ordinatus admittitur
16. q. 1. c. ſciant nonnulli, §. fin. cum duobus cc. ſequent. vſ-
que ad §. non eſt humilitas, & monachus Canonicus regu-
5 laris. ca. quod Dei timorem 5. de ſtatu monachor. † Sed &
monachi diuina gratia intus commoti admittuntur. 16. q.
1. c. placet rationabilis, §. oſtendit ergo, d. ca. cum ex iniun-
cto 12 de hæreticis. Admittuntur etiam illi monachi, qui
conſulunt alios habitum monachalem ſuſcipere, d. q. 1. ca.
6 iuxta. 11. † Concionatores autem ab Epiſcopo ſunt ordi-
7 nandi, & mittendi, † cum enim prædicationis munus præ-
cipuum Epiſcopi ſit, vt conſtituit Concilium Tridẽtinum
in ſeſſ. 5. c. 2. in princ. & in ſeſſ. 24. c. 4. & Diuus Paulus 2. ad
Timoth. cap. 4. Nam Deus dixit Petro, & in eo Paſtoribus
omnibus. Paſce oues meas, vt intelligeremus hoc munus
eſſe præcipuum, & in Epiſcopali conſecratione dicitur, Va
de prædica populo tibi commiſſo. Ad Epiſcopum ideo
pertinet licentiam dare alij, qui pro ſe hoc munus adim-
pleat, d. c. 2. de Capellis monachor. & cap. 1. & Concilium,
vbi ſupra. Nemo enim, neque ſæcularis, neque regularis,
nec in Eccleſijs ſuorum ordinum contradicente Epiſcopo
8 prædicare poteſt, d. c. 4. † & eum, qui docet, & inſtruit ani-
mas rudes, oportet eſſe talem, vt pro ingenio diſcentium
ſemetipſum poſſit aptare, & verbi ordinem pro audientis
capacitate dirigere. Debet ergo ipſe præcipuè apprimè eſ-
ſe eruditus, & doctus, irreprehenſibilis, maturus, pauidus,
ſicut ipſi probaſtis fore hunc Clementem poſt me, dicit
Diuus Petrus relatus in 8. q. 1. ca. oportet. 12. Eſt enim actus
Eccleſiaſticus ſummè meritorius, Nam qui fecerit, & do-
cuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cœlorum Matth.
5. Et qui ad iuſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi
ſtellæ in perpetuas æternitates. Daniel. 12. Quod conuenit
etiam Doctoribus ob eminentiam ſapientiæ in libris pro-
ximis communicatæ, & declaratæ, vt recenſet Cardin. Bel-
9 larmin. de Aſcenſione mentis in Deum Gradu 6. &c. † Ad
audiendas autem conciones omnes admittendi ſunt, Epi-
ſcopus enim nullum prohibeat ingredi Eccleſiam, & audi-
re verbum Dei, ſiue Gentile, ſiue hæreticum, ſiue Iudæum,
vſque ad Miſſam cathecumenorum, vt de conſecrat. di-
ſtinct. 1. ca. Epiſcopus nullum 67. Sed ab omnibus diligen-
ter ſunt conciones audiendæ. Interrogo vos fratres, vel ſo-
10 rores; dicite mihi, quid vobis plus eſſe videtur. † Verbum
Dei, an corpus Chriſti? Si verum vultis reſpondere, hoc
vtique dicere debetis, quod non ſit minus verbum Dei,
quam corpus Chriſti. Et ideo quanta ſollicitudine obſer-
uamus, quando nobis corpus Chriſti miniſtratur, vt nihil
ex ipſo in terra cadat, tanta ſollicitudine obſeruemus, ne
verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud, aut cogita-
11 mus, aut loquimur, de corde noſtro pereat; † quia non mi-
nus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam
ille, qui corpus Chriſti in terram cadere negligentia ſua
permiſerit. 1. q. 1. ca. interrogo 94. ex Diuo Auguſtino libro
50. homil. homil. 26. Hac itaque ratione ordinatum eſt,
vt ſtantes Euangelium audiamus venerabiliter in conſpe-
ctu Euangelij, atque intentè, & fideliter adoremus, de con
ſecrat. diſtinct. 1. ca. Apoſtolica 68. ex Anaſtaſio Papa Epi-
ſcopis Germaniæ, & Burgundiæ epiſt. 1. cap. 1. Lapus alle-
gat. 57. num. 2. Et quod ante finitam concionem, & Miſſa-
rum ſolemnia peracta non diſcedamus, d. diſtinct. 1. c. om-
nes fideles 62. cum duobus cc. ſequentibus, & Canone Apo
12 ſtolico. 9. † Quomodo, & quando prædicandum ſit defi-
nitur in Concilio Tridentino ſeſſ. 5. c. 2. & ſeſſ. 24 c. 4. Et mo
dum docet etiam D. Paulus ad Timoth. 2. capit. 4. inquiens
prædica verbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſe
cra, increpa in omni patientia, & doctrina, & ad Titum ca
pit. 2. & 3. docet etiam, quæ ſint prædicanda, quod fit etiã
in Polyantea in verbo Prædicatio. Sed & inter cætera in
concionibus eſt monendus populus, vt decimas. & alia Ec-
cleſiæ fideliter perſoluat, cap. primo, de decimis in 6. Cle-
ment. cupientes. 3. §. illos etiam vſque ad finem, de pœnis,
& Diuus Paulus ad Romanos 13. & quod operas ſibi inui-
cem exhibeant. 11. quæſtione prima, cap. te quidem 29. §.
iſta namque opera. Sicut enim tibi, loquitur enim Prælа-
tis, impietatis crimen eſt, neglectis verbi Dei ſtudijs, ſollici-
tudines ſuſcipere ſæculares; ita & vnicuique laicorum pec-
catum eſt, niſi inuicem ſibi etiam in his, quæ ad commu-
nis vitæ vſum pertinent, operam fideliter dederint. Quod
ſi fortè à ſemetipſis hoc laici non intelligunt, per Diacono

edo-

Digitized by Google

edocendi ſunt, vt tibi ſolius Eccleſiæ ſollicitudines derelinquant, d. q. 1. ca. ſicut. 30. Sed & plura de concionibus dicta ſupra tit. 42.

SVMMARIVM.

1 *Orationis definitio.*
2 *Oratio eſt actus potius rationis, quam voluntatis.*
3 *Orationis definitiones plures.*
4 *Oratio eſt actus practicæ non theoricæ.*
5 *Orationi concurrunt affectus, & intellectus.*
6 *Oratio triplex.*
7 *Oratio mentalis, & vocalis, & num. 8. & 9.*
10 *Oratio Dominicalis præſtat omnibus alijs.*
11 *Oratio Dominica memoria tenenda, & frequenter dicenda.*
12 *Oratio Dominica continet præfationem, & ſeptem petitiones.*
13 *Voluntas Dei diſtinguitur, & declaratur.*
14 *Panis, qui petitur qualis.*
15 *Debita, quæ petit, vt dimittantur, quæ ſint.*
16 *Peccator ſit debitor Deo actione iniuriarum.*
17 *Oratio Dominicalis, quæ peccata deleat.*
18 *Tentatio in quam petimus non induci qualis.*
19 *Malum à quo liberari petimus in oratione Dominica.*
20 *Orationis Dominicalis Expoſitores plures.*
21 *Oratio qualis eſſe debeat.*
22 *Orationis conditiones ad impetrandum quæ.*
23 *Oratio flexis genibus facienda, limitatur.*
24 *Oratio pro quibus fundenda.*
25 *Orandum eſt pro mortuis.*
26 *Nomina defunctorum in orationibus, an nominanda.*
27 *Orandum pro quibus non ſit.*
28 *Orandum an ſit pro defunctis in excommunicatione.*
29 *Excommunicatus non abſolutus moriens poteſt ſaluari.*
30 *Baptiſmus inuiolabiliter miniſtratur, quando illum non contemptus religionis, ſed terminus neceſſitatis excindit.*
31 *Vxor ſine conſenſu viri, an poſſit orationi vacare.*
32 *Orationes non coniungendæ cum excommunicato, vel Clerico depoſito.*
33 *Sancti ſunt orandi, non pro eis eſt orandum.*

De Orationibus. Tit. 76.

1 ORatio † eſt actus rationis practicæ, voluntatis deſi-
derium explicantis, & ab alio aliquid poſtulantis,
2 ex Diuo Thoma 2. 2. q. 83. artic. 1. † Et quamuis ad
orationem & ratio & voluntas concurrant ex neceſſitate,
Tamen propriè eſt actus rationis, non voluntatis. Oratio
enim eſt quædam petitio, petitio autem cum ſit intimatio,
ac locutio, ſine dubio ad rationem, & intelligentiam
pertinet. Ideo Dominus in Matth. 7. petite, inquit, & accipietis,
& Marc. 11. Quidquid orantes petitis, &c. & Apoſtolus
ad Romanos, 8. Quid oremus, ſicut oportet neſcimus.
Spiritus poſtulat pro nobis, & Pater Baſilius in orat. in
3 Hilittam. † Oratio, inquit, eſt boni cuiuſdam petitio. quæ
à pijs ad Deum effunditur. Gregor. Niſſen. in orat. 1. de oratione
Dominica, inquit, eſt conuerſatio, ſermocinatioque
cum Deo, & orat. 2. Oratio eſt petitio bonorum, quæ Deo
cum ſupplicatione offertur. Chryſoſtomus homil. 30. in
Geneſ. Oratio colloquium eſt cum Deo. Ioan. Damaſcenus
lib. 3. de fide, cap. 24. Oratio, inquit, eſt aſcenſio mentis in
4 Deum, aut decentium à Deo petitio. † Dicitur ſecundo eſſe
actum rationis non theoricæ, ſed practicæ, quia non ad
cognitionem, ſed ad impetrationem ordinatur. Tertio dicitur
eſſe actum rationis explicantis deſiderium volunta-
5 tis, † quia affectus, & intellectus ad orandum concurrunt,
affectus deſiderando bonum, quo caret, intellectus verò
explicando deſiderium illud, & proponendo. Vt in rebus
corporalibus cum re aliqua indigemus per appetitum, qui
dicitur concupiſcibilis rem illam deſideramus, per linguâ
verò, quæ appetitus eſt interpres petimus. Tandem dicimus
eſſe actum rationis ab alio aliquid poſtulantis, quia
deſiderium voluntatis ſi eſt in noſtra poteſtate, non exprimitur
à ratione per modum poſtulantis, ſed per modum
imperantis. Si non in noſtra, ſed in aliena poteſtate eſt,
tunc exprimitur per modum poſtulantis, & ea propriè di-
6 citur oratio ſecundum Diuum Thomam, vbi ſupra. † Sed
oratio triplex eſt, alia publica, quæ nomine totius populi à
ſacerdotibus, tanquam publicis miniſtris in templis ritè
celebratur, quæ à ſolis laicis ſine Epiſcopo, & Clericis fieri
non poteſt, §. omnibus autem laicis. Nouella c. 123. de ſanctiſs.
Epiſc. & Diuus Thomas 2. 2. q. 83. articul. 12. Alia eſt
priuata, quæ ad ſingulos pertinet, de qua Apoſtolus. 1. ad
Timoth. 2. Volo ergo viros orare in omni loco leuantes puras
manus, ſine ira, & diſceptatione, Alia eſt oratio tantum
mentalis, Alia mentalis ſimul, & vocalis, & oratio, quæ ſola
mente concipitur cum quis priuatim orat vtiliſſima eſt,
& aliquando vtilior, & ſi vox corporalis etiam addatur, vt
Matth. 6. & docet Diuus Ambroſius in 6. lib. de ſacramentis,
cap. 4. Qui in ſilentio orat, fidem defert, & confitetur,
quod Deus ſcrutator cordis, & renis ſit, & orationem tuã
8 ante ille audiat, quam tuo ore fundatur. † Poteſt eſſe, &
vocalis tantum, quæ & vtilis interdum, & neceſſaria eſt,
vtilis, vt probat Diuus Auguſtinus in Epiſtol. 121. ad Probam
c. 9. Quoniam, inquit, interdum voce nos ipſos ad deuotionem
acrius excitamus, & ad affectum deuotionis iã
excitatæ extremum poteſt redundare, iuxta illud Pſal. 25.
Lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, & illud
Pſalm. 83. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum
9 viuum, † Eſt etiam non ſolum vtilis, ſed etiam neceſſaria
vocalis oratio, quando ex præcepto maiorum, vel publicè,
vel priuatim certas preces recitare iubemur, vt diuina officia
publicè in Eccleſia, vel priuatim in omni loco, vt dicitur
infra de diuinis officijs, tit. 77. & probatur in §. omnibus,
& in §. ad hæc iubemus. Nouella c. 123. & in Polyanthea
in verbo oratio, ſeu preces, & in verbo preces. Sed
Apoſtolus 1. ad Timoth. 2. Quatuor conſtituit genera orationis,
ſiue partes dum inquit. Obſecro igitur primum omnium
fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum
actiones in omnibus hominibus, &c. Et ad Philipp. 4.
inquit, in omni oratione, & obſecratione, cum gratiarum
actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Diuus
Auguſtinus in Epiſt. 59. ad Paulinum, q. 5. totum hunc Apoſtoli
locum refert ad publicas preces, quæ tempore ſacrificij
ad altare funduntur. Idem facit Diuus Chryſoſtomus
in comment. Sed Auguſtinus ibi indicat, quid interſit
inter has voces ibi eligo in his verbis, &c. Idem faciunt Io.
Caſſianus col. 9. ca. 9. & ſequentibus fusè. Theodoretus in
comment. 1. Timoth. 2. Diuus Bernardus in ſermone de
quatuor modis orandi, & Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 83. ar-
10 tic. 17. † & oratio Dominica præſtat omnibus alijs formis
orandi authoritate, breuitate, perfectione, ordine, efficacitate,
neceſſitate, vt demonſtrabitur, authoritate, quia ab
ipſa Dei ſapientia condita eſt. Breuitate, quia pro magnitudine,
& multitudine rerum quas continet, non poterat
oratio fieri breuior. Præſtat quoque perfectione, quoniam
omnia comprehendit, quæ à Deo nos petere, vel neceſſaria,
vel vtilia intendimus. & Tertullianus addit orationem
Dominicam eſſe quaſi Breuiarium Euangelij, quia dum
hanc orationem fundimus, ſimul admonemur, quod credere,
quod ſapere, quod amare, quem colere, quid agere,
quid fugere, quid appetere, quid contemnere debeamus.
Ordine præſtat, quoniam planè methodo poſtulare docemur.
Primum, quæ ad gloriam Dei, deinde, quæ ad ſalutẽ
noſtram pertinent, in ijs primum æterna, deinde temporalia.
Efficacitate, ſiue vtilitate præſtat, quia (vt rectè notat
S. Cyprianus) nihil poteſt Deum Patrem magis mouere,
quam oratio eius filij. Præſtat demum neceſſitate, quia
nulla eſt alia forma precandi, quam omnes Chriſtiani conceptis
verbis tenere, & frequentare iubeantur, niſi iſta.
Nam in Conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 7. ca. 25. monentur
Chriſtiani omnes ter quolibet die orationem hanc fundere.
Item in Concilio Toletano 4. ca. 9. iubemur nullo vnquam
die orationem hanc intermittere, quam non ſine
ratione Patres Cyprianus ſermon. 6. & Auguſtinus in Enchiridion.
cap. 71. quotidianam vocauerunt, & in Concilio
11 Remenſi, c. 2. † docemur non licere homini Chriſtiano Dominicam
orationem, aut non tenere memoria, aut non intelligere,
aut non frequentare, & in matutinis, & in veſpertinis
horis ſemper eſt fundenda. Id enim ſemper placuit
obſeruari, vt omnibus diebus poſt matutinas, & veſperas
oratio Dominica à Sacerdote proferatur, vt de conſecrat.
diſtinct. 5. c. id ſemper. 14. ex Concilio Gerunden. capit. 10.
Huic orationi præmittitur præfatio. Surſum corda, ad parandas
fratrum mentes, vt dum reſpondet plebs, habeamus
ad

Digitized by Google

ad Dominum, admoneamur nihil ſe aliud, quam Domi-
num cogitare debere, vt de conſecrat. diſtinct. 1. ca. quan-
12 do. 70. † Continet enim oratio hæc præfationem, & ſepa
tem petitiones, vt per Diuum Thomam 2. 2. q. 83. artic. 9.
Præfatio eſt. Pater noſter, qui es in Cœlis. in qua mone-
mus nos filios adoptiuos Dei, & terræ peregrinos eſſe, vt
intelligamus auxilio indigere, quia peregrini ſumus, & fi-
duciam petendi concipiamus, quia filij, dicendo Pater no-
ſter. Captamus beneuolentiam laudando bonitatem Dei,
qui à nobis viliſſimis ſeruulis dignatur appellari Pater.
Cum addimus, qui es in Cœlis. Laudamus eius potẽtiam,
& excellentiam, qui in Cœlo, id eſt in altiſſimo ſolio præſi-
det, vt notant omnes, qui multi ſunt veteres Patres, qui
hanc orationem explicarunt. Prima petitio. Sanctificetur
nomen tuum. nonnulli referunt eum ad ſanctitatem Dei
in nobis, vel inchoandam, vel perficiendam, vt videlicet,
intelligamus petere, vt ſanati ſimus, vel in ſanctitate per-
ſeueremus. Ita Tertullianus, & Cyprianus in eius explica-
tione. Alij referunt ad gloriam nominis Dei, ſed ex noſtris
bonis moribus conſequentem, ita S. Cyrillus in catheſi 5.
Myſtagogica, Niſſenus orat. 3. de oratione Dominica,
Chryſoſtomus, Hieronymus, & Rupertus in ca. 6. Matth.
Sed optima, & literæ inhærens eſt explicatio Sancti Augu-
ſtini lib. 2. de ſermone Domini in monte, c. 10. Caſſiani col-
lat. 9. ca. 18. & S. Bernardi ſermone 6. in Quadrageſima, &
aliorum, qui dicunt ſimpliciter peti gloriam Dei, id eſt, vt
innoteſcat omnibus nomen Dei, & ab omnibus ſanctifice-
tur. Secunda petitio. Adueniat Regnum tuum. in qua re-
cto ordine poſt gloriam Dei in prima, petimus noſtram
beatitudinem in ſecunda, quam obtinebimus, quando
beati accepta gloria cum Deo perfectè, feliciterque regna-
bimus. Tunc enim tolletur omnis poteſtas Dæmonum, &
hominum impiorum, & ſolus Deus, & filij eius ſine vlla
13 reſiſtentia, vbique regnabunt. Tertia. † Fiat voluntas tua
ſicut in Cœlo, & in terra. ex ea diſtingunt Doctores volun-
tatem Dei in voluntatem ſigni, & voluntatem beneplaci-
ti. Illam ſigni appellant præcepta, & prohibitiones, qui-
bus Deus ſignificat, quid à nobis agi, vel non agi velit. Iſtã
beneplaciti nominant eam, qua Deus vult abſolutè ali-
quid fieri, quæ ſemper impletur, & quam nulla vis exter-
na impedire poteſt. De prima enim intelliguntur loca Mat
th. 12. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in
Cœlo eſt, ille meus frater, & ſoror, & mater eſt. Ioann. 4.
Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me.
1. Theſſal. 4. Hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio ve-
ſtra. Hebr. 10. Vt voluntatem Dei facientes reporteris pro-
miſſionem. De ſecunda verò intelliguntur illa loca Pſalm.
113. Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in Cœlo, &
in terra. Iſa. 46. Omne conſilium meum ſtabit, & omnis vo
luntas mea fiet. Eſther 13. Non eſt, qui tuæ poſſit reſiſtere
voluntati. Quamuis enim petitio hæc præcipuè referatur
ad obedientiam legis, & voluntatem ſigni, poteſt tamen
aliquo modo referri ad voluntatem beneplaciti, quate-
nus nunquam debemus reprehendere beneplacitum Dei,
neque de eo ſubmurmurare, etiam ſi nos affligi, & premi
velit, ſed ei patienter, ac libenter acquieſcere. Hoc modo
Dominus dixit Matth. 26. Non mea, ſed tua voluntas fiat,
& Act. 21. Quando diſcipuli non potuerunt retinere Pau-
lum, quin Hieruſalem ad manifeſta pericula carceris, &
vinculorum pergeret, dixerunt. Voluntas Domini fiat.
Quarta petitio. Panem noſtrum quotidianum da nobis
14 hodie. † Hinc oriuntur variæ ſententiæ, de quo pane ſit
intelligendum, de corporali, ſcilicet tantum, vel tantum
de ſpirituali, vel de vtroque ſimul. Et receptiſſima, & com
muniſſima eſt, atque recipienda illa ſententia, quæ docet;
nomine panis intelligi debere alimenta in genere, id eſt om
nia ſubſidia neceſſaria ad vitam cum animæ, tum corpo-
ris conſeruandam: & quia ſubſidia vitæ ſpiritualis, vt ſa-
cramenta, conciones, & alia id genus, multo magis ſunt
neceſſaria, & nobilia, quam ſubſidia vitæ corporalis, ideo
orantis intentio referri debet ad panem ſpiritualem, vt ad
id, quod primum petitur, ad panem autem corporalem,
vt ad quoddam additamentum. Et conuenit cum eo, quod
continuando ſermonem in Matth. ca. 6. ibi. Dominus dicit.
Ideo dico vobis ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid man-
ducetis, neque corpori veſtro quid induamini, &c. Nolite
ergo ſolliciti eſſe dicentes, Quid manducabimus, aut quid
bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes in-
quirunt, Scit enim Pater veſter, quod his omnibus indige-
tis. Quærite autem primum Regnum Dei, & iuſtitiam
eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Quinta petitio. Et di-
mitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debito-
15 ribus noſtris. † Nomine debitorum hoc loco non intelli-
guntur niſi peccata, non autem debita ſeruandi leges, vo-
ta, promiſſiones, & alia id genus per nos debita. Nam Luc.
11. dicitur, & dimitte nobis debita noſtra. & Matth. 6. Ex-
plicans hanc petitionem, inquit, Si enim dimiſeritis homi-
nibus peccata eorum, dimittet vobis Pater veſter Cœleſtis
16 peccata veſtra. † Peccata enim, & debita dicuntur, quia
omnis, qui peccat iniuriam facit Deo, ac per hoc actione
iniuriarum fit debitor Deo ſatisfactionis illatæ iniuriæ per
iniuriarum actionem. Incidit in pœnam legis Dei, quam vt
debitor tenetur luere, vt infra tim. 93. & fraudat Deum de
fructu animæ ſibi excolendæ à Deo commiſſæ cum talen-
tis naturæ, & gratiæ, vt operaretur in eis. Vnde qui negli-
gunt benè operari debitores fiunt lucri ceſſantis, & damni
17 emergentis. † Hæc oratio quamuis potiſſimum inſtituta
eſſe videatur ad peccata venialia delenda, vt de pœnitent.
diſtinct. 3. c. de quotidianis. Tamen valet etiam ad impe-
trandam peccatorum mortalium indulgentiam ſecũdum
Diuum Chryſoſtomum in commentatio ad capit. 6. Mat-
thæi. Si à peccato deſiſtatur, vt d. diſtin. 3. ca. nihil prodeſt.
18 21. Sexta petitio. Et ne nos inducas in tentationem. † Alij
enim intelligunt his verbis peti à Deo, non quidem, vt non
tentemur, ſed ne à tentatore vincamur, vt Diuus Hierony-
mus, Hilarius in comment. ad c. 6. Matthæi. Diuus Ambro
ſius lib. 5. de ſacramẽtis, c. 4. Cyrillus Catecheſi quinta My-
ſtagogica. Auguſt. in epiſt. 121. c. 1. Caſſianus collat. 9. cap.
23. Alij intelligunt id peti, vt ſimpliciter non tentemur, vt
Tertullianus in lib. de oratione. Cyprianus in ſermone de
oratione Dominica. Niſſenus de oratione Dominica orat.
5. Chryſoſtomus, & Euthymius in comment. ad c. 6. Mat-
thæi. Quæ ſententia videtur probabilior. Nam non induci
in tentationem, non videtur non vinci à tentatione, ſed in
tentationem non incidere. Pſal. 61. dicitur. Induxiſti nos in
laqueum. Quod idem eſt, ac ſi dictum fuiſſet, induxiſti nos
in tentationem. Et Propheta eo loco ſignificat ſe Dei per-
miſſione non à tentatione fuiſſe deuictum, ſed ſolum ten-
tari, vexarique permiſſum, vt exponit ibi Diuus Auguſti-
nus. Et quamuis tentatio, interdum ſit vtilis, quando ex ea
victoria reportatur, Tamen cum ſemper ſit periculoſa
propter incertam victoriam, non ſolum præſumptio eſt il
lam appetere, ſed etiam humilitas declinare, & à Deo pe-
tere, vt nos in huiuſmodi periculoſum, & ambiguum cer-
tamen non inducat. Tamen in eam inducti, illam cum gau
dio debemus tolerare, vt inquit Iacobus ca. 1. Omne gau-
dium exiſtimate fratres, cum in tẽtationes varias incideri-
tis, & Dauid Pſalm. 21. Proba, inquit, me Domine, & tenta
me. Sed quod toleramus non amamus, neque petimus, &
Diuus Auguſtinus lib. 10. confeſſionum ca. 28. inquit, tole-
rare eas iubes, non amare. Nemo, quod tolerat amat, & ſi
tolerare amet. Quamuis enim gaudeat ſe tolerare, tamen
19 mauult non eſſe, quod toleret. Septima petitio. † Sed libe
ra nos à malo. Per malum hic Doctores omnes. Nyſſenus,
Cyrillus, Chryſoſtomus, Euthymius, Theophilactus, Am-
broſius, Chryſologus, Caſſianus intelligunt Diabolum. Ve
rum Cyprianus, Auguſtinus, Rupertus, Beda, & plerique
alij intelligunt per malum, res omnes malas, ac potiſſimũ
præſentis vitæ calamitates, in quas per Adæ peccatum in-
cidamus. Hanc ſecundam ſententiam confirmat Eccleſiæ
authoritas, quæ in ſacrificio altaris, poſteaquam dictum
eſt. Libera nos à malo. Subiungit hanc orationem veluti
explicationem. Libera nos quæſumus Domine ab omni-
bus malis præteritis, præſentibus, & futuris, vt ope miſeri-
cordiæ ſuæ adiuti, & à peccatis ſimus ſemper liberi, & ab
omni perturbatione ſecuri. Vbi illud præteritis reſpicit pe
titionem quintam, futuris petitionem ſextam, præſentibus
petitionem ſeptimam. Illud autem à peccatis ſimus ſem-
per liberi pertinet ad quintam, & ſextam, illud verò ab
omni perturbatione ſecuri, ad petitionem ſeptimam, &
hæc quam breuiſſimè potui de oratione Dominica dicta
20 ſufficiant. † Qui autem plura deſiderat, adeat Tertull. in
lib. de oratione, qui eſt vltimus inter eius opera. Cyprian.
in ſermo. 6. de oratione Dominica. Cyrillum Hieroſolymi-
tanum Catecheſi 5. Myſtagogica. Ambroſium lib. 5. de ſa-
cramentis, ca. 4. Gregorium Nyſſenum in quinque oratio-
nibus

Digitized by Google

nibus de oratione Dominica. Hieronymum in comment.
ad cap. 6. Matthei. Ioan. Chriſoſto mum ibidem, & homil.
de oratione Dominica August. in epiſtol. 121. ad Probam
cap. 11. in Enchiridon. capit. 115. lib 2. de ſermone Domini
in monte cap, 8. & ſequen, ſerm. 28. de verbis Domini hom.
42. ex libro 50. homil. ſerm. 126. 128. & 135. de tempore Caſ
ſian. collat. 9. cap. 18. Chryſologum ſerm. 67. & ſequen. Ber
nardum ſermo de quadrageſima Innocentium Papam li-
bro 5. de myſterijs miſſæ cap. 17. Denique commentaria,
in cap. 6. Matthei, vel 11. Lucæ Tehophilacti, Euthimij, Be
dæ, Anſelmi, Ruperti, Thomæ, Bonauenturæ Alberti, &
aliorum, & Cardinalem Bellarminum lib. 1. de bonis ope-
ribus capitulo 4. de excellentia orationis Dominicæ, & ſe-
quentibus. Sed de hac oratione non eſt prætermittendum
etiam Maumethenſes illa, vt quam eos docuit Maume-
thes, neſciuit enim aliam inuentare: ſed vbi nos dicimus, &
ne nos inducas. Ipſi dicunt Deus fuit, & Deus erit Mau-
methes miſſus à Deo, vt teſtatur Ficinus de Chriſtiana
religione cap. 36. in fine dum ad confuſionem hebræorum
ex Alcorano ipſo probat, quod Chriſtianorum literæ non
ſunt vitiatæ, vt profitentur Iudæi id malignè affirmantes
ad fouendam ſimul, & celebrandam eorum perfidiam.
21 † Sed non verbis tantum, ſed & corde orandum eſt. Non
enim mediocriter errant, qui bono magno præferunt me-
diocre bonum. Non ne rationabilis homo dignitatem a-
mittit, qui vel ie iunium charitati, aut vigilias præfert ſen-
ſus integritati, vt propter abſtinentiam immoderatam, at-
que indiſcretam Pſalmorum, vel officiorum decantatio-
nem, aut amentiæ, aut triſtitiæ notam incurrat? Nunquid
verborum multitudine flecti Deus, vt homo poteſt? Non
enim verbis tantum, ſed corde orandus eſt Deus, Melior
eſt quinque Pſalmorum decantatio cum cordis puritate,
& ſerenitate, & ſpiritali hilaritate, quam totius Pſalterij
modulatio cum anxietate cordis, & triſtitia, vt de conſecr.
diſt. 5. c. non mediocriter 24. ex Diuo Hieronymo, idem fir-
mat Diuus Thomas in 2. 2. q. 83. art. 13. & in ſupplemento
ſummæ, quæſt. 15. artic. 3. dicit quamcumque latriam, quæ
exhibetur Deo, habere rationem orationis. Quando autē
ſtamus ad orationem, fratres dilectiſſimi, vigilare, & incū
bere ad preces toto corde debemus, cogitatio omnis carna
lis, & ſæcularis abſcedat, nec quicquam tunc animus, quā
id ſolum cogitet, quod precatur, vt de conſecra. diſt. 1. cap.
quando. 70. ex Diuo Cypriano in ſerm. 6. de oratione Domi
22 nica. † Sed conditiones, quæ requirātur in oratione ad im
petrādum, multas proponit Card. Bellarm. in li. 1. de bonis
operib. c. 9 per tot. & de Gemitu Columbæ lib. 2. c. 11. pro-
pè finem Et cum videris, teſte Diuo Auguſtino, in Pſalm.
65. in expoſitione verborū. Benedictus Deus, qui non amo
uit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me. Cum
videris, inquit, non à te amotam deprecationem, ſecurus
eſto, quia non eſt à te amota miſericordia eius, eſt enim
donum orationis optimum, & ineffabile ſignum doni mi-
ſericordiæ, oportet ergo ſemper orare, & nunquam deſi-
23 cere, vt nobis non deficiat Dei miſericordia. † In oratione
autem Deo fundenda genua flectenda ſunt, vel proſtrato
corpore orandum 26. quæſt. 7. capit. ſacerdos 6. §. diebus,
exceptis die Dominico. & omnibus diebus Paſchæ vſque
ad Pentecoſtem. Quia quod ab Apoſtolis traditum eſt, ca-
non tenet antiquus, vt per omnes dominicas, & per omnes
dies Paſchæ vſque ad pentecoſtem non proſternant ſe cau
ſa humilitatis: ſed recto vultu ad Dominum fungantur o-
rationis officio: quia in his diebus gaudium reſurrectionis
Domini celebramus, vt diſtinct. 30. capit. vltim. §. ſimiliter
ex Concilio Martini Papæ, & diſtinct. 76. cap. ſcire debet
8. ex Diuo Ambroſio in ſermone Dominicæ diei ſerm. 61.
in princip. verſic. neque ad exorandum Deum genibus fle
xis ſuccedamus, & de conſecrat. diſtin. 1. cap. quoniam 10.
24 ex Concilio Niceno cap. 20. † Sed pro omnibus oratio Deo
fundenda eſt, etiam pro Principibus, & poteſtatibus ſecu-
laribus, vt ex Apoſtolo in Concilio Tolentano 4. capitu. 24.
relato de conſecrat. diſtinct. 1. cap. de hymnis 54 §. compo-
25 nuntur diſertis verbis definitur. † Orandum eſt etiam pro
mortuis d. diſtinct. 1. cap. viſum 72. ex Concilio Cabilonen
ſi 2. capitulo 39. & quidem ſingulis diebus, in omnibus miſ
ſarum ſolemnibus, & in alijs precibus ſecundum antiquū
ſanctæ Eccleſiæ morem, d. c. viſum. Defunctorum etiam
tacitis nominibus eorum, quos ſub generali commemora-
26 tione Eccleſia ſuſcepit, vt ibi §. defunctorum. † De nomi-
nibus recitandis antequam preces ſacerdos faciat, atq. eo-
rum oblationes, quorum nomina recitanda ſunt oratione
ſua commendet, quam ſuperfluum ſit, quiſq; pro ſua pru
dentia recognoſcat, vt cuius hoſtiam nec dum Deo offe-
ras, eius ante nomen inſinues: quamuis illi incognitum ſit
nihil d. diſtinct. 1. cap. vltim. vbi gloſſ. explicat, quando ſint
recitanda nomina eorum, pro quibus ſacrificium miſſæ of
fertur. Nam recitanda eſſe, poſſe & debere nomina defun-
ctorum, pro quibus preces funduntur, docent nos ſacræ
ſcripturæ Geneſis capitulo 5. vbi Iſaac orat pro coniuge
Rebecca. Secundo Regum 12. Dauid orat pro ſalute filij
12. Helias orat pro filio Viduæ, & quod ſpecialiter etiam
pro viuius fundi poſſint probatur apud Lucam 22. vbi
Chriſtus orauit pro Petro, vt non deficeret fides eius, quod
idem probant multæ authoritates relatæ per Card. Bellar-
27 minium lib. 1. de bonis operibus cap. 8. † Sed pro damna-
tis pro crimine vltimo ſupplicio, non eſt orandum, niſi pœ
nitentiam egerint in vita, vt 13. quæſt. 2. capitu. quæſitum.
Nec pro occiſis in furto, vel in latrocinio d. quæſtio. 2. cap.
penultim. & cap. fures 2. de furtis. Neque pro his, qui ſibi
mortem conſciuerunt 23. quæſt. 5. cap. placuit. Neque pro
clericis, qui in bello, rixa, aut gentilium ludis deceſſerint
28 23. quæſt. 4. cap. quicunque. † Neque pro excommunica-
tis ante abſolutionem mortuis c. ſacris, 38. §. nec ſi occum-
bat de ſent. excom. Niſi non propter ſchiſma, ſed ob aliud
crimen fuerit excommunicatus, pro eo enim eſt orandum
29 24. q. 2. cap. ſane. † Verum excommunicatus pœnitendo
obiens, quamuis non abſolutus poteſt ſaluari; teſte Dante
in purgatorio Cantilena 3 ibi.

Orribil furon li peccati mei
Ma la bonta infinita ha ſi gran braccia,
Che prende cio, che ſi riuolue à lei.
Se l'Paſtor di Conſenza, ch'alla caccia
Di me fu meſſo per Clemente all'hora
Haueſſe in Dio ben letta queſta faccia,
L'oſſa de l'corpo mio ſarieno anchora
In co del ponte preſſo à Beneuento
Sotto la guardia della graue mora.
Hor le bagna la pioggia, e muoue'l vento
Di fuor del regno, quaſi lungo il verde
Oue ei le tranſmuto à lume ſpento.
Per lor maledition ſi non ſi perde
Che non poſſa tornar l'eterno amore,
Mentre che la ſperanza ha fior del verde.
Vero è che quale 'n contumacia muore
Di ſanta Chieſa, anchor, ch'al fin ſi penta
Star li conuien di queſta ripa fuore.
Per ogni tempo ch'egli è ſtato trenta,
In ſua preſumtion, ſe tal decreto
Più corto, per buon preghi non diuenta.

Vt ſecundum eum etiam pro defunctis in excommunica-
tione ſit orandum. Tandem minus orandum eſt pro non
baptizatis defunctis, niſi in confeſſione Chriſtiani nomi-
nis mortui ſint cap. 2. de præsbytero non baptizato. Lege
ſuper octauo libro Diui Auguſtini de Ciuitate Dei, vbi in-
30 ter cætera legitur. † Baptiſmus inuiolabiliter miniſtratur,
quem non contemptus religionis ſed terminus neceſſitatis
excludit librum etiam Beati Ambroſij de obitu Valenti-
niani idem aſſerentis reuolue d. capit. 2. §. lege. Quod facit
pro ſententia Dantis, qui vult orari pro defuncto Chriſtia
no excommunicato, non abſoluto, in quo ſupponit pœni-
31 tentiam, & baptiſmum eſt certum. † Sed coniux ſine con-
ſenſu coniugis orationi vacare non poteſt 33. quæſt. 4. cap.
nec vxorem 11. & ſequen. quod intelligitur priuatè, vel pri
uato loco. ſed ſolemni orationi, miſſæ, & tempori, & offi-
cio, & canonibus, & vniuerſali Eccleſiæ indicto vacare li-
cet, & debet, & poteſt, dummodo cauſa orationis continē
tia ſeruari non debeat, quia tunc ſine conſenſu vacare nō
poteſt d. cap. 11. & ſequen. vbi gloſſ. in verbo Apoſtolus, &
32 de conſecra. diſtinct. 2. cap. omnis homo. † Verum cum ex-
communicato, vel clerico depoſito orationes non ſunt cō-
iungendæ, canone Apoſtolico 10. cum ſequenti. Neque cū
hæretico canone Apoſtolico 43. & 44. Sed oratio, quæ di-
citur in ſecreta in feſto S. Leonis, quia vbi dicebatur. An-
nue nobis Domine, vt animæ famuli tui Leonis, hæc pro-
ſit oblatio, eſt immutata, & dicitur hodie. Vt interceſſione
33 Beati Leonis hæc nobis proſit oblatio. † Et hoc factum eſt,
quia Sancti noſtris non indigent orationibus, ſed nos ſuis
indi-

indigemus. Iniuriam enim facit martyri, qui orat pro martyre, & idem eſt ratione conſimili de alijs ſanctis ſentiendum, quia orationibus non indigent, pro eo quod ſunt perfecti beati, omnia eis ad votum ſuccedunt. Sed nos potius orationibus eorum indigemus, quos (cum miſeri ſimus) vndique mala noſtra perturbant. Proſit vel proficiat huic ſancto, vel illi talis oblatio ad gloriam, & honorem: ita debet intelligi, vt ad hoc proſit, quod magis ac magis à fidelibus glorificetur in terris: licet plerique reputent non indignum, ſanctorum gloriam vſque ad iudicium augmentari: & ideo Eccleſiam interim ſanè poſſe augmentū glorificationis eorum optare. Verum virum in hoc articulo locum habeat illa diſtinctio, qua docetur, quod defunctorum alij ſunt valde boni, alij ſunt valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali: Vnde ſuffragia quæ fiunt à fidelibus in Eccleſia pro valde bonis, actiones ſunt gratiarum, pro valde malis conſolationes viuorum: expiationes verò pro mediocriter bonis, & propitiationes pro mediocriter malis, ita diſcretio inueſtigetur capit. cum Marthæ 6. §. tertio loco, de celebrat. miſſar. vbi glo. in verbo inueſtiget reſoluit, atque declarat articulum diſcretionis illius inueſtiganti relictum. Hactenus de orationibus, quarum perſeuerantiam, qui eſt aſſecutus, eſt ſecurus miſericordię Dei, vt ex Diuo Auguſtino in Pſalmo 65. probat Card. Bellarm. de Gemitu columbæ lib. 2. c. 11.

SVMMARIVM.

1 *Officium diuinum definitur.*
2 *Officium diuinum perſoluitur publico nomine totius Eccleſiæ militantis.*
3 *Officium Eccleſiæ triumphantis ſolas laudes continebit.*
4 *Officium diuinum eſt ſacrificium labiorum.*
5 *Officium diuinum neceſſario voce diſtinctè proferendum.*

De diuinis officijs, & ſacris myſterijs. Tit. 77.

De nomine, ac definitione Diuini officij, ſeu Horarum Canonicarum habetur in c. 1. de celebrat. Miſſarum, & latè agit Durandus in rationale diuinorum officiorum lib. 5. per totum. Cardinalis Bellarminius
1 lib. 1. de bonis operibus, ca. 10. vbi ipſe ita definiuit. † Diuinum officium eſt certa ratio publicè laudandi, precandique Deum, mente ſimul, & voce authoritate Præſulum inſtituta. Dicitur primo certa ratio. Quia non quælibet Dei laudatio, vel ad Deum oratio eſt officium diuinum, ſed certa quædam forma, & ordo Pſalmorum, Hymnorū, & Precum, quem omnes ſequi debent, qui diuinum officium ex obligatione perſoluunt, vt de conſecrat. diſtinct.
2 5. ca. conuenit. † Secundo additur publicè. Quia diuinum officium perſoluitur publico nomine totius Eccleſiæ, pro bono communi, & publico, per publicos, & ſolemnes miniſtros, c. 1. de Clerico non ordinato. 16 q. 1. ca. generaliter, §. fin. & c. cunctis in princ. & de conſecrat. diſtinct. 1. cap. 1. §. ſi autem, vt legitur, cap ſicut non. in princ cap. hic ergo, ver. aut ab Epiſcopo, & D. Thomas 2. 2. q. 83. artic. 12. vbi etiam agit generaliter de oratione in tota illa quæſtione. Atque ea cauſa eſt, vt etiam ſi dicatur interdum ab vno, & in priuata Domo, tamen non omittuntur voces illæ Dominus vobiſcum, oremus, Benedicamus Domino, & ſimiles. Dicuntur enim roti Eccleſiæ, & nomine eiuſdem Eccleſiæ ipſe ſibi reſpondet; & cum ſpiritu tuo, Deo gratias, &c. Additur tertio. Laudandi, precandique, quoniam hæc duo continet officium, de quo agimus, Laudes pro beneficijs acceptis, preces pro accipiendis: hoc enim eſt Eccleſiæ
3 militantis officium. † Eccleſiæ enim triumphantis officiū, quando poſt vltimi iudicij diem in omnibus ſuis membris
4 triumphabit, ſolas laudes continebit. † Quarto additur Deum. Quoniam totum officium hoc propriè ſoli Deo præſtatur, eſt enim ſacrificium labiorum, de qua Pſal. 49. Immola Deo ſacrificium laudis. Nec facit, quod aliud vocetur officium de Sanctis, aliud de mortuis, aliud de tempore, &c. Dicitur enim de Sanctis, quando offertur Deo in memoriam Sanctorum, & cum in Sanctis ſuis Deus ipſe laudatur. Dicitur de mortuis, quando pro mortuorum refrigerio, & requie Deum precamur. Denique ſiue à Sanctis, ſiue à mortuis, ſiue à quacumque alia re officium nominetur, ſemper Pſalmi, Hymni, Collectæ, & cæteræ diui-
5 ni officij partes diriguntur ad Deum. † Additur quinto, mente ſimul, & voce. Quoniam huius officij forma cum ex præſcripto, & inſtituto hominum ſit, actum exteriorem neceſſario poſtulat. Quare muneri ſuo non ſatisfaceret, qui ſola mente orans, & laudans, non etiam voce, verba omnia diſtinctè, integrèque proferret. Additur poſtremò, authoritate Præſulum Eccleſiæ inſtituta. Quia nemo poteſt certam formam orandi præſcribere, niſi qui præeſt. Vnde in Concilio Mileuitano Canone 12. legitur. Placuit, vt preces, vel orationes, ſeu Miſſæ, quæ probatæ fuerint in Concilio ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino dicantur in Eccleſia, niſi quæ à prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in Synodo fuerint, & in Concilio Toletano 4. c. 2. ſtatuitur. vt in tota Prouincia idem officium celebretur, & Gregorius VII. in Concilio generali numerum Pſalmorum, & Lectionem officij diuini præſcripſit, vt de conſecrat. diſtinct. 5. c. in die 15. teſte etiam Platina in eiuſdem Gregorij vita: & ordinem quem Metropolitani tenent, Comprouinciales eorum obſeruare debent, de conſecrat. diſtinct. 1. c. altaria, §. ad celebranda, quod ſtatuitur etiam in Concilio Tridentino ſeſſ. 22. Decretum de obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ, & Clerici commenſales domeſtici Cardinalium, & Epiſcoporum poſſunt ſe illis in diuinis officijs celebrandis coaptare, Clement. dignum. 2. de celebrat. Miſſarum. hæc de oratione, eiuſque officiorum definitione dicta ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Officium diuinum ad quos pertineat.*
2 *Laici a Clericis ſeparati eſſe debent, nec ad altare accedere, nec presbyterium ingredi poſſunt.*
3 *Clerici iure diuino tenentur vacare precibus, & laudibus Dei magis, quam cæteri homines.*
4 *Officij diuini forma quæ eſt in vſu, non à iure diuino ſed ab Eccleſiæ determinatione pendet.*
5 *Horarum Canonicarum numerus non eſt de iure diuino, & poteſt per Eccleſiam diſpenſari.*
6 *Horæ Canonicæ in Eccleſia quot numero aliquando fuerint.*
7 *Beneficiatus ſi prætermittat officium diuinum tenetur reſtituere fructus.*
8 *Officium diuinum, à quibus recitari non poſſit.*
9 *Lepra infecti altari non ſeruiunt nec Eccleſias ingrediuntur.*
10 *Coadiutor datur infirmo Rectori, & datur portio de redditibus.*
11 *Redditus ſi vtrique non ſufficiant quid iuris.*
12 *Prælato ægroto datur coadiutor, non deſinit eſſe Prælatus.*
13 *Coeuntes in ſomnijs à ſacris myſterijs abſtinent.*
14 *Myſteria ſalutis non ſunt tractanda a præuaricatoribus.*
15 *Occultus crimino ſus, an poſſit celebrare.*
16 *Simonia eſt hæreſis.*
17 *Paſtores ſimoniaci nullam ouibus medicinam præbent, & eorum ſacramenta carent effectu gratiæ.*
18 *Sacramenta non poſſunt miniſtrari ab hæreticis, nec ab alijs, num. 13.*
19 *Miniſter ſacramenti ſi malus ſit, an per eum conferatur effectus gratiæ.*
20 *Sacramentorum alia ſunt neceſſitatis, alia dignitatis.*
21 *Sacramenta dignitatis à dignis conferenda.*
22 *Baptiſmum tradi poteſt etiam a Pagano, dummodo conferatur verbis Euangelicis.*
23 *Sacerdos valetudinarius ſacrificans habeat ſacerdotem vicinum, qui cœpta ſacramenta ſi opus fuerit expleat.*
24 *Celebratio miſſæ interdicitur laborantibus morbo caduco.*
25 *Miſſam poſt cibum quamuis minimum nemo poteſt celebrare.*
26 *Idiotis, qui ſacrificarunt, quando ſint ad ſacra miniſteria diſpenſandi.*
27 *Monachi officia populis celebrare non poſſunt.*
28 *Monachus ad Clericatum promotus poteſt retinere beneficia annona decima & ſacerdotalia officia adminiſtrare.*
29 *Vita ſacerdotum non eſt conſideranda, ſed quæ docent, & miniſtrant*
30 *Sacrificia à quo ſunt cœpta perfici debere.*
31 *Excommunicati non ſunt admittendi ad diuina officia.*
32 *Excommunicati admittentur ad prædicationes.*
33 *Interdicto Clero non eſt interdictus populus, nec è contra.*

Inter-

Digitized by Google

34 *Interdicta Ciuitate, vel populo ſinguli ciues cenſentur interdi-
cti, limitatur num. 35.*
36 *Interdicta ciuitate ſuburbia quoque cenſentur interdicta.*
37 *Interdicta Eccleſia cemeterium & capella cenſetur interdicta.*
38 *Interdicto generali non continentur epiſcopi, & ſuperiores.*
39 *Officia diuina vbi poſſunt celebrari.*
40 *Baptiſma. & Chriſma in locis interdictis poſſunt miniſtrari, &
conciones habere.*
41 *Epiſcopus tranſiens poteſt celebrare in locis interdictis.*
42 *Pœna celebrantium in locis interdictis quæ.*

A quibus Diuina officia, & ſacra myniſteria peragenda. Tit. 78.

1 ET quidem † non eſt dubium apud catholicos hoc officium ad clericos, & Monachos, atque ad clericos ratione ordinis ſacri, vel ratione Eccleſiaſtici beneficij propriè pertinere diſtinctio. 9. cap. fina. & cap. Præsbyteri 1. & c. dolentes de celebrat. miſſar. Clement. 1. eod. & Concilium Lateranenſe vltimum ſub Leone X. ſeſſ. 9. & deprehenditur ex cap. 1. de clerico non ordinato, & 16. quæſt. 1. cap. generaliter §. fin. & cap. cunctis in princ. & de conſecr. diſtinct. 1. cap. 1. §. ſi autem cap. ſicut non in princ. cap. hic ergo ver. aut ab epiſcopo. Nam ad non ordinatos hoc munus non pertinet, vt in allegatis canonibus. Quod autem id rectè fiat, vt ſoli clerici, & monachi ad hoc officium obligentur non poteſt dubitari ſtantibus allegatis authoritatibus, & quia etiam probatur id exemplo veteris Eccleſiæ vtriuſque teſtamenti. Nam in veteri non totus populus, ſed ſoli Leuitæ pſalmos ex officio publice decantabãt, vt in 1. Paralipp. 15. Dixit Dauid Principibus leuitarum, vt conſtituerent de fratribus ſuis cantores, &c. & c. 16. Conſtituitque coram arca Domini de Leuitis, qui miniſtrarent, & recordarentur operũ eius, & glorificarent, atque laudarẽt Dominum Deum Iſrael. In nouo Apoſtoli primi fuerunt, qui relicta cura rerum temporaliũ munus ſuum propriũ dixerunt eſſe. Verbo Dei & orationi ſine intermiſſione inſtare. Nos, (inquiunt act. 6.) orationi & verbo Dei inſtantes erimus, ex quo intelligimus omnium quidem fidelium eſſe priuatim orare, & alios exhortari, ſed proprium eſſe ſacerdorum publice populo prædicare, & pro eodem populo aſſidue orare. Hoc idem probatur à ſimili, nam ſi reſpublica temporalis habet milites ſuos, ſuos iudices, & magiſtratus, qui die noctuque, vigilant ad curam Ciuitatis, vt abunde demonſtratum fuit in libr. 1. Quare non conuenit, vt reſpublica ſpiritualis, ideſt Eccleſia habeat ſuos, qui ſimiliter vigilent, & excubãt contra ſpiritales nequitias eaſque clamando exterreant? Super muros tuos (inquit Dominus Iſaiæ c. 62.) Hieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die, & nocte in perpetuum non tacebunt. Et Diuus Hieronymus hunc locum exponit de Paſtoribus Eccleſiæ. Qui nec diebus debẽt, nec noctibus tacere, ſed ſemper Domini Clementiam deprecari, vt grex illius, & muri Hieruſalem cuſtodiantur, & valleantur eius auxilio. Durandus in rationale Diuinorum officiorum lib. 5. cap. 1. cum pluribus ſequentibus. Vnde ad eoſdem cuſtodes atque Doctores ſermo dirigitur. O vos qui recordamini Domini, eiuſque Clementiã fatigatis die ac nocte precibus, cauete ne vnquam in ore veſtro ſileat oratio. Et eſt conueniens. Nam ſi ad cætera omnia munera certi homines deſtinantur, vt in primo, ſecundo, & quarto libro monſtratur, immo clerici ab iis immunes euadunt, vt in hoc tertio dicitur, & non omnes ex officio docent, aut iudicant, aut hanc vel illam artem exercẽt: cur non par ſit ad munus Deum laudandi atque aſſiduè precandi certos homines deſtinari? Præſertim cũ reliquus populus aliis rebus occupatus, neque tam frequenter, neq. tanta intẽſione huic ſummo negocio vacare poſſit, quam eius dignitas, & neceſſitas poſtulat, vt 12. quæſt. 1. capitulo
2 duo ſunt 7. † Immo laici à clericis in Eccleſia loco ſeparati eſſe debent, nec ad altare accedere poſſunt, nec poſſunt præsbyterium ingredi cap. 1. de vita & honeſta. cleric. cap. 1. §. fin. de cohabit. clericor. & de conſecrat. diſtinctione ſecunda capitulo ſacerdotum, argumentum potiſſimum, quod hoc munus ad clericos, & monachos propriè perti-
3 net, vt iam fuit dictum. † Et quidem iure diuino tenentur precibus, & laudibus Dei clerici, & monachi magis quam
4 cæteri homines vacare. † Tamen forma illa precum, & laudum, quæ nunc in vſu eſt, non à iure diuino, ſed ab Eccleſiæ determinatione pendet; vt iam in præcedenti fuit
5 probatum, & probatur paulo ſuperius. † Nec facit, quod Abbas in capitulo primo de celebrat. miſſarum, iure diuino determinatum eſſe aſſerat numerum ſeptem horarum cum ſcriptum ſit in pſalm. 118. ſepties in die dixi laudem tibi, & ideo non poſſit in numero horarum per Eccleſiam diſpenſari, quia illud ſcripturæ teſtimonium, non præceptum, ſed exemplum continet, & exemplum Regis non ſacerdotis. Proinde ſi quid efficeret, ad horas canonicas
6 Reges obligaret, non ſacerdotes. † Præterea horæ canonicæ in Eccleſia aliquando ſolum quinque aliquando ſex, aliquando etiam octo fuerũt Nocturni, Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpere, Completorium, vt per Cardina. Bellarminum lib. 1. de bonis operibus cap. 11. & capitulo primo de celebra. miſſarum quinque numerantur; de hac re Turrecremata diſtinctione 91. capitulo Eleutherius, & Nauarrus in Enchiridion capitulo 25. numero 102. & Durandus in rationale diuinorum officiorum libro 5. & ſeq.
7 † Et qui ratione beneficij ad hoc officium obligantur, ſi illud prætermittant, fructus beneficiorum nõ poſſint percipere, & ſi perceperint reſtituere debent, vt eleemoſynis pauperum, vel in Eccleſiæ fabricam inſumantur, ex Leone X. in Concilio Lateranenſe ſeſſ. 9. §. ſtatuimus, & in conſtitutione Pij V. de qua apud Nauarrum cap. 25. nume. 122.
8 † Verum tamen quamuis hoc munus proprium ſit clericorum, & monachorum, vt ſuperius ſuit probatum. Nihilominus ab eo arcentur ſuſpenſi, vel depoſiti capitulo primo cum quinque cc. ſequentibus de clerico excommu. vel depoſito, & cap. vltim. & penult. eod. Item & concubinarij vel fornicarij de crimine condemnati cap. veſtra 7. & c. vlt. de cohabit. cleric. vbi glo. & Doctor. Nec non & is, cui manus mutilata eſt, is enim miſſam non celebrat, ſed cæteris ſacerdotalibus officiis fungi poteſt capitulo præsbyterum
9 2. de clerico ægrotã. † De rectoribus Eccleſiarum lepræ macula vſque adeo infectis, quod altari ſeruire non poſſint; nec ſine magno ſcandalo eorum, qui ſunt ſani Eccleſias in-
10 gredi, † ſtatuitur quod eis detur coadiutor, qui curam habeat animarum, & de facultatibus Eccleſiæ ad ſubſtentationem ſuam cõgruam recipiat portionem c. de re-
11 ctoribus 3. c. tua nos 4. eod. ti. † Sed ſi redditus vtrique non ſufficiant ille, qui ſeruit eos habebit, & infirmo prouidebit
12 Epiſcopus gl. fi. in fine d. c. 3. ex diſt. 82 in princ. & c. 1. † Qđ idẽ ſtatuitur de Epiſcopis, & cæteris Prælatis, qui propter aliquam aduerſam valetudinem paſtorale officium vllatenus exercere non poſſunt c. ex par. 5. & ſeq. de clerico ægrotante. Non ideo quia morbo aliquo ſunt impediti deſinũt eſſe Prælati, nec poſſunt cõpelli ad renunciandum glo. in d. c. tua nos 4. in verbo adminiſtrationis, & gl. in d. c. ex par. 5. in figuratione caſus. Sed & clerici coniugati orationis tempore operi coniugali vacare non debent, nam qui cũ vxore nocte præcedente, multo magis cum aliqua alia muliere rem habuit à ſacris myſteriis debet abſtinere 33. q. 4. in
13 prin. c. 1. cum duob. cc. ſeqq. † Debet ẽt ſe abſtinere ille, qui per ſomnium ſibi viſus eſt coire diſt. 6. in prin. c. 1. & per totam diſt. niſi neceſſitas aliud ſuadeat d. diſ. 6. in qua agitur
14 de multiplici genere Dæmonum illuſionib. † Sed & ſi poſt ordinationẽ quiſpiã in lapſũ ceciderit, & præuaricationis peccato fuerit deprahẽſus obnoxius, omnimodo prohibẽdũ eſt, eũ manib. lutulẽtis, atq. pollutis myſteria noſtræ ſalutis tractare diſ. 50. c. ſi poſt 12 ex Martino Papa 1. in epiſ. ad A-
15 mandũ c. qui ſub 31. et c. presbyteros 32. † Verũ occultus criminoſus, præter homicidã, poſt pœnitentiam in ſusceptis, vel ſuſcipiendis ordinib. non debet impediri miniſtrare, q̃a in ſuſceptis miniſtrat, et ad ſuperiores aſcẽdit. Sed ſi non pœnituerit mouendus eſt, et ſub interminatione diuini iudicij obteſtãdus, vt in teſtimoniũ ſuæ dãnationis, in ſuſceptis ẽt ordinib. non miniſtret c. vlt. vbi gl. et Doc. de tẽporib. ordi.
16 De Simoniacis et hæreticis † (eſt. n. hæreſis ſimonia) dr̃ qđ
17 † Paſtores ſimoniaci nullã præbent ouib. medicinã, et quod eorum Sacramenta effectu gratiæ carent 1. q. 1. c. fertur 28. c. ſicut 29. c. ſi presbyter 60. §. q̃ aũt cum ſeq. vſq. ad c. intra
18 catholicam. † Quod idẽ ſtatuitur de hæreticis, imo plus q̃. ſ. Sacramẽta ab eis nullatenus miniſtrari poſſint in d. c. ſi præsbyter 60. §. quod aũt cum ſeq. vſq. ad c. intra catholi-
19 cam. † Sed præmiſſis obiicitur, q̃ ſiue bonus, ſiue malus miniſter ſit, p vtrumq. tñ effectus gratiæ confertur d. q. 1. c. ſi iuſtus 30. cum ſeqq. vſq. ad c. remiſſionẽ 39. §. ſed notandũ: ſolutio obiecti p diſtinctionẽ ſubiicitur in d. §. ſed notãdũ.

20 † Quod.ſ.Sacramenta alia ſunt neceſſitatis, vt baptiſmus,
confirmatio pœnitentia vltima vnctio, corpus Chriſti,
Alia dignitatis. Quia enim neceſſitas non habet legem, ſed
ipſa ſibi facit legem, illa ſacramenta, quæ ſaluti ſunt ne-
ceſſaria, quia iterari non poſſunt, cum ſint vera, auferri,
vel amitti non debent; ſed cum pœnitentia rata eſſe per-
21 mittuntur. † Illa verò ſacramenta, quæ ſunt dignitatis,
niſi dignè fuerint adminiſtrata, ita vt digni dignè à dignis
proueh antur, dignitates eſſe deſinunt; non vt minuatur
veritas ſacramenti; ſed vt ceſſet officium adminiſtrandi,
vel loco, vel tempore, vel promotione, dicto §. ſed notan-
dum cum ſequentibus, vſque ad cap. hi quoſcũque. Huic
ſolutioni concordat, d. quæſtio. prima, cap. viliſſimus 45.§.
patet ergo cum duobus cc. ſequentibus, cap. per Eſaiam
22 98. §. ſed obijcitur. † & baptiſmoni eſſe ratum à quocun-
que etiam pagano traditum, modo verbis Euangelicis ſit
conſecratum, vt de conſecrat. diſtinct quarta, cap. à quo-
dam Iudæo 24. & cap. Romanus 23. Cardin. Bellarminus
de ſacramento baptiſmi, libro primo, capit. ſeptimo, per
23 totum, dum latè agit de illius miniſtro. † Sed de valetudi-
nario ſtatutum eſt, quod quiſque ſacrificans ſacerdotem
ſibi vicinum habeat, qui cœpta ſacramenta expleat, ſi ei
aliqua neceſſitas ingruerit 7. quæſt. prima, cap. illud 15. §.
fin. & cap. ſequen. & quæſt. 2. in princip. cum ſequen. vſq;
24 ad quæſtio. ſeptimã. † Qui verò morbo caduco laborant,
ab oblatione, & miſſarum celebratione modis omnibus
ſunt prohibendi 7. quæſtio. ſecunda, capit. primo. Et à re-
gimine Eccleſiæ eſt ſuſpendendus, qui in terram frequen-
25 ter eliditur, d. quæſtio. ſecunda, capit. ſecundo. † Nullus
poſt cibum, potumque, quamuis minimum ſumptũ miſ-
ſam celebrare poteſt 7. quæſt. prima, cap. nihil decimoſex-
26 to, §. nullus poſt. Hi † qui idolis ſacrificarunt coactè
coactione conditionali, ſi verò pœnitet eos feciſſe, & po-
ſtea fideliter, & non fictè paganos impugnauerunt, ſuum
retinẽt honorem, ſed in ſuis officijs nullo modo miniſtra-
re poſſunt, niſi Epiſcopus laboris eorum poſtea conſcius,
cum eis duxerit diſpenſandum, diſtinc. 50. cap. presbyte-
27 ros 32, vbi glo. † De monachis verò quod officia populis
celebrare non poſſint, multis authoritatibus probatur, vt
in 16. quæſtio. prima, in princip. cap. primo, cum ſequent.
vſque ad cap. monachos, & c. alia cauſa 6. cap. placuit 8.
28 vſque ad c. qui verò, & Clement. 1. de priuilegijs. † Sed ſi
quis monachus ad clericatum promoueatur, beneficia ei
pleniter, & annonæ, & decimæ donentur abſque vlla mi-
noratione, & dilatione 16. quæſtio. prima. cap. ſi monachus
22. vbi glo. in verbo minoratione. & poſſunt cætera ſacer-
dotalia officia licitè adminiſtrare, d. quæſt. prima, cap. ſunt
nonnulli 35. §. nos verò, & §. fin. Nam monachi etiam pro-
moti, & electi agere poſſunt ea, quæ clericis ſunt, dicto ca-
pit. 25. cum duobus cc. ſequent. c. adijcimus 10. §. mona-
chi autem, c. doctos 21. cum ſequentibus, vſque ad cap. ſic
viue, c. ſi quis monachus 38. c. in parochia 31 cap. placet
rationabilis, §. ecce ſufficienter, vſque ad finem. Verum in
monaſterio ſine dubio poſſunt diuina celebrare, d. quæſt.
prima, cap. Agapitus 13. cap. vbicunque 16. Et ſibi inuicem
ſacramenta miniſtrare, dict. quæſtio. prima, cap. primo, §.
quamobrem, ver. niſi ſibi inuicem. Hi enim, qui malis mo-
ribus præditi ſunt diuina officia non prohibẽtur celebra-
29 re, nec inde offendiculum eſt ſumendum. † Quia non ſa-
cerdotum vita quamuis peſſima, & ſcandaloſa, ſed quæ
docent, & miniſtrent conſiderare debemus 1. quæſtio. pri-
ma, cap. ſignificaſtis 85. cum ſequentibus vſque ad cap. ſa-
cerdotes, eorum enim immunditia non polluit ſacramen-
ta, cap. Dominus 82. Sed contradicere videntur, d. quæſt.
prima, cap. ſacerdotes 90. cum ſequentibus, vſque ad cap.
interrogo. & cap. neque poteſt 95. Cæterum pro ſolutione
reſpondetur, quod cum vita ſacerdotum Euchariſtiæ ne-
ceſſaria dicitur eſſe, id non conſecrationi, ſed effectui intel-
ligendum. Non enim effectum ſalutis confert ei, quem
merita faciunt indignum; potius in eo completur illud A-
poſtoli. Qui manducat corpus Domini, & eius ſanguinem
bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit; ergo con-
tra eos, qui creb à oblatione ſacrificij ſe putant poſſe mun
dari non ceſſantes impiè agere in legem Dei, intelligitur il-
lud eſſe dictum Hieronymi. Quod verò ſacerdos, etiam ſi
malus ſit, tamen pro officio ſuæ dignitatis gratiã transfun
dat hominibus teſtatur Diuus Auguſtinus in libr. quæſt.
teſtam. veteris, c. 11. teſtatus in d. q. 1. c. dictum eſt 96. & ſe-
30 quen. vſque ad c. baptizandis. † Tandem obſeruandũ eſt,
quod ſacra myſteria, à quo cœpta ſunt perfici debent, vel
ſi caſus inopinatus contingat, per alium 7. q. 1. c. nihil con
tra 16. vbi glo. & de conſecrat. diſtinct. 1. c. nullus 17. §. cum
31 verò ingreſſus. † Poſtremò excommunicati, vel interdicti
ad diuina officia non ſunt admittendi, cap. in Lateranenſi
31. de præbend. & dignitat. c. cum & plantare 3. §. excõmu
nicatos, de priuilegijs, cap. is qui 18. de ſententia excommu
32 nic. in 6. † Ad prædicationem verò verbi Dei audiendam
33 ſunt admittendi, c. reſponſo 43. de ſentent. excomm. † Sed
interdicto clero non eſt interdictus populus, nec è conuer-
ſo, c. ſi ſententia 16. in princip. de ſentent. excommun. in 6.
34 † Interdicta ciuitate, vel populo, ſinguli ciues cenſentur
35 interdicti, dicto cap. 16. §. cum verò. † niſi ob delictum Do
mini Ciuitas ſit interdicta; nunc enim ſinguli Ciues alibi
ad diuina officia nihilominus admittuntur, d. c. 16. § cæte-
36 rum. † Interdicta Ciuitate ſuburbia quoque, & continen-
37 tia ædificia interdicta cenſentur. † Et interdicta Eccleſia
capella quoque contigua, & cœmeterium contiguum cẽ-
ſetur interdictum, c. ſi ciuitas 17. de ſentent. excommun. in
38 6. † Verum Epiſcopi, & ſuperiores Prælati interdicto ge-
nerali non continentur, c. quia periculoſum 4. eodem tit.
39 & vt ſupra lib. 1. tit. 35. num. 76. † Sed & de locis vbi diui-
na officia ſint celebranda, ſtatutum eſt, quod in oratorijs,
vel ædificijs priuatis orare quidem liceat, alia autem diui-
na officia celebrare non liceat, niſi in Eccleſijs conſecratis,
vt de conſecrat. diſtinct. 1. c. 1 §. Iudæi ergo, ver. nec in alijs,
& §. fin. Nouella conſt. 131. § ſi quis domũ de qua re etiam
ſupra tit. 59. nonnulla dicta ſunt. Sed excipiuntur hoſpita-
lia propter conſuetudinem. Clement. quia contingit 1. §.
fin. de religioſ. domib. & excipitur cauſa neceſſitatis pro-
pter quam conceditur licentia, d. diſtinct. 1. de conſecr. c. 2.
§. & hoc. d. c. ſicut 11. ver. niſi ſumma coegerit neceſſitas. &
ver niſi pro ſumma neceſſitate. In Eccleſia verò polluta
non ſunt diuina officia celebranda, c. is qui 18. in princip.
de ſentent. excommunic. Neque in locis interdictis. Cle-
men 1. cum ſequen. de ſentent. excommunic. in c. is qui 18.
§. is verò. eod. titu. in 6. c. cum & plantare 3. § excommuni-
40 catos, de priuilegijs. † Verum baptiſma, & chriſma in lo-
co interdicto poſſunt miniſtrari, cap. reſponſo 43. §. fin. de
ſentent excommun. c. quoniam 10. eod. tit. in 6. Et concio-
41 nes haberi. d. c. 43. in princ. † Et Epiſcopus tranſiens in lo-
co interdicto poteſt miſſam celebrare, vel facere ſibi cele-
42 brari in altari viatico, c. vlt. de priuilegijs in 6. † Pœnæ au-
tem eius, qui in locis interdictis celebrauerit ſtatuuntur,
in c. poſtulaſtis 7. §. quæſiuiſtis. de clerico excommun. & in
c. Epiſcoporum 8. de priuilegijs in 6. Hactenus à quibus,
& vbi diuina officia ſint celebranda,

SVMMARIVM.

1 *Officium diuinum quo tempore, & hora celebrandũ. & per quot.*
2 *Presbyter quid agere debeat, & quomodo tempus diuidere.*
3 *Horæ canonicæ ſtudioſè ac deuotè ſunt obſeruandæ.*
4 *Negligentia, vel imprudentia clericorum, & Prælatorum in exercitio diuinorum officiorum reprehenditur, & ſub pœna ſuſpenſionis prohibetur.*
5 *Horarum canonicarum officium vt præciſo tempore expleatur inſtructio.*
6 *Ordo in diuinis officijs celebrãdis ab omnib. æqualiter ſeruãdus.*
7 *Ordo qualis in diuinis celebrandis.*
8 *Ordo in celebrandis diuinis, qui ſeruatur à Metropolitanis, debet ſeruari à comprouincialibus.*
9 *Officij diuini celebrandi modus.*
10 *Lingua Hebraica, Græca, & Latina omnium præſtantiſſimæ.*
11 *Officia diuina poſſunt celebrari cantando.*
12 *Cantandi conſuetudo antiquiſſima eſt in Eccleſia.*
13 *Muſica inſtrumenta pertinent vtrique teſtamento.*
14 *Cæremoniarũ Iudaicarum. quæ cões ſint vtrique teſtamento.*
16 *Muſica vtendum eſſe in Eccleſia Dei, & quare.*
16 *Cantus, ſeu muſica in Eccleſia magnam affert vtilitatẽ ad excitandam deuotionem.*
17 *Cantus ſeu muſicæ effectus, & vtilitas.*
18 *Muſica ſeu melodia laſciua vitanda.*
19 *Canenda quæ ſunt diuerſis feſtiuis diebus.*
20 *Sacrificandum non eſt ſine igne. & aqua, vel in pane fermentato. vel vaſe ligneo.*
21 *Sacrificiorum effectus, & quod pro his nihil recipiatur, vel exigatur.*

De

Digitized by Google

De tempore, ordine, & modo celebrandorum diuinorum officiorum.
Tit. 79.

ANtiquam autem,& rationabilem inſtitutionem ho-
ratum canonicarum pro diuinis officijs celebrandis
authoritate ſacræ ſcripturæ præclarè demonſtrat
Cardinalis Bellarminius in libro 1.de bonis operibus c.13.
in prine.item & authoritate Apoſtolorum, & Sanctorum
Patrum teſtimonijs quamplurimis. Nec non varijs ratio-
nibus,quibus additur c.t.de celebr.miſſarum cum ijs,quæ
deducit Cucchus inſti.de horis canonicis per integrum ti-
tulum,& Durandus in rationale diuinorum officiorum li.
1 5.per totum.† Nam præsbyter mane matutinali officio ex-
pleto,penſum ſeruitutis ſuæ,videlicet,Primam, Tertiam,
Sextam,Nonam,Veſperamq; perſoluat:ita tamen,vt ho-
ris competentibus,iuxta poſſibilitatem,aut à ſe,aut à ſcho
2 laribus publicè compleantur. † Deinde peractis horis,&
infirmis viſitatis, ſi voluerit exeat ad opus rurale ieiunus,
vt iterum neceſſitatibus peregrinorum,& hoſpitum, ſiue
diuerſorum commeantium,infirmorum,atque defuncto-
rum ſuccurrere poſſit vſque ad ſtatutam horam pro tem-
poris qualitate. Propheta dicente. Septies in die laudē dixi
tibi:qui ſeptenarius numerus à nobis impleuit, ſi Matuti-
ni,Primæ,Tertiæ,Sextæ,Nonæ,Veſperæ, & Cōpleto rij tē-
pore noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus. Nā de noctur-
nis vigilijs idem ipſe Propheta ait. Media nocte ſurgebam,
&c.ergo his temporibus laudes Creatori noſtro ſuper iu-
3 dicia ſuæ iuſtitiæ referamus d.c.1.† Hę horæ canonicæ ſtu-
dioſè ac deuotè ſunt obſeruandæ d.c.1.in princ.& c.dolen
tes 9.eod.tit. Vnde Innocentius III in Concilio generali il-
larum obſeruantiam deuotam, ac ſtudioſam præcipit in
4 d.c.9.ita inquiens. † Dolentes referimus,quod non ſolum
quidam minores clerici, verum etiam aliqui Eccleſiarum
Prælati circa commeſſationes ſuperfluas, & fabulationes
illicitas (vt de alijs taceamus) ferè medietatem noctis expe
diunt,& ſomno reſiduum relinquentes, vix ad diurnū cō-
centum auium excitantur,tranſcurrendo vndiq; continua
ſyncopa matutinum. Sunt & alij qui miſſarum ſolemnia
vix celebrant quater in anno:& (quod deterius eſt) intereſ
ſe contemnunt: &,ſi quando dum hæc celebrantur,inter-
ſint,chori ſilentium fugientes,intendunt externis collocu-
tionibus laicorum; dumque auditum ad indebitos ſermo-
nes effundunt,aures intentas non porrigūt ad diuina. Hęc
igitur, & ſimilia ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhibe-
mus, diſtrictè præcipientes in virtute obedientiæ, vt diui-
num officium nocturnum pariter & diurnum, quantum
5 eis Deus dederit,ſtudioſè celebrent pariter,& deuotè. † Vt
enim harum canonicarum horarum præciſo tempo-
re ſingulariter ſuum officium perſoluere, ac implere
poſſint, adeant de hac re tractatum egregium Duran-
di in rationale diuinorum officiorum libro quinto de
Diuinis officijs per totum, Marcelli Francolini,& inſtru-
ctionem Cardinalis Bellarmini in lib.1.de bonis operibus
capitulo 11.vbi docet canonicam horam Nocturni,Primæ,
Tertiæ, ſextæ, Nonæ, Veſperæ, & Completorij, & docet
modum illas ſibi certas conſtituendi in Tabella, vt quis
non poſſit in canonico tempore illas dicendi errare. Quod
6 idem facit Durandus vbi ſupra.† Præterea ordo in diuinis
officijs celebrandis ab omnibus æqualiter eſt obſeruādus.
Conuenit enim ordinem Eccleſiæ ab omnibus æqualiter
7 cuſtodiri. † Vnde ſtudendum eſt,ſicut vbique fit,vt poſt
antiphonas collationes per ordinem ab Epiſcopis,vel prę-
sbyteris dicantur,& hymni matutini,vel veſpertini diebus
omnibus decantentur,& in concluſione matutinarum,vel
veſpertinarum miſſarum poſt hymnos capitula de pſal-
mis dicantur, & plebs collecta oratione ad veſperam ab
Epiſcopo cum benedictione mittatur, vt de conſecra.diſt.
5.capitulo conuenit 13.diſtinctione 11.cap.penult. & vlti.
8 † Sed ad celebranda diuina officia ordinem,quem Metro-
politani tenent,comprouinciales obſeruare debent, vt de
conſecratione diſtinctione 1.capitulo arcana 31. §. ad cele-
branda,ſic enim iuſtum eſt,vt inde vnuſquiſque ſumat re
gulas magiſterij,vnde honoris conſecrationem accepit,vt
iuxta maiorum decreta,ſedes,quæ vnicuique ſacerdotalis
dignitatis eſt mater, ſit Eccleſiaſticæ magiſtra rationis, di-
ſtinctione 12.capitulo de ijs 3.in princip.& §.ſic enim. Cle-
rici verò commenſales domeſtici Pontificis,Cardinalium,
& Epiſcoporum poſſunt ſe illis, in diuinis officijs celebran
dis coaptare. Clement.dignum 2.de celebra.miſſar.& hęc
de tempore,& ordine diuinorum officiorum celebrando-
9 rum dicta ſufficiant. † Nunc reſtat ſubiungere de modo.
Et quidem etiam cantando poſſunt celebrari in tribus illis
linguis,quas Dominus titulo ſuæ crucis honorauit. Ioā.19.
10 † Et quæ omnium conſenſu antiquitate, amplitudine,&
grauitate omnibus præſtant,ſcilicet Hebraica,Græca,& la
tina. His enim linguis ipſi libri diuini ab authorib. ſuis ini-
tio ſcripti fuerunt,de quibus ita loquitur San. Hilarius in
præfat.in pſalmos His maximè tribus linguis Sacramen-
tum voluntatis Dei,& beati Regni expectatio prædicatur,
ex quo illud Pilati fuit,vt his tribus linguis Reges Iudeorū
Dominum Ieſum Chriſtum eſſe præſcriberet. His enim
tribus linguis in docendo, in prędicando,in diuinis officijs
celebrandis ſemper vſi ſunt Apoſtoli apud omnes natio-
nes. Et hic eſt vſus vniuerſalis Eccleſię,contra quem diſpu
tare inſolentiſſimæ inſaniæ eſt, vt docet D.Aug.in epiſto.
118.& lib.2.doctrinæ Chriſtianæ c.11.dicit,quod ad intel-
ligentiam ſcripturarum eſt neceſſaria cognitio tantū triū
linguarum,Hebraicæ,Græcæ,& latinæ. Hoc indubitatum
demonſtrant authoritates,argumēta,& rationes, quas in-
numeras afferunt de hac re Hoſius Cardinalis Varmenſis
in dialogo de ſacro vernaculè legendo, & Iacobus Ledeſ-
ma,& Cardinalis Bellarminius de Verbo Dei lib. 2.ca.15.
11 per totum. † Itaque his tribus linguis etiam cantando poſ
ſunt diuina officia celebrari. De hymnis enim canendis,&
Saluatoris,& Apoſtolorum habemus exemplum. Nam &
ipſe Dominus Ieſus hymnum dixiſſe perhibetur Mattheo
Euangeliſta atteſtante cap.26.& hymno dicto exierunt in
montem oliueti,vt de conſecr.diſtin.1.c.de his hymnis 54.
12 † Et hæc eſt antiquiſſima Eccleſiæ conſuetudo,& rationa-
bilis ducta exemplo Patrum Veteris teſtamenti,ac præſer
tim Regis,ac Prophetæ Dauid, qui non ſolum pſal. pluri-
mos compoſuit,& choros cantorum inſtituit, ſed ēt in pſ.
150.hortatur,vt inſtrumēntis muſicis Dominum laudemus.
13 † Neq; obſtat quod dicatur inſtrumenta muſica pertine-
re ad cęremonias Hebręorum,& ideo non magis conueni-
re Chriſtianis, quam Circumciſio, Sabbatha, Neomeniæq;
14 conueniunt.† Nam reſpōdetur ceremonias Iudaicas alias
fuiſſe proprias teſtamenti veteris,illas videlicet,quæ res fu
turas ſignificabant,vt Circūciſionem,Sabbathum & ſimi-
lia:alias verò communes vtrunq; teſtamento, quæ non ad
ſignificandas res futuras, ſed ad colēdum ſimpliciter Deū
referebantur,vt flectere genua ad orationem,tundere pe-
ctus,colere feſtos dies,& alia id genus multa,priores fate-
mur Chriſtianis non conuenire,poſteriores verò, & ad nos
15 Chriſtianos conuenire affirmamus.† Huius poſterioris ge
neris ſunt cantus,& muſica inſtrumenta. Quod datur in-
telligi ex eo,quia Hebræi ijs non vtebantur ad myſterium
aliquod futurum ſignificandum,ſed ad excitādos animos
infirmos ad laudes Dei,& tedium remouendum,qđ ex pro
lixitate pſalmorum,atq; hymnorum ſolet oriri. Quæ ratio
locum habet etiam in Eccleſia noui teſtamenti. Non enim
deſunt in Eccleſia multi infirmi, & rudes, qui eiuſmodi
fomentis curandi, & ad laudes Dei audiendas alliciendi
ſint. Habemus exemplum Angelorum, qui nato Chri-
ſto magnis vocibus canebant. Gloria in excelſis Deo, &
in terra pax hominibus bonæ voluntatis, ex quo canti-
cum Angelorum vocantur verba illa, prout & illa Alle-
lua, vt de conſecratione diſtinctione prima capitulo. Hi
duo hymni 55. Item & exemplum Domini, & diſcipulo-
rum eius,vt dictum fuit exemplum à Chriſto ipſo appro-
batum,quando illi obuiam veniebant turbæ,& magnis vo
cibus canebant. Benedictus qui venit in nomine Domini,
hoſanna in excelſis. Nam non tantum eas non prohibuit,
ſed Phariſeos, & ſcribas volentes prohibere, compeſcuit,
exemplum Pauli & Sillę, qui vt Lucas teſtatur Actor.16.
Media nocte orantes hymnos decantabant. Et ad Ephe-
ſios ſcribens dicit. Implemini Spiritu Sancto,loquentes
vobis metipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritua-
libus, vt de conſecratione diſtinctione prima capitulo de
hymnis 54. & Paulus ad Epheſios quinto, & Coloſſenſes
tertio monet Chriſtianos, vt in pſalmis, & hymnis,
Canticis ſpiritualibus ſe exerceant. Habemus teſtimonium

Conciliorum ex primarijs partibus orbis terræ, & vltimi Tridentini in ſeſſio. 22. decretum de obſeruandis, & euitãdis in celebratione Miſſæ, & in ſeſſ. 24. de reformatione capitulo dignitates 12. §. omnes verò diuina, & Sanctorum Patrum, quæ longo ordine refert Cardinalis Bellarminus de bonis operibus libro primo capitulo 16. verſicul. nunc ad traditionem Eccleſiæ, inter quos adeſt Diuus Thomas
16 in 2. 2. quæſtione 91. articulo ſecundo per totum. † Ex cantu enim magna reſultat vtilitas, accendunt enim pia cantica audientium animos, teſte Diuo Auguſtino libro 9. confeſſionum capitulo 6. Quantum (inquit) fleui in hymnis, & canticis tuis, ſuaue ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas in cor meum, & ex ea exæſtuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & benè mihi erat in eis, & libro 10. capitulo 33. inquit. Cum reminiſcor lachrymas meas, quas fudi ad cantus Eccleſiæ tuæ in primordijs recuperatæ fidei meæ, magnam inſtituti huius vtilitatem agnoſco. Et in epiſto. 119. capitulo 18. inquit, ſine dubitatione faciendum eſt maximè illud, quod de ſcripturis defendi poteſt, ſicut de hymnis, & pſalmis canendis, cum & ipſius Domini, & Apoſtolorum habeamus documenta, & exempla, & præcepta de re tam vtili ad mouendum pie animũ, & accendendæ diuinæ lectionis affectum. Et Lactantius libro ſexto capitulo 21. inquit. Si voluptas eſt audire cantus, & carmina, Dei laudes canere, & audire iucundum ſit, Hæc eſt voluptas vera, quæ comes, & ſocia virtutis eſt. Hæc eſt non caduca, & breuis, vt illæ, quas appetunt, qui corpori, vt pecudes ſeruiunt, ſed perpetua, & ſine vlla intermiſſione delectans, & pſalmo 118. Cantabiles mihi erãt iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et Iuſtinus in reſponſione ad quæſtione 107. de cantu Eccleſiæ ita
17 loquitur. † Excitat cantus Eccleſiaſticus cum voluptate quadam animum afflagrans eius, quod carmine celebratur, deſiderium affectiones, & concupiſcentias carnis ſedat, cogitationes malas inimicorum, quos cernere non eſt, ſubgeſtione oborientes amolitur. Pietatis decertatores generoſos, & fortes per conſtantiam in rebus aduerſis efficit. Omnium rerum, quæ vitæ triſtes, & luctuoſæ accidunt, pijs affert medicinam. Mentes ad fructificationem diuinorum bonorum rigat. Gladium ſpiritus hoc Paulus appellat in armamentario, vbi contra inuiſibiles aduerſarios, milites veræ pietatis ſuis inſtruit armis. Verbum namque Dei eſt, & quod animi cogitatione, quod carminis præludio, quod carmine ipſo celebratur, ac dæmones fugat, atque repellit. Et in rebus omnibus, quæ pijs eueniunt animis veræ pietatis virtutibus per carmina Eccleſiaſtica perficitur. Ergo iuxta illud pſalmi 95. Cantate Domino canticum nouum cantate Domino omnis terra, & iuxta pſalmi 97. Pſallite Domino in cithara, in cithara, & voce pſalmi: in tubibus ductilibus, & voce tubæ corneę & iuxta illud 150. laudate eum in tympano, & choro. laudate eum in cordis, & organo. Laudate eum in cymbalis
18 bene ſonantibus. † Sed laſciua melodia in cantando omnina uitanda eſt capitulo primo de uita, & honeſtate clericorum, & Concilium Tridentinum in d. ſeſſio. 22. vbi ſupra, & omnes unum, & eundem modum, atque ordinem in pſallendo debent ſeruare, ut diſtinctione 12. capitulo pe
19 nultimo, & ultimo. † Sed & in cœna Domini Gloria in excelſis Deo eſt cantanda, ut de conſecrat. diſtione 1. capitulo porrò gloria 56. Surſum corda in præfatione canendũ d. diſtinct. 1. capit. quando 70. & nouem præfationes in miſſa ſunt cantandæ, de quibus in d. diſtinct. 1. capit. inuenimus 71. quibus additur decima. Aequum & ſalutare, & te in ueneſtuel aſſumptione Beatæ Mariæ collaudare, benedicere, & prædicare &c. ut diſtinctione 70. capitulo ultimo §. in eodem etiam Conciſio. Inde reſurrectionis, Pentecoſtes, & alijs diebus quid, & quantum ſit canendum docent rationales diuinorum officiorum ex diſtinctione quinta de conſecrat. capitulo in die reſurrectionis. Celebrans diuina officia ſemper debet habere alium adiunctum, qui eo deficiẽte vices eius ſuppleat, vt de conſecrat. diſtinctione prima capitulo vt illud capitulo epiſcopus capitulo iubemus capitulo hoc quoque 7. quæſt. 1. cap. illud diuini c. nihil contra, & laici à clericis loco debent eſſe ſeparati, ad altare non debent accedere, vel præsbyterium ingredi, dum diuina officia celebrantur capitulo primo de vita, & honeſtat. cleric. cap. 1. §. fin. de cohab. cler. & de conſecrat. diſtinc. 2. capitulo ſacerdotum, vt & alibi dictum fuit. Et dum de laicis dicitur intelligitur de omnibus quacunque dignitate fulgentibus, vt ſeruauit Theodoſius Imperator qui ab Diuo Ambroſio edoctus, vt in eiuſdem, Theodoſij vita apud Cardinalem Bellarminum lib. 3. de officio Principis.
20 † Sed & ſine igne, & aqua vel in pane fermentato, vel vaſe ligneo non eſt ſacrificandum capitulo vltimo de celebr. miſſar. & ſal cæleſtis ſapientiæ in cunctis operum noſtrorũ ſacrificijs iubemur offerre, de conſecrat, diſtinctione 4. ca-
21 pitulo Sal cæleſtis 65. † De effectu ſacrificiorum differtur in 13. quæſt. 2. cap. tempus 13. §. cum ſacrificium altaris, & ne aliquid pro diuinis officijs, vel ſacramentis miniſtrandis detur, vel exigatur, cauetur in 1. quæſt. 1. capitulo baptizandis 99. vſque ad c. ſtatuimus 106. ex diuerſis Concilijs de quibus ibi. Tandem diuinis, vt ſupra peractis, intimi viſitandi ſunt, poſtea exeundum ad opus ruralẽ c. 1. §. deinde de celebra. miſſ. hactenus de tempore, ordine, & modo celebrandorum diuinorum officiorum, nec non. & de alijs dicta ſufficiant. Sed & quomodo ſacra apud gentiles fiebant, monſtrat Alex. ab Alex. lib. 5 genialium dierum capitulo 17. quem nos in honorem Dei veri, & viui oportet excedere, & ſuperare, ſeruãdo ad vngem nobis datum ab Eccleſia Romana.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa vox antiquiſſima vſitatiſſima, & an ſit latina.*
2 *Miſſa dicitur a Miſſione, & quid aliud ſignificet.*
3 *Miſſa dicitur ſacrificium, quod multa præcedunt, & multa ſequuntur ex ordinatione ſummorum Pontificum.*
4 *Miſſa eſt figurata in Melchiſedech.*
5 *Chriſtus quare dictus ſacerdos magnus ſecundum ordinem Melchiſedech.*
6 *Sacrificium Aronis cruentum, Melchiſedech incruentum.*
7 *Sacerdotia Aronis, & Melchiſedech in quo differant.*
8 *Sacerdotium Chriſti æternum vſque ad mundi conſumationem.*
9 *Miſſæ ſacrificium quomodo probetur.*
10 *Miſſa eſt propitiatorium ſacrificium pro viuis, & defunctis.*
11 *Miſſa ſacrificium propitiatorium pro pœnis, & pro culpis etiam lethalibus, & eſt impetratorium pro viuis num. 12.*
13 *Miſſæ ſacrificium an habeat efficaciam ex opere operato, vel ex opere operantis.*
14 *Miſſa celebrari poſſunt pro ſanctis, & in priuato loco, vel ſacello.*
15 *Miſſa non poteſt celebrari lingua vulgari, & quæ in ea alta vel ſubmiſſa voce proferenda.*

De Miſſa, Tit. 80.

1 DE Miſſa nunc diſſerendum. † De voce hac Miſſa, quod illa antiquiſſima ſit, & vſitatiſſima in Eccleſia latina, extat teſtimonium Diui Ambroſij li. 5. epiſt. 33. ego (ibi inquit) manſi in munere, Miſſa facere cæpi, orare in oblatione Deum, vt ſubueniret, & Diui Aug. ſerm. 91. de tempore. In lectione, inquit, quæ nobis ad Miſſas legenda eſt, auditum ſumus &c & aliorum complurium, quos recenſet Cardinalis Bellarminus lib. 1. de Miſſa c. 1. in prin. Quo loci ſub verſic His ergo magis docet hanc vocem eſſe latinam, & à latinis primum vſurpatam in celebratione myſterij Euchariſtiæ pluribus, illiſque præclaris authoritatib. & ſub ver. qui latinam dicit, quod qui latinam vocem eſſe
2 volunt, illam non eodem modo exponũt, † vbi aſſerit probabiliſſimam eſſe ſententiam eorum, qui Miſſam dici volunt à miſſione, ſeu dimiſſione populi, ita vt idem ſit Miſſa, quod miſſio. Sed quamuis à miſſione miſſa dicatur, non ideo eam ſolam ſignificat, ſed traductum eſt inde vocabulum ad alia ſignificanda, cum quinq; modis apud ſcriptores Eccleſiaſticos ipſa vox Miſſa accipiatur. Accipitur enim primo pro miſſione ſimpliciter. Secũdo pro diuino officio lectionum, precum, & aliorum id genus, quod celebratur in Eccleſia ante dimiſſionem catechumenorũ. Tertio pro illa parte Liturgiæ, quæ eſt ab offertorio vſq. ad finẽ, quæ proprie dr Miſſa fidelium, & ita accipitur Miſſa à D. Ambro. loco cit. Quarto accipitur pro tota celebratione diuini officij,

Digitized by Google

in quo Euchariſtia conſecrabatur, vt comprehẽdit ſimul
miſſam catechumenorum, & fidelium. Quinto accipitur
pro ipſis collectis, ſeu precibus, quæ dicuntur in liturgia,
vt Conciliorum, & Patrum authoritatibus probat Bellar-
3 minius citato loco, ſub verſic. Quamuis autẽ. † Accipiendo
enim Miſſam, vt ſuperius quarto loco extat expoſitũ, pro
celebratione ſcilicet diuini officij, in quo conſecratur Eu-
chariſtia, dicitur ſacrificium, quod multa præcedunt, &
multa ſequuntur ex ordinatione ſummorum Pontificũ,
quæ quidem originem traxerunt ex inſtituto Diui Iacobi
fratris Domini ſecundum carnem, cui primum credita eſt
Eccleſia Hieroſolymitana, & Diui Baſilij Cæſarienſis Epi-
ſcopi, vt de conſecrat. diſtinct. 1. c. Iacobus 47. Cucchus In-
ſtit. de Miſſa num. 1. & ſeq. vt etiam oſtendit Card. Bellar-
4 minius de Miſſa lib. 1. c. 2. & ſeq. & c. 6. † Vbi dicit atq; lu-
culenter probat ſacrificium hoc fuiſſe figuratum in Gene-
ſi c. 14. Quando vt ibi Melchiſedech Rex Salem protulit,
panem, & vinum; erat enim ſacerdos Dei altiſſimi, & im-
pletum in Chriſtum. Verba enim quibus corpus Chriſti
conficitur ab ipſo Chriſto ſunt tradita, vt Matthæ. 26.
Marc. 14. Luc. 22. vt de conſecrat. diſtinctio. ſecunda, cap.
quia corpus 35. alij verò alia addiderunt ad decorem, &
ſolemnitatem tanti ſacrificij, vt diſtinct. 11. cap. eccleſia-
5 ſticorum. † Vnde Chriſtus dictus fuit ſacerdos magnus
ſecundum ordinem Melchiſedech, & non ſecundum or-
dinem Aronis in pſalm. 107. & à Paulo ad Hebræos 7. &
ſi vterque geſſerit figuram Chriſti. Nam illa duo ſacerdo-
tia in duobus differebant inter ſe. Primum in externa ſpe-
cie, ſacrificiorum, quæ & ſi omnia conueniebant in re ſi-
gnificata, cum eundem Chriſtum ſignificarent, tamen in
6 ſignis erant diuerſa. † Sacrificia enim Aronica erant cruẽ-
ta, & ſub ſpecie animalium occiſorum Chriſti mortem
repreſentabant. Melchiſedech verò ſacrificium in-
cruentum fuit, ſub ſpecie panis, & vini eiuſdem Chriſti
corpus, & ſanguinem figurauit. Quare Chriſtus ſacerdos
ſecundum ordinem Melchiſedech, & non Aronis, debuit
inſtituere ſacrificium incruentum, & ſub ſpecie panis, &
vini, vt inſtituit in Cœna, vt rectè Eccleſia canit in veſpe-
ris feſtiuitatis corporis Domini. Sacerdos in æternũ Chri-
ſtus ſecundum ordinem Melchiſedech panem, & vinum
7 obtulit. † Deinde etiam alia eſt differentia inter dicta duo
ſacerdotia Melchiſedechi, & Aronis, quod illud fuit v-
nius tantum hominis, qui nec ſucceſſit alteri, & cui non
ſucceſſit alter, vt ſequutum fuit in Petro, & deinde in ſe-
quentibus ſummis Pontificibus hucuſque, & ſequetur in
æternum. Iſtud autem ſacerdotium Aronis fuit multo-
rum, qui per mortem ſibi inuicem ſuccedebant, vt & di-
cit Apoſtolus ad Hebræos cap. ſeptimo, Melchiſedechum
ſcilicet fuiſſe ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque
initium dierum, neque finem habentem; & illa omnia ap-
plicans ad Chriſtum, dicit eum eſſe ſacerdotem in æter-
num, qui nimirum nulli ſucceſſerit, & cui nullus debeat
ſuccedere, cum ſemper viuat, & cum iurauerit Deus, ſa-
cerdotium ipſius non eſſe mutandum, aut transferendum
in aliud, vt ſacerdotio Leuitico contigit, vt probat Apo-
ſtolus ibi ex verbis pſalmi 109. Iurauit Deus, & non pœni-
8 tebit eum, tu es ſacerdos in æternum, &c. † Quod ſi ſacer-
dotium Chriſti durat vſque ad mundi conſumationem.
Id enim ſcriptura æternũ vocat hoc loco, vt exponit An-
ſelmus, & Theophilactus in c. 5. ad Hebræos; certè & ſa-
crificij ritus durare debet, vt luculenter probat Card. Bel-
larminius citato loco vbi diluit contraria Caluini, & alio-
rum, nec non Lutheri, qui in ſuo tumulo ſcribi iuſſit Pſeu-
dopropheticum carmen hoc.

Teſtis eram viuens, moriens ero mors tua Papa.

Mortuus quidem ille eſt, ac ſepultus in inferno, viuit, ac
floret, florebitque in æternum ſedes Apoſtolica Romana,
vt dictum fuit. Idem probat ex figura Agni paſchalis in
capit. ſeptimo, & ex figuris variorum ſacrificiorum Teſta-
menti veteris, capit. octauo, ex vaticinijs Prophetarum ca
pit. nono, & ex Malachia 1. in capit. decimo, & ex capit. 14.
Ioan. cap. 11. ex verbis Inſtitutionis Matthæi 26. Marci 14.
9 Lucæ 22. & 1. Corint. 11. in cap. 12. † Item ſacrificium miſ-
ſæ probatur etiam ex cap. 13. Actor. per eundem Bellarmi-
num in cap. 13. & ex cap. 10. prioris ad Corint. in cap. 14. &
ex traditione Patrum ex vocibus ſacrificij, oblationis, im-
molationis, &c. in cap. 5. ex ritu altarium, in c. 16. ex nomi-
ne ſacerdotis, in cap. 17. ex Liturgijs, ca. 18. hoc eſt ex ſacris
operationibus antiquiſſimis publicè à Liturgis ipſis opera-
tis. Ex ijs, pro quibus ſacrificium Miſſæ offertur, in cap. 29.
ex coniunctione legis, & ſacrificij in capit. 20. ex compara-
tione legis Chriſtianæ ad Moſaycam, in c. 21. ex differentijs
ſacramenti, & ſacrificij in cap. 22. Tandem probatur ex
conſenſu Eccleſiæ in c. 23. & in cap. 24. & ſequentibus ſol-
uuntur obiectiones Lutheri, Caluini, & aliorum, vt deter-
minatur etiam in Concilio Tridentino ſeſſio. 22. capit. pri-
10 mo. † Quod autem Miſſa ſit propitiatorium ſacrificium
pro viuis, atque pro mortuis res eſt indubitata apud Ca-
tholicos, id enim definitur in c. cum creatura 11. de celebr.
miſ. Nam cum ſacrificia propitiatoria fuerunt in lege
naturæ, & ſint translata in legem gratiæ, certè & in ea eſt
firmiter credendum adeſſe ſacrificium propitiatorium,
quod in miſſa offertur, vt in Concilio Tridentino d. ſeſſio.
22. c. 1. & 2. & canone 3. & vt ex eo & alijs probat Cardin.
11 Bellarminius de Miſſa libro 2. c. 1. † Et quidem ſacrificiũ
miſſæ eſſe propitiatorium non ſolum pro pœnis, ſed etiam
pro culpis, nec ſolum pro culpis leuibus, ſed etiam pro gra
uibus, atque adeo mortalibus, id enim ſignificatur in dicto
cap. 2. dum dicitur. Crimina, & peccata etiam ingentia, &
probat Cardin. Bellarmin. vbi ſupra, & in cap. ſecundo, &
12 7. † & quod idem miſſæ ſacrificium ſit etiam impetrato-
rium gratiarum, & bonorum omnium etiam temporaliũ
pro viuis, docet idem in c. 3 ex veteri teſtamento. ex Apo-
ſtolis, ex Liturgijs, ex Patribus, & ex ratione, & in cap. ſext.
13 † An autem tam pro viuis, quam pro mortuis ſacrificium
hoc miſſæ habeat efficientiam non ſolum ex opere operã-
tis, hoc eſt ſacerdotis, & miniſtri, ſed etiam ex opere ope-
rato à Chriſto homine Deo, vel ex opere operato tan-
tum, & quomodo, docet idem Bellarm. vbi ſupra, cap. 4.
14 & c. 5. ſoluit obiectiones ab aduerſantibus allatas. † Poteſt
etiam ſacrificium miſſæ celebrari pro ſanctis, vt antea di-
ctum fuit, vt ex Concilio Tridentino d. ſeſſio. 22. cap. 3. &
ex eo Bellarm. lib. 2. de Miſſa. c. 8. & in priuato loco ſeu ſa-
cello. dici poſſunt miſſæ priuatæ comparatiuè ad eas, quæ
in publico templo celebrantur, vt docet idem in cap. 9. &
15 c. 10. diluit contraria malignantium. † Sed non poteſt re-
citari lingua vulgari ex diſpoſitione Concilij Tridentin. in
ſeſſio. 22. c. vlt. de qua re Bellarminius vbi ſupra c. 11. Vbi
c. 12. dicit non eſſe omnia neceſſario in miſſa alta voce pro-
nunciãda, & contra malignantes defendit ea. quæ ſub-
miſſa voce in ea celebranda proferuntur. Sed & de miſſa,
& ſingulis, quæ in miſſa aguntur tradit Durandus in ra-
tionale diuinorum officiorum lib. 4. c. 1. & ſequent. per to-
tum librum, & de his hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa à quibus celebranda.*
2 *Concubinarius prohibetur miſſam celebrare, & alia ſacra per agere.*
3 *Concubinarius ſi celebrat valet miniſterium.*
4 *Miſſa non eſt celebranda ab exiſtente in peccato mortali.*
5 *Celebrans miſſam ſine conſecratione hoſtia punitur.*
6 *Miſſa eſt celebranda à ieiuno.*
7 *Simoniacus non debet miſſam celebrare.*
8 *Miſſa vbi celebranda.*
9 *Miſſa quomodo celebranda ab iter facientibus.*
10 *Miſſa poteſt celebrari ab Epiſcopo in altari viatico.*
11 *Miſſa publica conuocato populo in monaſterijs non poteſt celebrari.*
12 *Miſſa non poteſt à presbytero celebrari in eodem altari vbi Epiſcopus celebrauit eo die limitatur.*
13 *Miſſa quando & quomodo celebrari poſſit in Eccleſiis vbi pagani ſepulti.*
14 *Miſſa non eſt celebranda ſuper monumentis mortuorum.*
15 *Superſtitio gentilitatis offerendi quot annis epulas ſuper tumulos mortuorum.*
16 *Miſſa peculiares in diebus ſolemnibus non debent in publico celebrari.*
17 *Epiſcopus vbi tenetur chriſma conficere, ibi miſſam quoque eo die celebrare debet.*

Google

Miſſa vbi, & à quibus ſit celebranda. Titulus 81.

1 AB † Epiſcopis, non Chorepiſcopis, nec ab alijs ad
hoc munus non conſecratis miſſa eſt celebranda, vt
de conſecrat. diſtinctione prima capitulo taberna-
culum a. §. ſi enim Iudæi verſiculo, & non in alijs capitulo
ſicut non alij 11. in princip. capitulo hic ergo 14. verſiculo
aut ab epiſcopo regulariter ordinato, & cap. 1. & 2. de cle
rico non ordinato. Nam nemo ad hoc munus non ordina-
tus miſſam celebrare poteſt d. cap. 1. & 2. cum alijs ſupra ci
tatis. Ideoque ordinatus ad Diaconatum vſque non cele-
2 brat d. capitulo primo cum alijs ſupra citatis. † Præsbyteri,
qui concubinam retinent prohibentur miſſas celebrare,
Euangelium, vel Epiſtolam ad miſſam legere, & in præsby
terio ad diuina officia cum alijs obedientibus manere, &
partem ab Eccleſia ſuſcipere diſtinctione 32. capitulo nul-
3 lus 5. cum capitulo ſequen. † Verum ſi præmiſſa prohibi-
tione non obſtante celebrauerint, atque ſacramenta mini-
ſtrauerint, quamuis ipſi criminoſi ſint, tamen eorundem
ordinationes, & reliqua ſacramenta ſancta ſunt, vera at-
que veneranda d. capitulo præter 6. §. verum cum ſequen.
diſtinctione 32. & dum ordinatur, quod eorum miſſa non
audiatur, & ab eis ſacramenta non accipiant, in d. c. nullus
5. & in d. capitulo prætereа 6. id fit, non quia non ſint vera
quantum ad formam, & effectum. Sed quia dum huiuſ-
modi ſacerdotes ſe à populo contemptos viderint, rubore
verecundiæ facilius ad pœnitentiam prouocentur d. capi-
4 tulo præterea 6. in fine. † Ab eo qui in crimine mortalis pec
5 cati eſt conſtitutus miſſa non eſt celebranda, † Sed ſi illam
propter neceſſitatem aliquam non poſſit intermittere, &
propter ſui facinoris conſcientiam dubitet celebrare, per-
actiſq. cæteris circumſtantijs, miſſã celebrare fingat, & ſup
preſſis verbis, quib. conficitur corpus Chriſti, panẽ & vinũ
tantummodo pure ſumit: ita credens per id quod præten-
dit populo ſatisfacere, vt per hoc quod intendit, Deum nõ
debeat prouocare. Cum ergo falſa ſint abijcienda reme-
dia, quæ veris ſunt periculis grauiora, licet is, qui pro
ſui criminis conſcientia reputat ſe indignum, peccet gra-
uiter, ſi ſe ingerat irreuerenter ad illud: grauius tamen vi
detur offendere, qui ſic fraudolenter illud præſumpſerit
ſimulare, cum ille in ſolius miſericordis Dei manum inci-
dat, iſte verò non ſolum Deo, cui non veretur illudere, ſed
populo, quem decepit, ſe adſtringat capitulo de homine
6 7. de celebrar. miſſar. † A ieiuno miſſa eſt celebranda, non
autem ab ebro, qui non dum crapulam concoxit, vt de cõ-
ſecrat. diſtinctione prima cap. ſacramenta 49. & c. ſi con-
7 ſtiterit 12. de accuſationibus. † A ſimoniaco miſſa nulla-
tenus eſt celebranda Miſſam cantare poteſt præter ſimo-
niacum: quem quilibet, vt ab ordine male accepto remo-
ueatur, accuſare poteſt: etiam meretrix cap. tanta 7. de ſi-
monia diſt. 32. c. præterea §. officium vbi glo. in verbo offi-
cium 1. q. 1. c. fertur 28. cum ſeq. quomodo autem id intel-
ligatur tradit Gratianus in capit. remiſſionem 39. §. ſi ergo
8 ſacramenta. † Ordinati autem ad miſſam, quibus nulla de
cauſa eis celebratio eſt interdicta, illam non in omni loco,
ſed in locis ſacratis celebrare poterunt de conſecrat. diſtin.
1. in princip. & c. 1. §. ſi enim Iudæi verſi. & non in alijs cap.
ſicut non alij cap. miſſarum cap. hic ergo c. nullus præsby
ter. Nouella c. 57. & 131. §. ſi quis Domini. Verum neceſſi-
tate aliqua vigente poterũt alibi celebrare d. diſt. in prin.
verſic. abſque magna neceſſitate, & d. verſiculo, & non in
alijs ibi, & hæc ſi ſumma d. capitulo ſicut non alij verſicu-
lo niſi ſumma, & verſiculo niſi pro ſumma. Concedimus
enim, vt ſicubi, (quod peccatis noſtris exigentibus per plu-
rimum eſt factum) à Normanis, & Sclauis, ab Vngaris, &
malis Chriſtianis, ſeu alio qualicunque modo Eccleſiæ fue
rint incenſæ, & combuſtæ: in capellis cum tabula conſe-
crata miſſas interim celebrari permittimus, donec Eccle-
9 ſiæ ipſæ reſtaurari queant. † In itinere verò poſitis, ſi Ec
cleſia defuerit, ſub dio, ſeu in tentorijs, ſit tabula altaris
conſecrata, cæteraque ſacra myniſteria ad id officium per-
tinentia ibi affuerint, miſſarum ſolemnia celebrari conce-
dimus: aliter omnino interdicimus d. diſt. 1. c. concedimus
30. Verum ex Concilio Tridentino in ſeſſ. 22. de Sacramen
to miſſæ poſt cap. 9. neque in priuatis domibus, neq. extra
Eccleſiam, vel oratorium poteſt celebrari. Vnde ſi ex neceſ
ſitate aliter deſideretur, erit impetranda licentia alibi cele
brandi ab habente facultatem illam cõcedẽdi. Papa enim
10 ſolet illam concedere. † Epiſcopi in altari viatico miſſam
poſſunt celebrare, vel facere ſibi celebrari cap. vlt. de priui
legijs in 6. & in oratorijs priuatis poſſunt ab omnibus ſa-
cerdotibus celebrari ſecundum diſtinctionem, de qua in
diſtinct. 1. de conſecrat. cap. ſi quis c. vnicuiuſq. in Concilio
Tridentino ſeſſ. 22. in decreto de obſeruandis, & euitandis
11 in celebratione miſſæ §. neue patiantur. † In monaſterio
miſſa publica conuocato populo non poteſt celebrari 18.
quæſtione 2. capitulo Abbas 2. vbi glo. in verbo miſſa, &
cap. ſequen. §. miſſas publicas capitulo luminoſo 6. vbi ra-
tio redditur, ne ſcilicet vlla præbeatur occaſio popularis
conuentus, vel mulierum fiat illis ingreſſus capitu. dudum
12 27. verſicu. aut ſi fortè. † Sed & non in eodem altari præ-
sbyter miſſam celebrare poterit, in quo epiſcopus eo die
celebrauit de conſecr. diſt. 2. cap. vlt. niſi de licentia epiſco
pi, vel neceſſitate vrgente, & hoc vbi epiſcopus ſacrificiũ
perfecit gloſ. in d. cap. vlt. per tex. in cap. nihil 16. 7. quæſ. 1.
13 † In Eccleſia in qua pagani, & infideles ſepulti ſunt, miſſã
non licet celebrare; ſed ſi apta videtur ad conſecrandum,
inde excluſis corporibus, & raſis parietibus, vel lignis eius
loci, reædificetur. Sed ſi hæc ante conſecrata fuerit, miſſas
in ea celebrare licet, ſi & fideles in ea fuerint ſepulti: de
conſecrat. diſtinct. 1. capit. Eccleſiam 28. Vbi enim diſcerni
non poſſunt fideles ab infidelibus, neutri ſunt exhuman-
14 di glo. in d. cap. Eccleſiam in verbo ſi fideles. † Super mo-
numentis mortuorum, nec in campo, nec in Eccleſia miſſa
15 eſt celebranda, nec myſteria miſſæ ſunt diſtribuenda, † hoc
enim ſapit gentilitatem, quæ credens mortuorum animas
vagari circa eorundem ſepulchra, ſingulis annis de menſe
Februarij die certo offerebant epulas ſuper tumulos ſuo-
rum mortuorum, & inde refictari credebant, ideo ſublatũ
ad ſuperſtitionem tollendam de conſecrat. diſtinctione 1.
capitulo non oportet 29. vbi glo. Diuus Auguſtinus de Ci-
uitate Dei libro 8. capitulo vltim. & ibi Ludouicus Viues.
16 † Et hoc etiam eſt attendendum, vt miſſę peculiares, quæ
per dies ſolemnes à ſacerdotibus fiunt, nõ ita publico fiãt,
vt propter eas populus à publicis miſſarum ſolemnibus,
quæ hora tertia canonicè fiũt, abſtrahatur. Nam & ſi miſ
ſæ priuatæ in honorem Sanctorum, pro viuis, pro defun-
ctis, pro peccatis, pęnis, & ſatisfactionibus laudabiles ſint,
vt ex Concilio Tridentino ſeſſ. 22. capitulo 3. & canone 3.
& ex vſu antiquæ Eccleſiæ licitæ, vt ex teſtamento veteri
ex Apoſtolis, & alijs latè probat Cardinalis Bellarminus
libro 2. de Miſſa capitulo 9. & Diuus Auguſtinus ante eum
vbi ſupra. Tamen per dies ſolemnes à ſacerdotibus non ita
in publico fieri debent, vt populus à publicis ſolemnibus
abſtrahatur c. & hoc attendendum d. diſt. 1. de conſecrat.
ſed ante, vel poſt celebratas ſolemnes diſcretè fieri pote-
runt. Inſtitutio miſſarum, ſicut in Metropolitana Eccleſia
agitur, ita in Dei nomine in omnibus prouincijs tam ipſius
miſſæ ordo, quam pſallendi, vel miniſtrandi conſuetudo
17 ſeruetur de conſec. diſt. 1. c. inſtitutio 3. † Sed & vbi epiſco-
pus tenetur Chriſma conficere, ibi miſſam quoque eo die
debet celebrare, non alibi c. te referente 12. de celebrat. miſ
ſarum, & de his hactenus.

S V M M A R I V M.

1 *Miſſa quando, & quomodo celebranda.*
2 *Miſſa a matutinis vſque ad meridiem quacunque hora cele-
braтur.*
3 *Miſſa vna tantum ſingulis diebus ab vno ſacerdote celebranda
excepto die Natalis Domini.*
4 *Miſſa ex cauſa bis vno die ab vno poteſt celebrari.*
5 *Miſſa eſt in alijs Eccleſijs celebranda ad modum Metropoli-
tanæ.*
6 *Miſſa diebus feſtiuis audienda in propria parrochia.*
7 *Habitus miſſificantis qualis.*
8 *Cantanda quæ ſint in miſſa.*
9 *Miſſæ præfationes quæ.*
10 *Preces tempore miſſæ peroranda quæ.*
11 *Chriſtianus quilibet ad miſſarum ſolemnia aliquid Deo debet
offerre.*

Miſſa

Digitized by Google

Miſſa quando, & quomodo celebranda. Tit. 82.

1 NOcte † ſancta natiuitatis Domini Saluatoris miſſas
celebrent Preſbyteri, & hymnum Angelicum in il-
lis ſolemniter decantent: quoniam & eadem no-
cte ab Angelo Paſtoribus nunciatus eſt, & ſubito facta eſt
cum Angelo multitudo militiæ Cœleſtis laudantium Deũ,
& dicentium. Gloria in excelſis Deo, & in terra pax homi-
nibus bonæ voluntatis. Reliquis verò temporibus miſſa-
rum celebrationes ante horam diei tertiam minimè ſunt
celebrandæ, quia & eadem hora Dominus crucifixus eſt,
& ſuper Apoſtolos Spiritus ſanctus deſcendiſſe legitur, de
conſecrat. diſtinct. 1. c. nocte 48. c. & hoc attendendum 52.
2 ver. quæ hora tertia. † Sed hoc ſublatum eſt, vt & omni
hora à matutinis vſque ad meridiem celebrari poſſit, d. di
ſtinct. 1. c. neceſſe. 51. vbi gloſſ. Nam excepta miſſa, quæ ad-
huc media nocte canitur in Natale Domini, nunc ordina-
riè ab hora prima, ſiue ab aurora vſque ad ſextam, id eſt
ad meridiem ſacra celebrantur, & de more ieiunia protra
huntur, vt explicat Cardinal. Bellarm. in lib. 2. de miſſa, ca.
14. & dicit hanc noſtram conſuetudinem eſſe antiquiſſi-
mam, & Apoſtolicam, & neceſſario ſeruandam ex Tertul
lian. in 2. lib. ad vxorem, ex Cypriano lib. 2. epiſt. 3. & ex a-
3 lijs. † Sed & non niſi vna miſſa ſingulis diebus ab vno Sa-
cerdote eſt celebranda, de conſecrat. diſtinct. 1. c. ſufficit, &
c. conſuluiſti. 3. & c. te referente 12. in princ. de celebratio.
miſſar. Niſi in die Natalis Domini, in quo tres celebrãtur,
d. ca. conſuluiſti. 3. ver. excepto die natiuitatis, & de conſe-
crat. diſtinct. 1. c. nocte ſancta 48. Hoc enim ſtatuit Thele-
ſphorus Papa ad oſtendendum, quod Chriſti natiuitas ſal-
uauit Patres trium temporum, ſcilicet Patres ante legem,
ſub lege, & poſt legem. Prima itaque canitur media nocte
ad oſtendendum, quod illi, qui fuerunt ante legem, non
fuerunt illuminati aliqua lege, & per illam etiam oſtendi-
tur, quod panis, qui quotidie ſacrificatur, & manducatur
in altari, videlicet Chriſtus, natus eſt in Bethlehem in me-
dia nocte. Luc. 2. Dum medium ſilentium tenerent omnia,
& nox in ſuo curſu maneret. Secunda miſſa cantatur in di
luculo in exordio diei auroræ, quando Chriſtus in cunabu
lis adoratus eſt à Paſtoribus, ad oſtendendum, quod
Sancti Patres, & Prophetæ, qui fuerunt ſub lege ſcripta
aliquantulam Dei cognitionem habuerunt, ſed non tan-
tam, quantam nunc habemus: & ideo incipit à promiſ-
ſione, quæ facta eſt antiquis in veteri lege. Lux fulgebit ho
die in Domo Domini, &c. Tertia verò miſſa, quæ die iam
clara hora tertia, quando illuxit nobis dies redemptionis
noſtræ feſtiuius celebratur, ad tempus refertur gratiæ, in
quo deſcendit lux magna de Cœlo, quæ illuminat omnem
4 hominem venientem in hunc mundum. † Sed & alijs die-
bus ſuadente aliqua neceſſitate poterit vnus ſacerdos plu
res celebrare miſſas, d. c. conſuluiſti 3. vbi glo. in verbo ne-
ceſſitatis, declarat quænam neceſſitates id permittant.
5 † Et in alijs Eccleſijs eſt miſſa celebranda ad modum Ec-
cleſiæ Metropolitanæ, vt antea dictum fuit, vt de conſe-
6 crat. diſtinct. 2. c. inſtitutio. † In Dominicis, vel feſtis diebus
Preſbyteri, antequam miſſas celebrent, plebem interro-
gent, ſi alterius parochianus in Eccleſia ſit, qui proprio cõ
tempto Preſbytero miſſam velit audire. Quem ſi inuene-
rint, ſtatim ab Eccleſia abijciant, & ad ſuam parochiam
redire compellant, niſi in itinere fuerit, vel placitum ibi ha
buerit. 9. q. 2. c. in Dominicis 4. & c. nullus. 5. & c. 2. de paro-
chijs, & alienis parochianis. Lapus allegat. 57. ad ſeruandã
conſcientiam, vbi dat praxim d. Canonis, nunc contrario
7 vſu ferè obſoleti. † De habitu autem miſſificantis caue-
tur, diſtinct. 23. c. Eccleſiaſtica, & c. vlt. de auth. & vſu pal-
lij. In quotidiano enim vſu non eſt veſtibus ſacris vtẽdum,
ad notandum, quod ſicut mutatione habitus, quam ſecun
dum literam facimus, ita & ſecundum ſpiritum agamus.
Non ergo cum veſtibus communis vitæ vſui poſitis in
Sancta Sanctorum ingrediamur, ſed cum conſcientia mun
da, & veſtibus mundis, & ſacris Dei ſacramenta tracte-
mus, vt de conſecrat. diſtinct. 1. ca. 1. Habemus enim de ve-
ſtibus ſacris exemplum veteris teſtamenti, in quo Sacer-
dos ſacrificium oblaturus certis veſtibus à Deo præſcrip-
tis vtebatur, induebaturque. Quæ quidem veſtes fuere ty-
pus, ac figura veſtium ſacrarum, quibus nunc induuntur
in ſacrificijs celebrandis noſtri Sacerdotes, vt præclarè
probat Card. Bellarmin. de Miſſa lib. 2. c. 14. de veſtibus ſa-
cris, de quibus latè agit etiam Durandus in rationale diui-
norum officiorum lib. 3. c. 1. & ſequentibus. Quatenus atti
net ad verba Canonis Miſſæ ſi quæ in eo ſunt, quæ ab Euã
geliſtis dicta non fuerunt, credere debemus, quod à Chri-
ſto Apoſtoli, & ab Apoſtolis eorum ſucceſſores ea accepe-
runt, ca. cum Marthæ 6 in princ. vſque ad §. quæſiuiſti, de
celebrat. miſſar. ita etiam decretum eſt in Concilio Triden
tino ſeſſ. 22. c. 4. & Canone 6. De nomine Canonis, ac de au-
thore, de antiquitate, de veritate, & alijs latè, ac meritorié
contra Lutherum, & alios impios laborauit Cardin. Bel-
larmin. in lib. 2. de Miſſa, cap. 18. & pluribus ſequentibus.
8 De ijs verò, quæ in miſſa ſunt decantanda habetur in ca. 4.
de celebrat. miſſarum. & de conſecrat. diſtinct. 1. ca. porrò
9 gloria, &c. † De nouem præfationibus miſſæ, cum decima
iam alibi dictum extat ex diſtinct. 1. c. inuenimus, & ex di-
ſtinct. 70. c. vlt. §. fin. de quibus, & Bellarminius, vbi ſupra,
10 c. 17. & 18. † De precibus tempore miſſæ perorandis ha-
betur in c. 1. de celebrat. miſſar. in Extrauag. commu. Vt in
ea pro defunctis oratio habeatur, diſponitur in d. diſtinct.
1. de conſecrat. c. viſum. Vel ſub generali commemoratione
tacitis nominibus, vt in d. c. viſum penult. §. defunctorum.
Vel nominibus ſub ſpeciali commemoratione recitatis ſe-
cundum formam cap. vlt. d. diſtinct. 1. Inter miſſarum ſo-
lemnia ſunt feſtiuitates denunciandæ laicis, vt ſciant tem-
pora feriandi per annum, id eſt omnem Dominicam à ve-
ſpera ad veſperam, ne iudaiſmo capiantur, vt de conſecr.
11 diſtinct. 3. in princ. † Præterea omnis Chriſtianus procu-
ret ad miſſarum ſolemnia aliquid Deo offerre, & ducere
ad memoriam, quod Deus per Moyſem dixit. Non appa-
rebis in conſpectu meo vacuus. Etenim in collectis San-
ctorum Patrum liquido conſtat, quod omnes Chriſtiani
offerre aliquid Deo ex vſu Sanctorum Patrum debent, vt
de conſecrat. diſtinct. 1. c. omnis. 69. Lapus allegat. 57. vt &
ſupra tit. 56. dictum eſt. Tandem nullus Epiſcopus, Preſ-
byter, aut Diaconus ad ſolemnia miſſarum celebrãda præ-
ſumat cum baculo introire, aut velato capite orare in Ec-
cleſia. Cum verò ingreſſus fuerit Epiſcopus, aut Preſbyter
ad miſſarum ſolemnia celebranda: niſi paſſio aliqua in-
teruenerit, nullo modo audeat data oratione recedere, vt
ab alio Epiſcopo, vel Preſbytero miſſarum ſolemnia ſup-
pleantur: ſed qui initium ponit, ſuppleat vſque in finem.
Quia ſcriptum eſt. Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic
ſaluus erit, aliàs punitur, vt de conſecrat. diſtinct. 1. ca. nul-
lus. 57. Et hæc de miſſa dicta ſufficiant, de qua tamen plu-
ra ſunt videnda ſupra tit. 77. & ſequentibus. Qui verò plu
ra deſiderant, & Theologicè, & hiſtoricè eruditiſſimè agi-
tata adeat Cardinalem Bellarminum in ſæpè citatis libris
de Miſſa.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum in genere pluribus modis definitur.*
2 *Sacramentum ſui natura complectitur octo capita.*
3 *Sacramentum dicitur à ſacro, & quæ ſint eius ſignificatio-
nes.*
4 *Iuramentum dicitur ſacramentum.*
5 *Sacramentum, quod Græcè dicitur Eucharistia, Latinè dici-
tur bona gratia, & omnia ſunt publica, & publici iuris.*
6 *Sacramenta ſunt ſeptem, & quæ.*
7 *Sacramenta diuiduntur in neceſſitatis, & dignitatis, & quæ
ſint.*
8 *Sacramenta omnia perficiuntur Crucis ſigno.*
9 *Sacramenta quæ iterari poſſint, & quæ non.*
10 *Ordinis ſacramentum, quando oporteat reiterari.*
11 *Sacramentorum effectus Spiritus ſanctus latenter opera-
tur.*
12 *Sacramenta hæreticorum, quatenus vera ſint.*
13 *Sacramentum pœnitentiæ in extremis poſitus ab hæretico po-
teſt accipere.*
14 *Laici excepto baptiſmo nullum ſacramentum poſſunt mini-
ſtrare.*
15 *Iniuria ſacramentis factæ ſunt à Regibus vindicandæ.*

Digitized by Google

De Sacramentis in genere. Tit. 83.

1 SAcramentum † enim eſt in aliqua celebratione, cum
res geſta ita fit, vt aliquid ſignificare intelligatur, quod
ſanctè accipiendum eſt, ita definitur in 1.q.1.ca. multi
84.§.ſacramentum verò. Sed à Theologis aliæ plures affe
runtur definitiones, videlicet. Quod ſit ſignum rei ſacræ.
Altera, inuiſibilis gratiæ viſibilis forma. Altera, & tertia.
Sacrificium viſibile inuiſibilis ſacrificij ſacramentum, vt
de conſecrat. diſtinct. 2. c. ſacrificium. 32. cum ca. ſequen. §.
1. inſtit. Lancellott. de ſacramentis. Cucchus inſt. de ſacra-
mentis Eccleſiæ in vniuerſum Durandus in rationale Di-
uinorum officiorum lib. 1. ca. 9. Quarta. Sacramentum eſt
corporale, vel materiale elementum, foris ſenſibiliter pro-
poſitum, ex ſimilitudine repræſentans, & ex inſtitutione
ſignificans, & ex ſanctificatione continens aliquam inuiſi-
bilem, & ſpiritalem gratiam, vt ex Hugone lib. 1. par. 9. ca.
2. Quinta Magiſtri ſententiarum libr. 4. diſtinct. 1. ita aſſi-
gnatur. Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma,
eiuſdem gratiæ imaginem gerens, & cauſa exiſtens. Sexta
Catechiſmi Concilij Tridentini eſt iſta. Sacramentum eſt
res ſenſibus ſubiecta, quæ ex Dei inſtitutione ſanctitatis,
& iuſtitiæ, tum ſignificandæ, tum efficiendæ vim habet,
2 quæ definitio pulcherrima eſt, cum breuiſſima ſit, † tamē
comprehendit omnia illa octo capita, quæ pertinent ad
naturam ſacramenti, videlicet, quod ſit ſignum, patet ex
verbo, ſignificandæ, ſenſibile, ex verbis ſenſibus ſubiecta.
Voluntarium, ex illis, ex Dei inſtitutione. Rei ſacræ, ex il-
lis, ſanctitatis, & iuſtitiæ. Sanctitatis, quæ tunc fiat vi ipſius
ſacramenti, ex illis verbis, vim habet. Quod ſit cæremonia
ſolemnis ex eo colligitur, quod dicitur eſſe res ſenſibus ſu-
biecta, inſtituta ad ſignificandum. Tandem, quod ſimili-
tudinem gerat rei ſignificatæ colligi poteſt ex illis verbis,
ſignificandæ ex Dei inſtitutione. Deus enim, qui ſuauiter
cuncta diſponit, nunquam inſtituiſſet rem vnam ad aliam
ſignificandam, niſi cum ea analogiam aliquam haberet.
3 † Et dicitur ſacramentum à ſacro, & multæ ſunt eius ſi-
gnificationes. Prima, vt ſacramentum dicatur pignus à li-
tigantibus in loco ſacro poſitum ſecundum Varronem lib.
4. de lingua Latina propè finem. Mos enim erat apud Ro-
manos, vt cum duo litigabant, tam qui affirmabat, quam
qui negabat deponeret quinquaginta æris in loco ſacro a-
pud Pontificem: finita verò lite, victor depoſitum ſuum
recipiebat, Victus verò ſuum perdebat, quod publico æra
rio applicabatur in pœnam calumnioſæ litis. Illa ergo de-
poſita ſacramenta appellabantur, quod in loco ſacro ſer-
uarentur. Hæc ſignificatio placuit Zuuinglio de vera, &
falſa religione, ca. de ſacramentis, dum inquit. Sacramen-
tum nihil aliud eſt, quam initiatio, & oppigneratio. Sicut
enim, qui litigaturi erant certum pecuniæ pondus depo-
nebant: ſic qui ſacramentis initiantur, ſe ſe obſtringunt, &
4 oppignerant. † Secunda ſignificatio eſt, vt ſacramentum
idem ſit, quod iuramentum, quod quidem niſi per rem ali
quam ſacram fieri non poteſt, cum Deum ipſum teſtem ci
tet omnis, qui iurat, immo per Deum iurant fideles, & hæc
ſignificatio frequentiſſima eſt in vtroque iure, tam ciuili,
quam Canonico, & in ſcriptoribus tam Gentilibus, quam
Chriſtianis, vt apparet ſupra lib. 2. tit. 28. 34. & ſequentib.
Tertia ſignificatio eſt, vt ſacramentum idem ſit, quod my
ſterium, proindeque ſignificet rem ſecretam, & ſignum rei
ſecretæ, & rem ſacrantem, & initiantem, vt explicando
etymologiam comprobat Bellarminius in lib. de ſacramen
tis, c. 8. in princ. Ob id enim ſacramenta dicuntur, quia ſub
tegumento corporalium rerum virtus diuina ſecretius ſa-
lutem eorumdem ſacramentorum operatur. Vnde & à ſe-
cretis virtutibus, vel ſacris ſacramenta dicuntur. Quæ
ideo fructuoſè penes Eccleſiam fiunt, quia ſanctus in ea
manens ſpiritus eorumdem ſacramentorum latenter ope-
5 ratur effectum. † Cuius panis, & Calicis ſacramētum Græ
cè Euchariſtia dicitur, Latinè bona gratia interpretatur, 1.
q. 1. c. multi 84. §. ſunt autem, & de conſecrat. diſtinct. 2. ca.
qui manducant 58. §. iſta ideo. Et ſacramenta omnia ſicut
habent ſuos publicos, quos vocamus ſacerdotes, & mini-
ſtros, vt dictum eſt ſupra tit. 1. nume. 6. & alibi. Ita & ipſa
omnibus publica ſunt, ac publici iuris diuini, quo omnibus
6 appetentibus ſunt communicanda. † Conſtat autem ſa-
cramenta numero ſeptem eſſe hæc. Baptiſmum, Confir-
mationem. Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vn-
ctionem, Ordinem, & Matrimonium, ex Cōcilio Triden-
tino poſt alia in ſeſſ. 7. Canone 1. ex Diuo Thom. 2. 2. q. 65.
Lancellottus inſtit. de ſacramentis, §. 2. Cucchus inſt. de ſa-
cramentis Eccleſiæ in vniuerſum, num. 7. Hunc ſacramen-
torum numerum ſeptenarium ex ſcripturis, & Patribus
probat Card. Bellarminius lib. 2. de ſacramentis, capit. 24.
7 † Quæ quidem diuiduntur in ſacramenta neceſſitatis, &
dignitatis, vt 1. q. 1. cap. remiſſionem 39. §. ſed notandum.
Neceſſitatis verò ſunt quinque. Baptiſmus, Confirmatio,
Euchariſtia, Pœnitentia, & Extrema vnctio. Cætera autem
duo ordo ſcilicet, & matrimonium ſunt dignitatis, & vo-
luntatis, d. §. ſed notandum, vbi gloſ. in verbo neceſſitatis,
& §. ſacramentum, & ſequent. inſtitut. de ſacramentis.
8 † & omnia Crucis ſignaculo perficiuntur, vt de conſecrat.
9 diſtinct. 1. ca. nunquid, num. 10. † Sed & inter ea quædam
ſunt, quæ iterari non poſſunt, ſed cautè ſupplendum eſt,
quod incautè fuerat prætermiſſum, c. 1. de ſacrament. non
iteran. & c. 3. eod. diſtinct. 68. in princ. cum cc. ſequentibus,
& 1. q. 7. c. & ſi illa. 23. §. breuiter cum duobus cc. ſequenti-
bus. Baptiſmus enim, & ordo iterari non debent, diſtinct.
68. c. ſicut ſemel, cum alijs ſupra citatis, alia verò quinque
10 reiterabilia ſunt conſtituta. † Verum ſacramentum ordi-
nis ſi ab eo ſit adminiſtratum, qui eius adminiſtrandi ius
non habet, reiterari oportet, 1. q. 7. d. c. & ſi illa. 23. §. breui-
ter cum duobus cc. ſequentibus. Imò illa non dicitur reite
ratio, ſed tantum integra ordinis datio, d. q. 7. cap. Diaber-
11 tum 24. in fine. † Effectum autem ſacramentorum Spiri-
tus ſanctus latenter operatur 1. q. 1. ca. multi ſunt. 84. §. quæ
ideo fructuoſè, vt probat etiam Card. Bellarminius libr. 2.
de effectu ſacramentorum, c. 1. & ſequentibus. Nec refert,
quod ſacerdos, qui illa miniſtrat malus ſit, vel non ido-
neus, vel prohibitus illa adminiſtrare. 1. quæſtione prima,
cap. ſi iuſtus. 30. cum ſequentibus vſque ad capit. remiſſio-
nem, §. ſed notandum, ca. intra Catholicam cum ſequenti-
bus, vſque ad capit. ſacerdotes. Si ergo ſacramenta in mo-
dum lucis ab immundis coinquinari non poſſunt, ſi in mo-
dum puri fluuij per lapideos canales ad fertiles areolas
perueniunt, patet, quod ſimoniaci ſacramentum vnctio-
nis ſibi quidem inutiliter, & pernicioſè habent, alijs autem
vtiliter, & ſalubriter eamdem vnctionem adminiſtrant.
12 † Sicut ergo ſunt vera ſacramenta hæreticorum quantum
ad formam, ita ſunt vera, & non inania quantum ad effe-
ctum, vt ſæpè dictum eſt in illis quinque, qui ſunt neceſſi-
tatis, dict. quæſtione prima, cap. remiſſionem 39. §. ſi ergo,
& §. ſed notandum, vbi gloſ. & cap. ſi qui 40. cum ſequent.
vſque ad cap. hi quouſque, & diſtinctione 32. cap. præter
6. §. verum principia, & 15. quæſtione 8. cap. 1. & capit. pe-
nult. Verum in ſimoniacis, & hæreticis id non admittitur,
dict. quæſtione prima, cap. fertur, capit. ſicut presbyteri, §.
quod autem, vſque ad cap. maledicam, §. hoc ergo, & 24.
13 quæſtione prima, cap. Subdiaconus, §. final. † Niſi in extre
mis poſitus ab hæretico pœnitentiam acceperit, d. 24. qō.
prima, capit. ſi quem 40. Vel baptizatus quis fuerit, vt an-
14 tea dictum eſt. † In laicis verò, quia non ſunt de ſorte Do
mini, excepto baptiſmo, abſolutiſſimum eſt, quod hi ſa-
cramenta non poſſunt miniſtrare, & ſi miniſtrentur, vel
nullum, vel lethalem habent effectum. 24. quæſtione pri-
ma, capit. Subdiaconus. 39. §. baptiſma namque. Cæterum
carebunt omni effectu ſacramenta indigno à quocumque
miniſtrata. Nec mirum. Ipſa enim ſalus noſtra Chriſtus
buccellam Iudæ dedit: ſtatim cum buccella non bonus,
ſed malignus ſpiritus in eum intrauit. Non quia bonus non
daret bonum, ſed quia malus malè accepit bonum: Sic-
que bonum effectum non habuit bonum, quia, vbi illud
faceret non inuenit. Item Dominus in patria ſua præſens,
& verus adfuit, non per malum miniſtrum, ſed per ſeip-
ſum nihil potuit, quia fidem non inuenit. 1. quæſtione pri-
ma, cap. quod quidam. 97. §. quamuis, & §. nec mirum, &
15 cap. per Eſaiam. 98. † Tandem obſeruandum pro choro-
nide eſt, quod iniuriæ ſacramentorum Chriſti ſunt à Re-
gibus vindicandæ. Si propterea perſecutor non fuit Nabu-
chodonoſor, quia ſcelus in Sanctum Danielem cōmiſſum
iuſtiſſimè vindicauit: quomodo vindicandum eſt à Regi-
bus, qui Chriſti ſacramenta exſufflantur, ſi Prophetæ mē-
bra, quia in periculum miſſa ſunt, ſic vindicari meruerunt,
vt 23. q. 5. cap. ſi propterea 35. & ſequent. & hæc de ſacra-
mentis in genere dicta ſufficiant. Qui verò alia illaque al-
tiſſima

ſiſſima ſcire deſiderat, adeat D. Thomam in 2. 2. quæſ. 60.
& ſeq. & Cardinalem Bellarminũ in lib. 1. & 2. de ſacra-
mentis in genere, nunc de illis in ſpecie nobis canonicè diſ-
ſerendum reſtat.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus quid ſit, & eius effectus.*
2 *Sacramentum Baptiſmi, eſt ſacramentum regenerationis.*
3 *Filius baptizati quare debeat baptizari.*
4 *Baptiſmus efficit ne peccatum obſit baptizato.*
5 *Baptiſmus aufert, & delet omnia peccata præterita.*
6 *Baptiſmus tollit peccatum originale, & actuale, ſed non facit impeccabiles baptizatos.*
7 *Baptiſmus Ioannis minoris efficacia quam Chriſti baptiſmus.*
8 *Baptiſmus Chriſti non eſt in aqua tantum, ſed & in Spiritu ſancto.*
9 *Baptiſmus nihil operatur ſine conſenſu baptizati.*
10 *Baptiſmus non proficit baptizato ad ſalutem, niſi poſtea crediderit, vel ſi peccauerit.*
11 *Baptiſmus traditus ab hæreticis in forma Eccleſiæ non reiterandus, ſed ſola ſanctificatio Sancti Spiritus inuocanda.*
12 *Baptiſmi verba formalia quæ, & ſine iis quis non dicitur baptizatus.*
13 *Baptiſmi virtus prouenit ex verbis non ex aqua.*
14 *Baptiſmus non prodeſt baptizatis extra vnitatem Eccleſiæ. limita.*
15 *Baptiſmus quibus non proſit.*
16 *Baptizati Chriſto incorporantur, & fiunt eius membrum.*
17 *Baptiſmus confert gratiam tam paruulis, quam adultis.*
18 *Baptiſmi gratia non amittitur per malitiam parentum.*
19 *Diabolus nequitiæ vires amittit in baptiſmo.*
20 *Baptiſmus non recipit maius, & minus.*
21 *Baptiſmus poteſt fide ſuppleri, ſi actu haberi non poſſit, & quando non baptizatus poſſit ſaluari.*
22 *Baptiſmus differre à conuerſione cordis, ſed ex vtroque ſalus hominis completur.*
23 *Vitæ rectitudo ſine conuerſione ad Dominum non proficit non baptizato ad ſalutem.*
24 *Martyr pro Deo quamuis non baptizatus ſaluatur.*
25 *Baptiſmi ſacramentum non eſt vbi deeſt verbum, vel aqua.*

De ſacramento Baptiſmi, & eius effectu. Titulus 84.

1 DE baptiſmo nulla quæſtio eſt. † eſt enim ritus ex-
preſſus: lauacrum aquæ in verbo vitæ. Epheſ. 5. &
inſtitutio ac mandatum Ioannis 3. Niſi quis rena-
tus &c. & Marci vlt. Baptizantes eos &c. & promiſſio gra-
tiæ. Matthæi vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſal-
uus erit, & Tit. 3. Saluos nos fecit per lauacrum, & Conci-
lij Tridentin. in ſeſſio. 7. canone 1. de ſacramentis, & de ba-
ptiſmo per plures canones. Catechiſmus Romanus ita de-
finiuit. Baptiſmus eſt ſacramentum regenerationis per a-
quam in verbo vitæ: illamque ex ſupra citatis ſcripturis
adfert, & opinionem comprobat Cardinalis Bellarminus
de ſacramento baptiſmi lib. 1. c. 1. de quo Lancellottus in
§. 1. & toto tit. Inſt. de baptiſmo, & eius effectu. Cucchus
Inſt. eod. tit. per totum, & plura referuntur in ſyntagma
commun. opin. loco 1. tit. 9. per totum. Quicunque enim ex
concupiſcentia carnis, & lege peccati, & mortis carnaliter
generantur, regenerari ſpiritualiter opus habet: vt non ſo-
lum ad Regnum Dei producatur: verum etiam à peccati
damnatione liberetur. Sicut enim per primum hominem
in peccato, & morte naſcuntur: ſic etiam per Chriſtum in
iuſtitia, & vita æterna in baptiſmo renaſcuntur, vt de cõ-
ſecratione diſtinct. 4. c. quiſque 137. Nam ſi baptizata eſt
caro Chriſti, quæ ſine peccato erat, propter exemplũ imi-
tationis quanto magis baptizãda eſt caro mortis propter
euitandum iudicium damnationis? Sicut verò in tempore
circumciſionis, qui de circumciſo naſcebatur, fuit circũ-
cidendus: ſic nunc qui de baptizato naſcitur, erit baptizan-
2 dus. † Sacramentum enim baptiſmi, ſacramentum eſt re-
generationis, quare ſicut qui non vixerit, mori nõ poteſt:
ita qui natus non fuerit, renaſci non poteſt: ex quo confi-
citur neminem in ſuo parente renaſci potuiſſe non natũ.
3 † Et quamuis parenti poſt conuerſionem propria peccata
non obſunt: tamen illis obſunt, qui ab eo generantur. Pa-
renti propter hoc non obſunt, quia renatus eſt: illis autẽ,
qui de illo nati ſunt, oberunt: quia etiam innouatus Pater
non de nouitate, ſed de reliquiis vetuſtis carnaliter gignit,
& filij ex parẽtum reliqua vetuſtate in peccati carne pro-
pagati, damnationem in ſacramento regenerationis eua-
4 dunt, vt de conſecrat. diſtinct. 4. c. ſi baptizata 132. † Effi-
cit enim baptiſmus, ne peccatũ baptizato obſit, ſed profi-
cit ei ad ſalutem. Nam per baptiſmum Chriſti id agitur,
vt euacuetur caro peccati: euacuatur autem, non vt ipſa
viuente carne concupiſcentia conſperſa, & innata repen-
te abſumatur, & non ſit: ſed ne obſit mortuo, quæ oberat
nato. Nam ſi poſt baptiſmum vixerit, atque ad ætatem
capacem præcepti peruenire poterit: ibi habet cum qua
pugnet, eamque adiuuante Deo ſuperet, ſi non in vacuum
gratiam eius ſuſceperit, ſi reprobatus eſſe noluerit. Nam
nec grandibus hoc præſtatur in baptiſmo, niſi fortè mi-
raculo ineffabili omnipotentiſſimi penitus extinguatur,
5 & non ſit: † ſed, vt quidquid mali ab homine factum di-
citur, cogitatum fuerit, cum eidem concupiſcentiæ ſubie-
cta mente ſeruirent, totum aboleatur, & velut factum nõ
fuerit habeatur, d. diſtinctio. quarta, cap. ſecundo, c. quod
autem, c. ex quo inſtituta, c. filius Dei, c. vt oſtenderet, cap.
à paruulo, c. quiſquis, c. non ex quo §. item meminiſſe, cap.
regenerante 136. & cap. 1. §. ſacramentum, de ſumma Tri-
nit. Clement. 1. §. adhoc, ver. quod celebratur, eod. tit. & c.
maiores 3. ver. ſed per ſacramentum, de baptiſmo, diſtin.
26. c. deinde, §. ſed obijcitur, & c. vna tantum, ver. ſed intel-
6 ligere. † Verè enim tollit peccatum baptiſmus non ſolum
originale, ſed actuale quale quantumque ſit, ſed non facit
homines impeccabiles, vt in d. c. 2. & in alijs ſupra citatis,
& vt probatur in Concil. Trident. ſeſſio. 5. decretũ de pec-
cato originali. & in ſeſſio. 7. canone 6. ex quo & ex ſcriptu-
ris comprobat Cardinalis Bellarminus de ſacramento ba-
ptiſmi, lib. 1. c. 13. & 14. Quoniam per eum non liberantur
homines à ſeruanda lege Dei, d. diſtinct. 4. cap. 2. cum alijs
allegatis, & Concilium in d. ſeſſio. 7. canone 7. Nec ab obli-
gatione legis eccleſiaſticæ. Concilium vbi ſupra canone 8.
Nec vota omnia per eum fiunt irrita. canone 9. Nec ſolæ
memoria baptiſmi poteſt dimittere peccata, quæ fiũt poſt
baptiſmum, canone 10. vt comprobat vtique Bellarminus
vbi ſupra c. 16. 17. & 18. contra aſſeuerantes contrariũ, qui
7 hæretici ſunt. † Sed de baptiſmo Ioannis non eſt credendũ
habuiſſe eandem vim cum baptiſmo Chriſti. Non enim
regenerabatur, qui baptiſmo Ioannis baptizabatur. Sed
quodam præcurſorio illius miniſterio, qui dicebat, Parate
viam Domini. Et ideo non erat illius efficaciæ, qua baptiſ-
mus Chriſti, vt de conſecrat. diſtin. 4. c. non regenerabantur
135. & Concilium Tridentinum ſeſſio. 7. canon. 1. Huic vni
8 in quo ſolo renaſci poterant parabantur, d. c. 135. † Huius
enim baptiſmus eſt non in aqua tantum, ſicut fuit Ioãnis,
verum etiam in Spiritu ſancto, vt de illo ſpiritu regenere-
tur quiſquis Chriſtum credit, de quo Chriſtus regenera-
tus regenerationem non cognouit. In aqua baptizari vo-
luit à Ioanne: non vt eius iniquitas vlla dilueretur: ſed vt
magna commendaretur humanitas. Ita quippè nihil in eo
baptiſmus habuit, quod ablueret; ſicut mors nihil, quod
puniret, inuenit. d. c. non regenerabantur 135. Et ſic patet
baptiſmum Ioannis non fuiſſe ſacramentum idem cũ ba-
ptiſmo Chriſti, & conſequenter non eiuſdem efficaciæ, vt
latè demonſtrat Bellarminus citato loco c. 19. notando ali-
quorum errores, & c. 20. 21. & ſequentibus illuſtrat veri-
tatem, diluit errores Catholicorum, & proſternit impie-
tatem hæreticorum. Quod autem probatum eſt baptiſ-
mum Chriſti tollere non ſolum peccatum originale, ſed &
peccata actualia qualiacunq; quantaqueunq; ſint, ex d.
diſt. 4. c. 2. & c. regenerante 136. cum alijs ſupra in id alle-
9 gatis, † notandum id non procedere in non conſentiente
baptizari. Huic enim nec originale, nec actuale peccatum
remittitur, c. maiores. §. ſed adhuc quæritur, & § verum
quidam. Ideoque D. Gregorius libro primo, epiſt. 45. mo-
net Epiſcopos Maſſiliæ Galliarum, ne ferant Iudæos vi
10 baptizari. † & ſi baptizatus in forma Eccleſiæ poſtea non
crediderit, vel peccauerit, non proficiet ei baptiſmus ad
ſalutem, d. diſtinct. quarta, cap. paruuli in fine, c. non dubi-
to, & Concilium Tridentinum ſeſſio. 7. canon 10. Niſi po-
ſtea pœnitentiam egerit peccatorum, c. 1. §. factum, ver. &
11 ſi poſt. de ſumma Trinit. † Prout minus proficiet ei, qui ab
hære-

hæretico,non in forma Eccleſiæ eſt baptizatus,qui tamen
non eſt reiterandus,ſed ſola ſanctificatione Sancti ſpiritus
inuocanda eſt, ſi in forma Eccleſiæ fuit ab hæretico bapti
zatus.1.q.1.c.1.c.etiam 48.in fine. cum duobus cc. ſequen-
tibus,c.hi,qui.50.§.cuius ablutio.& §.ſed notandum,capi
hanc regulam 17.§. cuius ablutio, & §. nemo in hæreſi &
12 c.ſpiritus.58.in princ. & §.ecce quando.† Nam ſi ſine for
ma Eccleſiæ, hoc eſt ſine illis verbis. Ego te baptizo in no-
mine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti,quis fuerit à quocũ-
que baptizatus , vel potius aqua dilutus , nihil prorſus eſt
13 actum,c.1.de baptiſmo.† Detrahe enim verbum,& quid
eſt aqua, niſi aquæ, accedit verbum ad elementum, & fit
ſacramentum. Vnde iſta tanta virtus aquæ,vt corpus tan-
gat, & cor abluat , niſi faciente verbo ? non quia dicitur,
ſed quia creditur. Nam & in ipſo verbo aliud eſt ſonus
tranſiens,aliud virtus manens,d.quæſt.1.cap.detrahe. 54.
14 † Sed & baptizans extra vnitatem Eccleſiæ, ſi ad illam nõ
redierint,baptiſmus cumulatur eis in perniciem. Tantum
enim valet Eccleſiaſticè ſocietati communio ad ſalutem,
vt baptiſmo non ſaluentur,quibus non ibi datur, vbi opor
tet,vt detur,d.quæſt.1.c.firmiſſimè 55. cum cap.ſequent.
15 † Minus prodeſt baptiſmus ad ſalutem ei , quem veteris
malæ vitæ non pœnitum,de conſecrat.diſtinct.4. cap.om-
nis , qui. Nec minus ei,qui nec fidem habet, nec charita-
tem,d.diſtinct 4.c.ſolet,§.quamquam ad ſalutem,cap.ve-
rus. Niſi illas habere per neceſſitatem deſit, vt in paruulis,
d.diſtinct.4.c.baptiſmi,§.ſicut autem,& §.fin.ca. paruuli,
c.nihil eſt,c.quæris,§.1.& §.fin. c.in Eccleſia,c.paruuli,ca.
mater,cap.quis autem. Per aquam autem baptiſmi homo
terrenus fit etiam Cœleſtis, d.diſtinct.4.capit.per aquam.
16 † Baptizati Chriſto incorporantur,& fiunt eius membra,
17 d.diſtinct.4. c.ad hoc baptiſmus. † Et per baptiſmum con
fertur gratia tam paruulis, quam adultis, Clement.1.§.ad
hoc,ver.verum,quia.de ſumma Trinitate.Quæ gratia po-
ſtea augetur,vel minuitur ſecundum opera bona, vel ma-
la,d.diſtinct.4.cap.nec quemquam,§.planè eadem gratia.
18 † Non tamen amittitur per malitiam parentum baptiza-
ti,d.diſtinct.4.c.quæris à me,in princ.vſque ad §.difficilli-
19 mum. † Diabolus nequitiæ vires amittit in baptiſmo,d.c.
nequaquam,§.quod ſi aliquis. Sed vetus infirmitas per eũ
non prorſus abſumitur, ſed vires amittit, d.diſtinct.4.cap.
20 non ex quo. † Baptiſmus non recipit maius,& minus,cap.
cum tantum. Præterea ſine baptiſmo originale peccatum
non ſoluitur, nec gratiam vitæ Cœleſtis quis conſequitur,
d diſtinct.4.c.firmiſſimè tene,c.non poteſt,ca.filius Dei,§.
21 fin.c.nulla præter. † Verum ſi fide ſuppleatur baptiſmus,
qui capi non poteſt ſaluabitur nihilominus , vt diſſeritur,
& ita reſoluitur,de conſecrat.diſtinct.4. c.baptiſmi vicem
34. per totum. Nam ex toto diſcurſu ibi.in §. quibus re-
22 bus, † oſtenditur aliud eſſe ſacramentum baptiſmi, aliud
conuerſionem cordis,ſed ſalutem hominis ex vtroque cõ-
pleri, nec ſi vnum eorum defuerit putare debemus conſe-
quens eſſe,vt & alterum deſit,quia & illud ſine illo poteſt
eſſe in infante,& hoc ſine illo potuit eſſe in latrone cõplen
te Deo, ſiue in illo, ſiue in iſto, quod non ex voluntate de-
fuiſſet,ex Diuo Auguſtino libr.4.contra Donatiſtas.Si au-
tem proficiunt, & antequam capiant baptiſmum, ipſo
profectu, & acceſſu ad nouum pertinet : & ſi priuſquam
ſpiritales fiant , ex hac vita rapiantur, cuſtoditi per ſacra-
menti ſanctitatem, in terra viuentium computantur , vbi
eſt ſpes noſtra,& portio Dominus. Nec inuenio quid ve-
rius intelligatur in eo , quod ſcriptum eſt. Imperfectum
meum viderunt oculi tui. Quandoquidem ſequitur. Et in
libro tuo omnes ſcribentur, vt idem Auguſt. libr. 1.de ba-
ptiſmo,c.15.relatus in d.diſtinct.4.ca.ſicut in ſacramentis.
23 151. §. ſi autem proficiunt. † Verum ſola recta vita , ſine
conuerſione ad Dominum non proficiet non baptizato ad
ſalutem,d.diſtinct.4 ca.Catechumenum in princ.Profecit
enim latroni ad Deum conuerſo , cui Deus ſua benignitate
24 ſuccurrit, d.ca. baptiſmi vicem. † In martyrio confitendo
Deum,& pro Deo defunctus, quamuis non baptizatus ſal
natur,d.c.Catechumenum.32. Et ille,qui non contemptu
baptiſmi, ſed aliquo alio impedimento non fuit baptiza-
tus,d.diſtinct 4.c.non dubito.149.& ſequen. Innocen.in c.
ad Apoſtolicam de presbytero non baptizato. Bellarmi-
nus de pœnitentia,lib.2.cap.13.in fine.Conſtat autem ba-
ptiſmus ex aqua, & Spiritu ſancto, ex aqua, & verbo , de
conſecrat.diſtinct.4.c.1.& c.1.§.voa,ver.ſacramentum ve
rò de ſumma Trinit. & c penult.de baptiſmo,& eius effe-
25 ctu. † Et vbi deeſt verbum, vel elementum aquæ, non eſt
ſacramentum baptiſmi,d.c.penult.& 1.q.1.c.detrahe. Sed
& de baptiſmo pertinentibus ad illud, de miniſtris ; ſuſci-
pientibus, & effectibus,latè agit Diuus Thomas in 3.parte
quæſt.66.vſque ad 70. excluſiuè, & Cardinalis Bellarmin.
vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *BaptiZandi munus quibus competat.*
2 *Diaconus non poteſt baptiZare,niſi neceſſitate vrgente.*
3 *Laicis fidelibus etiam fœminis permittitur baptizare in caſu neceſſitatis.*
4 *Pagani, Iudai, Haretici* } *Poſſunt baptizare.*
5 *Presbyter , qui per negligentiam dimiſit aliquem decedere ſine baptiſmo punitur.*
6 *Baptiſmus confertur paruulis ſub aliorum fide , & profeſſione.*
7 *Aegrotantes adulteri, qui reſpondere non poſſunt, aliorum teſtimonio baptizandi.*
8 *Muti, Surdi* } *Quomodo baptizentur.*
9 *Dormientibus, Amentibus, Imutis* } *An proſit baptiſmus.*
10 *Mali etiam ſunt baptiZandi.*
11 *Baptizari an poſſit in domibus priuatis.*
12 *Baptiſmus recipiendus in Eccleſia,cui quis ſubeſt,limitatur numero 13.*
14 *Baptiſterium in Eccleſia,non in monaſterijs tenendum.*
15 *Baptiſma generale quando celebrandum,limitatur nu.16.*
17 *Epiphania die non baptizandum.*
18 *Baptiſmus non differendus ſub ſpe abſolutionis ad diem mortis.*
19 *Adulti prius in fide inſtituendi,& poſtea baptizandi.*
20 *Adultorum in baptiſmo,quæ ſeruanda.*
21 *Modus,& obſeruantia baptiZandi.*
22 *Cognatio ſpiritualis,quomodo contrahatur.*
23 *Maritus, Vxor* } *Eundem de baptiſmo non debent ſuſcipere.*
24 *Compater idem poteſt eſſe in baptiſmo,confirmatione, & Catechiſmo.*
25 *Compater non baptizatus,nec confirmatus eſſe poteſt.*
26 *Monachi, Abbates* } *Compatres eſſe non poſſunt, nec habere commatres.*
27 *Compatres ſunt fideiuſſores apud Deum pro paruulis.*
28 *Baptizandi nomen ſuum dare debent.*
29 *Baptizandi pectus vngitur oleo Sancto,& quare.*
30 *Aqua baptiſmalis ſanctificatio non impeditur ſi verba erronee per imperitiam proferantur.*
31 *Fontis myſteria quid ſignificent.*
32 *Exorciſmus præcedit baptiſmum ad abijciendos ſpiritus immundos,& renunciatio Diabolo,& pompis eius.*
33 *BaptiZandi debent,vel per ſe,vel per alios reſpondere,interrogatis,& quæ ſint illæ interrogationes.*
34 *Baptiſmi ſolemnia,& cæremoniæ quid ſignificent.*
35 *Baptizatis adultis datur veſtis candida.*
36 *Neophiti à quibus debeant abſtinere.*
37 *BaptiZatum non cenſetur omne,quod eſt in homine.*
38 *BaptiZati debent dimittere ritus prioris ſectæ, nec vnquam ad eos redire.*
39 *Baptiſmus regulariter reiterari non debet.*
40 *BaptiZari non poteſt quis à ſe ipſo.*
41 *Baptiſmus non eſt ſi omittantur verba.Ego te baptizo.*
42 *Omiſſio verbi,Ego,non vitiat baptiſmum.*
43 *Trina immerſio , an neceſſaria , vel ſufficiat vna in baptiſmo.*
44 *Verba baptiſmi barbarè prolata non vitiant.*
45 *Aqua baptiſmi,quæ ſit danda.*
46 *Chriſtus cum baptiZaretur in Iordane dedit aquis vim ſanctificandi.*
47 *BaptiZatus animo ficto , & per iocum non dicitur baptizatus, limitatur ſi habuit ratum,num.48.*
49 *Paruuli conſequuntur baptiſmi effectus,licet non ea intentione baptizandi fuerint oblati.*

Bapti-

Digitized by Google

50 *Baptizari poteſt ad tollendum dubium is, de cuius baptiſmo*
dubitatur.
51 *Baptiſmus matris non prodeſt filio exiſtenti in vtero.*
52 *Apoſtata a fide ſi reſipiſcat non eſt rebaptizandus.*
53 *Baptiſma reiterantes puniuntur.*
54 *Baptiſmus imprimit in animam characterem indelebilem.*

Baptizandi munus, quibus competat. Tit. 85.

1 MVnus † itaque baptizandi regulariter non niſi ſa-
cerdotibus competit. Conſtat enim baptiſma ſo-
2 lis ſacerdotibus eſſe tractandum; † eiuſque my-
ſterium, nec ipſis Diaconis explere eſt licitum abſque Epi-
ſcopo, vel Presbytero, niſi his procul abſentibus vltima lan
3 guoris neceſſitas cogat. † Quod & laicis fidelibus etiam
fœminis plerumque permittitur, ne quiſpiam ſine reme-
dio ſalutari de ſæculo euocetur, vt de conſecrat. diſtinct. 4.
c. conſtat. 19. c. mulier. 20. c. in neceſſitate 21. & ca. ſanctum
4 eſt, & diſtinct. 93. c. diacones, §. abſque tine. † Immo & hæ
reticis, & Paganis, & Iudæis permittitur, vt in præcedenti
titulo fuit demonſtratum. Presbyteri verò, qui ratione mu
neris tenentur baptizare, ſi fontem lapideum ad hunc effe
ctum habere nequiuerint, vas conueniens ad hoc ſolum-
modo baptizandi officium habere debent, quod extra Ec-
cleſiam non poteſt deportari. d. diſtinct. 4. c. omnis presby
5 ter 106. † Et quicumque Presbyter in Prouincia propria,
vel in alia, vel vbicumque inuentus fuerit, commendatum
ſibi infirmum ſi baptizare noluerit, vel pro intentione iti-
neris, vel de alia aliqua excuſatione, & ſic ſine baptiſmo
moritur, deponitur, d. diſtinct. 4. c. quicumque, & cap. 22.
6 † Paruuli itaque à ſacerdotibus regulariter, & ab alijs ex
neceſſitate (vt dictum eſt) ſunt baptizandi aliorum fide, &
profeſſione, c. minores. 3. de baptiſmo. diſtinct. 5. c. 1. §. fina.
& c. baptizari, & de conſecrat. diſtinct. 4. ca. illud 6. c. Filius
Dei, c. paruuli etiam, c. ſi qui apud 28. §. fin. ca. paruuli alio.
74. c. nihil eſt. 76 Item & adulti. diſtinct. 5 c. 1. § fin. & cap.
baptizari, & cap. 1. §. ſacramentum. de ſumma Trinitate.
7 † & ægrotantes, qui, ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, a-
liorum ſuæ voluntatis teſtimonio ſunt baptizandi, quod
idem, & de pœnitentibus eſt agendum, de conſecrat. diſt.
8 4 c. ægrotantes. 75. & ca. paruuli 74. † Item & de mutis, &
9 de ſurdis, d. c. paruuli. 74. † Dormientes enim, atque inuiti
baptizati, vel amentes, quando ſuſcipiant characterem ba
ptiſmi, & quando non, & quando ſint baptizandi, vel
non, habetur in ca. maiores. 3. §. item quæritur vtrum dor-
10 mientibus. † Mali etiam ſunt baptizandi, de conſecrat. di-
11 ſtinct. 4. cap. eſt vnitas 49. † Verum ſacerdotes regulariter
non debent in priuatis domibus baptizare, ſed duntaxat
in Eccleſijs, in quibus ſunt ad hoc fontes ſpecialiter depu-
tati, vel retinentur propria baptiſmi vaſa, niſi Regum, vel
Principum, quibus valeat in hoc caſu deferri, liberi exti-
terint, aut talis neceſſitas emerſerit, per quam nequeat ad
Eccleſiam abſque periculo propter hoc acceſſus haberi.
12 Clement. 1. de baptiſmo. † Et quiſque in ſua, cui ſubeſt Ec
cleſia eſt baptizandus, quia vnus ſacerdos alterius paro-
chiæ terminos, plebem, & ius non valet vſurpare. 7. q. 1. ca.
placuit, c. Epiſcopus, c. ſicut. 9. q. 2. c. 1. c. nullus, cap. Epiſco-
pum, c. Epiſcopi, c. non imitari. 13. q. 1. in princ. cum ca. ſe-
quen. 25. q. 1. c. quæ ad perpetuam, q. 2. ca. in Galliarum, &
13 cap. nullus 3. de parochijs, & Canone Apoſtolico. 15 † Niſi
baptizandus peregrinetur, vel certum non habeat domici-
lium, hoc enim caſu in ea Eccleſia, quam elegerit, baptiza-
ri poteſt. 10. q. 3. ca. nec numerus in princ. ver. aut in electa,
& ibi gloſſ. In monaſterio tamen baptizandum non eſt.
14 † Quoniam baptiſterium in monaſterio non permittitur
fieri, immo ſi factum reperiatur, eſt deſtruendum, & in
eodem altare fundandum. 18. quæſtione 2. cap. pridem. 7.
15 † Præterea generale baptiſma non niſi Sabbato Sancto Pa
ſchæ. & Pentecoſtes eſt celebrandum, de conſecrat. diſtin-
ctione 3. c. celebritatem, §. eodem quoque, & diſtinct. 4. ca.
non ratione, c. duo ſunt tempora, c. propriè, c. de Catechu-
16 menis, ca. venerabilis, & c. baptizandi. † Niſi fortè aliquis
ex baptizandis ſit infirmus, vel aliàs in periculo vitæ conſti
tutus. hic enim quandocumque baptizari poteſt, d. cap. de
Catechumenis in fine cum cap. ſequent. dict. cap. venera-
17 bilis in fine, & d. cap. baptizandi, ver. excepto. † Sed in die
Epiphaniæ baptizandum non eſt, d. diſtinct. 4. c. ſi quis au
18 tem 74. vbi aſſignatur ratio. † Tandem, & de tempore ba
ptiſmi eſt notandum, quod in diem mortis inſtantis bap-
tiſmus non debet differri. Quando enim quis propterea
peccat, vt ſanctum baptiſma in nouiſſima ſua expiratione
ſuſcipiat, fortaſſis non adipiſcitur, ita D. Chryſoſtomus ad
Hebræos homil. 13. c. 7. ſubdens. Credite mihi: non terrens
vos dico, quod dicturus ſum. Multos noui, qui hoc paſſi
ſunt, qui ſpe baptiſmi multa peccabant, circa diem autem
mortis diſceſſerunt vacui, Deus enim propter hoc baptiſ-
ma tribuit, vt ſoluat peccata, non vt addat. Si verò, qui ad
hoc vtitur baptiſmate, vt ampliora delinquat, ipſum fit
negligentiæ cauſa, d. diſtinct. 4. c. quando 128. ex D. Chryſo
19 ſtomo, vbi ſupra. † Sed adulti baptizandi, ſunt prius in fi-
de inſtruendi, & examinandi, & catechizandi, d. diſtinct.
4. c. ante baptiſmum. 54. cum ſequentibus, vſque ad capit.
20 poſtquam, & ca. Iudæi. † Et ſuſcipiendi ſunt ante tres ſe-
ptimanas Paſchæ illi, qui ſunt baptizandi, d. diſtinct. 4. ca.
non liceat. 59. Et prius ab eis eſt pœnitentia agenda in exte
riori ſatisfactione, & afflictione, d. diſtinct. 4. ca. agunt. 97.
& ſequen. & c. ſine pœnitentia 99. vbi glo. & à vino, & eſu
carnium per quadraginta dies debent abſtinere, d. cap. ne
21 quod abſit. 98. † Sed & de modo baptizandi plura ſunt
obſeruanda per ſacerdotes baptizantes. Primum obſer-
uandum eſt, quod non plures, ſed vnus debet offerre ba-
ptizandum. Non enim plures ad ſuſcipiendum de baptiſ-
mo infantem accedant, quam vnus, ſiue vir, ſiue mulier,
d. diſtinct. 4. c. non plures 101. & cap. quamuis 3. de cognat.
22 ſpirituali. † Si tamen plures acceſſerint, ſpiritualis inde
cognatio contrahitur, matrimonia contrahenda impedi-
ens, & etiam poſt contracta diſſoluens, d. c. 3. ver. ſi tamen.
23 † Hac itaque ratione maritus, & vxor eundem offerre, &
de baptiſmo ſuſcipere non debent, ca. penult. §. fin. & cap.
24 vlt. 30. q. 4. † Secundo eſt obſeruandum, quod idem com-
pater eſſe poteſt in Catechiſmo, baptiſmo, & confirma-
25 tione, de conſecrat. diſtinct. 4. ca. in Catechiſmo. † Sed qui
baptizatus non eſt, nec confirmatus offerre, nec ſuſcipere
26 poteſt, d. diſtinct. 4. c. in baptiſmate. † Tertio eſt notandũ,
quod Abbas, vel monachus Compatres eſſe prohibentur,
& habere Commatres, d. diſtinct. 4. ca. non licet. 103. & ſe-
27 quen. † Quarto eſt obſeruandum, quod qui de baptiſmo
paruulos ſuſcipiunt, pro eis apud Deum fideiuſſores exi-
ſtunt. Ideoque ſemper eos admonere debent, vt caſtitatẽ
cuſtodiant, iuſtitiam diligant, & charitatem teneant, &
ante omnia ſymbolum, & orationem Dominicam debent
ipſi tenere, & illis quos ſuſceperint de ſacro fonte oſten-
dere, d. diſtinct. 4. ca. vos ante omnia. 105. Sed & viua voce
oblatio de baptizandis eſt facienda. Nouella con. 123. §. ad
hoc iubemus. Auth. de ſanctiſs Epiſcop. & ipſis baptizatis
quoque, quod in baptiſmo fuit pollicitum ſummoperè
eſt attendendum, ne infideles, ſed fideles, & ipſi inuenian-
28 tur, de conſecrat. diſtinct. 3. c. celebritatem 22. † Præterea
ipſi baptizandi nomen ſuum dare debent, d. diſtinct. 4. ca.
baptizandi 60. Deinde à ſacerdote iniunguntur, vt ſacrum
29 baptiſma cum fide accepta cuſtodiatur. † Vngitur tunc
illius pectus de oleo ſanctificato cum inuocatione Sanctæ
Trinitatis, vt nullæ reliquiæ latentis inimici in eo reſide-
ant, ſed in fide Sanctæ Trinitatis mens eius confortetur,
Vngitur, & in ſcapulas de eodem oleo, vt vndique munia-
tur, & ad bona opera facienda per Dei gratiam robore-
tur, & poſtea conſecratur frons, & ad baptiſmum Cate-
chumenus accedit, d. diſtinct. 4. c. deinde 70. Quomodo au
tem fontem baptiſmi Trinitatis præſentia conſecrat, habe
30 tur in d. diſtinct. 4. c. venit ſacerdos. 71. † Sed verba erroris
per imperitiam prolata, non impediunt aquæ ſanctifica-
31 tionem, ca. ſi non ſanctificatur. 72. † Quid autem ſignifi-
cent myſteria, quæ in fonte baptiſmi celebrantur habetur
in d. diſtinct. 4. cap. prima igitur. 73. ex Diuo Auguſtino ad
32 Neophitos homil. 3 † Verum, ſiue paruuli, ſiue iuuenes
ad regenerationis veniunt ſacramentum, non prius fontẽ
vitæ adeant, quam exorciſmis, & exſufflationibus Cleri-
corum, ſpiritus ab eis immundus abijciatur, d. diſtinct. 4.
c. ſiue paruuli 53. c. ante. 20. 55. c. poſtquam 61. ca. ſicut no-
ſtis 62. c. dehinc iterum 66. Sed ante omnia renunciãdum
eſt Diabolo, & pompis, & operibus eius, vt docet Diuus
Auguſtinus in d. c. prima. 73. & c. primum 95. d. diſtinct. 4.
33 † Si baptizandus loqui non poteſt alius debet ſupplere, &
reſpondere pro eo interrogatus, ca. paruuli 74. c. ægrotan-
tes.

Digitized by Google

tes 75. c.cum paruuli 77. d.diſt.4. Interrogationes autem
faciẽdæ baptizatis, quibus reſpondẽdũ eſt, vel per ipſos ſi
poſſunt, vel per alios ſi non poſſunt, proponuntur ex Di-
uo Auguſtino ad Neophitos homil.3. in d.cap.prima. 73.
34 † Et hinc iam dicuntur ſuper eos orationes, datur ſal be-
nedictum in os, vt per ſal typicum ſapientiæ ſalis conditi
fœtore careat iniquitatis, & ne à vermibus peccatorum
vltra putrefiant, ſed magis illæſi ſeruentur ad maiorem
gratiam percipiendam, d.diſtinct.4. c.& hinc 64. c.ſal cæ-
leſtis 65. Poſtea tanguntur nares, & aures cum ſaliua, &
dicitur effeta, quod eſt adaperire. & quare hæc dicantur
habetur in. d. diſtinct.4. c.poſtea 68. aſperguntur cũ aqua
benedicta, c.in Sabbato, cap.nec quemquam. & ſignantur
ſigno Crucis in corde, & fronte, c. poſtea ſignatur 63. De-
mum dicitur veniſti ad fontem, ingreſſus es: conſidera
quid videris, quid locutus ſit, conſidera repetitur diligen-
ter, occurrit tibi Leuita, occurrit presbyter, vnctus es,
quaſi athleta Chriſti, vt catechumenus ad baptiſmum ac-
cedas, d.diſtinct.4. cap.veniſti 87. Poſtea trina merſione in
nomine Trinitatis baptizatur, & quare, dicitur in d.diſtin.
4.c.poſtquam 78. cum duobus ſequent. & c.eodem modo
81. cum ſequent. & c.1. §.ſacramentum, de ſumma Trinit.
Sed vnam tantum merſionem ſufficere in nomine Trini-
tatis ſatis conſtat in d. diſtinct.4.c.de trina. & ex D.Grego
rio lib.1. epiſt.41. ver. de trina. Ratio autem myſteriorum
omnium, quæ fiunt in baptiſmate habetur ſingulariter in
allegatis canonibus pro quolibet myſterio, & generaliter
35 omnium in c.prima igitur 73. † Poſt baptiſmum danda
eſt baptizatis adultis veſtis candida, deſignans per eã inno
centiam, & puritatem Chriſtianam, quam poſt ablatas
veteres maculas, ſtudio ſanctæ conuerſationis immacula-
tam ſeruare debent, repreſentandam ante tribunal Chri-
36 ſti, d.diſtin.4.c.poſt baptiſmum 91. & ſequen. † Sed Neo-
phiti, ideſt nuper baptizati, aliquandiu à latioribus epu-
lis, & ſpectaculis, & coniugibus debent abſtinere, de con-
ſecrat. diſtinct.5. c.Neophiti 15. Quibus poſt baptiſmum
confirmationis ſacramentum eſt præſtandum, d.diſtinct.
37 5.c.1. † Sed homine baptizato non omne quod in homine
eſt baptizatum cenſetur, d.diſtinc.4.c.ſi quicquid 35. alias
& homo in matris vtero poſſet dici baptizatus in baptiſ-
38 mo matris, quod verum non eſt. † Tandem prioris ſectæ,
vel fidei ritus debent dimittere, neque vnquam ad illos
redire, ſed ſtare in fide, & ritibus Eccleſiæ, c.quidam 4. de
apoſtatis. haſce eaſdem cæremonias, quæ ante, & poſt ba-
ptiſmum fiunt recenſet Cardinalis Bellarminius de ſacra-
mento baptiſmi, c.25.26. & 27. An autem baptiſmus rei-
39 terari poſſit? nunc eſt videndum: † & quidem adeſt regu
la negatiua, quod non poſſit reiterari, vt & ſupra in præce-
denti, tit. dictum eſt, c.vlt. de baptiſmo, canone Apoſtolic.
46. diſtinct.68. c.1. c.presbyteri, §.fin. 1.q.1. c.hanc regulã,
& de conſecrat. diſtinct.4. c.non licet, c.baptizare, cap.de
Arrianis, c.cum itaque, §.ſcimus quidem, c.quibus, c.eos
quos, & l.1.2.& 3, C.ne ſacrum baptiſma reiteretur. Nec
refert, quod baptizans non habuerit ius baptizandi, vel
non fuerit idoneus, quia nihilominus baptiſmus datus ab
eo non reiteratur. 1.quæſt.1. c.remiſſionem, §.ſed notan-
dum, cap.ſi quis, §.cætera, c.dedit, c.ſicut vrgeri. c.hi qui,
c.hanc regulam, §.nemo, c.Spiritus ſanctus, cap.ſi quis per
cum alijs allegatis ſupra in tit.præcedenti. Minus refert,
quod paganus, Iudæus, hæreticus, vel alias malus baptiza-
uerit, quoniam non ideo iterabitur, de conſecrat. diſtinct.
4.c.Romanus, c.à quodam, c.ſi inter, c.baptiſmus, ca.cum
baptizatus, c.ſi qui apud, c.quamuis, c.oſtenditur, cap.hi
de quibus, c.alius eſt, c.nullus autem, c.quomodo, cap.non
in vobis, c.ab antiqua, c.ſiue hæreticus, & 1.q.1. cap.quod
quidem 24 q.2. c.miramur, §.obijcitur tamen, c.ſubdia-
conus, §.poteſt tamen, c.ſi quem. Verum ſi non baptiza-
uerunt in forma Eccleſiæ, quia tunc non dicitur baptiza-
tus, baptizabitur denuo ex integro in Eccleſiæ forma 1.q.
1.c.hi qui, §.ſed notandum cum ſequent. vſque ad cap.te-
neamus, & de conſecrat. diſtinctio. quarta, cap.ſi re vera,
cap.quos à paganis, c.hi verò, cap.de Arrianus, & canone
Apoſtolico 46. ver. aut pollutum. & hæc non dicitur reite-
ratio baptiſmi, ſed baptiſmus, vt in allegatis canonibus.
Minus refert, quod non baptizatus baptizauerit in forma
Eccleſiæ, quia nihilominus dicitur baptizatus, nec reitera-
tur 1.q.1.c.ſi presbyter, ver.& omnes, & diſtinct.4.c.ſolet
40 etiam, de conſec. † Sed ſi quis ſe ipſum baptizauerit, erit
denuo ab alio baptizãdus, quia nemo poteſt ſe ipſum ba-
ptizare, etiam inſtante neceſſitatis articulo, debet enim in-
ter baptizantem, & baptizatum eſſe diſcretio, ſicut ex ver
bis Domini colligitur, dicentis Apoſtolis. Ite, & baptizate
omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti:
Ad quod etiam deſignandum ipſe Chriſtus, non à ſe ipſo,
ſed à Ioanne voluit baptizari, c.debitum 4. de baptiſmo.
41 † Idẽ erit ſi in baptizando fuerint omiſſa verba hæc: Ego
te baptizo, c.1. de baptiſmo, his enim caſibus non eſt ba-
42 ptizatus, ideo baptizatur, nec dicitur iteratio. † Verũ cir-
ca omiſſionem verborum, ego te non eſt habendus ſcru-
pulus, cum dicitur baptizo, quo verbo ſatis exprimitur
perſona miniſtri, vt defendit, & cum ratione Cardin. Bel-
larminius de ſacramento baptiſmi, lib.2.c.3. ver. eſt igitur
43 hæc. † Et illa trina immerſio, cum & vna ſufficiat vt dictũ
eſt, & probat ex Concilio Toletano 4.c.5. Bellarminius li-
bro 4. de ſacramento Euchariſtiæ c.28. & c.23. non eſt ne-
ceſſaria de eſſentia ſacramenti: vt in d.Concilio Toletano
4.c.5. ex Gregorio Sancto ad Sanctum Leandrum libro 1.
epiſt.4. Bellarminius de ſacramento baptiſmi c.26. Minus
refert quod aliquis error interueniat, nam ad baptiſmum,
qui verbis Euangelicis conſecratur non pertinet cuiuſquã
vel dantis, vel recipientis error ſiue de Patre, ſiue de Filio,
ſiue de Spiritu ſancto aliter ſentiat, quam cœleſtis doctri-
na inſinuat, vt de conſecrat. diſtinct.4.c.ſatis 48 cap.ſi non
44 ſanctificatur, c.retulerunt 86. † Vel proferat verba barba-
rè, vt ego te baptizo in nomine patria, & filia, & Spiritus
45 ſancta, d.c.86. † Sed aqua conſecrata baptiſmus eſt dan-
dus, non enim omnis aqua ſanat, ſed aqua ſanat, quæ ha-
bet gratiam Chriſti, aliud eſt elementum, aliud conſecra-
tio, aliud opus, aliud operatio Aqua opus eſt: operatio Spi
ritus ſanctus eſt, d.diſtinct.4. c.per aquam 9. §.non omnis
aqua, §.quare autem, c.nunquam, c.venit 71. cum c.ſequẽ.
Sed benedictio aquæ non eſt de eſſentia ſacramenti: poſ-
ſent enim in aqua fluminis, aut maris ſine vlla præcedente
benedictione homines verè baptizari, vt in libro 4. de ſa-
cramento Euchariſtiç c.3. in princ probat Cardinalis Bel-
46 larmin. & de ſacramento baptiſmi, lib.1.c.2 † Patres enim
communi conſenſu docent, Chriſtum cum baptizaretur
in Iordane, dediſſe aquis vim ſanctificãdi, quos omnes re-
fert, & ſequitur Cardinalis Bellarminius vbi ſupra libr.2.
c.5. ver. Tertio Patres, & lib.1. de effectu ſacramenti, cap.
8. ver. quarta ratio, & illas conſecraſſe, vt in lib.1. de ſacra-
47 mento baptiſmi, c.23. ver. ſed præcipua fuit. † Verum ſi
quis ficto animo, & mimicè ſit baptizatus, & ioculariter,
non eſt baptizatus, ideo baptizandus, d.diſtinct.4. de con-
48 ſecrat. c.ſolet etiam, c.quando, §.his qui ficto corde. † Niſi
baptizatus id poſtea ratum habuerit, baptiſma verò cor-
49 de, d.diſtin.4.§.tunc valere. † Si paruuli non ea intentione
baptizandi fuerint oblati, vt veros baptiſmi effectus con-
ſequantur, tamen illos veros effectus conſequantur, d.di-
ſtinc.4 c.non illud, c.ſatis oſtendimus. Nec ideo ſunt iterũ
50 baptizandi. † Verum ſi dubitetur an quis ſit baptizatus,
tunc ad tollendum omne dubium baptizatur, c.de quibus
2. de baptiſmo, & d.diſtinct.4.c.paruulos, c.placuit, de in-
51 fantibus, c.cum itaque, c.ſi nulla. Matre verò baptizata, ſi
infans in vtero exiſtat, baptiſmus matris ei non prodeſt,
ideoque baptizatur, d.diſtinct.4.c.ſi quicquid, c.ſi ad ma-
tris, c.qui in maternis, c.ſi qua mulier. Quod autem pri-
mo baptizatus fidem, & charitatem non habuerit facit,
quod non ſit baptizatus, & quod debeat rebaptizari, dict.
52 diſt.4.c.ſicut, §.non intereſt, vſque ad finem. † Nec quod
baptizatus poſtea ſit factus Apoſtata facit, quod ſi reſipi-
ſcat ſit iterum baptizandus, d.diſtinct.4. de conſecrat. cap.
oſtenditur, § ſicut enim, c.ſanctum eſt, ver. cum in naui, c.
53 nullus autem, c.quod quidam. † Contra autem reiterãtes
baptiſma ſtatuuntur pœnæ in c.2. de Apoſtatis, in l.1 & 2.
54 & toto tit. C.ne ſacrum baptiſma reiteretor. † Imprimit
enim baptiſmus caracterem in animam hoc ſignũ quod-
dam ſpirituale, & indelebile, & ideo reiterari non poteſt,
vt decernitur etiam in Concilio Tridentino ſeſſio.7. de ſa-
cramentis canon.9.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio præſtanda poſt baptiſmum.*
2 *Ritus confirmationis prouenit ex impoſitione manuum Apo-
ſtolorum.*

3 Con-

Digitized by Google

3 *Confirmatio an neceſſaria, & à Chriſto ordinata.*
4 *Chriſmatis ſacramentum, vt baptiſmus ſacroſanctum.*
5 *Chriſmatis effectus.*
6 *Sacramentum manuum impoſitionis magna veneratione tenendum, nec perficitur, niſi à ſummis ſacerdotibus.*
7 *Sacramentum manuum impoſitionis ieiunis à ieiunis tradendum.*
8 *Chriſma poteſt ab Epiſcopis demandari presbyteris.*
9 *Confirmandus non niſi ab vno poteſt offerri.*
10 *Confirmatio non eſt reiteranda.*

De ſacramento Confirmationis, ſeu manuum impoſitionis. Tit. 86.

1 POſt baptiſmum † confirmatio eſt præſtanda. vt de cõ
ſecr. diſt. 5. c. 1. c. de his verò in fine. Lancell. in 9. t. & to
to tit. inſt. de ſacramento Chriſmatis. Cucchus inſt. de
ſacramento Confirmationis, & in Concil. Trid. ſeſſ. 7. de cõ
2 firmatione. † De confirmatione enim habemus ritum externum,
manuum impoſitionem. Act. 8. & 19. Habemus effectum
gratiæ ibidem. Nam per manus Apoſtolorum dabatur
Spiritus ſanctus, eadem phraſi qua dictum eſt Tit.
3. de baptiſmo. Per lauacrum regenerationis ſaluos nos fecit.
De hoc ſacramento inſtitutionem, & mandatum non
habemus expreſſum in ſcriptura. tamen colligitur euidenter
in locis citatis, & probant Concilia generalia Conſtantinopolitanum
1. Canone 7. Florentinum in inſtructione
Armenorum, & Trid. in ſeſſ. 7. de confirmatione, c. 1. & ſcripturæ
quas citat Card. Bellarm. lib. 2. de confirm. c. 2. & Patres,
quos citat in c. 3. 5. & 6. & D. Th. in 3. par. q. 72. Nec Apoſtoli
ita confidenter nunquam, & ordinariè impoſuiſſent
manus ad gratiam Spiritus ſancti communicandam,
niſi Dominus id præcepiſſet. Non enim ignorabant nõ poſſe
vllum hominem inſtituere cæremoniam, ad quã ſequeretur
gratia Spiritus ſancti. Proinde oporteret, vel Apoſtolos
fuiſſe temerarios, quod nemo ſanè mentis diceret, vel
habuiſſe Chriſti mandatum, vt per manuum impoſitio-
3 nem baptizatos confirmarent. † Suadetur etiam cæremoniam
illam fuiſſe ordinariam, & neceſſariam illis à Chriſto
demandatam, & non ſatis fuiſſe orare Deum pro aduentu
Spiritus ſancti ex eo, quia Apoſtoli primarij Petrus,
& Ioannes tantum laboris, & itineris ſuſceperunt, vt irent
ex Hieroſolyma Samariam, ad imponẽdas manus ijs, quos
Philippus Diaconus baptizauerat. Nam ſi non fuiſſet neceſſaria,
orare poterant pro illis manẽtes Hieroſolymæ. Notandum
etiam eſt manuum impoſitionem coniunctã fuiſſe
cum vnctione, & ſigno Crucis inſimul, idque miniſterio
manus Epiſcopalis. Dionyſ. de Eccleſ. Hierarc. c. 2. & 4. par.
3. Tertul. li. de reſurrect. carnis. Caro vngitur, vt anima cõ
ſecretur, & Cyprian. lib. 1. epiſt epiſt. 12. & lib. 2. epiſt. 1. illã
modò vocat vnctionem, modò manus impoſitionem, &
vocat ſacramentum, ibi enim loquens de baptiſmo, & confirmatione,
inquit, Tunc plene ſanctiſicari, & eſſe filij Dei
poſſunt, ſi ſacramento vtroque naſcantur. Diuus Auguſt. li
4 bro 2. contra literas Petiliani, c. 104. inquit. † Sacramẽtum
Chriſmatis in genere viſibilium ſignaculorum Sacroſanctum
eſt ſicut ipſe baptiſmus, & eſt tex. in d. diſt. 5. c. de his
verò 3. & c. 1. §. per frontis, de ſacra vnctio. Concilium Trident.
vbi ſup. Et vt alia ſacramenta perficitur ſigno Crucis,
d. diſt. 5. c. nunquid 10. & Chriſmate, vt dictum fuit, &
probant Scripturæ, Concilia, Summi Pontifices, & Patres
citati per Card. Bellarm. lib. 2. de confirmatione, c. 2. & ſe-
5 quentib. & c. 8 † Quare omnes fideles per manuum impoſitionem
Epiſcoporum Spiritum ſanctum poſt baptiſmũ
ſuſcipere debent, vt pleni Chriſtiani inueniantur, quia cũ
Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, &
conſtantiam dilatatur, d. diſt. 5. ca 1. nec non ad omnia patienter
toleranda, vt obſeruat Card. Bellarm. de arte benè
moriendi, lib. 1. c. 11. Spiritus ſanctus, qui ſuper aquas baptiſmi
ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte plenitudinem
tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum ad
gratiam, & quia in hoc mũdo tota ætate victuris inter inuiſibiles
hoſtes, & pericula gradiẽdum eſt, in baptiſmo regeneramur
ad vitam, poſt baptiſmum confirmamur ad
pugnam, in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur.
Et quamuis continuò tranſituris ſufficiant regenerationis
beneficia, victuris tamen neceſſaria ſunt confirmationis
auxilia. Regeneratio per ſe ſaluat mox in pace beati
ſæculi recipiendos: Confirmatio autem armat, & inſtruit
ad agones mundi huius, & prœlia reſeruandos. Qui autem
poſt baptiſmum cum acquiſita innocentia immaculatus
peruenit ad mortem, confirmatur morte, quia non poteſt
peccare poſt mortem, d. diſt 5. ca. 1. & Card. Bellarmin. de
6 arte benè moriendi, lib. 1. c. 10. & 11. † Manus quoque impoſitionis
ſacramentum magna veneratione tenẽdum eſt,
quod ab alijs perfici non poteſt, niſi à ſummis ſacerdotibus,
quales ſunt Epiſcopi. d. diſt. 5. c. 1. & c. manus 4. & Concilium
Trid. ſeſſ. 7. de confirmatione Canone 3. Nec tempore
Apoſtolorum ab alijs, quam ab ipſis Apoſtolis legitur,
aut ſcitur eſſe peractum, nec ab alijs, quam ab illis, qui
eorum tenent locum, vt ſunt Epiſcopi, vt dictum fuit ſupra
tit. 7. vnquam perfici poteſt. aut fieri debet, d. c. 4 & d.
Canone 3. Concilij. Nouiſſime à ſummo ſacerdote per impoſitionem
manus Paracletus traditur baptizato, & roboratur
per Spiritum ſanctum ad prædicandem alijs idem
donum, quod ipſe in baptiſmate conſecutus eſt per gratiã
7 vitæ donatus æternæ, d. diſt. 5. c. nouiſſimè. 5. † Epiſcopi verò
ieiuni ieiunis per impoſitionem manuum tradere de-
8 bent gratiam, d. diſt. 5. c. vt ieiuni 6. & ſeq. † Poſſunt tamen
demandare Presbyteris, vt ipſis præſentibus baptizatos in
frontibus Chriſmate tangant, diſtinct. 95 in princ. ca. 1. &
ſequen. & c. Presbyteri 1. & vt docet Bellarminus, vbi ſu-
9 pra libro 2. cap. 12. per totum. † Verum confirmandas non
niſi ab vno offerri poteſt, cap. vltim. §. de confirmatione, de
cognat. ſpirituali in 6. & de conſecrat. diſtinctione 4. capit.
non plures. 101. & poteſt offerri ab eodem, qui eum in baptiſmo
obtulit, d. diſtinctione 4. capit. in Catechiſmo. 100.
Non eſt tamen conſuetudo Romana. Sed per ſingulos ſin
10 guli ſuſcipiuntur, dict. cap. 100. † Tandem, vt & de baptiſmo
dictum eſt, ſemel confirmatus non eſt iterum confirmandus,
quia & confirmato imprimit in anima characterem
indelebilem, de conſecrat. diſtinct. 5. ca. de homine
9. & Apoſtolus ad Hebræos 6. Concilium Tridentinum
in ſeſſ. 7. Canone 9 §. rurſus, inſtit. de ſacramentis. Bellarminius,
vbi ſupra libro 1. cap. 11. de confirmatione, de
qua hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Euchariſtiæ ſacramenti inſtitutio, & num. 7.*
2 *Euchariſtiæ ſacramentum præcellit omnes oblationes.*
3 *Euchariſtiæ ſacramentum magis, quam alia excolendum, & venerandum.*
4 *Euchariſtia non in figura, ſed in veritate corpus, & ſanguinem Chriſti continet.*
5 *Euchariſtia Græcè, Latinè bona gratia interpretatur.*
6 *Eccleſia vna fidelium, & extra eam nemo ſaluatur.*
8 *Inſtitutio Euchariſtiæ fuit neceſſaria.*
9 *Euchariſtia facit nos memores noſtræ redemptionis.*
10 *Euchariſtiæ ſacramentum vnum, & licet in multis locis offeratur, vnus tantum eſt Chriſtus.*
11 *Corporis, & ſanguinis Chriſti conſecratio fit operante inuiſibiliter ſpiritu Dei.*
12 *Euchariſtiæ ſacramentum fuit præfiguratum à Melchiſedech.*
13 *Euchariſtiæ partes ſunt viſibile & inuiſibile.*
14 *Sacrificium Eccleſiæ conficitur ſacramento, & re ſacramenti.*
15 *Euchariſtiæ ſacramentum non poteſt confici, niſi à ſacerdote ordinato.*
16 *Sacerdos Euchariſtiam debet offerre per ſe ipſum, non per alium, & ieiunus.*
17 *Communio non accipienda de manu heretici, & pœna.*
18 *Euchariſtiæ ſacramentum omnibus offerendum, & ab omnibus ſumendum, limitatur num. 19. & 20.*
21 *Polluto cum vxore proxima nocte non dandum ſacramentum, limitatur num. 22.*
23 *Polluto per ſomnium non dandum.*
24 *Mulieri menſtruo laboranti antiquitus Euchariſtia non dabatur.*
25 *Euchariſtia non datur non ieiunis.*
26 *Euchariſtia, ex quibus, & qualibus ſpeciebus conficiatur.*
27 *Aqua in Euchariſtia vinum ſuperare non debet, ſed vinum aquam.*

28 *Euchariſtia, nec in pane fermentato, nec in vua, nec lacte, nec in pane ſine vino offerenda.*
29 *Hoſtia in vna non in pluribus offerenda.*
30 *Offerendum tantum quantum populo ſufficere poteſt.*
31 *Chriſtum manducare, & ſanguinem bibere quid ſit.*
32 *Euchariſtiæ myſterium late diſcutitur.*
33 *Euchariſtia non offertur corpus, & ſanguis Chriſti carnaliter ſolum, ſed ſpiritualiter per fidem.*
34 *Corpus Chriſti, quomodo ſpiritualiter ſit accipiendum.*
35 *Iuſtificatus vnuſquiſque accedat ad Euchariſtiæ ſacramentum,*
36 *Corpus Chriſti, quare in tres partes fiat à ſacerdote.*

De ſacramento Euchariſtiæ, Tit. 87.

1 DE † Euchariſtia, quod ſit ſacramentum nulla quæ-
ſtio eſt: habetur enim inius, Matt. 26. & 1. Corinth.
11. Accepit panem, gratias agens, fregit, &c. & in-
ſtitutum, ac mandatum ibidem. Hoc facite, &c. & Ioann. 6.
Niſi manducaueritis, &c. & promiſſio gratiæ. Ioan. 6. Qui
manducat hunc panem viuet in æternum. Idem etiam do
cent Patres Diuus Auguſtinus epiſt. 118 c. 1. Vbi cum dixiſ
ſet Chriſtum inſtituiſſe ſacramenta numero pauciſſima,
ſignificatione præſtantiſſima, obſeruatione faciliſſima, po-
ſuit loco exempli Baptiſmum, & Euchariſtiam. Et realem
præſentiam Chriſti Domini in ſacramento Euchariſtiæ
probat ex verbo Dei. Bellarminius in lib. 1. de Euchariſtia
per totum, & ex teſtimonijs Patrum in libro 2. inter quos
Diuus Thomas in 3. parte, q. 78. vſque ad q. 84. & Conci-
2 lium Tridentinum in ſeſſ. 13. c. 1. & ſequen. † Inter omnes
enim oblationes hoc Euchariſtiæ ſacramentum præcellit,
Nihil enim in ſacrificijs poteſt eſſe maius, quam corpus,
& ſanguis Chriſti, nec vlla oblatio hac potior eſt, ſed hæc
omnes præcellit, quæ pura conſcientia Deo offerenda eſt,
& pura mente ſumenda, atque ab omnibus veneranda,
3 † & ſicut potior eſt cæteris, ita potius excoli, & venerari
debet, vt de conſecrat. diſtinct. 2. ca. nihil 8. Concilium Tri-
dentinum d. ſeſſ. 13. ca. 3. Lancellottus §. tam. de Euchari-
ſtia. Cucchus inſt. de ſacramento Euchariſtiæ. Ideoque ado
rari debet latriæ cultu, qui ſoli vero Deo debetur, vt in Cõ
cilio Tridentino ſeſſ. 13. c. nullus itaque. 5. & Cardinal Bel-
larmin. de ſacramento Euchariſtiæ lib. 4. cap. 29. & ſequen.
4 † Non ſolum enim ſub figura, ſed & in veritate Dominici
corporis, & ſanguinis ſacramentum celebratur, d. diſtinct.
5 2. c. vtrum 72. Concilium, vbi ſupra d. c. 3. † Cuius enim pa
nis, & Calicis ſacramentum Græcè Euchariſtia dicitur, La
tinè bona gratia interpretatur. 1. q. 1. capit. multi. 84. § quæ
6 ideo fructuosè, ver. cuius panis. † Vna vero eſt fidelium
Eccleſia, extra quam omnino nullus ſaluatur. In qua idem
ipſe ſacerdos eſt ſacrificium Chriſtus Ieſus, Cuius corpus,
& ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis, & vi-
ni veraciter continentur, tranſubſtantiatis pane in corpus,
& vino in ſanguinem poteſtate Diuina, vt ad perficien-
dum myſterium vnitatis, accipiamus ipſi de ſuo, quod ac-
cepit ipſe de noſtro, cap. primo, §. vna verò, de ſumma Tri-
nitate, & fide Catholica. Concilium Tridentinum vbi ſu-
7 pra, capit. quoniam. 4. † Tranſiturus enim de hoc mundo
ad Patrem Saluator noſter Dominus Ieſus Chriſtus, cum
tempus ſuæ paſſionis inſtaret, ſumpta cœna, in memoriam
mortis ſuæ inſtituit ſummum, & magnificum ſui corpo-
ris, & ſanguinis ſacramentum, corpus in cibum, & ſangui-
nem in poculum tribuendo. Nam quoties hunc panem
manducamus, & calicem bibamus, mortem Domini an-
nunciamus. In inſtitutione quidem huius ſacramenti di-
xit ipſe Apoſtolis, Hoc facite in meam commemorationẽ,
vt præcipuum, & inſigne memoriale ſui amoris eximij,
quo nos dilexit, eſſet nobis hoc præexcelſum, & venerabi-
le ſacramentum, memoriale, inquam, mirabile, ac ſtupen-
dum, delectabile, ſuaue, tutiſſimum, ac ſuper omnium
pretioſum, in quo innouata ſunt ſigna, & mirabilia immu-
tata, in quo habetur omne delectamentum, & omnis ſapo
ris ſuauitas, ipſaque dulcedo Domini degustatur, in quo
vtique vitæ ſuffragium conſequimur, & ſalutis, Clement.
1. §. tranſiturus, de reliquijs, & venerat. ſanct. & Concilium
8 Tridentinum ſeſſ. 13. ca ergo Saluator. 2. † Quia enim cor-
pus aſſumptum ablaturus erat ab oculis noſtris, & ſideri-
bus illaturus, neceſſarium erat, vt die cœnæ ſacramentum
nobis corporis, & ſanguinis conſecraret, vt coleretur iugi-
ter per myſterium, quod ſemel offerebatur in pretium, vt
quia quotidiana, & indefeſſa currebat pro hominum ſalu
te redemptio, perpetua eſſet etiam redemptoris oblatio,
& perennis victima illa viueret in memoria, & ſemper
præſens eſſet in gratia verè vnica, & perfecta hoſtia, fide
æſtimanda; non ſpecie, nec exteriori cenſenda viſu, ſed in-
teriori affectu. Vnde meritò Cœleſtis confirmat authori-
tas, quia. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt
potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum: quan-
doquidem qui author eſt muneris, ipſe etiam teſtis eſt ve
ritatis, vt de conſecrat. diſtinct. 2. ca. quia corpus 35. Quia
enim paſſus eſt Dominus pro nobis, commendauit nobis
in iſto ſacramento corpus, & ſanguinem ſuum, quod etiã
fecit, & nos ipſos. nam & nos ipſius corpus facti ſumus, &
per miſericordiam eius, quod accipimus, nos ſumus. Re-
cordamini: & vos non fuiſtis, & creati eſtis ad aream Do-
minicam comparati eſtis laboribus boum, id eſt annun-
ciantium Euangelium, triturati eſtis, quando Catechume-
ni differebamini, in horreo ſeruabamini, nomina veſtra
dediſtis, cœpiſtis moli ieiunijs, & exorciſmis, poſtea ad a-
quam veniſtis, & conſperſi eſtis, & panis Dominicus facti
eſtis. Ecce quod accepiſtis. dict. diſtinctione 2. cap. quia 36.
ex Diuo Auguſtino, Cum frangitur hoſtia, dum ſanguis
de Calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quam Do-
minici corporis in Cruce immolatio, eiuſque ſanguinis de
latere effuſio deſignatur? dicta diſtinctione ſecunda, cap.
9 cum frangitur. 37. † Quia enim morte Domini liberati ſu-
mus, huius rei memores in edendo, & potando carnem,
& ſanguinem, quæ pro nobis oblata ſunt ſignificamus.
Semel Chriſtus mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis, ſemel im-
molatus eſt Chriſtus in ſemetipſo, & tamen quotidie im-
molatur in ſacramento. Quod ita intelligendum eſt, quia
in manifeſtatione ſui corporis, in diſtinctione membro-
rum omnium verus Deus, & verus homo ſemel tantum in
Cruce pependit, Offerens ſe ipſum Patri hoſtiam viuam,
paſſibilem, mortalem viuorum, & mortuorum redemp-
tionis efficacem: eorum ſcilicet, quos diuini Conſilij alti-
tudo redimendos iudicauit, præſciuit, prædeſtinauit, vo-
cauit modis, atque temporibus, quibus id fieri congrue-
bat, d. diſtinct. 2. ca. ſemel. 51. & ſequen. 52. ex Diuo Augu-
ſtino in Pſalmo 21. In Chriſto enim ſemel oblata eſt hoſtia
ad ſalutem, ad ſalutem ſempiternam potens. Quid ergo
nos? nonne per ſingulos dies offerimus? offerimus qui-
dem. Sed ad recordationem mortis eius, & vna eſt hoſtia
non multæ? quia ſemel oblatus eſt Chriſtus, Hoc ſacrifi-
cium exemplum eſt illius id ipſum, & ſemper id ipſum.
10 † Proinde vnum eſt hoc ſacrificium: alioquin, quoniam in
multis locis offertur, multi ſunt Chriſti? nequaquam, ſed
vnus vbique eſt Chriſtus, & hic plenus exiſtens, & illic ple
nus. Sicut enim, quod vbique offertur vnum eſt corpus, &
non multa corpora, ita & vnum ſacrificium. Pontifex autẽ
ille eſt, qui hoſtiam obtulit nos mundantem, Ipſum verò
offerimus etiam nunc, quæ tunc oblata conſumi non po-
teſt. Quod nos facimus, in commemorationem fit eius,
quod factum eſt. Hoc enim facite, ait, in meam comme-
morationem, d. diſtin. 2. c. in Chriſto 13. ex Diuo Ambroſio
in epiſt. ad Hebræos. 10. & in Concilio Tridentino ſeſſ. 13.
11 † Corpus enim, & ſanguinem Chriſti dicimus illud, quod
ex fructibus terræ accepimus, & prece myſtica conſecratũ
ritè ſumimus ad ſalutem ſpiritualem in memoriã piuraeb s
Dominicæ paſſionis. Quod cum per manus hominum ad il
lam viſibilem ſpeciem perducitur, non ſanctificatur, vt ſit
tam magnum ſacramentum, niſi operante inuiſibiliter ſpi
ritu Dei: cum hæc omnia, quæ per corporales motus in il-
lo opere fiunt, Deus operetur, d. diſt. 2. c. corpus 6. ex Diuo
Auguſtino lib. 3 de Trinitate, ca. 4. Quare autem quotidie
iteretur hæc oblatio ſatis demonſtratum ſuit ſuperius, &
docent, c. iteratur 71 ca. quid ſit ſanguis, §. prouidens enim
cum pluribus ſequen. d. diſtinct. 2 §. initialiter. Inſt. de Eu-
chariſtia. Inquit enim Apoſtolus omnes eandem eſcam
ſpiritalem manducauerunt, ſpiritalem vtique eandem.
nam corporalem aliam: quia illi mannam, nos aliud, &
adiungit, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt,
aliud illi, aliud nos, ſed ſpecie viſibili. Quod tamen idem
eſt virtute ſpiritali, dicta diſtinctione ſecunda, cap. inquit
81. ex Diuo Auguſtino in tractatu 26. ad cap. 6. Ioannis, &
Diuus Hieronymus ſuper Matthæum libro ſecundo, ca.
vigeſimo ſexto, inquit. Accipite, & comedite. Hoc eſt cor-
pus meum. Poſtquã typicu Paſcha fuerat completum, &

agni

Digitized by Google

agni carnes cum Apoſtolis comederat; aſſumit panem,
qui confortat cor hominis: & ad verum Paſchæ tranſgre-
12 ditur ſacramentum.† vt quomodo in præfiguratione eius
Melchiſedech ſummi Dei ſacerdos panem, & vinum offe-
rens fecerat, ipſe quoque in veritate ſui corporis, & ſan-
guinis repræſentaret. Proprium autem huius ſacramenti
eſt, quod in cœna Chriſtus fuit conuiua, & conuiuium, ip-
ſe comedens comeditur, ipſe eſt ſacerdos, & ſacrificium.
Nec Moyſes dedit nobis panem verum, ſed Dominus Ie-
ſus ipſe conuiua, & conuiuium, ipſe comedens, & qui co-
meditur, vt ex Diuo Hieronymo ad Hedibiam q. 2. & de
membris Domini, relato in d. diſt. 2. c. nec Moyſes. 87. & ca.
13 ſacerdos. 89. † Partes autem huius ſacramenti ſunt viſibi-
le, & inuiſibile. Hoc enim eſt, quod dicimus: hoc modis
omnibus approbare contendimus ſacrificium, ſcilicet Ec-
cleſiæ duobus confici, duobus conſtare, viſibili elemento-
rum ſpecie, & inuiſibili Domini noſtri Ieſu Chriſti carne,
& ſanguine, ſacramento, & re ſacramenti, id eſt corpore
Chriſti, ſicut Chriſti perſona conſtat, & conficitur de Deo,
& homine: cum ipſe Chriſtus verus ſit Deus, & verus ho-
mo, quia omnis res illarum rerum naturam, & veritatem
14 in ſe continet, ex quibus conficitur. † Conficitur autem
ſacrificium Eccleſiæ ſacramento, & re ſacramenti, id eſt
corpore Chriſti. Eſt igitur ſacramentum, & res ſacramen-
ti, corpus Chriſti. Caro eius eſt, quam forma panis oper-
tam in ſacramento accipimus, & ſanguis eius, quem ſub
vini ſpecie, & ſapore potamus. Caro videlicet carnis, &
ſanguis ſacramentum eſt ſanguinis: carne, & ſanguine v-
troque inuiſibili, intelligibili, ſpirituali ſignificatur viſibile
Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus palpabile plenum gra-
tia omnium virtutum, & diuina maieſtate, d. diſt. 2. ca. hoc
eſt 48. ex Diuo Auguſt. in lib. ſentent. Proſperi, & ſequent.
15 † Hoc ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum non po-
teſt confici, niſi à ſacerdote ad hoc ordinato, ca. 2. §. vna ve-
rò, ver. & hoc vtique de ſumma Trinit. & fide Catholica.
D. Thom. in 3. part. q. 82. art. 1. & plus vini, quam aquæ eſt
ſumendum, c. pernicioſum 13. de celebr. miſſarum. Tribus
enim gradibus commiſſa ſunt ſacramenta diuinorum ſe-
cretorum. Presbytero, Diacono, & Miniſtro, qui cum timo
re, & tremore Clericorum reliquias fragmentorum corpo
16 ris Dominici cuſtodire debent, d. diſtin. 2. c. tribus. 23. † Et
ſacerdos ipſe per ſe non per alium Euchariſtiam offerre
debet, & alijs miniſtrare, d. diſtinct. 2. c. peruenit. 29. Et ie-
iunus debet offerre, de conſecrat. diſt. 1. ca. ſacramenta 49.
Quod autem mali ſacerdotes poſſint etiam cum effectu il
lam offerre, & alijs miniſtrare dictum fuit ſupra tit. 83. &
comprobat Diuus Thomas in 3. part. q. 82. articul. 5. & 6.
17 † Sed ab hæreticis non eſt ſumendum, potius eſt mortem
accipere, quam de manu hæretici accipere communionē.
Et qui neſciens de manu hæretici prohibitam communio-
nem accepit per annum debet pœnitere, d. q. 1. c. ſi quis. Si
autem ſciuit, & poſtea pœnitentiam egerit, per decem an-
nos debet pœnitere, Alij iudicant ſeptem, & quidam hu-
manius, vt quinque annos pœniteat, d. cap. ſi quis 41. Cum
enim hæretici extra vnitatem Eccleſiæ ſint, non eſt in ali-
18 quo cum eis communicandum. † Regulariter enim om-
nibus ſacramentum Euchariſtiæ eſt offerendum, & ab om
nibus eſt ſumendum, niſi prohibiti fuerint. Sic enim Apo-
ſtoli ſtatuerunt, & ſancta tenet Romana Eccleſia, de con-
ſec. diſt. 2. ca. peracta. 10. Si enim non ſunt tanta peccata, vt
quis excommunicetur, non ſe debet à medicina corporis,
& ſanguinis Domini ſeparare, d. diſt. 2. c. ſi non ſunt. 15. Nō
enim à quo, ſed ante quem offeratur, & ſumatur, conſide
randum eſt, d. diſt. 2. c. & dicit Dominus 26. Plus enim va-
let nomen Domini, ante quem oblatum eſt, quam peſſimū
meritum eorum, à quibus eſt oblatum, & ſumptum, d. ca.
19 26. in fine. † Verum excommunicatis, & interdictis nō eſt
offerenda, & multo minus miniſtranda, neque ab eiſdem
eſt ſumenda, d. c. ſi non ſunt. 15. & c. in Cœna 17. ver. excep-
tis ijs, ca. Epiſcoporum 8. ver. aut excommunicatos publi-
20 cè, de priuilegijs in 6. † Nec Magis, nec hiſtrionibus, d. di-
ſtinct. 2. ca. pro dilectione 95. vbi glo. Neque extero Cleri-
co, ſiue laico, d. diſtin. 2. c. tribus, §. præcipimus. Sed quibus
danda eſt, non eſt diſtinguendum, an boni, vel mali ſint,
omnibus enim eſt danda, & ab omnibus ſumitur, forte ta-
men inæquali, d. diſt. 2. c. non prohibeat penult. & diſt. 4. c.
21 eſt vnitas. † Ei verò, qui proxima nocte cū vxore cōcubuit
non eſt danda. 33. q. 4. c. 1. Ab vxore enim tribus, quatuor,
aut octo diebus abſtinendum ab eo, qui eſt communicatu-
22 rus, d. diſt. 2. c. omnis homo, c. tribus, §. fin. † Niſi procrean
dæ ſobolis gratia cum vxore concubuit, d. q. 1. ca. vir cum
23 §. ſi quis verò. † Ei verò, qui proxima nocte viſus ſibi eſt
coire danda eſt, diſtin. 6. in princ. cum ſeq. vbi declaratur.
24 † Mulieri menſtruo laboranti antiquitus non dabatur, ho
die verò nouo iure datur, diſt. 5. in princ. §. itē mulier, quæ.
25 & §. ſanctè quoque. † Non ieiunis verò non datur, de con
ſec. diſt. 1. c. ſacramenta altaris, & diſtin. 2. c. liquido. In hoc
26 enim ſacramento. † Panis, & vinum aqua permixtum of-
fertur, d. diſt. 2. in princ. cum ſequen. vſque ad c. didicimus,
c. cum omne, §. ſed ſi neceſſe vſque ad finem, ca. in calicem.
Præter iſta tria nihil offerendum eſt, d. diſt. 2. ca. non opor-
27 tet, c. ſacramento. Canone Apoſtolico 3. † Aqua tamen vi
num ſuperare non debet, ſed vinum aquam, c. pernicioſus
28 13. de celebr. miſſar. † Non panis fermentatus, ſed hoſtia
debet offerri, c. vlt. de celebr. miſſar. ita enim ſtatutum fuit
ab Alexandro I. vt legitur apud Platinā in eius vita, quod
ſumma cum ratione factum fuiſſe probat Card. Bellarm.
de ſacramento Euchariſtiæ lib. 4. c. 7. & ſequen. dum Chri-
ſtum ipſum ſe in azimo obtuliſſe in eius Cœna Apoſtolis,
multis authoritatibus demonſtret. Hoc itaque ſtante in Ec
cleſia Latina, in qua vtitur pane azimo, ceſſant multa, quæ
de fragmentis panis diſponuntur, quæ ad Eccleſiam Græ-
cam erunt referenda, donec fermentato vti velint. Verum
vuæ non offerendæ, nec miſcendæ ſunt, dict. diſtinct. 2. ca.
didicimus, capit. cum omne, §. nam quod de expreſſo. Sed
diſtinguitur in Canone Apoſtolico. 3. ver. excepto, Lac pro
vino, neque Euchariſtia intincta vino, vel quid ſimile po-
teſt offerri, d. cap. cum omne in princip. vſque ad §. ſed ſi
neceſſe, d. Canone 3. l. 1. §. volumus, l. 2. & 7. C. de ſacrificijs
Paganorum. Panis ſiue vino, & aqua non poteſt offerri, di-
cta diſtinctione 2. cap. comperimus, & ſequent. Immo pa-
nis, vini, & aquæ eſt oblatio facienda, vt ibi, & demonſtrat
Cardinalis Bellarminius, vbi ſupra, cap. 10. & ſequentibus.
29 † Nec plures, ſed vna Hoſtia eſt offerenda, in cuius ſingu-
lis particulis, ſeu portionibus totus, ac integer eſt Chri-
ſtus, dicta diſtinctione ſecunda, cap. in Chriſto, capit. quid
ſit ſanguis, §. tanta eſt Eccleſiæ, capitu. ſinguli, capitul. vbi
30 pars. † Tandem tantum panis eſt offerendum, quantum
populo ſufficere poteſt, dicta diſtinctione ſecunda, capit.
tribus, §. taurum. Diuus Thomas in 3. parte, quæſtione 79.
31 articulo ſecundo. † Quid autem ſit Chriſtum manduca-
re, & ſanguinem bibere nunc declarandum eſt. Chriſtum
enim manducare non hoc ſolum eſt, in ſacramento eius
corpus accipere. Multi enim indignè accipiunt, de qui-
bus ait Apoſtolus. Qui manducat panem, & bibit Ca-
licem Domini indignè, iudicium ſibi manducat, & bi-
bit. Chriſtus enim manducandus eſt, quomodo ipſe di-
cit. Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem
meum, in me manet, & ego in eo. Si itaque in me ma-
net, & ego in illo, tunc manducat, & tunc bibit. Qui
autem non in me manet, nec ego in illo, & ſi accipit ſa-
cramentum, acquirit magnum tormentum, vt de conſe-
cratione diſtinctione ſecunda, capitul. quid eſt. 46. ex Di-
uo Auguſtino in ſermone de Verbis Euangelij. Idem Di-
uus Auguſtinus relatus in capitu. ſequenti, inquit. Vt quid
paras dentes, & ventrem? Crede, & manducaſti. Cre-
dere enim in eum hoc eſt panem viuum manducare. Qui
credit in eum, manducat eum: inuiſibiliter ſaginatur,
quia inuiſibiliter renaſcitur. Et idem Auguſtinus in ſer-
mone 2. de verbis Apoſtoli relatus in dicta diſtinctione ſe-
cunda, capitul. qui manducant. 58. Qui manducant, in-
quit, & bibunt Chriſtum, vitam manducant, & bibunt.
Illum manducare, eſt refici, illum bibere eſt viuere. Quod
in ſacramento viſibiliter ſumitur, in ipſa veritate ſpiritua-
liter manducatur, & bibitur. Manducetur Chriſtus, vi-
uit manducatus, quia reſurrexit occiſus. Nec quando
manducamus, partes de illo faciamus. Et quidem in ſa-
cramento ſic fit, & norunt fideles, quemadmodum man-
ducent carnem Chriſti, vnuſquiſque accipit partem
ſuam. Vnde & ipſa gratia partes vocantur. Per partes
manducatur, & manet integer totus: per partes mandu-
catur in ſacramento, & manet integer totus in Cœlo, ma-
net integer totus in corde tuo. Totus erat apud Patrem,
quando venit in Virginem, impleuit illam, nec receſſit ab
illo. Hinc Dantes in Paradiſo Cantilena 1. cecinit ita de
gloria eius,

Digitized by Google

La gloria di colui, che tutto muoue,
Per l'vniuerſo penetra, e riſplende,
In vna parte più, e meno altroue,
Nel Ciel, che più della ſua luce prende.

32 † Quod videtur panis eſt, & calix, quod etiam oculi renũ-
tiant. Quod autem fides poſtulat inſtruenda. Panis eſt cor
pus Chriſti Calix Sanguis, Iſta ideo dicuntur Sacramenta;
quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur,
ſpeciem habet corporalem; quod intelligitur fructum ha
bet ſpiritualem. Qui accipit myſterium vnitatis, & non te
net vinculum pacis, non myſterium accipit pro ſe, ſed te-
ſtimonium contra ſe. Aqua enim cum vino tranſubſtan-
tiatur in ſanguinem, & panis in carnem, vt iam extat pro-
batum, & dicitur in cap. cum Marthæ 6. §. quæſiuiſti de
celebrat. miſſarum, & in Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap.
quoniam 4. Non in pituitam cap. in quadam 8. eod. titulo.
Vbi natura miraculo, & virtus ſupra conſuetudinem ope
ratur, accidentia enim ibi mutant ſubiectum d. c. 6. ſpecies
enim non ſubſtantia panis, & vini offertur, vt ex Diuo Gre
gorio in homil. Paſchali relato in d. diſtinct. 2. cap. ſpecies
34. ſpecies, inquit, & ſimilitudo illarum rerum vocabula
ſunt, quæ ante fuerunt, ſcilicet panis, & vini. Vnde in fine
cuiuſdam Miſſæ oratur, & dicitur. Perficiant in nobis,
quæſumus Domine, tua ſacramenta, quod continent, vt
quod nunc ſpeciem gerimus, rerum veritate capiamus.
Poſtulat quippe Sacerdos, vt corpus Chriſti, quod ſub ſpe
cie panis, & vini nunc geritur, manifeſta viſione, ſicut reue
ra eſt, quandoque capiatur. De qua viſione Dominus in
Euangelio ſecundum Ioannem ait. Qui diligit me, dilige-
tur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me
ipſum. Quamuis non improbabiliter quidam exponant
hoc loco, carnis & ſanguinis veritatem, ipſam earundem
efficientiam, ideſt, peccatorum remiſſionem. Idem proba-
tur ex Euſebio Emiſſeno relato in d. diſtinctione 2. capitu-
lo quia corpus 35. quem nos ad verbum paulo ſuperius re
tulimus. Ante enim benedictionẽ, & conſecrationem ver-
borum cæleſtium, eſt panis, & vinum, poſt corpus, & ſan-
guis Chriſti, vt ex Diuo Ambroſio relato in d. diſtinctione
ſecunda de cathechizandis rudibus, & de ijs, qui myſterijs
initiantur in capitulo panis & calix 39. & in capitulo ante
benedictionem 40. & in capitulo nos autem 41. ex Diuo
Auguſtino in libro ſententiarum Proſperi capitulo panis
31. ex Diuo Ambroſio de Sacramentis lib. 4. cap. 4. in ca-
pitulo corpus 60. & in cap. omnia 74. in capitu. corpus 79.
& in capitulo Chriſto 82. in fine verſi. corpus Chriſti. Ideo
in illis ſpeciebus offertur verum corpus, & verus Sanguis
Chriſti, vt probant allegati Patres in citatis canonibus, &
d. diſtin. 2. c. in quibus 38. vbi in fine ſummus Pontifex poſt
demonſtratam veritatem, inquit. Quid hic quæris naturæ
ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe
Dominus Ieſus Chriſtus partus ex Virgine? idem probant
ſequentes Canones vſque ad capitulũ prima quidem itẽ
capitulũ panis eſt 55. capitulo corpus 60. c. non omnis 61.
cap. ſicut Iudas 68. capi. reuera 69. c. vtrum ſub figura 72.
c. quid ſit ſanguis 73. c. omnia 74. ca. corpus 79. c. neceſſario
80. c. in Chriſti 82. §. de naturali enim, & §. fin. c. ſicut 84. c.
tunc eis 90. cum duobus ſequentibus, & hanc tranſubſtan-
tiationem latè probat Cardi. Bellarminus de Sacramento
Euchariſtiæ lib. 3. ex verbo Dei c. 18. & 19. ex teſtimonijs Pa
trum c. 20. ex Concilijs c. 21. ex conuenientia rationis ca. 22.
& in lib. 1. cap. 6. & ſequentibus, & capi. 12. & ſequentibus,
& antea Diuus Thomas in 3. parte quæſt. 75. & 76. per to-
33 tas. † Non enim offertur corpus, & ſanguis Chriſti carna-
liter ſolum, ſed & ſpiritualiter per fidem, vt probant citati
canones. Nam ex Diuo Auguſtino in expoſitione pſalmi
54. relato in d. diſt. 2. c. 11. c. quidem 44. Prima quidem, in-
quit, hęreſis in diſcipulis Chriſti, velut à duritia eius ſer-
monis facta eſt. Cum enim diceret. Niſi quis manducaue-
rit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non habe-
bit vitam æternam. Illi non intelligentes dixerunt ad inui-
cem. Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire? dicẽtes,
quia durus eſt hic ſermo, ſeparauerunt ſe ab illo remanſit
cum duodecim. Diſcedentibus illis inſtruxit eos, qui re-
manſerunt, Spiritus eſt, inquit, qui viuificat: caro nihil
prodeſt; verba, quæ locutus ſum ad vos ſpiritus, & vita
ſunt. Intellexiſtis ſpiritaliter? ſpiritus, & vita ſunt. Intel-
lexiſtis carnaliter? etiam ſic illa ſpiritus, & vita ſunt. Sed
tibi non ſunt ſpiritus, & vita, qui ſpiritualiter non intelli-
gis. Spiritualiter intelligere, quæ locutus ſum, non hoc cor
pus, quod videtis, manducaturi eſtis, & bibituri illum ſan
guinem, quem fuſuri ſunt, qui me crucifigent. Sacramen-
tum aliquod commendaui vobis; ſpiritaliter intellectum
viuificabit vos. Hoc idem probatur in capitulo non hoc
corpus 45. in capitulo quid eſt Chriſtum 46. in capitu. hoc
eſt quod 48. in capitulo dupliciter 49. in capitulo, qui man
ducant 58 in capitulo de hac quidem 26. in capitulo in il-
lo Sacramento 85. & in capitulo ſi credas 86. & ita expli-
cat locum illum Ioannis 6. etiam Cardinalis Bellarminus
de Sacramento Euchariſtiæ libro primo capitulo quinto,
34 & ſexto & ſequentibus. † Quomodo autem ſpiritualiter
corpus Chriſti ſit accipiendum declarat Diuus Auguſti-
nus ſuper Ioannem d. cap. 6. Tractatu 26. & 27. relatus in
d. diſtinct. 2. de conſecrat. capit. credere 59. Credere enim,
inquit, in Ieſum Chriſtum, hoc eſt manducare panem vi-
uum. Qui credit in eum manducat, inuiſibiliter ſaginatur,
quia & inuiſibiliter renaſcitur, & qui manducat carnem
meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.
Participatione enim filij, quod eſt per vnitatem corporis
Chriſti, & ſanguinis homo manducans viuit, non ſumens
tantum in Sacramento. (Quod mali faciunt) ſed vſque ad
ſpiritus participationem; vt in corpore Domini tanquam
membrum maneat, & eius ſpiritu vegetetur, quod eſt, dũ
35 eius mãdata ſeruat. † Ad altare enim Dei inuiſibile, (quò
non accedit iniuſtus) ille peruenit, qui ad præſens iuſtifica-
tus accedit. Inueniet illic vitam ſuam, qui hic diſcernit cau
ſam ſuam. Et idem ibidem tractatu 26. relatus in capitulo
panem cæleſtem 64. d. diſtinctio. 2. Panem, inquit, cæleſtem
ſpiritaliter manducare, eſt innocentiam ad altare portarẽ.
Peccata & ſi ſunt quotidiana, vel non ſint mortifera. An-
tequam ad altare accedatis, attendite, quod dicatis, dimit-
te nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus
noſtris. Si dimittis dimittetur tibi: ſecurus accede, panis eſt
non venenum, ſed vide, ſi dimittis. Nam ſi non dimittis,
mentiris, & ei mentiris, quem non fallis. Mentiri Deo po-
36 tes, Deum fallere non potes. † Quare enim tres partes fiãt
ex corpore Chriſti explicatur in d. diſtinctione 2. capitulo
Triforme 22 ex Sergio ſummo Pontifex ita. Triforme e-
nim eſt corpus Domini. Pars oblata in Calicem miſſa, cor-
pus Chriſti, quod iam ſurrexit, monſtrat, pars comeſta am
bulans adhuc ſuper terram, Pars in altari vſq. ad miſſæ fi-
nem remanens, corpus iacens in ſepulchro, quia vſq. ad fi-
nem ſeculi corpora ſanctorũ in ſepulchris erunt, & de his
hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Euchariſtiæ Sacramentum quomodo, quando, & quoties ſumen-
dum.*
2 *Sceleſti qui ad Communionem accedunt inficiuntur, non mun-
dantur.*
3 *Fides & affectus erga Deum quo pacto in animo preparatur.*
4 *Corpus Chriſti fide timore, dilectione ſumendum.*
5 *Corpus Chriſti ſumens debet abſtinere antea ab vxore.*
6 *Corpus Chriſti ſumens prius debita debitoribus ſuis dimittit.*
7 *Euchariſtia pura conſcientia & mente offerenda, & ſumenda
eſt.*
8 *Euchariſtia an quotidie, & quoties ſumenda ſit.*
9 *Manna ſecundum propriam voluntatem in ore ſapiebat.*
10 *Euchariſtia præcipuè in Paſcha, Pentecoſte, & Natali ſumen-
da.*
11 *Euchariſtiam debet ſumere ſacerdos quoties miſſam celebrat.*
12 *Euchariſtiam, & totum Sacramentum corporis, & ſanguinis
conſumere.*
13 *Oratio quæ poſt oblationem fit declaratur remiſſiue.*
14 *Pax in celebratione miſſæ quando offerenda, & quare.*
15 *Euchariſtiam qui ſumpſit non ſtatim edere ſeu bibere debet.*
16 *Sacramentum Sanguinis ſi per negligentiam ſtillauerit in ter-
ram, vel alibi quid agendum, & qua pęna negligens puniendus.*
17 *Euomens Sacramentum qualiter puniendus.*
18 *Corpus Chriſti in ſingulis portionibus totum eſt.*
19 *Euchariſtiæ Sacramentum quid ſignificet.*
20 *Euchariſtia operatur remiſſionem peccatorum dignè ſumẽtib.*
21 *Corpus Chriſti dignè ſumentes viuunt Chriſto, & vitam æ-
ternam habent.*
22 *Euchariſtiam ſumere ſufficit ſub vna ſpecie panis.*

Eucha-

Digitized by Google

23 *Euchariſtia quare in vna ſpecie panis ſumenda.*
24 *Sacerdotes celebrantes debent Euchariſtiam ſuſcipere in vtraque ſpecie.*

Sacramentum Euchariſtiæ, quando ſit offerendum, & ſumendum, quomodo, & quoties. Tit. 88.

1 QVi † ſceleratè viuunt in Eccleſia, & communicate
non deſinunt, putantes ſe tali communione müdati,
diſcant nil ad emendationem ſibi proficere, dicē
te Propheta. Quid eſt, quod dilectus meus fecit in domo
mea ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ auferent à te
malitias tuas? & Apoſtolus. Probet, inquit, ſe ipſum homo,
& ſic de pane illo edat, & de calice illo bibat. Itaque
iuſtificatus, & purgatus ad offerendum, & ſumendũ quiſque
debet accedere, non autem peccati pollutus. Nam ſi
ſacerdotes falſorum Deorum Gentium, rem diuinam facturi
eorum ritibus: loti, caſti, ieiuni, ac omni macula purgati
accedebant ad Aras teſte poſt alios Alex. ab Alex. li. 4.
Genial. dierum. Quid dicendum eſt de ſacerdotibus Deo ve
ri, & viui, & Chriſtianis laicis offerentibus reſpectiuè, & ſumentibus
corpus Domini? iudicet, qui ſapit, quam illiben
ter à dilectis, ab amicis, à caris patiuntur in domo ſcelera,
2 & offenſiones. † Inficiuntur ideo, non mundantur ſcelerati,
qui ad communionem accedunt, dicente Apoſtolo. Qui
manducat, & bibit indignè iudicium ſibi manducat, & bibit,
non diiudicans corpus Domini. Timorem docet nos
Apoſtolus ibi. Fidem verò docet nos ſermo Domini, dicēs.
Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis dabitur, hoc facite
in meam commemorationem, & Apoſtolus de vnigenito
Dei filio, inquit. Humiliauit ſemet ipſum factus obediens
3 vſque ad mortem, mortem autem Crucis. † Cum ergo anima
fidem habet his dictis, & conſiderat magnificentiam
gloriæ ipſius, & admiratur nimietatem humilitatis, quomodo
tantus, ac talis obediens fuit Patri vſque ad mortē
pro noſtra vita: puto, quia prouocari poſſit ad effectum,
& dilectionem ipſius Dei Patris, qui vnico filio non pepercit,
ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Talem ergo affectum,
& fidem præparare debet in animo ſuo is, qui panem,
4 & calicem Domini percipit. † Qui enim vult corpus
Chriſti ſuſcipere tria debet habere timorem filialem, fidē,
& dilectionem, vt ex Iſidoro lib. 1. de ſummo bono, ca. 24.
& ex Baſilio relans in diſtinct. 2. de conſecrat. ca. qui ſcele-
5 ratè 24. & ſequen. vbi glo. in verbo docet. † Sed & ab vxore
abſtinendum tribus, quatuor, aut octo diebus ante, ab
eo, qui communicaturus eſt, d. diſtinct. 2. ca. omnis homo.
21. & c. tribus gradibus 23. §. fin. cum declaratione, de qua
6 in titulo præcedenti. † Et prius dimittenda ſunt debita debitoribus.
ca. panem 64. quomodo autem intelligatur hæc
debitorum dimiſſio iam fuit declaratum ſupra titul. 74.
7 † Præterea pura conſcientia offerenda eſt Euchariſtia, &
pura mente ſumenda, depoſita omni voluntate peccandi
amplius, d. diſtinct. 2. cap. nihil. 8. Nam Diuus Auguſtinus
de Eccleſiaſticis dogmatibus, cap. 53. relatus in dict. diſtin-
8 ctione 2. cap. quotidie. 13. † Quotidie, inquit, Euchariſtiæ
communionem percipere, nec laudo, nec vitupero, omnibus
autem Dominicis diebus communicandum ſuadeo,
& hortor: ſi tamen mens ſine affectu peccandi ſit. Nam habentem
adhuc voluntatem peccandi grauari magis dico
Euchariſtiæ perceptione, quam purificari. Et ideo quamuis
quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cætero
voluntatem, & communicaturus ſatisfaciat lachrymis,
& orationibus: & confidens de Domini miſeratione, qui
peccata piæ confeſſioni donare conſueuit, accedat ad Euchariſtiam
intrepidus, & ſecurus. Sed hoc de illo dico, quē
capitalia, & mortalia peccata non grauant. Dixerit quiſpiã
non quotidie accipiēdam Euchariſtiã: alius affirmet quotidie:
faciat vnuſquiſque, quod ſecundum fidem ſuam piè
credit eſſe faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus,
& ſanguinem Domini, ſi ſaluberrimum ſacramentum
certatim honorare contendunt. Neque enim litigauerunt
inter ſe, aut quiſquam eorum ſe alteri præpoſuit Zacheus,
& ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domum ſuã
ſuſcepit Dominum, alter dicit. Non ſum dignus, vt intres
ſub tectum meum. Ambo honorantes Saluatorem diuerſo,
& quaſi contrario modo, ambo peccatis miſeri, ambo
9 miſericordiam conſecuti. † Ad hoc valet, quod manna
ſecundum propriam voluntatem in ore ſapiebat, & d. ca.
qui ſceleratè. 24. In eleuatione hoſtiæ, vel cum eam Preſbyter
ad infirmum defert, quę deferenda eſt in habitu decenti,
& cum lumine, populus ſe debet reuerenter inclinare,
& obſequi, c. ſanè cum 10. §. ſacerdos verò, & §. quam in
decenti, de celebr. miſſar. & quoad obſequium, de quo in
dicto Canone placet referre, quæ pluries vidi, Summũ ſcilicet
Pontificem Clem. VIII. & Paulum V. obuio ſacerdoti
ad infirmum illam deferenti auferre, & deferre ad illum
eundem infirmum, ad quem ex ſuo munere ſacerdos deferebat,
putantes indecorum in eorum præſentia minorē
tanto ſacramento baiuli miniſteriũ exhibere, quod & paſſim
obſeruant Cardinales omnes nacta occaſione. Sed &
ſi quotidie dignè offerri, & ſumi poſſit, vt iam dictum eſt.
10 † Tamen in Paſcha, Pētecoſte, & Natali Domini præcipuè
offerenda eſt, atque ſumenda, vt de conſecrat. diſt. 2 c. & ſi
non frequentius. 16. Non enim habentur pro Catholicis ſęculares
illi, qui in illis tribus ſanctiſſimis diebus non cōmunicant,
d. diſt. 2. c. ſæculares. 19. & d. c. 16. c. omnis homo 21.
& c. omnis vtriuſque 12. ver. ad minus, de pœnit. Eò tandē,
refrigeſcente penitus religionis ardore, ventum eſt, vt ſemel
ſaltem ſingulis annis in Paſcha Reſurrectionis cōmunicandum
ſit, d. c. omnis vtriuſque 12. ver. ad minus, de pęnit.
§. 2. inſt. de Euchariſtia. D. Tho. in 3. par. q. 80. art. 10. &
11. Biduo ante Paſcha non offertur. Nam traditio Eccleſiæ
habet iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari, de con
ſect. diſt. 3. §. ſabbato. 13 §. quod vtique. Durand. in rationale
Diuinorum officiorum lib. 9. c. 77. & ſeq. Verum, & ſi
non offeratur, tamen in Cœna Domini, quæ præcedit, illis
duobus diebus Euchariſtia ſumi poteſt, de conſect. diſt. 2.
11 c. in Cœna. 17. † Tandem obſeruandum, quod quiſque ſacerdos
quoties miſſam celebrat, toties Euchariſtiam in vtraque
ſpecie ſumere integram debet, qui noluerit Eccleſiaſticis
carere luminibus. Sic enim, & Apoſtoli ſtatuerunt,
& Sancta Romana tenet Eccleſia, d. diſt. 2. ca. peracta 10.
12 & c. ſeq. † Et quidem illam integram cum corpore, & ſanguine,
aut ab integra eſt arcendus. Quia diuiſio vnius eiuſdemque
myſterij ſine grandi ſacrilegio non poteſt prouenire,
d. diſt. 2. c. comperimus. 12. Id omne, quod ſupereſt cō
ſumendum, nam totum, vel nihil ſumendum, d. c. 12. & c.
tribus. 23. §. quod ſi remanſerit, c. ex parte. 5. de celebr. miſſar.
vbi gl. & D. Tho. in 3. par. q. 82. art 4. Sed ſi miraculosè
appareret caro, vel ſanguis, nō debet ſumere, nec peccaret,
quia lex non obligat ad miraculoſa. D. Tho. vbi ſup. & in q.
13 76. art. 8. † De oratione, quæ poſt oblationem fit diſſeritur
in d. diſt. 2. c. ſpecies. 34. de qua, & in tit. pręcedenti dictum
14 eſt. † Pax verò ante confecta myſteria non debet offerri.
cum poſt omnia pax ſit neceſſario indicenda, per quam
conſtet populum ad omnia, quæ in myſterijs aguntur, atque
in Eccleſia celebrantur præbuiſſe conſenſum, ac finita
eſſe, pacis concludentis ſignaculo demonſtrentur, d. diſtinctione
2. c. pacem. 9. ex Innocentio in Epiſt. 1. c. 1. ad Epiſco
15 pum Eugubinum. † Poſt ſumptam Euchariſtiam, non ſtatim
edendum, & bibendum, ſed vſque ad certam diei ho-
16 ram ieiunandum, d. diſt. 2. c. tribus. 24. §. qui autem. † Sed
ſi per negligentiam aliquid de ſanguine Domini ſtillauerit
in terram, lingua lambetur, & tabula radetur. Si non fuerit
tabula, vt non conculcetur locus radetur, & igne cōſumetur,
& cinis intra altare recondetur, & ſacerdos quadragin
ta diebus pœniteat. Si ſuper linteum altaris, & ad aliud linteum
peruenerit quatuor diebus pœniteat, ſi vſque ad tertium,
nouem diebus pœniteat, ſi vſque ad quartũ viginti
diebus pœniteat, & linteamina, quæ tetigerit ſtilla, tribus
vicibus miniſter abluat, calice ſuppoſito, & aqua ablutionis
ſumatur, & iuxta altare recōdatur, d. diſt. 2. c. ſi per ne-
17 gligentiam, & diſt. 45. c. 2. † Si verò per ebrietatem, vel voracitatem
Euchariſtiam euomerit quadraginta diebus pœniteat,
ſi laicus eſt; Clerici verò, vel monachi, ſeu Diaconi,
& Presbyteri ſeptuaginta diebus pœniteant, Epiſcopi nonaginta.
Si pro infirmitatis cauſa euomerit ſeptem diebus
pœniteant, d. diſtinct. 2. c. ſi per ebrietatem 28. Non iſte panis
eſt, qui vadit in corpus, id eſt non incorporatur, ſicut
cæteri cibi, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ
ſubſtantiam fulcit, d. diſtinct. 2. capit. non iſte. 56. Quando
verò aliquid accidit, vnde horror ſit manducare igni abſumi
ſolere ex Concilijs, & Patribus docet Card. Bellarminius

nius de ſacramento Euchariſtiæ libro quarto, cap. quinto, ignis enim eſt elementorum puriſſimum. Sed & quamuis per partes Chriſtus manducetur, integer tamen manet, nec deficit, vt dictum fuit etiam in præcedenti tit. dict. diſtinctione ſecunda, cap. iniurat. 70. cap. quid ſit ſanguis 73.
18 §. quotidie, cap. qui manducat 75. † Singulis enim accipiunt Chriſtum Dominum, & in ſingulis particulis totus eſt, nec per ſingulos minuitur, ſed integrum ſe præbet ſingulis, cap. ſinguli 77. d. diſtinctione 2. Neque eſt reiteratio huius ſacramenti, reiteratio paſſionis Chriſti, ſed commemoratio, quam quotidie prouidens ſapientia Dei pro multis cauſis fieri inſtituit, vt colligitur ex allegatis, & probat, tex. in cap. iteratur. 71. d. 2. diſtinct. de conſecrat. & capitu.
19 vtrum ſub figura 72. † Et ſignificat immolationem corporis Domini in Cruce, & effuſionem ſanguinis de latere eius, dict. diſtinctione 2. cap. cum frangitur. 37. & ſupra titul. præceden. poſt principium. † Operatur que remiſſionem peccatorum ijs, qui dignè ſuſcipiunt, dict. diſtinctione 2. cap. ante benedictionem 40 §. qui manducauerit Myſterium enim fidei dicitur, quia credere debemus, quod ibi ſalus noſtra conſiſtat. Prouidens enim nobis Dominus dedit hoc ſacramentum ſalutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non poteſt, per iſtud ſacramentum corporis ſui peccatorum remiſſionem conſequamur, dict. diſtinctione 2. cap. quid ſit 73. §. myſterium fidei, cap. qui ſceleratè 24. cap. timorem 25. cap. quid eſt Chriſtum 46. c. credere 59. cap. qui diſcordat 65. cap. ſicut Iudas 68. & diſtinctione 4. cap. qui in maternis, §. fin. Card. Bellarmin. li-
21 bro 4. de ſacramento Euchariſtiæ, ca. 17 & 18. † Et dignè aſſumentes vniuntur Chriſto, & vitam conſequuntur æternam, dict. diſtinctione 2. cap. quid eſt Chriſtum, cap. Chriſtus panis, cap. qui manducant, cap. credere, c. commodauit, cap. hoc ſacramentum, ca. re uera, §. iſta autem eſca, ca. omnia, ver. & cum dignè, c. in Chriſto. Per Euchariſtiam benedicimur, adſcribimur in Cœlo, de viſceribus Chriſti eſſe cenſemur, à beſtiali ſenſu eximimur, d. capit. vtrum, §. hanc igitur. Et qui eam non ſumunt carent omnibus antedictis bonis, multiſque etiam pœnis ſubijciuntur, de quibus ſupra, & in dict. diſtinctione 2. cap. ſi quis intrat, cap. ſæculares, cap. hi, qui intrant, cap. omnis homo. Et qui cum conſcientia peccati mortalis ad eam accedunt ſumunt indi-
22 gnè. Bellarmin. vbi ſupra cap. 18. † Sufficit enim pro omnibus bonis conſequendis illa abſumere dignè ſub vna ſpecie, quia ſub vtraque ſpecie tam panis, quam vini, ſeu Calicis totus eſt Chriſtus, & tota ratio ſacramenti inuenitur in vna ſpecie, nec maior ſumitur vtilitas ex communione ſub vtraque ſpecie, quam ſub vna. Neque pugnat cum Diuinis literis, ſeu cum Chriſti mandato communio ſub vna ſpecie, ita extat decretum in Concilio Tridentino ſeſſ. 21.
23 de communione ſub vtraque ſpecie Canone 1. 2. & 3. † Et quod optimis, honeſtiſſimiſque rationibus decretum ſit, quod laici, & ſacerdotes non celebrantes communicentur ſub vna tantum ſpecie panis præclarè demonſtrat Cardin. Bellarminius de ſacramento Euchariſtiæ libro 4. capit. 20. & ſequentibus, & cap. 24. id probat ex verbo Dei in Ioan. 6. ibi. Qui manducat me, viuet propter me. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Hic eſt panis de Cœlo deſcendens, vt ſi quis ex eo manducet non moriatur. Vbi probat hunc fuiſſe antiquum Eccleſiæ vſum. Et quidem valdè commodum. Contrarium verò incommodiſſimum, & impoſſibilem ad implementum legis, vbi ſit populus valdè numeroſus, & vnus tantum ſacerdos, vel vbi adſunt abſtemij, vel vbi eſt penuria vini, & periculoſum ad facilem vini effuſionem. Et quod hoc Deo placeat, vltra authoritates citatas à cap. 10. vſque ad cap. 25. in dicto cap. 24 in fine id ſignis, & prodigijs aliquando demonſtratum fuiſ-
24 ſe affirmat, & illa ibi recenſet. † Verum ſacerdotes ſacramentum Euchariſtiæ conficientes, ſub vtraque ſpecie, & conficere, & ſumere debent totum, vt iam dictum fuit, & probat Diuus Thomas in 3. parte, quæſtione 80. artic. 12. & quæſtione 82. articul. 4. Exceptis tamen illis portionibus panis, quæ conſecrantur pro populo communicando, vel ad conſeruationem in Eccleſijs pro viatica communione infirmorum, de quibus dictum fuit ſupra tit. 64. & de his hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia ſacramentum, à quibus tractatum.*
2 *Pœnitentiam eſſe ſacramentum demonſtratur.*
3 *Pœnitentiæ ſacramentum, vnde proueniat.*
4 *Pœnitentia multiplex definitio.*
5 *Pœnitentiam verè agere eſt commiſſa plangere, & iterũ plangenda declinare.*
6 *Pœnitentia ſacramentalis qualis ſit,*
7 *Pœnitentia nomen quid ſignificet.*
8 *Peccata venialia remittuntur per pœnitentiam generalem, mortalia per confeſſionem ſpecialem.*
9 *Pœnitentia ſacramentalis, quando dici poſſit perfecta.*
10 *Pœnitentia quomodo diſtinguatur, & num. 11.*
12 *Pœnitentia eſt introducta iure diuino.*
13 *Cauſa pœnitentiales pertinent ad illos ſacerdotes, quibus commiſſa eſt cura animarum.*
14 *Sacerdotes omnes in foro conſcientia ſunt Chriſti Vicarij.*
15 *Peccata atrociora, à quibus remitti poſſint.*
16 *Peccata quælibet in articulo mortis a quolibet remitti poſſunt.*
17 *Pœnitentia pro omnibus illicitis commiſſis agenda eſt pro æterna ſalute conſequenda.*
18 *Pœnitentes ſimpliciter, & ſincerè ſemper à Dei pietate ſuſcipiuntur, & amplectuntur.*
19 *Pœnitentia in multis illicitis a iure ſtatuta eſt, & qualis.*
20 *Pœnitendum eſt ſtatim poſt peccatum.*
21 *Pœnitentia ſacramentum eſt reiterabile.*
22 *Pœnitentia non ſemel tantum ſed ſæpiſſimè peccata remittit.*
23 *Pœnitentia ex præcepto agenda eſt ſemel in anno*
24 *Sacerdotes, & alij Eccleſiaſtici peccantes ex prouidentia Epiſcopi pœnitentiam agere debent.*
25 *Locus vbi fuit peccatum mutandus eſt ab agentibus pœnitentiam.*
26 *Loci mutatio interdum profuit conuerſis ad ſalutem animæ.*
27 *Pœnitentiam agere nolentes, quomodo coercendi.*
28 *Fornicatio in perſonis Eccleſiaſticis, quomodo punienda.*
29 *Pœnitentia, quando clam non ſit agenda.*
30 *Peccata Sanctorum quid differant à peccatis peccatorum.*
31 *Verba Dauid. Tibi ſoli peccaui, &c. quid importent.*
32 *Peccatores quid agere debeant, vt Eccleſia pro eis fleat.*
33 *Pœnitentia publica pro publicis peccatis agenda, ſecus pro ſecretis.*
34 *Pœnitentia omnis agenda eſt cordis contritione, oris confeſſione, & operis ſatisfactione.*

De ſacramento pœnitentiæ. Tit. 89.

1 DE pœnitentia † multi, & illi grauiſſimi viri ſcripſerunt egregia, ac præclara volumina, quorum primus fuit Tertullianus, & Iuriſconſultus, & Theologus de vtraque facultate optimè meritus eruditiſſimis ſuis ſcriptis. Deinde S. Cyprianus. Tertio Pacianus. Quarto S. Ephrem. Quinto S. Ambroſius. Sexto S. Ioannes Chryſoſtomus. Septimo S. Auguſtinus. Octauo Theodoretus. Nono Victor Cartennenſis. Decimo Vgo de S. Victore. Vndecimo Petrus Lombardus, & alij multi Theologi Scolaſtici, & Gratianus, ac poſt eum plures Iureconſulti in commentarijs iuris Canonici. Aduerſus hæreticos recentiores ſcripſere Thomas Vualdenſis, Ioannes Ekius, Ioãnes Roffenſis, Albertus Pigius, Petrus à Soto, Polyantea in verbo Pœnitentia, & alij plures quos recenſet Card. Bellarm. de pœni-
2 tentia, lib. 1. c. 1. † Quod autem pœnitentia ſit ſacramentũ etiam propriè dictum probant D. Thomas in 3. par. q. 84. articul. 4. Cardinalis Bellarminius, vbi ſupra cap. 8. & ſequ. Lancellottus in §. 1. & toto tit. inſt. de pœnitentijs, Cucchus
3 inſt. de ſacramento pœnitentiæ, & alij infra citandi. † Primum enim de hoc pœnitentiæ ſacramento habemus ritũ externum, & iudicialem abſolutionem, quæ eſt ſignum interioris, quæ fit à Deo per verbum externum, tãquam inſtrumentum. Io. 20. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retẽta ſunt. Secũdo habemus in eo promiſſionem gratiæ, ibi, remittuntur eis. Tertio habemus mãdatum Dei ibidem. ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Vnde Apoſtolus 2. Cor. 5. Deus, inquit, dedit nobis miniſterium reconciliationis, & inferius, Pro Chriſto legatione fungimur. † Et Diuus Ambroſius libro 1. de pœnitentia,

Digitized by Google

tentia cap.7. Quid intereſt inquit, vtrum per pœnitentiã,
an per lauacrum hoc ius ſibi datũ ſacerdotes vendicent?
Vnum in vtroque miniſterium eſt. Sed dices, quia in lauacro
operatur myſteriorum gratia. Quid in pœnitentia?
Nonne Dei nomen operatur. Cyrillus lib. 12. in Ioannem c.
56. comparat reconciliationem pœnitentiæ cum baptiſmo,
& Diuus Auguſtinus lib. 5. de Baptiſmo cap. 20. numerat
cum Baptiſmo, Euchariſtia, & Confirmatione reconciliationem
per manus impoſitionem, & in pſalm. 146. in illud.
Qui alligat contritiones eorum diſertis verbis appellat
Sacramentum reconciliationem pœnitentium: quæ ſunt, inquit,
iſta alligamenta temporalia Sacramenta. Alligamenta
medicinalia ſunt contritionis noſtræ Sacramenta interim
temporalia, quibus habemus conſolationem, & inferius.
Hæc Sacramenta eſſe dicit Euchariſtiam, & manus
impoſitionem. Præpoſita in pœnitentiam, quæ in Cœlo
non erunt, & in Concilio Tridentino ſeſſ. 7. de Sacramentis
canone 1. Pœnitentia quartum inter ſeptem connumera-
4 tur. † Pœnitentia itaque multis modis definitur ita, Pęnitentia
eſt dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis,
quæ quiſque commiſit, vel pœnitentia eſt, & mala præterita
plangere, & plangenda iterum non committere, de
pœnitentia diſtinct. 1. cap. ecce nunc 39. §. penultim. & vlti.
eſt etiam pœnitentia bonorum, & humilium fidelium pœna
quotidiana, in qua pectora tundimus dicentes. Dimitte
nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitorib. noſtris
d. diſtinct. 1. cap. tres ſunt 81. §. eſt etiam, eſt etiam, pœnitentia
dolor cordis, quo quiſque in ſe punit, quod deliquit
d. diſtinct. 1. capitul. quis aliquando 87. §. eſt enim. Eſt
etiam pœnitentia quædam dolentis vindicta, puniens in
ſe, quod dolet commiſiſſe, de pœniten. diſtin. 3. cap. 1. &
5 cap. pœnitentia 4. † Item pœnitentiam verè agere eſt, commiſſa
plangere, & iterum plangenda declinare d. diſtinct.
3. cap. pœnitentiam 6. §. fina. ſed iſtæ definitiones non con-
6 ueniunt pœnitentiæ Sacramentali. † Poteſt enim vera pœnitentia,
vel in ſola mentis conuerſione, atque interna peccati
deteſtatione conſiſtere, vel etiam externis ſignis, mœrore,
lachrymis, confeſſione, corporis afflictione ſe prodere,
quæ & ſi ſemper neceſſaria fuerit ad reconciliationem.
Et virtus ſit quædam non exigua, tamen niſi ſigna externa
adiuncta habeat confitentis, & Sacerdotis, ego te abſol
uo, &c. Sacramentum dici non poteſt, vt autem propriè
Sacramentum dici poſſit, neceſſe eſt, vt habeat ſigna exter
na pœnitentiæ confitentis, & abſolutionem ſacerdotis, vt
ex ea conſequatur gratia, & remiſſio peccatorum, vt ſupponitur
paulo ſuperius poſt principium ex verbo Dei in
Ioan. cap. 20. & ex Apoſtolo 2. Cor. 5. & vt exigit Conciliũ
Tridentinum in ſeſſ. 14. cap. 3. & hanc eſſe ſacramentalem
pœnitentiam verè, & propriè demonſtrat Cardinalis Bellarminius
in lib. 1. de pœnitentia cap. 10. per totum & clarius
in verſic. Prima conditio poſtulat cap. 11. & ſeq. & c.
7 8. verſi. Hic igitur ſtatus. † De nomine autem pœnitentiæ,
quod ſignificet non ſolum mentis mutationem, aut erroris
agnitionem, ſed etiam deteſtationem peccati, & vindictã
ſponte aſſumptam, ſecundum ſcripturæ, & bonorum authorum
vſum, facit nobis manifeſtum Bellarminius vbi
ſupra ca. 7. per totum, & in fine. Diuus Auguſtinus lib. 50.
homi. hom. vlt. c. 3. relatus in d. diſt. 1. de pœniten. cap. tres
ſunt 81. conſtituit trimembrem pœnitentiæ diuiſionem,
nec vlla accedit ad Sacramentum pœnitentiæ propriè dictum,
& ſi ſub vera pœnitentia, & illæ cadere poſſint quia
vera, & in internis peccatorum doloribus conſiſtit, ex qua
virtute Dominicæ orationis venialium remiſſionem conſe
quimur, mortalium verò ſola ſacramentali ex promiſſio-
8 ne Dei in Ioã. 20. † Nam pro venialium remiſſione ſufficit
pęnitentia generalis, pro mortalibus confeſſio ſpecialis gl.
in cap. perfecta 41. in verbo fructifera de pœnitent. diſtin.
1. vbi ex Ioanne os aureum in homil. de pœnitentia, quæ
9 incipit prouida mente, † dicitur, quod perfecta pœnitentia
cogit peccatorem omnia libenter ſufferre, & definiendo
eam dicit, in corde eius contritio, in ore confeſſio, in opere
tota humilitas: hæc eſt perfecta pœnitentia. His enim peractis,
& ſecuta voce ſacerdotis Ego te abſoluo, certè perfe
cta eſt pęnitentia, & talis dicitur propriè Sacramentum.
10 Concilium Tridentinum vbi ſupra. † Sed & adeſt alia diuiſio
pœnitentiæ bimembris. Vera ſcilicet, & falſa, de qua
in diſtinct. 5. de pœnitent. cap. in tantum 33. §. fina. & in c.
ſceleratior 39. §. 1. Vera pęnitentia iuſtificat, falſa non iuſtificat,
vt ſupra titu. 71. demonſtratum fuit, & probatur de
pœnitent. diſtinct. 5. cap. falſas 6. & c. vlti. d. c. in tantum §.
ſi cum ſequen. vſq. ad c. ſceleratior c. 1. §. fin. de ſumma trinitate
15. q. 1. cap. firmiſſime, cum alijs citatis in d. titulo 71.
11 † Eſt & alia diuiſio pœnitentiæ vtique bimembris, interior
ſcilicet, & exterior, vt de pœniten. diſt. 1. c. quis aliquando
87. §. è contra ver. eſt enim pęnitentia. Exempla pęnitentiæ
plura habentur in d. diſt. 1. c. conuertimini 34. ſcilicet leproſorum
ibi §. hinc etiam leproſi Lazari in §. hinc etiam Lazarus,
& Petri in §. vnde poſt trinam. Hi omnes ore tacente
conuerſi ad Deum, Deo ipſos reſpiciente remiſſionem ſunt
conſequuti, & exemplum pœnitentiæ Dauidis habetur in
cap. totum 24. de pęniten. diſt. 3. vbi tota peccatoris oſtenditur
pœnitentia, exemplum pœnitentiæ Achab habetur
12 in eadem diſtinct. 3. cap. Achab 27. † Diuino autem iure
conſtat pœnitentiam eſſe introductam ex ſacris ſcripturis
citatis in princ. & vt docet nos Leo Papa ſcribens Galeno
Epiſcopo Tripolitano relatus in 33. quæſtio. 2. capitulo audiuimus
13 & Concilium Tridentinum in ſeſſ. 14. capit. 1.
13 & ſequen. † Et cauſæ pœnitentiales regulariter pertinent
ad illos ſacerdotes, quibus animarum eſt cura commiſſa,
de animabus ſibi commiſſis, non autem ad alios 9. quæſt.
2. cap. placuit 2. cap. accedentibus 12. de exceſſib. prælatorum.
Verum id procedit in cauſis publicis, in quibus & publica
eſt pœnitentia iniungenda, ſpectant enim hæc ad dignitatem
epiſcopalem regulariter d. cap. accedentibus, &
Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de Sacramento matrimo
14 nij canone 12. † In foro enim conſcientiæ ſacerdotes omnes
Chriſtus aſcenſurus e terris ad Cœlos ſui ipſius Vicarios
reliquit, tanquam Præſides, & iudices, ad quos omnia mortalia
crimina deferantur, in quæ Chriſti fideles ceciderint:
qui pro poteſtate Clauium remiſſionis, aut retentionis peccatorum
ſententiam pronuncient. Concilium vbi ſupra d.
15 ſeſſ. 14. de confeſſione cap. 5. † Verum atrociora quædam,
& grauiora crimina, non à quibuſuis, ſed à ſummis dunta
16 xat ſacerdotibus poſſunt remitti, vt pote reſeruata. † Quę
tamen nunquam in Eccleſia Dei in articulo mortis reſeruata
intelliguntur, atque ideo omnes ſacerdotes quoslibet
pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris in mortis
articulo abſoluere poſſunt, extra quem articulum cum nihil
poſsint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentib. perſuadere
debent, vt ad ſuperiores, & legitimos iudices pro
beneficio abſolutionis accedant iuxta decretum Concilij
Tridentini in d. ſeſſ. 14. cap. 7. de caſuum reſeruatione. Ad
pœnitentiam peragendam peccatores cohortantur in d.
diſtinct. 1. de pœnitentijs c. qui ſanctus 66. & ſequen. c. Eccleſia
70. cap. ſecunda 72. cap. iudicet 85. & diſtinct. 6. cap.
1. §. laboret itaque. Nam Diuus Auguſtinus in hom. de pœnitentia
homil. 50. cap. 1. iudicet, hortatur, ſe ipſa homo in
iſtis voluntate dum poteſt, & mores conuertat in melius,
ne cum iam non poterit, etiam pręter voluntatem à Domino
iudicetur. Et cum in ſe protulerit ſeueriſſimæ medicinæ
ſententiam, veniat ad Antiſtites, per quos illis Claues
in Eccleſia miniſtrantur, & tanquam bonus incipiens iam
eſſe filius, maternorum membrorum ordine cuſtodito, à
Præpoſitis ſacrorum accipiat ſatisfactionis ſuæ modum,
vt in offerendo ſacrificio contribulati cordis deuotus, &
ſupplex, id tamen agat, quod non ſolum ipſi proſit ad recipiendam
ſalutem, ſed etiam cæteris ad exemplum. Hic
enim per eum hortamur, vt in Concilio Tridentino ſeſſ.
14. c. 1. 4. 5. & 8. decernitur ad pœnitentiam, contritionem,
confeſſionem, et ſatisſactionem, et Diuus Hieronymus in
Amos Propheta ad capit. 9. ſi agamus inquit pœnitentiam
ipſum quoque ſuæ pęnitebit ſententiæ. Si negligentia diſſoluamur,
et illum pęnitebit ſponſionis ſuæ, promiſſaque
mutabit. Cuius rei exemplum Niniuitas, et Hieruſalem habere
poſſumus, quorum alij de imminentibus periculis liberati
ſunt, alij quæ patribus promiſſa fuerunt perdiderunt,
et c. 1. Ioelis. Qui autem, inquit, peccator eſt, et quem
remordet propria conſcientia, cilicio accingatur, & plangat
propria delicta, et ingrediatur Eccleſiam, de qua propter
peccata fuerat ingreſſus, et cubet, vel dormiat in ſacco,
vt præteritas delitias, per quas offenderat Deum, vitæ
auſteritate compenſet. Non enim ſententia Dei mutatur
vanitate iudicij, ſed cõuerſione eorum, qui meruere indulgentiam,
vt de pœniten. diſtinct. 1. cap. quamobrem 68. ex
17 Diuo Hieronymo ſuper Danielem cap. 4. † Ideoque pro
omnibus illicitus commiſſis pęnitentiam pro æterna ſalute
con-

Digitized by Google

conſequenda agere debemus, vt à ſacris ſcripturis, Con-
cilijs, & Patribus hortamur, quoniam pro omnibus illi-i-
tis eſt peragenda 33.q.2.c.audiuimus 13.ibi, quia pro om-
nibus. Quamuis illa illicitè perpetrata enormiſſima ſint,
atque grauiſſima. Ita Diuus Ioannes Chryſoſtomus de re-
paratione lapſi epiſt.5.ad Theodorum lapſum, relatus in
18 diſtinct.3.de pœnitent.c.talis 28.† Talis, inquit, mihi cre-
de, talis eſt erga hominis pietas Dei: nunquam ſpernit pę-
nitentiam, ſi ei ſincerè, & ſimpliciter offeratur, etiam ſi ad
ſummum quis peruenerit malorum, & inde tamen velit
reuerti ad virtutis viam: ſuſcepit, & libenter amplectitur,
facit omnia, quatenus ad priorem reuncet ſtatū: & quod
eſt adhuc præſtantius, & eminentius, etiam ſi non potue-
rit quis explere omnem ſatisfaciendi ordinem quantulā-
cunque tamen, & quamlibet breui tempore geſtam non
reſpuit pœnitentiam: ſuſcipit etiam ipſam, nec patitur,
quamuis exiguæ conuerſionis perdere mercedem, quod
exemplificatur in populo Iudaico ex propheta Eſaia, &
in Rege Achab ex Helia, quod idem varijs ſacræ ſcriptu-
ræ exemplis probatur, vt de pœnitent. diſtinct.3. cap. ſicut
Achab 29.ex Diuo Gregorio in homil.10. ſuper Ezechielē
in extremo, & c.ſicut ait 30. ex Diuo Hieronymo in proe-
mio Ionæ.& diſtinc.4.c.intermittentes 10.§.porrò, & col-
19 ligitur à ſenſu contrario, c.vel eis 20. † Nunc enim ſpe-
cialia aliqua illicita prænotanda ſunt, de quibus ſpecialis
iuris diſpoſitione pœnitentia eſt peragenda. Nam ſi mul-
tis nuptijs quis fuerit eodem tempore copulatus agat pę-
nitentiam de qua in 32. q.7. c.ſi quis fuerit 9. & puniatur
etiam pœna de qua ſupra lib.1.tit.35.num.20. Si quis con-
ſcius ſit alterius periurij, vt quia peierauerit, & alios ſciēs
in periurium duxerit, quadraginta dies pœnitentiam pa-
ne, & aqua, & ſeptem ſequentes annos, & nunquam ſit ſi-
ne pœnitentia, & alij ſi conſcij fuerint ſimiliter pęniteant.
22.q.5.c.ſi quis 4. Si quis vxorem ſuam, vel ſeniorem in-
terfecit: depoſitis armis publicam agat pœnitentiam 33.
q.2.c.quicunque 7. Vel monaſterium ingrediatur, d.q.2.
cap.admonere 8.per totum. Si quis allexit aliquem turpi
lucri gratia, vt fieret clericus, vel monachus publicè pœ-
niteat 16. quæſt.7. c.penult. & 20.q.3. c.vlt. Sed & plures
huiuſmodi cauſæ ſpeciales pęnitendi afferuntur infetius
20 in tit.94.de peccatis.† Sed & ſtatim ſine aliqua mora poſt-
quā peccauimus pęnitere dēmus. Nā primus noſter parēs
Adam poſt culpam ſtatim de Paradiſo Deus eiecit. Non
diſtulit, ſed ſtatim ſeparauit ſe à delitijs, vt ageret pœni-
tentiam, ſtatim tunicam veſtiuit ficulneam primum, de-
inde pelliceam, non ſericam, vt de pœnitent. diſtinct.1.c.
Adam 8.ex Diuo Ambroſio de pœnitentia, libro 2.capit.
11.vt illa prima indutus pungeretur, vt alibi notauimus.
Sed Ioannes Chryſoſtomus, ideſt author operis imperfe-
cti in Matth.homil.4. interrogando ait. Quis aliquando
vidit clericum citò pœnitentiam agentem? Sed, & ſi de-
prehenſus humiliauerit ſe, non ideo dolet, quia peccauit:
Sed confunditur, quia perdidit gloriam ſuam, relatus de
pœniten.diſtin.1.c.quis aliquando 87.vbi glo. Sed videtur
non, niſi ſemel ad pœnitentiam agendam aliquem eſſe ad-
mittendum, nec eſſe pœnitentiam iterandam, vt diſtinct.
50.c.ſi quis poſt 60.§. poteſt & aliter.& de pœnit.diſtin.1.
c.nemo 50.& c.quantuslibet 53.& diſtinct.2. in princ.&
c.1.§.fin.& diſtinct.3.in princ.c.1.cum cc.ſequentibus, vſ-
que ad c.pœnitentia eſt quædam. Verum quamuis cautè,
& ſalubriter prouiſum ſit, vt locus illius humillimæ pœ-
nitentiæ ſemel in Eccleſia concedatur, ne medicina vilis
minus vtilis eſſet ægrotis, quæ tanto magis ſalubris eſt,
quanto minus contemptibilis fuerit: Quis tamen audeat
dicere Deo, quare huic homini, qui poſt primam pęniten
tiam rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterū
parcis? vt ſcribit Diuus Auguſtinus ad Macedonianum
epiſt.54. relatus de pœnitent. diſtinct.3. cap.quamuis 22.
certè nemo. Semel enim quis eſt admittendus ad pęniten-
tiam, quando ſcilicet perfectè pœnitiut, de pœnitent.di-
ſtinct.1. ca.perfecta 40.quando ſcilicet cum requiſitis eſt
iniuncta à ſacerdote peccatori perfectè pœnitenti. diſtin.
3.c.perfecta 8. vbi gloſſ. c.quamuis 22.§.hac authoritate,
21 ver illud autem.† Nam ſi verè agerent pœnitentiam, ite-
randam poſtea non putarent, adeo quod ſi nec vera, nec
perfecta fuit, erit denuo iteranda, d.c.quamuis, & dicto
c.perfecta, & ita debet intelligi tex.in c.ſi quis 61. §.poteſt
aliter, diſtinct.50. vt declaratur in dict.§.hac authoritate,
ver.illud autem. Si vera & perfecta fuit, non erit iteranda.
Qui enim ſæpius agendam pænitentiam putant, luxurian-
tur in Chriſto. Nam ſi verè agerent pœnitentiam, iteran-
dam poſtea non putarent, quia ſicut vnum baptiſma, ita
& vnica pœnitentia, vt de pœnitent. diſtinct.3.c.repetun-
tur 2.vbi glo. Ille enim pœnitentiam dignè agit, qui quæ
commiſit, ſic præterita mala, ita deplorat, vt futura iterū
non committat, d.diſtinct.3.c.ille 9. Hic non habet neceſſe
illam iam perfectiſſimè peractam pœnitentiam iterare.
Nec minus ille qui publicè egit pœnitentiam ſolemnem.
diſtinct.50.c.ſi quis 61. §.poteſt & aliter. Sed hoc intelligi
debet reſpectu iam commiſſorum præteritorum pecca-
torum, de quibus verè pœnituit, ac remiſſionē obtinuit, ſi
poſtea iterum cecidit, eſt denuo ad nouam peragendam
pęnitentiam admittendus pro peccatis poſt iam peractā
primam, vel aliam vlteriorem penitētiam commiſſis, quæ
22 non dicitur iterata, ſed integra per ſe ſubſiſtens.† Nā per
pęnitentiam non ſemel tantum, ſed ſæpè ſæpius, ac ſæpiſſi-
mè peccata remittuntur, d.diſtinct.3. c.quamuis in princ.
c.ſepties 23.c.ille Rex 25.§.ergo ſi curientium.cap.Naum
23 31.§.fin. c.adhuc 32.c.in tantum 33.† Præterea ex præ-
cepto Eccleſiæ vnuſquiſque quamuis ſanctiſſimus ſemel
in anno pęnitere, ac confiteri iubetur, c.omnis vtriuſque
22.in princip.de pęnitent & extrauag. communi 2.de hę-
24 reticis.† Locus verò pęnitentiæ ab Epiſcopo eſt deputan-
dus. Nam ſi ſacerdos, aut quis alius in ordine eccleſiaſtico
prouectus, in eo ſcelere inuenitur, quo abijciendus com-
probatur, depoſitus, prouidentia Epiſcopi, bene prouiſo
loco conſtituatur, vbi peccata lugeat, & vlterius nō com-
25 mittat. diſtinct.81.c.ſacerdos 7.vbi glo.† Mutandus tamē
26 locus eſt, in quo fuit peccatum.† Valet enim interdū con-
uerſis pro animæ ſalute mutatio loci. Plerumque enim dū
mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Congruum eſt
enim inde etiam corporaliter auelli, vbi quiſque pravè vi-
xit, hoc in aſpectu mentis apponit, quod ſæpè ibi, vel cogi-
tauit, vel geſſit, vt ex Iſidoro lib.2. ſententiarum de ſum-
27 mo bono c.10. relato in diſtinct.81. c.valet 9. † Quando-
quidem verò pęnitentiam agere contemnunt, in monaſte-
rium detruduntur, aut in canoniam regularem, & ſi non
obediunt, ab Eccleſiæ communione ſeparantur, d.diſtinct.
81.c.dictum eſt 8.& ad remigandum ad triremes trāſmit-
tuntur. Propter crimen adulterij commiſſum ab officio
deponuntur, communione conceſſa, in monaſterio toto
tempore vitæ ſuæ detruduntur, d.diſtinct.81.cap.ſi quis
28 20.& c.Romanus 11.† Epiſcopus verò, presbyter, & dia-
conus propter fornicationem inter laicos debent pęnitere
depoſiti, & ab Eccleſia proiecti, dicta diſtin.81.cap.ſi quis
29 Epiſcopus. Sed & in conſpectu Eccleſiæ.† Si ita manifeſta
ſit, non clam eſt pęnitentia peragēda ita dicente Diuo Au-
guſtino in lib.50.homil.homi.49. de pęnitent. relato in di-
ſtinct.1 de pœnitent.c.agite 44. Agite, inquit, pęnitentiam
qualis agitur in Eccleſia, vt oret pro vobis Eccleſia. Nemo
dicat ſibi, occultè ago, apud Deum ago, nouit Deus. qui
mihi ignoſcit, quia in corde ago: Ergo ſine cauſa dictū eſt.
Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt, & in Cęlo. Ergo ſine
cauſa claues datæ ſunt Eccleſiæ Dei, fruſtramus Euange-
lium Dei, fruſtramus verba Chriſti, promittimus vobis
quod ille negat, non ne vos decipiamus? Iob dicit. Si eru-
bui in conſpectu populi confiteri peccata mea, &c. Et Di-
uus Hieronymus ſuper Exodo relatus in d.diſtinct.1. c.&
venit 45. Et venit, inquit, Aaron, & omnes presbyteri de
Iſrael manducare panem cum ſocero Moyſi in conſpectu
30 Dei.† Omnia ergo quæ faciunt ſancti, in conſpectu Dei
faciunt: peccatores autem à conſpectu Dei fugiunt. Nam
qui diuinis ſunt imbuti diſciplinis, etiam ſi malum faciūt,
coram Deo faciunt, & in conſpectu eius faciunt; ſicut ille
31 qui dicit.† Tibi ſoli peccaui, & malum corā te feci: quid
ergo plus habet, qui malum coram Deo facit, illud profe-
ctò quod continuo pęnitet, & dicit, peccaui. Quid enim
voluit Dauid dicere. Tibi ſoli peccaui, &c. Niſi confiteor
peccaſſe, me pęnitet peccaſſe, iniunge quamuis pęniten-
tiam, ſatisfaciam in conſpectu tuo, in conſpectu populi.
Qui autem diſcedit à conſpectu Dei, neſcit conuerti, &
peccatum pęnitendo purgare. Hoc ergo intereſt, malum
coram Deo facere, & à Dei conſpectu diſceſſiſſe peccan-
tem. Nam ille manifeſtat peccatum ſacerdoti, pœnitet eū
peccaſſe, obtinet abſolutionem, & ſatisfacit: iſte tacet, &
ſe abſcondit, vel pœnitet clam, non in conſpectu Eccleſiæ,

& ideo

32 & ideo Eccleſia non flet pro eo.† Vt enim pro te fleat Ec-
cleſia mater,& culpam tuam lachrymis lauet. Videat te
Chriſtus mærentem,vt dicat. Beati triſtes,quia gaudebi-
tis.Amat vt pro vno multi rogent. Chriſtus te mœrentem
videt,quando ſacerdoti tua crimina manifeſta facis. Iu-
dicet enim ſeipſum homo in iſtis voluntate dum poteſt,
&c. Et pœnitens veniat ad Antiſtites, per quos illi claues
in Eccleſia miniſtrantur, & tanquam bonus incipiens iam
eſſe filius, maternorum membrorum ordine cuſtodito, à
Præpoſitis ſacrorum accipiat ſatisfactionis ſuæ modum,
vt in offerendo ſacrificio contribulati cordis deuotus, &
ſupplex veniam conſequatur,ita Diuus Auguſtinus in ho-
mil.de pęnitentia relatus in d.diſtinct.1 de pęnitent. c.iu-
dicet 85. & ſi expedire vtilitati Eccleſiæ videtur Antiſtiti,
in notitiam multorum, vel etiam totius plebis agere pę-
nitentiam non recuſet,non reſiſtat,non lethali,& mortife-
ræ plagæ per pudorem addat tumorem, d.c.iudicet in fi-
ne,& c.quis aliquando 87.§.è contra propè finem, verſic.
hęc ergo ſecreta ſatisfactio,c.quem pęnitet 88 & c.quam-
33 uis 89 & de pęnitentijs, c.1. † Sed præmiſſa procedunt in
illis criminibus, quæ populo publica,atque nota ſunt, de
quibus,& publica eſt pęnitentia peragenda. Secreta nam-
que peccata, ſecreta confeſſione, & occulta ſatisfactione
purgantur,vt colligitur ex allegatis,& ex d.c.quis aliquan
do 87 §.1.ver.ſecreta namque peccata.& §.2. in fine,dicto
34 cap. quem pęnitet,in fine,& d.c.quamuis.† Sed & omnis
pęnitentia tam ſecreta, quam publica,ſi illa peragenda ſit,
agenda eſt cordis contritione, oris confeſſione, & operis
ſatisfactione,de pęniten.diſtin.1 c.perfecta 40.& diſtinct.
3.c.perfecta 8.Concilium Tridentinum ſeſſion.14. c.1.4.5.
& 8. De iis ideo ſpecialiter eſt diſſerendum, & primum de
cordis contritione.

SVMMARIVM.

1 *Contritio quid ſit.*
2 *Contritionis ſpecies ſeptem proponuntur.*
3 *Attritio quando ſit vtilis ad iuſtificationem.*
4 *Attritio ſine ſacramento quid.*
5 *Contritio non eſt coacta, ſed libera.*
6 *Contritio ſola ſine oris confeſſione, & operis ſatisfactione an ſufficiat ad remiſſionem peccatorum.*
7 *Confeſſionis peccatorum efficacia & virtus.*
8 *Contritio ſola cordis charitate perfecta reconciliat hominem Deo, aut ſacramentum pœnitentiæ.*
9 *Negationem Petri deleuit ſatisfactio lachrymarum, & trina confeſſio Dominicæ dilectionis.*
10 *Miſericordia Dei quanta ſit erga peccatores verè pœnitentes.*
11 *Miſericordia Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire*
12 *Contritis contritione charitate perfecta remittuntur peccata etiam ante abſolutionem ſacerdotalem.*
13 *Contritio naſcitur ex charitate, eamque comitem habet.*
14 *Charitas operit vniuerſa delicta.*
15 *Charitas eſt ignis omnia mala conſumens, & facit filios Dei: num.16.*
17 *Charitas facit amicos Dei, vel potius ipſa eſt amicitia cum Deo.*
18 *Charitatem habens implet legem, & rectè viuit.*
19 *Charitatem habentes liberi ſunt à peccato.*
20 *Indulgentiæ vt proſint quæ requirantur.*
21 *Indulgentiæ liberant à pœnis temporalibus purgatorij.*
22 *Contritio in articulo mortis ſupplet confeſſionem, & baptiſmum.*
23 *Excommunicatus decedens abſque abſolutione ſaluari poteſt per contritionem.*
24 *Contritio ſine ſpeciali Dei auxilio haberi non poteſt.*
25 *Gratia præueniens Spiritus ſancti neceſſaria hominibus ad credendum, diligendum, & pœnitendum.*

De contritione cordis. Tit. 90.

1 Contritio,† quæ primum locum obtinet inter pęni-
tentis peccaſſe,eſt animi dolor, ac deteſtatio pec-
cati commiſſi,cum propoſito non peccandi de cę-
tero,ita definitur in Concilio Tridentino ſeſſio.14. cap.4.
& à Diuo Thoma in ſupplemento ſummæ quæſt.1. & ſe-
quen.& in §.conſtat.Inſt. de pęnitentijs,& remiſſionibus,
& in Polyantea in verbo Contritio. & Concilium vbi ſu-
2 pra.† Quo loci ſeptem capita contritionis proponit, quæ
apud omnes certiſſima,atque indubitata eſſe debent. Pri-
mum eſt contritionem eſſe animi dolorem, ac deteſtatio-
nem de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi
de cætero. Alterum. Contritionem lapſis ſemper fuiſſe
neceſſariam ad obtinendam veniam. Tertium, poſt baptiſ-
mum debere eſſe coniunctam cum fiducia miſericordiæ,
& cum voto præſtandi cętera, quæ ad ſacramentum pę-
nitentiæ requiruntur. Quartum, contritionem charitate
formatam reconciliare hominem, etiam antequam ſacra-
3 mentum actu percipiatur. † Quintum, contritionem im-
perfectam, quæ attritio dici ſolet, quæ ex metu gehennæ
concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat, & cum ſpe
veniæ ſit coniuncta, non ſolum non facere hominem ma-
gis peccatorem, ſed eſſe donum Spiritus ſancti, & vtilem
4 ad iuſtificationem.† Sextum, Attritionem, ſine ſacramen-
to, quod re ipſa percipiatur, non poſſe per ſe ad reconci-
liationem peccatorem perducere, eum tamen ad gratiam
5 in ſacramento ſuſcipiendam diſponere.† Septimo, con-
tritionem non eſſe coactam.& extortam, ſed liberam, &
voluntariam, ex his enim habemus, quid ſit contritio, quę
eius neceſſitas, quæ ſpecies, quis effectus.& omnia ſeptem
prænotata capita, aduerſus hæreticos illa impugnantes,
tuetur Cardinal. Bellarminius in libro ſecundo, de peni-
6 tentia per totum. † Sed apud nos reſtat diſſerendum ex
decretis, an ſola cordis contritione, ſine oris confeſſione, &
operis ſatisfactione pęnitentia fieri poſſit? & pro affirma-
tiua ſunt qui dicunt, quemlibet criminis veniam ſine cō-
feſſione facta Eccleſiæ, & ſacerdotali iudicio poſſe pro-
mereri, iuxta illud Diui Ambroſij ſuper Lucam ad 22. Pe-
trus doluit, & fleuit, quia errauit, vt homo. Non inuenio
quid dixerit, inuenio quod fleuerit. Lachrymas eius lego,
ſatisfactionem non lego. Nec multo aliter in ſermone 46.
de Petri pęnitentia dicit, lachrymæ lauent delictum, quod
voce pudor eſt confiteri, Hæc Diui Ambroſij dicta, vt di-
xi pro affirmatiua referuntur in diſtinct.1. de penitent.
vbi in princip. formatur, quæſtio in capit.1.2. & 3. Pro hac
dicitur ex Propheta ſacrificium Deo ſpiritus contribula-
tus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies, &
in capit.4 Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meā
Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei, & in ca-
pit.5. Magna pietas Dei, vt ad ſolam promiſſionem pec-
cata dimiſerit. Non dum pronunciat ore; & tamen Deus
audit, iam audit in corde: quia ipſum dicere, quaſi quod-
dam pronunciare eſt. Votum enim pro opere reputatur;
hoc idem probatur in capit.conuertimini 34 §.primo, ver.
vnde datur. in c.facilius 42 § hoc idem, in cap.ſcindite 33.
§.oſtendens, c.qui natus 36 §.cum ergo, c.omnis qui 37.c.
quis aliquando 87.§.è contra, diſtinct.prima, de pęnitent.
Negatiuam verò quod ſine oris confeſſione, atque operis
ſatisfactione pęnitentia fieri non poſſit, tenent multi ex
Domino per Prophetam dicentē. Dic tu iniquitates tuas,
vt iuſtificeris. & Diuus Ambroſius in lib. de Paradiſo, c.14.
7 relatus in d.diſtinc.1.de pęnitentijs, cap.non poteſt.† Non
poteſt, inquit, quiſquam iuſtificari à peccato, niſi ante fue-
rit peccatum confeſſus, & in ſermone 1. Quadrageſimæ,
de quo in c.ecce 39. Ecce, inquit, nunc tempus acceptabile
adeſt, in quo confeſſio à morte animum liberat: confeſſio
aperit Paradiſum; confeſſio ſpem ſaluandi tribuit. Vnde
ſcriptura dixit. Dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris. His
verbis oſtenditur, quia non meretur iuſtificari, qui in vita
ſua peccata non vult cōfiteri, illa ergo cōfeſſio nos liberat,
quæ fit cū pęnitentia, vt c.ex perfecta 40.c.non pōt.41.c.a-
gite 44.c.ijs poteſtatis 54 §.fin. c.ſunt qui 56. c.voluiſſent
60 §.ex his, c.ſufficit 61.c.quis aliquando 87.§.1.& §.è cō-
tra vſque ad fin.d.diſt. Verum enim verò, & affirmātes, &
8 negantes fędere diſtinctionis conciliantur. † Nā contritio
ſola cordis charitate perfecta recōciliat hoīem Deo, priuſ-
quā ſacrum pęnitentiæ actu ſuſcipiatur, vt in princ. huius
tituli authoritate Conc. Trid. in ſeſ.14.c.4. pronūciauimus.
Talis enim fuit contritio Petri omni ſcilicet charitate per-
9 fecta. † Negationem enim Petri ſecuta eſt ſatisfactio la-
chrymarum, & trina confeſſio Dominicæ dilectionis, qua
penitus deleuit peccatum trinæ negationis. Non ergo ne-
ceſſaria erat ſibi certa ſatisfactio peccati, cuius totum vitæ
tem-

Digitized by Google

tempus obedientiæ impendebatur conditoris ſui. Imita-
batur enim illud Propheticum. Declina à malo,& fac bo-
num,& illud Eſaiæ. Derelinquat impius viam ſuam, & vir
iniquus cogitationes ſuas. Amplius horum nihil à peccato-
re exigitur. Non ergo illa authoritate Leonis Papæ ſatisfa
ctio penitentiæ,de qua in c.ſufficit 6t.d.diſtinc.1. negatur
eſſe neceſſaria cuilibet delinquenti,ſed ei tantum,qui Bea-
tum Petrum imitatus,huic ſæculo penitus abrenunciauit,
& cunctorum vitiorum fomitem in ſe funditus mortifi-
cat.& cum hac qualitate procedit affirmatiua, & autho-
ritates pro ea citatæ. Pro qua placet afferre id quod legi-
tus in libro 2.Regum capit.12.cum audiſſet Dauid à Na-
than Propheta peccatum ſuum, pœnitentia ductus ait.
Peccaui Domine,& contiouo Natham ſubiecit. Dominus
quoque tranſtulit peccatum tuom, de qua re loqui,vide-
tur idem Dauid, cum 10 pſalm.3.ait. Dixi confitebor ad-
uerſum me in iuſtitiam meam,& tu remiſiſti impietatem
peccati mei. Vnde Diuus Ambroſius in Apologia Dauid c.
7.ſi dixit,inquit, Pronunciabo, & veniam meruit antequã
pronunciaret: quanto magis vbi de ſe pronunciauit di-
cens. Iniquitatẽ meam ego cognoſco: remiſſum eſt ei om-
ne peccatum? ergo remiſſionem meruit iniquitatis,& te-
xit charitate,atque operuit peccata ſua. Diuus Auguſtinus
concione 2.in pſalm.31. Non pronunciat, inquit, ſed pro-
10 mittit ſe pronunciaturum,& ille iam dimittit.† Diuus Gre
gorius in comment.eiuſdem pſalmi 31. Attendite, ioquit,
quanta ſit indulgentiæ vitalis velocitas,quanta miſericor
diæ Dei commendatio, vt confitentis deſiderium comite-
tur venia, antequam ad cruciatum perueniat pœnitentia,
ante remiſſio ad cor perueniat, quam confeſſio in vocem
erumpat,& Iſaiæ 30. ſi reuerſus ingemueris, tunc ſaluus
eris,ex quo loco S. Leo in epiſto.91.ad Theodorum Epiſco
11 pum Foroliuij colligit,† Quod miſericordiæ Dei nec men
ſuras poſſumus ponere,nec tempora definire,apud quem
nullas patitur veniæ moras vera conuentio, dicente ſpiri-
tu Dei per Prophetam,cum conuerſus ingemueris, tunc
12 ſaluus eris. † Vt contiouo contritis contritione charitate
perfecta remittantur à Deo peccata etiam antequam ab-
ſolutio ſacerdotalis accedat,vt nullas patiatur veniæ mo-
ras. Similiter legitur in Ezechiele capitu. 18.ſi impius auer
tit ſe ab iniuſtitia ſua, iniquitatem eius non recordabor
amplius, & cap.33. Impietas impij non nocebit ei,in qua-
cunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua. At multum
nocet impietas,quamdiu facit reum æternæ damnationis:
nec poteſt dici Deus oblitus iniquitatum, quamdiu pœ-
nas ęternas iniquitati debitas non relaxat: ergo. Facit & pa
rabola Filij prodigi apud Luc.15. quam Diuus Ambroſius
adducens in lib.2.de pœniten.cap.3. Tam cito, inquit,ve-
niã meretur,vt venienti,& adhuc longe è poſito occurrat
Pater, & oſculum tribuat, quod inſigne eſt ſactæ pacis.
13 † Præterea cum cootritio naſcatur ex charitate, eamque
comitem habeat indiuiduam,neceſſariò efficitur,vt etiam
contritio ſine remiſſione peccatorum eſſe non poſſit. Pro-
uerbio.8.ego diligentes me diligo Prouerb.10.& 1.Petr.4.
14 † Vniuerſa delicta operis charitas, & 1.Ioan.3. Nos ſcimus
quia translati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligi-
mus fratres: qui nõ diligit manet in morte. Lucæ 7. Remit-
tuntur ei peccata multa,quoniam dilexit multum S. Ioan
15 oes Chriſoſtomus hom.7.in poſteriorem ad Timoth.† Si-
cut, inquit, ignis vbi ſyluam occupauerit, omnia purgare
cõſueuit; ita & charitatis feruor quocunque inciderit om-
nia perimit,atque prærumpit: vbi charitas eſt, omnia ſu-
blata ſuot mala, Diuus Gregorius hom.33. in Euangelia,
Quid,inquit,eſſe dilectionem credimus,niſi ignem?& qd
culpam niſi rubiginem? Vode nunc dicitur. Dimittuntur
ei peccata multa,quoniam dilexit multum,ac ſi apertè di
ceretur; Incendit plene peccati rubiginem, quia ardet va-
lide per ignem amoris. Diuus Auguſtinus lib.15.de trinita
te cap.18.loquens de charitate. Nullum eſt,inquit, iſti do-
no Dei excellentius. Solum eſt,quod diuidit inter filios Re
gni æterni,& filios damnationis æternæ. Idem in tractatu
5.in epiſto.Ioannis. Dilectio,inquit, ſola diſcernit inter fi-
lios Dei,& filios Diaboli,& inferius. Si ſolam habes, ſuffi-
ciat tibi,& inferius, ſi quis in corde ſuo inuenerit charita-
tem,ſecurus ſit,quia tranſijt à morte ad vitam,iam in dex
tera eſt. Similia dicit in lib de vnitate Eccleſiæ cap.19. &
16 hom.50.de Verbis Domini. † Rurſus charitas, & conſe-
quenter contritio efficit filios Dei, vt demonſtrat Diuus
Auguſtinus de Gratia Chriſti cap.21.ex illis verbis ſcriptu
ræ. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij
Dei nominemur, & ſimus. At qui filij Dei ſunt,hoc ipſo
hæredes ſunt Regni iuxta illud Apoſtoli ad Galatas 4. Ita-
que iam noo eſt ſeruus, ſed filius, quod ſi filius, & hæres
per Deum. Ergo qui charitatem habet, non poteſt eſſe
reus mortis æternæ, quæ eſt exhæredatio à Regno cœlo-
17 rum,† Charitas facit amicos Dei, vel potius ipſa eſt ami-
citia cum Deo. Prouerb.8. diligentes me diligo. Ioan.15.
Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis,
quod autem ipſe præcipiat ſubdit ibi. Hoc eſt præceptum
meum,vt diligatis inuicem. Diuus Ambroſius in epiſt.7.ad
Simplic.inquit,libertas liberum facit hominibus, charitas
18 amicum Deo.† Præterea charitatem qui habet implet le-
gem,& rectè viuit,vt docet Diuus Auguſtinus in lib. de
fide & operibus capitulo 14.ex verbis Apoſtoli ad Roma-
nos capitulo 14. Plenitudo legis eſt dilectio. At nemo rectè
viuere,neque legem implere poteſt,niſi regeneratus,& iu-
ſtificatus,& filius Dei effectus. Idem contra duas epiſtolas
Pelagianorum capitulo 2.ibi cum non viuant benè homi-
nes,&c.& in pręfatione expoſitionis pſalm.31.ibi. Nihil bo
ni feciſti,& cap. Et in concione 2.explicans idem ibi. Pro
hac orabit ad te omnis ſanctus. Et in pſalm.110.iuſtitiam,
inquit,non operatur,niſi iuſtificatus,& in libro de ſpiritu
19 & litera cap.26. Factores legis iuſtificatio præcedit. †. Se-
quitur itaque,vt qui charitatem habent,liberi ſint à pec-
cato, quandoquidem Sãcti ſunt,& legem implent,quam
nemo poteſt implere niſi à peccato iuſtificatus. Huc perti
net totius Eccleſiæ conſenſus. Nam in ea ſæpe à ſummis
Pontificibus conceduntur indulgentiæ habentibus contri-
tionem ſuorum peccatorum cum propoſito confeſſionis
Sacramentalis ſuo tempore faciendæ, & eædem à fidelib.
in toto orbe Chriſtiano libenter,& cum gratiarum actio-
20 ne ſuſcipiuntur. † At certum eſt indulgentias hoc requi-
rere,vt proſiot,vt qui eas ſumit,iam ſit in ſtatũ gratiæ, &
liber à reatu mortis æternæ,& ſolum pro temporalibus ſa
21 tisfacere teneatur.† Indulgentiæ enim à temporalibus pœ
nis liberant homines, ſi tamen prius ab æterno reatu libe-
rati fuerint; quare vniuerſa Eccleſia credit, per contritionẽ
cum voto confeſſionis à reatu peccati mortalis hominem
22 liberari,atque in gratiam cum Deo redire.† Poſtremo in
articulo mortis,ſi non adſit, qui pœnitentem Deo reconci
liet,vel baptizet Cathecumenum,poſſe eos per veram cõ-
tritionem cum deſiderio Sacramenti percipiendi non ſolũ
iuſtificari,ſed etiam continuo ad æternam gloriam perue-
nire. Id enim docet Diuus Ambroſius in oratione de obit
Valentini Iunioris. Auguſtinus libro quarto de Baptiſmo
contra Donatiſtas capitulo 22. Bernardus epiſt.77.ad Ho-
gonem,& eſt tex. Inoocentij III.in capitul. ad Apoſtolicam
de præsbytero non baptizato,vt diximus ſupra titu.84.&
ſequen.& certè non eſt articulus mortis, qui illos iuſtificat
ſed vera cõuerſio,& cordis contritio cum deſiderio Sacra-
menti ſuſcipiendi,vt probant allegati ſupra,& in d.tit.84.
Articulus enim mortis eos ſolum excuſat à præuaricatione
præcepti: qui non adeo Sacramentum non habuerunt,
quia contempſerunt, & noluerunt, ſed quia non potue-
23 runt fieri compotes Sacramenti deſiderati. † Hinc Dan-
tes in Purgatorio caotilena 3. in fine cecinit de quodam
magno peccatore excommunicato violẽter occiſo ad Deũ
contritione conuerſo. Quod ſine mora veniam à Deo inue
nit ibi.

Orribil furon li peccati miei,
Mà la bontà infinita hà ſi gran braccia.
Che prende ciò che ſi riuolue à lei.
Se'l Paſtor di Coſenza, ch'alla caccia
Di me fu meſſo,per Clemente all'hora
Haueſſe'n Dio ben letta queſta faccia.
L'oſſa del corpo mio ſarieno anchora
In co' del ponte,preſſo à Beneuento,
Sotto la guardia della graue mora
Hor le bagna la pioggia,e muoue'l vento
Di fuor del Regno,quaſi lungo'l verde,
Oue le transmutò à lume ſpento.
Per lor maleditiõ ſi non ſi perde
Che non poſſa tornar l'eterno amore,
Mentre che la ſperanza ha fior del verde.

Et in Cãtilena 5.canẽdo de alijs plurib.magnis peccatorib.
improuiſa,atq.violenta morte occiſis,de vno ita cec nit.

Qui-

Quini perdei la vita, e la parola
Nel nome di Maria fini, e quini
Caddi, e rimaſe la mia carne ſola.
Io dirò il vero, e tu'l ridi tra viui,
L'Angel di Dio mi preſe, e quel d'inferno
Gridaua; ò tu del Ciel, perche mi priui?
Tu te ne porti di coſtui l'eterno
Per vna lagrimetta che'l mi toglie?
Ma io farò dell'altro altro gouerno.

Et paulo ſuperius.

Noi fummo già tutti per forza morti,
E peccatori fin'all'vltim'hora:
Quini lume del Ciel ne fece accorti.
Si che pentendo, e perdonando fuora
Di vita vſcimmo, à Dio pacificati,
Che del deſio di ſe veder n'accuora.

Eſt enim contritio actio bona, & libera non coacta, nec paſſio, vt explicat Cardinalis Bellarminus de pœnitentia, lib. 2. c. 2. per totum, & eſt donum Dei, & Spiritus ſancti impulſus, vt in Concilio Tridentino ſeſſio. 14. c. 4. propè fi-
24 nem. † Quæ ſine ſpeciali Dei auxilio haberi non poteſt, vt inquit Dantes ibi.

Quiui lume del Ciel ne fece accorti.

Et poſtea ſubdit.

Si che pentendo, e perdonando fuora
Di vita vſcimmo.

Sed & Concilium Tridentinum alibi ſeſſio. ſexta, cap. 5. hæc habet verba. Declarat præterea ſancta ſynodus ipſius iuſtificationis exordium in adultis à Dei per Chriſtũ Ieſum præueniente gratia ſumendum eſſe. Deinde cap. 6. inquit. Diſponuntur ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia, atque adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum &c. & in cap. 14. inquit. Qui verò accepta iuſtificationis gratia per peccatum exciderunt, rurſus iuſtificari poterunt, cum excitante Deo per pœnitentiæ ſacramentum merito Chriſti amiſſam gratiam re-
25 cuperare procurauerint, & infrà canone 3. decernit. † Si quis dixerit, ſine præueniente Spiritus ſancti inſpiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, ſperare, diligere, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, anathema ſit.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens quid facere debeant.*
2 *Viaticum omnibus in morte poſitis non denegandum.*
3 *Pœnitentes publici quid facere debeant.*
4 *Pœnitentia publica etiam pro ſecretis peccatis agi poteſt.*
5 *Pœnitentia publica alia eſt ſolemnis, alia non ſolemnis.*
6 *Pœnitentes legem Dei diligere debent, & odio habere iniquitatem.*
7 *Pœnitentes ſemper debent dolere peccaſſe.*
8 *Coniuges commiſcentes ſe ardore libidinis habent quid doleant.*

De officijs Pœnitentis, Tit. 91.

1 POenitentes † verò tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum, & cilicium ſuper caput à ſacerdote (ſicut vbique conſtitutum eſt) conſequantur. Si autem comas non depoſuerint, aut veſtimenta non mutauerint, abijciantur; & niſi dignè pœnituerint, non recipiantur. Iuuenibus etiam pœnitentia non facilè com-
2 mittenda eſt propter ætatis fragilitatem. † Viaticum tamen omnibus in morte poſitis non eſt negandum, diſtinc.
3 50. c. penitentes 63. † Et in capite Quadrageſimæ omnes penitentes ante fores Eccleſiæ ſe repreſentent Epiſcopo Ciuitatis, ſacco induti, nudis pedibus, vultibus in terra demiſſis, reos ſe eſſe ipſo habitu, & vultu proteſtantes. Poſt hæc eos in Eccleſiam introducant, & cum omni clero ſeptem penitentiales pſalmos in terra proſtratus Epiſcopus cum lachrymis pro eorum abſolutione decantet. Tunc reſurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis imponat, aquam benedictam ſuper eos ſpargat: cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat. & cum gemitu, & crebris ſuſpirijs denunciet eis. Quod ſicut Adam proiectus eſt de Paradiſo: ita ipſi pro peccatis abijciuntur. Poſt hæc iubeat miniſtros, vt eos extra ianuas Eccleſiæ expellant. Clerus verò proſequatur eos cum reſponſorio. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Vt videntes ſanctam Eccleſiam pro facinoribus ſuis tremefactam, atque commotam, non paruipendant penitentiam, d. diſtinctio. 50. c. in capite 64. Et hæc publica penitentia ſemel facta non iteratur, vt notatur in fine, d. c. & vt nos alias dixi-
4 mus. † Verum & ſi Chriſtus non venerit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem delicta ſua publicè confiteri poſſit, & publicam penitentiam agere etiam pro ſecretis ſceleribus, non eſt tamen hoc diuino præcepto mandatum: vt decernitur in Concilio Tridentino ſeſſio. 14. c. 5. & de penitent. diſtinc. 1. c. quamuis 89 vbi glo. Nam pro publicis publica, pro ſecretis, & occultis ſecreta, atque priuata mandato diuino penitentia eſt peragenda, d. c. in capite, & d. c. quamuis, & Con-
5 cilium vbi ſupra. † Sed & publica penitẽtia alia eſt ſolemnis, alia non ſolemnis, vt de penitent. diſtinc. 3. c. nihil prodeſt 21. & Concilium Tridentinum in ſeſſio. 24. de reformat. c. Apoſtolus monet 8. de hac publica, & ſolemni ad differentiam priuatæ, & non ſolemnis latè agit Cardin. Bellarminus lib. 1. de penitent. c. 21 & 22. Qui etiam in locis docet illius formam, & ritus, qui correſpondent ijs, quæ paulo ſuperius demonſtratis, de ea egit etiã D. Thomas in ſupplemento q. 28. & Cardinal. Bellarmin. vbi ſupra lib. 4. c. 9. docet ortum habuiſſe à penitentia primi parentis Adami, vt colligitur etiam ex reſponſorio iam citato, In ſudore
6 vultus tui veſceris pane tuo. † Præterea penitentes legem Dei diligere debent, & odio habere iniquitatem 26. q. 7. c. affectum 10. & ſe ſacerdotibus ſubijciant, et c. de pen. dist. 1. c. ſunt qui 56. c. ſanctus 66. & c. iudices 85. Sed & alia penitentis officia docet Diuus Auguſtinus de penitentia, relatus in diſtinct. 5. de penit. c. 1. in princ. & alijs omnibus vſque in finem, vbi docet modum examinandæ conſcientiæ, penitendi, & poſtea confitendi. Tempore ieiunij à penitentibus genua flectenda ſunt, mortui afferendi, & ſepeliendi 26. q. 7. c. ſacerdos, §. diebus autem. Omni tempore ieiunij manus à ſacerdote penitentibus eſt imponenda, d.
7 c. ſacerdos §. omni autem. † Semper penitentes debent dolere peccaſſe, de penit. diſt. 3. c. penitentia, c. ſi Apoſtolus, c. penitentiam, c. prodictos. Sed quæ à penitente conſideranda, & colenda ſint proponuntur in diſt. 5. de penit. in princ. vbi docetur examen conſcientiæ, & in ſeq. Interim enim in Eccleſia eſt pro penitentibus orandum, d. diſt. 50. c. in capite, & de penit. diſt. 1. c. ſufficit in fine, & c. ſimiliter & illi à peccatis, & coitu debent abſtinere 33. q. 4. c. qui in ca-
8 ſtigatione 6. † Præter quam cum legitima vxore, non cupidine voluptatis capti, ſed ſolummodo liberorum procreandorum gratia. Cum verò non amor procreandæ ſobolis, ſed voluptas dominatur in opere commiſſionis, habent coniuges etiam de ſua commiſtione, quod defleant, d. q. 4. c. vir cum propria coniuge 7. ex reſponſione 10. Gregorij ad interrogationes Auguſtini, & 32. q. 2. in princ. c. 1. cum ſequentibus, & c. quicquid.

SVMMARIVM.

1 *Examinis conſcientiæ faciendi inſtructio.*
2 *Confeſſio omnium peccatorum mortalium iure diuino eſt neceſſaria.*
3 *Confeſſionis ſacramentum à Chriſto inſtitutum probatur.*
4 *Clauium poteſtas iudiciaria eſt, & in quos exercenda.*
5 *Baptiſmum ſubmittit homines iuriſdictioni Eccleſiæ.*
6 *Poteſtatem remittendi peccata datã à Chriſto ſacerdotibus probatur.*
7 *Confeſſio peccatorum cui, & quomodo facienda.*
8 *Confeſſionis effectus, & virtus.*
9 *Pœnitens poteſt eligere ſacerdotem cui confiteatur.*
10 *Parochiano confitendum, vel alij de eius licentia.*
11 *Confiteri cuilibet ſacerdoti poteſt in vrbe.*
12 *Confeſſio non diuidenda, ſed integra vni facienda.*
13 *Abſolutio poteſt dari ex interuallo poſt confeſſionem.*
14 *Confeſſor debet eſſe irreprehenſibilis.*
15 *Malus confeſſor eandem habet facultatem quam bonus.*
16 *Confeſſio in articulo mortis fieri põt proximo ſi deſit ſacerdos.*
17 *Mulieri quamuis Abbatiſſa nullo caſu confitendum*
18 *Confeſſio per ſe ipſum facienda non per nuncium, vel epiſtolã.*
19 *Factum cum circumſtantijs, & qualitatibus confitendum.*

20 Con-

20 *Confeſſio quæ ſoli Deo fit in contritione includitur.*
21 *Confeſſio quæ fit Deo includitur in ea quæ fit ſacerdoti.*
22 *Confeſſio publica non eſt facienda de peccatis occultis.*
24 *Confeſſio publica de publicis agenda peccatis.*
24 *Confeſſor in audiendo confeſſionem quomodo ſe gerere debeat.*
25 *Peccata confeſſa non debet ſacerdos reuelare.*
26 *Confeſſor reuelans peccata confitentium puniendus.*
27 *Confeſſio nullo modo reuelanda nec in genere, & abſtracto loquendo.*
28 *Abſolutio quando non ſit danda confeſſo.*
29 *Pœnitentiam publicam facere recuſantes puniendi.*
30 *Pœnitentia effectus eſt mitigare iram Dei, & operari remiſſionem peccatorum.*
31 *Pœnitentes puniuntur temporaliter, niſi adſit ſumma contritio & perfecta ſatisfactio.*
32 *Pœna temporalis poteſt in vita redimi per iuſtificationem, & ſatisfactionem.*
33 *Pœnitentia ficta, & falſa nullius eſt momenti.*
34 *Pœnitentia caret effectu ſi pœnitens non ſperet indulgentiam, & peccatorum remiſſionem.*
35 *Pœnitentia caret effectu ſi non credit Eccleſia habere ius ligandi, & ſoluendi.*
36 *Pœnitentia non prodeſt peccanti in Spiritum ſanctum, limitatur num. 37.*
38 *Peccata etiam innumerabilia remitti poſſunt.*
39 *Pœnitentia non prodeſt ei, qui ore proprio peccata ſacerdoti non fuerit confeſſus.*
40 *Pœnitens ſi rurſus peccauit quid iuris.*
41 *Peccator pluries lapſus, & pœnitens pœnitentia non carebit effectu.*
42 *Pœnitentia vt proſit eſt agenda de omnibus peccatis.*
43 *Peccatorum opera bona non ſunt ſine merito, & præmio in hoc ſeculo.*
44 *Remuneratio bonorum operum in hoc ſeculo non eſt cupienda.*
45 *Pœnitentia vera cogit pœnitentem libenter omnia ſufferre.*
46 *Charitas euellit mentem à delectatione mundi.*
47 *Charitatis effectus plures mirabiles indicantur.*
48 *Charitas poſt ſeptem annos pœnitentes in priſtinum ſtatum reſtituit.*
49 *Pœnitentes generaliter prohibentur redire ad ſecularia.*
50 *Limitatur in negocijs quæ ſine peccato agi poſſunt.*
51 *Et quando prohibentur matrimonium contrahere.*
52 *Pœnitentia nulli quamuis ſceleratiſſimo neganda.*
53 *Deſperandum nunquam eſt de bonitate Dei.*
54 *Peccatori contrito non eſt denegandum viaticum.*
55 *Communio datur furibus vulneratis in deprædando.*
56 *Damnatis ad mortem datur communio.*
57 *Vſurarij manifeſti quomodo ſint ad pœnitentiam admittendi.*
58 *Pœnitentia denegatur exiſtenti in loco interdicto.*
59 *Limitatur in articulo mortis.*
60 *Peccati ſui ſibi non conſcius non datur pœnitentia.*
61 *Pœnitentia non datur non habenti charitatem.*
62 *Pœnitentia non denegatur perſeueranti in peccato, & ſi inutilis ſit, & quibus caſibus ſit, vel non ſit concedenda num. 63. 64. 65.*
66 *Pœnitentia publica, & ſolemnis nec iuuenibus nec decrepitis committenda eſt.*
67 *Viaticum omnibus dandum in morte poſitis.*
68 *Pœnitentia omnibus in articulo mortis concedenda.*
69 *Pœnitentia non differenda ad articulum mortis.*

De confeſſione. Tit. 92.

1 FActo † itaque perfecto conſcientiæ examine ſecundũ inſtructionem, de qua per Diuum Auguſtinum in diſtinct. 5. de pœniten. capi. 1. per totum, & acquiſita à Deo ſua gratia excitante perfecta cordis contritione, vel attritione illius exordium ad acquirendam Sacramentalem pœnitentiam, vniuerſa Eccleſia ſemper intellexit inſtitutam, etiam eſſe à Domino integram propriorum peccatorum confeſſionem ſacerdoti faciendam, vt probatur de pœnitent. diſtinct. 1. cap. perfecta 40. & diſtinct. 3. capitulo perfecta 8. & Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. c. 5. de confeſſione, & canone 6. 7. & 8. Diuus Thomas in ſupplemen-
2 to quæſtio. 6. & Polyantea in verbo confeſſio. † Confeſſio enim omnium peccatorum mortalium iure Diuino neceſſaria eſt ijs, qui poſt baptiſmum in peccata labũtur, vt de-
3 cernitur ibi in Concilio. † Hoc idem probatur ex verbis Domini in Matth. 3 Pœnitentiam agite, & ex illo Lucæ. Niſi
pœnitẽtiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis, & quod
Deus inſtituerit Apoſtolos, & eorum ſucceſſores iudices
in cauſis pœnitentium, & conſequenter confeſſionem coram Sacerdote iure diuino eſſe faciendam ex tribus locis
iſta iudiciaria poteſtas præcipue demonſtratur. Primus locus
eſt Matthei 16. Tibi dabo Claues Regni Cœlorũ, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in Cœlis, &
quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in Cœlis Alter eiuſdem Matthei 18. quæcunq. alligaueritis ſup
terram, erunt ligata, & in Cœlo, & quæcunque ſolueritis
ſuper terram, erunt ſoluta, & in Cœlo. Tertius eſt Ioann.
20. quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorũ
retinueritis, retenta ſunt & in Apochalipſi 13. de Chriſto
dicitur. Qui habet Clauẽ Dauid, aperit, & nemo claudit,
claudit & nemo aperit. Quod idem de claue datã à Chriſto Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus ſine dubio eſt dicendum. Vnde cum ſuas claues Chriſtus cum Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus communicauerit, veram poteſtatem ex
authoritate iudiciaria ſoluendi, & ligandi cum illis communicauerit. Vnde Diuus Auguſtinus hom. 49. inquit. Nemo ſibi dicat occulte ago, apud Deum ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt. Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt in Cœlo? ergo ſine cauſa ſunt Claues datæ Eccleſiæ Dei? abſit.
Nec repugnat, quod & illi, qui claues non habent laici pagani, Iudæi, hæretici. [illegible] per Baptiſmum intrormittere homines in Regnum Cœlorum [illegible]
4 fuit quando egimus de Sacramento Baptiſmi. † Quoniam
reſpũdetur, quod clauium poteſtas eſt iudiciaria, vt dictũ
fuit, quæ ideo exercetur tantum in eos, qui ſunt in Eccleſia, & iuriſdictioni Eccleſiæ ſuppoſiti, vt ſunt Baptizati.
Quid enim ad me de ijs qui foris ſunt iudicare? dicit Apoſtolus 1. Corin. 6.
5 † Per Baptiſmum enim ſubmittuntur
homines iuriſdictioni Eccleſiæ, & Sacerdotum iudicio atque poteſtati. Vnde ſi poſt Baptiſmum peccauerint ſine
clauium beneficio nullo modo reconciliari poſſunt. Hoc
idem manifeſtum faciunt Patres in multis locis. vt Diuus
Ioan. Chriſoſtomus in lib. 3. de ſacerdotio dum inquit. Etenim qui terram incolunt, atque in ea verſantur, ijs commiſſum eſt, vt ea quæ in cœlis ſunt diſpenſent: ijs datum eſt,
vt poteſtatem habeant, quam Deus, neq. Angelis neq; Archãgelis datam eſſe voluit: neque enim ad illos dictũ eſt.
Quæcunq. alligaueritis in terra &c. & inferius. Habẽt quidẽ
& terreſtres Principes vinculi poteſtatem, verum corporũ
ſolum; id autem quod dico, Sacerdotum vinculum, ipſam
etiam animam contingit, atq. ad Cœlos vſq. peruadit, vſq;
adeo, vt quæcunque interne ſacerdotes conceſſerint, illa eadem Deus ſupernè rata habeat, ac ſeruorum ſententiam
Deus confirmet. Quorumcunque peccata retinueritis retenta ſunt, & plura alia ſimilia ſubdit. Et Diuus Gregorius
Nazianzenus in oratione ad Ciues timore perculſos, &
Principem iraſcentem inquit. Ipſa Chriſti lex. Vos quoque
Præſides meo Imperio, meo ſolio ſubijcit; nam & nos cum
poteſtate ſumus, addam etiam ampliore, perfectioreque.
6 † Diuus Ambroſius lib. 1. de pœnitentia capi. 2. & ſequen.
ex locis Matthei citatis, & Ioan. 20. probat Sacerdotibus à
Chriſto datam poteſtatem remittendi peccata, & retinendi,
probat c. 7. & D. Hieronymus in epiſtola ad Heliodorum
de vita ſolitaria. Abſit, inquit, vt de his quicquam ſiniſtrũ
loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus
ſacro ore conficiunt, per quos, & nos Chriſtiani ſumus,
qui Claues Regni Cœlorum habentes, quodammodo ante diem iudicij iudicant. Diuus Auguſtinus libro 20. de Ciuitate Dei capitulo 9. explicans illud Apocalipſis, & vidi
ſedes, & ſedentes ſuper eas, & iudicium datum eſt, dicit.
Non hoc putandum eſt de vltimo iudicio dici, ſed ſedes
Præpoſitorum, & ipſi Præpoſiti intelligendi ſunt, per quos
Eccleſia nunc gubernatur. Iudicium autem datum nullum melius accipiendum videtur, quam id quod dictum
eſt. Quæ ligaueritis in terra, ligata erunt in Cœlo. Vnde
Apoſtolus. Quid enim mihi eſt de ijs, qui foris ſunt iudicare? nonne de ijs, qui intus ſunt iudicatis? S. Ioannes 1. in
epiſtola prima ad Decretum capitulo ſeptimo. De pondere, inquit, æſtimando delictorum ſacerdotis eſt iudicare,
&c. Sanctus Gregorius homil. 26. in Euangelia explicans
illa verba Domini. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & capitulo. Principatum, inquit, ſuperni iudi-

cij

eij ſortiuntur, vt vice Dei quibuſdam peccata retineant,
7 quibuſdam relaxent. † Deo itaque primum hinc ſacerdo-
ti iudici à Deo expreſsè delegato ad hoc ſunt proprio ore
peccata confitenda, de pœnitent. diſtinc. 1 c. ſufficit 6. & c.
quamuis 89. in fine, & c. quidam 99. §. ſed tamen Apoſtoli.
Et quidem diuino iure, vt iam dictum, & probatum fuit,
& vt præclarè cōprobat Cardinalis Bellarminius de pœ-
nitentia lib. 3. c. 12. & ſequ. & D. Thomas in ſupplemento
q. 6. art. 2. & 3. & q. 8. & peccata omnia tam publica, quā
occulta, quæ memoriæ occurrunt, & tam mortalia, quam
venialia, vt in Concil. Trident. ſeſſio. 14. c. 1. & 5. & canone
6. 7. & 8. Cardinalis Bellarminius vbi ſup. d. lib. 3. c. 2. & ſe-
quent. vſque ad c. 11. vt fuit dictum etiam ab initio huius
tituli. Soli verò Deo confiteri non ſufficit niſi perfectis ſine
aliquo peccato mortali viuentibus, vt in d. c. quidam 90. in
princ. Qui tamen de præcepto Eccleſiæ ſemel in anno de-
bent adire ſacerdotem, & ſe ei confiteri, vt iam dictū fuit,
& decernitur in Concilio Tridentino, ſeſſio. 14. de ſanctiſſi-
mo pœnitentiæ ſacramento canone 8. & in c. 4. Non enim
poteſt quis iuſtificari à peccato, niſi ante fuerit peccatum
confeſſus, de pœnit. diſt. 1. cap. non poteſt 38. ex Diuo Am-
broſio de paradiſo c. 14. Nam vt ipſe inquit in ſermone 1.
8 Quadrageſimæ relato in d. diſtinc. 1. c. ecce 39. † Confeſſio
à morte animam liberat, confeſſio aperit paradiſum, con-
feſſio ſpem ſaluandi tribuit. Vnde ſcriptura dicit. Dic tu
iniquitates tuas, vt iuſtificeris. His verbis oſtenditur, quia
non meretur iuſtificari, qui in vita ſua peccata non vult
9 confiteri. † Poteſt enim pœnitens eligere ſibi ſacerdotem,
cui confiteatur, quia peccauit in opere, ſermone, cogitatio-
ne, &c. vt de pœnitent. diſtin. 1. c. quem pœnitet, 88. §. qua-
re qui confiteri vult, & diſtinc. 6. c. 1. §. qui ergo, & c. ſacer-
dos 2. §. quod autem. Verum ſacerdotem extra vnitatem
Eccleſiæ conſtitutum nemo ſibi in confeſſorem eligere po
teſt, d. c. 1. §. laboret itaque, & §. ideoque, ver. ideoque non
10 petat. vſque ad §. ſacerdos itaque. † Sed ſi ſacerdos, cuius
pœnitens eſt parochianus ſit idoneus ad confeſſionem au-
diendam, non erit alter ſacerdos eligendus, d. diſtinct. 6. c.
2. §. quod autem, & c. ſequen. & 16. q. 1. c. adijciamus, §. ecce
in hoc. Cum licentia verò ſui ſatis idonei ſacerdotis pote-
rit pœnitens alterum eligere, d. diſtin. 6. c. vlt. & cap. omnis
12. §. ſi quis autē, de pœnitentijs. Nec valet contraria con-
ſuetudo loci, cap. ſi Epiſcopus 2. §. fin. de pœnitentijs, in 6.
Epiſcopus verò vel alius ſuperior, vel inferior Prælatus e-
xemptus ſibi alium eligere poteſt, c. vlt. de pœnitētijs. Sed
an ſufficiat licentia tacita, vel expreſſa erit videndum. In-
terim tamen pro comperto habemus, quod cōfeſſio ſemel
facta [alicui] approbato pro idoneo ſacerdoti, alij poſtea
quamuis proprio parocho iterum per eundem cōfeſſum
non eſt facienda. extrauag. commu. 2. de hæreticis. Poteſt
enim Papa dare generalem poteſtatem audiēdi confeſſio-
11 nes ſacerdotibus cuiuſcumq; ordinis, vt d. extrau. 2. † & vi-
demus in vrbe populum ferè vniuerſum dimiſſo proprio
parocho accedere ad monaſteria fratrum diuerſorū ordi-
num, ad pęnitentiarios Patriarchalium Eccleſiarum ad li-
bitum. Omnibus enim ſacerdotibus parochis, vel alias pro
idoneis approbatis poteſt quiſque ad ſui electionem confi
teri, vt decernitur in Conc. Trid. ſeſſi. 23. c. quāuis 15. & ſi-
bi ex illis vnam ad libitum eligere. D. Thom. in ſupplemen
to ſummæ q. 8. art. 4. & ſeq. & ſeſſio. 14. c. 6. Socin. in c. om-
12 nis, nu. 39. de pęnitentijs, & Concilium vbi ſupra. † Cauen
dum ēt eſt, ne confeſſio diuidatur, vt diuerſa diuerſis ſa-
cerdotibus quis velit facere manifeſta: quoniam integra
de omnibus, vni ſacerdoti facienda eſt, vt de pœnit. diſt. 5.
13 c. 1. propè finem, §. cautus. † Nec repugnat ſacramento pę-
nitentiæ, vt vno die dicantur peccata, & alio die pęnitens
abſoluatur. Bellarminius lib. 2. de effectu ſacramentorum,
14 11. ver. Tertio notandum eſt ibi. & hinc eſt. † Sacerdos ve-
rò cui confitendum eſt, debet eſſe irreprehenſibilis, de pę-
15 nit. diſt. 6. c. 1. §. ſacerdos itaque. † Sed non ideo quia ma-
lus, & reprehenſibilis ſit, id erit in perniciem pœnitentis,
quoniam & in malis ſacerdotibus tanquam Chriſti mini-
ſtris per virtutem Spiritus ſancti in ordinatione collatam,
ineſt eadem remittendi peccata facultas, quam & ipſi in
pœnitentes poſſunt exercere, vt in Concil. Trident. ſeſſi. 14.
16 c. 6. & in canone 10. † Sed ſi in articulo mortis conſtituto,
vel in aliqua alia neceſſitate ſacerdos deſit proximo laico
poteſt confiteri. Viuius opin. 144. Tanta enim vis eſt con-
feſſionis: vt ſi deeſt ſacerdos confiteatur proximo. Sæpè
enim contingit, quod pœnitens non poteſt confiteri corā
ſacerdote: quem deſideranti nec locus, nec tempus offert.
Et ſi ille cui confitebitur poteſtatem ſoluendi non habet,
fit tamen dignus venia ex ſacerdotis deſiderio, qui ſocio
confitetur turpitudinem criminis. Mundati enim ſunt le-
proſi, dum irent oſtendere ora ſacerdotibus, ante quā ad
eos peruenirent. Vnde patet Dominum ad cor reſpicere,
dum ex neceſſitate prohibentur ad ſacerdotes peruenire.
Sæpè quidem eos ſani quærunt, & læti: ſed dum quærunt,
antequam ad eos perueniant moriuntur. Sed Dei miſeri-
cordia ſemper eſt vbique, qui & iuſtis nouit parcere, & ſi
non tam citò ſicut ſi ſoluerentur à ſacerdote: vt de pęnit.
diſt. 1. c. quem pœnitet 88. §. tanta, & diſtin. 6. c. 1. §. 1 Diuus
Thomas in ſupplemento q. 8. artic. 2. & 3. Hinc Dantes in
purgatorio de non abſoluto pęnitente in cantilena 3. ceci-
nit ita.

Ver' è, che quale in contumacia muore
Di Santa Chieſa, ancor ch' al fin ſi penta,
Star li conuien da queſta ripa fuore.
Per ogni tempo, ch' egli è ſtato trenta,
In ſua preſuntion, ſe tal decreto
Più corto per buon preghi non diuenta.

Huc pertinent, quæ de conuerſis ad Deum deſideran-
tibus ſacrum baptiſmi, & de contritis pęnitentibus deſi-
derantibus ſacramentum pœnitentiæ, morientibus ante-
quā conſequi illa potuerint, dicta ſunt ſupra tit. 84. & ſeq.
17 tit. 90. † Verumtamen mulieri nullo caſu eſt confitendū, &
ſi illa alicuius monaſterij Abbatiſſa ſit. c. noua 10. de pęni-
18 tent. & remiſs. † Præterea confeſſio alicui ſacerdoti per ſe
ipſum, non per nunciū, vel epiſtolā facienda eſt, d. c. quem
19 pęnitet in princ. D. Thom. vbi ſup. q. 9. art. 3. † Et in ea fa-
ctum cum ſuis qualitatibus, & circumſtantijs eſt à pœni-
tente ſacerdoti confitendum, d. diſt. 5. c. 1. & diſt. 6. c. 1. §. di-
ligens igitur. Augent. n. qualitates, & circumſtantię pecca-
tum, ideo oēs dicendæ, & deflendæ ſunt: vt cū cognouerit
quod peccatum eſt malum, citò inueniat Deū propitiū, d.
diſt. 5. c. 1. §. omnis iſta. & in Concil. Trid. ſeſſio. 14. c. ex in-
ſtitutione 5. §. colligitur pręterea. Nam ſacramentalis con-
feſſio nō tam homini, ideſt, ſacerdoti, quam Deo fit. Gene-
ralis enim, quæ incipit. Confiteor Deo oīpotenti, &c. quo-
tidie recitatur à ſacerdote, & populo ad initium Sacrificij
Miſſæ, eadem in horis canonicis à toto clero bis in die pro-
nunciatur, eandem frequenter oēs laici vtriuſque ſexus
20 quotidie proferunt. † Deinde cōfeſſio, quæ ſoli Deo fit in
contritione cordis includitur. Qui n. recogitant annos ſuos
in amaritudine animæ ſuæ, & peccata oīa, quorū conſcien
tiam habent, ex animo deteſtantur, eaque ſibi dimitti à
21 Deo petunt, ſine dubio confitentur Deo. † Deniq; confeſ-
ſio, quæ fit Deo, includitur in cōfeſſione, quæ fit ſacerdoti;
tum quia ſacerdoti fit, vt tenenti locum Dei, tum quia om
nes, qui ſacerdotibus confitentur, expreſsè dicunt. Confi-
teor Deo, & tibi &c. Si peccata occulta ſunt ſufficit illa ſa-
cerdoti tantum confiteri, de pęnit. diſt. 6. c. 1. §. qui igitur,
ver. & ſi peccatum. Concilium Tridentinum in ſeſſion. 14.
22 c. ex inſtitutione 5. per totum. † Nam de occultis non eſt fa
cienda publica confeſſio, nec publica pęnitentia, de pęnit.
diſt. 1. c. quamuis 89. vbi glo. Concilium vbi ſupra. Sufficit
enim pro occultis illa confeſſio, quæ primū Deo offertur,
tum ēt ſacerdoti; qui pro delictis pęnitentiū peccator acce
23 dit, d. c. quāuis, §. ſufficit enim, & Conciliū vbi ſupra. † Pu-
blica enim de publicis eſt agēda, vt in præcedēti titulo fuit
probatum, de qua, ac de illius ritibus latè diſſerit Card. Bel
24 larmin. de pęnitent. lib. 1. c. 21. & ſeq. † Verumtamē ſacer-
dos, cui fit confeſſio ſecreta, diligens inquiſitor, & ſubtilis
inueſtigator ſapienter, & quaſi aſtutè interrogare debet à
peccatore, quod forſitan ignorat, vel verecundia velit oc-
cultare Cognito itaque crimine, varietates eius nō dubitet
inueſtigare, & locum, tempus, & circumſtantias, & quali-
tates peccati, vt de pœnit. diſt. 6. c. 1. §. diligens, & c. omnis
vtriuſq; ſexus 12. de pęnitentijs. Quibus cognitis adſit be-
neuolus, paratus erigere, & ſecū onus portare: habeat dul-
cedinem in affectionem, pietatem in alterius crimine, di-
ſcretionem in varietate: adiuuet confitentem orādo, elee-
moſynas dando, & cętera bona pro eo faciendo; ſemper
eū iuuet leniendo, cōſolando, ſpem promittēdo, & cū opus
fuerit, ēt increpando. Doleat loquendo, inſtruat operādo,
ſit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudij: doceat
perſeuerantiā; caueat ne corruat, ne iuſtè perdat poteſtatē

iudiciariam per negligentiam,d.diſtinct.6.cap.1.§.quibus
25 cognatis,vbi glo.in verbo perdat. † Peccata enim,quæ vel
ſponte, vel ad interrogationem ſacerdotis,& peccatorum
qualitates,& circumſtantias quis eſt confeſſus, non poteſt
ſacerdos reuelare. Caueat igitur ne peccata pœnitentium
26 alijs manifeſtet. † Quod ſi temerario auſu ſecerit depo-
nitur, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregri-
nandi pergat,d.diſtinct.6.c.1.in fine,& c.2.c.omnis in fine,
de pænitentijs.Et ſub eadem pæna cauere debet,ne de his,
qui ei confitentur peccata recitet, non propinquis non ex-
traneis,neque quod abſit,pro aliquo ſcandalo, cap.omnis,
12.de pænitentijs d.c.2.& c.dilectis,13.de exceſſ.prælator.
Diuus Thomas in ſupplemento q.11.per totam. Lapus al-
legat 94.quidam presbyter in princ. Niſi de licentia ipſius
confitentis,vt notant Doctor.in ca.ſignificaſti,de adulter.
in c.nemo de ſimon.in c.Matthæus eod.tit. De qua licentia
dicitur conſtare aſſertione eiuſdem ſacerdotis reuelantis,
Lapus vbi ſupra ſub numer.2.& ſequen.Iaſ in l.1.§.1.ff de
iuſtit.& iure. Ita enim in caſu Lapi quædam mulier man-
dauerat ſacerdoti, vt ipſa vita functa reuelaret marito
pro exoneratione ſuæ conſcientiæ prolem ex alio viro per
27 adulterium ſuſcepiſſe . † Aliter enim ſine licentia de con-
feſſione,& pænitentibus expedit tacere,nec loqui in gene-
re, & in abſtracto propter multa mala, quæ inde poſſunt
occurrere.Audiui enim quemdam ſacerdotem obloquen-
tem de mulieribus pænitentibus coram pluribus dixiſſe.
Prima mulier, quam in confeſſione pænitentem audiui,
pænituit de adulterio. Deinde poſt aliquot dies de eiſdem
loquendo cum vno ex illis, dixit ei prima mulier, quam
pænitentem audiui in confeſſione fuit vxor tua. Vir ille co
pulatis dictis huius indiſcreti ſacerdotis ab eo auditis, ex
illis compertum habuit ſuam vxorem eſſe adulteram, Vn-
de ira percitus, atque commotus eam occidit. Sacerdos
enim fuit, qui eam imprudenter loquendo accuſauit, vbi
prudenter ex debito ſacerdotali erat tacendum,an autem
iudex poſſit cogere Confeſſorem reuelare delinquentem,
qui in confeſſione delicta grauia admiſſa pænitendo faſ-
ſus eſt,& non eſt dubium, quod non poſſit,& ſi temerè id
aliquando factum recenſeat Alexan.ab Alex.lib.6.Genial.
dierum, ca.7. Poſſunt benè ſacerdotes pænitentium virtu-
tes, & opera bona in confeſſione cognita reuelare, & eo-
rum filios ſpirituales laudare, dummodo per has laudes
non reueletur peccatum alterius. Viuius opin.142. Delicta
verò,& crimina, nec Papæ imperio reuelare poſſunt, & ſi
id præcipiat ſub pæna excommunicationis. Berous quæſt.
13.num.1.& ſequen. Viuius opin.143. Verum vbi quis con
fitetur velle committere homicidium,vel aliquod aliud fa
cinus,& dicit non poſſe tali tentationi reſiſtere,tunc ſacer-
dos quanto cautius poterit, non reuelando perſonam, de-
bet obuiam ire, ne facinus committatur. Viuius opin.143.
Idem facere debet ſi ei ab aliquo confiteatur conintatio
aliqua in Principem, vel Rempublicam ſi confitens pæni-
tendo non promittat ſe vlterius pænitentia ductus non cō-
miſſurum,vt in glo.ſtatuti Vrbis lib.3.ca.57. propè finem,
28 & in Syntagma comm.opin.loco 1.tit.20.per totum.†De
confeſſo enim abſoluendo, diſtinguitur primum quidem,
ſi confeſſus ſe non corrigat, ac fateatur ſe abſtinere non
poſſe, vt de eo, qui retinet concubinam, & confitetur, nec
vult eam relinquere, hic enim non eſt abſoluendus,c.pec-
cati.5.vbi glo.1.ver.ſed audita,de reg.iur.in 6. Huic tamē
confeſſo crebris, & ſalutaribus monitis pænitentia indicē-
da eſt, vt in d.gloſſ.& cap.quod quidam.5. de pænitentijs.
Quod idem agendum eſt cum alijs ſimilibus peccatoribus
perſiſtentibus in illicitis,à quibus diſcedere recuſant. Dein
de diſtinguendum ſi ablatum non reſtituatur; quoniam
talis non eſt abſoluendus, ſi non promittat reſtituere, cap.
peccatum 4.de regul.iur.in 6.vbi gloſ.oſtendit id,quod ad
hunc propoſitum intelligitur furtum pro abſolutione ob-
tinenda reſtituendum,de qua re,& ſupra titul.71.dictum
29 fuit. † Verum ſi alicui pænitentia publica peragenda indi
cta ſit,& illam agere minimè velit, vel non poſſit,alijs va-
rijs ſecundum diſcretionem punitur pænis, etiam vſque
ad excommunicationem incluſiuè. Nam Presbyteri,quo-
niam ad illam publicam non ſunt adſtricti,detruduntur in
monaſterium,& ſi inde euaſerint excommunicātur.81.di-
ſtinct.c.dictum eſt.8.Periurij excommunicantur.22.q.1.c,
vlt.16.q.7.c.erga eum.11. Non recedentes ab illicito concu
bitu excommunicantur.27. q. 1. c.quod ſi pænitentiam.5.
§.fin.& de pænit.diſt.6.c.1.§.labores itaque, & diſt.7.c.id-
30 circo.5.& ca.vlt.§.fin. † Pænitentiæ verò effectus præcipuus
eſt,mitigare iram Dei,& operari iuſtificationem, & pecca
torum remiſſionem,diſt.1.de pænit.c.porrò.31.ca.facilius.
32.c.ſed & continuò,c.ſed & continuò 46.cum trib. cc. ſe-
quen.c.poteſt fieri 52.§.fin c.importuna 58.c.nouit. 64.c.
ſi agamus 67.c.quamobrem 68.c.quia diuinitatis.73. & c.
ne forſitan 74.& diſt.3.c.quamuis 22.§.fin,cum ſeq.vſque
ad c.ſicut Achab,& diſt.6.c.1.§.laboret,diſt.7. ca.qui ege-
rit.3.& c.ſi quis autem,& 32.q.1.c.quod autem, c.nō eſt,
c.cum renunciatur,c.cum apud miſericordem, cum allega
31 tis ſupra tit.71. † Nec obſtat,quod in d.diſt.1.ca. ſi pecca-
tum 82.& ſeque. dicatur pænitentem nihilominus puniri,
quia id verum eſt puniri temporaliter in hac vita, vel in
purgatorio,niſi pænitentia ſit in ſumma contritione, & p-
32 fecta ſatisfactione,vt explicat glo. in d.c.82. † Nam pæna
temporaliter debita poteſt quiſque verè Deo iuſtificatus
ſatisfactione operum bonorum ſe redimere viuens. Sæpè
enim remiſſa culpa, remanet debitum luendæ pænæ tem-
poralis, quæ bonis operibus concurrente gratia Dei redi-
mi poteſt,vt latè probat,poſt Concil. Triden.in ſeſſ.6.c.14.
De lapſis,& eorum reparatione,& in ſeſſ 14.c.9. & de ſan-
ctiſſimo pænitentiæ ſacramento Canone 19. Card. Bellar-
min.de pænitentia lib.4 c.2. & ſeq.& c.7 & ſeq. Quod idē
comprobat ex ſcripturis in c 8.& ex traditione veteris Ec-
cleſiæ cap.9.& ſeq.vſque ad finem egregiè diluit contraria
& ſic ſtat firmus prænotatus proprius pænitētiæ effectus,
& Canones conciliantur. Interim à pœna æterna per pæni
33 tentiam euaſit,vt probant omnes allegati Canones.†Verū
ſi pænitentia non vera, ſed falſa fuit carebit illo ſaluberri-
mo effectu. Loquuntur enim Canones citati de vera, non
de falſa quæ nullius eſt momenti,vt de pænit.diſt.4.c.pec-
catum.§.fin.cap.1 §.quia verò.ver.inter ſcapulas, de ſacra
vnct.& de pænit.diſt.3.ca.in tantum §.fin.cum ſequentib.
vſque ad c.ſcelerατior,falſa enim,vel ficta pænitentia,quę
ſit,demonſtrauimus ſupra titul.71. & multorum exempla
34 profert Cardin.Bellarm.de pœnitentia lib.2.ca.16. † Item
carebit effectu ſi pænitens non ſperet indulgentiam & pec
catorum remiſſionem,de pænit.diſt.1.c nemo.50.ex Diuo
35 Ambroſio lib.1.de pænitentia,c.1.& c.importuna 58.† Vel
ſi non credat Eccleſiam ius ligandi, & ſoluendi habere, d.
diſt.1.c.poteſt fieri.52.§.dicis Petro,vbi glo.in figuratione
caſus,ver.in ſecunda parte.Oportet enim omnia,quæ ſunt
de fide pœnitentem credere,vt iuſtificetur,& remiſſionem
peccatorum conſequatur,vt in d §.dicis,& in d.glo.& col.
36 ligitur ex allegatis ſupra in d.tit.71 in princ. † Idem erit ſi
in Spiritum ſanctum peccauerit,hoc enim contradicit pæ
nitentiæ,ideoque talis carebit eius effectu,d.diſt.1.c.pœnitētis
poteſtatis,c.importuna.§.fin.c.ſi ſacerdos, §.ego autem di
co,& diſt.3.c.inter hæc §.fin.vt fuit etiam declaratum ſu-
37 pra d.tit 71. † Niſi de illo,quamuis grauiſſimo peccato ſe
emendauerit, & pœnitentiam veram egerit, tunc enim
non carebit illius effectu. Dixit enim Ioannes digito,& vo-
ce Christum demonſtrans. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit
peccata mundi, nullum peccatū excluſit,ergo. & Deus in
Ezech.18.& 33.clamat. Nolo mortē peccatoris, vbi ſine vl
la exceptione veniā oīum iniquitatum pollicetur cōuerſis,
& pænitentib.idē in Iſa.c.1.& 55.in Hier.c.18. & in Ioele,
c.2. Vniuerſaliter loquēs ait. Oīs quicūque inuocauerit no
mē Domini,ſaluus erit,ideo ait. Conuertimini ad me in to-
to corde veſtro,ieiunio,fletu,& planctu;& ſcindite cor-
da veſtra,& nō veſtimēta veſtra,& infenus. Inter veſtibu-
lum,& altare plorabunt ſacerdotes miniſtri Domini, & di
cent, Parce Domine,parce populo tuo In teſtamēto nouo
vltra Ioannem citatū. Matt.11 Dominus vniuerſaliter inui
tat ad ſe oēs inquiens. Venite ad me oēs. qui laboratis.&
onerati eſtis,& ego reficiam vos,& c.16. Quodcumq; ſol-
ueris ſuper terrā erit ſolutū,& in Cœlo, Rurſus 18.dicit A-
poſtolis. Quæcumque ſolueritis ſuper terrâ erunt ſoluta,
38 & in Cęlis. † Vbi de numero ne fortè dubitaretur peccata
alicuius ob frequentes lapſus eſſe irremiſſibilia, ait. Non
ſolum vſque ſepties, ſed etiam vſque ſeptuagies ſepties
peccata dimittenda eſſe admonet, numerum ſcilicet cer-
tū,& finitū pro incerto,& infinito pronuncians, vt Patres
oēs in cōment.ibi.Origenes,Hilarius,Hieronymus, Chry-
ſoſtomus,adnotarunt,& Ioann.20. vtique ſine exceptio-
ne perſonarum, inquit Quorum remiſeritis peccata re-
mittuntur eis. Et in Concilio Lateranenſi decernitur.

Si

ſi poſt ſuſceptionem baptiſmi quiſquã prolapſus fuerit in
peccatum, per veram ſemper poteſt pęnitentiã reparari,
& in Tridentino ſeſſio. 14. c. 5. & D. Hieronym. in epiſtola
ad Oceanum de Bigamia. Fruſtra, inquit, mortuus eſt
Chriſtus, ſi aliquos viuificare non poteſt: mentitur Ioan-
nes baptiſta, & digito Chriſtum, & voce demonſtrãs. Ec-
ce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Si ſunt adhuc
in ſæculo quorum Chriſtus peccata non tulerit, vt talis
quamuis grauiſſimus peccator in Sanctum ſpiritum vere
pœnitens non ſit cariturus veræ pœnitentiæ effectu. & ita
debent intelligi citati canones, ex adductis. Quibus acce-
dant exempla penitentiæ Achab peioris in Regibus Iſrael
3. Reg. c. 21. & Manaſtæ peioris in Regibus Iuda. 2. Paralip.
c. 33. relata de pænit. diſt. 3. c. Achab. 27. & c. ſicut 29. Hinc
Dantes in purgatorio cantilena 9. alludens ad pænitentiã
veram in perſona ſacerdotis illius miniſtri canit ita de cla-
uibus Eccleſiæ.

Da Pier le tengo, e diſſemi, ch'i' erri
Anzi ad aprir, ch'a teneria ſerrata
Pur che la gente a' piedi mi s'atterri.
Poi pinſe l'uſcio alla porta ſarata
Dicendo, intrate, ma facciovi accorti,
Che di fuor torna, chi 'n dietro ſi guata.

39 † Carebit etiã veræ pęnitentiæ effectu ille, qui ore pro-
prio peccata ſacerdoti non fuerit confeſſus. d. diſtin. 1. de
pænitent. c. voluiſſent, §. denique vſque ad finẽ, quod ve-
riſſimum eſt cum declarationibus, de quibus ſupra tit. 90.
40 † Verum ſi pœnitens præuaricatus ſit, à charitate receſ-
ſerit, & rurſus peccauerit, an carebit prioris pœnitentiæ
effectu? Et quod ſic videtur tex. in c. 1. diſt. 2. de pœnit. c.
2. c. pennata 9. c. non reuertebantur 10. c. ficta 12. §. ex præ-
miſſis, c. quia radix 13. & diſt. 3. c. ille pænitentiam 9 cum
ſeq. vſque ad c. qui vult, c. nihil prodeſt 21. in princ. c. ſicut
41 30 † Verum, ſi denuo pænituerit verè, & perſeuerauerit,
non carebit veræ pęnitentiæ effectu, vt de pænit. diſt. 1. c.
nemo 50. diſt. 2. c. charitas eſt. 14. §. fin. cum ſequen. vſque
ad c. ſicut tribus, c. ſuper tribus 24. c. non eſt tam 29. cap. vt
cognouerunt 30. §. item opponitur vſque ad finem, cum
c. ſeq. & c. vlt. §. charitas vſque ad finem, & diſtin. 3. c. illud
verò 26. §. ecce, c. ſicut Achab 39. §. fin. diſt. 4. c. peccatum
7. §. fin. & c. ſi ex bono 8. §. finis ergo. Huc conferunt dedu-
cta ſuperius de magnis peccatoribus pluries, & pluries la-
pſis reuertentibus ad veram pænitentiam, & perſeueran-
42 tibus. † Hi verò qui peccatis, vel peccato alicui reſiſtere
non poſſunt, quamuis de aliquibus pæniteãt, non ideo ef-
fectum veræ pœnitentiæ conſequentur, oportet enim pœ-
nitentem de omnibus vere pœnitere, aliter pœnitentia, vt-
potè falſa, & imperfecta, nullius eſt momenti, & caret ve-
re pęnitentiæ effectu. de pœnit. diſt. 3. c. in falſibus 37. c. ni-
hil Iudæ 48 c. ſceleratior 39. in princ. & §. his authoritati-
bus, c. plus 40. c. prima conſolatio 41. §. item opponitur, c.
ſunt plures 42. in princ. & per totum cum pluribus ſequẽ.
43 † Cuius ergo meruerunt peccatorum nõnulla opera bo-
na? & dic cum Beato Hieronymo, non eſt tam iniuſtus
Deus, vt propter mala multa, paucorum obliuiſcatur bo-
norum. Etſi D. Gregorius id referat, vel ad remunerationẽ
præſentem, vt in diſtin. 3. de pænit. c. ſi quando 46. §. quã-
44 quam. † Cauendum ideo nobis eſt, inquit, vt ſi fortè ali-
quid boni agimus in præſenti ſæculi remunerationem ac-
cipiamus, vt quidam virgo continentiſſimus, ſed ſine cha-
ritate auariſſimus, & temporalium omnium bonorum
opulentiſſimus, in hoc ſæculo remunerationem virginita-
tis, ſeu continentiæ in rerum opulentia accepit, ne fortè
dicatur nobis, vt ei dicetur receperunt, & recepiſti merce-
dem tuam, d. diſt. 3. c. cauendum 47. Vel ſecundum Diuum
Auguſtinum relatum in d. diſtinct. 3. c. ſi quis 49. id refer-
ri poſſit etiam ad extremi iudicij ſupplicium tolerabilius
ſubeundum, tamen veriſſimum eſt nullum malum impu-
nitum, & nullum bonum irremuneratum, d. c. ſi quando
45 46. & diſt. 44. c. primum eſt 45. vt vbique glo. † Præterea pœ-
nitentia vera cogit, vtpotè charitate plena pœnitentem li-
benter omnia ſufferre, de pænit. diſtinct. 1. c. perfecta 4. &
diſtinct. 3. c. perfecta, vbi glo. Radicata charitas eſt ſecu-
rus eſto, nihil mali procedere poteſt. Valida eſt, vt mors,
46 dilectio. † Virtuti etenim mortis dilectio comparatur,
quia nimirum mentem, quam ſemel cœperit, à delecta-
47 tione mũdi funditus occidit. † Charitatis enim plures mi-
rabiles effectus afferuntur, de pœnitent. diſtinct. 2. cap. ra-
dicata 3. cum duobus ſequent. & c. charitas 7. inter quos,
& prænarratus connumeratur, & de ea plura retulimus
48 ſupra tit. 72. † Et vnus præclarus eſt, quod poſt ſeptem an-
nos pęnitentem in priſtinum à quo propter quædã enor-
mia peccata mortalia ceciderit, reſtituit. 82. diſtinct. c. vlt.
§. fin. & 33. q. 2. c. placuit 10. in fine, c. hoc ipſum 11. in prin-
cip. vbi glo. in ver. non legitur, & §. hoc autem. Et quam-
uis generaliter hoc de ſacerdotibus ibi dicatur, tamen de
omnibus etiam laicis pœnitentibus intelligi debet, vt de-
claratur in d. §. hoc autem, & in ſpecie decernitur, quod
quotieſcunque in geſtis Conciliorum diſcors ſententia in-
uenitur, illius magis ſentẽtia teneatur, cuius antiquior, aut
potior extat authoritas, d. c. hoc ipſum. §. in fi. aũt, vbi glo.
in verbo antiquior. & eſt tex. in diſtin. 50 c. Domino ſancto
49 78. in pũcto. † Præterea penitentes generaliter prohiben-
tur redire ad ſæcularia, d. c. hoc ipſum in fine, & de pęnit.
diſt. 5. c. 1. §. in his omnibus, c. qualitas lucri. c. contrariũ, c.
50 ſi qui verò, c. de his qui. c. falſas, c. negociũ, et c. vlt. † Quod
veriſſimum eſt, niſi ſæcularia negocia ſine peccato peragi
poſſint, d. c. negocium, & colligitur ex alijs citatis, qui lo-
quuntur de negocijs illicitis, quæ ſine peccato nõ poſſunt
51 exerceri. † Minus poſſunt redire ad ſæcularem militiã, vel
matrimonia contrahere, d. c. hoc ipſum in fin. & c. ſeq. 33.
q. 2. & ſi ſecus fecerint excõicantur. Quibus de viatico, cũ
cœperint ad Dñm proficiſci, per cõionis gratiã ſubuenitur.
Quæ forma, & circa mulieres, quæ ſe pollutionibus deuin-
xerunt, eſt ſeruanda. d. q. 2. c. de his 12. in fi. Verum quoad
nuptias, quia timore ſoluendi coniugij nonnulli ad talem
pęnitentiã accedere differunt, illamq; ſuſcipere negligũt,
permittitur eis contracta matrimonia retinere, vel alia ẽt
poſt penitentiam contrahere. d. q. 2. c. de his 12 in fin. & c.
audiuimus 13. & c. in adoleſcentia 14. c. ſi quis 17. & c. vlt.
52 † Poſtremò pęnitentia nulli pęnitẽti eſt deneganda, quã-
uis ſceleſtiſſimus quiſq; fuerit, qui pęniteat, id. n. probatũ
fuit ſupra validiſſimis authoritatibus, & cõprobatur 16.
q. 6. c. ſi aliquis 11. §. fin. c. ſeq. c. penul. & vlt. & q. 7. c. ſacer-
dos 6. c. hoc ſit 8. c. pęnitentem 9. & de pęnit. diſt. 1. c. multi-
plex, §. his aũt. §. ita ergo, c. minor. c. pęnitentia, & canone
Apoſtolico 51. Reus. n. eſt animarum ſacerdos ille, qui pe-
53 nitentiã petentibus, vel morientibus abnegat. † Horrendũ
. n. eſt tantæ impietatis aliquẽ impium inueniri, vt de Dei
bonitate deſperet: quaſi non poſſit ad ſe quouis tempore
concurrenti inccurrere, & periclitantẽ ſub onere peccato-
rum hominem redimere, quo ſe expediri deſiderat, & li-
berari. d. q. 6. c. ſi aliquis 11. §. ecce, & c. ſi presbyter 12. & ſe-
quen. Nã & manifeſtus raptor, vel Eccleſiæ violator, ſi pę-
niteat, & reſtituat, ſi põt, vel emendandi firmã, & plenam
ſecuritatẽ fecerit, beneficio pęnitentiæ nõ debet carere, c.
2. de raptoribus. Hinc Dãtes in paradiſo cantilen. 13. canit.

Non creda Donna Berta, e Ser Martino
Per vedere vn furare, altro offerire,
Vedergli dentro al conſiglio Diuino.
Che quel può ſurger', e quel può cadere.

Si verò vſq; ad obitũ in ſua contumacia durauerit, & in
extremis poſitus remediũ pęnitentiæ poſtulauerit, ſi emen-
dationẽ, vel emendandi ſecuritatẽ præſtiterit, ei pnia, &
ſepultura eccleſiaſtica cõceditur. Qui aũt in ſanitate oſti-
natamente nõ pęnituit, vel emẽdauit, & in morte ſecuri-
tatem præſtare nequit, ſolẽnitas pęnitentiæ parũ prodeſſe
54 credendũ eſt. † Sed de peccato contrito viaticũ nõ eſt de-
negandũ, d. c. 2. § raptoribus, vbi glo. & Doct. Nã omnibus
pęnitentibus dandũ eſt. c. quod te, de penit. & remiſs. pec-
cat. & 26. q. 6. c. ſi quis de corpore, & diſt. 50. c. pœnitentes,
glo. in d. c. 2. in verbo viaticum. de raptoribus. Itẽ, & fures,
& latrones ſi in furando, aut depredando occidantur, vi-
55 ſum eſt pro eis non orandũ † Si cõprehenſi, aut vulnerati
presbytero, vel Diacono confeſſio fuerint, cõio eis non ne-
56 gatur 13. q. 2. c. fures 31. † Hinc eſt, quod oĩbus ad mortem
damnatis danda eſt, datur. n. in vrbe, ad cuius exemplũ, &
ex decreto allegati canonis vbiq; dari debent pęnitenti,
atq; petenti. Clem. 1. de pœnitentijs. Itẽ, & vulnerati in tor
neamentis pęnitentes ad pœnitentiã ſunt admittẽdi, c. 1. in
57 fi. de torneamentis. † & vſurarij manifeſti, ſeruata tñ for-
58 ma de qua in c. 2. de vſuris in 6. † Verũ ſi quis in loco inter
dicto conſtitutus ad pęnitentiã admitti petat, nõ eſt ad eã
admittendus: quĩ in locis interdictis ſacra nõ miniſtrãtur.
Clemẽ. 1. cum ſeq. de ſent. excom. c. is qui 18. §. is verò, eod.
tit. in 6. c. cũ & plantare 3. §. excõmunicatos de priuilegijs.

Digitized by Google

59 † Niſi moriturus ad eam admitti petat, c. quod in te t. 1. in
princ. de pœnit. Huc pertinent allegata ſuperius ver. Reus
60 enim, & in lib. 1. tit. 15. nu. 81. & ſeq. † Qui peccati ſibi con-
ſcius non eſt, ad pœnitentiam non debet admitti, quamuis
non ideo ſit iuſtificatus, iuxta illud Apoſtoli. Nihil mihi
conſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum, de pœnit. diſt.
61 3. c. quærat 44. §. & ſi fides deſit. † Nec minus ſi pœnitens
non habeat charitatem, ſine qua non poteſt eſſe vera pæ-
nitentia, d. diſt. 3. c. vlt. §. hæc propter charitatẽ, vt & alibi
62 ſupra dictum fuit, & in tit. 72. † In peccato perſeuerãti, &
ſi inutilis ſit, tamen non eſt deneganda, quia ſentiet fru-
ctum eius, cum alterius criminis pœnitentiam egerit, di-
cto cap. vlt. §. pœnitentia ergo, c. quod quidam 5. de pœnit-
tent. 15. Nam & ſi careat veræ pœnitentiæ effectu talis, vt
ſuperius fuit demonſtratum, tamen deneganda ei nõ erit,
63 d. §. pœnitentia ergo. † Ille verò, qui ſemel vſurpatam pœ-
nitentiam non rectè celebrauit, denuo ad illam non eſt ad-
mittendus, quod intelligitur de publica ſolemni, d. c. vlt. §.
fin. alijs enim pœnis de quibus ſupra ver. Verum ſi alicui
64 pœnitentia publica, & tit. 91. † Ille qui de pluribus crimi-
nibus reus eſt, nec de omnibus pœnitet ſe peccaſſe, ad pœni-
tentiam non admittitur, c. deficat, de reg. iuris; & de pœni-
tent. diſt. 3. c. ſceleratior. §. his authoritatibus, ver. in quo il-
lorum etiam, & c. 1. §. fin. cum ſeq. & diſtinct. 1. c. vlt. & ad-
miſſus carebit verę pœnitentiæ effectu, vt iam dictum eſt
65 ſupra, ver. Verum ſi pœnitentia non vera. † Si pœnitẽs abla-
tum non reſtituat, vel moriturus de reſtituendo non ca-
ueat, ad pœnitentiam non eſt admittendus, c. peccatum 4.
de reg. iuris, in 6. c. vlt. § fin. de vſuris, in 6. c. ſuper eo a. de
raptoribus. Nec minus ille qui comam nõ depoſuerit, aut
veſtimenta non mutauerit, aut non digne pænituerit. diſt,
50. c. pænitentes. §. ſi autem comam. Quod debet intelligi
de publica, & ſolemni, vt per glo. in figuratione caſus de
qua ſupra tit. 95. quæ à ſolo Epiſcopo imponi poteſt. d. di-
ſtin. 50. c. in capite 64. glo. in d. c. pænitentes in verbo, impo
ſitionem. Et quidem ſolummodo laicis, non autẽ clericis,
niſi prius fuerint depoſiti, d. diſt. 50. c. confirmandum 65.
vbi glo. 5. & in verbo pœnitentibus. Tamen publicã facere
poſſunt, & debent etiam clerici pro publico crimine, non
pro priuato. diſt. 28. c. presbyter. diſtin. 40. c. ſi quis presby-
ter. & diſtin. 81. c. ſi Epiſcopus cum allegatis ſupra. ver. Ve-
66 rum ſi alicui. † Verum publica, & ſolemnis pænitẽtia nec
iuuenibus, nec decrepitæ ætatis viris committenda eſt, d. c.
67 pænitentes 63. §. iuuenibus, & ſupra diſt. 75. † Viaticum
tamen omnibus in morte poſitis non eſt denegandũ, d. c.
68 63. §. fin. † Omnibus enim in mortis articulo conſtitutis ad
pænitentiam admitti petentibus non denegatur pænitẽn-
69 tia, de pænit. diſt. 7. in princ. c. 1 & ſeq. † Et ſi Diuus Augu
ſtinus de talibus non benè præſumit in lib. 50. homil. ho-
mil. 41. relatus in d. diſt. 7. c. 2. Quare idem de pænitentia, li-
bro 1. c. 17. relatus ibidem in c. nullus expectet 6 hortatur,
vt nullus expectet pænitere, quando iam non poteſt am-
plius peccare. Tamen in eadem homil. 41. ſubdit Qui ege-
rit veraciter pænitentiam, & ſolutus fuerit à ligamento,
quo erat diſtrictus, & à Chriſti corpore ſeparatus, & be-
ne poſt pænitentiam vixerit, ſicut ante pænitentiam viue-
re debuit, poſt reconciliationem quandocunq; defunctus
fuerit, ad Deum vadit, ad requiem vadit, Regno Dei non
priuabitur, à populo Diaboli ſeparabitur. Conuertimini
ideo, conuertimini ad Deum, quia ſuſcipiet vos in quacũ-
que hora, & me vobiſcum. Alter enim ſentire hæreticum
eſt. 26. q. 6. c. his qui, & contra illud Ezech. 18. cum conuer-
ſus ingemueris ſaluus eris, & ita conſuluit Oldrad. in cõſi-
lio 271. Quæſtio talis eſt, ſequitur Felin. in c. excommuni-
catus, de hæret. c. Alberic. in rubr. C. eod. num. 6. Decius in
conſ. 137. diligenter, nu. 3. & de his hactenus.

S V M M A R I V M.

1 *Satisfactio quid ſit.*
2 *Iuſtitia quæ verſatur in actionibus duplex eſt, & qualis.*
3 *Satisfactio dupliciter conſideratur.*
4 *Satisfactio perfecta non poteſt interuenire inter Deum, & ho-
minem niſi complente Deo.*
5 *Satisfactio pro peccatis quomodo fieri poſſit.*
6 *Sacerdotes pro ſatisfactione iniungenda quæ debeant ſeruare.*
7 *Pænitentia iniungenda pro qualitate peccati arbitrio ſacerdo-
tis.*
8 *Pænitentia tanto tempore facienda quanto fuit peccatum.*
9 *Pænitentia moderanda ſecundum contritionem pænitentis.*
10 *Sacerdotes pænitentiæ iniungendæ poteſtatem habent.*
11 *Pænitentiæ afflictio ad delenda peccata idonea eſt.*
12 *Opera ſatisfactoria reducuntur ad tria capita, & quæ.*
13 *Vitia omnia reuocantur ad tria capita, & quæ.*
14 *Ieiunium comprimit concupiſcentiam carnis.*
15 *Eleemoſyna cõprimit concupiſcentiam oculorũ, id eſt auaritiã.*
16 *Oratio comprimit ſuperbiam vitæ.*
17 *Contritionis effectus.*
18 *Orationis efficacia.*
19 *Ieiunij efficacia.*
20 *Eleemoſynæ virtus, & efficacia.*
21 *Ieiunium, & ſaccum ſunt arma pænitentiæ.*
22 *Flagellatio & percuſſio ſui ipſius exercenda.*
23 *Flagella à Deo inflicta, & patienter tolerata liberant à culpa,
& pœna temporali.*
24 *Satisfieri poſſe Deo operibus poſt culpam commiſſam, pro pœna
temporali.*
25 *Satisfactio per nos niſi accedente gratia Dei præſtari nõ poteſt
congrua.*
26 *Gratia iuſtificationis quas virtutes operetur in nobis.*
27 *Gratiæ Dei multiplices accedentes ad opera noſtra, vt congrua
ſint ad ſatisfactionem. & ſeq.*
29 *Satisfactio ex operibus fit non de rigore iuſtitiæ ſed ex gratia
Dei.*
30 *Pænitentiæ dignũ fructum facere quid ſit. & num. 33. & 35*
31 *Pænitentia tria requirit, & quæ.*
32 *Sacrificium iuſtitiæ quod dicatur.*
34 *Peccata per contrarias virtutes curantur.*
36 *Pænitentia à ſacerdote iniunctã minui poſſit per æquipollens im-
peri.*
37 *Pænitentia in iniungenda peccandum potius in defectu, quam
in exceſſu.*
38 *Pænitentes negligentes tardius Deo reconciliandi.*
39 *Pænitentia quæ pro ſingulis peccatis iniungenda.*
40 *Periurantium pænitentia quæ.*
41 *Furibus pænitentia quæ.*
42 *Sacrilegis quæ pænitentia iniungenda.*
43 *Homicidæ quæ pænitentia iniungenda.*
44 *Occidentis ſi non in ictu per oppreſſionem quæ pænitentia in-
iungenda.*
45 *Vxorem occidens quæ pænitentia mulctandus.*
46 *Infamus occidens aliquem quomodo puniendus.*
47 *Occidens aliquem ad ſui defenſam quæ pænitentia puniendus.*
48 *Occidens Iudæum, vel paganum quæ pænitentia puniendus.*
49 *Presbyter fornicarius quæ pœna mulctandus.*
50 *Monialis corrupta cũ viro deprehenſa quæ pænitentia mul-
ctanda.*
51 *Moniales in vxores ducentes ſcienter quõ debeant pænitere.*
52 *Sacerdos rem habens cum ſua pænitente quæ pæna puniendus.*
53 *Vxorem adulteram non dimittens quæ pænitentia afficiendus.*
54 *Cognatam cognoſcens quæ pæna punitur.*
55 *Euchariſtiam euomens quæ pænitentia afficiendus.*
59 *Euchariſtiam negligenter cuſtodientes puniuntur.*
57 *Euchariſtiam amittentes puniuntur.*
58 *Euchariſtiam ſumentes de manu hæretici puniuntur.*
59 *Permittens hæreticũ in Eccleſia Catholica celebrare punitur.*
60 *Excommunicatus ſacra peragens punitur.*
61 *Excommunicati reconciliandi forma, & modus.*
62 *Pænitentiæ vt congrue iniungantur quæ obſeruanda.*
63 *Abſolutio in articulo mortis nemini deneganda.*

De ſatisfactione. Tit. 93.

Reſtat diſſerendum de ſatisfactione, quæ tertia eſt pænitentiæ pars. Satisfactio enim pertinet etiã ad locum de iuſtificatione, & peccatorum remiſſio-
1 ne, de quibus fuit dictum ſupra tit. 71. † Quæ quidẽ nihil aliud eſt niſi actio, qua is qui alterum læſit, tantũ faciat, quantum ſatis eſt ad iniuriam compenſandã, ſiue quantũ is, qui læſus eſt iuſtè exigit. Excidit enim cauſas peccatorũ, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulget. diſt. 3. de pæ-nit. c. ſatisfactio 3. Et differt à reſtitutione, quia reſtitutio reſpicit damnum rei pſa illatũ, quod tamdiu durat, quã-diu res illa non redditur. Satisfactio verò reſpicit perſo-nam iniuria affectam, etiamſi illa damnum nullum rece-pit. Vnde cũ Deus nullum patiatur damnũ, nihil ei reſti-tui poteſt. Tamen eidem ſatisfieri poteſt, cũ iniuria à nobis affici-

afficitur. Ergo reſtitutio in rebus, ſatisfactio in actionibus
verſatur, & reſtitutio reſtaurat iuſtitiam quoad æqualita-
tem rerum. Satisfactio reſtaurat iuſtitiam quoad æqualita
tem actionum, vt quando is, qui contumeliam affecerat a-
2 liquem ab eo veniam petit. † Et ſicut iuſtitia, quæ verſa-
tur in actionibus duplex eſt, ita duplex eſt etiā ſatisfactio.
Alia enim iuſtitia eſt, quæ verſatur in abſoluta, & perfecta
æqualitate, vt cum tātum honoris quis alteri tribuit, quan
tum eius dignitas abſolutè exigit. Alia iuſtitia eſt, quæ non
conſiſtit in perfecta, & abſoluta æqualitate, ſed in æquali-
tate imperfecta, quæ ex pacto, aut donatione, vel acceptila
tione alterius pendet, veluti cum quis eum honorem Prin-
cipi defert, quem is ſibi deferri lege mandauit, quāuis ho-
3 nor ſit minor, & inferior Principis dignitate. † Atque ita
ſatisfactio aliqua fit ad abſolutam, & perfectam æquali-
tatem, vt quando inter duos homines æquales actio aliqua
contumelioſa compenſatur per aliam contrariam haben-
tem tantum honoris, quantum alia habuerat contumeliæ.
Aliquando fit ad æqualitatem imperfectam, vt cum cre-
ditor duorum millium aureorum patitur ſibi ſatisfieri à
debitore ceſſione omnium bonorum, & ſi ſciat ea bona ſi-
4 bi ceſſa non aſcendere ad ſummam ſui crediti. † Inter Deū,
& homines non poteſt interuenire iuſtitia illa perfecta, &
abſoluta, & conſequenter, nec abſoluta, & perfecta ſatiſ-
factio Diuus Thomas in ſupplemento ſummæ, quæſt. 13.
Quicquid enim ſumus Dei ſumus: quicquid habemus à
Deo habemus, cum in eum peccamus, infinitum bonum,
quod in nobis eſt offendimus. Quicquid habemus, & ſu-
mus exiguum eſt, & finitum. Quare niſi aliqua remiſſio,
acceptatio, aut donatio intercedat, nemo poteſt Deo pro
peccatis in eum admiſſis ſatisfacere. Itaque pœnitentia,
contritione, confeſſione, & ſatisfactione, complente Deo
acceptilatione, & donatione per Ieſum Chriſtū poſſumus
pro peccatis in Deum admiſſis ſatisfacere. Ipſe enim Chri
ſtus omnis noſtra ſufficientia eſt. Nam cum ex nobis nihil
poſſumus, eo verò cooperante, qui nos confortat, omnia
poſſumus, ita non habet homo vnde glorietur, ſed omnis
gloriatio noſtra in Chriſto eſt, in quo viuimus, in quo me-
remur, in quo ſatisfacimus facientes fructus dignos pœni-
tentiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, &
per illum acceptantur à Patre, ita nos docet, & animat Cō
cilium Tridentinum in ſeſſ. 14. c. 8. & 9. de eadem re latè a-
5 git Diuus Th. in ſupplemento quæſt. 12. 13. 14. & 15. † Hāc
enim per Chriſtum pro peccatis commiſſis ſatisfactionem
viuentes facere poſſumus operibus bonis laborioſis, qui-
bus reatus pœnæ temporalis expiatur, non ſolum ſpontè à
nobis ſuſceptis, aut ſacerdotis arbitrio pro menſura delicti
impoſitis, ſed etiam, quod maximum amoris argumētum
eſt, temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patien-
ter toleratis. Hanc veritatem, ac diuinæ munificentiæ lar-
gitatem nos docet Concilium Tridentinum in ſeſſ. 14. ca. 8.
& diſertis verbis in c. 9. & D. Thom. in ſupplemento ſum-
mæ, quæſt. 15. artic. 2. & à morſibus hæreticorum defendit
eam Card. Bellarminius de pœnitentia lib. 4. ca. 4. 5. & ſeq.
Omiſſis itaque ex tribus modis ſatisfaciendi Deo, de qui-
bus ſupra primo, ſcilicet & tertio, agendum reſtat de ſecū
do à ſacerdotibus ex arbitrio pro menſura delicti impoſi-
to, cum reliqui illi duo repoſiti ſint in ſola ſpontanea ſuſce
ptione, ac tolerantia noſtra, quibus, & culpæ, & pœnæ om
nimodam, & integram peccatorum aſſequi poſſumus in-
dulgentiam, vt docet Concilium in locis citatis, & pariter
6 docet Bellarminius in d. c. 4. † Debent ergo ſacerdotes Do
mini, quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qua-
litate criminum, & pœnitentium facultate, ſalutares, & cō
uenientes ſatisfactiones iniungere, ne ſi fortè peccatis con
niueant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leuiſſi-
ma quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, a-
lienorum peccatorum participes efficiantur. Diuus Tho.
in ſupplemento ſummæ, quæſt. 18. art. 4. & admonet Conci
7 lium, vbi ſup. c. 8. † Pro qualitate itaque peccati, & ſacer-
dotis indicentis arbitrio pœnitentia iniungenda eſt, d. c. 8.
& ſeq. & 26. q. 7. c. 1. §. fin. cum cc. ſequentib. vſque ad c. ſa-
cerdos, c. pro qualitate. 7. cum c. ſeq. & 32. q. 7. c. ſi quis fue
rit. 9. & de pœnit. diſt. 1. c. in actione 84. & c. menſuram 86.
Deus enim definitionem non facit, qui miſericordiā ſuam
promiſit omnibus, & relaxandi licentiam ſacerdotib. ſuis
ſine vlla exceptione conceſſit. Sed qui culpam exaggera-
uit, exaggeret etiam pœnitentiam. Maiora enim crimina
8 maioribus abluuntur fletibus, d. diſt. 1. c. Deus. 78. † Quan-
to enim tempore peccatum eſt, tanto etiam eſt pœniten-
dum. Vide benignum Dominum miſericordiam cum ſe-
ueritate miſcentem, & ipſius pœnæ modum iuſta, & cle-
menti liberatione penſantem. Non in perpetuum tradidit
pœnæ delinquentes, ſed quanto, inquit, tempore ſeruie-
runt Baalaim, tanto ſeruiant Chuſarſaton, hoc eſt octo an-
9 nis, d. diſt. 1. ca. vide. 69. † Verum ſecundum contritionem
pœnitentis pœnitentia eſt moderanda, quia apud Deum
non tam valet menſura temporis, quam doloris, propter
quod ipſa tempora pœnitentiæ pro fide, & conuerſatione
pœnitentium ſunt abbreuianda, & pro negligentia prote-
landa, d. diſt. 1. c. in actione. 84. in princ. ibi. non tam conſide-
ratur, & c. menſura 86. ibi. quia apud Deum, &c. & d. c. vi-
de 68. ibi. quia ſi te ipſe emendaueris. Rectè itaque à ſacer-
dotibus iniunguntur pœnitentibus ex eorum arbitrio ope-
ra laborioſa, & ab illis ſufferuntur nō ſolum pro remiſſio-
ne culpæ, ſed & pro luenda pœna in hoc ſæculo pro pecca-
tis in Deum ab eis commiſſis, vt hinc diſcedentes vadant
recta via ad Deum, qui illos ita expiatos, & à culpa, & à pœ
10 na recipit cum gaudio totius Curiæ Cœleſtis. † Quod au-
tem ſacerdotes poſſint talia opera, immo & debeant pœ-
nitentibus iniungere iam extat probatum ex Concilio, &
decretis paulò ante citatis, & id ex facultate eis per Deum
in ordinatione attributa in Matth. 16. Quodcumque liga-
ueris, & 18. quemcumque alligaueritis, &c. Apoſtolis enim
& Petro, atque eorumdem ſucceſſoribus, ibi hæc eſt con-
ceſſa facultas ligandi. Claues enim datæ ſunt non tantum
ad ſoluendum, ſed & ad ligandum. Diuus Thomas in ſup
plemento ſummæ, quæſt. 19. art. 3. & vt docet Concil. Tri-
dentinum in ſeſſ. 14. de ſanctiſſimo pœnitentiæ ſacramen-
to Canone 15. Et ideo ſicut à culpa pœnitentes abſoluunt,
ita etiam poſſunt, & debent eoſdem ad certa pœnitentiæ
opera laborioſa alligare, & quemadmodum peccata remit
tunt quoad culpam, & pœnam æternam dum abſoluunt,
ita etiam retinent quoad pœnam temporalem, dum mul-
ctam aliquam pœnitenti imponunt, qua benè ſoluta eua-
dunt pœnitentes liberi, vt dicimus, & à culpa, & à pœna.
Diuus Thomas in ſupplemento ſummæ, q. 17. artic. 2. & q.
18. art. 1. & 2. Concilium Tridentinum in d. ſeſſ. 14. c. 8. & 9.
& de ſanctiſſimo pœnitentiæ ſacramento Canone 13. cum
antea allegatis Canonibus. Quod enim in poteſtate Cla-
uium contineatur, vt ſacerdotes pœnitentibus opera quæ-
dam laborioſa propterea imponant, & quod hoc ad ius di
uinum, non ad humanas traditiones referatur, atque per-
tineat, docet S. Leo in epiſt 91. ad Theodorum ita. Media-
tor Dei, & hominum, hanc Præpoſitis Eccleſiæ tradidit po
teſtatem, vt & confitentibus actionem pœnitentiæ darent,
& eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos ad communionē
ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.
S. Cyprianus in ſermone de lapſis, dum contendit nō opor
tere ad Martyrum preces remittere peccata lapſis, niſi
prius expleuerint impoſita pœnitentiæ opera, inquit. Con
tra Euangelij vigorem, contra Domini, ac Dei legem teme-
ritate quorumdam laxatur in cauſis communicatio. Irri-
ta, & falſa pax periculoſa dantibus, & nihil accipientibus
profutura. Non quærunt ſanctitatis patientiam, nec verā
de ſatisfactione medicinam, & inferius. Contra Euangeliū
facere non poſſunt, qui de Euangelio Martyres fiunt, &
Diuus Gregorius lib. 1. in 1. Regum. explicans caput 7. in-
11 quit. † Afflictio pœnitentiæ ad delenda peccata idonea
eſt, cum ſacerdotis iudicio fuerit impetata, cum ab eo cō-
fitentium actibus diſcuſſis, pro modo criminis onus eis
decernitur afflictionis, & de hoc adſunt clari Canones cita
ti, & inferius citandi. Et ad hoc ſumitur argumentum ſa-
tisfactiones illas à ſacerdotibus impoſitas non tam ad cul-
pam, quam ad pœnam temporalem expiandam referri
conſueuiſſe ex Canonibus illis, & Concilijs, quæ in articulo
mortis iubent pœnitentibus communionem dari, etiam ſi
nulla, aut non plena præceſſerit ſatisfactio, cum promiſſio-
ne ſi ſuperuixerint integrè pœnitentiam ſibi iniunctam
explebunt, vt Concilium Nicenum Canone 12. aliàs 13. Car
thaginenſe 4. Canone 76. Arauſicanum 1. Can. 3. Moguntī-
num ſub Rabano, c. 26. & 26. quæſt. 7. c. ab infirmis. Patres
enim citati, Canones antiqui, & Concilia reſpexerunt ver-
ba Dei relata ſuperius in Matth 16. & 18. Ex quibus opti-
12 ma ratione, ita pronunciarunt, & decreuerunt. † Opera
enim ſatisfactoria, quæ pœnitentibus à ſacerdotibus im-

Digitized by Google

ponuntur, vt plurimum ſunt orationes, ieiunia, & eleemo
ſynæ, vtpote quia ex ſacris ſcripturis compertum habe-
mus Deo ſemper eſſe acceptas, & ex communi Theolo-
gorum ſententia, & ex Concilio Tridentino ſeſſio. 14. de
ſanctiſſimo Sacramento pœnitentiæ canone decimater-
tio, ad hæc tria, tanquam ad quædam præcipua capita
omnia alia reuocantur. Cur autem hæc tria præcipuè
ſtatuantur, duæ ſunt cauſæ. Vna quod debemus ſatiſ-
facere per ea bona, quæ noſtra ſunt, quoad eius fieri po-
teſt. Habemus enim tria genera bonorum, Animi
quæ Deo damus per orationem, Corporis quæ Deo
damus per ieiunium, externa, quæ vulgus dicit fortu-
13 næ, quæ Deo damus per eleemoſynam. † Altera eſt, quod
omnia vitia reuocantur ad illa tria, quæ S. Ioannes poſuit
in epiſt. c. 2 videlicet ad concupiſcentiam carnis, concupi-
14 ſcentiam oculorum, & ad ſuperbiam vitæ. † Ieiuniū com-
15 primit concupiſcentiam carnis † Eleemoſyna concupiſcē-
16 tiam oculorum, ideſt auaritiam. † Oratio ſuperbia vitæ.
Reuocantur autem ad ieiunium ea omnia opera, quę cor-
pus affligunt, & concupiſcentiæ carnis repugnant, vt cili-
cia, cineres, flagellationes, peregrinationes, & alia ſimilia.
Reuocantur ad eleemoſynam omnia, quæ repugnant aua
ritiæ, aut quæ in proximi vtilitatem cedunt, vt opera om-
nia miſericordiæ. Reuocantur ad orationem, quæ propriè
Deo exhibentur, vt laudes gratiarum actiones, & actus
contritionis, confeſſionis, &c. Diuus Thomas in ſupple-
mento ſummæ quæſtio. decimaquinta, artic. tertio, & per
17 totam quæſt † Quare Theologi, & canones citati ſupra in
titulo nonageſimo, docent per actum contritionis, vt
eſt opus pœnale, ſemper aliquid pœnæ temporalis,
pro qua ſatisfaciendum erat, remitti, & aliquando
tam vehementem poſſe eſſe dolorem contritionis, vt ex il-
18 lo tota pena remittatur. † Itaq; de oratione quod ſit præ-
notatæ efficaciæ, vt in canonibus, & in Concilijs pronūcia-
tur probant etiam ſacræ literæ Nam de oratione loquitur
Deus in pſalm. 49. dicens. Inuoca me in die tribulationis,
et eruam te. Vbi ſimul præceptum, & promiſſionē videmus,
habemus exemplum Dauidis, qui tot pſalmis compoſitis
defleuit peccata ſua coram Deo. Item exemplum Manaſ-
ſæ de quo in 2. Paralip. 33. ſic legimus, Qui poſtquam co-
anguſtatus eſt, orauit Dominum Deum ſuum, & egit pę-
nitentiam valdè coram Deo Patrum ſuorum, deprecatuſ-
que eſt Deum, & exorauit intentè: & exaudiuit orationē
eius, reduxitque eum Hieruſalem in Regnum ſuū, de qua
19 & illius efficacia plura retulimus ſupra tit. 76. † De ieiunio
habemus exemplum Dauidis 2. Regum 12. Præceptum,
& promiſſionem Ioelis 2. de quo plura dicuntur infra tit.
20 96. † De eleemoſyna inſigne extat exemplum Iob. 1. Præ-
ceptum, & promiſſionem habemus Luc. 11. Date eleemo-
ſynam, & omnia munda ſunt vobis. Et hæc tria coniun-
ctim commendantur ab Angelo Tob. 12. Bona eſt oratio
cum ieiunio, & eleemoſyna, & regulas eorundem trium ope
rum explicat Dominus Matthæ 6. de qua & infra tit. 95.
De cinere, & cilicio, quæ ad ieiunium reducūtur habemus
exemplum Niniuitarum Ionæ 3. exemplum Dauidis, &
ſeniorum Iſrael 1. Paralip. 21. idem imperatur Hierem. 4.
Ioel 1. idem confirmat Dominus in Matth. 11. & D. Hiero-
21 nymus in comment. ad 3. c. Ionæ, inquit, † Saccum, & ieiu-
22 nium arma ſunt penitentiæ. † De flagellatione, ac percuſ-
ſione ſui ipſius habemus exemplum Apoſtoli 1. Corinth.
9. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, & Luc.
18. Publicanus penitens percutiebat pectus ſuum. Et Di-
uus Hieronymus in epiſt. ad Euſtochium de cuſtodia vir-
ginitatis inquit. Horrebant ſacco membra deformia &c.
Nuda humo vix oſſa cohærentia collidebam, &c. Repo-
gnantiam carnem hebdomadarum inedia ſubiugabam.
Memini me clamantem, diem crebro coniunxiſſe cum no
cte, nec prius à pectoris ceſſaſſe verberibus, quam rediret
23 Domino increpante tranquillitas. † Iſta enim opera, vel
ſponte ſuſcepta, vel à ſacerdote iniuncta, & flagella à Deo
inflicta, & patienter tolerata liberant nos à culpa. & à pę-
na temporali, quam in purgatorijs fuiſſemus paſſuri, vt
iam fuit probatum ex ſcripturis, Concilijs, & Patribus.
Sunt enim opera hæc ſatisfactoria per Ieſum Chriſtum
apud Deum, vt liberi tecta via ad eum aſcendamus defun
cti, vt diximus ex Concilio Tridentino, ſeſſio. ſexta, cap. 14.
& ſeſſio. 14. de ſanctiſſimo penitentiæ ſacramento cano-
24 ne 13. † Nam culpa dimiſſa, & abolita pœna æterna poſſe
per nos Deo ſatisfieri cum iſtis operibus pro pena tempo-
rali per nos debita pro peccatis commiſſis, & ſi ſatis per-
ſpicuum ſit ex Concilio vbi ſupra, & ex alijs allegatis, pro-
batur etiam ex allegandis ſcripturis, vt Iſa. 1. vbi Deus pro-
mittit premium non ſolum ijs, qui ſe mundauerint per cō-
tritionem, ſed & ijs, qui in bonis operibus miſericordiæ ſe
exercuerint. Daniel. 4. Peccata tua eleemoſynis redime.
25 Prouerb. 16. † Miſericordia, & veritate redimitur iniqui-
tas. Non autem ex congruo per nos metipſos: nos enim
neque aliquid habemus, quod Dei non ſit, neque poſſu-
mus vllo genere honoris adæquare iniuriam, quam Deo
fecimus, cum iniuriæ menſura æſtimetur ex dignitate
Dei, quæ infinita eſt: menſura honoris, quem illi impen-
dimus æſtimetur ex dignitate noſtra, quę eſt finita ac per-
exigua. Nihilominus tamen accedente gratia Dei, eaque
multiplici, verè poſſumus aliquo modo ex proprijs, & ad
æqualitatem, ac per hoc iuſtè, & ex condigno ſatisfacere,
26 vt ab initio præmiſſum fuit. † Primum enim ad hoc con-
ſequendum accedit gratia iuſtificationis, per quam effici-
mur filij Dei, membra Chriſti, habitaculum Spiritus ſan-
cti, & hac ratione opera noſtra: vt à Spiritu Chriſti in no-
bis habitante procedunt; quandam habent infinitatem,
ac per hoc quamdam æqualitatem cum iniuria, qua Deū
27 peccando affeceramus. † Deinde alia accedit gratia, dum
Deus, qui noſtra omnia ſibi iure vendicare poſſet non om-
nia, quæ facere poſſumus, imperat: ſed certa quædam o-
pera duntaxat; alia verò per multa non imperat, ſed ſua-
det, atque ad ea facienda hortatur. Ex qua Dei benignita-
te illud conſequitur, vt habeamus opera propria, & inde-
bita, quib. pro iniuria ſatisfaciamus. Ea enim eſt benigni-
tas Dei, vt etiam, quæ munera ipſius ſunt, noſtra eſſe merī-
ta patiatur, & quæ de manu eius accepimus, ſibi donari li-
benter admittat, vt iam ſupra tit. 54. & ſequē. fuit proba-
28 tum. † Poſtremo accedit alia gratia. Nam cū Deus nos ad
amicitiam ſuam iterum per reconciliationem recipit, à pę
na, cuius debitores eramus, aufert æternitatem, ac illa de
29 æterna facit temporalem. † Itaque igitur intelligimus per
opera noſtra Domino ſatisfieri. non ex rigore iuſtitiæ, ſed
gratia ipſius eaque multiplici præcedente, & comitante,
atque id nobis donante, vt habeamus: vnde ex proprijs, &
ad æqualitatem pro pęna tēporali ſatisfacere valeamus,
ita decernit Concilium in d. ſeſſio. 6. c. 14. & in d. ſeſſio. 14. c.
8. & 9 & canone 13. ita intelligatur illud Danielis 4. Pecca-
ta tua eleemoſynis redime. & Prouerb. 16. Miſericordia, &
veritate redimitur iniquitas, Deus enim ipſe nobis dedit,
vnde hæc agere valeamus. Facite fructus dignos peniten-
tiæ. Luc. 3. & Diuus Gregorius in homil. 20. in Euangel. in-
30 quit. † Aliud eſt fructum facere pœnitentiæ, aliud, dignū
penitentiæ fructum facere. Vt enim de dignis penitentiæ
fructibus loquamur. ſciendum eſt, quod quiſquis illicita
non commiſit, huic iure conceditur, vt licitis vtatur, ſicq;
opera pietatis faciat, vt tamen ſi voluerit, ea quæ mundi
ſunt non relinquat. At ſi quis in fornicationis culpam, vel
fortaſſis quod grauius eſt in adulterium lapſus eſt, tanto
à ſe licita debet abſcindere, quanto ſe meminit, & illicita
perpetraſſe, & in lib. 6. cap. 2. in 1. Regum. Vbi enim etiam
31 penitentiam requirat. † Mentis ſcilicet conuerſionem, oris
confeſſionem, & peccati vindictam, hoc tertium de dignis
penitentiæ fructibus confirmat, & Beda lib. 1. in Lucam c.
2. repetit verba Diui Gregorij iā relata. & in pſal. 4. dicit,
32 † Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ. quaſi dicat. Ita dico: vt
ita ſcamini preteritis peccatis, vt ſacrificetis ſacrificiū, idest
mortificetis propria vitia veſtra, faciendo dignos fructus
pœnitentiæ, tantū ſcilicet pro ſingulis vos affligētes, quan-
tum digna expetit penitentia, quod erit ſacrificiū iuſtitiæ,
Petrus Damianus in ſermon. de S. Andrea, inquit, Ne tibi
blandiaris, ſi grauiter peccaſti. Leuior penitentia à man-
ſueto, vel diſſimulāte dicatur, cum in purgatorijs ignibus
ſit perficiendum quicquid hic minus feceris; quia dignos
penitentiæ fructus quærit Altiſſimus Chriſtianus Druth-
33 marus in c. 1. Matth. inquit. † Fructum dignæ pœnitentiæ
facere, eſt præterita mala fletibus punire, & bona è cōtra-
rio agere, & male commiſſa eleemoſynis redimere. Per cō-
traria atque diuerſa peccata curantur; de peniten. diſtin-
ctio. 2. c. 1. §. oportet ergo. Iſichius libro quarto, in Leuit. ca-
pit. 14. in princ. Hæc opera neceſſaria habet, quæ virtuti-
bus, & actionis ſtudio valeant delere peccata: propter
quod Ioannes baptiſta populo Iudæorum dicebat. Facite
fru-

Digitized by Google

fructum dignum pœnitentiæ,& paulo poſt dicit eſſe ora-
tionem intẽtam,eleemoſynam,vigilias,ſaccum,ieiunium
lachrymas.Diuus Ioannes Chriſoſtomus hom.10.in Matt,
exponens hunc locum,inquit.Facite fructus dignos pœni.
nitentiæ.Quo autem modo fructificare poterimus? ſi vti-
que peccatis aduerſa faciamus. Verbi gratia aliena rapui-
ſti:incipe donare iam propria.Longo es tempore fornica-
tus,à legitimo quoque vſu ſuſpende coniugij,ac perpetuã
continentiam ſæpius paucorum dierum caſtitate medita-
re. Iniuriam,vel opere cuiquam, vel ſermone feciſti,refer
benedictionis verba conuicijs;& percutientes te,nunc of-
ficijs,nunc beneficijs placare;neq. enim vulnerato ſufficiet
ad ſalutem. tantummodo ſpicula de corpore euellere,
ſed etiam remedia vulneribus adhibere. Delicijs antea,
& temulentia diffluebas; ieiunio, & aquæ potu vtrumq;
compẽſa. Pacianus lib.3. ad Sympronianum,Vide ſiquis,
in Sacramentis fructũ requiri,id eſt bona opera pœnitẽtię.
Vides Sacramẽta purgari,quæ ſunt detrimẽta carnis,dãna
letitiæ,dãna patrimonij,vitę labores,q̃ actus propriè pœni
34 tentiæ ſunt.† Ecce quod crimina,& peccata per contraria
& aduerſa,hoc eſt per virtutes,& bona opera, vel ſponte
ſuſcepta,vel à Sacerdote iniuncta curantur.Digni fructus
pœnitentiæ illi ſunt non ſolum mutatio vitæ,& legis obe-
dientia, ſed etiam abſtinentia à licitis, vt opera faciamus,
quæ valeant delere peccata, vt male facta laborioſis ope-
ribus puniamus,& ſcelera bonis operibus redimamus, vt
vitiorum plagas abſtinentiæ medicina curemus, vt crapu
lam, & ebrietatem, aquæ potu ac ieiunio compenſemus.
Detrimenta enim carnis ieiunia,fletus, eleemoſynas pro-
fuſas,quas alioquin nulla lex imperat,conſtat fructus, di-
35 gnos eſſe pœnitentiæ ex allegatis. † Digni autem fructus
rectè dici non poſſunt,niſi re vera ſufficerent ad iniuriam
compenſandam,ſi non ad æqualitatem quantitatis, ſaltẽ
ad æqualitatem proportionis,& iuxta acceptationem eius
qui fuerat læſus. Non enim ita noſtra eſt ſatisfactio hæc,
quam pro peccatis noſtris exoluimus, vt non ſit per Chri-
ſtum Ieſum,nam qui ex nobis tanquam ex nobis,nihil poſ
ſimus: eo cooperante,qui nos confortat omnia poſſumus,
dat enim ipſe nobis,quod ſuum eſt,vnde ſoluere poſſimus
36 & liberari à pœna temporali.† Verum ſi deficiat id,quod
à Sacerdote in pœnitentia indicenda eſt iniunctum, aliud
loco eius ſubrogatur. Nam ſtulti,qui aliquos dies in pane,
& aqua ex iniuncta ſibi pœnitentia tenentur peragere, pa-
nem,quo veſcantur,non habent, leguminibus, aut piſcib.
aut alijs cibarijs reficiantur,ſi neceſſitas id expoſcat diſcre
tione tamen adhibita,quod his non ad delicias,ſed ad ſub-
37 ſtentationem vtantur cap.licet 6.de pœnitentijs.† In pœ-
nitentia namque iniungenda melius eſt Sacerdotes pecca-
re in defectu,quam in exceſſu 26.quæſt 7.cap.alligant 12.
Vbi ex Diuo Ioanne Chriſoſtomo homil. 42.ad capitu.23.
Matthei:repræhenduntur Sacerdotes,qui faciunt contra-
rium mandantes populo omnem iuſtitiam,& imperantes
graue pondus venientibus ad pœnitentiam. Nam & ſi,vt
ipſe inquit, erramus modicam pœnitentiam imponentes,
melius tamen eſt, reddere rationem propter miſericor-
diam,quam propter crudelitatem. Vbi enim Pater fami-
lias largus eſt,diſpenſator non debet eſſe tenax,Si Deus be
nignus eſt,cur Sacerdos eius auſterus? Vis apparere San-
ctus? circa vitam tuam eſto auſterus,circa alienam beni-
38 gnus. † Sed & negligentiores pœnitentes tardius per Sa-
cerdotes Deo ſunt reconciliandi. Nam & ſi pœnitentiam
implorantí abſque perſonarum acceptione pœnitentia
ſecundum leges ſit per ſacerdotem iniungenda. Tamen
negligentiores pœnitentes tardius ſunt reconciliandi 26.
quæſt.7.capitulo ſacerdos 9.ex Concilio Carthaginenſe 4.
39 c.24.† Pœnitentiæ verò,quæ regulariter pro ſingulis pec-
catis ſunt pœnitentibus à ſacerdotibus iniungendæ, quæ
in canonibus expreſſè ſcriptæ leguntur,proponuntur infe-
40 rius hæc. † Quicunque ſciens ſe peierauerit quadraginta
dies in pane,& aqua, & ſe ſeptem ſequentes annos pœni-
teat,& nunquam ſit ſine pœnitentia interiori, & nunquã
in teſtimonium recipitur:communionem tamen poſt hæc
recipit 6.quæſt.1.cap.quicunque 18.vbi gloſ.& 22.quæſt.
1.cap.penultim.§.fin.& cap.vltim.& quæſt.5.cap.1. cum
ſequen.vſque ad cap.ille,qui. Non tamen debet pœnite-
re ſeptem annos in pane,& aqua,ſed pęnitentia interiori,
ſine qua nunquam per dictum tempus eſſe debet d. quæ-
ſtione 5.d.cap.penultim.vbi glo.in verbo ſine pœnitentia,
& d.quæſt.5,cap.1.vbi glo.in verbo ſequentes annos.Idem
erit ſi quis peierauerit,& alios ſciens in periurium duxerit,
& illi ſi conſcij ſint ſimiliter debent pœnitere d. quæſt.5,
cap,1,& cap,ſi quis 4. vbi gl.ſi quis coactus pro vita redi-
menda,vel pro qualibet cauſa,vel neceſſitate periurat,q̃a
plus corpus quam animam dilexit, tres quadrageſimas
debet pœnitere.Alij verò iudicant tres annos,vnum ex his
in pane,& aqua d.quæſt.5.cap. ſi quis coactus 3. Ratione
enim coactionis mitigatur pœna cap. ſacris cap.non eſt nõ
uum quod metus cauſa glo.in d.capitu.ſi quis coactus.Et
quando vt ibi plures pœnæ imponuntur à lege minor eſt
imponenda à ſacerdote diſtinct.50.cap.eos verò 42.glo. in
d.cap.ſi quis in verbo alij,& eſt in puniendis delictis à iudi
ce,vt dictum eſt ſupra lib.1.titu,14.& 17. Qui peierant in
manu Epiſcopi,aut in cruce conſecrata debent tres annos
pœnitere, ſi verò in cruce non conſecrata annum vnum.
Qui autem coactus fuit, & ignorans peierauit, & poſtea
cognoſcit,tres quadrageſimas debet pœnitere d.quæſt.5.
cap.qui peierat 2.vbi glo.ſi malè iurauit,vel illicitum præ-
ſtitit iuſiurandum, vt puta non facere pacem cum inimi-
co,vel ſe facturum aliquid inhoneſtum, & quidem ſi ſo-
lemniter vno anno ſegregetur à communione:reatum ſuũ
eleemoſynis fletibus,& quantis potuerit ieiunijs abſoluet,
& per ſeptem annos,vt ſupra pœniteat.22.quæſt.4.capitu
lo,qui Sacramento 11,vbi glo.in verbo vno in fine,& cap,
neceſſe 14.vbi glo.in verbo,vt malè. Si non ſolemniter ſed
in incurſu verborum iurauerit, non punitur d.pœna,quia
tunc peccatum eſt veniale,non mortale glo.in d. verbo,vt
malè ex diſtinct.25.cap.cum vnum oratium 3,§.alias au-
41 tem.† Si furtum quis commiſit,ſi propter neceſſitatem fa
mis,aut nuditatis furatus fuerit cibaria,veſtem, vel pecus
debet pęnitere tres hebdomadas,& ſi reddiderit,non cogi
tur ieiunare.Si neceſſitas fuit magna nulla imponitur pœ-
nitentia,quia propter magnam neceſſitatem res,quæ fura
tur fit communis cap.ſi quis 3. vbi glo.in verbo pœniteat.
de furtis.Pecunia Eccleſiaſtica furata,vel rapta redditur
in quadruplum,populi verò duplicatur. Si quis aliquid
de miniſterio Sanctæ Eccleſiæ furatus fuerit ſeptem an-
nis debet pœnitere, tres in pane,& aqua, Si clericus furtũ
fecerit capitale,id eſt quadrupedem,vel domum fregerit,
aut quamlibet rem melioris pretij furatus fuerit; ſeptem
annis debet pœnitere:laicus quinque, ſi quis autem de mi
noribus ſemel aut bis furtum fecerit,reddat proximo ſuo,
& vno anno debet pęnitere in pane, & aqua, & ſi reddere
non potuerit,tribus annis debet pœnitere 17. quæſt.4.cap,
pecunia 16.& ſequen.& res furatus debet reſtituere ſi fa-
cultatem reſtituendi nanciſcatur cap.peccatum de regul.
42 iuris in 6.vt & alibi dictum fuit.† Si ſacrilegium quis com
miſerit vno anno extra Eccleſiam Dei conſiſtere debet.Se-
cũdo verò anno ante fores Eccleſiæ ſine communione de-
bet manere. Tertio verò anno Eccleſiam Dei ingreditur,
& inter audientes adſtat ſine oblatione, non manducans
carnem neque bibens vinum,præter Natalis, & Reſurre-
ctionis Dominicæ dies.Quarto præterea anno,(ſi bis prio-
ribus tribus fructuoſus fuerit pœnitentiæ labor) commu-
nioni fidelium reſtituatur,totaque mentis intentione ſpon
dens talia ſe vlterius non facturum,corpus, & ſanguinem
Domini ſuſcipere mereatur, & vſque ad ſeptimum annũ
tribus in hebdomada diebus ſine eſu carnium,& vini pota
tione maneat pœnitens 12.quæſt.2.cap.de viro 17.& Epi-
ſcopus,vel ſacerdos,qui rem tituli ſui vſurpare præſumit,
debet deponi,& quod iniuſte abſtulit reddere eſt compel-
lendus, & pro his nullas deinceps vires habet ad litigan-
dum,vel poſſidendum d.quæſt.2.cap.monemus 18.& ſu-
43 pra titulo 53.de rebus Eccleſiæ non alienandis.† Si quis ho
micidium fecerit,ſi Epiſcopus eſt quindecim annis pœni-
tet,& deponitur. Cunctos quoque dies vitæ ſuæ peregri-
nando finiat. Præsbyter duodecim annis pœniteat,tres ex
his in pane,& aqua,& deponatur ſuperioris ſententia.Dia
conus decem annis pœniteat, tres ex his in pane,& aqua.
Clericus, & laicus ſeptem annis pœniteat tres in pane, &
aqua, & ad gradum cuiuslibet ſacerdotij accedere non
præſumat diſtinct.50.cap.ſi quis homicidium 41.eos verò
qui non voluntate.ſed caſu homicidium fecerint, prior q̃-
dem regula poſt ſeptem annorum pœnitentiam commu-
nioni ſociant ſecundum gradus conſtitutos,hæc verò hu-
mana quinquennij tempus tribuit d.diſtinct. 50.capit.eos
42.ſi qua fœmina zeli furore, accenſa flagellis verberaue-
rit

Digitized by Google

rit Ancillam ſuam,ita vt infra tertium diem animam cum
cruciatu effundat:eo quod incertum ſit voluntate,an caſu
occiderit.Si voluntate poſt ſeptem annos, ſi caſu poſt quin
que annorum tempora(acta legitima pœnitentia)ad com
munionem admittitur. Quod ſi intra tempora conſtituta
fuerit infirmata,accipit communionem d.diſtinct. 50.c.ſi
qua fœmina 43. ſi quis voluntarie homicidium fecerit, ad
ianuam Eccleſiæ catholicæ ſemper ſubiaceat, & commu-
nionem in exitu vitæ ſuæ recipiat. Si autem non volunta-
riè ſed caſu aliquod homicidium fecerit, prior canon ſep-
ptem annis agere pœnitentiam iuſſit d.capit.41.Secundus
quinque mandauit d.cap.42.d.diſtinct.50.cap. ſi quis vo-
luntariè 44. Si quis præsbyterum occiderit duodecim an-
norum ei pœnitentia ſecundum canones imponitur:aut ſi
negauerit,ſi liber eſt,cum ſeptuaginta duobus iuret.Si au
tem ſeruus,ſuper duodecim vomeres feruentes ſe expur-
get,de hac & alijs ſimilibus purgationib. canonicis iam ſi
antea obſoletis plura refert Martin^9 del Rio Diſquiſitionũ
Magicarum libro 4.Quæſtione 4.ſecti.1.& ſequen. vbi ſe-
ctione 4.profert plures exorciſmos,& benedictiones qui-
bus antiqui in Eccleſia pro illis exercendis vtebantur nũc
prorſus ſublatæ ſunt optima cum ratione, vt ille ibi defen
dit,cum non ſint petenda miracula; quæ à ſe illis modis
purgantibus precabantur, videlicet, vt elementa aquæ,
ignis, & cap.in illis miraculosè non fungerentur ſuo mu-
nere.Conuictus verò ſeruus noxæ vſque ad vltimum vi-
tæ tempus militiæ cingulo careat,& abſq. ſpe coniugij ma
neat 17. q.4.c.qui præsbyterum 24. & c.2. de pœnitentijs.
Qui ſubdiaconum occiderit trecentis ſolidis componat.
qui diaconum 400.qui præsbyterum 600.qui Epiſcopum
900.qui Monachum 400.d.q.4.cap. qui ſubdiaconum 27.
Qui occiderit monachum, aut clericum arma relinquat,
& Deo in monaſterio ſeruiat cunctis diebus vitæ ſuæ,num-
quam ad ſeculum reuerſurus, & ſeptem annis publicam
pœnitentiam agat d.q.4.c.qui occiderit 28. ſed ſi præsby-
teri non ſtola, nec orario induti vulnerentur,vel occidan-
tur,occiſione ſimplici emendatione ſoluuntur d.q.4.ca.vt
præsbyteri 25.ſi quis matrem occiderit,ſub pœnitentiæ iu
go debet permanere,ita vt per annum integrum Eccleſiã
non ingrediatur,ſed ante fores baſilicæ orans,& deprecãs
Deum perſeueret,qualiter tanto expiatur piaculo. Com-
pleto verò anni curriculo introeundi in Eccleſiam licen-
tiam habeat,tamen inter audientes ſtet,ſed non dum com
municet. Completis autem trium annorum curriculis ſa-
cræ communionis ei gratia cõcedatur:oblationes verò nõ
offerat, niſi prius aliorum ſeptem annorum curricula ex-
pleantur.His autem omnib. annis, atq. temporibus carnẽ
non manducet, nec vinum bibere præſumat, exceptis fe-
ſtis diebus,atq.Dominicis,& à Paſcha vſq.ad Pentecoſtẽ,
& quocunq.ire voluerit nullo vehiculo deducatur,ſed pe
dibus proficiſcatur,arma non ſumat,niſi contra paganos,
ieiunet autem tribus diebus per hebdomadum vſq.ad ve-
ſperam; A propria quidem, ac legitima coniuge non ſepa
retur,ne in fornicationis voraginem corruat.Si autem an-
norum trium curſum finis vitæ illius appropinquauerit:
corporis,& ſanguinis Domini noſtri Ieſu Christi particeps
fiat,ſi autem,vt ſupra dictum eſt,efficiatur. Tamen ſi illius
conuerſionem,& lachrymarum fontem in omnibus vida-
ritis floridis actionibus,& optimis operibus pullulare,hu-
manius circa eum erit procedendum 33.q.2.c.latorem.15.
44 †Si quis filium in lecto oppreſſit,publica ei pœnitentia eſt
imponenda cum diſtinctione, de qua in c.quæſitum 7. de
pœnitentijs. Quæ quidem arbitrio ordinarij in ſecretum
poterit commutari, & diſponit Concilium Tridentinum
45 in ſeſſ.24.cap.8.†Si quis Vxorem occiderit,armis depoſi-
tis publicam debet facere pœnitentiam,vinum,neq.ſicerã
bibere,nec carnem vllo vnquam tempore comedere põt,
præter quam in Paſcha,& in die Natalis Domini.In pane
aqua,& ſale pœnitentiam agere debet,in ieiunijs, & vigi-
lijs,& orationibus,& eleemoſynis omni tempore debet p-
ſeuerare,armis nunquam cingere,nec in quolibet loco liti
gare poteſt, Vxorem nunquam ducere, concubinam non
habere, nec adulterium committere audeat.In balneo nũ
quam lauetur,in conuiuijs lætantium nũquam ſe miſceat,
in Eccleſia ſeparatus ab alijs Chriſtianis poſt oſtium,& po
ſtes humiliter ſe ponat ingredientium,& egrediẽtium ſup
pliciter orationibus ſe commendet, communione corpo-
ris,& ſanguinis Chriſti cunctis diebus vitæ ſuæ indignum
ſe exiſtimet in vltimo tamen exitus vitæ ſuæ die,ſi meruе-
rit,pro viatico,ſi ſit,qui tribuat,tãtummodo venialiter,vt
accipiat,ei conceditur 33.q.2.capit.admonere 8.vbi gloſ.
46 omnes.Et in verbo venialiter. † Si quis inſaniens aliquem
occiderit,ſi ad ſanam mentem peruenerit, leuior ei pœni-
tentia eſt imponenda,nam quæ alienata mente fiunt,& ſi
non imputentur ad pœnam, tamen ſacri muneris execu-
tionem impediunt 15.q.1.ſi quis inſaniens 12.in prin.& §.
ſic quæ vbi glo.Hoc enim fit ad cautelam,& ne diſciplina
Eccleſiæ deſeratur.vt notat ibi glo.ſi quis furẽ,vel raptorẽ
occiderit:quia ad imaginem Dei creatus,& in nomine eius
baptizatus eſt,interſector eius quadraginta dieb. non in-
tret Eccleſiam. Lanea veſte indutus ab eſcis,& potib.qui
interdicti ſunt, à thoro,à gladio, ab equitatu ſe abſtineat,
in tertia,quinta feria,& ſabbato aliquo genere leguminũ,
vel olerum,& pomis paruiſq. piſciculis cum mediocri cer
47 uiſia viciſſim vtatur,& temperate 13.q.2.c.vlt.†Si quis in
ſe defendendo modum excedens aliquem occiderit arbi-
traria ei eſt iniungenda pœnitentia conſideratis circũſtan
48 tijs c.ſignificauit de pęnitẽtijs.† Qui verò odij meditatio-
ne, vel propter cupiditatẽ Iudæum, vel paganum occide-
rit,quia imaginem Dei,& ſpem futuræ conuerſionis exter
minat,quadraginta dies in pane,& aqua pœniteat diſt.50.
49 c.qui verò 40. † Si præsbyter de fornicatione conuictus
fuerit, quamquam ſecundum canones Apoſtolorum de-
beat deponi. Tamen ſi in vitio non perdurauerit,ſed ſua
ſponte confeſſus adiecit, vt reſurgat,decem annis ita pęni
teat,tribus quidem menſibus priuato loco à cæteris remo
tus pane,& aqua à veſpera in veſperam vtatur.tñ in die-
bus dominicis, & præcipuis feſtis modico vino,& piſculis
atq.leguminibus recreetur ſine carne, & ſanguine,ouis &
caſeo:ſacco indutus humi adhæreat: Die ac nocte iugiter
miſericordiam Dei omnipotentis imploret:finitis trib.mẽ
ſib.continuis exeat:tamen in publicum non procedat:ne
grex fidelis in eo ſcandalum patiatur. Non.n. debet ſacer-
dos publicè pęnitere ſicut laicus,vt iam dictũ fuit. Poſtea
aliquantiſper reſumptis virib. vnum annũ, & dimidiũ in
pane,& aqua expleat,exceptis Dominicis,& pręcipuis fe-
ſtis,in quib.vino, & ſanguine, ouis & caſeo iuxta canonicã
menſuram vti poterit. Finito primo anno, & dimidio,cor-
poris,& ſanguinis Dñi,ne indureſcat,particeps fiat, & ad
pacẽ veniat;pſalmos cũ fratrib.in choro vltimus cãtet:ad
cornu altaris nõ accedat;iuxta B.Clementis vocem,inino-
ra gerat officia.Deinde vſq.ad expletionẽ ſeptimi anni,om
ni,quidẽ tempore, exceptis paſchalib.dieb.tres legitimas
ferias in vna quoq. hebdomada in pane, & aqua ieiunet.
Expleto ſeptimi anni curriculo,ſi ſui cõfratres, apud quos
pęnituit,eius condignam pęnitentiam collaudauerint; E-
piſcopus in priſtinum honorem eum reuocare poterit.Sa-
ne ſciendum eſt, ꝙ ſecundam feriam vnum pſalteriũ canẽ
do,aut vnum denarium pauperib.dando(ſi opus eſt)redi-
mere poterit.Finitis aũt ſeptem annis,deinde vſq.ad finem
decimi anni,ſextam feriam (nulla interueniente redẽptio-
ne)obſeruet in pane,& aqua.Eadem quoq.pęnitentia erit
ſacerdoti de omnib.alijs peccatis,& criminib. quæ eum in
depoſitionem inducunt. Neq; hoc cuilibet videatur onero
ſum:ſi ſacerdos poſt lapſum,digne vt ſupra dictum eſt,pę
50 nitens,ad priſtinos redeat honores 82.diſtin.c.vlt.† Si mo-
nialis cum viro concubuerit, & fuerit depræhenſa corru-
pta agat plenam pęnitentiam, ideſt publicam 27.q.1.c.ꝙ
5.vbi glo.in verbo plenam.Decem enim annis publice de-
51 bet pœnitere d.q.1.c.deuotam 27.†Hi verò qui ſanctimo
nialib. ſciẽtes matrimonio ad iniuriã Chriſti copulãtur, ſe-
parentur,& nunq̃ eis concedatur coniugali vinculo copu
lari, ſed in pęnitentiæ lamentis ſe vehementer dum viuũt
afficiant d.q.1.c.hi ergo 15. Qui verò ſaxo velamine tectã
& conſecratam in vxorem ducit anathemate feriatur ipſe
cum ea,& ſi pęnitentiã egerint,tranſeuntib.de ſeculo via-
ticum non negatur d.q.1.c.ſi quis ſacro 17.c. virgines 25.
Profeſſa verò mutato habitu in monaſterio donec diem vl
timum claudat,ſub ęrumnis arduæ pęnitẽtiæ religata de-
52 bet manere d.q.1.c.oẽs 36.vbi gloſ.† Si quis ſacerdos cum
pęnitentiali ſua rem habuerit,non ſolum dignitatis hono-
rem amittit,verum etiam vſq.ad exitũ vitę ſuæ iugi pęni-
tentię ſe ſubdere debet, graue enim adulterium cõmiſit.
Idcirco fęmina ſi laica eſt,oĩa derelinquat,& res ſuas pau
perib.tradat,& conuerſa in monaſterio Deo vſq. ad mor-
tem ſeruiat.Sacerdos autem,qui malum exemplum dedit
homi-

Digitized by Google

hominib. ab omni officio deponatur, & peregrinando duo-
decim annis pœniteat, poſtea verò ad monaſterium va-
dat, ibique cunctis diebus vitæ ſuæ Deo ſeruiat, Non enim
debet Epiſcopus, aut Presbyter commiſceri cum mulieri-
bus, quæ ei ſua fuerint confeſſæ peccata. Si fortè (quod
abſit) hoc contigerit, debet ſic pœnitere, quomodo de filia
ſpirituali Epiſcopus quindecim annos, Presbyter duode-
cim; & deponatur. Si tamen in conſcientiam populi deue-
nerit. 30. q. 1. c. omnes. 8. cum duobus cc. ſequentibus. Non
enim deponuntur, niſi pro publico crimine, quod in noti-
tiam populi deuenerit, diſtinct. 50. c. ſacerdotes, & cap. ſe-
53 quen. glo. in d. quæſt. 1. cap. vlt. in verbo conſcientiam. † Si
quis vxorem adulteram dimittere noluerit, eique debitũ
reddiderit, ideo quia cum adultera commixtus ſit, quæ
adhuc crimine ſuo non eſt purgata duobus annis pœnite-
re debet, aut abſtineat ſe à matrimonio eius, donec explea-
tur ſatisfactio criminis pœnitentiæ ſuæ, quia poſt ſatisfa-
ctionem pœnitentiæ non meretur vocari adultera. Simili-
ter ſi virum ſuum vxor inuenerit adulterum, non ad impa-
ria iudicantur. 32. q. 1. cap. ſi quis 4. Si verò quis ſcit vxorem
ſuã adulteram, & non vult eam dimittere, ſed in matrimo-
nio habere, duobus annis pœniteat: & quãdiu pœnitet, abſti-
54 neat ſe ab illa, d. q. 1. c. ſi quis 6. † Si ſoror vxoris ad virũ ſecre-
iuit, & ipſe inſcius eam cognouerit, pœnitentiam [illegible]
ctam facere debet, & legitimum ſuum coniugium habere
permittitur. Illa verò vindicta digna aſſeritur, & in æter-
num coniugio priuatur. 34. quæſt. 1. c. 1. & 2. c. in lectum 6.
55 † Si quis Euchariſtiam euomerit, ſi laicus ſit, quadragin-
ta diebus pœniteat. Clerici, vel Monachi, ſeu Diaconi, &
Presbyteri ſeptuaginta diebus pœniteant, Epiſcopus no-
naginta ſi per ebrietatem, vel voracitatem. Si pro infirmi-
tatis cauſa ſeptem diebus pœniteant, vt de conſecrat. di-
56 ſtinct. 2. c. ſi per ebrietatem 28. † Si quis bene Euchariſtiã
non cuſtodierit, & mus, vel aliquod aliud animal illam co-
57 mederit, quadraginta diebus pœniteat. † Qui autem per-
diderit illam in Eccleſia, aut pars eius ceciderit, & non in-
uenta fuerit triginta dies pœniteat. d. diſtinct. 2. c. qui be-
58 nè 94. † Si quis de manu hæretici Euchariſtiam niſi quis
id prohibitum ſuſceperit, vel ei [illegible] fuerit, poſtea intel-
ligens annum pœniteat. Si autem ſcit, & neglexerit, & po-
ſtea pœnitentiam egerit decem annos pœniteat. Alij iudi-
cant ſeptem, & quidam humaniùs, vt quinque annos pœ-
59 niteat. † Si quis permiſerit hæreticum Miſſam ſuam cele-
brare in Eccleſia Catholica, & neſcit, quadraginta dies pœ-
niteat, ſi pro veneratione eius, annum integrum pœniteat. ſi
pro damnatione Eccleſiæ Catholicæ, & conſuetudinis Ro-
manorum, proijciatur ab Eccleſia ſicut hæreticus, niſi ha-
beat pœnitentiam; ſi habuerit decem annos pœniteat. Si
receſſerit ab Eccleſia Catholica in congregatione hæreti-
corum, & alijs perſuaſerit, & poſtea pœnitentiam egerit;
duodecim annos pœniteat, tres extra Eccleſiam, ſeptem
inter audientes, & duos adhuc extra communionem. De
his in Canone dicitur, vt duodecimo anno communionem
ſine oblatione percipiant. 24. q. 1. cap. ſi quis dederit 41. vbi
glo. in verbo ſine oblatione citat concordantes. Si qui poſt
pœnitentiam ad ſæcularem militiam redeunt, decem an-
nos pœniteant, de pœnitent. diſtinct. 5. cap. ſi qui verò 2. Si
quis ſit rebaptizatus ignoranter non pœnitet, ſi ſcienter
per ſeptem annos pœniteat quarta, & ſexta feria & tres
Quadrageſimas ieiunet, de conſecrat. diſtinct. 4. c. quibus
112. & ca. eos quos 118. Si quis diuinatores conſuluit quin-
que annos pœniteat 26. q. 5. c. ſi qui diuinationes 2. & cap.
non liceat. 3. § ſi quis autem. Eſt enim omni iure delictum,
60 vt ſupra lib. 1. tit. 42. † Si Presbyter excommunicatus ſa-
cra miniſteria peragit, & pœniteat ſancta communione
ſaginatus ſtudeat tribus continuis annis per hebdomadã
omni ſecunda, quarta, & ſexta feria à vino, & carne peni-
tus ieiunare, & vitia ſugenda nequaquam committere. 11.
61 q. 3. c. de illis 109. † Modus, & forma reconciliandi excom-
municatos pœnitentes præſcribitur in d. q. 3. c. cum aliquis
108. talis videlicet. Cum aliquis, vel excommunicatus, vel
anathematizatus pœnitentia ductus veniam poſtulat, &
emendationem promittit. Epiſcopus, qui eum excommu-
nicauit, ante ianuas Eccleſiæ venire debet, & duodecim
Presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circumſtare debent,
& ſi ille terræ proſtratus veniam poſtulat; & de futuris
cautelam ſpondet. Tunc Epiſcopus apprehenſa eius manu
dextera, in Eccleſiam illum introducat, & communioni

Chriſtianæ reddat, & ſeptem Pſalmos penitentiales de-
cantet cum iſtis precibus. Kyrie Eleyſon. Pater noſter. Sal-
uum fac ſeruum tuum. Oratio. Præſta quæſumus Domi-
ne huic famulo tuo dignum penitentiæ fructum, vt Eccle-
ſiæ tuæ ſanctæ, à cuius integritate deuiauerat peccando,
admiſſorum veniam conſequendo reddatur innoxius. Per
Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Hactenus de ſpe-
cialibus penitentijs ſingulis peccatis tum publicis tum oc-
cultis iniungendis penitentibus per ſacerdotes, quamuis
62 multæ aliæ plures afferri potuiſſent. † Ex quibus plura
ſunt obſeruanda. Et primum, quod ſi variæ legantur præ-
ſcriptæ, minor eſt iniungenda non maior, neque media, vt
fuit ſupra probatum. Deinde, quod morituris non præſcri-
ptæ, vt illis graues, & difficiles, ſed leuiores, & leuiſſimæ
ſunt iniungendæ, & nullæ: ſunt benè eis ſignificandæ illæ
penitentiæ, quas pro admiſſis peccatis promeruerint: &
cum amicorum orationibus eleemoſynarum ſtudijs pon-
dus penitentiæ ſubleuandum, & ſi fortè migrauerint, ne
obligati à communione, & conſortio veniæ fiant alieni. A
quo periculo ſi diuinitus erepti conualuerint: penitentiæ
modum à ſacerdote ſibi impoſitum diligenter obſeruent,
& ideo ſecundum authoritatem Canonicam, ne illis ia-
nua pietatis clauſa videatur, orationibus, & conſolationi-
bus Eccleſiaſticis ſacrã vnctione Olei ſancti ſecundum ſta-
tuta Sanctorum Patrum communione viatici reficiantur.
63 26. q. 7. in princ. c. 1. & c. ſequen. † Nam in articulo mortis
conſtitutis nemini vtriuſque ſexus, quamuis ſceleſto vero
penitenti, & penitenti hæc ſacramenta abſolutionis, & viati-
ci conſolatio denegatur, d. c. 1. cum alijs pluribus ſupra ci-
tatis. Inquit enim Deus in Ezech. 33. Viuo ego, nolo mor-
tem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat.
Huc pertinent alia loca inſignia. Hieremiæ 3. Ezech. 18. Mi-
cæ 11. relata per Cardinalem Bellarminum de aſcenſio-
ne mentis in Deum Gradu 5. c. 3. Poſtremò obſeruandum
eſt, quod quamuis ſingulis peccatis graues legantur peni-
tentiæ præſcriptæ. Tamen ſi penitentes ſatisfaciant in con-
feſſionibus magnam cordis contritionem, vel ætate, & cor-
poris debilitate ſacerdoti non videantur habiles, & fortes
ad illas ſubeundas, poterit diſcretus iudex tum reſpectu cor-
poris, tum reſpectu quantitatis ſuo arbitrio illas minuere
abbreuiare, & ad ſola omnipotentiſſima nomina Ieſu, Ma-
riæ inuocanda, cum ſumma pietate retrahere, vt colligitur
ex pluribus locis antea citatis, & ex d. c. 1. q. 7. & cap. 2. cum
pluribus ſequent. c. hoc tit. 8. c. pœniteat 9. cum alijs citatis
ſupra num. 7. & 37. Verum, quia notitia peccatorum mul-
tum poteſt prodeſſe ſacerdotibus iudicibus in munere in-
iungendæ penitentiæ exercendo, ideo videntur ſubijcien-
da ea, quæ paſſim peccata eſſe Pontificio iure leguntur.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum quod ſit.*
2 *Peccatum quotuplex, eius genera, & diſtinctiones.*
3 *Peccatum tribus modis committitur.*
4 *Peccatum, aut originale, aut actuale.*
5 *Peccatum, quibus circumſtantijs aggrauetur.*
6 *Fornicatio poſt hæreſim maximum peccatum.*
7 *Iurare an ſit peccatum.*
8 *Iurare per creaturas, an ſit grauius, quam per creatorem.*
9 *Iurare per Euangelium non eſt minus, quam per Deum.*
10 *Iurare per membra Dei blaſphemia eſt.*
11 *Cauſæ efficientes peccati, ſuggeſtio, delectatio, & conſenſus.*
12 *Peccator de Eccleſia Chriſti non poteſt appellari.*
13 *Peccanti pereunt opera bona antea præſtita.*
14 *Peccatum eſt, quodcumque ex fide non eſt.*
15 *Infidelium vita omnis peccatum eſt.*
16 *Mentiri peccatum eſt.*
17 *Mendacium omnino fugiendum.*
18 *Abraham mendacium ſaluatur, quando vxorem dixit ſororem.*
19 *Mendacium quid, & quomodo cognoſcatur.*
20 *Mendacij genera plura recenſentur.*
21 *Verbis vti ad fallendum peccatum eſt.*
22 *Mendacium in verbis, & operibus ſimulatis conſiſtit.*
23 *Mendacium ſine dolo dicens non peccat.*
24 *Negociatores, qui dicantur abominabiles.*
25 *Militiam exercere, an peccatum.*
26 *Militare in bello iniuſto peccatum, limitatur nu. 27.*
28 *Milites quid obſeruare debent in bello ne peccent.*

Inſi-

29 *Inſidiæ, & doli in bello iuſto non ſunt peccatum.*
30 *Loqui quando ſit peccatum.*
31 *Ignorantia, & error non eſt peccatum.*
32 *Stellarum curſus in omnibus obſeruantes peccant.*
33 *Obſeruationes omnes Calendarum dierum peccatum.*
34 *Mortis occaſionem caſu præbens non peccat.*
35 *Interficiens ſe ipſum peccat.*
36 *Defendere ſe ipſum non eſt peccatum.*
37 *Peccata ab Eccleſia non corrigenda, ſi corrigi non poſſunt ſalua pace Eccleſiæ.*
38 *Peccata non corrigenda eorum, qui nobis ſubditi non ſunt.*
39 *Correctio peccatorum, quando facienda.*
40 *Brachium ſeculare implorat Eccleſia ad correctionem peccatorum.*

De Peccatis. Tit. 94.

1 DEfinitio peccati, ſeu deſcriptio pulchra, & ampla proponitur in 15.q.1 in princ. & §. fina. † Eſt enim peccatum voluntas retinendi, vel conſequendi, quod iuſtitia vetat, & vnde liberum eſt abſtinere, vt ibi. Eſt enim peccatum opus iniquitatis, iniquitas autem operatrix culpæ, aut delicti, vt de peniten. diſtinct. 3. c. ille Rex 23. §. tamen nobis. Et peccatum dupliciter accipitur largè, & ſtrictè, largè, quicquid à Deo non eſt peccati appellatione continetur, vt peccatum originale, & vitium aniſtiæ, quod dicitur habitudo mentis iniuſtæ. Si enim Deus omnipotens dicitur, quia omnia poteſt, & facit præter peccata, rectè quicquid ab eo non eſt, peccatum dici poteſt, cũ etiam poſſe peccare, non ſit aliquid poſſe, ſed nihil poſſe, vt de peniten. diſtinct. 2. c. charitas 14. Strictè verò, & propriè dicitur peccatum peccantis actio. & ita hic eſt accipiendum ſecundum illud Diui Auguſtini in libro 2. contra Fauſtum, c. 27. videlicet. Peccatum eſt dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam Dei, quod conuenit cum dictis ſupra lib. 1. tit. 13. num. 1. Et eſt opus iniquitatis, quia ex iniquitate, vt ex cauſa procedit, ſicut è contra bona merita ex charitate, vt arguit glo. de pæniten. diſtinct. 2. ca. ille Rex. 25. in verbo operatrix culpæ, & Diuus Thomas in 1. 2. q. 77. art. 6. q. 72. art 1. Et quod omne peccatum lethale ſit non ſolum offenſio Dei, vt colligitur ex dicta Diui Auguſtini definitione, vbi ſupra. Sed & etiam offenſio omnium rerum, quas fecit Deus præclarè demonſtrat Cardinalis Bellarminus de Gemitu Columbæ lib. 2.
2 c. 1. & Polyantea in verbo Peccatum. † Diuiduntur enim peccata in mortalia, & venialia in diſtinct. 25. c. vnum orarium, §. & quamuis Apoſtolus, & c. ſequen. Diuus Thomas in 1. 2. q. 72. art. 5. & q. 88. & 89. Peccata autem mortalia ſunt ſeptem, videlicet Superbia, Auaritia, Luxuria, Ira, Gula, Inuidia, Accidia. Quibus opponitur. Primo humilitas, Secundo Liberalitas, Tertio Caſtitas, Quarto Patientia, Quinto Abſtinentia, Sexto fraternus amor, Septimo diligentia. Et quamuis in d. cap. vnum d. §. & quamuis plura dinumerentur, Tamen cadunt omnia ſub vno aliquo ex ſeptem dinumeratis. Immo vt alias dictum fuit peccata omnia capitalia reducuntur ad tria capita, quæ S. Ioannes poſuit in epiſt. ca. 2. ſcilicet. Concupiſcentia carnis, Concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Quibus opponitur. Primo ieiunium, Secundo eleemoſyna, Tertio oratio. Nam ieiunium comprimit concupiſcentiam carnis, eleemoſyna concupiſcentiam oculorum, id eſt auaritiam, Oratio ſuperbiam vitæ, vt etiam alibi dictum fuit. Sed & quatuor peccatorum genera afferuntur, de pænitẽ. diſtinct. c. ſuper tribus 71. iuxta tropologiam, id eſt moralitatem ex Diuo Hieronymo in ca. 1. Amos. Id eſt primum cogitaſſe, quæ mala ſunt, ſecundum cogitationibus acquieuiſſe peruerſis, Tertium, quod mente decreueris, opere cõpleuiſſe. Quartum poſt peccatum non agere pænitentiam, & in ſuo ſibi complacere delicto, & ſecundum Diuum Gregorium lib. 4. c. 25. in Iob. Quatuor modis peccatum in corde, & quatuor in opere conſumatur, vt ibi demonſtrat. Præterea ad tria genera peccatorum peruenitur, ſicut tribus gradibus peruenitur ad peccatum, ſcilicet, ſuggeſtione, delectatione, conſenſione, ita ipſius peccati tres ſunt differentiæ, in corde, in facto, in conſuetudine, tanquam tres mortes: vna quaſi in domo, id eſt cum in corde conſentitur libidini, altera quaſi iam prolata extra portam, cum in factum procedit aſſenſio: tertia cum vi conſuetudinis malæ, tanquam mole terrena premitur animus, quaſi in ſepulchro iam putens. Quæ tria genera mortuorum Dominum reſuſcitaſſe, quiſquis Euangelium legit, agnoſcit, vt de pænitent. diſtinct. 2. c. ſicut tribus 21. ex Diuo Augu-
3 ſtino in lib. de ſermone Domini in monte, c. 24. † Sciẽdum etiam eſt, quod peccatum tribus modis committitur. Nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut ſtudio perpetratur, & grauius quidem infirmitate, quam ignorantia, ſed multo grauius ſtudio, quam infirmitate peccatur, d. diſtinct. 2. c. ſciendum 22. ex Diuo Gregorio lib. 25. moralium, cap. 16. & 15. q. 1. in princ. Et ita peccata alia dicuntur voluntatis, alia infirmitatis, d. q. 1. in princip. & c. illa cauenda, & vt a-
4 pud Diuum Thomam in 1. 2. q. 74. & 76. † Diuiditur etiam peccatum in originale, & actuale, vt de conſecrat. diſtinct. 4. c. regenerante 136. & vtrumque remittitur in baptiſmo, vt ibi, & c. ſequen. & ſupra tit. 84. & ſequen. Sed & pecca-
5 torum vnum maius eſt altero, & è contra. † Nam maius, & minus peccatum reputatur, tum ex ipſo genere peccati, tum ex perſona peccantis. Nam circumſtantiæ loci, temporis, dignitatis, & ſcientiæ aggrauant peccata, vt videlicet magis peccet Papa, & Clerici omnes, quam Imperator, & laici omnes in eodem genere delicti: & magis literatus, quam indoctus, & magis peccatur in loco ſacro, vel in tempore, & magis peccat poſitus in dignitate, quam priuatus, diſtinct. 19. c. nulli, diſtinct. 50. c. quia tua. 11. q. 3. c. præcipuè 25. q. 1. c. nulli, & de pænitent. diſtinct. 5. c. conſideret, & 32. q. 5 cap. qui viderit, l. omne §. augetur, ff. de re militari, l. aut facta, §. 1. ff. de pænis, l. Presbyteri, C. de Epiſcop. & Cleric. & ſupra lib. 1. tit. 13. Diuus Thomas in 1. 2. q. 73. per totam. Verum cum circumſtantiæ ſint bonæ, & conſequenter à Deo, non debent eſſe alicui occaſio mali, hinc dicitur, quod circumſtantiæ non aggrauant, peccatũ, ſed ſolus contemptus. Si ergo laicus ex maiori contemptu peccat, magis peccat, quam Clericus. Sed quia non conſtat Eccleſiæ, qualiter quis peccet, an ex contemptu, vel alio modo, vt 24. q. 3. c. Deus, ideo non poteſt iudicare de peccato ſecundum contemptum, & ideo iudicat per circumſtantias, quaſi per quaſdam præſumptiones, per quas magis punitur Clericus, quam laicus, quia magis præſumitur cõtra ipſum, quia creditur ſcire, & carere omni excuſatione, vt & literatus, & in dignitate conſtitutus, diſtinct. 40. cap. homo. 5. Plures itaque circumſtantiæ, vltra iam relatas, quæ peccata aggrauare videntur referuntur in diſtinct. 5.
6 c. conſideret, de penitentia. † Poſt hæreſim fornicatio maximum peccatum. Nam inter cætera ſeptem vitia ſuperius enumerata, vitium fornicationis maximum ſcelus eſt, quia per carnis immunditiam templum Dei violatur, & tollens membrum Chriſti facit membrum meretricis. Sũt autem quædam, quæ ſicut animalia abſque vlla diſcretione indeſinenter libidini ſeruiunt, quas nec iniuis pecoribus comparauerim. Pecora enim cum conceperint, vltra non indulgent maribus copiam ſui, 32. q. 7. c. non ſolum 15. §. inter cætera, & c. ſequen. Huc pertinent, quæ dicit Apoſtolus ad Epheſ. 5. & 1. Corinth. 5. relata per Cardinalem Bellarminum de Gemitu Columbæ lib. 1. ca. 9. & quæ dicuntur infra tit. 107. num. 7. Hos enim carnis peccatores ponit Dantes in inferno Cantilena 5. in pena motus indeſinentis, ibi.

Inteſi, ch'à coſi fatto tormento
Eran dannati i peccator carnali,
Che la ragion ſommettono al talento.
E come gli ſtornei ne portan l'ali,
Nel freddo tempo à ſchiera larga, e piena
Coſi quel fiato gli ſpiriti mali
Di quà, di là, di giù, di sù gli mena:
Nulla ſperanza gli conforta mai,
Non che di poſa, ma di minor pena.

Ipſius quoque fornicationis gradus ſunt, de quibus ſupra lib. 1. tit. 31. 35. & 36. † Sed & ſi iuramentum præſtandum non ſit, dicente Chriſto in Euangelio. Sit ſemper ſermo veſter, eſt, eſt, non non. Tamen iurare non eſt peccatum. 22. q. 1. in princ. c. 1. & ſequent. Non enim eſt contra præceptũ iuratio, quæ à malo eſt, non iurãtis, ſed incredulitatis eius, cui iurare quis cogitur. Nam hinc intelligitur ita Dominũ prohibuiſſe à iurando, vt, quantum in ipſo eſt, quiſque nõ iuret, vt multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquã magnum, & ſuaue aliquid, d. q. 1. c. non eſt. 2. Peierare peccatum eſt, non iurare, & in neceſſarijs verum iurare non

eſt peccatum d.q.1.cap.in nouo 3.& c.ſequen.Ideo nec tā-
quam bonum appetendum,nec tanquam malum iuramē
tum eſt vitandum d.quæſt.1.capit.2.& cap.ita ergo 5.Per
idola iurare peccatum eſt d.quæſt.1.cap.& iurabit item,
& per creaturas cap.conſidera 8.& eſt omni iure prohibi-
8 tum,vt probatur ſupra lib.2.titu.34.† Sed quæritur quid
grauius an per creaturas an per creatorem iurare fallaci-
ter? Dupliciter enim reus eſt,qui per creaturas iurat men-
daciter,quia & contra prohibitionem iurat, per quod ſibi
iurare non licet,(à quo peccato eſt immunis,qui non niſi
per Creatorem iurat)& proximum dolo capit, quod facit
etiam per Creatorem mendaciter iurans. Sed ſi periurium
tanto magis pœnale eſt, quanto Sanctius illud eſt, per qd.
iuratur, apparet, quod & ſi per creaturas mendaciter iu-
rans dupliciter peccet, grauiori tamen ſe ſubijcit pœnæ,
quiſper Creatorem iurat mendaciter d.quæſt.1.cap.penul.
9 §.ſed quæritur,& ſupra d.lib.2.tit.35.† Non autem maius
eſt per Euangelium,quam per Deum iurare d.quæſt.1.ca-
pit. ſi aliqua 11.æque enim obligatur,qui iurat per Deum
ſicut qui iurat per Euangelium , quoniam ſcripturæ ſan-
ctæ propter Deum ſunt,non Deus propter ſcripturas d.c.
11.Sed ſi quis per Deum iuraret non ſolemniter,& per E-
uangelium ſolemniter,vel è conuerſo,magis eſt obligatus
quoad Eccleſiam ſolemniter iurans,ſed quantum ad Deū
æqualiter capitulo rurſus. Qui cleri.vel vouen.& ſic æqua
liter peccaret quoad Deum,& Eccleſiam fallaciter iurans.
Quia licitum eſt iurare per Euangelium , vt etiam per
Altare, per Crucem 5.quæſtione 5.capitulo , qui peierat
glo.in d.cap.ſi aliqua 11.in verbo propter ſcripturas,& ſu-
pra lib.2.tit.34.ſub num.23. Sed per membra Dei non eſt
licitum iuramentum Authen. vt non liceat luxur.col.6.cir
ca medium, & 22.quæſt.1.cap.ſi quis per capillum 10. vt
10 & ſupra lib.2.titu.34.† Iurare enim per membra Dei bla-
ſphemia eſt contra Deum d.cap.ſi quis.& d.Auth. Vt non
11 luxorie.† Sed cauſæ efficientes peccati ſunt ſuggeſtio, de-
lectatio,& conſenſus,vt de pœniten.diſtin. 2.cap.ſicut tri-
bus,& diſtinct.6 cap.ſed penſandum verſicu.tribus enim.
Subiectum verò peccati eſt homo Solo enim peccato dia-
boli filij ſumus,de pœniten.diſtinct.1.cap.qui natus 36.&
12 diſtinct.2.c.vt cognouerunt 39.§.fin.& c.ſequen.† Qui er
go peccator eſt,& aliqua ſorde maculatur,de Eccleſia Chri
ſti non poteſt appellari,nec Chriſto ſubiectus dici de pœ-
niten.diſtinct.2.cap.Eccleſia 70.ex Diuo Hieronymo in 5.
13 epiſto.ad Epheſ.† Præterea peccantis bona opera, quæ an-
tea præſtiterit pereunt pro vita æterna conſequenda , quo-
niam pro ea eſt perſeuerandum in bono vſque ad finem
vitæ de pœniten.diſtinct.2.cap.ſi enim §.fin.cap. Apoſto
lus cap.mirandum cap.multi,& diſtinct.4.capi.ſi ex bono
14 cap.in domo.† Sed & omne quod non eſt ex fide, peccatū
eſt,quia quicquid ex fide non eſt,vt ad æternam valeat ſa-
15 lutem,inutile reputatur apud Dominum. † Vnde omnis
infidelium vita peccatum eſt,nec valet eſſe bonum,quod
fit abſque Deo. Vbi enim deeſt cognitio æternæ,& incom-
mutabilis veritatis,falſa virtus eſt,etiam in optimis mori-
bus 28.quæſt.1.ca.omnes 14.§.illud verò vſque ad finem,
Iurare per ſe peccatum non eſt 22.quæſt.1. cap.non eſt c.
vt noueritis cap.tu malum cap.& iurabunt capit.non eſt
cap.ſi peccatum.Iurare per falſos Deos eſt peccatum d.q.
1.cap.penult.item & per creaturas d.cap.penul.§.eſt &
16 alia quæſtio.vt & ſuperius dictum fuit. † Mentiri pecca-
tum eſt.Si quis mendaciter promiſit. Ille autem qui pro-
mittit falſum,& putat verum, non mendaciter promittit
22.quæſt.2.cap.2.§.cum ergo. Non enim eſt mentiri dice-
re falſum , quod putat verum. Is autem qui mentitur ea,
contra id quod animo ſentit, loquitur voluntate fallendi,
& mentitur,& peccat d.quæſt.2.cap.ſi autem 4.cap Bea-
tus 5.ca.in quibus 6.cum pluribus ſequentibus.Hos enim
17 Daotes ponit in inferno cantilena 30.† Itaque omne ge-
nus mendacij peccatum eſt, & eſt ſummopere fugiendū,
nec caſu,nec ſtudio mendacium eſt loquendum,nec vt q͂s
proſit,vel vt vitam alicuius defendat.Cauendum menda-
cium in omnibus d.quæſt.2.cap.omne genus 16.ioco verò,
cum autem;quę non ſunt tanquam ioco dicuntur,non re-
putantur mendacia d.q.2.c.quod autem 18.Tamen vete-
rum exemplo non licet mentiri d.q.2.c.ſi quis 19.Hinc eſt
quod obſtetrices de pietate mentiendi remuneratæ,puniū
18 tur de mendacio d.q.2.c.ſi quælibet 20.† Quomodo autē
ſaluentur mendacia Abrahæ , quæ dixit de vxore, quod
erat ſoror,& quæ dixit ſeruis ſe cum filio reuerſurum, dū
conducebat eum immolaturus,habetur in d.quæſt.2.cap.
ſi quælibet 2.§.Abraham,& capi.quæruntur 21.vbi dicitur
ſimulaſſe, & notatur quandoque ſimulationem vtilem eſ
ſe,non eſſe peccatum,& in tempore aſſumendam,vt in ca.
19 vtilem 21.† Sed ad cognoſcendum mendacium,& ab aſ-
ſertionibus non mēdacibus illud excludendum oportet il-
lud definire. Eſt enim mendacium(vt Diuus Auguſtinus)
ait falſa ſignificatio vocis cum voluntate fallendi relatus
in d.quæſt.2.ca.Beatus 5.§.eſt enim.Quapropter in rebus,
in quib.nihil intereſt ad capeſſendum Dei Regnum , vtrū
credantur an non,& vtrum vera ſiue ſint,ſiue putentur,an
falſa:in his errare,ideſt aliud pro alio putare,non arbitrā-
dum eſt eſſe peccatum,aut ſi eſt,minimum eſſe,atque le-
uiſſimum.In ipſarum conſideratione rerum,quæ dicūtur,
tantum intereſt,quia ſiue quis fallatur,ſiue mentiatur , vt
cumque falli quam mentiri , minus eſt malum,quantum
pertinet ad hominis voluntatem,tamen longè tolerabilius
eſt in his , quæ à religione ſeiuncta ſunt,mentiri, quam in
his, ſine quorum fide,vel notitia Deus coli non poteſt,falli
20 d.quæſt.2.capit.in quibus & c ſeq † Sed genera mendacij
plura ſunt.Primum enim eſt capitale mendacium , lōgeq;
fugiendum,quod fit in doctrina religionis,ad quod men-
dacium nulla conditione quiſquam debet adduci. Secun-
dum autem, vt aliquem lædat iniuſtè, quod & tale eſt , vt
& nulli proſit,& obſit alicui . Tertiū quod & ita prodeſt
alteri,vt obſit alteri, quamuis non ad immunditiam obſit
corporalem . Quartum quod fit ſola mentiendi,fallendi-
que libidine,quod merum mendacium eſt . Quintum qđ
fit placendi cupiditate de ſuauiloquio. His omnibus pœni
tus euitatis atque reiectis ſequitur ſextum genus,quod &
nulli obeſt,& prodeſt alicui velut ſi quiſpiam pecuniam
alicuius iniuſte tollendam ſciens,vbi ſit neſcire mentiatur
quocumque interrogante.Septimum genus mendacij eſt,
quod & nulli obeſt,& prodeſt alicui:veluti ſi nolit hominē
ad mortē quæſitū prodere mentiatur. Octauū q,& nul-
li obeſt,& ad hoc prodeſt, vt ab immundicia corporali ali
quem tueatur,in quibus non eſt mentiendum. Verum in
his octo generibus tanto quiſque minus peccat, cum men
titur quanto magis à primo recedit. Quiſquis autem eſſe
aliquod genus mendacij , quod peccatum non ſit putaue-
rit,decipiet ſe ipſum turpiter, cum honeſtum ſe decepto-
rem arbitratur aliorum 22.quæſt.2.cap.primum 8.ex Di-
uo Auguſtino in lib.de mendacio cap.14.& capit.is qui 4.
Verba enim propterea inſtituta ſunt,non per quæ ſe inui-
cem homines fallant,ſed per quæ quiſque in alterius noti-
21 tiam cogitationes ſuas proferat.† Verbis ergo vti ad falla
ciam,non ad quod inſtituta ſunt,peccatum eſt . Nec ideo
vllum mendacium putandum eſt,non eſſe peccatum,vt
22 in d.cap.4.& in d.capi 14.† Præterea mendacium non ſolū
in verbis falſis , ſed etiam in ſimulatis operibus conſiſtit,
Mendacium namque eſt Chriſtianum ſe dicere,& opera
Chriſti non facere . Mendacium Epiſcopum,ſacerdotem,
vel clericum ſe profiteri , & contraria huic ordini operari
22.quæſt.5.cap.ſi quis laicus §.vt itaque,& cap.cauete 22.
23 † Verum tamen ſi quis ſine dolo mentitus fuerit non pec-
cat cap.1.§.ſed aliud cum ſequen. quia non eſt mentiri,vt
ibi,& cap.is autem 4.cap.Beatus 5 & cap.vlum.§ proba-
tur.Sed & mendacium non eſt,ſi quis in Baptiſmo interro
gatus,an Paruulus quem ſuſcepit credat in Deum,& Dia-
bolo eiuſque operibus renunciet ,id affirmet redere , &
abrenunciare . Quoniam in Eccleſia Saluatoris per alios
paruuli credunt;ſicut ex alijs ea, quæ illis in Baptiſmo re-
mittuntur peccata traxerunt,nec illud cogitetis,eos vitam
habere non poſſe,qui fuerint expertes corporis,& ſangui-
nis Chriſti,quia corpore,& ſanguine Chriſti participat, q
per Baptiſmum membrum eius efficitur . Hoc enim qui
non credit,& fieri non poſſe arbitratur , profectò infidelis
eſt,& ſi habeat fidei ſacramentum . Longeque melior eſt
ille paruulus,qui etiam ſi fidem non dum habeat in cogni
tione , non ei tamen obicem contrariæ cognitionis appo-
nat,vnde Sacramentum eius ſalubriter percipit, de conſe-
crat.diſtinct.4.cap.quæris 129 § difficillimam vſque in fi-
nem cum duobus cc.ſequentibus Huc conferunt, quæ di-
cta ſunt in tractatu de tutela,& cura lib.3.quæſt.60.per to
tam . Si quis Sacramentum illicitum non ſeruat.non ideo
dicitur peccare 22.queſt.4.cap.inter cætera 22.per totum,
& §.ſed cum his omnibus capit.innocens 23.per totum,&c.

quæſt.

Digitized by Google

quæſt.2.capit.2. Sed & qui negociatur peccat, quid enim
aliud eſt negocium,niſi quæ poſſunt vilius comparari, ca-
24 rius velle diſtrahere? † Negociatores ergo illi abominabi-
les exiſtimantur, qui iuſtitiam Dei minimè conſiderantes
per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur,merces
ſuas plus periurijs onerando,quam pretijs diſtinct.88.ca-
25 pitulo eijciens 11.cum duobus cc.ſequen.† Militare nõ eſt
peccatum.Nam & ſi militare videatur alienum ab Euan-
gelica diſciplina,vt latè probatur in 23. quæſt.1. in princ.
capitu.1.& ſequen.Nihilominus Chriſtiana diſciplina non
omnia bella culpat.Non enim dicitur in Euangelio militi-
bus, vt arma abijciant, ſeque militiæ omnino ſubtrahant.
Dictum autem eſt eis. Neminem concuſſeritis:nulli calum
niam feceritis,ſufficiant vobis ſtipendia veſtra . Quibus.n.
proprium ſtipendium ſufficere debere præcipit, militare
vtique non prohibuit d.quæſt.1.capi.paratus 2.in fine. Nã
& in armis bellicis milites Deo placare poſſunt, placuit.n.
Dauid,& plurimi illius temporis iuſti. In his erat,& ille
Centurio,qui Domino dixit . Non ſum dignus, vt intres
ſub tectum meum d.quæſt.1.cap.noli exiſtimare 3.vſque
ad finem quæſtionis , & Clerici licet regulariter bellum
mouere nequeant, Tamen pro defenſione ſua, rerum ſua-
rum,atque Eccleſiæ poſſunt mouere arma , vt concludit
Innocent.in cap.olim nume.7. de reſtit.ſpoliat.& Prælati
iuriſdictionem temporalem cum Eccleſiaſtica habentes
poſſunt contra ſubditos inobedientes, & rebelles indicere
bellum,ſed illius exercitium debent laicis committere 15.
q.6.cap.authoritatem,& ibi gloſ.Innocent.in d.capit.olim
num.8.cap.1.de pœnis in 6.Gail.de pace publica lib.1.cap.
8.numero 23 & ſequen.& infra libro 4.tit.16. num. 43.&
26 ſequen. † Verum ſi bellum iniuſtum ſit,in eo militare eſt
peccatum,vt colligitur ex tota illa quæſt.1.& probatur in
q.2.in princi.& per totam vbi definitur, quod bellum iu-
27 ſtum ſit , de qua re infra d.tit.16.† Sed de iuſtitia belli non
debent iudicare milites illi,qui ſubditi ſunt Cæſari bellum
indicenti,ſeu alij Principi,quoniam iſti neceſſe habent obe
28 dire imperio Domini: † Sufficit enim quod in eo exercen-
do neminem concutiant, nulli calumniam faciant, & ſint
contenti ſtipendijs ſuis.Propterea enim prouidentia qua-
dam militantibus ſunt ſtipendia conſtituta, ne dum ſum-
ptus quæritur prædo graſſetur . In reliquis verò concer-
nentibus bellum ſibi à Principe commiſſum neceſſe habẽt
ſufferre,tolerare,obedire.Milites verò exteri,& auxiliares
non ſubditi ante quam ad bellum aliquod conducti auxi-
liares proficiſcantur,debent certificari de iuſtitia belli, qd
ſi iniuſtum cognouerint,ad illud proficiſci non debent,ita
colligitur ex d.q.1.cap.quid culpatur per totum,& §.or-
do tamen vſque in finem,& cap.ſequent.& ex d. quæſt. 2.
per totam . Tamen omnes tam ſubditi,quam exteri iam
militiæ adſcripti in bello ipſo gerendo debent præmiſſa ſer
uare . Nam ſi humana cupiditate bellum geritur,non no-
cet Sanctis , in quos non habet quiſquam poteſtatem,niſi
deſuper datum. Non enim eſt poteſtas niſi à Deo,ſiue iu-
bente,ſiue ſinente. Ergo vir iuſtus ſi fortè ſub Rege homi-
ne etiam ſacrilego militet,rectè poteſt illo iubente bellare,
ſi vice pacis ordinem ſeruans,quod ſibi iubetur , vel non
eſſe contra Dei præceptum certum eſt,vel, vtrum ſit,cer-
tum non eſt , ita vt fortaſſe reum faciat Regem iniquitas
imperandi:innocentem autem militem oſtendat ordo ſer
uiendi d.quæſt.1.cap.quid culpatur 4.§.ſed ſi humana,&
quæſt.2.per totum,& quæſt.3.in princi.cum ſequen.vſq.
ad quæſt.4.& quæſt.4.cap.ſicut excellentiam capit.ſi non
ex,& quæſt.5.cap.ſi non licet §.& ideo nequaquam capit.
29 quis enim . † Itaque data iuſtitia belli,dolo illud gerere,
nec Principi,nec militibus peccatum eſt . Diuus Thomas
2.2.q 40.artic.2 Hinc Poeta.

Mutemus clypeos , Danaumq.inſignia nobis
Aptemus:dolus,an virtus,quis in hoſte requirat ?

Nihil enim ad iuſtitiã intereſt ſiue apertè , ſiue ex inſidijs
aliquis pugnet 23.quæſt.2.cap. Dominus noſter 2.in prin.
30 & §.cum autem,& infra lib.4.titu.16. † Quoties verò lo-
quimur,aut non in tempore,aut importuno loco,aut non
vt conuenit audientibus ; toties ſermo malus procedit de
ore noſtro ad deſtructionem eorum,qui audiunt.Conſide
remus itaque,quid loquamur, quia pro omni otioſo ver-
bo reddituri ſumus rationem in die iudicij 22.quæſt.5.c.
quoties 21.Si quis alicui maledixerit,peccatum eſt 24.q.3.
cap.qui negligit 3.cap.certum 9.§.ſed adhuc,cum duobus
ſequent.c.Deus 38.Niſi non liuore vindictæ,ſed amore iu-
ſtitiæ quis maledixerit,d.cap.cum ergo 11.d.q.3.§.ſed qui
pro.vſque in finem.c.cum ſancti 12.c.Apoſtolicæ 13.& d.
31 c.Deus. † Error,& ignorantia non eſt peccatum.22.q.2.c.
Beatus 5.§.fin. cum c.ſequent. Si ſortilegus quis ſit peccat.
26.q.2.c.1.§.his ita.& dictum eſt ſupra libro 1.titu.penult.
32 † Si quis elementa colit,Lunæ, & ſtellarum curſus in om-
nibus operibus ſuis obſeruet peccat.26.q.5.c.non liceat,&
33 d.tit. penult. lib.1. † Si quis Calendaria iniqua obſeruet ,
ocio vacet,domum lauro,aut viriditate arborũ ornet,pec
cat.26.q.7.c.non licet,c.ſi quis Calendas. Idem ſi quis Ca-
lendas Ianuarias,& brumam ritu paganorum colit, vel ali
quid plus noui facit propter nouum annum , aut menſas
cum dapibus , vel epulis in domibus præparat , & per vi-
cos,& plateas cantiones,& choros docat,peccat,d.q.7.ca.
ſi quis Calendas.14. Si quis dies certos, menſes , & annos
obſeruet,aut commeſſationibus celebret,peccat,d q.7.ca.
ſi quis Calendas 14.cum duobus cc.ſequent.Si quis ius po-
teſtatis exercet aliquem accuſando,vel puniendo,non pec
34 cat,c.quæſitum 45.& c.illud ſequen.23.q.4. † Si quis ca-
ſu occaſionem mortis præbuit,non peccat, 23.quæſt.5.ca.
35 de occidendis,§.quia verò.vſque ad finem. † Si quis ſe ip-
ſum interfecerit,peccat,dict.cap.de occidendis,§.fin.cap.
36 ſi non licet,cap.tu dixiſti,cap.non eſt,cap.placuit. † Se ip-
ſum defendere , vel alium repellere, ne ab eo quis iniuriã
patiatur,non eſt peccatum, d.cap.de occidendis,§.qui ve-
rò,l.vt vim,ff.de iuſtit.& iure. Sed & plures peccatorum
ſpecies colligi poſſunt,tum libro 1. tum & 2. & hoc tertio
in diuerſis locis,vbi agitur de publicis iudicijs, & de diuer-
ſis delictis tum laicorum, tum Clericorum . Quæ non ſo-
lum publicè corrigenda ſunt publicis pœnis a iure præ-
ſcriptis,vt in allegatis locis, ſed & ſecretè ad animarum ſa-
37 lutem per Eccleſiam , vt iam dictum fuit. † Sed quatenus
attinet ad ius puniendi Eccleſiæ competens,obſeruandum
eſt,quod peccata ab ea non ſunt corrigenda, quæ non poſ-
ſunt corrigi ſalua Eccleſiæ pace. 23. quæſtione 4.cap. cum
in lege,§ his itaque reſpondetur vſque ad ca.cum quiſque
cap.duo iſta,§.fin.cum ſequent.cap.qui peccat, cap.ſi Ec-
cleſia,cap.quæſitum,cap.ſi quos igitur, capit.ſi non ex. §.
breuiter,cum ſequen.& quæſt.8.cap.legi.& 24. quæſtio.1.
cap.quiſquis,quæſt.3.cap.tam ſacerdotes, cap.de excom-
municationis,cap.reſecandæ, cap.corripiantur,capit.ecce
autem.cap.illud ſanè,cap.notandum, & 11.quæſt.3. cap.
38 audi,§.final.cum cap.ſequen. † Sed nec ſunt corrigenda in
eos,qui iuriſdictioni noſtræ non ſunt ſuppoſiti, dicto cap.
cum lege,§.his itaque,& §.final. capit.ſi quis poteſtatem.
Idem erit ſi in ipſum Ordinarium, cui ius puniendi com-
petit,peccatum ſit,non in Deum,vel proximum, d.quæſt.
4.cap.quid faciet,§.final.cap.quod Chriſtus,ca.inter que-
relas,cap.ſi is,qui.cap.& vindicta, & quæſt.3. capit.Deus .
Nam talibus ſi pœniteant,eſt miſericorditer ignoſcẽdum,
vt in memoratis iuribus. Si verò in malo perpetrato perti-
naces exiſtant,ſunt anathemate feriendi, dict. quæſtione 4.
cap.ſi illic,§.ſed obijcitur, & cap. Guiſilarius 30. in princi-
pio.vſque ad §.quod autem, & cap.non poteſt. 32.§. præ-
39 cepta verò. † Sed & ſi peccatum ſemel aliàs fuerit dimiſ-
ſum, non erit vlterius pro eo peccator corrigendus , dicta
quæſtione quarta,cap.ſi is,qui. 28.§.final.cum ca.ſequent.
Sed nec corrigendus quis eſt pro eo peccato,quod non fuit
probatum in foro exteriori, dict.quæſtione 4.cap.cum in
lege 16.§.his ita reſpondetur,dict.cap.Guiſilarius, §.final.
cap.ſi quis poteſtatem, & cap.ſi ſacerdos.2.de offic.ordi-
narij. Et ſi ipſi ordinario ſoli conſtet peccatum , dict.§.his
ita minus corrigendus eſt peccator ſi deſit, qui eum accu-
ſet,dict.quæſtione 4.cap.ſi quis,ver. & iudicis. Nec minus
corrigendus eſt peccator ille , qui in eodem peccato habet
ſociam multitudinem,dict.cap.ſi quis poteſtatem,§.final.
& cap.non poteſt in princip. Nam delinquentium multi-
tudo diu per patientiam ad pœnitentiam eſt expectanda ,
prius quam publica adhibeatur cura,dict.quæſtione quar
ta,cap quid faciet, §.ecce quod. Si quis per ignorantiam ,
vel infirmitatem peccauerit, non eſt publicè corrigendus .
15.quæſtione 1.cap.primo,§.porrò infirmitas. vſque ad fi-
nem,cap.meritò,§.final. Sed nec peccator ille publicè cor-
rigendus eſt , qui pœnitens , ac corrigibilis ſit in foro inte-
riori.23.quæſtione quarta,capitu.non poteſt,§. præcepta.
Nec minus ille , qui metus cauſa peccauit, dict.cap. meri-
tò. Verum ſi multitudo adſit peccantium , & tandem ſit
facien-

Digitized by Google

facienda correctio, in paucis ſunt peccata multitudinis publicè corrigenda ad exemplum aliorum, d.c. quid faciet 25.§. ecce, vel aliquando in paucis, c. Guiliſarius, §. quod autem. Sed & per contraria, & diuerſa ſunt peccata curanda, de pœnitent. diſtinct. 2. c. 1. §. oportet ergo, vt & in præcedenti dictum fuit, & dicitur in princip. huius præſentis tit. Sed antequam peccata publicè corrigantur prius tentanda eſt reconciliatio cum Deo 23. q. 4. cap. ſi illic 29. §. ſin
40 verò nihil. † Tandem ſi non poterit obtinere reconciliationem, & correctio ſit facienda, ſi neceſſitas vigeat, poterit implorari brachium ſæculare 23. q. 5. c. Principes 50. c. inceſtuoſi 22. c. ſunt quædam 39. exemplo Concilij Tridentini in ſeſſio. 25. de regularibus, c. Bonifacij 5. Sæpè enim per Regnum terrenum, cæleſte Regnum proficit: vt qui intra Eccleſiam poſiti contra fidem, & diſciplinam Eccleſiæ agunt: rigore Principum conterantur: ipſamque diſciplinam, quam Eccleſiæ humilitas exercere non præualet, ceruicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat, & vt venerationem mereatur, virtuté poteſtatis impertiat. Cognoſcunt Principes ſæculi Deo debere ſe rationē reddere propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſiue augeatur pax, & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſiue ſoluatur: ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam credidit, vt in citatis canonibus. Nam ipſis quod ad eos ſpectat agere ſpernentibus paratum eſt iudicium. Aliquando enim peccata puniuntur per populum iuſſu diuino excitatum, vt in d.q.5. c. vlt. per totum, & aliquando per Dæmones, qui appellantur furor, & ira Dei, d. quæſt. 5. cap. non ſolum 17. vbi gloſ. in verbo fortitudines. Ita enim puniuntur etiam ab hæreticis, ſchiſmaticis, & infidelibus: & ſic pro iuſtificatione, & exercitatione noſtra bonum eſt quod ſint, ſicut ſunt Dæmones, vt in d. glo. & alibi infra dicetur. Sed quia peccatis in conſcientiæ foro ad reconciliationem perfectam, & ſatisfactionem opponuntur ex diametro eleemoſynæ, ieiunia, & orationes, vt dictum fuit in tit. præcedenti, & cum de orationibus ſit dictum ſupra in titulo 76. & alibi, pro coronide totius ſacramenti videtur dicendum de eleemoſynis, & ieiunio priuſquam de reliquis ſacramentis diſſeramus.

SVMMARIVM.

1 *Eleemoſyna quotuplex ſit.*
2 *Res ſacræ pro redimendis captiuis alienandæ.*
3 *Gloria Epiſcopi eſt pauperibus prouidere, non parietes Eccleſiæ ornare.*
4 *Ornatus Eccleſiæ non præferendus ſubuentioni pauperum.*
5 *Crates aurum abiecit putans aurum ſimul, & virtutes poſſidere non poſſe.*
6 *Vaſa aurea, & argentea ſunt vendenda pro neceſſitate pauperum ſubleuanda.*
7 *Eleemoſyna iniuſtorum non iuſtificat.*
8 *Eleemoſyna non ſunt ab Eccleſia accipienda ab omnibus.*
9 *Eleemoſyna non danda, nec accipienda ex turpiter quæſitis.*
10 *Eleemoſyna non proficit niſi prius de peccato fiat pœnitentia.*
11 *Eleemoſyna unde dicta.*
12 *Eleemoſyna extinguit peccata, vt aqua ignem.*
13 *Eleemoſyna quomodo ſit danda.*
14 *Eleemoſynæ effectus ad viuos, & mortuos extenditur.*

De eleemoſynis. Tit. 95.

1 ELeemoſynarum † itaque trimembris habetur diuiſio. Vna corporalis dare egenti quidquid poteris. Altera ſpiritualis dimittere à quo læſus fueris. Tertia delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis. diſtinct. 45. c. & qui emendat. cum duobus ſequentibus. Quarum maior eſt eleemoſyna cordis, d. diſtinctio, 45. c. duæ 13. Species enim eleemoſynæ eſt dimittere debitum, d.c. & qui emendat, cum ſequent. & de pœnitent. diſtinct. 3. cap. de quotidianis, §. fin. vt dictum etiam eſt in titul. 76. Nam omnia, quæ ſunt ad proximi vtilitatem corporalem, & ſpiritualem ſpectant ad eleemoſynam, vt docet Diuus Thomas in ſupplemento ſummæ quæſtio. 15. articulo tertio, & varij generis authoritatibus probatur
2 in Polyantea in verbo eleemoſyna. † Sed & pro dandis eleemoſynis, & redimēdis captiuis res etiam ſacræ poſſunt, & debent à Prælatis illarum adminiſtrationem habentibus alienari. Aurum enim Eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus. Quid opus eſt cuſtodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri, & argenti de templo Domini Aſſirij ſubſtulerūt? 12. quæſtio. ſecunda, cap. aurum 70. ex Diuo Ambroſio, libro ſecundo, de officijs, cap. 28 Imo, & nos certo ſcimus ex hiſtoricis eccleſiaſticis Euſebij, Genebrardi, & Baronij, & ex prophanis Tarcagnattæ, Iouij, Guicciardino, & aliorum non ſolum Baſilicas Apoſtolorum Vrbis, ſed & quamplurimas alias Chriſtiani orbis Eccleſias ſæpè à ſacrilega hoſtium fidei Catholicæ manu fuiſſe ſpoliatas. Vnde cum ratione Diuus Ambroſius citato loco ſubdit. Nonne melius conflat ſacerdos propter alimoniam pauperū, ſi alia ſubſidia deſint, quam ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis? Non ne dicturus eſt Dominus cur paſſus es tot inopes fame emori? & certè habebas aurum vnde miniſtraſſes alimoniam. Cur tot captiui deducti in commercium ſunt, nec redempti ab hoſte occiſi ſunt? Melius fuerat, vt vaſa viuentium ſeruares, quam metallorum. His non poſſet referri reſponſum. Quid enim diceres? Timui ne Eccleſiæ Dei deeſſet ornatus. Reſponderet aurum ſacramenta non quærunt neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus ſacramentorum, redemptio captiuorum eſt: & verè illa ſunt vaſa precioſa, quæ redimunt animas à morte. Ille verus theſaurus eſt Domini, qui operatur quod eius ſanguis operatus eſt. 12. quæſtio. ſecunda, cap. aurum 70. ex Diuo Ambroſ. lib. 3. de officijs capit. 28. Sed quid diceret Diuus Ambroſius de vaſis aureis, & argenteis ex reddittibus Eccleſiæ pro priuato vſu conflatis, ſi hæc dicit agenda de ſacris? iudicet qui hæc audiuit. Habet etiam huius ſententiæ ſequaces multos, poſt quos Diuus Thomas in 2. 2. quæſtio. 100. articulo quarto. Eſt enim homo maior toto mundo corporato, non mole, ſed virtute, vt ex Diuo Gregorio Nazianzeno probat Cardinalis Bellarminus de aſcenſione mentis in Deum Gradu 2. Nimirum ſi vaſa ſacra ſint pro hominis alimonia eroganda, vt volunt Diui
3 Ambroſius, & Thomas, vbi ſupra. † Sed & non parietes templi ornare, ſed pauperibus prouidere gloria Epiſcopi eſt, peccatum ergo erit Epiſcopi ædificare palatia parietes illius ornare, pauperes verò negligere 12 quæſtio. ſecūda, cap. gloria Epiſcopi 71. ex Diuo Hieronymo de vita cle
4 ricorum, vbi ſubdit. † Multi ædificant parietes, & columnas Eccleſiæ ſubtrahunt, marmora nitent, auro ſplendent laquearia, gemmis altare diſtinguitur: & miniſtrorū Chriſti nulla electio eſt. Neque verò mihi aliquis opponat, Diues in Iudæa templum, menſam, lucernas, thuribula, patellas, ſcyphos, mortariola, & cætera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probabātur à Domino: quando ſacerdotes hoſtias imolabant, & ſanguis pecudum erat remiſſio peccatorum: quamquam hæc omnia præceſſerint in figura; ſcriptam autem ſunt propter nos, in quos fines ſæculorum deuenerunt. Nunc verò cum paupertate domus ſuæ pauper Dominus dedicarit portemus crucem, & diuitias lutū portabimus, & inferius. Amico quicquā rapere furtū eſt, Eccleſiam fraudare ſacrilegium eſt, accepiſſe quod pauperibus erogandum ſit; & eſurientibus plurimis, vel cautum eſſe velle, vel timidum, aut quod apertiſſimi ſceleris eſt, aliquid inde ſubtrahere omnium prædonum crudelitatem ſuperat, & ad Paulinum de inſtitutione monachi inquit.
5 † Crates ille Thebanus homo, quondam ditiſſimus cū ad philoſophandū Athenas pergeret magnum auri pondus abiecit, neque putauit ſe ſimul poſſe, & virtutes, & diuinas poſſidere. Nos ſuffarcinati auro Chriſtum pauperem ſequimur: & ſub prætextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubātes, quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere, qui noſtra timidè reſeruamus. Plenus venter facilè de ieiunijs diſputat. Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt: & cum eo conueniunt D. Ioānes Chryſoſt. homil. 51. & 81. in Matth. & D. Bernardus in Apologia ad Gulielmū Abbatem, & alij citati per Cardinalem Bellarmin. de cultu ſanctorum lib. 3. c. 6. in princ. Verum D. Ambroſius Hieron. & alij citati in dictis locis non negant, nec negare poterant quod Eccleſiæ ſint ædificādæ, & ornādæ, immo affirmant opus bonū, & piū eſſe in

Digitized by Google

geuere ſuo ingentibus ſumptibus templa Dei ædificare
aut ornare, vt luculenter demonſtrat Cardinal. Bellar. vbi
6 ſupra. † Sed volunt quod aurum, & argentum Eccleſiæ
etiam in ſacris vaſibus conflatum pro neceſſitatibus pau-
perum erogetur ſine timore, ſi aliter prouideri non pote-
rit, & Diuus Ambroſius docet ordinem ſeruandum in il-
lis vẽdendis pro talibus neceſſitatib. vt animaduertit Bel-
larminus citato loco. Præterea non ſolum pauperibus om
nibus ſunt Eccleſiaſtici adſtricti ad erogandas eleemoſy-
nas, ſed & etiam nominatim Viduis 31. q. 1. capi. quomo-
do 10. §. hoc enim præceptum, vt dictum fuit etiam ſupra
tit. 9. num. 36. & 37. & titu. 12. & familiaribus, & proximis
ſuis cap. 1. de cohabit. cleric. diſt. 32. cap. omnino, & ibi glo.
Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de reformatione c. optan
dum 1. §. omnino. Tholoſanus de beneficijs cap. 5. & ſupra
7 tit. 37. num. 8. & 9. † Quod verò attinet ad illas per Eccle-
ſiaſticos accipiendas à ſponte dantibus in primis obſeruan
dum eſt, quod eleemoſynæ iniuſtorum quamuis Eccleſiæ
datæ non iuſtificant. Scriptum enim eſt. Victimæ impiorũ
abominabiles Deo, vota iuſtorum placabilia 13. quæſt. 6. c.
ſcriptum 11. Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 32. artic. 7. & ſupra
8 tit. 71. † Ideoque non ad omnibus ſunt per Eccleſiaſticos
accipiendæ, nam nec à raptoribus, nec à manifeſtis Eccle-
ſiarum violatoribus ſunt recipiendæ cap. ſuper eo 2. §. qui
autem ver. nec eius eleemoſynam de raptoribus d. c. ſcri-
ptum. Nec ab excommunicatis capit. ſactis 28. §. nec ſi ac-
cumbat de ſenten. excomm. Verum excipiuntur ij, qui nõ
nominatim ſunt excommunicati 24. quæſt. 2. capi. ſanè, &
ab excõmunicatis nominatim prædicatores, qui alias ſub-
ſtentari non poſſunt, licite accipiunt cap. cum voluntate
9 54. §. 1. de ſenten. excomm. † Sed ex rebus turpiter quæſi-
tis eleemoſynæ non ſunt dandæ, nec accipiendæ 1. q. 1. cap.
non eſt 14. q. 5. in princip. c. 1. & ſequen. vſque ad c. nemo c.
eleemoſyna cap. neque enim c. deniq. cap. ſcriptum c. pœ-
nale §. fin & infra tit. 112. num. 5. verſ. Non obſtat. Nec ob-
ſtat tex. in d. q. 5. capit. qui habetis 14. quoniam id intelligi-
tur facere de malo bonum, reddere ſcilicet, quod illicite
tenetis, vt declaratur ibi in §. ſed hoc, & in c. ſeq. in fine om
ne enim, quod ſupereſt ſi non datur pauperibus illicitè te-
netur, vt apud Matth. 6. Lucam 3. qui habet duas tunicas
det non habenti; & qui habet eſcas ſimiliter faciat, & ita
ſentiunt Sanctus Baſilius in oratione ad diuites S. Ambro.
in ſermone 81. Sanctus Ioannes Chriſoſtomus hom. 34. ad
populum Antiochenum. Sanctus Auguſtinus lib. 50. ho-
mil. 7. & in pſalmo 147. Diuus Thomas in 2. 2. q. 66. artic. 7.
& q. 87. artic. 1. cum alijs citatis per Cardinalem Bellarmi-
num de Gemitu Columbæ lib. 2. c. 8. ver. primum ex auari
tia, & de arte benemoriendi c. 9. in fine, & c. 5. ſed & male
acquiſita aliquando bene poſſunt expendi d. c. 14. §. de ma
lo. Et acquiſita de peccato d. §. de malo in fine ver. de pec-
10 cato, & c. ſeq. in prin. † Verum tamen de peccato eſt prius
agenda pœnitentia, quam eleemoſynæ dentur, vt proficiat
ad tollendam pœnam pro peccato promeritam de pœni-
ten. diſtin. 3. c. qui vult 29. vbi glo. omnes, & in verbo incipe
11 re. † Dicta enim eſt eleemoſyna ab Eli, quod eſt Deus, &
12 Moys quod eſt aqua. † quia extinguit peccatum ſicut a-
qua extinguit ignem diſt. 45. gloſſ. in d. c. qui vult in verbo
13 eleemoſyna. † Sed & quod ad modum dandi eleemoſynas
attinet eſt obſeruãdum, quod libenter quiſq. non inuitus,
nec ob pudorem illas dare debet 23. quæſt. 6. cap. iam verò
4. §. vnde Apoſtolus Hilarem enim datorem diligit Deus.
Officium verò quæſtorum ſicut fuit apud Romanos pro
paranda reipublicæ pecunia, vt infra lib. 4. titu. 5. & ſupra
lib. 1. tit. 9. num. 14. ita conſtitutum eſt in Eccleſijs pro ele-
emoſynis colligendis, quorum officium deſcribitur in ca-
pit. cum ex eo 14. in princ vſq. ad §. ad hæc de pœnitentijs,
14 & in Clem. 2. eod. tit. † Effectus autem eleemoſynæ non ſo
lum ad viuos, ſed & ad mortuos extenditur 13. q. 2. c. ani-
mæ 22. ibi aut charorum eleemoſynis, & §. vbi illud cum
duobus cc. ſeq. poſt, & ſupra tit. 71. & 93. dictum fuit, &
vt ex lib. 2. Mac. c. 12. probat Diuus Auguſtinus in lib. de
cura pro mortuis c. 1. De illius neceſſitate fructu, ac modo
differit Card. Bellarminus vbi ſupra. Sed de acquiſitis per
ſimoniam an eleemoſyna recipiẽda, & iuſtificet ſimonia-
cum dicitur infra tit. 112. & 113.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium vnde traxerit originem*
2 *Ieiuniũ reuocat errãtẽ ad paradiſũ, vnde gula regnãtẽ expulit.*
3 *Ieiunium a paradiſo originem ducit.*
4 *Diuino inſtituto ieiunandum, limitatur num. 5.*
6 *Tempora ieiunandi quæ.*
7 *Quadrageſimæ ſeptimana addita fuit à Teleſphoro.*
8 *Sabbati die ieiunandum, & quare.*
9 *Dominico die non eſt ieiunandum.*
10 *Quatuor temporibus anni ieiunandum.*
11 *Ieiunia non ſunt ante diem Pentecoſtes.*
12 *Feria quarta & ſexta ieiunandum, & quare.*
13 *Dominica die ſi vigilia occurrat ieiunandum eſt in ſabbato.*
14 *Vigilijs quibus ieiunandum.*
15 *Carnes feria ſexta & ſabbato comedere licet ſi in his occurrat feſtum Natalis.*
16 *Cibis aridioribus veſcendum tempore ieiunij.*
17 *Eccleſia frequenter viſitanda tempore quadrageſimæ.*
18 *Ieiunium curat vulnera delinquentium.*
19 *Ieiunium tollit podagram, & morbum articularem.*
20 *Ieiunij ſpecies eſt abſtinere ab iniquitate, & voluptate illicita.*
21 *Ieiunia quotidiana alijs præferenda.*
22 *Medicorum præcepta ſunt contraria ieiunio.*
23 *Gula vitium quinque modis nos tentat.*

De ieiunio. Tit. 96.

1 DE † origine ieiunij, eſt notandum, quod ſexto die be-
ſtiæ ſunt creatæ, & cum beſtijs orta edendi poteſtas
eſt, & vſus eſcarum. Vbi cib. cœpit, ibi finis factus eſt
mũdi; ibi cœpit ſua incrementa neſcire, vbi cœperũt diuina
opera circa eum feriari. Quo iudicio declaratum eſt, q̃ per
cibos mundus haberet imminui, per quos deſijt augeri, &
inferius, & vt ſciamus non eſſe nouum ieiunium, primã il-
lic legem conſtituit de ieiunio. Eo vſq. nemo præuaricari
nouerat, vt adhuc orta non eſſet, q̃ prima eſt præuaricatio
indictum ieiunium, abſtinentiæ lex à Dño Deo; præuarica
tio legis à Diabolo, culpa per cibum, latebra poſt cibũ: co-
gnitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio. Serpẽs
2 gulæ perſuadet, Dñs ieiunare decernit. † Itaq. gula de para
diſo regnantẽ expulit; abſtinẽtia ad paradiſum reuocat er-
rantẽ diſ. 35. c. ſexto 8. ex D. Ambroſio in li. de Elia, & ieiu-
3 nio c. 4. & 5. † Ex his intelligitur in paradiſo ieiuniũ originẽ
ſumpſiſſe. Hinc abſtinẽtia, & ſobrietas laudatur, vtpote oppo
ſitæ vitijs gulæ, & ebrietatis, vt notãt gl. in d. c. 8. & D. Th.
4 in 2. 2. q. 146. † Quia ꝑ diuino inſtituto regulariter eſt ieiu-
nandum, nec ſine cã ieiunium eſt ſoluẽdũ, hinc ideo Sacer
dotes in miſſa ieiunij tempora laicis denunciant; q̃ ſunt ab
omnib. obſeruanda de conſec. diſ. 3. c. 1. in prin. & §. ſi. c. ieiu-
nia 26. & diſt. 5. c. Quadrageſima 16. & c. ieiunia 27. D. Th.
in 2. 2. q. 147. ar. 3. & 4. Card. Bellar. de arte bene moriẽdi c.
8. & plurimæ oĩs generis authoritates proferuntur in Po-
5 lyantea in verbis Abſtinentia, Gula. Ieiunium. † Niſi infirmi-
tas, vel alia cã neceſſaria contrarium indulgeat, vt in alle-
gatis canonib. & c. ſint ſibi 20. & c. Conſilium 2. §. cum aũt
6 quæſieris vſq. ad finẽ de obſeruatio. ieiuniorum. † Tẽpora
aũt ieiuniorum ſunt Quadrageſima ex Teleſphoro epi. 1.
7 relato in diſt. 4. c. ſtatuimus 4. † ipſe n. quadrageſimæ addi-
dit ſeptimanã, & hoc tempus vocatũ eſt quadrageſima d.
diſt. 4. c. 5. ex D. Ambroſio in lib. ſermonum, & c. ſeq. & de
conſecr. diſt. 3. c. ſacerdotibus 6. cum duobus cc. ſeq. & diſ.
5. c. quadrageſima 16. & ſeq. & c. ieiunium 25. Ante miſſa-
rum ſolemnia circa horam nonã decantata in quadrageſi-
8 ma comedere non licet, de conſecra. diſt. 1. c. ſolent 50. † Die
ſabbati ieiunandum ob reuerentiam Dominicę ſepulturę
de conſect. diſt. 3. c. ſabbato 13. & diſt. 5. c. quia dies 31. D.
Tho. in 2. 2. q. 147. ar. 5. & ob aliam cauſam antea hæc dies
fuit ieiunio in omne æuum cõſecrata ꝑ Moyſem Teſte Iu-
ſtino Hiſtorico li. 36. Neq. obſtat canon Apoſtolicus 65. qui
loquitur de die Dominico, & ſi faciat mẽtionem et de ſab-
9 bato. † Die Dominico non eſt ieiunandum d. canone 65. &
de conſecr. diſt. 3. c. ieiunium 14. & ſeq. diſt. 30. c. ſi quis tan
q̃, & c. vlt. diſt. 76. c. vtinã, & 26. q. 2. c. ſacerdos ver. die aũt.
10 † Quatuor temporibus anni videlicet in Martio hebdoma
da prima, in Iunio ſecunda, in Septẽbri tertia, & in decem
bri quarta decernitur eſſe ieiunandum in 76. diſ. in prin. cũ
11 ſequentibus vſq. ad c. ſcire debet. † Ante diem Pentecoſtes
ieiu-

Digitized by Google

ieiunia non ſunt celebranda de neceſſitate d.diſtinct. 76.
cap.ieiunium in fine cum cap.ſequen.cap. ſcire debet §.fi.
12 cum cc.ſequentibus. † In quarta, & ſexta feria ab initio
noctis præcedentis vſque in ſequentem diem ſcilicet quar
tam, & ſextam feriam ieiunandum eſt, quia quarta feria
Iudas de traditione Domini cogitauit, & ſexta feria cruci-
fixus eſt Saluator de conſecrat. diſtinct. 3. capit. ieiunia 16.
13 & cap. de eſu carnium 11. † Vigilia occurrens in Domini-
ca die ieiunari debet in ſabbato, & ieiunanda eſt vigilia Di
14 ui Matthæi c. 1. de obſeruatione ieiuniorũ. † Vigiliæ Apoſto-
lorum Aduentus Domini, & cæteræ ſunt ieiunandæ, de
quibus in c. conſilium 2. in princi. & §. cum autem eod. tit.
15 † Si feſtum Natiuitatis Domini occurrat in ſexta feria, lici
tum eſt omnibus, exceptis profeſſis, & voientibus carnes
concedere c. vlt. eod. ti. Quinta feria ieiunandum non eſt d.
16 diſt. 3. c. ieiunium 14. † Tempore autem ieiuniorum cibis
aridioribus veſcendum eſt d. diſ. 3. c. non oportet 8. in fine.
A carnibus, & vino abſtinẽdum eſt d. diſt. 35. c. ab exordio
2. quod intelligitur in diebus ieiunij non in die Dominico
animo exercitandi diſt. 30. c. ſi quis 17. §. fi. canone Apoſtoli-
co 50. & 52. & ſic ieiunium ad primam viuendi rationem, q̃
fuit ante diluuium ſine carne piſcibus, & vino teſte Gene-
brardo lib. 1. Chrono. anno mundi 30. & 1656. diluuij 1. re-
uertimur. Immo nec animalia vlla, vt Leones, Canes, vultu
res toto illo originario æuo videatur vſa carnibus, vt ex Ba
ſilio hom. 11. Hexa probat idem Genebrardus citatis locis.
17 † Tempore quadrageſimæ Eccleſiæ ſunt frequenter viſi-
tandæ de conſec. diſt. 3. c. nequit. Diebus ieiunij nec nataſi-
tia, nec aliæ feſtiuitates ſunt celebrandæ 33. q. 4. c. vlt. cum
§. fi. cum duobus cc. ſeq. c. nec vxorem in princ. † Ieiunium
itaq. curat vulnera delinquentium, curatosq. ſanctificat,
de conſect. diſt. 5. c. ſint tibi in fine. Si mens ab iniquitate, &
lingua ab obtrectationib. cohibentur d. diſt. 5. c. nihil enim
vitia comprimit, mentem eleuat, virtutem largitur, &
19 præmia, vt canit Eccleſia. † Tollit morbum articularem, &
podagram d. diſt. 5. c. legimus. Contemnentes autem ieiu-
nare, & contemnentes non valentes ieiunare puniuntur pę
na, de qua in diſt. 30. c. ſi quis eorum, & canone Apoſtolico
20 68. & c. ſi quis caturem d. diſt. 30. † Species ieiunij abſtinere
ab iniquitate, & voluptate illicita de conſecrat. diſt. 5. c. ie-
21 iunium. † Quotidiana verò ieiunia duplicatis, vel triplica-
tis ſunt potiora, & præferenda d. diſt. 5. cap. non dico cum
22 duobus cc. ſequent. † Contraria ieiunio ſunt præcepta me-
dicorum d. diſt. 5. cap. contraria 21. † Et vitium gulæ, quod
nos tentat quinq. modis fimus cauti d. diſt. 5. c. quinq. mo-
dis 22. c. ne tales 29. c. legimus 30. Cui occurrendum eſt ieiu
nio. Et in refectione temperantia tum reſpectu qualitatis,
tum reſpectu quantitatis, tum etiam reſpectu deſiderij
adhibẽda eſt, vt in allegatis, alia plura de ieiunio dicta fue
re ſupra tit. 71. & tit. 93. Nunc de reliquis Sacramentis eſt
differendum, ſcilicet de extrema vnctione, quod Sacramẽ
tum ſequitur poſt Sacramentum pœnitentiæ, deinde di-
cetur de reliquis.

S V M M A R I V M.

1 *Extrema vnctionis inſtitutio, miniſter, & ritus.*
2 *Extremam vnctionem vnde didicit Eccleſia.*
3 *Extrema vnctio à Domino inſtituta.*
4 *Extrema vnctio Sacramentum.*
5 *Extrema vnctio ſæpe præbet ſanitatem corpori.*
6 *Extrema vnctio Sacramentum reiterabile.*
7 *Extrema vnctio quomodo miniſtranda.*
8 *Extrema vnctio quibus conferenda.*
9 *Extrema vnctio datur poſt confeſſionem, & abſolutionem.*
10 *Extrema vnctionis effectus.*

De Sacramento extremæ vnctionis. Tit. 97.

1 DOctrina † huius Sacramenti vnctionis extremæ tra
dit Concilium in ſeſſ. 14. poſt caput 9. de operibus ſa
tisfactorijs, & illius inſtitutionem tradit in c. 1. effe-
ctum c. 2. Item miniſtrum, & tempus quo dari debeat c. 3.
Ritum. n. huius ſalutiferi Sacramenti habemus ex D. Iaco-
bo Apoſtolo Domini fratre. ſ. fidelib. commẽdatũ, ac pro-
mulgatũ. Inquit. n. ipſe ibi. Infirmatur quis in vobis: inducat
p̃ byteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngẽtes eũ oleo in
nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alle-
uiabit eum Dominus; & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei.
Quibus Verbis habemus ritum ibi, orent ſuper eum, vn-
gentes eum oleo in nomine Domini. Item & promiſſionẽ
ibi, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis fuerit di-
2 mittentur ei. † Et hæc ex Apoſtolica traditione per manus
accepta Eccleſia didicit, docet materiam, formam, pro-
prium miniſtrum, & effectum huius ſalutaris Sacramenti.
Intellexit enim Eccleſia materiam eſſe oleum ab Epiſcopo
3 benedictum. † Denique mandatum colligitur euidenter ex
eo, quod Apoſtolus non auderet ita abſolutè promittere
tantum effectum, niſi à Domino id accepiſſet, promittit n.
alleuiationem, & peccatorum remiſſionem à Domino vn-
ctum conſequuturum ibi, & alleuiabit eum Dominus, & ſi
in peccatis fuerit, dimittentur ei, vt non poſſit dubitari id
à Domino pro infirmis fuiſſe inſtitutum, vt nouerat Apo-
ſtolus Iacobus, qui ideo hortatur ad illud ſuſcipiendum,
ita arguit Cardinalis Bellarminus de extrema vnctione
4 lib. 1. c. 2. † Qui in c. 4. ex veterum traditione probat hanc
infirmorum vnctionem eſſe Sacramentum: Et eſt tex. in c.
cum veniſſent de ſacra vnctione: Adeſt Concilium Nicæ-
num canone 69. & alia Concilia, & vltimum Tridentinum
in prin. citatum. Et quidem optima ratione huiuſmodi Sa-
cramentum fuit ab Eccleſia ſemper agnitum, & miniſtra-
tum infirmis. Nam cum Dominus Sacramenta inſtituerit,
quibus veluti diuinis ſubſidijs vteremur in ingreſſu Eccle-
ſiæ, & in progreſſu, deinde nullo modo credendum eſt defe-
ciſſe eius diuinam prouidentiam in egreſſu, & tranſitu ab
hac temporali militante Eccleſia ad aliam triumphantem
ſempiternam, præſertim cum nunquam magis homo fi-
delis indigeat auxilio, & præſidio, quam in articulo mor-
tis, vt arguit Concilium Tridentinum citato loco, & Lan-
cellottus inſt. de extrema vnctione §. 2. & Cucchus inſt. de
extremæ vnctionis Sacramento. Et vt paſſim docent Pa-
tres Sancti Gregorius homil. 39. in Euangelia, & libr. 24.
moralium ca. 17. & 18. Euſebius Emiſſenus homi. 1. ad Mo-
nachos, & Ioannes Climacus de 30. Gradib gradu 7. Tunc
enim hoſtes fortius impugnant, quia modicum tempus
habere ſe vident, & ipſe homo nunquam eſt ineptior ad
reſiſtendum ob dolorem mortis, & ægritudinis magnitu-
5 dinem. † Et quia infirmi ſæpè vncti pro animæ ſalute, recu
perant ſanitatem corporis, ideo quando iterum infirman-
6 tur, & iterum vnguntur. † Eſt enim hoc Sacramentum
extremæ vnctionis reiterabile, vt pote à Deo inſtitutum
pro eo tempore quando ſumus in aliquo diſcrimine vitæ,
vt per Conciliũ Tridentinum vbi ſupra c. 2. in fine, & c. 3.
Quo loci Eccleſiæ Præsbyteri huius Sacramenti miniſtri
monentur illud dare illis infirmis, qui tam periculosè decũ
bunt, vt in exitu vitæ conſtituti videantur, vnde Sacramẽ-
tum exeuntium nuncupatur. Quamquam veteres Chri-
ſtiani ſecuta confeſſione, & abſolutione infirmi primo lo-
co inungerent ægrotos, deinde iiſdem ægrotis porrigerẽt
ſanctiſſimum corpus Chriſti viaticum, vt dictum fuit ſu-
pra tit. 93. ſub num. 62. & tit. 96. in fine, & vt probat Cardi
nalis Bellarminus de arte bene moriendi lib. 2. c. 7. & 8. In
hoc enim Sacramento miniſtrando duæ ſunt cæremoniæ.
Prima vt recitentur litaniæ, & aliæ quædam preces ante
vnctionem ſuper ęgrotos. Secunda vt vngantur ſeptem
corporis partes hac forma. Per iſtam ſanctam vnctionem
& ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus
quicquid deliquiſti per viſum, per auditum per odoratũ,
per verbum, per tactum, & propter quinq. ſenſus, vngẽdo
7 oculos, aures, nares, os, manus, repetendo ſemper in omni
parte. Per iſtam Sanctam, & cætera. Deinde renes vbi eſt
ſedes concupiſcentiæ, & tandem pedes ob vim progreſſi-
uam, & executionem. Ita præſcribit Concilium Florenti-
8 num. † Sed non niſi Chriſtiano eſt miniſtrandum, vt ibi in
vobis, & non niſi infirmo, vt ibi. Infirmatur quis in vobis
&c. Nam qui beneualent, poſſunt agere pœnitentiam, De-
inde infirmo grauiter, Demum Adulto, & qui vſum ha-
beat rationis, etiam in agone poſito, & non intelligenti, vel
ſentienti, quid circa ſe agatur, modo tñ in viuis ſit. Defun-
cti. n. nullius Sacramenti capaces ſunt. Infantes, & qui ſem
per amentes ſunt non habent reliquias peccatorum, q̃ ab-
ſtergãtur, nec ſunt capaces letitiæ, & alleuiationis, q̃ Sacra-
mentum affert, & non ſine irreuerentia Sacramentum eis
miniſtrat. Porrò nõ excõmunicatus, nec ante cõfeſſionẽ, &
abſolutionẽ, ſi cõſtet eũ teneri peccato, à quo nõ ſit abſolu

9 tus, eſt vngendus. † Vnguntur. n. infirmi poſt confeſſionē,
& abſolutionem, vt dictum eſt, vt ſi quæ delicta ignorata,
vel oblata, nec ab eo confeſſa ſint adhuc expianda abſter-
gat, vt notat Concilium Tridentinum in ſeſſio. 14. capit. 1.
10 † & Concilium Florentinum dicit effectum eſſe animæ ſa-
nationem, vt intelligamus hoc ſacramentum eſſe magni-
faciendum, cum aliquando fieri poſſit, vt per hoc ſacra-
mentum ſaluetur is, qui alioquin damnandus erat, Conce-
dat itaque miſericors Deus omnibus, vt illud conſequi va-
leant, hactenus de ſacramentis, quæ quoquo modo neceſ-
ſitatis ſunt, nunc de iis quæ dignitatis ſunt, & voluntatis
dicendum reſtat.

SVMMARIVM.

1 *Ordinis ſacramentum vnde traxerit ritum, & de eius inſtitu-
tione, nec eſſe reiterabile nu. 2.*
3 *Ordinis inſtitutorem Deum.*
4 *Ordo quomodo à veteribus conferatur.*
5 *Ordo gratiam confert.*
6 *Ordo gratis conferendus.*
7 *Ordinis materia eſt id, quod porrigitur in ordinatione.*
8 *Ordines ſunt ſeptem ſed vnum tantum ſacramentum.*
9 *Ordinatio quę bona conferat ordinatis.*
10 *Miniſter ſacramenti ordinis eſt Epiſcopus.*

De ſacramento ordinis, Tit. 98.

1 DOctrinam † de ſacramento ordinis poſt alia tradit
Concilium Tridentinum in ſeſſio. 23. c. 1. & ſequ.
Diuus Thomas in ſupplemento ſummæ quæſtio.
24. & ſequen. † Nihil aliud enim eſt ordo, quam ſignacu-
lum quoddam Eccleſiæ, per quod ſpiritualis poteſtas tra-
ditur ordinato, vt per Magiſtrum ſentent. in 4. diſtinc. 24.
de quo Lancellottus in §. 1. Inſt. de ſacramento ordinis, &
Cucchus Inſt. eodem tit. De eo habemus ritum externum,
manus impoſitionem. 1. Timoth. 4. & ibidem gratiæ pro-
miſſionem. ibi. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ
data eſt tibi per Prophetiam, cū impoſitione manus pres-
byteri, & 2. Timot. 1. Admoneo te, vt reſuſcites gratiā Dei,
quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum. Deni-
que inſtitutio, & mandatum legitur. Epheſ. 4. Ipſe dedit
quoſdam quidem Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios Pa-
ſtores, & Doctores. & Diuus Auguſtinus lib. 2. contra epi-
ſtol. Parmeniani c. 13. Loquens de bapiſmo, & ordinatio-
ne, inquit, vtrumque ſacramentum eſt, & quadam conſe-
cratione vtrumque homini datur, illud cum baptizatur,
2 iſtud cum ordinatur, † Itaque in Catholica Eccleſia vtrū-
que non licet reiterare, & in lib. 2. de baptiſmo cap. 1. idem
repetit. Hoc idem probat Actor. 6 vbi ordinantur Diaco-
ni per manuum impoſitionem. Acto. 13. impoſitione ma-
nuum ordinantur Epiſcopi. Paulus, & Barnabas. Sic enim
locum illum intelligit. Sanctus Leo in epiſt. 81. ad Dioſco-
rum. & Diuus Ioannes Chryſoſtomus in commentar. ibi.
& Actor. 14. legitur. Cum conſtituiſſent eis presbyteros, id-
eſt cum per manuum impoſitionem creaſſent presbyte-
ros 1. Timot. 4. legitur. Cum impoſitione manuum pres-
byteri, & c. 5. Nemini citò manus impoſueris, & 2. Timot.
1. Per impoſitionem manuum mearum, quæ omnia intelli-
guntur de ordinatione. Promiſſio gratiæ habetur expreſsè
1. Timot. 4. Noli negligere, &c. & 2. Timot 1. Admoneo te,
vt reſuſcites gratiam, vbique enim iam collatam eſſe ſup-
ponitur, vt non negligatur, ſed reſuſcitetur. Mandatum,
& inſtitutio. Actor. 13. Segregate mihi Saulum, & Barna-
bam. Acto. 20 In quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſco-
pos. Epheſ. 4 Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, alios
3 Prophetas, alios Paſtores, & Doctores. † Cum igitur gra-
tia ſit alligata ordinationi per manus impoſitionē, neceſſe
eſt Deum eſſe authorem, & inſtitutorē illius cæremoniæ.
Idque probatur etiam ex eccleſiaſtica traditione per Inno-
cent. 1. in epiſt. 18. ad Alexandrum Antiochiæ Epiſcopū, c.
vlt. vbi confert ordinationem cum baptiſmo. Leo. 1. epiſt.
81. ad Dioſcorum c. 1. ordinationem ſacramentum vocat,
4 † & iubet à ieiunis dari, & accipi, & epiſt. 87. ad Epiſcopos
Mauritaniæ, capit. primo, de ordinatione loquens, inquit,
Quis diſſimulare audeat, quod in tanti ſacramenti perpe-
tratur iniuriam? Anaſtaſius 2. in epiſt. ad Anaſtaſium Im-
peratorem capit. ſeptimo, inquit, nullum de his quos, vel
baptizauit Acacius, vel quos ſacerdotes ſiue Leuitas ſecun-
dum canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio
læſionis attingit, quo forſitan per iniquum tradita ſacra-
menti gratia minus firma videatur. Diuus Gregorius libr.
4. comment. in lib. Regum c. 5. in princ. loquens de ſacra-
mento ordinis, inquit. Is qui promouetur, bene foris vngi-
5 tur. ſi intus virtute ſacramenti roboratur. † Vbi & ſacra-
mentum vocat, & gratiam conferre affirmat ordinationē.
Hoc idem & nos ſupra titul. primo, & pluribus ſequenti-
bus comprobauimus, & legum Ciuilium, & canonū mul-
torum authoritate. Hoc idem probant Concilia. Chalce-
donenſe c. 2. dum damnat eos, qui pecunias pro ordinatio-
ne accipiunt, quia gratiam Dei illi tales vendere cēſentur,
quæ nullo modo vendi poteſt, vt fuit probatum ſupra tit.
4. & probatur infra tit. 112. Bracharenſe canone 3. Floren-
tinum Græcis, & Latinis probantibus, denique Tridentinū
vbi ſupra, & §. primo. Inſtit. de ſacramento ordinis. Sed &
ex Patribus Sanctus Dionyſius Areopagita lib. de eccleſia-
ſtica Hierarchia capit. quinto, de ritu ordinandorum agit,
& ſatis oſtendit eorum gratiam conferri, & ſacramētum
eſſe Sozome. lib. 7. hiſtor. c. 10. inquit, Tu ò beate recēs ba-
ptizatus, es purificatus, & mox inſuper ſacerdotio auctus
es; vtraque autem hæc peccatorum expiatoria eſſe Deus
conſtituit. S. Ioannes Chryſoſtomus libro tertio, de ſacer-
dotio, inquit, ſacerdotium in terra peragitur, ſed in rerum
cœleſtium claſſem, ordinemque referendum eſt. Atque id
per quam merito, quippe non mortalis quiſpiam, nō An-
gelus, non Archangelus; non alia quæuis creata poteſtas,
ſed ipſe Paracletus ordinē eiuſmodi diſpoſuit, & inferius.
6 Tharaſius in epiſtola ad Adrianum Papam dicit. † Eos qui
pecuniam accipiunt pro ordinatione, vendere gratiam, at-
que adeo Spiritum ſanctum, qui datur in ordinatione.
Theodoretus in illud. 1. Timoth. 5. Manus citò nemini im-
poſueris idem comprobat. Diuus Ambroſius de dignitate
ſacerdotali, cap. quinto, inquit. Homo imponit manum,
Deus largitur gratiam, ſacerdos imponit ſupplicē dextrā,
Deus benedicit potenti dextera, & Diuus Auguſtin. in mul-
tis locis ordinationem vocat ſacramentum, ipſamq; con-
fert cum ſacramento baptiſmi lib. 2. contra Parmenianū,
c. 13. lib. 1. de baptiſmo c. 1. & in epiſtol. 50. ad Bonifacium
propè finem, & de bono coniugali c. 18. & 24. & in ſermo-
ne de geſtis cum Emerito, & lib. 2. contra Parmenianum
cap. vndecimo, & Sanctus Thomas quæſtio. prima, artic.
primo. Diaconatum, & Subdiaconatum eſſe ſacramentum
ordinis fuit demonſtratum ſupra titul. 25. & 26. Quod &
authoritate Patrum, & Conciliorum probat Cardinalis
Bellarminus de ſacramento ordinis, libro primo, cap. ſex-
to, & ſeptimo. Immo & minores etiam ordines ſacramen-
tum eſſe monſtrat ibi in cap. octauo, ex Patribus, & Conci-
lijs Florentino. Vbi enim dicit ſacramentum ordinis eſſe
7 ſextum ſacramentum, † & materiam huius ſacramēti eſſe
id quod porrigitur in ordinatione, continuo ponit exem-
pla de ordine ſacerdotis, Diaconi, & Subdiaconi; & ſubdit,
idem de alijs ordinibus intelligendum. Neque ab hoc diſ-
ſentit Concilium Tridentinum. Nam ſeſſio. vigeſimater-
tia, capit. ſecundo. Septem ordines numerat, & poſtea ca-
none 3. abſolutè ordinem ſacramentum eſſe affirmat, &
cum nec minores poſſint reiterari, igitur imprimunt cha-
racterem, & ideo ſunt ſacramentum, facit 23. diſtinct. ca-
8 pit. pſalmiſta. † Sed non ideo ſicut ſeptem ſunt ordines,
ſunt & ſeptem ſacramenta, quia licet per ſe ſinguli ſacra-
menta ſint. Tamen vnum cenſetur ordinis ſacramentum,
quia omnes ordines vnum ſunt, vel genere, vel quia om-
nes ad vnum finem referuntur, vt fiant ordinati de ſorte
9 Domini, † & alia conſequantur, videlicet poteſtatem ſpi-
ritualem perpetuam, in cuius ſignum imprimitur chara-
cter, & gratiam gratum facientem, qua poſſint ordinati
ritè fungi ſuo munere per aliquod viſibile ſignū, vt puta
clauis, liber, calix & ſimilia in ordinatione, in eum collata,
vt ſupra titulo vigeſimoſexto, & ſequent. demonſtratur,
& innuitur paulò ſuperius numero ſeptimo, & dicit gloſ.
in verbo ſignaculum, § primo, Inſtitut. de ſacramento or-
10 dinis. † Miniſter autem ſacramenti ordinis eſt Epiſcopus,
vt dictum fuit ſupra titulo tertio. Res autem perſpicua
eſt, cum nunquam Eccleſia agnouerit Presbyteros, vel
Diaco-

Diaconos, niſi ab Epiſcopis ordinatos. Idque probant Cōcilium Ancyranum canone 12. Antiochenum canone 10. Epiphanius hæreſ. 75. Damaſus epiſto. 4. Diuus Hieronymus epiſto. 85. ad Euagrium. Chriſoſtomus Theodoretus, & alij in 3. & 4. capitulo prioris ad Timoth. Sed & de hoc Sacramento ordinis plura referuntur in ſyntagma commu. opin. loco 1. titulo 15 per totum, & per Cucchum inſtitu. de Sacramento ordinis. Quantum autem perfectionis eminentiam in clerico primæ tonſuræ requirāt Diuus Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum de vita clericorum, & Diuus Bernardus in Matth. 19. ſuper verba Sancti Petri. Ecce nos reliquimus omnia, &c. explicat Cardinalis Bellarminius de arte bene moriendi lib 1. cap. 14. dum longè maiorē in Acolyto, in Diacono, in Subdiacono, in Preſbytero, in Epiſcopo ſuper Angelicam deſiderat, & concurrere debeat.

SVMMARIVM.

1 Matrimonium actus Eccleſiaſticus, & Sacramentum.
2 Matrimonium à Deo inſtitutum.
3 Coniunctio viri, & fœminæ coniunctionem Chriſti cum Eccleſia ſignificat.
4 Coniunctio Chriſti cum Eccleſia duplex.
5 Coniugum vnio nō ſolum carnalis, ſed & ſpiritualis eſſe debet.
6 Vxores diligendæ a viris, & è contra ſubiectæ viris.
7 Nuptiarum bonum in quo conſiſtat.
8 Repudium quando derogatum, & quando conceſſum.
9 Matrimonium inter Chriſtianos legitime contractum, eſt Sacramentum.
10 Conſenſus mutuus per verba de præſenti efficiens cauſa matrimonij.
11 Sponſalia quid ſint.
12 Sponſi & ſponſæ appellatio vnde orta.
13 Sponſalia diuiduntur de præſenti, & de futuro, & quid ſint.
14 Coniugij, ſeu coniugium appellatione an veniant ſponſalia, & ſponſi.
15 Coniugium diſtinguitur in initiatum, & ratum, & quod ſit vtrumque.
16 Sponſalia conſenſu contrahuntur, & quomodo.
17 Sponſalia inter impuberes contrahi poſſunt.
18 Nuptiæ inter impuberes non poſſunt contrahi limitatur.
19 Sponſalia non contrahunt minores ſeptem annorum, limitatur num 20. & 21.
22 Sponſalia impuberum diſſoluuntur per alia de præſenti, limitatur num. 23.
24 Sponſalia quando ſubſiſtunt, vel non plures caſus.
25 Sponſalia ſub conditione illa non exiſtente non ſubſiſtunt.
26 Sponſalibus poteſt ad inuicem renunciari.
27 Quid in impubere.
28 Quid in ſponſalibus de præſenti.
29 Quid ſi interueniat iuramentum.
30 Matrimonium poſtea contractum quando dirimatur per ſponſalia prius contracta.
31 Sponſalia prima quando per poſteriora dirimantur.
32 Sponſalia cum iuramento contracta poſſunt dirimi ob fornicationem.
33 Quid in fornicatione ſponſi cum alijs caſibus, in quibus ſponſalia dirimuntur num. 34. 35. 36. & 37.
38 Sponſalibus diſſolutis ad quid teneantur diſſoluentes.
39 Arrha reſtituuntur duplicata ſponſalibus diſſolutis, limitatur num. 40.
41 Arrha petuntur condictione dupli, & aduerſus quos nu. 30.
42 Parentes fidem ſponſalibus non præſtantes excommunicantur.
43 Dos repetitur nuptijs non ſequutis, tanquam cauſa dati non ſequuta.
44 Mulier in dote omnibus præfertur.
45 Dotis condictio cui competat.
46 Dotis actio an competat mulieri contra Patrem promittentem.
47 Pater promittendo dotem filiæ videtur donare.
48 Pater non poteſt reuocare promiſſionem dotis.
49 Præſentia filiæ non requiritur in promiſſione dotis facta à Patre.
50 Actio repetendæ dotis matrimonio ſoluto Patri, & filiæ communiter competit, declaratur nu. 51.
52 Dos reuerſa ad Patrem tenetur eam filiæ conſeruare.
53 Dos ſemel conſtituta tranſit in dominium filiæ.
54 Actio dotis poſt Patris obitum ſoli filiæ accreſcit, & conſolidat.
55 Actio dotis matrimonio ſoluto patre ſuperſtite acquiritur ſoli filiæ ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum ab hæreditate Patris propter dotem, quia tunc ſuccedit loco legitimæ.
56 Dos promiſſa à Patre debetur, etiam ſi matrimonium non ſequatur.
57 Donatio facta filiæ pro dote tenet etiā matrimonio nō ſequuto.
58 Ampliatur in tacita donatione reſultante ex promiſſione dotis.
59 Lex ſi pro te Pater C. de dotis promiſſ. declaratur.
60 Actio dotis acquiritur filiæ contra Patrem, ſtante iuramento.
61 Actio dotis ex pacto nudo oritur contra promittentem ſi filia fuit præſens.
62 Iuramentum ſupplet defectum abſentiæ, & acquirit actionem abſenti.
63 Filia nupta cum promiſſione dotis ſoluta acquirit actionem excludentem creditores poſteriores promittentis.
64 Dotis promiſſio, & ſolutio æquiparatur.
65 Actio dotis ſtatim acquiritur filiæ per promiſſionem.
66 Dos data, vel promiſſa non poteſt minui, nec fieri deterior.
67 Actio dotis non oritur ex matrimonio, ſed ex promiſſione.
68 Pater etiam inuitus cogitur dotare filiam.
69 Quantitas dotis ex arbitrio conſtituentis pendet.
70 Declaratio voluntatis facta cum vno præiudicat quoad omnes.
71 Taxatio quantitatis dotis ſemel facta non poteſt variari.
72 Iudex ſemel ambiguam ſententiam declarare poteſt.
73 Libellus ſemel declarari poteſt.
74 Dos ſemel declarata etiam nulliter non poteſt minui.
75 Dos declarata in teſtamento nullo non poteſt minui.
76 Dos declarata in teſtamento poſtea reuocato debetur.
77 Actus de ſui natura irreuocabilis factus in teſtamento non reuocatur reuocato teſtamento.
78 Dos promiſſa à Patre in ſponſalibus de futuro debetur nuptijs non ſequutis.
79 Statutum excludens fœminas dotatas habet locum, & ſi dos ſit conſtituta pro futuro matrimonio.
80 Dos promiſſa dos eſt.
81 Res præparata vt ſit dotalis habet priuilegia dotis.
82 Alienari prohibita pro dote permittuntur alienari.
83 Pater quomodocunque exerceat actum dotandi dicitur dotare.
84 Dotis datio quomodo habeat maiorem efficaciam, quam promiſſio.
85 Dotalis rei dominium non tranſit in virum ex ſola promiſſione, non ſequuta traditione.
86 Dos data, vel promiſſa non differunt reſpectu promittentis.
87 Dos promiſſa eſt vera dos non ſequuto matrimonio.
88 Extraneus dotem promittens obligatur, & cenſetur donare.
89 Et non poteſt ſibi reſtitutionem ſtipulari, niſi in ipſa promiſſione.
90 Pater canonico iure non poteſt ſponſalia diſſoluere.
91 Pater non poteſt dotem ſemel promiſſam ſibi appropriare.
92 Sponſa de futuro conſequitur priuilegia dotis contra omnes numero 93.
94 Ius quæſitum mulieri ex promiſſione dotis in bonis Patris tranſit contra hæredes.
95 Legatum per ſubſequentem generalem omnium bonorum obligationem non præſumitur ademptum.
96 Promiſſionem dotis non poteſt Pater reuocare aliquo modo, nec eius diminutionem facere.
97 Dos à Patre promiſſa ſequutis nuptijs debetur non obſtantibus poſterioribus creditoribus Patris.
98 Dotis conditiones, vel actiones quæ & quomodo competant.
99 Donationes ante nuptias nuptijs non ſequutis reſtituuntur.

De Sacramento Matrimonij. Tit. 99.

1 INter † Eccleſiaſticos actus, ſeu cauſas, quæ ad forū Eccleſiaſticum pertinent, numerantur ēt matrimonium, & inde cauſæ matrimoniales. Et quidem optima rōne. Conſtat n. matrimonium eſſe Sacramētum, & dignitatis, & voluntatis, vt dictum fuit ſupra tit. 87. n. 7. & §. vlt. inſt. de extrema vnct. & illud magnum Ephe. 5 Item habemus ritum externū, ideſt contractum viſibilem inter virum, & feminam, de hoc n. dicit Apoſtolus ad Eph. vbi ſupra, q ſit magnum Sacramentum, vt exponunt D. Ioann. Chriſoſtomus, & D Hieronymus ibi, & probat D. Th. in ſupplemento ſummæ q. 42. ar. 1. Lancellottus inſt. de Sacramento matrimonij, & Cucchus inſt. eod. ti. eſt n. Matrimoniū viri, & mulieris coniūctio, indiuiduam vitę cōſuetudinē cōtinēs,

cum diuini, & humani iuris communicatione §. 1. & ibi gl.
2 inſt. de Sacramento matrimo. † Habemus etiam inſtitutionem
diuinam. Math. 19. Quod Deus coniunxit, homo
non ſeparet. Denique gratiam annexam colligimus ex ipſo
3 loco Pauli ad Epheſ. 5. † Nam coniunctio viri, & fœminæ
4 ſignificat coniunctionem Chriſti cum Eccleſia. † Illa autē
coniunctio duplex eſt, vna per naturæ cōformitatem, quæ
facta eſt in incarnatione, & hęc Chriſtū coniungit non ſolum
cum Eccleſia, ſed etiam cum toto genere humano: altera
eſt per gratiam, & charitatem, & hæc eſt cum ſola Eccleſia,
& huius ratione dicitur Chriſtus ſponſus, & Eccleſia
ſponſa 2. Corinth. 10. Deſpondi vos vni viro virginem
5 caſtam exhibere Chriſto. † Matrimonium igitur viri, &
fœminæ, vt poſſit ſignificare vtramque vnionem Chriſti
cum Eccleſia, oportet, vt non ſolum ſit inter coniuges vnio
quædam naturalis, & carnalis, qualis etiam inter gentiles
reperitur, ſed etiam vnio ſpiritualis ex gratia, & charitate
proueniens, vt gloſ. omnes in d. §. 1. inſtitu. de Sacramento
matrimo. Ideo Sacramentum hoc gratiam iſtam confert,
6 vt ſignificatio ſit perfecta. † Vnde Diuus Paulus in citato
loco ſæpe monet viros, vt diligant vxores ſuas, ſicut Chriſtus
diligit Eccleſiam, & admonet fœminas, vt viris ſubiectæ
ſint, ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, quia hæc eorum
coniunctio Sacramentum eſt Chriſti, & Eccleſiæ. Et
Diuus Auguſtinus de bono coniugali capitulo 18. inquit
in noſtrorum nuptijs plus valet ſanctitas Sacramenti, quā
7 fecunditas prolis, & capitulo 24. † Bonum nuptiarum per
omnes gentes, per omnes homines in cauſa generandi eſt,
& in fide caſtitatis. Quod autem ad populum Dei attinet,
etiam in ſanctitate Sacramenti, per quam nefas eſt etiam
8 intercedente repudio alteri nubere. † Ab exordio enim
conditionis humanæ non dabatur repudium. Poſt diuinū
cum datione legis repudia conceſſa duritie ſunt. Poſtquā
autem Chriſtus, venit in fine temporum, & reuoluit ro ad
ad, & extremitatem retraxit ad principium, repudium dare
non permiſit diſtinctione 35. capitulo ab exordio 2. ex
Diuo Hieronymo libro 1. contra Iouinianum Matth. 19.
9 Quod Deus coniunxit homo non ſeparet. † Quod autem
omne legitimum matrimonium inter Chriſtianos cōtractum
ſit Sacramentum verè, & propriè probant Concilia
omnia, & Florentinum ita. Septimum eſt Sacramentum
matrimonij, quod eſt ſignum coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ
ſecundum Apoſtolum, & Tridentinum in ſeſſ. 24. in
10 princip. & per totam. † Cauſa autem efficiens matrimonij
regulariter eſt mutuus conſenſus per verba de præſenti
expræſſus. Hoc idem decernit Concilium Tridentinum in
d. ſeſſ. 24. in decreto de matrimonio. & probat Cardinalis
Bellarminius ex diuinis ſcripturis in lib. 1. de matrimonio
cap. 2. & ex Patribus cap. 3. & ratione capitu. 4. & 5. diluit
contraria. Tandem cap. 6. & ſequentibus diſſerit de materia,
forma, & miniſtro huius Sacramēti reijciendo aliquorum
errores, quod idem facit Diuus Thomas in ſupplemē
to ſummæ q. 45. Hoc itaque firmato diſſerendum eſt primum
de matrimonio contrahendo, hinc de contracto, ter
tio de matrimonio diſſoluendo, quarto de diſſoluto. quinto
de ſecundis nuptijs ſpecialiter agetur, Poſtremo de con-
11 cubinatu. † Matrimonij itaque contrahendi ſunt initia ſpō
ſaliorum, & nuptiarum contrahendarum, ex ijs enim ad
matrimonij conſummationem deuenitur, Diuus Thomas
vbi ſupra. Sponſalia enim ſunt futurarum nuptiarum mē
tio, & repromiſſio, & dicta ſunt à ſpondeo, quod per ea
ſibi inuicem ſe futuros coniuges viri, & mulieres ſpondēt,
Nam moris fuit veteribus ſtipulari, & ſpondere ſibi res
12 futuras, † Vnde ſponſi & ſponſæ appellatio nata eſt l. 1. &
ſequent. ff. de ſponſalibus 30. q. 5. capitulo noſtrates 3. §. 1.
inſt. de ſponſalibus Rota diuerſorum in recentioribus deciſ.
113. num. 8. Quæ quidem publicè non clandeſtine celebrari
debent, vt innuunt allegatę leges, & decernitur in d.
capitulo noſtrates & in tota d. q. 5. in princip. cap. 1. & 2. §.
1. & toto titulo inſt. de clandeſtina deſponſ. Concilium Tridentinum
d. ſeſſ. 24. de reforma. capit. 1. Rota diuerſorum
13 in recentioribus deciſ. 207. num. 10. † Sponſalia verò diuiduntur
in ſponſalia de præſenti, & in ſponſalia de futuro
cap. ſi inter virum 31. de ſponſal. quæ contrahuntur re verbis,
literis, & conſenſu 9. 2. & ſequen. inſtitu. de ſponſalibus
Sponſalia de præſenti nihil aliud ſunt, quam quod leges
nuptias vocant, viri ſcilicet, ac mulieris coniunctio indiuiduam
vitæ conſuetudinem continentes l. g. 1. & toto titul.
ff. de ritu. nupt. cum allegatis ſupra ſub numero 1. quibus
iam dicta definitio non competit. Sponſalia verò de futuro
propriè ſunt ſponſalia iuris ciuilis, & canonici, de quib.
in toto titulo ff. de ſponſalibus, & in §. 3. & 4. inſt. eod. titu.
14 † Verum quia promiſcuè vtuntur canones vocabulo ſponſaliorum,
& nuptiarum, ideo in 27. q. 2. diſſeritur an ſponſalia
coniugij appellatione contineantur, ſeu an ſponſus,
& ſponſa rectè coniuges dicantur? Huius quæſtionis affirmatiua
probatur argumentis, & authoritatibus, de quibus
in d. quæſt. 2. in princip. capitulo ſufficiat §. cum ergo
capitulo Beata 3. §. fin. capitulo coniuges 6. cap. coniunx. 9.
capitulo omnes itaque 10. cap. qui deſponſatam in princip.
& §. 1. capitulo ſi quis deſponſauerit 15. §. fin. Negatiua verò,
quod ſponſus, & ſponſa rectè non dicantur coniuges,
& poſſe conſequenter renunciari priori conditioni, & trāſferre
ſua vota ad alium, probatur in eadem q. 2. cap. nō eſt
dubium 16. Non enim eſt inter eos matrimonium, quos nō
copulat commixtio ſexus, nec illa mulier pertinet ad matrimonium,
cum qua docetur non fuiſſe nuptiale miniſterium
d. c. non dubium cum c. ſeq. in fine cap. decreta 28. in
prin. & §. 1. c. quod autem 29. § vnde apparet §. item ſpon-
15 ſa c. ſi quis ſponſam 32. §. 1. c. ſtatutum 34 §. apparet. † Hęc
canonum contrarietas conciliatur facta diſtinctione inter
coniugium initiatum, & coniugium ratum, appellando initiatum,
cui carnalis copula nōdum interuenerit, & de hoc
loqui canones citat. pro negatiua, & appellādo ratum cui
copula carnalis iam interuenit, & de hoc loqui canones citat.
pro affirmatiua, & ita diſtinguitur in d. capi. ſtatutum
34. §. quomodo, & cap. cum initiatur 35. in omni enim matrimonio
coniunctio intelligitur ſpiritualis, quam confirmat,
& perficit coniunctorum commixtio corporalis d. q.
2. cap. in omni 36. cum pluribus ſequent. ex quibus patet,
coniugium initiatum nihil aliud eſſe, quam ſponſalia de
præſenti, quæ iure ciuili ſponſalia non dicuntur, ſed nuptiæ.
Ideoque ita deſponſati coniuges rectè appellantur,
quamuis coniunctio carnalis ſecuta non ſit. Siquidem
coniugium ſine nuptias conſenſus facit, non concubitus
leg. nuptias ff. de regu. iuris. Sponſalia verò de futuro coniugium
rectè dici non poſſunt, nec ſponſi coniuges ex ci-
16 tis. † Porrò ſponſalia omnia perindeac nuptiæ conſenſu
contrahuntur leg. ſponſalia 11. ff. de ſponſalib. Non tamē
quilibet conſenſus ad contrahenda ſponſalia ſufficit. Nam
ſi ſponſalia inter eos eaſue, qui quæue nuptias contrahere
prohibentur, contracta ſint, quamuis in ijs adſit omnium
conſenſus, tamen non ſubſiſtunt leg. 15. cum leg. ſequen.
ff. de ſpōſalibus leg. 62. §. quamuis ff. de ritu nuptia-
17 rum. † Verum ſi inter impuberes ſponſalia contrahantur,
inter hos enim quamuis nuptiæ contrahi non poſſint, ſpōſalia
tamen poſſunt contrahi capitulo 1. §. poteſt autem de
deſponſat. impub. 31. quæſt. 2. capit. tua ſanctitas leg. 9. &
18 14. ff. de ſponſalibus. † Immo inter impuberes, in quibus
malitia ſupplet ætatem canonico iure non ſolum ſponſalia,
ſed & nuptiæ contrahi poſſunt, vt dicetur in ſuo lo-
19 co. † Sed ſi impuberes ſint minores ſeptem annorum, inter
hos neutro iure ſponſalia ſubſiſtunt dicta lege 14. verſiculo
ſi non ſint minores ff. de ſponſalibus 30. quæſtione ſecunda
in princip. cum capitulo ſequen. & cap. vbi non 2. cap.
literas 4. capitulo acceſſit 5. verſiculo, quia deſponſationes
cap. ad diſſoluendum 13. de deſponſat. impub. capitu. 1. in
princip. eodem titu. in 6. Diuus Thomas in ſupplemento
20 ſummæ q. 43. articu. 2. † Verum ſubſiſtere, & inter eos decretum
eſt, ſi vrgentiſſima neceſſitas, vel publica vtilitas
ſubſiſtere deſideret d. capitulo vbi non 2. verſic. niſi fortè
21 aliqua de deſponſat. impub. † Item ſi deſponſati completo
ſeptennio ſponſalibus anteactis conſenſerint, vel cohabitauerint,
ſponſalia anteacta ſubſiſtent cap. literas 4. § fi.
cap. acceſſit 5. verſic ſi conſenſus cap. duo pueri 12. de deſponſat.
impuber. & d. c. 1. in princip. eod. titu. in 6. & 30 q.
22 2. capitulo 1. verſiculo niſi vterque puerorum. † Verum ſi
alteruter poſtea ſponſalia alia de præſenti contraxerit, nō
erit primis ſponſalibus adſtrictus dicto capitulo duo pueri
12. de deſponſat. impub. & Diuus Thomas vbi ſupra ar.
23 3. de qua re plura alibi. † Sed ſi deſponſati minores copulam
carnalem tentauerint neceſſe habebunt ſtare ſponſalibus
contractis capitulo iuuenis 3. de ſponſalib. c. fraterni-
24 tati 7. de eo, qui cognouit conſanguineam. † Verum ſi ij
non conſentiant, qui inuicem deſpondentur, nō etūt alter
contracta ſponſalia, vbi enim non eſt conſenſus vtriuſque,
non

Digitized by Google

non ſunt ſponſalia,c.1.§.tit.in fine,de deſponſat.impube-
rum in 6.& 30.q.2.in princip.& ca.1. Verum ſi præſentes
non contradixerint, quamuis non euidenter conſenſerint
deſponſati,ſubſiſtent ſponſalia,d.ca 1.§.porrò de deſpon-
ſat.impub.in 6. Vel ſi deſponſati ſponſalia rata habuerint,
d.§.porrò,ver.idem eſt, l.5.6.7.12.& 13.ff.de ſponſalibus.
25 † Si ſponſalibus ſub conditione contractis, conditio non
extiterit,ſponſalia non ſubſiſtent,c.1.§.fin. de ſponſalibus
in 6.c.de illis.5.ca.ſuper eo.5.de condit.appoſitis,§.rurſus,
& ſequent.inſt.de ſponſalibus. Verum ſi ſponſalia ſint de
præſenti, non de futuro, conditio habetur pro non adie-
cta,ideo quamuis non extiterit,ſponſa[lia] nihilominus ſub-
ſiſtent,d.c.3.ver.niſi conſenſus de præſenti.& d.c.5.ver.ſi
conſenſus de præſenti intercedat,c.1.eod. tit.27.q.2.capit.
quod conditio.cum ca.ſequente.Idem erit ſi pendente con
ditione carnalis copula interuenerit, d.c.5.ver.aut carnalis
ſit,& c.per tuas 6.eod.tit. Barbos de matrimon.in 2.parte
rubricæ,numer.107. Vel ſi conditio appoſita ſit turpis,vel
impoſſibilis,c.vlt.in princ.& §.fin.eod.tit.§. hoc tamen,&
ſequen inſtit.de ſponſalibus. Vel contraria naturæ matri-
monij,vt ſi prolem euites,d.c.vlt.& §.ſi tamen.inſt. de ſpō
ſalibus, & vt deduximus in tractatu de conditionibus, &
26 demonſtrationibus parte 1.c.39.& 40. † Præterea ſi ſpon-
ſalibus poſtea ad inuicem ſit renunciatum, ne fortè dete-
rius inde contingat,vt talem ſcilicet ducat,quam odio ha-
bet, videtur, quod ad inſtar eorum, qui ſocietatem inter-
poſitione fidei contrahunt, & poſtea eamdem ſibi remit-
tunt. hoc poſſit in patientia tolerari,cap.2.de ſponſalib.&
matrimon.c requiſiuit.17.cap.gemma 29.ver.cum itaque,
eod.titu.l.2.§.in ſponſalibus,ff.de diuortijs,l.1.C.de ſpon-
27 ſalibus,l.2.in fine,C.de repudijs. † Verum impubes de iu
re Canonico non poteſt ſponſalibus renunciare, c.de illis.
7.in princip.c.à nobis 8.de deſponſ.impub.iure verò ciuili
præſertim tutoris authoritate interueniente, cum iudicis
decreto, ſponſalibus renunciare non prohibetur, l.6. ver.
niſi fortè,ff.de ſponſalib.& nos in tract. de tutela,& cura
28 lib.2.titu.21. † Sed ſponſalibus de præſenti contractis ne-
mo poteſt renunciare. Nam ſi vir, & mulier inuicem pro-
mittunt, quod ab eo tempore ſe pro coniugibus habebit,
contractum eſt matrimonium de præſenti, cui non poteſt
renunciari, & cogendi ſunt in eo ſtare. etiam per Eccleſia-
ſticam cenſuram,ca.ex parte 9.de ſponſalib.& matrimon.
c.ſi inter virum.31.eod.tit.§.verbis.inſtit.eod. Verum ſi im
pubes, ſponſalia de præſenti contraxit, poteſt illis factus
pubes renunciare authoritate tutoris;ca.vlt.de deſponſat.
impub.§.de illis inſt.de ſponſalibus; niſi fortè carnalis co-
pula interuenerit, interdum illa tempus anticipare ſolet
pubertatis,capit.à nobis 8.in fine, de deſponſat.impuber.
29 † Sed ſi ſponſalia cum iureiurando præſtito inuicem fue-
rint contracta, nec aliquod ſubeſt impedimentum per cen
ſuram Eccleſiaſticam perficere compelluntur, ca.ex literis
10.c.ſicut ex literis.22.c.quod.51.eod.titu.Seraphin.in de-
ciſ.1112.in princ. Non obſtat tex.in c.requiſiuit 17.eodem
titu.ibi.monenda eſt potius, quam cogenda,quia prius eſt
monenda,& poſtea cogenda propter iuramentum, vt de-
clarat ibi gloſ.in verbo cum libera propè finem, vel poteſt
reſponderi, quod text. loquatur in ſponſalibus de futuro
cum iuramento, vt colligi poteſt ex text.in c.ſicut 22.& in
ca.ſi inter.31.§.verum ſi, ver.etiam ſi inter ipſum,vel tan-
dem reſponderi poteſt eum,qui iurauit compellendum eſ-
ſe compulſione moderata,non autem præciſa. Abbas in d.
c.requiſiuit in fine. Felin.in c.1.num.12.de pactis.Syluester
in verbo ſponſalia,num.4 Gabriel.in conſ.186.num.10. li-
bro 1. Et parte perſiſtente in recuſatione pertinaciter, iu-
dex tenetur à coactione deſiſtere, vt per Doctores ſupra
citatos,& per Seraphinum in deciſ.1112.num.2.& ſequent.
Verumtamen ei eſt de violatione iuratæ fidei iniungenda
pœnitentia,d.§.verum ſi inter.in fine,& d.ca.22.ibi, de,ſe-
cundo ei pœnitentiam iniuncturus. Planè ex cauſa nulla
præcedente coactione, & ſubſequente pœnitentia, quam-
uis iuſiurandum interuenerit ſponſalibus renunciare licet
Seraphinus vbi ſupra, numer. 4. Vtputa ſi ſponſus aliò ſe
transferat,c.de illis.5.de ſponſalibus,§.facto hominis cum
pluribus ſequent.inſt.eod.titu.Item ſi ſponſa fiat leproſa,
cæca; vel naſum amitteret, ſeu quicquam ei turpius eue-
niret,ca.quemadmodum 25.§.quod ſi poſt. de iureiuran-
do.d.c.ex literis.10.in fine.ibi.niſi rationabilis cauſa,de ſpō
ſalibus,§.fin.inſt.eod.& d.§.facto,& ſequen. Item ob for-
nicationem,§ vnius quoque,inſtit.eod.Item ob ſuſpicionē
morbi Gallici,d.c.25.& d.c.10.& d.§.fin.& Seraphinus d.
deciſ.1112.nume.8. Item ſi ad ſit ſuſpicio,quod ſi ſponſalia
perficiantur Pater ſit alter eorum exhæredaturus ſeu alij
parentes Seraphinus in deciſ.1258.vbi citantur aliæ deci-
30 ſiones concordantes. † Si ſponſus poſtea cum alia, vel
ſponſa cum alio ſponſalia,vel nuptias contraxerit, matri-
monium poſtea contractum cum alia, vel cum alio antea
contractis ſponſalibus non dirimitur.c.2.de matrim.con-
tract.contra interdict.Eccleſ.c.1. de ſponſalibus duorum,
c.veniens.15.§.fin.in fine de ſponſal. Verum ſi priora ſpon
ſalia fuerint de præſenti, poſtea contractum matrimo-
nium diriment,d.c.1.de ſponſalib.duor.& d.c.2.de matri-
mon.contract.contra interdict.Eccleſ.& 27.q.2.cap.addi-
tur,ver.nec deſponſatam,& c.vlt.item c.2.& ca.licet,3.de
deſponſat.duorum.31.q.3.in princ. cum c.ſequen.ca.ſi in-
31 ter virum 31.de ſponſal.& matrimon. † Nec refert, quod
poſteriora ſponſalia ſint per carnalem copulam poſtea
ſequutam rata,d.c.31.d.ca.licet.3.§.fin.& c.vlt.de deſpon-
ſat.duorum. Vel cum conſanguinea prioris ſponſæ poſtea
ſint contracta ſponſalia, quia nihilominus priora iam de
præſenti contracta manebunt.ca.1.§.quare ille,de ſponſa-
libus in 6.ratio enim publicæ honeſtatis dirimit ſequentia,
non præcedentia ſponſalia, quæ, illa non obſtante, firma
manent,d.cap.1.Sed & nec ſponſa velata,& benedicta po-
teſt cum alio ſponſalia,& nuptias contrahere.27.q.2. cap.
ex illa.49.§.fina.cum cap.ſequen.in princ.& §.ſed autho-
ritate. Nec minus ſi priora ſponſalia fuerint iuramento fir-
mata poterit quis cum alia noua contrahere,cap.ex literis
10.c.ſicut ex literis 22.§. quod ſi fortè de ſponſalibus. Niſi
fortè priora fuerint de futuro, & poſteriora de præſenti,
tunc enim per poſteriora de præſenti ſoluuntur priora de
futuro,quamuis iurata,d.c.22.in princip.& c.ſi inter.31.§.
verum ſi,eod.tit.& vt ſupra,numer.29.dictum fuit. Sicut
enim poteſt renunciari iuratis de futuro, vt ibi dicitur, ita
per ſponſalia poſteriora de præſenti poſſunt ſolui priora
de futuro. Neque ex eo,quod ſponſa ab alio poſtea fuerit
rapta, dicuntur priora ſponſalia ſoluta, quoniam ab eo
eruitur,& redditur ei, cui fuerat antea deſponſata, etiam
ſi à raptore vis ei illata conſtiterit.27.q.2. cap.deſponſatus
46.glo.in verbo fornicata in fine,in §.vnius quoque, inſtit.
de ſponſal. & ſi ſponſa non velit redire ad ſuum ſponſum,
& raptorem deſerere,priuatur communione,d.q.2.capit.
Aho.47.& cap. ſequent.§.quod autem.Præterea ſi copu-
la carnalis prioribus ſponſalibus ſuperuenerit, nec ſpon-
ſus, nec ſponſa cum alia, vel cum alio poſteriora ſponſa-
lia,ſeu nuptias contrahere poterit,c.veniens.15.c.his,qui.
30. de ſponſalibus. Verum ſecus erit ſi conatus, ſolus ſine
effectu interuenerit, quoniam tunc priora illa de futuro
poterunt ſolui per poſteriora de præſenti, vt fuit oſtenſum
ſuperius,& probat in puncto tex.in ca.vlt.de ſponſalibus.
Porrò metu coactus cum alia contrahens, quamuis per
verba de præſenti, non ideo eſt ſolutus a prioribus ſpon-
ſalibus, quamuis de futuro contractis, quia in poſteriori-
bus coactis non eſt conſenſus, & durant priora, vbi fuit
conſenſus liber,dict.cap.veniens.15.§.fina.de ſponſalibus,
32 † Sed & qui contraxit ſponſalia cum muliere, & cum iu-
ramento promiſit eam vxorē ducere,ſi poſt ſponſalia ipſa
ſit fornicata, poteſt eam repellere,ca.quemadmodum 25.
in princ.de iureiurando, §.vnius quoque.inſtit. de ſponſa-
33 libus. † Si ſponſus poſtea cum cognata ſponſæ, vel è con-
tra ſponſa cum cognato ſponſi rem habuerit, erunt diſſo-
luta ſponſalia de futuro, non matrimonium conſumma-
tum,c.1.& 2.c diſcretionem 6.§.nos igitur, c.ex literis 8.ca.
veniens.9.de eo,qui cogno.conſangui.ca.2.de conſanguin.
& affinit.c.præterea 12.de ſponſalib cap.duo.pueri.12.de
deſponſatio.impuber. Secus erit ſi iuramentum ſponſali-
bus interuenerit,ac de ſecuta fornicatione, nondum plenè
conſtet,d.ca.præterea.12.ver.niſi iuramentum interueniſ-
ſet. Vel ſi quando ſponſus cum conſanguinea ſponſæ rem
habuiſſet, prius ab eo ſponſa fuerit cognita,tunc enim non
ſoluuntur priora ſponſalia, ſed monentur vouere perpe-
tuam continentiam, quam ſi non poſſint, iniuncta prius
pœnitentia pro inceſtu, reddent ſibi debitum coniugale,
34 c.vlt.de eo, qui cogno.conſang. † Si poſt contracta ſpon-
ſalia ſponſus aliò ſe tranſtulerit diſſoluuntur ſponſalia,ni-
ſi fuerint de præſenti,c.de illis 5.de ſponſalib.l.2.C.eodem
l.2.C.de repudijs,§.ſed & ſi quis.penult.inſt.de ſponſalib.

Idem

Digitized by Google

Idem ſi ſponſus vltra biennium nuptias differat, d. l. 2. C.
de ſponſalib. & d. l. 2. C. de repudijs. Niſi iuſta, & neceſſa-
ria cauſa ſubſit quò magis ſponſus nuptias differat, l. ſæ-
pè. 17. ff. de ſponſal. Vel niſi ſponſus peregrè abſit, d. l. 2. C.
de ſponſalib. niſi per triennium abſit, d. l. 2. C. de repudijs.
35 † Si poſt contracta ſponſalia lepra, vel ſimilis morbus in-
curabilis ſuperuenerit non eſt ſponſus compellendus per-
ficere ſponſalia, c. vlt. de coniugio leproſ. cap. quemadmo-
dum. 25. §. quod ſi de iureiurando. cum alijs citatis ſupra,
36 num. 29. † Verum furor ſuperueniens non diſſoluit ſpon
37 ſalia, l. 8. ff. de ſponſalib. † Tandem ſi poſt contracta ſpon
ſalia ſponſus, vel ſponſa religionis habitum aſſumpſerint
erunt ſponſalia diſſoluta, l. Deo nobis 42. in princip. C. de
Episc. & Cleric. Nouella c. 123. §. porrò legitimis. 27. q. 2. ca.
ſcripſit, §. ſponſi verò, c. de ſponſatâm. c. decreta in princip.
& c. 1. §. fin. de voto. in 6. & Extrauag. Ioann. 22. 1. in princ.
eod. tit. l. cognitum 42. C. de Episc. & Cleric. §. item ex con-
trario. inſtit. de ſponſalibus. Verum ſi iuramento interte-
niente quis ſponſalia contraxerit, potius matrimonium
perficere, quam religionem ingredi debet, vt religio intriſin
38 rand: ſeruetur, cap. commiſſum 16. de ſponſalib. † Si ſpon
ſalia itaque quocunque modo fuerint diſſoluta, & inde
39 nuptiæ non ſequantur, multa pœnalia ſuperueniunt. † Et
primum arræ reſtitui debent duplicatæ, l. arris. 3. C. de ſpõ
ſalibus. Niſi fuerit inuicem ſponſalibus renunciatum, d. l.
3. & §. ſi contrahentes, inſtit. eod. titu. Et quidem debentur
condictione dupli arræ datæ, l. mulier. 5. C. de ſponſalibus.
40 † Niſi cum ſponſa arras accepit minor fuerit 25. annis, d.
l. 5. ver. in ſimplum. niſi fortè antea impetrauerit veniam
ætatis, vel poſtea, d. l. 5. in princ. Sed ſi matrimonium inter
eos ſit interdictum, ſimplum arræ reſtituuntur, d. l. 5. exem-
plo. l. 1. C. ſi Rector prouinc. exemplo. l. ſi quis officium 38.
in princ. ff. de ritu nuptiarum. Idem erit ſi ob aliam iuſtam
cauſam ſponſalibus fuit renunciatum, d. l. 5. c. quemadmo
dum de iureiurando, cum citatis ſupra ſub numer. 29. Ve-
rum id non procedit ſi ſciuerit cauſas ante acceptas arras,
d. l. 5. §. ſi quidem, l. ſi legibus. 15. C. de Episcop. audient. d. c.
quemadmodum. 25. de iureiurando. Sed & ad duplicatas
arras non tenetur qui ingreditur religionem, quia non
obſtantibus ſponſalibus, quis poteſt ingredi, vt iam fuit
probatum. Sed & ſi mors alterutrius interuenerit, arræ nõ
41 reſtituuntur duplicatæ, l. arris. 3. C. de ſponſalibus. † Sed
hæc dupli conditio, vbi debetur, non ſolum aduerſus ſpon
ſum, ſed & aduerſus eius parentes, qui eas ſuſceperunt, da
tur, d. l. mulier. 5. § patrem verò, C. de ſponſalib. Competit
etiam actio ex ſtipulatu de omni eo, quod inter contrahen
tes conuentum eſt, præſtando, ſi alterutro pars ſponſali-
bus renunciet, d. l. 5. §. penult. niſi id quadrupli pœnam ex-
42 cedat, d. §. penultimo. † Sed & pœna parentum fidẽ ſpon
ſalibus non præſtantium eſt triennalis excommunicatio,
43 cum diſtinctione, de qua in 31. q. 1. ca. t. † Præterea nuptijs
non ſequutis, dos repetitur, tanquam cauſa dati non ſequu
ta, l. ſi furor. 7. in fine, C. de interdict. matrimon. Niſi nun-
cium remiſſum non ſit, vel ſit remiſſum inutiliter, cum di-
ſtinctione, de qua in l. poteſtate. 10. ff. de ſponſalib. & in l.
44 dotis fructus. 7. §. fin. ff. de iure dotium. † Nec refert, quod
ſponſus reus non ſit ſoluendo, quia habeat alios creditores
anteriores, quia mulier ex priuilegio dotis præfertur cæte-
ris etiam anterioribus creditoribus, l. ſi ſponſa. 74. ff. de iu-
re dotium, l. 2. §. fin. cum legibus ſequentibus, ff. de priuile-
gijs creditorum cum alijs allegatis ſupra lib. 2. titu. 56. ſub
num. 5. Nec refert, quod per mulierem ſteterit, quin nup-
tiæ ſequantur, l. videamus 38. in princ. ibi. ſed & ſi per. ff. de
45 vſuris, & fructib. † Et regulariter ipſi mulieri, non alij cõ-
petit dotis condictio: niſi alius pro muliere dotem dede-
rit: tunc enim is, qui dedit, dotem repetet, non mulier, niſi
donaturus pro ea dotem dederit: tunc enim mulieri datur
condictio, l. ſi mulier ita. 60. §. final. ff. de iure dotium, leg. ſi
ego. 9. in princ. l. licet. 44. §. quoties ff. eod. l. 2. §. ſi ſponſa, ff.
46 de priuilegijs creditor. vbi gloſſ. † Et datur etiam ei actio
contra promittentem, ſi ab eo ſoluta non fuerit. Verum ſi
Pater ipſe promiſerit, nec ſoluerit, cum matrimonio ſolu-
to non poſſit filia agere contra patrem promittentem, l. ſi
pro te pater, C. de dotis promiſſ. niſi ceſſis ſibi iuribus ab
hæredibus viri, vt per Franchum in deciſ. 33 num. 4. & per
totam, reprobata deciſ. Guidi Papæ 375. id, quod firmatũ
eſt, mulieri nuptijs non ſequutis competere actionem ad
dotem promiſſam, vel non erit verum, vel non procedet
contra patrem promittentem dotem pro ea. Sed veriſſi-
mum credimus, & procedere pronunciatum etiam contra
47 patrem promittentem ex infra deducendis. † Nam pater
tam dando dotem, quam promittendo dotem pro filia,
abſolutè videtur eidem filiæ donare, & ita cum ea tacitè
actum eſſe cenſetur, l. fin. C. de dotis promiſſ. l. fin. in princ.
C. de iure dotium. l. cum dos, §. 1. ff. de pactis dotalib. l. fina.
§. ſi à ſocero. ibi. quaſi ex donatione aliquid ad eam peruc
niſſe, ff. de his, quæ in fraudem creditor. & clariſſimè in l.
ex morte, ver. ſimilique modo. ibi. quoniam, & alio pro ea
ipſa, eam pro ſe videtur offerre, C. de pactis conuentis. De-
cius in conſ. 35. [illegible]lfeſius in Neapolitanis tomo 1. parte 6.
q. 2. numer. 19. citat concordantes. Cum enim pater dotem
dat, vel promittit ſponſo pro filia, cẽſetur munus ad quod
tenebatur implere, l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſolut. ma-
48 trimon. l. cum dotem, ff. de iure dotium. † Et ex ea promiſ
ſione adeo obligatur, vt eam amplius reuocare non poſſit,
ſicuti expreſsè dicitur in d. l. fin. ibi. Liberalitas naque talis
remaneat vera, & irreuocabilis, C. de dotis promiſſ. Tunc
enim duo introducuntur actus, ſcilicet vnus tacitus, & al-
ter expreſſus. Si quidem prius fingitur pater filiæ dotem
donare, & deinde ambo eam ſponſo promittere, prout
perſpicaciter animaduertit Salycetus in d. l. ex morte C. de
pactis conuentis. Inquit enim nota text. ibi. quoniam. & a-
lio, &c. vbi notatur, quod mulier videtur donare, quod a-
lius pro ea dat: nam qui dat dicitur mulieri donare, & ip-
ſa in dotem dare, l. 1. §. accedit, C. de re vxor. actio. & adeo
vnus actus dicitur occultari, alter verò expreſsè fieri, l. li-
cet, ff. de iure dotium. & hanc concluſionem ex pluribus
confirmant Decius in conſ. 35. ſub nume. 3. & ſequen. Ce-
phal. in conſ. 713. num. 5. lib. 5. Syluanus in conſ. 2. num. 60.
& ſequen. par. 1. Berretta in conſ. 16. nume. 1. lib. 1. Deſide-
rius Guidonus inter Conſilia vltimarum voluntatum con
49 ſil. 170. num. 109. lib. 1. † Et cum hæc ſit tacita donatio, quã
lex fingit ad beneficium mulieris, in ea eius præſentia non
requiritur, vt per Bartol. in l. ſi creditores in fine, C. de pa-
ctis, & per Bald. in l. 3. §. fina. ff. de negocijs geſtis, & hoc eſt
ſpeciale in dote, vt ex contractu inter alios celebrato, mu-
lieri abſenti ius quæratur, per ſupracitata iura, & vt in ſpe
cie teſtatur Bart. in conſ. 123. num. 1 & Decius in d. conſil. o
50 35. in princip. † Et licet in patre videatur, quod hæc tacita
donatio non procedat, poſtquam actio dotis repetendæ ſi-
bi, & filiæ communiter acquiritur, vt in d. l. 1. §. accedit, C.
de rei vxor. actio. & in l. 2. §. quod ſi in patris, ff. ſolut. ma-
51 trim. † Tamen reſpondetur, quod huiuſmodi communio
à lege introducta eſt, quoad exercitium actionis tantum,
ad hoc ne pater teneatur filiam ſæpius dotare, ſi dos non
condiceretur, vt obſeruauit, & benè glo. in d. l. 2. §. 1. in ver-
bo dos eſt, ff. ſolut. matrimon. quam Doctor. ibi commu-
niter ſequuntur, & Bart. in l. ſi conſtante, in princip. ff. eod.
Non autem, vt dominium iam filiæ quæſitum auferatur,
52 quod patet. † Nam ſi dos ad patrem ſoluto matrimonio
reuertitur, tenetur eam pro filia conſeruare, nec dotem
ſemel conſtitutam poteſt amplius minuere, vt cautum eſt
53 in auth. ſed quamuis, C. de rei vxor. actio. † Dos enim ſe-
mel conſtituta tranſit in dominium filiæ irreuocabiliter,
nedum pro primo matrimonio, pro quo promiſſa fuit,
ſed abſolutè, & tranſitoriè ad filios, vt probat tex. in §. quia
verò. Authen. de æqualitate dotis. Et ſi ad patrem reuerti-
tur, non confunditur in eius patrimonium, ſed filia eam
habet præcipuam penes patrem, vt teſtatur Syluanus in
d. conſ. 2. ſub num. 61. & probatur ſupra lib. 2. tit. 23. num.
54 1. ver. de dote, & tit. 10. num. 16. & 17. † Et poſt patris obi-
tum integra dotis actio, & eius exercitium ſoli filiæ accre-
ſcit, & conſolidatur, d. l. 2. §. videamus, & §. ex hoc, C. de
rei vxor. actio. l. vxorem, & filium, §. teſtamento, vbi gloſ. in
verbo recuperauerat, & Bart. num 1. ff. de legat. 3. Caſtren.
in l. eum, qui ita, § qui ſibi, aut filio in fine, ff. de verborum
obligat. Salycetus in l. auia, nume. 11. C. de iure dotium. La-
55 derchius in conſ. 131. ver. nec dicatur. † Et vbi fœminæ ex
ſtatuto à paterna ſucceſſione excluduntur propter dotẽ,
vt in Vrbe, & dos ideo ſuccedit loco legitimæ, in qua nul-
lum poteſt apponi grauamen, etiam ſi dotis reſtitutionem
pater ſibi tantum ſtipulatus fuiſſet; Nihilominus integra
actio ad filiam pertineret, vt teſtatur Bald. in l. fin. num. 5.
ver. ſed pone, quod ſtatutum, C. de dotis promiſſ. poſt Ia-
cob. de Arena in l. vxorem, §. naturalis, ff. de legat. 3. quos
refert Iaſ. in l. poſt dotem, numero 88. & ſequent. ff. ſoluto
ma-

Digitized by Google

matrimon. Decius in conſ. 106. per totum. Capycius in de-
ciſ. 186. num. 9. Vrſill. in deciſ. 170. num. 8. Decianus in con-
ſil. 59. nume. 18. lib. 4. Ludouicus Morotius in conſ. 23 poſt
Baldum in conſ. 498. num. 3. lib. 1. & nos in tractatu de con
ditionibus par. 2. c. 6. quæſt. 1. numer. 62. & 72. & ſequent.
56 † Ex hac concluſione ſequitur, quod quamuis matrimo-
nium non ſequatur, & ſic illa promiſſio reſpectu viri re-
ſoluatur, tanquam cauſa dati non ſecutura, vt dictum eſt,
iuxta tex. in l. ſi extraneus, ff. de condic. ob cauſam. Nihilo-
minus remanet firma illa tacita donatio, quam lex intelli-
git ad beneficium filiæ, ex text. in l. ſi donaturus, ff. eod. &
57 vt ab initio ſuppoſuimus. † Sicut enim donatio expreſſè
facta filiæ pro dote tenet, etiam matrimonio non ſequu-
tu, vt dixi in princ. & vt teſtatur Iaſ. in l. ſi extraneus, num.
16. Alexan. in l. 2. §. quo ſi in patris, in 3. notab. & in l. ſi cum
dotem in 5. notabili, ff. ſolut. matrimo. Ita idem multo ma
gis eſt dicendum in hac tacita donatione reſultante legis
miniſterio ex dotis promiſſione facta generaliter ita notabi
le dictum. Salycet. in d. l. ex morte, C. de pactis conuen. &
aliorum paulo ſuperius citatorum. Cum taciti, & expreſſi
58 eadem ſit virtus, l. cum quid, ff. ſi cert. petat. † Et in indu-
bio, quod tacita donatio ex promiſſione dotis reſultans
ad beneficium filiæ remaneat firma, & irreuocabilis, etiam
non ſequuto matrimonio, (quia illo ſequuto nemo iuriſ-
peritus dubitauit) plenè probant Decius in d. conſilio 35.
cum duobus ſequent. & Deſiderius Guidonus in d. conſil.
170. num. 93. vbi dicit ita iudicatum fuiſſe, vt & ſecundum
Conſilium. Decij iudicatum fuiſſe affirmat Socin. iunior.
in conſ. 35. num. 43. lib. 1. Menoch. de arbitrar. caſu 88. num.
59 39. in fine. † Ad tex. in l. ſi pro te pater. C. de dotis promiſ.
per quem denegatur actio mulieri contra patrem dotem
promittentem tum ex iuris diſpoſitione, tum ex his, quæ
communiter in ipſo contractu promiſſionis apponuntur,
dantur reſponſiones. Nam cum firmatum ſit, patrem tam
dando dotem, quam promittendo pro filia dotem cenſeri
eidem abſolutè donare, & cum ex tacitè ita actum eſſe per
allegata ſupra. Et quod ex legis beneficio filia fingitur ſem
per præſens, & ex ea promiſſione dotis acquiritur tacita
donatio in eius beneficium, exinde ineuitabiliter ſequitur,
quod ei non eſt deneganda actio, etiam contra patrē pro-
mittentem ſaltim ea tacita illa donatione, ac ſi eidem præ
ſenti facta fuiſſet, pro qua habet obligata omnia bona
promiſſoris vigore eiuſdem inſtrumenti, quamuis ipſa ab-
ſente inter alios celebrati, iuxta conſ. Butr. 143. numer. 1. &
Decij in conſ. 35. in princ. ſupra citatorum, & in iſto puncto
firmat Laderchius in allegato conſ. 131. col. 3. ver. nec dica-
tur, & alij ſupra citati. Sed & hoc idem ex his, quæ in con-
tractu apponuntur communiter firmum manet, non ob-
60 ſtante d. l. ſi pro te pater, C. de dotis promiſ. † Nam ſi in
eo adeſt iuramentum, quod nunquam prætermitti ſolet,
diſpoſitio d. l. non procedit, & filia habet actionem etiam
contra patrem promittentem, per ea, quæ adducit Alexā.
in conſ. 207. nume. 2. & in conſ. 208. in princ. lib. 7. quem
refert ſequitur, & alios citat Gabriel. lib. 3. de iure dotium
61 concluſ. 1. limitat. 3. † Præterea cum concedant omnes nō
procedere, quando filia fuit præſens ſtipulationi, quia ſūe
fatentur, quod ſaltim oritur actio ex pacto poſito in eius
beneficium contra promittentem vigore, l. ad exactionē,
C. de dotis promiſ. quæ in hoc caſu remanet incorrecta, vt
in ſpecie firmat Ripa in l. 1. numer. 32. ff. ſolut. matrimon.
cum quo concordat, licet eum non citet, Cephalus in dict.
conſ. 713. num. 45. lib. 5. Duarenus c. 2. & 4. ff. ſoluto matri-
mon. Cum illam habeamus non ſolum ea legis diſpoſitio-
ne, ex qua filia ſemper fingitur præſens, vt fuit iam proba
62 tum, † ſed & etiam virtute iuramenti, quod non ſolum
ſupplet defectum abſentiæ, & facit, quod habeatur pro
præſente. Sed & etiam acquirit abſenti actionem, etiam
ſine ceſſione, vt latè probat Roland. in conſ. 19. ſub numer.
29. & ſequent. lib. 1. neceſſario ſequitur, quod deciſ. 788.
Rotæ diuerſarum in recentioribus non poſſit ſubſiſtere,
vtpotè contra iura aperta, & tantos patres ſupra citatos.
63 † Nam faceret, quod filia nupta cum promiſſione dotis
facta à patre, illa non ſoluta, filia ſoluto matrimonio, ſi hæ
redes viri non ſint ſoluendo, vel nulli extent, non poſſet il-
lam conſequi à patre, vel ab hæredibus patris, etiam ex-
cluſis poſterioribus creditoribus patris, quod non eſt fe-
rendum, cum vt dictum, atque probatum eſt, eidem ſit ab
initio promiſſionis dotis quæſita actio, & obligatio om-
nium bonorum patris promittentis, etiam nuptijs non ſe-
quutis, multo magis illis ſequutis, & reſolutis per mortem
viri filijs cum vxore relictis, vt in caſu dict. deciſionis. quæ
ideo de iure certo, & claro non poteſt ſubſiſtere, vt per
Decium, Cephalum, Laderchium, & alios ſupra citatos, &
ita dicit gloſ. in d. l. dos à patre, C. de dotis promiſſ. quam
omnes ibi ſequuntur. Theſaurus in deciſ. 190. numer. 4. &
ſequen. Ruinj in conſ. 186. num. 6. lib. 2. Mantica de tacitis li-
bro 12. tit. 8. num. 25. in fine. Moiſeſius in Neapolitanis con
ſtit. tomo 1. par. 2. tit. de bonis, quæſt. 24. nume. 15. & antea
Rota cum ſaniori iudicio in terminis fortioribus, nuptijs
videlicet non ſequutis, hanc eamdem ſententiam omnino
re veram, & certam eſt amplexa in cauſa Lauretana pecu-
niaria die 28. Februarij 1605. coram bonæ memoriæ Do-
64 mino Franciſco Penia. † Nam dotis promiſſio & eius da-
tio, ſiue ſolutio æquiparantur, ex regula l. fin. ibi. dederit,
vel promiſerit, C. de dotis promiſſ. & in l. ex morte, §. final.
C. de pactis conuentis, cum alijs allegatis per Decium in l.
vt liberis, in 5. notabili, C. de collat. Syluanus in d. conſil. 2.
ſub num. 74. ver. non refragatur. Guidonus d. conſ. 170. nu
65 mero 82. & ſequen. † Et ex promiſſione ſtatim acquiritur
actio filiæ, vt affirmat Angelus in l. quoties, ff. ſolut. matri-
mon. l. denique 6. cum l. ſequent. ff. de ritu nuptia. Duare-
nus, vbi ſupra. Gabriel. in conſ. 58. numer. 9. ver. cum igitur
ex ſola. lib. 1. Et ſequens ſolutio fit ex neceſſitate præambu
læ promiſſionis ad liberandum promittentem, quæ ſuppo
66 nit illum obligatum. † Et ſicut dotem datam amplius mi
nuere non poteſt, nec quouis modo eius conditionem fa-
cere deteriorem, l. cum à ſocero, C. de iure dotium, d. auth.
ſed quamuis, C. de rei vxor. actio. Ita etiam, & pari modo
idem dicendum eſt in dote promiſſa. Nam lex noua diſpo
nens in vno ex caſibus æquiparatis per legem veterem, vt
hic d. auth. & d. l. cum à ſocero, habet etiam locum in alio,
vt dicit gloſ. fin. in l. ſi quis ſeruo, C. de furtis. Doctores in l.
quod verò, ff. de legib. Salycet. in l. ſi conſtante, nume. 4. C.
de donat. ante nuptias. Alex. in conſ. 171. libr. 7. Nec refert,
quod dicatur d. auth. non habere locum in dote promiſſa,
quia ratio illius deciſionis in vtroque caſu viget. Quia ſi-
cut pater tenetur dotem ſolutam ad ſe reuerſam pro ſe-
cundo matrimonio filiæ indiminutam conſeruare, ita e-
tiam ſi primum matrimonium, pro quo dos fuit promiſſa,
non habuit effectum, vel ſi habuit, & fuerit diſſolutum,
67 antequam dos promiſſa ſolueretur. † Quia ius obligatio-
nis quoad filiam non oritur ex matrimonio, ſed ea promiſ
ſione, & declaratione patris, ex qua ſimplex, & abſoluta
donatio in eius beneficium inducitur, prout optimè conſi-
derauit Decius in d. conſ. 35. num. 6. quem refert Cardina-
lis Albanus in addit. ad Bart. in l. ſi filiæ, num. 3. ff. de legat.
3. Cephal. in conſ. 143. lib. 1. Nec poteſt amplius pater obli-
gando, vel contrahendo cum alijs præiudicare filiæ in do-
te promiſſa, ſeu declarata, ita dixit Rota coram Penia in
dicta cauſa Lauretana pecuniaria ſupra citata. Sed & fa-
68 cit propoſita, quam tuemur ſententia. † Quod pater e-
tiam inuitus cogitur dotare filiam, l. qui liberos, ff. de ritu
69 nuptiar. gloſ. fin. in l. ſi ſocer. ff. ſoluto matrimon. † Quan-
titas vero dotis ex arbitrio, & regulata voluntate patris
conſtituitur. Proinde de huiuſmodi voluntate, & declara-
tione ſufficit, quomodocumque appareat abſque præſen-
tia illius, de cuius intereſſe agitur, vt notat Bartol. in l. cer-
tum, §. ſi quis abſente, ff. de confeſſis, & in l. Neſennius, ff.
70 de negocijs geſtis. † Et talis declaratio voluntatis facta cū
vno præiudicat quoad omnes, vt dicit idem Bartol. in l. is
poteſt, ff. de acquir. hæredi. & Bald. in l. fin. C. de petit. hæ-
red. & in l. fin. ff. de interrog. acti. Angel. in l. ſicut, C. de re-
71 pud. hæredit. † Nam qui habet facultatem aliquid taxan
di, ſiue declarandi, taxatione, ſeu declaratione facta non
poteſt amplius variare, præſertim in præiudicium tertij, vt
dicit gloſ. in l. quicquid adſtringendæ, ff. de verbor. obligat.
72 † Sicut in ſimili iudex non poteſt, niſi ſemel ſuam ambi-
guam declarare ſententiam, vt dicit Bald. in l. 2. C. de ſen-
tent. ex breuic. recit. & in l. de die, numer. 5. ff. de re iudicat.
73 † Et libellus ſemel declaratus, non poteſt amplius mutari,
74 Bald. in l. fin. nume. 4. C. de codicillis. † Et in puncto, quod
dos ſemel declarata, etiam nulliter, non poſſit amplius mi
nui, ex pluribus probat plenè Curtius ſenior in conſil. 49.
Magnificus Dominus, nume. 28. 32. & ſequen. Ex hac con-
cluſione Ciorus in repetit. l. ſi conſtante, in 2. lectura, num.
19. & ſequen. infert ad plura, quæ valdè conferunt ad ca-
ſum

75 ſum noſtræ diſputationis. † Primum, quod pater ſi in te-
ſtamento nullo legauit quantitatem filiæ pro dote, non
poteſt illa quantitas diminui, quia illius eſt ſemel facta
declaratio, quod ſufficit, etiam ex actu nullo, l.qui à pa-
tre, ff.de confirm.tutor.l.fin.vbi Bald.ff.de reb.eorum,l.le
76 gatum,§.fin.ff.de adimen.legatis. † Deinde, quod ſi pater
legauit filiæ certam ſummam pro dote, & reuocet poſtea
teſtamentum,& aliud faciat,non cenſetur adempta quan
titas filiæ pro dote legata, primo illo teſtamento reuoca-
to, & ſi illo reuocato omnia alia corruant, l.ſi nemo, ff. de
77 teſtam.tutela.& l.ſi nemo,ff.de regul.iur. † Quando enim
in teſtamento fit aliquis actus ſui natura irreuocabilis, nõ
vitiatur vitiato teſtamento, vt per glo.in l.hæredes palam,
78 §.frater, ff. de teſtam. † Poſtremò infert Crotus, quod ſi
pater deſponſando filiam per verba de futuro promiſe-
rit dotem, & illa ſponſalia non ſortiantur effectum, nihi-
lominus eadem dos debetur pro alio matrimonio per tex.
in l.2.§.ſi ſponſa,ff.de priuileg.creditor.citatum ſupra nu.
79 45. † Sed & alia ratio pro iſta veritate eſt, quia ſtatutum
excludens fœminas dotatas à ſucceſſione, habet locum e-
tiam ſi dos ſit tantum conſtituta pro futuro matrimonio,
80 vt dicit Bald.in l.1.num.2.ff. ſolut.matrimon. † Nam dos
promiſſa,dos eſt,vt probatur in rubr. C. de dotis promiſſ.
& in l.ſi pro dote,& in l.ad exactionem,C.eod.& in l.ſi ſo-
cer.§.Lucius,ff.ſolut. matrim. & ex ſola promiſſione mu-
lier dicitur dotem habere,vt dicit Salycet.in l.ſi conſtante,
num.4.C.de donat.ante nupt.& allegat tex. in l.cũ poteſt.
§.1.ff.de adminiſtr.tutor.& in l.1.§.accedit, C.de rei vxor.
actio.ſequitur Guido Pap.in deciſ.565.num.3.& concor-
dant alij,quos citat Pedemon.in deciſ.24.num.5.& Ludo-
uic.in Peruſinis,deciſ.21.nume.9.& ſeq. & Repetentes om
nes in rub.ff.ſoluto matrim.videlicet. Niconitius nu.147.
Saluiol.num.69.& ſeq.Io.Annibal num.481. Camil.Viſiti
num.73.Parpalia,num.29.Crotus num.85.& Alciat.num.
81 23. † Et res præparata ad dotem,& vt ſit dotalis habet pri
uilegia dotis,l.lex Iulia,ff.de fundo dotali.Socin.in rubr.ff.
82 ſolut.matrim.num.4. † Vnde alienari prohibita permittũ
tur alienari etiam pro dote conſtituta,nondum nuptæ,vel
nondum nubilis ætatis, Bart.in l.à filia,ff.ad Trebell. & in
l.qui pupillam, ff.de adulter.& in l.Titio centum, §. Titio
genero,ff.de condit.& demonſtrat.gl.in l.ſi pater dotem,
in verbo dederit,C.de dotis promiſ.quæ exponit illud ver
83 bum dederit,ſcilicet deſtinatione. † Nam vbicumque pa-
ter exercet actum dotandi,quantum in eo eſt dicitur dotẽ
dare,arg.tex.in l.mulier.§.1.ff.de condit.in ſtit.& l.Stichus
ſi hæredi,ff.de ſtatu liber. per quæ iura conſuluit Lofred.
in conſ.52.num.64. valuiſſe donationem feudi in dotẽ pro
filia infante, cum matrimonium nondum eſſe poterat, &
84 † quamuis aliquando dotis datio maiorem videatur ha-
85 bere efficaciam, quam promiſſio, † illud tamen eſt reſpe-
ctu viri, in quem ex ſola promiſſione, non ſequuta tradi-
tione rei dotalis,non tranſit dominium,l.de diuiſione.cum
86 ibi notatis per Bald.& alios,ff ſolut.matrimo. † Reſpectu
verò patris promittentis,& filiæ pro qua promittitur,nul
la eſt differentia inter dotem datam, & promiſſam, quan-
doquidem non plus iuris ex dote viro conſignata, quam
ex promiſſa acquiratur filiæ, ſeu mulieri, vt benè aduertit
Syluanus in d.conſ.2. ſub num.74.ver. & licet datio dotis.
87 † Et quod dos promiſſa, etiam non ſequuto matrimonio,
vel ſequuto,& non ſoluta ſit vera dos, & gaudeat priuile-
gijs dotis confirmatur etiam ex ijs, quæ tradit Magonius
88 in Florentinis deciſ.86.per totam. † Præterea extraneus ex
ſola promiſſione dotis obligatur, & eam cenſetur mulieri
89 ſimpliciter,& abſolutè donaſſe, † ita vt nec amplius reſti-
tutionem poſſit ſibi ſtipulari, ſi ſibi ita ab initio non pro-
ſpexerit,l.1.§.accedit,C. de rei vxor.actio. Et licet de iure
digeſtorum permittebatur patri,nedum inuita filia ſpon-
ſalia ſemel contracta diſſoluere, l.1.C.de ſponſalib. & l. in
poteſtate,ff.eod. Sed & etiam dotem ſimpliciter promiſ-
ſam ante ſequutum matrimonium ſibi appropriare per
tex.in l.quoties,ff.ſoluto matrimonio. Nihilominus hodie
æquata eſt patris, & extranei poteſtas, atque conditio.
90 † Nam de iure Canonico,cuius authoritas in materia ma
trimoniali magis præualet, non licet patri ſponſalia con-
tracta diſſoluere,vt dicit Bald.in l.ſi cum dotem,ff.ſoluto
matrimonio.& in d.l.quoties. Bart.num.4.& Alex.in fine.
Immo pœna parentum fidem ſponſalium non ſeruãtium,
eſt triennalis excommunicatio, vt dixi antea, & probatur
91 in 31.quæſtione tertia,capit.primo. † Proinde nec dotem
ſemel promiſſam ſibi appropriare poteſt, prout omnes
Doctores fatentur in eadem l.quoties, & præcisè Alexan.
numero ſecundo. Decius dict.conſil.35.numero quinto,&
plenè Gabriel.in conſil.58.numero quarto,& ſequẽ. Hinc
ſequitur,quod ſi ei non licet,quod eſt minus, nequaquam
licebit dotem promiſſam diminuere, vel quouis modo
eius conditionem deteriorem facere, quod eſt plus, l.qui
indignus,ff.de Senat.l.relegatorum,§.poteſt,ff.de interdic.
& relegat.& ita in puncto per dictas,& alias rationes ple-
nè concludit Deſiderius Guidonus in dicto conſil.170.nu-
mero 82.& ſequen. Hinc notabiliter dicit Imola in l.huiuſ
modi,§.cum pater in fine,ff de legat.1. Quod ſi pater an-
te contractum matrimonium promittit centum pro dote
filiæ,& deinde ex interuallo promittit quinquaginta, non
videtur receſſiſſe à prima promiſſione, quia ſicut in eius
poteſtate non erat diſſoluere ſponſalia, ita etiam, nec ſe
amplius à prima obligatione eximere,quod Imolę dictum
pro notabili refert Deſiderius dicto conſilio 170.numero
95.deciſio verò Rotæ diuerſorum in recentioribus ſupe-
rius citata ſupponit contrarium, cum tendat in concurſu
creditorum poſteriorum excludere filiam à dote longè
ante per annos 40.à patre promiſſa, quam ab eodem pa-
tre fuiſſent debita contracta, eo ſub prætextu, quod ex
promiſſione dotis facta à patre, & non ſoluta,nulla adſit
ad fauorem filiæ contra patrem obligatio, nec actio, cum
qua poſſit poſteriores patris creditores excludere. Quod
cum ſtante promiſſione ſit inducta obligatio irreuocabilis
patris promittentis,inde hypotheca, & ex ijs actio contra
patrem,& eius bona à die promiſſionis,nec potuerit pater
prẹiudicare filiæ in dote promiſſa contrahendo poſtea de-
bita, & ſe obligando alijs, vt probatum fuit. & in pũcto
dixit Rota in d. Lauretana pecuniaria coram Penia ſupra
citata, nil inconſtantius contra perpetuam iuris conſtan-
92 tiam dici poterat. † Illuſtratur rurſus conſtantia veritatis,
& iuſtitiæ,quam tuemur ex eo etiam,quia ſponſa de futu-
ro conſequitur omnia priuilegia dotis, ac ſi matrimonium
eſſet contractum, l.2.§. final.ff. de priuilegijs creditor.ita
quod pro dote ſponſo tradita intuitu matrimonij contra-
hendi,habet tacitam hypothecam,omniaque alia priuile-
gia dotalia etiam matrimonio non ſequuto, prout tenet
93 gloſſ.in d.§.final. † Et ſicut contra ſponſum, ita & contra
promittentem;quia dos eſt ius quoddam vniuerſale, &
idem ius,quod fuit quæſitum mulieri contra ſponſum,vt
puta pro conſequenda parte dotis promiſſæ,& eidem ita
ditæ,procedit etiam reſpectu totius promiſſæ contra pro-
mittentem,ex regula tex.in l.quæ de tota, ff.de rei vendi-
cat. Non enim poſſunt ſtare,quod habeat actionem con-
tra ſponſum pro ea parte,quam recepit,& non contra pa-
trem,qui promiſit. hoc argumento ad hoc propoſitum e-
gregiè vtitur Syluanus in d.conſil.2. ſub num.86.ver.vlte-
rius conſiderandum eſt. pro hac concluſione faciunt no-
tata per Andr.in cap.1.ſub num.4.ver.ſed ſi tradit.& in §.
traditionibus factis per totum tit. Quid ſit inueſtitura.&
quæ in ſimili notat Cephalus in conſil. 336. numero 17.li-
94 bro 3. † Poſtremò ius mulieris ex promiſſione dotis quæ-
ſitum in bonis patris etiam matrimonio non ſequuto in vi
ta ipſius, tranſit contra hæredem, adeo quod licet hæres
ſit nouus dominus, tenetur tamen fauore dotis eandem
quantitatem aſſignare, vt dicit I. C. in allegata l. ſi ego.
§.ſi res,ff.de iure dotium.certum itaque eſt,atque indubi-
tabile,quod ius ab initio filiæ quæſitum ex promiſſione pa
tris remanet inconcuſſum in perpetuum prout ita arguen
do concludit Syluan.in d.conſ.2.in fine. Nec dicatur,quod
per obligationes poſtea factas alijs creditoribus cẽſeatur
reuocata prior dotis promiſſio,quia prætquam, quòd hæc
generalis reuocatio non ſufficeret,ad inducendam reuoca
tionem ſpecialis dotis promiſſionis, quatenus fieri poſſet,
95 quod à nemine ſani capitis conceditur, † vt in ſimili dr de
legato, quod per ſubſequentem obligationem generalem
oĩum bonorũ non præſumitur ademptũ ex notatis per Iaſ.
in l.3.nu.3.C.de legat.& alios quos refert Menoch.de præ-
ſump.lib.4.præſump.167.nu.42. & Vinc.de Franch.in de-
96 ciſ.283.nu.3. Reſpondetur ex allegatis ſatis liquere, † qđ
pater poſt promiſſam certã dotis quãtitatẽ pro dote filiæ, nõ
põt,nec ſpecialiter, & multominus gñaliter illũ reuocare,
neq; in aliquo diminuere,neq; collat onẽ promiſſionis faciẹ
in aliquo deteriorem facere, & ſi nuptiæ non ſequantur,

l.fin.

Digitized by Google

l.fin.ibi liberalitas itaque talis remaneat irreuocabilis, C. de dotis promiſſ. & l.fin. §.ſi à ſocero ibi. quaſi ex donatione aliquid ad eam perueniſſe. ff.de his quæ in fraudem credit.l.ex morte ibi. quoniam, & alio pro ea offerentem dotem, ipſa eam pro ſe videtur offerre, C.de pactis conuentis, l.Pomponius Philadelphus, & ibi Bart. ff.famil.erciſc. Alex.in l.ſi cum dotem.num.7.ff.ſolut.matrimon.Iaſ.in l. ſi extraneus,numer.16 ff.de condict.cauſ.dat.Decius in d. conſil.35.cum duobus ſequentib.& in conſilio 239.numer. 6. verſ.ſed ad hoc Bald. Nouellus de dote par.6. priuileg. 46.num.3.Caſſaneus in conſil.53.numer.55.in fin. Deſiderius Guidonus d.conſil.970.num.93.Socin.iun. in conſilio 35.num 13.lib.1.Menochius de arbitrarijs caſu 88. numero 3.in fine, & ita ex allegatis iudicauit Rota in d. Laure-
97 tana pecuniaria die 28.Februarij 1605.corã Penia. † Nuptijs verò ſequutis,& dote per patrem promiſſa,& nõ ſoluta,res eſt extra dubitationem apud iuris peritos. Filiam pro dote promiſſa,& non ſoluta concurrere cum creditoribus patris, & poſterioribus eſſe præferendam in paternis bonis,l.1.ff.qui potior.in pigno.habe.l.cum tibi 10. vbi glo.in verbo acceperat, C.eod. quia talis dos habet veram hypotecam,& priuilegia dotis,etiam quoad prælationem anterioritatis,l.vbi adhuc, C.de iure dotium, Vincentius de Franchis in deciſ.677.num.7. Surdus deciſ.287. Molfeſius in Neapolitanis conſuet.tomo 1.part.6.quæſt.2.num. 14.& ſequen.& tomo 2.par.6.in princip.& num.7.& Rota coram Penia vbi ſupra. Etiamſi concurſus eſſet inter duas dotem prætendentes,quia & vbi inter duas dotes eſt quæſtio prior tempore,eſt potior in iure, l.aſſiduis 12. vbi
98 Bald. C.qui potiores in pignore habeantur. † Sed an res ipſæ, vel illarum æſtimatio condici debeat? & quod res etiam æſtimatæ debeant condici definitur in l.in rebus 17. §.fin.ff.de iure dotium, & an ſint reſtituendi etiam rerum fructus deciditur in l.videamus 38. ff.de vſuris, & fructibus.Sed & condictio,& vindicatio dotis competit diuerſo reſpectu,l.vxoris fructus 7.§.ſi res, ibi. proinde, ff.de iure dotium, l.ſi ego 9.in princip. ff.eod. Interdum & de dote actio eſt,ſecundum caſum,qui proponitur in leg.denique cinna 6.cum l.ſequen.ff.de ritu nuptiar. Aliquo etiam caſu competit actio depoſiti,vt in caſu l. Lucius Titius 72.ff.
99 depoſiti † Sed & de eo quod ante nuptias donatum nuptijs non ſequutis repetendo agitur in l.cum veterum 15. C.de donat.ante nupt. Niſi is qui donauit, ſponſalibus renunciauit, quoniam is tunc non repetit, d.l.15. Verum ſi oſculo interueniẽte mors alterutrius nuptias impedierit, hoc enim caſu non niſi pro dimidia parte donatum repeti poteſt,l.ſi à ſponſo 16.C.eod.niſi forte ſponſa ipſa ſit,quæ donatum repetat.d.l.16.§.fin.hactenus de ſponſalibus, nuptijs non ſequutis,vel diſſolutis dicta ſufficiãt, & quia reſponſum edi contra deciſionem 788. diuerſorum par. 1. in recentioribus,fauore viduæ in caſſum, vt audiui, placuit illud hic referre, vt lectores poſſint ſuum interponere iudicium, illoq; vt meliori fortuna, ac fauorabiliori iuſtitia pro ſexu fœmineo.

S V M M A R I V M.

Pater dicitur donare quando dat, vel promittit dotem pro filia, num.1.
Pater dotando filiam fungitur officio ſuo.num.2.
Pater ex promiſſione dotis facta pro filia irreuocabiliter obligatur. num.3.
Pater quando promittit dotem pro filia, duo ex huiuſmodi promiſſione oriuntur contractus, vt nu.4.
Lex fingit tacitam donationem ad beneficium filiæ etiam abſentis. num.5.
Dotis fauore ex contractu inter alios celebrato mulieri abſenti ius quæritur.num.6.
Donatio tacita,an procedat in patre.nu.7.
Actio de dote, quod ſit communis patris, & filiæ quomodo intelligatur.nu.8.
Dos, quando ad patrem ſoluto matrimonio reuertitur, tenetur pater eam pro filia conſeruare, nec poteſt illam minuere, numero 9.
Dos, ſemel conſtituta tranſit in dominium filiæ.nu.10.
Dos ſi ad patrem reuertitur an confundatur in eius patrimonio, & quando reuertatur ad eum.nu.11.
Dotis actio poſt patris obitum integra cum eius exercitio ſoli filiæ accreſcit, ac conſolidatur.num.12.
Dos, an ſuccedat loco legitimæ, quando fœmina ex Statuto, a paterna ſucceſſione excluduntur.nu.13.
Statutum vrbis, non excludit ſimpliciter, & totaliter filias a ſucceſſione, ſed dotem ipſis præſeruat.nu.14.
Dos ſuccedit loco legitimæ quando Statutum vlterius procedendo mãdat, ne filia petere poſſit aliquid pro ſupplemento legitimæ. num 15.
Pater poteſt præuenire in datione legitimæ.nu.16.
Dos data in vita patris, vel promiſſa, dicitur data pro legitima etiam ipſo viuente in caſu de quo agitur.nu.17.
Dos, quando Statutum illam præſeruat ante excluſionem, deinde ponit excluſionem dos ſuccedit loco legitimæ.nu.18.
Clauſula dummodo in Statuto poſita quid operetur.nu.19.
Dos quando conſtat eſſe debitam filiabus, vt ſuis ſuccedit loco legitimæ.nu.20.
Dos conſtituta filiæ pro omni eo quod habere poteſt in bonis patris ſuccedit loco legitimæ.d.nu.20.verſ.quæ facilè.
Lex dos à patre profecta non habet locum vbi dos ſuccedit loco legitimæ.d.nu.20.in verſ & quod non intrat, nec in promiſſione iurata, minuſque filia viuente cum filijs.num.79.
Donatio tacita, quam lex ſubintelligit ad beneficium filiæ ſemper firma manet etiam matrimonio non ſequuto nu.21.
Donatio expreſſa facta filiæ pro dote ſicut tenet, etiam matrimonio non ſequuto, ita & pariformiter tacita reſultans legis miniſterio ex dotis promiſſione facta genero.nu 22.
Taciti & expreſſi eadem eſt virtus.nu.23.
Filia ex legis beneficio ſemper fingitur præſens, vt ex dotis promiſſione facta viro ſibi quæratur tacita donatio.nu.24.
Filia ex tacita donatione quæ reſultat, ex promiſſione dotis facta viro habet obligata omnia bona promiſſoris, etiam ipſa abſente nu.25.
Lex ſi pro te pater. C.de dotis promiſſ.non procedit in contractu iurato.num 26.
Filia virtute iuramenti habet actionem etiam contra patrem. numero 27.
Lex ad exactionem, C.de dot.promiſſ. remanet incorrecta. numero 28.
Iuramentum ſupplet defectum abſentiæ facit, quod quis habeatur pro præſente, & abſenti quæris actionem, etiam ſine ceſſione. num.19.
Dotis actio acquiritur filiæ ab initio promiſſionis, ſimulque obligatio omnium bonorum patris etiam nuptijs non ſequutis. & multo magis ſecutis, & reſolutis per mortem viri, cum filijs. num.30.
Dotis promiſſio, & eius datio æquiparantur.nu.31.
Ex promiſſione dotis ſtatim acquiritur actio filiæ.nu.32.
Solutio ſequens fit ex neceſſitate præambulæ promiſſionis ad liberandum promittentem, quæ ſupponit illum obligatum. numero 33.
Dos data minui non poteſt, nec eius conditio deterior fieri. numero 34.
Lex noua diſponens in vno ex caſibus æquiparatis habet locum, etiam in alio.num 35.
Authentica, ſed quamuis C.de rei vxor actio habet locum, etiã in dote promiſſa nu 36.
Obligationis ius, quo ad filiam non oritur ex matrimonio, ſed ex promiſſione & declaratione patris ex qua ſimplex, & abſoluta donatio in eius beneficium oritur nu.37.
Pater etiam inuitus, an cogatur dotare filiam, & in qua quantitate, idque quomodo apparere ſufficiat.nu 38.
Declaratio voluntatis patris facta cum vno præiudicat, quoad omnes.nu.39.
Habens facultatem taxandi ſiue declarandi non poteſt amplius variare præſertim in præiudicium tertij.nu.40.
Iudex ſuam ambiguam ſententiam non poteſt declarare, niſi ſemel num.41.
Libellus ſemel declaratus, non poteſt amplius mutari.nu.42.
Dos ſemel declarata, etiam nulliter, non poteſt minui.numero 43. cum ſeq.
Legatum factum à patre, pro dote filiæ non poteſt diminui, numero 44.
Pater ſi legat filiæ certam ſummam pro dote. & deinde reuocet teſtamentum, & aliud faciat, non cenſetur adempta quantitas filiæ pro dote legata primo illo teſtamento reuocato, etiam ſi omnia alia corruant.num.45.
Actus ſui natura irreuocabilis in teſtamento, quando fit nõ vitiatur vitiato teſtamento.num.46.

Pater

Digitized by Google

Pater ſi dotem promiſerit, & ſponſalia effectum non habuerint, an eadem dos debeatur pro alio matrimonio. nu. 47.

Statutum excludens filias dotatas à ſucceſſione habet locum, etiam ſi dos ſit tantum conſtituta pro futuro matrimonio. num. 48.

Dos promiſſa, dos eſt. num. 49.

Dotem habere dicitur mulier ex ſola promiſſione. nu. 50.

Dos quando eſt conſtituta nondum nuptæ, vel nondum nubilis ætatis alienari prohibita, an poſſint alienari. nu. 51.

Pater vbicunque exercet actum dotandi, quantum in eo eſt dicitur dotem dare. nu. 52.

Dotis datio, quod aliquando maiorem videatur habere efficaciam, quam promiſſio quomodo procedat. nu. 53. & ſeq.

Dos data, & promiſſa non differunt reſpectu patris promittentis, & filiæ pro qua promittitur. nu. 54.

Dos promiſſa etiam non ſequuto matrimonio, vel ſequuto, & non ſoluta eſt vera dos, & gaudet priuilegiis dotis. nu. 55.

Differentia inter dotem promiſſam ab extraneo, & à patre hodie æquata eſt. nu. 56.

Ius Canonicum præualet in materia matrimoniali. nu. 57.

Pater non poteſt ſponſalia contracta diſſoluere. nu. 58.

Pœna parentum, qui fidem ſponſalium non ſeruant eſt triennalis excommunicatio. nu. 59.

Pater dotem, quam ſemel promiſit ſibi appropriare non poteſt, ſecundum omnes Doctores. nu. 60.

Pater non poteſt dotem diminuere, nec illius conditionem deteriorem facere. nu. 61. etiam ſi nuptiæ non ſequantur. nu. 70.

Cui non licet, quod eſt minus; nec licet quod eſt plus. nu. 62.

Pater ſi ante contractum matrimonium promiſit centum pro dote filiæ, & deinde ex interuallo quinquaginta, non dicitur receſſiſſe à prima promiſſione ex defectu poteſtatis. nu. 63.

Dotis actio, & obligatio cum hypotheca, contra bona patris, cum oriatur, à die promiſſionis non poteſt filia à poſterioribus creditoribus ſua dote priuari. nu. 64.

Sponſa de futuro conſequitur priuilegia dotis, ac ſi matrimonium contractum eſſet, tam contra ſponſum, quam contra promittentem. nu. 65.

Ius mulieris ex promiſſione dotis quæſitum in bonis patris, etiam matrimonio non ſequuto in vita ipſius, tranſit contra heredem, qui tenetur eandem quantitatem conſignare. nu. 66.

Ius ab initio filiæ quæſitum ex promiſſione patris, remanet ſemper firmum, vt nu. 67.

Dotis prior promiſſio per obligationes poſtea factas aliis creditoribus à patre non cenſetur reuocata. nu. 68.

Legatum per ſubſequentem generalem obligationem omnium bonorum, non præſumitur ademptum. nu. 69.

Mulier pro dote prius promiſſa, & non ſoluta eſt omnibus creditoribus, qui poſtea cum eius patre contraxerunt præferenda, etiam ſi occaſione dotis contraxerit. nu. 71.

Clauſula, cui de iure in ſtipulatione adiecta, an operetur ad fauorē patris, vel filiæ, nu. 72. cum ſeq.

Dos dicitur data, & promiſſa filiæ, quando pater id facit nomine filiæ, eique venit reſtituenda etiam ſi ſtipulatus eſſet, dotem ſibi reddi. nu. 73.

Clauſula, cui de iure non refertur ad ſpecialiter diſpoſita, de quibus fuit in ſtipulatione prouiſum. nu. 75.

Clauſula, cui de iure, an operetur, quod dos reſtituatur ſoli patri filia excluſa. num. 75.

Dos reſtituitur filiæ, & non patri, quando filia eſt adiecta ſolutioni, non ſimpliciter, ſed tanquam in rem propriam, eique actio requiritur. nu. 76.

Procuratrix in rem propriam dicitur ceſſionaria. nu. 77.

Actio, quæ virtute Statuti competebat viro ſoluto matrimonio cō petit, etiam mulieri, cuius intereſt ſuam habere dotem. numero 78.

Pater, vt excludat filiam debet ſibi tantum ſtipulari. d. nu. 78.

Iuramentum tollit patriam poteſtatem, & illius effectum. nu. 79.

Cameralis obligatio continet clauſulam pro omnibus, quorum intereſt intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum. num. 79.

Intereſſe filiæ, an præualeat intereſſe patris eiuſdemque ſit efficacia. nu. eod. in verſ. qua non patitur.

Promiſſio de ſoluendo infra annum non facit conditionem, ſed eſt dilatio ad ſoluendum. nu. 80.

Actio oritur ex contractu conditionali. nu. 81.

Doctrina Bartol. in l. ita ſtipulatus 135. num. 38. in fine. verſic. ab homine, & Rip. ib. numer. 84. ff. de verbor. obligat. quomodo intelligatur. nu. 82.

Reſponſum authoris datū in d. Romana Dotis.

1 REuerende Pater † Pater tam dando dotem, quam
promittendo dotem pro filia, abſolutè videtur eidem
filiæ donare, & ita cum ea tacitè actum eſſe
cenſetur, l. fin. C. de dotis promiſ. l. fin. in princip. C. de iure
dotium, l. cum dos, §. 1. ff. de pactis dotalibus, l. fin. §. ſi à ſocero.
ibi quaſi ex donatione aliquid ad eam perueniſſe, ff.
de his, quæ in fraudem creditor. & clariſſimè in l. ex morte,
vet. ſimiliſque modo ibi quoniam, & alio pro ea ipſa, eā
2 pro ſe videtur offerre, C. de pactis conuent. † Cum enim
pater dotem dat, vel promittit ſponſo pro filia, cenſetur
munus ad quod tenebatur implere, l. ſi cum dotem, §. ſi pa
3 ter, ff. ſolut. matrimon. l. cum dotem, ff. de iure dotium. † Et
ex ea promiſſione adeo obligatur, quod eam amplius reuocare
non poteſt, vt expreſſè dicitur in d. l. fin. ibi liberalitas,
itaque talis remaneat vera, & irreuocabilis, C. de do-
4 tis promiſſ. † tunc enim duo introducuntur actus, ſcilicet
vnus tacitus, & alius expreſſus. Si quidem prius fingitur
pater dotem filiæ donare, & deinde ambo eam ſpōſo promittere,
prout egregiè animaduertit Salicetus in dict. l. ex
morte, C. de pact. conuent. Inquit enim nota text. ibi quoniam,
& alio, &c. vbi notatur, quod mulier videtur donare
etiam, quod alius pro ea dotet, nam qui dat dicitur mulieri
donare, & ipſa in dotem dare, l. 1. §. accedit, C. de rei vxor.
actione. & ideo vnus actus dicitur occultari, l. licet, ff.
de iure dotium, & hanc concluſionem pluribus confirmant.
Dec. in conſ. 35. ſub num. 3. & ſequen. Cephal. in conſil.
713. num. 5. lib. 5. Siluanus in conſ. 2. num. 60. & ſequen.
par. 1. Berteria in conſ. 26. numer. 1. lib. 1. Deſiderius Guidonius
inter conſilia vltimarum voluntatum conſ. 170. nume
5 ro 109. lib. 1. † Et cum hæc ſit tacita donatio, quam lex fingit
ad beneficium mulieris, in ea eius præſentia non requiritur,
vt per Bartol. in l. ſi creditores in fine, C. de pactis, &
6 per Bald. in l. 3. §. fin. ff. de negoc. geſtis. † Et hoc eſt ſpecialem
in dote, vt ex contractu inter alios celebrato, mulieri abſenti
ius quæratur per ſupradicta iura, vt in ſpecie teſtatur
Bart. in conſ. 123. nume. 1. & Dec. in d. conſ. 35. in princ.
7 † Et licet in patre videatur, quod hæc tacita donatio non
procedat, poſtquam actio dotis repetendæ ſibi, & filiæ cō-
muniter acquiritur, vt in d. l. 1. §. accedit, C. de rei vxor. a-
8 ctio. & in l. 2. §. quod ſi in patris, ff. ſoluto matrimon. † Tamen
reſpondetur; quod huiuſmodi communio à lege inducta
eſt, quoad exercitium actionis tantum ad hoc ne pater
teneatur filiam ſæpius dotare, vt obſeruauit, & benè
gloſſa in d. l. 2. §. 1. in verbo dos eſt, ff. ſolut. matrimo. quam
Doctor. ibi communiter ſequuntur, & Bart. in l. ſi conſtante
in princ. ff. eod. Non autem, vt dominium filiæ quæſitū
9 auferatur, quod patet. † Nam ſi dos ad patrem ſoluto matrimonio
reuertitur, tenetur eam pro filia conſeruare, nec
dotem ſemel conſtitutam poteſt amplius minuere, vt ca-
10 uetur in authent. ſed quamuis, C. de rei vxor. actio. † Dos
enim ſemel conſtituta tranſit in dominium filiæ, ne dum
pro primo matrimonio, pro quo promiſſa fuit, ſed abſolutè,
vt probat tex. in §. quia verò, Auth. de æqualitat. dotis.
11 † Et ſi ad patrem reuertitur, de qua reuerſione hac in ſpecie
non conſtat, nec conſtare poteſt, quia dos, quæ reuertitur
in filiam de conſenſu patris, & abſque eorum conſenſu
tedire non poterat ad tradita in l. 2. §. quod ſi in patris.
Et in l. 3. ff. ſolut. matrimon. non confunditur in eius patrimonium,
ad præiudicium filiæ, vt de hoc eſt. text. in l. 2. C.
ſol. matrimon. Et ibi Glo. in verbo extiterit litera C. omninò
viden. ſed indiſtinctè, vt pulchrè declarat Paul. de Caſt.
in l. fin. C. com. vtr. iud. nume. 7. & ſequitur Rot. diuerſ. deciſ.
156. nu. 3. par. 1. conſolidatur in filiam, quæ habet eam
præcipuam, vt teſtatur Siluanus in d. conſ. 2. ſub nume. 61.
12 † Et poſt patris obitum integra dotis actio, & eius exercitium
ſoli filiæ acceſcit, & conſolidatur, d. l. 1. §. videamus,
& §. ex hoc, C. de rei vxor. actio. l. vxorem, & filium, §. teſtamento,
vbi glo. in verbo recuperauerat, & Bart. nume. 1. ff.
de legat. 3. Salicet. in l. auia, nume. 11. C. de iure dotium. La-
13 derchius in conſ. 131. ver. nec dicatur. † Et vbi fœminæ ex
Statuto à paterna ſucceſſione excluduntur, vt in Vrbe, &
dos ideo ſuccedit loco legitimæ, in qua nullum poteſt apponi
grauamen, etiam ſi dotis reſtitutionem pater ſibi tantū
ſtipulatus fuiſſet. Nihilominus integra actio ad filiam pertineret,
vt teſtatur Bald. in l. fin. num. 3. verſ. ſed pone, quod
Statutum, C. de dotis promiſ. poſt Iacob. de Arena in leg.

vxo-

Digitized by Google

vxorem, §.naturalis, ff.de legatis 3.quos refert Iaſ.in l.poſt
dotem, numer.88.& ſequen.ff. ſoluto matrimonio. Dec.in
conſ.106.per totum. Nec dicatur id procedere mortuo pa
tre non ipſo viuente, quo tempore dos loco legitimæ non
ſuccedit cum illa debeatur poſt mortem patris ex allega-
14 ta deciſ.Seraph.815. † quia ſtatutum Vrbis c.541.lib.1.nõ
excludit ſimpliciter, & totaliter filias à ſucceſſione, ſed do
tem primo ipſis præſeruat, dum vult, quod dotatæ à pa-
tre, vel auo ſint contentæ dotibus, quas pater, vel auus eo-
rum in teſtamento, vel alia vltima voluntate, ſeu inter vi-
15 uos dederit, vel reliquerit, † nec occaſione falcidiæ, ſeu ſup
plementi debiti iure naturæ poſſit aliquid petere quo ca-
ſu omni difficultate reiecta, vera communis, ac indubitata
concluſio eſt, quod dos filię ſuccedat loco legitimę, vt poſt
Bald.conſ.498.num.3.lib.1.& Barr.conſuluit D. Ludouic.
Morot.conſ.23.num.2.facit Zuccard.conſ.77.nu.10.dum
dicit dotem eſſe præſeruatam à Statuto loco legitimæ,
quando excludit fœminas propter dotem datam, vel dan-
dam, & ſic propter qualitatem dotationis, vt ibi in verſi-
culo veluti propter dotem datam, vel dandam, & ibi in
verſiculo, quia non eſt excluſa.

16 Secundo, † quia pater præueniendo in datione legitimę,
quod à iure non eſt prohibitum, ſed permiſſum; Pereg.de-
ciſ.135.num.5.fol.157. virtute Statuti præfati pro dote da
tum in vita patris, vel relictum, quod eſt cauſa excluſio-
nis, quæ incipit à die dotationis iuxta pulchrè tradita per
Sord.conſ.488.num.28. cum ſeq.lib.4. non tempore mor-
tis paternæ, quo conſumatur effectus cœptæ excluſionis,
iuxta tradita in terminis per eũdem Surd.loco citato verſ.
17 nam tunc conſumatur effectus. † Dicitur fuiſſe ſubrogatũ
loco legitimæ, cum aliàs eſſe non poſſet eius ſupplementũ,
à quo filia per Statutum excluditur, iuxta tradita in termi
nis per Rotam diuerſorum deciſ.266.num.4.par.1.fol.92.
& in Romana de Marganis 9. Decembris 1618. coram R.
P.D.Buratto, & conſuluerunt Rim.ſen.conſ.257.num.17.
cum ſeq.lib.2.& Ludouic.Morot.conſ.23.nu.13.verſ.ſep-
timo, dum Statutum, & alij, qui non eſt caſus, de quo lo-
quitur deciſ. Seraphini, quæ facta fuit in terminis Statuti
Narnienſis longè diuerſi à Statuto noſtro Vrbis.

18 Tertio, † quod dotem, quam Statutum præſeruat po-
nit ante excluſionem, vt legitur in Statu.lib.1.c.141.vbi pri
mo cõſiderat dotationem filiarum, vt quoque facit in Sta
tuto ca.145.lib.1. deinde ponit excluſionem à ſucceſſione,
quo caſu pariter non dubitatur dotem ſuccedere loco le-
gitimæ, per ea, quæ conſiderat Morot.d.conſ.23.loco cita-
to in verſ.vbi Statutum, & nu.3.in verſ.2.ſicut.

Maximè cum excluſio fiat à Statuto lib.1.ca.145.quan-
19 do loquitur de dotatione fratrum, & patrum, † cum di-
ctione dummodo, quæ licet conditionem non faciat, ſed
modum, attamen parit effectum ſuſpenſiuum, quia requi
rit, quod de neceſſitate exiſtat, & impleatur illud, cui con-
iungitur per ea, quæ tradit idem Ludouic. Morot.d.conſ.
23.nu.4.5.6.8.& 9.fol.153.

Quarto, quia Statutum filias perpetuò non excludit, ſed
temporaliter, nempè quamdiu ſuperſunt fratres maſculi,
aut patrui, vt ibi in verſiculo ſi deceſſerit inteſtatus relictis
filijs maſcolis, ſiue filia, vel nepte ex filio maſculo ſibi præ-
mortuo, quo caſu cum admittat ad ſucceſſionem fœmi-
nas deficientibus maſculis, aut filijs ſtatrum, & velit talica
20 ſit, locum habere ius commune manifeſtè, conſtat dotem
filiabus eſſe debitam, vt ſuis, non vt extraneis, & ſic loco le-
gitimæ, per ea, quæ conſuluit idem Morot.d.conſ.23.num.
14.cum ſeq.fol.155.vbi atteſtãdo, de communi dicit, quod
fœminæ tunc deficientibus maſculis non ſunt propriæ, &
ſimpliciter excluſæ, ſed ſuſpenſæ, ad tempus, & quod reti-
nent iura ſuitatis, & omnia priuilegia, quę ſuis competunt,
vt ibi, num.16.

Quæ facilè comprobantur, ex eo, quod virtute Sta-
tutorum dos dicitur conſtituta filię pro omni eo, quod ha
bere poteſt in bonis patris, quo caſu pariter certiſſimum
eſt dotem ſuccedere loco legitimæ, & quod non intrat l.
dos à patre, C.ſolut.matrimonio, vt conſuluit Crauet.con-
21 ſil.84.num.5. Ex hac concluſione ſequitur, quod † quam-
uis matrimonium non ſequatur, & ſic illa promiſſio reſpe
ctu Viri reſoluatur, tanquam cauſa non ſequuta, iuxta tex.
in l.ſi extraneus, ff.de condictio.ob cauſam. Nihilominus
remanet firma illa tacita donatio, quam lex ſubintelligit
ad beneficium filiæ ex tex.in l.ſi donaturus, ff.eod.& vt ab
22 initio ſuppoſuimus. † Sicut enim donatio expreſſa facta
filiæ pro dote tenet, etiam matrimonio non ſequuto, vt di-
xi in princ.& vt teſtantur Iaſ.in d.l.ſi extraneus, nume.16.
Alex.in l.2 §.quod ſi in patris in 1.notab. & in l.ſi cum do-
tem in 5.notab.ff. ſoluto matrimon. Ita idem multo magis
eſt dicendum in hac tacita donatione reſultante legis mi-
niſterio ex dotis promiſſione facta genero, iuxta dictum
Salic.in d.l.ex morte, C de pact. conuen. & aliorum paulo
ſuperius citatorum.cum taciti, & expreſſi eadem ſit virtus
23 l.cum quid, ff.ſi cert petat. † & in indiuiduo, quod tacita
donatio ex promiſſione dotis reſultans ad beneficium fi-
liæ remaneat firma, & irreuocabilis etiam non ſequuto ma
trimonio (quia illo ſequuto id habemus pro indubitato)
plenè probat Dec.in d.conſ.35. cum duobus alijs conſil.ſe-
quentibus, & Deſiderius Guidonus in conſ.170.nu.93.lib.
1.conſ. vltimarum voluntatum, vbi dicit ita iudicatũ fuiſ-
ſe, vt & ſecundum conſil. Decij iudicatum fuiſſe, affirmat
Socin.iun.in conſ.35.ſub num.13.lib.1. Menoch.de arbitr.
caſu 88.num.39.in fine. Ad tex.in l.ſi pro te pater, C.de iu-
re dotium, per quem denegatur actio mulieri contra pa-
trem dotem promittentem, tum ex iuris diſpoſitione, tũ
ex his, quæ communiter in ipſo contractu promiſſionis ap
ponuntur, dantur reſponſiones. Nam cum firmatum ſit
patrem, tam dando dotem, quam promittendo pro filia
dotem cenſeri eidem abſolutè donare, & cum ea tacitè a-
24 ctum eſſe per iura allegata in principio, † & quod ex le-
gis beneficio filia ſemper fingitur præſens, & ex ea dotis
promiſſione quæritur tacita donatio in eius beneficium,
inde ineuitabiliter ſequitur, quod ei non eſt deneganda a-
25 ctio, etiam contra promittentem, † ſaltem ex tacita dona-
tione, ac ſi præſens fuiſſet, pro qua habebit obligata omnia
bona promiſſoris, vigore eiuſdem inſtrumenti, quamuis
ipſa abſente inter alios celebrati, iuxta conſil.Barr.123.nu-
mero primo, & Dec.35.in principio. ſupra citatos, & vt in
puncto firmat Laderchius in allegato conſil.131.colum.5.
26 verſic. nec dicatur, & alij ſupra citati. † Sed & hoc idem,
ex his, quæ in contractu apponuntur communiter, firmũ
manet non obſtante, dict.l.ſi pro te pater, C.de dotis pro-
miſ.nam ſi in eo adeſt iuramentum diſpoſitio, dict. l. non
27 procedit, † & filia habet actionem etiam contra patrem
promittentem, per ea, qua adducit, Alexand.in conſ.207.
numero ſecundo, & in conſi.208.in principio, lib.ſeptimo,
quem refert, & ſequitur Gabriel. libro 3. de iure dotium
concloſ.3.tertia limitatione. Præterea cum concedant om
nes non procedere, quando filia fuit præſens ſtipulationi,
quia tunc fatentur, quod ſaltim oritur actio ex pacto nu-
28 do in eius beneficium contra promittentem vigore, † l.ad
exactionem, C.de dotis promiſſ. quæ in hoc caſu remanet
incorrecta, vt in ſpecie firmat Ripa in l.1.numero 32. ff.ſo-
luto matrimonio.cum quo concordat, licet eum non alle-
get Cephalus in dict.conſil.713.numero 45.libro 5.cum il-
lam habeamus non ſolum ex legis beneficio, ex quo filia
29 ſemper fingitur præſens, vt fuit iam probatum, † ſed & e-
nam virtute iuramenti, quod nõ ſolum ſupplet defectum
abſentiæ, & facit, quod habeatur pro præſente, ſed & ac-
quirit abſenti actionem etiam ſine ceſſione, vt latè probat
Roland.in conſ.19.ſub num.29.& ſequentibus lib.1.neceſ
ſario ſequitur, quod deciſiones firmantes contrarium in
Romana dotis die 8.Martij 1613.coram R.P.D. Veroſpo,
& 29.Februarij 1616.coram eodem, de qua in collectaneis
Farinacij deciſ.788.libro primo.non poſſint ſubſiſtere, vt-
potè contra iura aperta, & tantos patres ſuperius allega-
tos, & facerent, quod filia nupta cum promiſſione dotis
facta à patre, illa non ſoluta, filia ſoluto matrimonio non
poſſet illam conſequi à patre, vel ab hæredibus patris, ex-
cluſis poſterioribus patris creditoribus, quod non eſt fe-
30 rendum, † cum vt dictum eſt, eidem ſit ab initio promiſ-
ſionis dotis quæſita actio, & obligatio omnium bonorum
patris, etiam nuptijs non ſequutis, multo magis ſequutis,
& reſolutis per mortem viri cum filijs, vt in caſu dictarũ
deciſionum, quæ ideo non poſſunt ſubſiſtere, vt per Dec.
Cephalum Laderchium, & alios ſuperius citatos. Sed, &
hanc quam contra allegatas deciſiones tuemur veritatem
31 illuſtrant rationes inferius dicendæ. † Nam dotis promiſ-
ſio & eius datio, ſiue ſolutio æquiparantur ex regula l.fin.
ibi dederit, vel promiſerit, C.de dotis promiſſ.§& in l.ex
morte, §.final.C.de pact.conuent. cum alijs allegatis, per
Dec.in l.vt liberis in quinto notabili, C.de collatio. Siluan.

Ee dict.

Digitized by Google

dict.conſ.2.ſub numer.74.verſ.non reſtagatur.Guidonus,
32 d.conſ.170.nu.82.& ſequent.† Et ex promiſſione ſtatim
acquiritur actio filiæ,vt affirmat Ang.in l.quoties,ff.ſolu-
to matrimon.Gabr.in conſ.58.nu.9.verſ.cum igitur ex ſo-
33 la promiſſione lib.1.† & ſequens ſolutio fit ex neceſſitate
præambulæ promiſſionis ad liberandum promittentem,
34 quæ ſupponit illum obligatum,† & ſicut dotem datam
amplius minuere non poteſt, nec quouis modo eius condi
tionem facere deteriorem,l.cum à ſocero,C.de iure dotiũ
d.auth.ſed quamuis,C.de rei vxor.actio.ita etiam,& pa-
35 ri modo idem dicendum eſt in dote promiſſa,† Nam lex
noua diſponens in vno ex caſibus æquiparatis per legem
veterem,vt hic d.auth.& d.l.cum à ſocero,habet etiam lo
cum in alio,vt dicit gloſſ.fin.in l.ſi quis ſeruo,C.de furtis.
Doctores in l.quod verò,ff.de legib.Salicet.in l.ſi conſtan-
te,nu.4.C.de donat.ante nuptias,Alex.in conſ.171.libro 7.
36 † Nec refert,quod dicatur d.auth.non habere locum in
dote promiſſa.Quia ratio illius deciſionis in vtroque caſu
viget,quia ſicut pater tenetur dotem ſolutam ad ſe reuer-
ſam pro ſecundo matrimonio indiminutam filiæ conſer-
uare,ita etiam ſi primum matrimonium,pro quo dos fuit
promiſſa non habuit effectum,vel ſi habuit,& fuerit ſolu-
37 tum,antequam dos promiſſa ſolueretur.† Quia ius obli-
gationis quoad filiam non oritur ex matrimonio,ſed ex
promiſſione,& declaratione patris,ex qua ſimplex,& ab-
ſoluta donatio in eius beneficium inducitur,prout optimè
conſiderauit,Dec.in d.conſ.55.num.6.quem refert Cardi-
nalis Alban.in addit.ad Bartolum in l.ſi filiæ,nu.3.ff.de le-
gat.3.Cephal.conſ.143.lib.1.Sed & facit pro noſtra,quam
38 tuemur ſententia,† quod pater etiam inuitus cogitur do-
tare filiam,l.qui liberos,ff.de ritu nupt.glo.fin.in l.ſi ſocer,
ff.ſoluto matrimo.Quantitas verò dotis ex arbitrio,& vo-
luntate patris conſtituitur.Proinde de huiuſmodi volun-
tate,& declaratione ſufficit,quomodocumque apparere
abſque præſentia illius,de cuius intereſſe agitur,vt notat
Bart.in l.certum,§.ſi quis abſente,ff.de confeſſis,& in l.Ne
39 ſennius,ff.de neg.goc.geſtis.† & talis declaratio voluntatis
facta cum vno præiudicat quoad omnes,vt dicit idẽ Bart.
in l.is poteſt,ff.de acquir.hæred.& in l.fin.ff.de interroga-
ctio.Ang.in l.ſicut,C.de repud.hæred.& Bald.in l.fin.C.de
40 petit.hæredit.† Nam qui habet facultatem aliquid taxan
di,ſiue declarandi,non poteſt amplius variare,præſertim
in præiudicium tertij,vt dicit glo.in l.quicquid adſtringen
41 dæ,ff.de verb.oblig.ſicut in ſimili † iudex non poteſt,niſi
ſemel ſuam ambiguam declarare ſententiam,vt dicit Bal.
in l.2.C.de ſentent.ex breuil.recit.& in l.de die,nu.5.ff.qui
ſatiſd.cogan.Alex.in l.quod iuſſit,nu.15.ff.de re iudic.&
42 † libellus ſemel declaratus,non poteſt amplius mutari,
43 Bald.in l.fin.num.4.C.de codicil.& in puncto,quod † dos
ſemel declarata etiam nulliter non poſſit amplius minui
ex pluribus probat plenè Curt.ſen.in conſ.27.Magnificus
Dominus,numero 28.& 32.& ſequen.ex hac concluſione
Crotus in repet.l.ſi conſtante in 2.lectura numero 19.& ſe-
quent.infert ad plura,quæ valdè conferunt ad caſum no-
44 ſtrum.† Primum,quod pater ſi in teſtamento nullo lega-
uit quantitatem filiæ pro dote,non poteſt illa quantitas di
minui,quia illius eſt ſemel facta declaratio,quod ſufficit
etiam ex actu nullo,l.qui à patre,ff.de confirmat.tutor.l.
fin.vbi Bald.ff.de reb.eorum,l.legatum,§.final.ff.de adi-
45 men.legat.† Deinde,quod ſi pater legauit filiæ certam
ſummam pro dote,& deinde reuocet teſtamentum,& a-
liud faciat,non cenſetur adempta quantitas filiæ pro dote
legata primo illo teſtamento reuocato,& ſi illo reuocato
omnia alia corruant,l.ſi nemo,ff.de teſtamen.tutela,& l.ſi
46 nemo,ff.de regul.iuris.† Quando enim in teſtamento fit
aliquis actus ſui natura irreuocabilis,non vitiatur vitiato
teſtamento,vt per gloſſ.in l.hæredes palam,§.frater,ff.de
47 teſtament.Poſtremò infert Crotus,† quod ſi pater deſpõ
ſando filiam per verba de futuro dotem promiſerit,& illa
ſponſalia non ſortiantur effectum,nihilominus eadem dos
debetur pro alio matrimonio per text.in l.2.§.ſi ſponſa,ff.
de priuileg.credit.citatũ ſuperius verſicul.& regula oter,
48 Sed & alia ratio pro iſta veritate eſt,† quod ſtatutum ex-
cludens filias dotatas à ſucceſſione,habet locum etiam ſi
49 dos ſit tantum conſtituta pro futuro matrimonio.† Nam
dos promiſſa dos eſt,vt probatur in rubrica,C.de dotis
promiſſ.& in l.ſi pro dote,& in l.ad exactionem,C.eod.&
50 in l.ſi ſocer,§.Lucius,ff.ſoluto matrimonio.† & ex ſola
promiſſione mulier dicitur dotem habere,vt dicit Salicet.
in l.ſi conſtante,numero 4.C.de donat.ant.nupt.allegans
tex.in l.cum poteſt,§.1.ff.de adminiſtrat.tutor.& in l.1.§.
accedit,C.de rei vxor.actio,eum ſequitur Guido Pap.in
deciſ.565.numero 3.& concordant alij,quos citat Pedem.
in deciſ.24.numero 5.& Ludouicus in Perufinis deciſ.21.
numero 9.& ſequen.& Repetentes omnes in rubric.ff.ſo-
luto matrimon.videlicet Niconitius,numero 147.Salmol.
numero 69.& ſequent.Ioan.Annibal.numero 481.Cauil.
viſit,numero 73.Parpalia numer.19.Crotus numero 85.&
Alciat.numer.23.Et res præparata,vt ſit dotalis habet pri
uilegia dotis,l.lex Iulia,ff.de fundo dotali.Socin.in rubric.
51 ff.ſoluto matrimonio,numero 4.† Vnde alienati prohibi-
ta permittuntur alienari etiam pro dote conſtituta nondũ
nuptæ,vel nondum nubilis ætatis Bartol.in l.à filia,ff.ad
Trebell.& in l.qui pupillam,ff.de adulter.& in l.Titio cen
tum,§.Titio genero,ff.de conditio.& demonſtrat.gloſſ.in
l.ſi pater,dotem in verbo dederit,C.de dotis promiſſ.quæ
52 exponit illud verbum dederit,ſcilicet deſtinatione.† Nam
vbicumque pater exercet actum dotandi,quantum in eo
eſt,dicitur dotem dare,argum.tex.in l.mulier,§.1.ff.de con
dit.inſtit.& l.Stichus ſi hæredi,ff.de ſtat.liber.per quæ in-
ra conſuluit Loffred.in conſilio 52.numero 64.valuiſſe do
nationem feudi in dotem pro filia infante,cum qua ma-
53 trimonium nondum eſſe poterat,& quamuis aliquando
dotis datio maiorem videatur habere efficaciam,quam
promiſſio,illud tamen eſt reſpectu viri,in quem ex ſola
promiſſione non ſequuta traditione rei dotalis,non tranſit
dominium,l.de diuiſione cum ibi notatis per Bal.& alios,
54 ff.ſoluto matrimonio,† reſpectu verò patris promitten-
tis & filiæ,pro qua promittitur,nulla eſt differentia inter
dotem datam,& promiſſam,quandoquidem non plus iu-
ris ex dote viro conſignata,quam ex promiſſa filiæ,ſeu mu
lieri acquiritur,vt benè animaduertit Silhanus in d.conſi-
55 lio 2.ſub numer.74.verſic.& licet datio dotis.† Et quod
dos promiſſa etiam non ſequuto matrimonio,vel ſequu-
to,& non ſoluta ſit vera dos,& gaudeat priuilegijs dotis
confirmatur etiam ex ijs,quæ tradit Magonius in Floren-
56 tinis deciſione 86.per totam.† Præterea extraneus ex ſo-
la dotis promiſſione obligatur,& eam cenſetur mulieri
ſimpliciter,& abſolutè donaſſe,ita vt nec amplius reſtitu-
tionem poſſit ſibi ſtipulari,ſi ita ab initio non proſpexit,l.
1.§.accedit.C.de rei vxor.actio.& licet de iure digeſtorum
permittebatur patri,ne dum inuita filia ſponſalia ſemel
contracta diſſoluere,l.1.C.de ſponſalib.& l.in poteſtate,ff.
eodem.Sed etiam dotem ſimpliciter promiſſam ante ſe-
quutum matrimonium ſibi appropriare per tex.in l.quo-
ties,ff.ſoluto matrimonio.Nihilominus hodie æquata eſt
57 patris,& extranei conditio.† Nam de iure canonico,cu-
ius authoritas in materia matrimoniali magis præualet,
58 † non licet patri ſponſalia contracta diſſoluere,vt dicit
Bald.in l.ſi cum dotem,ff.ſoluto matrimonio,& in dicta l.
59 quoties Bart.numero 4.& Alexand.in fine.† Immo pœna
parentum fidem ſponſalium non ſeruantium eſt trienna-
lis excommunicatio,vt probatur in 31.quæſt.3 capitul.1.
60 † Proinde,nec dotem ſemel promiſſam ſibi appropriare
poteſt,prout omnes Doctores fatentur in ead.l.quoties,&
præciſe Alex.numero ſecundo.Dec.dict.conſil.35.numero
5.& plenè Gabriel.in conſil.58.numero quarto,& ſequẽ.
61 libro primo.† Hinc ſequitur,quod ſi ei non licet,quod
62 eſt minus,nequaquam † licebit dotem promiſſam dimi-
nuere,vel quouis modo eius conditionem deteriorem fa-
cere obligando D.Annæ nurui,quod eſt plus l.qui indi-
gnus,ff.de Senat.& l.relegatorum,§.poteſt,ff.de interdic.
& releg.& ita in puncto per prædictas,& alias rationes
plenè concludit Deſiderius Guidonus in d.conſ.170.num.
82.& ſeq.Hinc notabiliter dicit Imola in l.huiuſmodi,§.
63 cum pater in fine,ff.de legat.1 † quod ſi pater ante con-
tractum matrimonium promittit centum pro dote filiæ,
& deinde ex interuallo promittit quinquaginta non vide-
tur receſſiſſe à prima promiſſione,quia ſicut in eius pote-
ſtate non erat diſſoluere ſpõſalia,ita etiam nec ſe amplius
à prima obligatione eximere,quod Imolæ dictum pro no
tabili refert Deſiderius d.conſ.170.nume.95.deciſiones ve-
rò factæ in illa Romana dotis ſuperius citatæ ſupponunt
64 contrarium,† cum tendant in concurſu creditorum po-
ſteriorum excludere filiam à dote longè ante à patre con-
tracta debita promiſſam ſub prætextu,qđ nullo pro filia
con-

contra Patrem adſit obligatio,nec actio,nec hypotheca,
quod ſtantibus præmiſſis,ex quibus eſt orta obligatio irre-
uocabilis , & actio cum hypotheca contra bona Patris à
die promiſſionis dici non poterat. Rurſus illuſtratur ve-
65 ritas etiam ex eo, † quia ſponſa de futuro conſequitur
priuilegia dotis,ac ſi matrimonium contractum eſſet l.2.
§.fi.ff.de priuil.cred.ita quod pro dote ſponſo tradita in-
tuitu matrimonij contrahendi habet tacitam hypothe-
cam, omniaque alia priuilegia dotalia etiam matrimonio
non ſequuto,prout tenet gloſſ. in d.§.fina. & ſicut contra
ſponſum , ita & contra promittentem , quia dos eſt ius
quoddam vniuerſale,& idem ius quod fuit quæſitum mu-
lieri contra ſponſum,vt puta pro conſequenda parte do-
tis promiſſæ eidem traditę,procedit etiam reſpectu totius
dotis promiſſæ contra promittentem ex regula tex.in lege
quæ de tota ff.de rei vendi.Non enim poſſunt ſtare, quod
habeat actionem contra ſponſum pro parte, quam rece-
pit, & non contra patrem, qui promiſit, hoc argumento
ad hoc propoſitum egregiè vtitur Siluanus in d.conſil.2.
ſub num.76.ver.vlterius conſiderandum eſt, pro hac con-
cluſione faciunt notata per Andr.in c.1.ſub num.4 ver.ſed
ſi tradit.& in §.traditionibus factis per totum in tit. Quid
ſit inueſtitura , & quæ in ſimili notat Cæphalus in conſil.
66 336.num.17.lib.3.† Poſtremò,ius mulieris ex promiſſio-
ne dotis quæſitum in bonis patris etiam matrimonio non
ſequuto in vita ipſius,tranſit contra hæredem,adeo quod
licet hæres ſit nouus dominus tenetur tamen fauore dotis
eandem quantitatem aſſignare , vt dicit Iuriſconſultus in
allegata l.ſi ego 9.§.ſi res ff.de iure dotium,certum itaque
67 eſt atq.indubitabile,† quod ius ab initio filiæ quęſitum ex
promiſſione patris remanet inconcuſſum in perpetuum ;
prout ita arguendo concludit Siluanus in d.conſ.2.in fine.
68 † Nec dicatur quod per obligationes poſtea factas alijs cre
ditoribus cenſeator reuocata prior dotis promiſſio, quia
præterquam quod hæc generalis reuocatio non ſufficit,ad
inducen.reuocationem ſpecialis dotis promiſſionis , vt in
69 ſimili dicitur † de legato , quod per ſubſequentem gene-
ralem obligationem omnium bonorum non præſumitur
ademptum ex notatis per Iaſ.in l.3.nu.3.C.de legatis,& a-
lios quos refert Menoch.de præſumpt.li.4.præſump.167.
nu.42.& Vincen.de Franchis in deciſ.283.nu.2.Reſponde
tur ex allegatis ſatis liquere , quod pater poſt promiſſam
certam dotis quantitatem pro dote filiæ,non pôt nec ſpe-
cialiter,& multo minus generaliter illam reuocare, neq.in
aliquo diminuere,neq.conditionem promiſſionis factæ in
70 aliquo deteriorem facere,† etiam ſi nuptiæ non ſequãtur,
l.fi.ibi liberalitas itaq.talis remaneat irreuocabilis, C.de
dotis promiſſione,& l.fi.§.ſi à ſocero ibi quaſi ex donatio-
ne aliquid ad eam perueniſſe ff. de his quæ in fraudẽ cre-
ditor.l. ex morte ibi quoniam, & alio pro ea offerente do-
tem,ipſa eam pro ſe videtur offerre C.de pac.conue. De-
cius pleniſſimè in d conſ.35.cum duobus alijs ſeqq. Deſide
rius Guidonus d.conſ.170.nu. 93.vbi teſtatur ita fuiſſe iu-
dicatum,quod idem affirmat fuiſſe iudicatum ex conſilio
Decij Soccin.Iun.in conſil.25.ſub numero 13.libro primo
Menoch.de arbitrarijs caſu 88 numero 39.in fine.Nuptijs
verò ſequutis, & dote promiſſa per patrem, & non ſolu-
ta , vt in caſu dictatum deciſionum in dicta Romana
dotis promulgatatum , res eſt extra omnem dubitatio-
71 nem , † quod mulier pro dote prius promiſſa , & non
ſoluta eſt omnibus Creditoribus, qui poſtea cum eius pa-
tre contraxerunt præferenda lege prima ff.qui potiores in
pignore habeantur lege,cum tibi decima,vbi gloſſ.in ver-
bo acceperat. Baldus in lege prima numero primo,& ſe-
quent.ff.ſolutò matrimonio,vt veniant reuocandæ prout
rumor ex allegatis , etiam ſi occaſione dotis contraxe-
rint, quia & vbi inter duas dotes eſt quæſtio prior in tem-
pore eſt potior in iure l.aſſiduis 12.vbi Bald.,C. qui potio-
res in pignore habeantur.
72 † Nec dicatur prædicta non procedere in hac ſpecie
virtute clauſulæ,cui de iure, in ſtipulatione adiectæ , qua
mediante ſoluto matrimonio Dos reſtituitur patri non
filiæ ex allegato conſilio Caſtr.11. numero ſecundo libro
primo. Quia idem Caſtren. loco citato numero ſecundo
verſiculo per conſolidationem, vel donationem,id limitat
niſi adſit donatio ad fauorem filiæ. Vel dos data,vel pro-
miſſa fuerit à muliere,vel alio,in cuius poteſtate non erat,
vt ibidem in verſ. reſpondeo, qui propriè eſt caſus noſter,
quia ex d.promiſſione dicitur facta donatio ad fauorem
filiæ,vt probauimus.
73 † Et etiam quia dum pater promiſit dotem nomine
filiæ,filia & non pater illam promiſiſſe dicitur iuxta vul-
gata , quo caſu filiæ promittenti non patri, qui eius no-
mine promiſit dos eſt reſtituenda, vt in terminis d.clauſu
læ,cui de iure,conſuluit Surd.conſil. 206.numero 22.cum
ſequen.
Etiam ſi pater ſtipulatus eſſet dotem ſibi reddi nomine
filiæ,vt in puncto determinat Crauett.conſ.84.numer.3.in
verſi.item ſi pater.
74 † Secundò,quia d.clauſula, cui de iure,non excludit D.
Vincentiam filiam,de qua fuit ſpecialiter prouiſum, &
diſpoſitum , in ſtipulatione Gabr. conſilio 58.numero 40.
libro primo.
75 † Minuſque operatur,quod reſtituatur ſoli patri ea ex-
cluſa vt probat Bald. Nouel.de dot.parte 6. priuil.28.nu-
76 mero 2.& priu.29.numero 1. † præſertim cum etiam fi-
lia ſit adiecta ſolutioni non ſimpliciter , ſed.tanquam in
rem propriam , quo caſu illi acquiritur, & per eam rectè
fuit actum Pariſ.conſi.107.numero 31.Cartar deciſ.Ianu.
126.numero quinto, & ſexto.Rota coram Iuſto in Roma-
na ſeptem millium 15.Decembris 1613.Ruin.conſilio 209.
77 numero nono libro primo † itaut per iſtud mandatum in
rem propriam dicatur mulier facta ceſſionaria ipſius ma-
riti,qui illam conſtituit procuratricem gloſ.in lege prima
vbi Bald.numero tertio de procura.ſubintrando in omni,
& quocunque iure cedentis lege emptor C.de hæredi. vel
act. vẽd. etiam per expreſſam ceſſionem ab hærede mariti
habitam,& nouiſſimè in cauſa appellationis ad abundan-
tiorem cautelam productam.
78 † Immo dum Vincentiæ filiæ dos genero promiſſa reſti
tuitur d.clauſulæ ſatisfactum dicitur, tum quia de iure
actio, quæ ex ſtatuto libro primo capitulo 85. dante exe-
cutionem inſtrumentis dotalibus contra debitores, &
eorum hæredes competebat viro,ſoluto matrimonio com
petit etiam mulieri cuius intereſt ſuam dotem conſequi,
vt in ſpecie conſuluit Alexan.conſilio 207.numero tertio,
& conſilio 208. numero ſecundo libro ſeptimo, & tradit
Gab.de iure dot.concluſio.tertia numero tertio cum quia
eodem iure dos reſtituitur filiæ ex ſæpe dicta tacita dona-
tione quando,vt hic,pater expreſsè non fuit ſtipulatus do-
tem ſibi reddi,vt de hoc eſt tex.in terminis in lege ex mor-
te 9.in fin.in verſiculo niſi fortè C.de pact.conuent.& do-
ctrina Bartoli in leg. poſt dotem numero 24.Paul.de Ca
ſtro numero tertio ff. ſoluto matrimonio Baldus in lege
prima §.videamus numero primo verſiculo, ſed illa C.de
rei vxor.actio.Campeg.de dot.par.3.q.24.num.2.verſicu.
quia pactum fol.275.
79 † Maximè cum talis Dos fuerit promiſſa cum iuramen-
to,vt diximus, quo mediante patria poteſtas,& illius effe-
ctus tollitur Soccin.ſenior. conſilio 47. cumer. tertio libro
tertio, & Seraphin.de priui.iuram.priu.72.num.ſecundo
ſimulque lex dos à patre profecta C.ſoluto mat.præcipuè
cum filia viuat cum filijs, & particulariter ſtipulata repe-
tiatur cum clauſula pro omnibus quorum intereſt , quæ
latius continebatur ſub Camerali obligatione , qua me-
diante dos promiſſa fuit, nam, vt inquit Galleſ.ad form.
Cam.oblig.parte prima in form.oblig.quæ nunc eſt in vſu
fol.5.ſub camerali obligatione continetur ſtipulatio om-
nium & ſingulorum,quorum intereſt intererit,aut intereſ
ſe poterit quomodolibet in futurum,&c.quæ non patitur
quod poſtpoſito intereſſe filiæ, quod maius eſt leg.pater
filiæ 71.verſiculo non enim, ff.de euiction. dos reſtituitur
patri , cuius intereſſe minus eſt,ac nullius in hac ſpecie cõ-
ſiderationis , ac efficaciæ.
Non obſtat quod dicatur patrem in caſu noſtro promi-
ſiſſe genero ſoluere reſiduum dotis infra annum , & quia
gener deceſſit ante annum expiraſſe actionem defectu cõ-
ditionis ob mortem generi. Nam nec ſi in vltima volunta-
te illud reſiduum fuerit relictum genero ſoluendum intra
annum importaret conditionem, vt illo antea mortuo eua
80 neſceret, † quia dies certa, qualis eſt inſta annum faciẽda
ſolutio,cum contineat tempus certum omnino euenturũ,
non facit conditionem l.Seius 46.& ibi gl.ff. ad trebel.cum
concordantibus per nos adductis in tract.de conditio.p.1.
capi.5.nu.5.nec impedit tranſmiſſionem,ſed petitionem,
vt in d.tract.eadem p.2.c.22.num.3.

Digitized by Google

Multo minus facit conditionem in contractibus, maximè ad effectum extinguendi obligationem, & actionē ſtatim in ipſo contractu ortam, & tranſmiſſionem ad hære-
81 des, † quia ex contractu conditionali oritur actio, quæ morte ſtipulantium non extinguitur, ſed ad hæredes tranſit, §. ex conditionali inſtit. de verbor. oblig. vbi Glo. & Doctor. maximè, quando conditio eſt in futurum certū diem, quia tunc non eſt conditio, ſed tempus datum ad ſoluendum, vt in d. tract. vbi ſupra, & in par. 2. q. 38. nu. 17. verſ. ſecus eſt, & q. 89. num. 14. Pedem. deciſ. 130. nume. 10. Theſaur. deciſ. 235. num. 3. & ſeq. Sur d. deciſ. 161. nu. 6. Cagnol. in l. 1. nume. 270. ff. ſi cert. pet. & colligitur ex latè adductis
82 per nos in d. quæſt. 38. † & ita intelligitur doctrina Bart. in l. ita ſtipulatus 115. num. 38. in fi. verſ. ab homine, vbi Ripa num. 84. ff. de verbor. oblig. quæ rectè intuentibus facit pro D. Vincentia cum diſtinctione, quam facit pro nobis ſi res promiſſa eſt tranſitoria ad hæredes, vt non poſſit negari tranſitoriam eſſe dotem, quæ habet, à iure certos hæredes filios matris, qui præferuntur auo materno, & omnibus alijs inſtit. ad Orfician.

Præterea quando eſſet conditio, quod non cōcedimus, quia eſt dilatio ſoluendi ad certum tempus, vt dictum fuit, & cenſuit Rota in Fauentina dotis 3. Martij 1618. coram R. P. D. Remboldo in verſ. nec aliquid etiam facit, cuius copia datur, tamen cum ex conditionali ſtipulatione tranſitoria, vt eſt dos tranſeat ad hæredes d. §. ex conditionali, vbi Glo. in verbo contigent. inſtit. de verbor. oblig. §. cum quis, inſtit. de inutilib. ſtipulat. non poteſt per mortem ſtipulatoris dici extincta.

Tandem quando quidem poſſet dici extincta, quod eſt impoſſibile contra clara iura, id tamen non poſſet vllo pacto intelligi reſpectu filiæ, ad cuius fauorem dos fuit promiſſa, cui & ſequutis, & non ſequutis nuptijs iam fuit acquiſita actio, vt latè fuit in principio demonſtratum.

SVMMARIVM.

1 *Nuptiarum, ſeu matrimonij definitio.*
2 *Nuptiæ vnde dictæ.*
3 *Matrimonium cur ita dictum.*
4 *Matrimonij diuiſio, & differentia, nu. 5. & ſequen.*
8 *Matrimonij finis qualis.*
9 *Matrimonium eſt bonus vſus concupiſcentiæ carnis.*
10 *Virginitas replet paradiſum, nuptiæ terram.*
11 *Virginitatem profeſſus non debet coniugatos vituperare.*
12 *Sponſa non ſtatim tradenda ſponſo, ſed cum dilatione, & quare.*
13 *Nuptiæ, quibus temporibus prohibitæ.*
14 *Nuptiæ publicandæ.*
15 *Nuptiæ à ſacerdote benedicendæ.*
16 *Nuptiæ ſecundæ non ſunt benedicendæ.*
17 *Nuptialis feſtiuitatis modus.*
18 *Sponſæ cur velantur in benedictione.*
19 *Meretricem ducens vxorem remiſſionem peccatorum conſequitur.*
20 *Filij ex iniuſtis nuptijs ſunt ſimiles ſpurijs, declaratur num. 21. & 22.*
23 *Nuptias iniuſtas contrahentes excommunicantur.*
24 *Sacerdotes iniuſtas nuptias non prohibentes puniuntur.*
25 *Dos, vel donatio propter nuptias non conſtituitur in nuptijs iniuſtis, ſed applicatur fiſco, limitatur nu. 26. & 28.*
27 *Minor maior factus non perſeuerans in nuptijs iniuſtis excuſatur.*
29 *Nuptiæ contrahi non poſſunt inter Prætorem, Prouinciæ, & Prouinciales.*
30 *Nuptias ſi filia iterauit inuito patre, ipſe dotem repetit.*
31 *Nuptiæ iniuſtæ ſi conualeſcant ceſſat pœna.*
32 *Dote caducata ob illicitas nuptias, quid iuris.*
33 *Nuptiæ iniuſtæ non validantur per conſenſum.*
34 *Cognati, qui dicantur.*
35 *Nuptiæ inter conſanguineos, quare prohibitæ.*
36 *Nuptiæ prohibitæ affinitate contracta per adoptionem, limitatur num. 37*
38 *Adoptio quouſque nuptias impediat.*
39 *Filij duorum fratrū, vel ſororū non poſſunt nuptias contrahere.*
40 *Nuptiæ inter cognatos conceduntur vltra quartum gradum, & quare num. 41.*
42 *Gradus conſanguinitatis, quomodo dinumeretur, vt nuptiæ contrahi poſſint.*
43 *Gradus cōſanguinitatis de iure Canonico, quomodo numerētur.*
44 *Differētia iuris ciuilis, & Canonici in gradibus dinumerādis.*
45 *Conſanguinitas etiam deſcendens ex iniuſtis nuptijs impedit matrimonium.*
46 *Graduū ſupputatio ſecundū ius canonicum attenditur in nuptijs, non in ſucceſſionibus, in quibus ſeruatur ius ciuile.*
47 *Diſpenſatione Papæ nuptiæ inter conſanguineos ſubſiſtunt.*
48 *Nuptiæ inter affines prohibitæ.*
49 *Affines, qui dicantur, eorum genera, num. 50. & inter quos nuptiæ ſint prohibitæ.*
51 *Graduum affinitatis definitio.*
52 *Affinitas contrahitur per ſponſalia etiam nuptijs non ſequutis.*
53 *Affinitas an, contrahatur ex ſponſalibus nullis.*
54 *Sponſalia impuberum producunt impedimentum.*
55 *Affinitas contracta per adulterium, ſtuprum, fornicationem eſt impedimento, limitatur 56.*
57 *Nuptiæ inter ſocerum, & nurum non ſubſiſtunt.*
58 *Nuptiæ cum vxore fratris non ſubſiſtunt, etiam ſi fuerit tantum ſponſa. 60.*
59 *Diſpenſatione Papæ cum vxore, vel ſponſa fratris nuptiæ ſubſiſtunt.*
60 *Caſus plures, in quibus nuptiæ non ſubſiſtunt, & 61. & ſeq.*
62 *Sponſalia per nudam pollicitationem, an præſtent impedimentum.*
63 *Socrus appellatione quæ veniant.*
64 *Priuigna non poteſt duci vxor.*
65 *Nouerca vxoris meæ, & mea non poteſt duci vxor.*
66 *Concubina patris non poteſt duci vxor.*
67 *Nuptiæ inter fidelem, & infidelem non valent.*
68 *Nuptiæ inter adulterum, & adulteram non valent, limitatur num. 69. & 72.*
70 *Vxorem habens ducens aliam inſciam, an prima mortua poſſit ſtare cum ſecunda.*
71 *Adulteri pœnitentes poſſunt nuptias contrahere, limitatur nu. ſequen.*
74 *Nuptiæ inter raptorem, & raptam an ſubſiſtant.*
75 *Vxorem habens, vel maritum non poteſt alteri nubere, limitatur num. 76. & 77.*
78 *Vouentes continentiam non poſſunt alio matrimonio iungi.*
79 *Sponſalibus diſſolutis vterque poteſt alio matrimonio iungi.*
80 *Iurans contrahere nuptias cum aliqua, poteſt cum alia iungi ſi à iuramento fuerit abſolutus.*
81 *Cognatio ſpiritualis eſt nuptijs impedimento, quō contrahatur.*
82 *Et inter quos 84. 85.*
83 *Compatrum, vel commatrum liberi, an prohibeantur matrimonio iungi.*
86 *Cognatio ſpiritualis contrahitur in baptiſmo Catechiſmo, Chriſma.*
87 *Cognatio ſpiritualis an contrahatur inter plures.*
88 *Nuptiæ prohibitæ inter baptizatum, & filiam baptizantis.*
89 *Nuptiæ prohibitæ inter eum, & mulierē, cuius peccata audiuit.*
90 *Compatris vxor duci poteſt.*
91 *Commatrem vxoris quis vxorem ducere prohibetur.*
92 *Matrimonium inter impuberes contrahi non poteſt.*
93 *Puberes, qui ſint etiam quoad matrimonium contrahendum.*
94 *Impuberum nuptiæ ſubſiſtunt carnali copula intercedente, limitatur num. 95.*
96 *Impuberum nuptiæ iuramento ſubſiſtunt.*
97 *Impuberes, vel puberes quando poſſint nuptijs renunciare.*
98 *Furioſi matrimonium contrahere prohibentur.*
99 *Muti* } *Surdi* } *Poſſunt contrahere matrimonium.*
100 *Aetate qualibet ſupra pubertatem nuptiæ conceduntur.*
101 *Impotentes in qualibet ætate nuptias contrahere prohibentur.*
102 *Continentiam vouentes nuptias contrahere prohibentur.*
103 *Votum ſolemne, quod dicatur.*
104 *Vota quando impediant matrimonium.*
105 *Habitus religionis ſine profeſſione nō impedit matrimonium.*
106 *Votum continentiæ in muliere non velata impedit matrimonium.*
107 *Velum non poteſt ſumi à muliere animo deponendi.*
108 *Votum vbique emiſſum impedit nuptias.*
109 *Clerici extra ſacros ordines poſſunt vxorem ducere.*
110 *Clerici in ſacris in Eccleſia orientali poſſunt vxorem ducere.*
111 *Inceſtuoſi prohibentur nuptias contrahere, limitatur nu. 112. & ſequen.*
124 *Inceſtus non dirimit matrimoniū contractū, declara nu. 115.*
116 *Deſponſatam alteri quis vxorem ducere non poteſt.*

Repn.

117 *Repudiata non poteſt duci vxor ab alio.*
118 *Pænitentes, quando nuptias contrahere poſſint.*
119 *Raptores prohibentur nuptias contrahere, limitatur.*
120 *Clandeſtinæ nuptiæ, quando ſubſiſtunt.*
121 *Nuptiæ ſine conſenſu parentum fieri non poſſunt, limitatur declaratur, num. 122. & ſequen.*
125 *Conſenſus parentum, & in primis, & in ſecundis nuptijs requiritur.*
126 *Matrimonium contractum non dirimitur defectu conſenſus parentum.*
127 *Filius non adhibens conſenſum parentum in nuptijs peccat.*
128 *Coniugium legitimum quomodo fiat.*
129 *Clandeſtina matrimonia, quæ dicantur, & nu. 134.*
130 *Matrimonia ſine Parocho, & teſtibus nulla.*
131 *Parochus proprius quis dicatur.*
132 *Matrimonium ruri contractum coram ſacerdote rurali an teneat.*
133 *Matrimonium extra parochiam coram proprio Parocho non tenet.*
135 *Matrimonium ſine denunciationibus tenet, ſi de illo conſtet vtriuſque confeſſione.*
136 *Denunciationes ſi omiſſæ fuerint, an ſubſiſtat matrimonium.*
137 *Coniugia, quomodo ſint contrahenda, vt ſint legitima.*
138 *Coniugia non legitimè peracta ſubſiſtunt ambobus volētibus.*
139 *Paritas in matrimonijs magnifacienda eſt.*
140 *Imparitas matrimonij a filio ſine conſenſu patris contracti eſt iuſta cauſa exheredationis.*
141 *Filius an poſſit exheredari ob matrimonium ſine conſenſu patris contractum.*
142 *Parochiani poſſunt monere ſuos ne matrimonium ſine conſenſu patris contrahant.*
143 *Pater poteſt exheredare, & alimenta denegare filio, qui eo inſcio matrimonium contraxit.*
144 *Idem procedit in auo.*
145 *Nuptiæ ſine conſenſu contrahentium non ſubſiſtunt.*
146 *Conſenſus contrahentium in nuptijs debet eſſe liber, nec ſufficit ſimulatus.*
147 *Nuptiæ ſimulatæ nullius momenti.*
148 *Conſenſus verus in nuptijs præſumitur per cohabitationem continuatam.*
149 *Copula carnalis in matrimonio nihil operatur ſine conſenſu.*
150 *Conſenſus præſtitus in nuptijs, quando poſſit dici nullus per metum.*
151 *Pubes, qui inuitus contraxit cum impubere, poteſt nuptijs renunciare.*
152 *Matrimonium contrahens coactus a patre, an teneatur ſtare.*
153 *Matrimonium per metum contractum non ſubſiſtit, limitatur num. 154.*
155 *Nuptiæ per errorem contractæ non ſubſiſtunt.*
156 *Vxor ſi libidinis cauſa ducatur, & ſtudio agatur ne liberi procreentur, committitur peccatum, nec meretur nomen coniugij ſed concubinatus.*
157 *Coniugum commixtio præter intentionem generandi, non eſt nuptiarum malum, ſed veniale peccatum.*
158 *Nuptiarum bonum triplex eſt fides, proles, & ſacramentum.*
159 *Nuptiæ ad tempus contrahi non poſſunt.*
160 *Concubitus, an requiratur ad perfectionem matrimonij.*
161 *Scriptura non requiritur ad validitatem matrimonij, limitatur 162.*
163 *Matrimonium ſubſiſtit etiam dote non interueniente.*
164 *Matrimonium ſubſiſtit ſine ſtipulatione.*
165 *Matrimonium contractum contra interdictum Eccleſiæ, vel magiſtratus Eccleſiaſtici non ſubſiſtit, limitatur 166.*
167 *Matrimonium per procuratorē contractum, quando ſubſiſtat.*
168 *Nuptiæ iniuſtæ per errorem, imperitiam, vel ruſticitatem contractæ non valent, & ſi longo tempore durauerint, & liberi nati ſint limitatur ex diſpenſatione Papæ. 169. limitatur, & ſublimitatur 170. & ſequen.*
172 *Filij ex inutilis nuptijs ſuſcepti, an legitimi.*
173 *Nuptiæ infidelium cum vna contractæ, ſi conuertantur, remanent poſt conuerſionem.*

De Nuptiis. Tit. 100.

1 NVptiæ † itaque ſiue matrimonium eſt viri, & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, cum diuini, & humani iuris communicatione, §. 1. inſt. de patria poteſt. l. 1. ff. de ritu nupt. §. 1. & ibi glo. inſt. Canonica de ſacramento matrimonij. 27. q. 2. in princ. §. ſunt enim, & 29 q 1. in princ. Polyantea in verbo matrimonium. ſed declaratur hæc definitio in d. q. 2.
2 c. beata, §. indiuidua. † Nuptiæ enim dictæ ſunt, ab obnu-
3 bendo. 30. q. 5. §. nec illud, & in princ. † & matrimonium
eſt dictum, quia in liberis procreandis potiores partes ſūt
matris non patris, ca 2. §. ad quod illa. de conuer. infideliū.
In quo ſemper non ſolum quid liceat, conſiderādum eſt,
ſed & quod honeſtum eſt, l. ſemper. 42. ff. de ritu nuptiar.
4 & l. ſemper. 157. ff. de regul. iuris. † Sed & diuiditur, quod
aliud ſit legitimum, & non ratum, aliud ratum, & non legitimum, aliud denique legitimum, & ratum. 28. q. 1. cap.
vlt. §. coniugium. Cucchus inſt. de ſacramento matrimonij in princ. numer. 8. Initiatur autem ſponſione, fit ratum
conſenſu, & copula conſumatur, d. ca. ſtatutum, §. fin. & §.
fin. inſt. de ſacramento matrimon. & meritò inter alia ſacramenta meruit adnumerari, cum cæteris, loci, temporis,
amplitudinis, & myſterij, ratione etiam præcellat. Siquidem ab Orbis primordio in Paradiſo à Deo ipſo inſtitutum eſt, vt eſſet omnibus etiam infidelibus commune,
quod in alijs minimè contingit, §. 2. inſtitut. eodem. vbi
gloſſ. cap. gaudemus, de diuortijs. Animorum verò conſenſus, & corporum commixtio, quæ in matrimonio intercedunt; primum quidem inter fideles charitatem ſignificat, quæ conſiſtit in ſpiritu inter Deum, & iuſtam animam, vel Eccleſiam. Alterum verò Sacroſanctum coniugium deſignat, quod inter Chriſtum, & Eccleſiam per incarnationis myſterium eſt contractum, glo. omnes in §. his
igitur, inſtit. eodem. prout, & in præcedenti proximo titu.
5 dictum fuit. † Legitimum eſt, quod legis inſtitutione, vel
Prouinciæ moribus contrahitur, & hoc inter infideles ratum non eſt, quia non eſt firmum, & inuiolabile eorum
coniugium. Dato enim repudij libello, licet eis recedere
ad inuicem, & alijs copulari lege fori, non lege poli, quam
non ſequuntur. Quod inter fideles fieri non poteſt, vt per
Archiepiſcop. Florent. in ſumma parte 3. titu 14. capit. 10.
ver. 1. gloſſ. in dict. §. his igitur, in verbo incarnationis, & di-
6 ctum fuit in præcedenti titul. in principio. † Inter fideles
verò ratum coniugium eſt, quia coniugia ſemel inita inter eos, vlterius ſolui non poſſunt, vt dict. titul. præceden-
7 ti, numero octauo. † Horum enim quædam ſunt legitima, veluti cum vxor à parentibus traditur, à ſponſo dotatur, & à ſacerdote benedicitur. hæc talia coniugia legitima, & rata appellantur. Illorum verò coniugia, qui contemptis omnibus illis ſolemnitatibus ſolo affectu aliquam
ſibi in coniugem copulant, non legitima, ſed rata tantummodo eſſe creduntur. 28. quæſtione prima, cap vltimo, §.
coniugium, & vt notauimus in opuſculo diuinorum v-
8 triuſque iuris diuiſione. 53. † Finis enim matrimonij eſt liberorum procreatio, & per eam propagatio generis humani. 31. quæſtione prima, ca. Deus 32. quæſtione ſecunda,
in principio, §. conſequuntur, inſtit. de ſacramento matri-
9 mon. † Et eſt matrimonium bonus vſus concupiſcentiæ
carnis, quo bono adulteri malè vtuntur. 32. quæſtione prima, capit. non enim 11. in fine, & dicto §. conſequuntur.
10 † Nuptiæ enim terram replent, virginitas paradiſum.
Tamen virginitas ſuadetur, non ex imperio præcipitur,
11 dicta quæſtione prima, capitu. nuptiæ, & ſequent. † Nec
ideo, quia virginitas ſit dignior coniugio, debet, qui propter Deum virginitatem eſt profeſſus, poſitos in matrimonio per arrogantiam vituperare, diſtinctione trigeſima, capitu. ſi quis. 4. cum duobus capitulis ſequentibus. &
capit. ſi quis nuptias 12. & diſtinctione trigeſima prima,
capit. ſi quis 8. & capit. ſequen. Canone Apoſtolico. 50 Eſt
enim magnum ſacramentum, vt antea fuit probatum.
12 † Sed non ſtatim poſt ſponſalia ſponſo tradenda eſt ſponſa. Inſtitutum enim eſt, vt iam pactæ ſponſæ non ſtatim
tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam non ſuſpirauerit ſponſus dilatam. 27. quæſtione ſecunda, capitu.
ſi quis deſponſatam. 38. §. quare. cum capit. ſequent. ex
13 Diuo Auguſtino in libro 8. confeſſionum, capit. 3. † In diebus Quadrageſimæ, & alijs ieiunij diebus nuptiæ non ſunt
celebrandæ. 33. quæſtione quarta, cap. vlt cum. §. fina. cum
ſequent. vſque ad cap. Apoſtolus. Nec in tribus ſeptimanis
ante feſtum natiuitatis Diui Ioannis, cum declaratione, de
14 qua inc. Capellanus. 4 de ferijs. † Sed & nuptiæ indicēdæ,
ac publicandæ ſunt, ca. 3. §. 1. de clandeſt. deſponſ. Conciliū
Tridentinum in ſeſſ. 24. Decretum de reformat. matrimo-

Digitized by Google

nij,cap.1. Et qui nouerit aduerſus publicatas nuptias adeſ-
ſe impedimentum,propter quod non poſſint celebrari,te-
netur illa facere manifeſta,dicto §.1. ver.vt infra illum, &
15 §.final.& Concilium. vbi ſupra. † Nuptiæ ſunt à ſacerdo-
te benedicendæ,30.quæſtione quinta,cap.nullus,cap. no-
ſtrates,§.& primum in Eccleſia,cap.ſponſus,& 35. quæ-
ſtione ſecunda,cap.nulli,& diſtinctione 13.cap.vlt.& qui-
dem in Eccleſia Domini , vbi benedictionem , & velamen
cœleſte ſuſcipiunt,dict.capitul.noſtrates. 3. propè finem,
16 & Concilium,vbi ſupra. † Niſi illæ ſecundæ ſint,quæ non
benedicendæ ſunt,c.1.c.cum infantem.3.de ſecundis nup-
17 tijs. † Modus autem ſeſtiuitatis nuptialis conſtituitur in
d.c.noſtrates,& in 27.q.2.ca.priuſquam,§.1. & in l.5.ff.de
18 ritu nuptiarum. † Quare enim fœminæ velantur in bene-
dictione,dum maritantur,ſcribit Iſidorus lib.2.de officijs,
c.19.relatus in 30.q.5.c.fœminæ.7.& Diuus Ambroſius in
lib.de Patriarchis relatus in d.q.5.ca.nec illud omiſſum 8.
19 † Qui publicam meretricem duxerit in vxorem,id ei pro-
ficit ad remiſſionem peccatorum,c.inter opera 20.de ſpon
20 ſalib. † Verum ſi iniuſtæ nuptiæ fuerint celebratæ , liberi
ex iniuſtis nuptijs procreati ſpurijs ſimiles eſſe vtroque iu
re eſt conſtitutum,§.ſi aduerſus,inſt.de nuptijs,l.ſi quis.6.
C.de inceſtis nuptijs,l.Paulus.11.ff.de ſtatu homin.c 3.§.ſi
quis verò. de clandeſt. deſponſat.ca.referente,qui filij ſint
21 legitimi.35.q.7.in princ.cum ca.ſequen. † Nec ex diſpoſi-
tione iuris Canonici refert , quod vel per ignorantiam ſint
contractæ,vel ſi in conſpectu Eccleſiæ ſint benedictæ,d.§.
22 ſi quis verò,& d.c.10. † Quamuis ex diſpoſitione iuris ci-
uilis iniuſtæ nuptiæ per ignorantiam contractæ , quæ lon-
go tempore durauerint faciant liberos inde natos,per inde
haberi,atque ſi legitimè concepti fuiſſent,l.Diuus.58 ff de
23 ritu nuptiarum . † Sed & iniuſtis nuptijs contractis ince-
ſtuoſi excommunicantur, donec deſerendo commixtionẽ
ſatisfaciant,Clement.1.de conſanguinit.35.q.2.c.de his 9.
& q.8.c.vlt. Notantur etiam infamia, d.q.2.c.coniunctio-
24 nes.2. † Sed & ſacerdotes iniuſtas nuptias non prohiben-
tes puniuntur,c.3.§.ſanè ſi parochialis,de clandeſt.deſpon
25 ſat. † & iniuſtis nuptijs exiſtentibus,nec dos. nec donatio
propter nuptias intelligitur,§.ſi aduerſus, inſt.de nuptijs.
l.inceſtæ.52.l.à Diuo.59.ff.de ritu nupt. Et quod dotis, vel
donationis nomine datum eſt, fiſco vindicatur, l.qui con-
tra.4.C.de inceſtis nuptijs,l.ſi quis.6.ibi.dos ſi qua. C.eod.
26 † Niſi per errorem,vel per ignorantiam,niſi craſſus error
ſit,& ignorantia ſupina,ſint contractæ,d.l.4. Nouella con-
ſtit.22.§.ſi verò cum quis,l.à Diuo Pio,59. ff.de ritu nupt.
Sed ſi errore comperto in illis perſeuerauerint , non excu-
27 ſabuntur , d.l 4.§. quos tamen. † Sed & ſi minor viginti-
quinque annis iniuſtas nuptias contraxit , & maior factus
28 in illis non perſeuerauit,excuſatur,d.§.quos tamen. † Sed
& ſi tutor pupillam,& curator adultam in vxorem duxe-
rit, vel filio ſuo deſponderit, non fiſcus, ſed puella nuptijs
reſciſſis dotem repetit,l.ſi tutor.7. in fine, C. de interdict.
29 matrimon. † Idem ſi is,qui Prouinciæ præeſt, aliquam ex
ea Prouincia vxorem duxerit , hæc enim mulier , eiuſque
hæres dotis repetitionem habet ſaluam, l.Præfectus. 64.in
30 fine, ff. de ritu nupt. † Idem erit ſi filia inuito patre nup-
tias inierit , hoc enim caſu pater dotem repetere po-
31 teſt,l. ſi vi propoſitis.7. C. de nuptijs. † Sed & dicta pœna
ceſſabit , ſi iniuſtæ nuptiæ poſtea conualeſcant. exemplo l.
32 cum pater 29. in princip.ff. de iure dotium. † Sed de dote
propter illicitum matrimonium caduca facta,exceptis im
penſis neceſſarijs , quæ dotem ipſo iure minuere ſolent ,
quod iudicio de dote redditurus eſſet maritus, ſoluere de-
bet fiſco,l.dotis.62.ff.de ritu nupt. Item & quod vir vxori,
& quod vxor viro iniuſtis nuptijs contractis, in teſtamen-
to,vel ſine teſtamento donauerit, vel reliquerit fiſco vin-
dicatur, l.qui contra 4. C.de inceſtis nuptijs, l.ſi quis 6. C.
eodem.l.vxori.27.ff.de vſufruct.legato.l.Claudius.13.ff.de
his,quæ vt indignis,l.2.§.item ſi quis,ff.eo. Ii certa tum au
tem nuptiarum pœna grauis decernitur in l.ſi quis.6.C.de
inceſtis nuptijs Quæ tamen mutatur in Nouella conſt.12.
in princ. vſque ad § at cum inter. vbi etiam viuentis bona
publicantur,& addicuntur fiſco,& Nouella c.154. & Dan
tes ponit in inferno Cantilena 5.& 30. Itaque iniuſtæ nup-
tiæ minore infamiæ,excommunicationis, publicationis bo
norum , æternæ damnationis , & aliarum pœnarum ſunt
euitandæ ex legibus , & Canonibus allegatis , & quamuis
illas faciat vtriuſque conſenſus , vt fuit dictum in præce-

denti titu.& paulo ſuperius,& probatur in l.nuptias,ff.de
33 regul.iuris.& 29.quæſt.1.in princ. † Tamen id nunquam
verum eſt ſi conſenſerint ij , qui inter ſe contrahere nup-
tias prohibentur . Nam ſi inter cognatos ſint contractæ ,
quamuis in illas ipſi conſenſerint , nihilominus non ſubſi-
ſtunt , vt omni iure prohibitæ intra certos gradus , vltra
quos prohibitæ non ſunt, & ſubſiſtunt. 35.quæſtione pri-
ma,cap.primo, §.final. & quæſtione 2. in principio. cum
duobus cc.ſequent.& cap.nullum,cap.de inceſtis.cap nec
eam,§.inceſtuoſos,cap. progeniem,cap.de conſanguinita-
te,cap.nulli.& quæſt.8.cap.hæc ſalubriter, & ca.vlt.§.fin.
& §.ergo non omnes,inſt.de nuptijs,l.nuptiæ 1. ff. de ritu
nuptiar.l.vltima,in princip.ff.eodem.l.nemo.17.C.de nu-
34 ptijs. † Qui autem cognati ſint, colligitur ex allegatis, &
declaratur in l. 1. cum duabus legibus ſequent. ff. de gra-
35 dib.& affinib. † Quare autem conſtitutum ſit ne conſan-
guineæ ducantur vxores,dicitur in dict.quæſt.1. in princi
36 pio,cap.1.& ſequen. † Quod eſt adeo verum,vt id proce-
dat etiam ſi per adoptionem parentum,liberorumque lo-
co inuicem eſſe cœperint,d.§.non omnes,ver.& hæc adeo
37 vera,l quin etiam 55.ff. de ritu nuptiar. † Non enim pro-
38 cedit ſi rurſus emancipatus ſit,dicta l.55.§.patris. † Nam
per adoptionem quæſita fraternitas eouſque impedit nu-
ptias, donec manet adoptio : ideoque eam , quam pater
meus adoptauit, & emancipauit,poteſt vxorem ducere.
Neque ſi me emancipato, illam in poteſtate retinuerit,po
terimus iungi matrimonio. Ideoque volens generum ado-
ptare, ſuadetur, vt filiam emancipet . Similiter ſuadetur
ei, qui velit nurum adoptare, vt emancipet filium , l.per
adoptionem.ff.de ritu nuptiar.& 30.quæſtione tertia, ca-
pit. per adoptionem 6 eiſdem verbis. Diuus Thomas in
ſupplemento ſummæ,quæſtione 57. vbi ſibi ſtetit Comes
Carolus Gabriellius maſculis filijs orbatus , emancipauit
39 enim filiam, & generum ſibi in filium adoptauit. † Duo-
rum fratrum,vel ſororum filij nuptias inuicem contrahe-
re non poſſunt de iure Canonico. 35. quæſtione ſecunda ,
cap.quædam in principio,& quæſtione quinta, cap.ad ſe-
dem.§.hanc computationem . De iure verò ciuili,quod in
hoc non ſeruatur,ſic §.duorum,inſtitut.de nuptijs, l.cele-
brandis.19.C.eod.l.2.C.de inſtit.& ſubſtit.l.ſi nepotem. 3.
40 ff.de ritu nuptiar † Verum vltra quartum gradum inui-
cem ſibi cognati non prohibentur nuptias contrahere .
Prohibitio enim copulæ coniugalis quartum conſangui-
nitatis,& affinitatis gradum non excedit hodie, quoniam
in vlterioribus non poteſt abſque diſpendio huiuſmodi
41 prohibitio generaliter obſeruari. † Quaternarius verò nu
merus benè congruit prohibitioni coniugij corporalis, de
quo dicit Apoſtolus , quod vir non habet poteſtatem ſui
corporis, ſed mulier, neque mulier habet poteſtatem ſui
corporis,ſed vir: quia quatuor ſunt humores in corpore,
qui conſtant ex quatuor elementis. Cum ergo iam vſque
ad quartum prohibitio coniugalis copulæ ſit reſtricta ,
illa ita debet eſſe perpetua,non obſtantibus conſtitutioni-
bus ſuper hoc dudum editis,vt ſi quis contra prohibitio-
nem huiuſmodi præſumpſerit copulari , nulla longinqui-
tate defendatur annorum . Cum diuturnitas temporum
non minuat peccatum , ſed augeat , tantoque ſunt grauio-
ra crimina , quanto diutius infelicem animam detinent al-
ligatam,capit. penultimo,de conſanguinitate, & affinitat.
Alia ratio habetur in 35. quæſtione quarta, in principio,
42 cum capit. ſequen. † Vir, qui à ſtipite quarto gradu , &
mulier , quæ ex alio latere diſtat quinto, ſecundum regu-
lam approbatam.quia dicitur Quoto gradu remotior diſ
ſert à ſtipite , & à quolibet per aliam lineam deſcenden-
tium ex eodem , licitè poſſunt matrimonialiter copulari,
capitul.vltimo, de conſanguinitate.& affinitate. Hoc eſt
diſtans à ſtipite quarto gradu, vel citeriori , cum diſtante
quinto, vel vlteriori contrahere poteſt, dicto cap.vltimo,
vbi gloſſ. Ex his patet antiquis Canonibus quibus vſque
ad ſeptimum gradum inter cognatos matrimonia prohi-
bebantur,quos citauimus ſupra in princip.huius articuli,
vel . tamen id non eſt verum . iure nouo derogatum eſſe ,
quemadmodum derogatur etiam Canoni , qui habetur
in 35.quæſtione ſecunda.cap.in copulatione,& ca.penult.
in princ.vt dicit Diuus Thomas in ſupplemento,q.54.ar-
43 tic.2. † Sed pro graduum declaratione eſt ſciendum ali-
ter ab alijs computari , vt dicit Gratianus in dict.cap. pe-
nultim.§.hac autoritate. Aliter namque iure Pontificio,
quam

quam Ciuili huiuſmodi gradus numerantur, vt differtur in 35. quæſt. 5. in prin. cum ſeq. ſequen. vſque ad cap. porrò
44 de affinitate & cap. parentelæ gradus. † Plane quoad aſcé dentes, & deſcendentes nulla eſt differétia iuris Ciuilis, & Pontificij conſtituta in gradibus numerandis, in tranſuerſalibus verò magna eſt differentia conſtituta, de qua re duæ regulæ tradi ſolent, vna in linea æquali: in qua iure quidem Pontificio quoto gradu, quis diſtat à communi ſtipite, toto gradu (ſtipite adempto) diſtat ab eo, de cuius cognatione quæritur c. quod dilectio 3. §. quod videtur de conſã gui. & affinit. iure autem Ciuili toto duplicato diſtat. Stipes cõmunis appellatur Parens, qui vtriq. de quorũ cognatione quæritur, eſt cõmunis. In linea verò æquali cõſtitum dicuntur duo fratres, quorũ cõmunis ſtipes eſt pater, vel mater: itẽ duorũ fratrũ filij, quorũ communis ſtipes eſt Auus paternus, vel maternus: item duorum fratrum nepotes, quorum cõmunis ſtipes eſt proauus paternus, vel maternus, & ſic deinceps. Secundum regulam igitur propoſitã duo fratres iure quidem Pontificio primo gradu inuicem diſtant; quoniam quilibet primo gradu diſtat à Patre tanquam à ſtipite communi. Iure autem ciuili ſecundo gradu inuicem diſtant, duplicato videlicet gradu, quo à communi ſtipite vterque diſtant. Duorum fratrum filij iure quidem Pontificio ſecundo, iure autem Ciuili quarto gradu inuicem diſtant. Duorum fratrum Nepotes iure Pontificio tertio, iure Ciuili ſexto gradu inuicem diſtant, & ſic deinceps, & hæc de linea æquali: Altera regula eſt in linea inæquali: in qua quot ſunt perſonæ (ſtipite dempto) tot ſunt iure ciuili gradus. Iure autem Pontificio, quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtat ab eo, de cuius cognatione quæritur cap. vltim. de conſanguinit. & affin. in linea autem inæquali conſtituti dicuntur frater, & alterius fratris filius, filiaue, nepos neptiſue. Item, vnius fratris filius, & alterius fratris nepos, vel pronepos. Nam frater primo, fratris filius ſecundo, fratris nepos tertio, fratris pronepos quarto gradu à communi ſtipite diſtat. Toto igitur gradu iure pontificio à Patruo, vel patrui filio diſtabit, enumerantur enim huiuſmodi gradus in 35. quæſt. 5. cap. vlt. & §. inter eas inſtitu. de nuptijs leg. vltim. ff. de ritu nupt. l. nemini 17. C. de nuptijs §. fratris, vel ſororis inſt. eodem leg. ſororis 39. ff. de ritu nupt. leg. 2. C. ſi nuptiæ ex reſcrip. petant. §. item amitam inſt. de nuptijs l. per adoptionem §. amitam ff. de ritu nupt. §. conſtitutum igitur, & ſequen. inſt. canonica de triplici cognatione. Nec refert, quod per adoptionem ſint cognati in prohibito gradu, vt iam vtroque iure probatum eſt, quia & hi prohibentur, vt dictum fuit, & dicitur in §. perpetuam inſtitu. canonica vbi ſupra, & in §. ſed ſi qua inſt. de nuptijs leg. 17. §. fi. ff. de ritu nupt., niſi interueniat alicuius emancipatio d. leg. 17.
45 & l. quin etiam 55. §. patris eod. tit. † Et nihil intereſt ex iuſtis nuptijs cognatio deſcendat, an verò non: nam, & vulgo quæſitam ſororem, quis vetatur vxorem ducere l. nihil 54. ff. de ritu nupt. §. nec intereſt inſt. canonica de triplici
46 cognatione. † Illud etiam hoc loco notandum eſt, ſupputationem graduum iuris Pontificij in cauſis tantum matrimonialibus attendi, nec in ſucceſſionibus iuri Ciuili quic-
47 quam derogare. † Verum ſi Papa diſpenſauerit, matrimonia, & inter cognatos ſubſiſtent, exemplo capit. gaudemus 8. in princ. de diuortijs. Sed quomodo ſit intelligenda diſpenſatio quælibet declaratur in capit. quod dilectio 3. de conſangui. & affin. & 35. quæſtio. 2. cap. quædam lex §. ſed
48 idem quæſt. 5. cap. ad ſedem §. hanc computationem. † Itẽ & inter affines ſunt nuptiæ prohibitę, quapropter ſi contractæ fuerint inter eos non ſubſiſtent 27. quæſt. 2. cap. qui deſponſatam §. fi. 35. quæſt. 2. cap. nullum in prin. & §. præterea cap. nec eam cap. & hoc quoque cap. ſanè cap. progeniem, & cap. penult. § item illud, & quæſt. 8. cap. 1. § hi verò, & cap. 1. de conſangui. & affin. cap. duo pueri 12. § quia igitur verſic. & licet idem, de deſponſatio. impuber. cap. 1. de eo, qui cognou. conſang. §. affinitas inſt. de nuptijs §. affinitas inſt. canonica de triplici cognat. Diuus Thomas in ſupplemento ſummæ quæſt. 55. & ſi affinitas ſeruilis fuerit leg. adoptiuus 14. §. idem tamen ff. de ritu nupt. Quod idem multo magis procedit in cognatione ſeruili d. leg. 14. § ſeruiles §. illud inſtitu. de nuptijs leg. libertinus 8. ff. de ritu nupt. Id enim prohibetur propter carnalem vnitatem mariti, & vxoris, vt patet ex præcedentibus, & 35. q. 5. cap.
49 porrò. † Ideo vt affines cognoſcantur, ne in prohibitas incidant nuptias, ſunt hic definiendi. Affines itaque ſunt viri & vxoris cognati: dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit le. non facilè 4. §. affines ff. de gradib. & affinib. vbi nomina affinium numerantur, quæ omnia repetuntur etiam in 35. quæſt. 5. cap. quod autem. Diuiſio quoque affinium habetur in cap. non debet 8. §. 1. vbi glo. de conſangui. & affinit. vbi tria genera affinita-
50 tis exponuntur. † Primum eſt inter coniugem, & alterius coniugis cognatos. Alterum eſt inter coniugem, & alterius coniugis affines, puta inter duos coniuges duorum cognatorum: velut inter viduam ſororis, & fratris defuncti viduam, item vidua ducta, inter maritum eius, & prioris mariti cognatos, qui quæue vxori fuerunt affines. Inter hos ſecundi generis affines nuptiæ prohibentur 35. quæſt. 3. cap. de propinquis cap. penult. §. item illud. Tertium genus eſt inter coniugem, & alterius coniugis affinis coniugem, puta duos cognatos deceſſiſſe relictis vxoribus, quarum vna alicui nupſerit, poſteaque deceſſerit, non poterit maritus eius ſuperſtes alterã alterius cognati relictam ducere affinitate obſtante d. cap. penultim. §. fin. cum cap. ſequen. vſque ad §. illud autem Gregorij. Quæ itaque dicta ſunt inter affines prohibitas eſſe nuptias, ſciendum eſt id locum obtinere in primo tantum genere affinitatis. Quãuis enim iure antiquo in ſecundo quoque, & tertio genere affinitatis nuptiæ fuerint prohibitæ, vt conſtat ex allegatis ſub quolibet genere. Tamen ius iſtud mutatum eſt, atq. ſublatum in d. cap. non debet 8. §. 1. & capit. quod ſuper 5. de conſanguinit. & affinit. ſed & vltra quartum gradum affines etiam, ſicut cognati nuptias contrahere non prohibẽtur d. capit. 8. §. prohibitio quoque. Quo derogatur in 35. quæſt. 2. capit. nullum, & ſimilibus de quibus ſuperius di-
51 ctum eſt. † Definitio autem graduum affinitatis declaratur in d. l. 4. ff. de gradib. & affinib. & in 35. queſt. 5. cap. porrò, ex qua declaratione patet, toto gradu quemque alteri coniugi affinem eſſe, quoto gradu alteri coniugi eſt cognatus, vt probatur etiam in d. 35. quæſt. 3. ca. de propinquis
52 §. fi. & cap. æqualiter. † Nec refert quod per ſponſalia tantum affinitas ſit contracta, nuptijs poſtea non ſequutis 27. quæſt. 2. cap. ſi quis vxorem, & capit. ſi quis deſponſauerit cap. qui deſponſatam in princ. cap. iuuenis 3. cap. ad audiẽtiam 4. cap. ſponſata 8. de ſponſalib. capit. continebatur 6. de deſponſat. impub. quoniam, & talis eſt impedimento,
53 vt in allegatis. † Minus etiam refert, quod priora ſponſalia, vel nuptiæ, quibus affinitas contracta dicitur, fuerint nullæ cap. 1. in princ. de ſponſalib. in 6. verum in tribus caſibus refert, quod nullæ fuerint, & facit quod illis non obſtantibus poſſint nuptiæ contrahi. Primum ſi ob defectum conſenſus nuptiæ non ſubſiſtant d. cap. 1. in princ. verſicu. dummodo non ſint cap. 1. §. 1. in fine de deſponſ. impub. in 6. Verum ſi impubes maior ſeptem annis cum deſponſata eſſet, pubes facta non conſenſerit, hoc enim caſu nihilominus nullitas faceret, ne adſit impedimentum capit. acceſſit 5. §. fi. de deſponſat. impub. Deinde ſecundo caſu refert ſi ſub conditione ſponſalia eſſent contracta, & non dum cõditione exiſtente cum cognata prioris conditionalis ſponſæ contraxerit d. cap. 1. §. fi. de ſponſalib. in 6. Poſtremo & tertio caſu refert ſi ob defectum ætatis ſponſalia non ſubſiſtant cap. literas 4. cap. acceſſerit 5. de deſponſat. impub. cap. 1. in princip. verſic. & ideo cum ſint eod. titu. in 6. ratio autem eſt, quia in omnibus dictis tribus caſibus ob defectum ſcilicet, conſenſus, conditionis, & ætatis nihil actum eſſe cenſetur, & ideo nullum præſtant impedimentũ, quia
54 non entis nullæ ſunt partes. † Verumtamen ſi ſponſalia inter puberem, & impuberem, vel vtrunque impuberem maiorem tamen ſeptem annis contracta fuerint, producent impedimentum d. cap. literas 4. § fi. & d. capi. acceſſit §. fi. & d. cap. duo pueri 12. eod. tit. & d. cap. 1. §. idem quo-
55 que in fine, vt dictum etiam fuit in titul. præcedenti. † Sed nec etiam pro impedimento affinitatis refert, quod illa per adulterium, vel ſtuprum, vel per alium damnatum coitum contracta ſit 35. quæſt. 3. capit. nec eam in princ. §. nec intereſt inſtitu. de triplici cognat. vbi gloſſ. omnes.
56 † Refert tamen ſi non naturaliter, ſed contra naturam ſit facta, quia per hanc non contrahitur aliqua affinitas d. c. nec eam § fi. cum cap. ſequen. Vel ſi contractis nuptijs ſuſpicio ſit, ne tale quid fingatur ad matrimonium diſſoluendum cap. de illo 3. & cap. ſuper eo 5. de eo, qui cogno. cõſang.

Digitized by Google

ſang.vxoris nam,vt contracta ſit tam per adulterium quã
per ſtuprum debet conſtare,vt ſit impedimento, vt in al-
57 legatis canonibus. † Si inter Socerum, & nurum nuptiæ
contractæ fuerint,vt pote contra leges,& canones nõ ſub-
ſiſtent leg.nemini 17.§.item ex affinibus ff.de nuptijs leg.
adoptiuus 14.§.nurus ff.de ritu nupt.§.affinitatis inſtit.de
nuptijs 35.quæſt.2.capi.ſi vir.Nec refert, quod illa fuerit
filij, nepotis,vel pronepotis vxor, vel quod eiſdem fuerit
tantummodo deſponſata nuptijs poſtea non ſequutis d.
§.nurus,& 27.quæſt.2.cap.qui deſponſatam §.ſi vxor in-
ſtitu.de nuptijs leg.12.§.ſed & per ff.de ritu nupt. confe-
runt allegata paulo ſuperius verſicu.nec refert,quod per
58 ſponſalia num.52. † Sed & ſi quis fratris vxorem duxerit
nuptiæ non ſubſiſtunt leg.5.& vltim.C.de inceſtis nuptijs
35.quæſt.2.c.de inceſtis.Nam inter cognatos intra quar-
tum gradum ſunt prohibitæ, vt dictum fuit ſupra verſic.
nam ſi inter cognatos,& inter te ex vxorem fratris tui ex-
preſſe prohibentur in d.leg.5.& vlt.& in d.capit.de ince-
ſtis 8.§.hos,& quæſt.1,in princip.§. his ita cum capit.ſeq.
59 †Tamen Summi Pontificis diſpenſatione contractæ ſub-
ſiſtent,exemplo cap.vltim.de diuortijs. Nec refert,quod
antea fratri tuo inutiliter fuerit nupta,vt poſſis illam du-
cere ſine diſpenſatione leg.8.C.de inceſtis nupt. & 27.q.2.
60 c.quidam cui conferunt allegata ſuperius nu. 52.† Vel quæ
ſponſa tantum,non vxor fratris tui fuerit d.quæſt.2.cap.ſi
ſi quis deſponſauerit,& cap.ad audientiam 4.de ſponſali-
bus,quibus concordant citata ſupra d.num.52.Sed in ta-
libus matrimonijs contrahendis , vel nulla omnino detur
diſpenſatio,vel raro, idque ex publica cauſa, & gratis.ex
decreto Concilij Tridentini in ſeſſ.24.de reformatione ma
trimonij capitu.5.in fine,ſi rigor iſte fuiſſet ſeruatus apud
Anglos forſan eorum Reges non defeciſſent à fide catho-
61 lica ad hæreſim. † Si quis vxoris ſuæ defunctæ ſororem
duxerit,vel aliqua ſororis viro nupta fuerit , vtroque iure
nuptiæ non ſubſiſtent leg.5.C.de nuptijs 35. quæſt.3.capi.
de propinquis cap.penultim.§.item illud,& §. ſi.cum cap.
ſeq.Nec refert,quod prior ſoror ei tantum fuerit deſpon-
ſata , per allegata paulo ſuperius:ſecus erit ſi nondum ſe-
ptem annorum puella ei fuerit deſponſata per allegata ſu
perius nume.53.Niſi fortè poſtea copula carnalis interue-
nerit capitulo fraternitati 7.de eo,qui cognouit conſangui.
62 & cap.iuuenis 3.de ſponſalibus.† Sed quid ſi nuda tan-
tum pollicitatio ſit facta de futuris nuptijs, ſponſalib. nõ-
dum perfectis , an & hæc erit impedimento ſicut ſponſa-
lia?& videtur quod non 27.quæſtio.2.cap.lex diuinæ, &
ibi gloſſ.& cum hoc ſit de diametro contrarium dedoctis
ſuperius ſub num.52.non puto verum,niſi fortè in caſu ſi
puella nondum ſeptem annorum fuerit deſponſata,& de-
ceſſit,vt ibi. Sed & nec ſocrum ſuam,quis poteſt ducere
vxorem §.ſocrum quoque inſt.de nuptijs l. nemini 17.in
63 fine C.eod.† Socrus verò appellatione non tantum vxoris
meæ mater,ſed & Auia,& proauia intelligitur,vt nullam
earum ducere poſſim leg.adoptiuus 14.§.itaque ſocrus ff.
64 de ritu nuptiar.† Sed & nec priuignam,quis ducere põt §.
affinitatis inſtit.de nuptijs l.nemini 17.C. eod.Priuigna.n.
non ſolum ea mihi intelligitur , quæ vxoris meæ filia eſt,
ſed,& neptis, & proneptis, vt nullam earũ ducere poſſim
l.adoptiuus 14.§.priuigna ff.de ritu nupt.l.Ariſto.40.ff.eo-
dem.Nec refert,quod filia poſt vxorem repudiatam nata
ſit leg.ſi,qua mihi 52.§.ſi vxor ff.eod.§.ſi vxor inſt.eodem.
65 †Nec nouercam meæ vxoris leg.vxorem 15.in fine ff.eod.
Nec nouercam meam §.ſocrum quoque inſtit.de nuptijs,
ſiue Patris, Aui , Proaui mei quondam vxor fuit d.l.14 §.
nunc videamus ff.de ritu nupt .& ſi Patris adoptiui vxor
fuerit d.l.14.§.nunc videamus ibi,nam & is qui adoptiuus
eſt,& §.adoptiuus.Nec refert,quod vxor Patris,vel ſpon-
66 ſa tantum fuerit l.ſi qua 12.§.1.ff.de nuptijs. † Immo nec
concubinam Patris mei vxorem ducere poſſim leg. liberi
67 4.C.eod.† Sed & inter fidelem,& infidelem nuptiæ con-
tractæ non ſubſiſtunt leg.5.C.de Iudæis 28 quæſt.5.c.om-
nes §.ex his verſi.illa itaque c.ſic enim §.tu verò .cap.caue
cap.non oportet 31.quæſt.2.in princip.verſic.viro ſuæ reli
gionis nobat,& 28.quæſtio.1.cap.ſi quis iudaicè cap. Iudæi
68 Diuus Thomas in ſupplemento ſummæ quæſt.59.† Inter
adulterum , & adulteram nuptiæ vtroq. iure ſunt prohi-
bitæ l Claudius 13.ff.de his,quæ vt indignis 31.q.1.in prin.
cũ c.ſeq.c.illud verò c.ſuper hoc 3.de eo,qui duxit in vxo-
rem,quam polluit per adulterium c,1.de eo,qui cognouit
conſang.27.q.2.c.qui dormierit 32.q.7.ca.qui dormierit.
Sed contradicere videtur 31.q.1.c.denuq.in prin.ſed reſpon
detur ibi §.hæc vltima,contradicere etiam videtur d. q.1.
cap.ſi qua fuerit §.1.cui reſpondetur ibi vet.ſed in veteri.
69 † Verum ſi quis cum repudiata commiſerit adulterium,
hanc ducere poſtea non prohibetur d.ca.deniq. & 33.q.2.
70 in princ.† Sed & ſi quis habens vxorem aliam eius inſciam
duxerit , & mortua priore , à ſecunda ſeparari petat,hoc
enim caſu non iuuatur dicta prohibitione , vt ſeparetur
capitulo 1.& capit.veniens 7.de eo,qui duxit in matrimo-
nium.Sed & ſi prior non fuerit legitima vxor,non ſepara-
bitur à ſecunda cap.ſignificauit 2.eod. titulo,ſolutus cum
ſoluta rem habens,non prohibetur eandem in vxorem du
cere 31.quæſtione prima capitulo denique §.poſſe ſanè,&
71 §.hæc vltima leg.5.C.de natur.liberis.† Sed & ſi de com-
miſſo adulterio pœnitentiam egerint,non prohibentur nu
ptias contrahere 31.quæſtione 1.c.illud verò §.hic ſubau-
diendum c.ſi quis viuente c.ſi qua fuerit.Niſi fortè in mor
tem defuncti coniugis aliquid fuerint machinati, vel viuẽ
te priore coniuge de futuro matrimonio tractauerint d.§.
hic ſubaudiendum,& d.c.ſi quis viuente in fine,& c.tela-
tum Huc conferunt,quæ dicta ſunt ſupra tit.9 prope finẽ
& tit.14.nu.2.quod Eccleſia nondum vacante non eſt,tra-
ctandum de electione ſucceſſoris. Si verò nihil fuerint ma-
chinati,nec de futuro matrimonio tractauerint,non prohi
bentur pœnitentia peracta matrimonio copulari cap.ſigni
ficaſti 6.de eo,qui duxit in matrimonium . Vel ſi viuente
priori coniuge,alteri fides tãtum futuri matrimonij facta
72 ſit,copula carnali non interueniente c.vlt.eod. † In caſibus
enim prohibitis nil refert,quod multo tempore matrimo-
nium inter adulterum durauerit, liberiq. exinde nati ſint,
quia nihilominus non ſubſiſtit, & ſunt ſeparandi c.cũ ha-
bere 5.eod.tit. Sed ſi de adulterio non ſit damnatus adul-
ter,non prohibebitur,ſoluto matrimonio nuptias contra-
73 here l.quæſitum 4.ff.ad legem Iul.de adult † Et ſi de adul
terio accuſatus,& poſtea fuit abſolutus, poterit poſtea cũ
muliere,propter quam fuerat accuſatus matrimoniũ cõ-
74 trahere.Nouella c.134.§.ſi quis ait de adulterio.† Inter ra
ptam,& raptorem olim nuptiæ erant prohibitæ 27. q.2.c.
ſtatutum §.ſi poſt hac c.Aiho.34.q.1.c.non ſatis 36.q.2.in
prin cum c.ſeq.c.raptores c.de puellis c. ſi quis virginem
c.nullus §.his authoritatibus c.penul.§.ſi.cum c.ſeq. l.1.§.
& ſiue non nuptæ C.de raptu virg.Nouella cõſt.143.§. illo
quoq.& Nouella c.150.Niſi fortè ante raptum de nuptijs
actum fuerit 27.q.2.cap.lex illa in prin.& c.cum eam 6.de
raptorib.vel niſi raptor de raptu pœnitentiam egerit 36.q.
2.c.nullus §.ſi.cum c.ſeq c.ſi autem c.vlt.§.legitimè igitur
Hodie verò non ſunt prohibitæ nuptiæ inter raptam , &
raptorem c.vlt.de raptoribus 36.q.2.c.tria c.deniq. & ca-
none Apoſtolico 66.Sed & in quo gradu cognationis apud
pleraſq.gentes matrimonia licuerint,& quã diuerſi mores
in contrahendis nuptijs fuerint,recenſet Alex.ab Alex.lib.
75 1.Genialium dierum c.24.& li.2.c.5. † Sed & habens vxo
rem aliam ducere non poteſt,nec habens maritum alij nu-
bere poteſt l.2.C.de inceſtis nuptijs §.affinitatis inſt.de nu-
ptijs §.ſocrum inſt.eod.diſt.34.c.Chriſtiano 24.q.5.c.qua-
lis §.ſi.34.q.1.c.1.c.cum in captiuitate ca.non ſatis, & cap.
gaudemus 8.§.quia pagani de diuortijs,capit.is qui fidem
30.& c.ſi inter virum 30.de ſponſalibus 31.q.2 cap. Lotha
76 rius.† Verum ſi primum matrimonium ipſo iure nõ ſubſi-
ſtat,poterit tam vir,quam mulier alio matrimonio copu-
lari c.veniens 13.c.cum in apoſtolica 18.& c.vlt. de ſponſa-
77 lib.exemplo 32.q.2.c.ancillam c.non omnis.† Idem erit ſi
primum matrimonium morte fuerit ſolutum , tunc enim
ſuperſtes non prohibetur aliud contrahere d.cap. veniens.
78 † Neque ex eo,quod alter eorum continentiam vouerit
poterit alius alio matrimonio iungi capitulo conſtitutum
79 15.de conuer.coniugat. † Sed ſi prior non vxor,ſed ſponſa
fuit, & nuptiæ inde non ſint ſequutæ, & ſponſalia diſſolu-
ta, vterque poterit alio copulari coniugio,vt ſuperius di-
80 ctum fuit. † Idem erit ſi is quem maritum ſuum mulier
eſſe iurauerat,ab eius petitione fuerit abſolutus c.mulieri
81 34.de iureiurando.† Sed & cognatio ſpiritualis eſt nuptijs
inter ſpirituales cognatos impedimento D. Tho.in ſupple
82 mento ſummæ q.56.† Nam qui aliquam ex ſacro fonte le
uauit,eandem in vxorem ducere prohibetur 30.q.1.c. de
eo cap.ad limina §.fin.cap.1.in princ. de cognatio.ſpiritu.
in 6.leg.ſi quis 26.in fine C.de nuptijs. Nam nec alumnam
quis

Digitized by Google

quis ducere poteſt vxorem, d.l.26. Inter baptizatum, &
ſuſcipientis filios filiasque, aut vxorem nuptiæ ſunt prohi
bitæ propter cognationem ſpiritualem inter baptizatum,
& ſuſcipientem contractam, d.c.1.in princip.& c.ſuper eo
3.in princ.c.tua non 7.& ibi glo.de cognat. ſpiritual. 30.
quæſt.3.in princ.cum c.ſequen. c.Pyctacium, c.non opor-
83 tet.† Item diuerſum compatrum, vel commatrum liberi
matrimonio iungi olim prohibebantur 30. q.2.c.poſt ſu-
ſceptum,& d.c.tua nos 7.& ſi glo.ibi repugnet. Verum no
uo iure non prohibentur, d.q.3.c.non oportet. §.fin. cum
c.ſequen.& c.1.& c.ſuper eo.3. de cognat.ſpiritual. Niſi
vbi adſit loci alicuius contraria conſuetudo, d.cap.1.& 3.
84 † Item non poteſt quis eam vxorem ducere, cuius filium è
ſacro fonte ſuſcepit, vel ex catechiſmo 30.q.1.in princip. c.
1.§.fin.c.de eo quod,& c.Martinus 4.cap.veniens 6.de co-
gnat.ſpiritual,c.1.in princ.ver.innocentiam, eod.tit. in 6.
85 † Verum, ſi cognatione ſpirituali per catechiſmum, non
per baptiſmum contracta, matrimonium fuerit cõſumma-
tum, tunc enim ratione iſtius ſpiritualis cognationis non
dirimitur, c.contractio 5.d. cognatio.ſpiritual, c.per cate-
86 chiſmum 2.eod.tit.in 6 † Sed hactenus dicta, & quæ infe-
rius de cognatione ſpirituali dicentur non extenduntur ad
alia ſacramenta, quam baptiſmum, catechiſmũ, & chriſ-
87 ma,& habent locum non ſolum ſi vnus, † ſed & ſi plures
interuenerint ſuſcipientes, quia cum omnibus erit contra-
cta ſpiritualis cognatio, c.vlt.in princ,& fine de cognat.ſpi
ritual in 6.cap.1. §.fin.eod.tit. Sed hoc ex decreto Concilij
Tridentini in ſeſſio.24.de reformatione matrimonij, cap.
2.ſublatum eſt,& non contrahitur niſi inter vnum,& vnã
ſuſceptores,& alij plures ſi ſuſceperint, nulla inter hos cõ-
trahitur ſpiritualis cognatio, vt in d.cap.2. §.quod ſi alij.
88 † Item inter baptizatum, & filiam baptizãtis nuptiæ ſunt
prohibitæ, c.vlt.de cognat.ſpiritual, cap.1. in princip.ver.
& eadem, eodem tit.in 6.30 quæſt.1.cap.ad limina, §.fin.
89 † Et inter eum, qui peccata alicuius mulieris confitentis
audiuit,& confitentem, d.§.fin.cum cap.ſequen.quod po-
90 tiſt ſuccedere in Eccleſia Græca non in Latina. † Compa-
tris ſui vxorem ducere non prohibetur 30. quæſt.4.c.qui
91 ſpiritualem,& c.vlt.§.fin.† Vxoris verò ſuæ commatrem
quis vxorem ducere prohibetur, d.c.vlt.§.quia verò.& d.
q.4.in princ.cũ c.ſequen. §.ſi pater. & ſi contradicere vi-
deatur, c.poſt vxoris, in princ. tamen ei reſpondetur in §.
notandum verò d.quæſt.4.cap.ſi quis ex vno. hactenus de
92 cognatione ſpirituali. † Sed & inter impuberes matrimo-
nium contrahi prohibetur, §.1.Inſtit.de nuptijs, c.atteſta-
tiones 10.& c.vlt.de deſpõſat. impub.c.1. §.idem quoque
93 eod.tit.in 6.& 36.q.2.c.vlt.§.fin.† Pubertas autem in ma-
ſculis eſt poſt decimumquartum, in fœminis poſt duode-
cimum annum completum, §.pupilli, Inſt.quib.mod. tute.
finit.vt diximus in tractatu de tutela, & cura, lib. 1.tit.11.
in princ. Sed canonico iure quoad matrimonium puberes
ſunt, qui ex habitu corporis generare, & concipere poſ-
ſunt, c.puberes de deſponſat.impub. Ideo ſi cum puber-
tati proximo, in quo malitia ſupplet ætatem nuptiæ ſint
contractæ, profectò ſubſiſtent, c.de illis qui 9. eodem tit.
94 † Prout ſubſiſtent etiam ſi inter impuberes carnalis copu-
la interuenerit, d.§.idem quoque, ver. niſi per carnis copu-
lam, & c.continebatur 6. §.ſi autem fuerit, c.à nobis 8. in
fine de deſponſ.impub.cap.inſuper 4. Qui matrim.accuſ.
95 poſs. c.iuuenis 2.de ſponſalibus † Verum ſi conatus non
habuerit effectum, non ſubſiſtent, d.c.atteſtationes 10. de
deſponſat.impub.ver.licet niſus ſuſſtet. Tamen hoc caſu
affinitas, quæ nuptijs impedimento eſſe ſolet, contracta
96 cenſetur per allegata ſupra num.51. † Sed ſi nuptiæ cum
iuramento ſint inter impuberes contractæ ſubſiſtent, cap.
ex literis 10.de ſponſalibus, vt fuit dictum in præcedenti
97 titulo. Gozadinus in conſil.2. † Et quamuis impubes nu-
ptijs renunciare poſſit, ſi ad pubertatem deuenerit, vt in
d.tit.præcedenti. Pubes tamen, qui cum impubere contra-
xit, illo inuito ex capite impubertatis nuptijs renunciare
non poteſt, c.de illis 7.de deſponſat.impub. Niſi fortè pu-
bes inuitus cum impubere nuptias contraxerit, c.ex lite-
ris 11.eod.tit. Si autem impuberes puberes facti cõtractas
in impubertate nuptias ratas habuerint, res eſt certa, quod
ſubſiſtunt, quamuis à principio, vt factæ inter impuberes
non ſubſiſterent, c.1.§.idem quoque, de deſponſat.impub.
ver.vel aliquem modum alium, cap.à nobis 8. ver.& tunc
aut.eod.tit.c.inſuper 4. qui matrimon.accuſ.poſs.l.mino-
98 rem 4.ff.de ritu nupt.† Inter furioſos matrimonium con-
trahi prohibetur, l.oratione 16 §.fin. ff.eod.l.patre furioſo
8.ver.nam furioſus, ff.de his qui ſui vel alieni iuris 32.q 8.
c.neque furioſus, in princip & c.dilectus 24. de ſponſali-
99 bus.† Inter mutos & ſurdos nuptiæ non ſunt prohibitæ.
c.cum ad ſedem 23.c.tuæ fraternitati 25.in fin. de ſponſa-
100 libus. † Inter maiores quinquaginta annis olim nuptiæ
erant prohibitæ, hodie verò in omni ætate ſupra puber-
tatem conceduntur, l.ſancimus 27.C.de nuptijs, l.ſi maior
101 12.in fine, C.de legitimis hæredibus.† Verum ſi impoten
tes in quacunque ætate contraxerint, non ſubſiſtent, cap.
quod ſedem 2 c.laudabilem 5 §.ſi autem ille aliam, de fri-
gidis 27.quæſt.2.cap.decreti, §.fin. 23. quæſt.1.cap.1.§.fin.
102 † Ij omnes tam maſculi, quam fœminæ, qui religionem
ſunt ingreſſi,& continentiam vouerunt nuptijs contrahe-
re prohibentur 27.quæſt.1.in princ.cum c.ſequen. cap.vi-
duas.c.neque viduas, c.de viduis, c.virginem, c.hi ergo, c.
virginibus c.peruenit, c.viduas, c.virginem, cap.ſi quis ſa-
cro, c.nubendi, c.meliore, c.ſi qua virgo, c.diaconiſſam, c.
quotquot, c.de filia.c.monacho, c.viduæ, c.vidua, c.vidui-
taris, c.& quia, c.vt lex, c.nuptiarum, diſtinct.27.c.vouen-
tibus, c.ſi nupſerit, c.presbyteris, & c.vlt. & c.1. cum dicto-
bus ſequent & c.vlt.qui clerici, vel monachi, diſtinctio.32.
in princip.cum c.ſequen. Nouella conſt.5 §.ſi quis autem
Nouella conſt.6.§.ſi autem,& aliquis Nouel, conſtit.22.§.
ſed & ſi quis. Nouella conſt.123. §.enim verò cum alijs al-
legatis ſupra tit.5. ver.in ipſo autem clericatu &c.& Di-
uus Thomas in ſupplemento ſummæ, q.53. Sed contradi-
cere videtur in 27.quæſt.1.c.nuptiarum, §.proinde qui di-
cunt,& c.de viduis,& diſtinct.27.cap.1.§.fin.cum duobus
cc.ſequen.& diſtinct.28.c.ſi quis docuerit, c ſi quis diſte-
ruit. Sed canones illi loquuntur in ſimplici continẽtiæ vo-
to, cui non acceſſit benedictio conſecrationis: Nam poſt
votum ſolẽne cui benedictio conſecrationis acceſſit, nemo
nuptias poteſt contrahere, vt in antea citatis iuribus,& di-
ſtinct.27.c.presbyteris 8.§ hic diſtinguendum, cum c.ſeq.
c.meminimus 3 §.verum ſi, c.veniens 5 c.rurſus 6, Qui cle
103 rici, vel monachi. † Votum itaque illud ſolum ſolemne
dici debet, quantum ad poſt contractum matrimonium
dirimendum, quod ſolemnizatum fuerit per ſuſceptionẽ
ſacri ordinis, aut per profeſſionem expreſſam, vel tacitam
factam alicui de religionibus per ſedem Apoſtolicam ap-
104 probatis.† Reliqua verò vota, & ſi quandoque matri-
monium impediant contrahendum; & quanto manife-
ſtius ſunt emiſſa, tanto propter plurimorum ſcandalum, & e-
xemplum durior pœnitentia tranſgreſſoribus debeatur,
non tamen reſcindere poſſunt matrimonia poſt contra-
105 cta, cap.1.de voto,& voti redemptione in 6. † Inde ſi ha
bitus ſine profeſſione ſuſceptus ſit, vel ſit ſuſceptus à non
habente poteſtatem, non erit impedimento matrimonij, c.
106 conſuluit 4.Qui clerici, vel vouentes.† Verum ſi mulier,
quæ continentiam vouit, non fuerit velata, non ideo po-
terit nuptias contrahere propter votum 27.quæſt.1.c.vi-
107 duas.§ de virginibus, c.hæc verò.† Nec poteſt mulier eo
animo velum ſumere, vt poſſit illud rurſus deponere, d.
q.1.c.viduas in fine,& diſtinct.27.c. quod interrogaſti, cũ
108 c.ſequen.† Nec refert quoad votum, vt quis in monaſte
rio, vel in propria domo ſolemniter emittat, quia vbique
emiſſum erit impedimento contrahendi, & dirimet con-
tractum matrimonium, d.quæſt.1.c.mulieres. Verum ne-
mo cuiuſque ſexus ſit inuitus protractus ad religionem,
cogitur in ea perſeuerare, nec impedituit nuptias contra-
109 here. d.quæſt.1. c.viduas in princip. † Conſtituti autem
clerici extra ſacros ordines non prohibentur vxores duce-
re.diſtinct.32.c.ſi qui verò, c ſi quis eorum, c. placuit. c.ſe-
riatim 12.c.quia tuni §.ſi verò. Nouell conſt.5.§.ſi quis au
tem Nouella conſt.22.§.ſed & ſi quis. Hoc enim caſu ordi-
nem amittunt, vxore retenta, vt in allegatis Nouellis con-
110 ſtitutionibus. † Verum clericis etiam in ſacris conſtitutis
ordinibus in Eccleſia orientali vxores ducere permiſſum
eſt.diſtinct.31.c.quoniam in Romani, & c.vlt.in princip.
111 † Omnibus etiam vtriuſque ſexus, qui inceſtum commi-
ſerint, ſunt nuptiæ propter commiſſum inceſtum prohi-
bitæ.c.1.in fine, c.veniens 2.in fine, c.tranſmiſſæ 4.c.ex lite-
ris 8.in fine, c.veniens 9.& c.vlt.de eo qui cognouit. conſan
gui.27.quæſt.2.cap.qui dormierit in fin.32.quæſt.7.cap.ſi
quis cum in princ c.concubiſti 35.quæſt.2.cap.qui propin
112 quam, c.ſi quis cum.q.8.c.vlt.§.& ſi aliter.† Verũ ſi non
per

per fornicationem, ſed per nuptias inceſtum commiſe-
rint,& in illo non perſeuerauerint vſque ad mortem alte-
rutrius, ſed pœnituerint, non prohibentur nuptias legiti-
mas contrahere 32.quæſt 2.cap.7. c.ſi quis cum. §.quam-
uis illud 35.q.2.c.de inceſtis.§.fin.quæſt.6. c.ſi duo, §.ſi ſe
iudicio,& c.hæc ſalubriter, §.fin. ver.niſi in eodem crimi-
113 ne.† Idem vtrique erit ſi per errorem,& ignorantiam in-
ceſtum fuerit commiſſum 34.quæſt.1.c.ſi virgo.§.fin.cum
c.ſequen.c.ego dixi,§.fin.cum tribus cc.ſequentibus 35.q.
2.c.qui propinquam,ver.niſi ignorantia,c.ſi quis cum c.ſi
homo. Idem etiam erit ſi cum ſponſa tantum conſangui-
nei,non cum vxore quis fuerit fornicatus 27.q.2.c. quidā,
c.ſi quis ſponſam,§.ſi illa quam vir.Secus autem erit ſi pa
ter cum ſponſa filij fuerit fornicatus, d.c.ſi quis ſponſam
114 in princ. † Verum ſi ab inceſtuoſo matrimonium ſit con-
tractum,tunc enim ratione inceſtus commiſſi non dirimi-
tur,inceſtus enim impedit matrimonium contrahendum,
non autem dirimit contractum,c.cum tranſmiſſæ 4.& ca.
115 vlt.de eo qui cognouit conſanguineam. † Imo nec con-
trahendum ſi dignam egerint pœnitentiam, & caſtitatis
non valuerint continentiam ſubſtinere, non impedit ince-
116 ſtus 33.q.2.c.ſi quis cum duabus 16.† Sed nec alij deſpō-
ſatam quis vxorem ducere poteſt, cum per verba de præ-
ſenti alij deſponſata fuerit,vt in tit.præcedenti,ver.verū ſi
117 priora ſponſalia &c.dictum fuit. † Neque quis ab alio
repudiatam poteſt vxorem ducere,l.mariti 29.§.quod ait
lex.ff.ad legem Iul.de adulterijs,l.caſtitati 7. C.eod.cano-
ne Apoſtolico 47.& 27. quæſt.2. c.ſi quis ſponſum, §.fin.
32.quæſt.1.c.dixit in princ.& q.2.in princ.cum c.ſequent.
c.licite,c.Apoſtolus in princip.c.fieri,c.placuit,c.Dominus
118 in fine,c.omnes,c.ſi.c.de his,c.quemadmodum.† Sed &
pœnitentes generaliter canonica authoritate prohibētur
nuptias contrahere 33.quæſt.2. c.hoc ipſum in fine, cum
c.ſequen.Niſi peracta pœnitentia, ſe continere non poſ-
ſint,tunc enim permittitur, vel contractas retinere, vel
alias nuptias contrahere,d.q 2 c.de his ta §.fin.c.in adole-
119 ſcentia 14.c.ſi quis,& c.vlt.† & qui raptum commiſerunt
prohibentur nuptias contrahere 27. quæſt.2. c.ſtatutum
34.in princip.canone Apoſtol.66. Niſi pœnitentiam ege-
120 rint,ſeque continere non poſſint.36.q.2.c.ſi autem.†Sed
& ſi clandeſtinæ nuptiæ prohibeantur fieri 30.q.5. in prin
cip.c.1. cum pluribus ſequent. c.2. & 3. de clandeſtina de-
ſponſat.Concilium Tridentinum in ſeſſio.24.de reforma-
tione matrimonij cap.1. Tamen dubitandum non eſt libe-
ro contrahentium conſenſu facta, rata & vera eſſe, quā-
diu Eccleſia ea irrita non fecit.Concilium vbi ſupra. Nam
& ſi contra leges fiant, tamen contracta diſſolui non poſ-
ſunt,d.q.5.c.nec illud 8.§.ſic & clandeſtina.Concilium vbi
ſupra.Præſertim ſi vtriuſque conſenſione de matrimonio
conſtet,d.q 5. c.ſi quis diuinis 9. per totum cum ſequenti-
bus,& c.vlt.§.fin.Decius in conſil.163. In cauſa matrimo-
niali &c. Rota diuerſorum in recentioribus deciſio.772.
num.2. in fine. Vel nuptiæ ab Eccleſia fuerint compro-ba-
121 tæ, cap.quod nobis 9.Qui filij ſint legitimi.† Sed & ſine
conſenſu parentum nuptiæ fieri prohibentur,§.1.Inſtit.de
nuptijs,l.12.& 20.C.eod.l.2. ff.de ritu nupt. l.11. ff.de ſta-
tu homin.27.q.1.c.viduæ in fin.30.quæſt.5.cap.1. & c.no-
ſtrates in princ.32.quæſt.2.c.non omnis,§.paterno,c.hono
rantur,c.vlt.ver.nec extra voluntatem 36. quæſtio. ſecun-
da,c.nullus,in princip.cap.vlt.§.nec filium.Concilium Tri
dentinum vbi ſupra ibi nihilominus ſancta Dei Eccleſia
ex iuſtiſſimis cauſis illa ſemper deteſtata eſt,atque prohi-
122 buit.† Verum ſi pater,cuius conſenſus requiritur ſit fu-
rioſus,ſine eius conſenſu poterunt contrahi, §.vnde quæ-
123 ſitum,Inſt.de nuptijs,l furioſi 25. C.eod. † Vel niſi con-
trahentes ſint in eius poteſtate à patria liberi,l.filius 25. ff.
de ritu nupt. Idem erit ſi pater ſciens non contradicit, l.ſi
vt proponis 5.C.de nuptijs,& 31.q.2. c.mulier. Sed ſi non
pater, ſed auus ſit furioſus, tunc patris conſenſus eſt ne-
ceſſarius,l.ſi nepos 9.ff.de ritu nupt. Sed ſi ſolus auus con-
ſenſerit, erit etiam opus patris conſenſu, l.oratione 16. §.
nepotes,ff.de ritu nupt. exceptis aliquibus caſibus de qui-
124 bus in dicto §.nepotes,& in leg.ſi nepotem 3. ff.eod.† Si
pater abſit, vel ab hoſtibus captus ſit, ſine eius conſenſu
poterit filius nuptias contrahere.l.ſi nepos 9.in fine,& leg.
10.ff.de ritu nupt.l.in bello 12.§ medio,ff.de captiuis. Sed
oportet quod per triennium abfuerit,d.l.10.& quod con-
trahat matrimonium per patrem non repudiaturum, l.ſi
125 filius 11.ff.de ritu nupt.† Et hæc procedunt non ſolum in
primis,ſed & in ſecundis nuptijs,l.nuptiæ 18.ff.eod. l.ſi vt
proponis 7.C.de nuptijs.Sed ſi pater mandauerit filio,vel
filiæ,vt ſe locarent, non erit neceſſarius conſenſus, l.gene-
rali 34. ff de ritu nupt. Vel ſi ipſe requiſitus noluerit loca-
re,l.qui liberos 19.ff.eod. Ab hoc conſenſu filius miles non
126 eſt immunis,l.filiusfamilias 3.ff.eodem.† Veruntamen
ſi ſine conſenſu patris, vel aliorum,ad quos pertinet ma-
trimonium fuerit contractum, illud nihilominus ratum
erit,nec defectu horum conſenſus dirimi potent,d.quæſt.
5.c.nec illud 8.§.ſed obijcitur,cum c.ſequent.& Cōcilium
Tridentinum vbi ſupra d.c.1. in princ. Paleottus de No-
this,& ſpurijs cap.8.nume.5. & ſequen.de hac re latè agit
Philippus Paſchalis in tracta. de viribus patriæ poteſtatis
par.2.c 5.per totum,& quidem eruditè. Non ideo de iure
canonico,neque ex diſpoſitione Concilij Tridentini in ci-
tato loco excluditur patris conſenſus, atque conſilium,
127 quia in re tam graui debeat adhiberi. † Immo ſecūdum
Theologos, peccat mortaliter filius,ſi illud non adhibeat,
vel ſpernat,vt dicit in puncto Dom. Sotus in 4 ſenten.di-
ſtinct.28.q.1.art.1.col.3.in princip.& Petrus Sotus de inſti
tut.ſacramen.tit.de ſacramento matrimonij lectura quar
ta,quos refert,& ſequitur Menochius in conſilio 69. ſub
128 numer.27.& 28.† Aliter enim non ſit coniugium legiti-
mum, niſi ab ijs, qui ſuper ipſam fœminam dominationē
habere videntur,& à quibus cuſtoditur, vxor petatur, &
à parentibus,& propinquioribus ſponſetur,& legibus do-
tetur,& ſuo tempore ſacerdotaliter,vt mos eſt, cum pre-
cibus, & oblationibus à ſacerdote benedicatur, & à Para-
nymphis,vt conſuetudo docet,cuſtodita,& ſociata à pro-
ximis congruo tempore petitā legibus detur, ac ſolenni-
ter accipiatur,& biduo, vel triduo orationibus vacent, d.
quæſt.5.c.1. & c.noſtrates 3.ibi fœdera quoque cum tri-
bus ſequent.magnum enim eſt ſacramentum, quod ſolē-
niter cum veneratione eſt perficiendum. Ideo eſt requirē-
dus patris conſenſus,vt diſponunt leges, deſiderant cano-
nes,& probant allegati Doctor. quibus Tridentinum Cō-
cilium in citato loco non repugnat. Quinimo huiuſmodi
matrimonia clandeſtina,quamuis rata decernat,quamdiu
Eccleſia eā irrita non fecerit, tamen vt non legitima dete-
ſtatur, ſemperque Eccleſiam Dei iuſtiſſimis de cauſis illa
129 deteſtata eſſe teſtatur in d.c.1.† Clandeſtina autem ma-
trimonia dicuntur illa, quæ fiunt inter ſolos contrahentes
nullis adhibitis teſtibus, nulliſque præcedentibus, neque
ſequentibus legitimis,ſeu canonicis ſolemnitatibus, vt col
ligitur ex toto tit.de clandeſtina deſponſ.& ex d.quæſt.5.
130 c.3.& per totam.† Sed & illud etiam dicitur clandeſti-
num,quod contrahitur ſine parocho, & ſine teſtibus,atq;
omnino nullum,vt cauetur in Concilio Trident.d.ſeſſion.
24.de reformatione matrimonij, c.1. §.Qui antequā præ-
ſente parocho,& vt in ſpecie ex d.§.qui aliter,notant Na-
uarrus in conſil.1.de ſponſalibus, Sarmientus lib.1.ſelect.
interpret.c.6.num.2.ver.at hodie, Menoch.de præſumpt.
libro 3.præſumpt.1. num.102. Ita vt liceat propria autho-
ritate ab eo recedere,etiam ſi ſit ſequuta copula, & quod
non poſſit ſubſtineri in vim ſponſalium, vt tradit Meno-
chius in conſilio 368.numero nono,quem refert,& ſequi-
131 tur Peregrinus in conſil. 91. num.29. lib.2. † Is autem di-
citur proprius parochus,ſub cuius parochiali Eccleſia cō-
trahentes habitant per totum annum,vel pro maiori par-
te ipſius, non autem vbi per aliquot dies, vel menſes per-
manſerunt cauſa recreationis,c.is qui, de ſepult.in 6. Me-
noch.in conſilio 398.per totum, cui ſubſcripſerunt plures
illuſtris nominis Doctores, & de præſumpt.libro 6 præ-
132 ſumptione 88.Caualcanus deciſ.44.par.3.† Et ideo non
valere matrimonium contractum in rure coram ſacerdo-
te rurali teſtatur Nauarrus in conſil.2. de clandeſtina de-
ſponſatione,quem refert,& ſequitur Peregrinus d.conſil.
133 91.num.31.lib.2.† Immo nec valere matrimonium con-
tractum coram proprio parocho extra tamen eius paro-
chialem Eccleſiam tenuit idem Nauarrus in conſil.47.nu.
3.& in conſil.52.ſub tit.de ſponſalibus, pro quo faciūt ci-
tata ſupra tit.9.num.24.& tit.63.num.5. eſt enim actus iu-
riſdictionalis matrimonio coniugare quod non pōt exer-
ceri niſi in ſua Eccleſia, & ſi contrarium verius credat Pe-
134 regrinus in conſil.79.per totum lib.5.† Sed & clandeſti-
na ſunt matrimonia illa, quæ non præcedentibus tribus de-
nunciationibus iuxta formam traditam in Concilio Tridē-
tino

Google

tino d.c.1.& ſi coram proprio parocho, & teſtibus in parochia contrahantur. Nauarrus in manuali c.22.nume.70. Menoch.in conſ.69.num.70.lib.1. Caualcanus deciſin.29. nu.18.par.1.Honded.conſil.72.nume.25.lib.2.Peregrinus conſ.91.num.34.lib.2 Gutier. de iuramento confirmato-
135 rio par.1.c.51.num.25.† Verumtamen ego puto quamuis clandeſtina eſſe affirment, quod valeant etiã omiſſis denũciationibus de licentia tamen ordinarij coram parocho,& teſtibus contracta. Si etiam ſubſiſtunt illa contracta clandeſtine inter ſolos contrahentes ſine parocho,& teſtibus, vt admittit Concilium in d.c.1.& probauimus paulo ſuperius, vt declarauit ſacra Cõcilij congregatio teſte Gutier.in quæſtionibus canonicis,lib.1.c.19.numer.9.in fine,& de iuramento confirmatorio par.1.c.51.num 3.Sanchez de matrimonio libr.1. diſputat.12. num.2. Rota diuerſorum in recentioribus deciſ.772.num.2.in fine,& vt probatur in d.q.5.c.ſi quis diuinis 9.cum ſequentibus,& cap vlt.§.fin. multo magis debent ſubſiſtere illa, quæ coram parocho, & teſtibus ſine denunciationibus ab ordinario remiſſis cõtracta, ſi vtriuſque confeſſione de illis cõſtet, & ita tenuit Nauarrus, Peregrinus, Hondedeus in locis citatis, & hæc eſt magis communis, vt teſtatur Gratianus lib.1.diſceptationum forenſium c.83.num.7.& ſequ. Ratio horum eſſe poteſt quia Concilium concedit ordinarijs in d.c.1.etiam omiſſis denunciationibus facultatẽ matrimonia celebran-
136 di, vt eorum prudentiæ videbitur.† Non tamen deſunt qui ſtrenuè defendunt etiam matrimonia celebrata corã parocho,& teſtibus, denunciationibus omiſſis eſſe nulla, & inualida, vt conſtat apud Cæphalum in conſilio 421.numero 71.lib.3.apud Menoch. vbi fuerat data licentia celebrandi denunciationibus omiſſis non ab ordinario, ſed ab eius Vicario in d.conſ.69.num.61.& ſeqq.& in conſil 398. apud Turretum in cõſil.28.num.25.lib.1.neceſſaria enim eſt licentia ordinarij, vt omiſſis denũciationibus parochus poſſit eos irreuocabiliter copulare, alias nihil actum erit,
137 ſi poſtea eorum aliquis diſſentiat.† expediens ideo eſt illa contrahi legitimè, publicè, ac ſolemniter præcedentibus denunciationibus coram parocho,& teſtibus, cum conſenſu patris,& propinquorum omnibus hinc inde conuocatis, vt conſuetudo omnium gentium obſeruat, & vt ſuadent Euariſtus Papa.epiſt.1.ad Epiſcopos relatus in 30.q. 5.c.1.& Nicolaus Papa ad conſulta Bulgarorum relatus in d.q.5.c.3.& alij quam plures in capitibus ſequentibus,& Concilium citato loco,& in § 2.Inſt.canon. de clandeſtina deſponſatione. Ita enim peracta,& legitima,& rata ſunt inſimul, perpetua, atque irreuocabilia indiuiduã vitæ conſuetudinem continentia cum diuini, atque humani iuris communicatione. Aliter verò præſumpta, non coniugia, ſed adulteria, vel cõtubernia, vel ſtupra, aut fornicationes potius, quam legitima coniugia eſſe, non dubitat Euariſtus Papa citato loco, niſi voluntas propria vtriuſque ſcili-
138 cet contrahentium, vt dictum eſt ſuffragauerit.† Sępe enim vt plurimum ſine legitimis,& canonicis ſolemnitatibus, nemine ex propinquis conſcio, nec conuocato coniugia fiunt inter impares ardore amoris,& effrenatæ libidi-
139 nis, non autem inter pares.† Et quanti facienda ſit paritas in matrimonijs contrahendis, multis & illis grauiſſimis authoritatibus demonſtrat Tiraquellus magnæ eruditionis vir de legibus connubialibus lege v. Imparitas enim inter cætera mala cauſat ſæpè diſcordias inter ipſos coniuges,& ſemper inter propinquos viri, qui ægrè ferunt indignis connubijs familiam deturpari, talibus enim cõnubijs afficiuntur iniuria implacabili, ſeque alienant ab omni officio erga ſuos talia audentes, vt pulchrè conſiderant Menoc.in d.conſil.69.num.32.& ſequen.& alij ab eo,& ſupra
140 citati.† Et quidem iuſta de cauſa propter quam pater ipſe alioquin naturæ iure obligatus relinquere hæredes filios, poteſt filium ipſum ſine ſuo conſenſu imparitet nuptias contrahentem exhæredare, l.3.§.ſi emancipatus, ff. de bonor. poſſeſ.contra tabul. ex quo textu ita arguit Gutierrius iunior.in auth.non licet, nume.27.& ſeq. C.de liberis præteritis,& alij relati per Surdum in tractatu de alimentis tit.1.q 6.num.5.qui ſub num.17. ver.ſed ſi verum, dicit
141 hanc eſſe magis communem.† & licet nonnulli dicant hanc exhæredationis pœnam eſſe iure canonico ſublatam, quia matrimonia debent eſſe libera, nec directè, nec indirectè impediri debent,& conſequenter omnis pœna ceſſare debeat, ex qua per indirectum matrimoniorum libertas impediri poteſt. Surdus dicta quæſtio.ſexta, numero ſexto,& ſequen. Tamen verior,& magis communis eſt in contrarium iam enim matrimonium eſt contractum, nec amplius quidquam agi poteſt pro eo impediendo, ſed pro contracto ſine conſenſu contra leges poteſt exhæredari, vt plane probant Pariſ.in conſil.29.libro tertio, Siluanus in conſil.2.numer.4.pleniſſime Barbos de matrimonio,4.parte leg.1.num.4 verſic.ſed his non obſtantibus. Molina de iuſtitia,& iure lib.1.tracta.2.diſputat.176.ver. contrariam ſententiam. Tiraquel.de nobilitate capitu.20. numer.176. Qua propter ij, qui ſponſalia de futuro etiam cum iuramento contraxerunt, poſſunt ob ſuſpicionem exhæredationis parentum recuſare implementum, nec ad illud cogi poſſunt ob hanc iuſtam recuſandi cauſam, vt ſæpe dixit Rota, vt teſtatur ſerraphinus in deciſ.1158.nu.1.
142 & 2.ſignum quod poſſint exhæredari.† Facit ad hoc propoſitum notabile conſilium Rebuff.7.num.13. vbi dicit poſſe Epiſcopos ſtatuere, quod ſinguli curati in ſuis Eccleſijs moneant ſuos parrochianos, ne ſine parentum conſilio, aut conſenſu matrimonium contrahant; quam admonitionem dicit eſſe laudabilem. Quod autem tales poſſint ab alijs propinquis, quibus inſcijs, nec vocatis nec certioratis matrimonia contraxerunt, exhæredari, non eſt qui reuocet in dubium nõ enim curarunt ipſi contra leges, canones,& totius orbis conſuetudinem de propinquis ſuis, ergo nec ipſi adſtricti ſunt curam habere de eis, ſicut non
143 eſt adſtrictus † Pater ipſe, qui vt dictum eſt, poteſt eos ob huiuſmodi irreuerentiam exhæredare, nec tenetur eos quantumuis inopes alimentare. Barbos citato loco nu.41 q
144 † Et dicta de Patrè procedunt etiam in Auo, quando nepotes ſunt in eius poteſtate, nam & Aui conſenſus exigitur, vt dictum fuit ſupra,& probatur 32.quæſtio.3.cap.1. vbi glo.leg.ſi nepos 9.l.oratione 16.§.nepote l.3.ff.de ritu
145 nuptiar.† Sed ſi nec vir, nec fœmina in matrimonium conſenſerint, profecto quomodocunque contractæ nullæ
146 extabunt nuptiæ.† Quoniam in contrahendis libera debet eſſe poteſtas,& liber vtriuſque debet accedere conſenſus, vt nuptiæ ſubſiſtant leg.neque 14 leg.in copulandis 8. in fine leg.in coniunctione 20.ibi,& ipſius quoque ff.de ritu nupt.leg.2.leg.non cogitur 25 ff.eod.leg.inuitum 28.ff. eodem leg.mulier 5.§.fin C.de ſponſalib.leg.nec filium 12. C.de nuptijs cap.1.in princip.de deſponſa.impub.cap.veniens 15.cum cap.ſequen de ſponſalib.27.quæſt.1.capitulo vidnæ 30.quæſt.2.cap.1.& 31.quæſt.2.in princip.capitulo 1.cap.tua ſanctitas cap.de nuptijs cap.vltim.in princ.& §.fin.36.quæſt.2.cap.vltim §.conſiſtere 30.quæſt.2.capit.1. Nec refert quod deſponſatus in deſpondentis ſit poteſtate, quia filius, nepos, vel pronepos, quia ſine eius conſenſu nullius eſt deſpondentis voluntas leg.nec filium C.de nuptijs, cum alijs iam citatis,& 36.quæſt.2.capit.vltim.§.nec filium quidem. Vel libertus, vel ſeruus leg.inuitus 28.cum leg.ſequen.ff.de ritu nup. Minus etiam refert, ſi quis verbis fraudem adhibuerit, quaſi conſentiret, vt puella ſtupra-
147 retur,† quia & nuptiæ ſimulatæ nullius ſunt momenti l.ſimulatæ 30.ff.de ritu nupt.leg.neque 23.capit.dudum 3 cap.tua nos 16.de ſponſalib. Hinc Ludouicus Areoſtus in Decimo cantilena 6.in monumentum mulierum ſcribit ita de fraudulentibus amatoribus.

L'amante per hauer quel, ch'es deſia
Senza guardar, che Dio tutt'ode, e vede
Auuiluppa promeſſe, e giuramenti,
Che tutti ſpargon poi per l'aria i venti.
I giuramenti, e le promeſſe vanno
Da i venti in aria diſſipate, e ſparſe
Tutto, che tratta queſt' amanti hanno
L'auida ſete, che gl' acceſe, & arſe
State à preghi, & à pianti che vi fanno
A queſt eſempio à credere più ſcarſe.

148 Sed † ſi poſtea alter alterius conſuetudine fruatur, tunc præſumitur conſenſus leg.in libera 24.ff. de ritu nuptiar. verum hoc mutatur Nouella conſtit.74 §.quoniam.& tereformatur in ſallut quoque. Si poſtea conſenſerint, vel ab quamdiu cohabitauerint, non dubitatur de conſenſu, nec minus conſequenter de nuptijs leg.22.ff.de ritu nup.capit.
149 de mulieres.& c.ad id quod 21.de ſponſalibus.† Nam ſine conſenſu aliquo modo declarato, nihil operatur copula carnalis, vt matrimonium dicatur contractum legitimum fuerit 19.in fine ff.de condit.& demonſtrat.l.cum tio, ſi

rus

Digitized by Google

tus 32.§.ſi mulier ff.de donat.inter virum & vxor. 27.q.2.
cap.ſufficiat in princip.capit.ſic quippe §.illud autem 32.
150 q.1.cap.non enim in princip.† Sed qui benedictionem Sa
cerdotalem in nuptijs accepit, ſi negat ſe conſenſiſſe, hoc
enim caſu metu per eum non probato, non poteſt dicere
matrimonium nullum defectu conſenſus, c.conſultationi
151 28.de ſponſalibus, d. Nouella conſt.74.§.illud autem.† Si
pubes cum impubere inuitus contraxit abſque eo, quod
expectet pubertatem eius, cum quo contraxit, poteſt nu-
ptijs renunciare, quia non conſenſit, c.ex literis 11.de de-
152 ſponſat.impub.† Sed ſi quis patre cogente ducit vxorẽ,
quam non duceret ſi ſui arbitrij eſſet, contraxit tamẽ ma-
trimonium: hoc inter inuitos non contrahitur, maluiſſe
153 enim hoc videtur, leg.ſi patre 22.ff.de ritu nupt.† Si me-
tus cauſa matrimonium ſit contractum, hoc probato non
ſubſiſtet, vt dictum fuit, & probatur in cap.veniens 15.§.
fin.& in c.conſultationi 28.§.fin. de ſponſalibus, c.de illis
154 9.in fine.de deſponſat.impub.† Niſi poſtea liber conſen
ſus non coactus interuenerit, vel deſponſati aliquamdiu
cohabitauerint, d.c.de illis 9.in fine, & cap.id quod 21.de
155 ſponſalibus. † Sed & ſi per errorem iniuſtæ nuptiæ ſint
contractæ, non ſubſiſtent, illoque detecto ſunt dirimendæ
29.quæſtio.prima, in princip. & §.his ita reſpondetur, cũ
ſequentibus vſque ad §.ad hæc non omnis, & quæſt.2.c.ſi
quis ancillam, §.his ita Diuus Thomas in ſupplemento
ſummæ q.51.artic.1. Niſi error ſit fortunæ, vel qualitatis,
non perſonæ, vel conditionis, d.§.ad hæc non omnis. &
156 Diuus Thomas ibi artic.2. † Præterea ſi non liberorum
procreandorum, ſed libidinis cauſa vxor ducatur, & ſtu-
dio id agant ne ex concubitu liberi procreentur, hæc nam-
que fuit benedictio coniugij, creſcite & multiplicamini
32.q.2.in princ.cap.1.& ſequen. Talium non appellantur
nuptiæ, nec coniuges ſunt, & ſi ab initio tales fuerunt, non
ſibi per connubium, ſed per ſtuprum potius conuenerunt.
Si autem non ambo ſint tales, aut illa eſt quodammodo
meretrix mariti, aut ille adulter vxoris, d.quæſt.2.ca.ſolet
6.§.cæterum, & c.ſequen. Qui ergo propter incontinentiá
in naturalem redire vſum monentur, patet, quod nõ pro-
pter filiorum procreationem tantom miſceri iubentur,
157 non tamen ideo nuptiæ malæ iudicantur. † Quod enim
præter intentionem generandi ſit, non eſt nuptiarum ma-
158 lum, ſed eſt veniale propter nuptiarum bonum, † quod
eſt tripertitum, fides videlicet, proles, & ſacramentum, §.
conſequuntur, Inſtit.de ſacramento matrimonij. Ideoque
immoderatus vſus coniugatorum non eſt nuptiarum ma-
lum, ſed eſt veniale propter nuptiarum bonom, d.quæſt.
159 a.c.2.§.qui ergo, & c.ſequen. † Ad tempus enim nuptiæ
contrahi non poſſunt, etenim ſi aliquam ſibi vir ad tem-
pus adhibuerit, donec aliam dignam, vel honoribus, vel
facultatibus eius inueniat, quam ſibi comparem ducat; a-
nimo ipſo adulter eſt: nec cum illa, quam cupit inuenire,
ſed cum iſta, cum qua ſic cubat, vt cum ea non habeat ma-
ritale conſortium, d.quæſtio.ſecũda, cap.ſolet 6.§.etenim,
nec ideo ab ea diſcedens, nec filiam ſuam illi tradens pec-
160 cat, d.quæſtio.ſecunda, cap.ſicut 10.§.cum ergo. † ex eo
enim quod ſecuris ſolemniter nuptijs concubitus non in-
terceſſerit, ſequitur quod veræ nuptiæ non ſint 27.quæſt.
2.in princ.§.fin.cum c.ſequen. vſque ad §.cum ergo aliã, c.
ſufficiat in princ.& §.ſed & quæritur, cap.Beata Maria, §.
conſenſus ergo, c.omnis, c.cum initiatur, c.coniuges, cap.
coniunx, cap.omne, cap.cum initiatur, leg.15.in fine, ff.
de condition.& demonſtration.l.32.§.ſi mulier, ff.de do-
nat.inter virum, & vxor.l.6.cum l.ſequen.ff.de ritu nupt.
l.nuptias, ff.de regul.iur. Verumtamen Gratianus eò vide-
tur inclinare, vt putet ſine concubitu matrimonium non
eſſe perfectum in d.quæſtio.ſecunda, c.non eſt dubium,
c.cum ſocietas, c.quod autem, §.ecce, cap.in omni, cap qua
propter, cap.ſi quia deſponſata, c.inſtituturum, §.poteſt, &
aliter, & §.iuxta hanc. Tamen non id firmat, vt colligitur
ex dicto §.poteſt, & profectò contra ante citatas leges, &
citatos canones id non poteſt cum iuſtitia firmare. Minus
ex eo quod ſolemnitas nuptialis non interuenerit, ſequitur
quod nuptiæ veræ non ſint & ratæ.30. quæſtio.quinta, ca-
pit.noſtrates, §.fin.cap.ſi quis diuinis in princip. l.à cali-
gato 21.C.de nuptijs, l.ſi donationum 22.C.eod. Nouella
conſtit.74.§.quoniam autem, exemplo cap.primi, de ſpõ-
ſalibus Sed ſanè ſunt non nullæ ſolemnitates quibus omiſ-
ſis, vitiatur matrimonium, vt ex Cõcilio ſupra probatum
fuit ex defectu conſenſus contrahentium, & ſimilibus.
161 † Quod autem nulla interueniente ſcriptura matrimo-
nium ſit contractum, non facit, quod non ſubſiſtat, ſubſi-
ſtit enim etiam ſine ſcriptura, l.ſi vicinis 9.C.de nuptijs, l.
ſi donationem 21.C.eodem, l.iubemus 11.C.de repudijs
Nouella conſtit.72. §.matrimonium 30. quæſtio.quinta,
162 cap.ſi quis diuinis in princip. † Verum iure ciuili inſpe-
cto habita ratione qualitatis perſonarum, ſine ſcriptura
non ſubſiſtit, vt colligitur ex l.imperialis 23.§.itaque, ibi
dum tamen & §.in verò ibi. vt tamen omnimodo, C.de
nuptijs, & §.imò etiam illud, & Nouella conſt.78.§.cæte-
163 rum ſi quis libertinam, & §.vnde ſi. † Item ſubſiſtit nul-
la dote interueniente, l.iubemus 11.C.de repudijs, l.cum
multæ 20.§.quare enim, C.de donat. ante nupt. Nouella
conſtit.74.§.in maioribus, d.c.ſi quis diuinis, ver.quamuis
nulla dos. Sed contradicere videntur 30.quæſt.quinta, ca-
pit.primo, verſ.& legibus dotetur, c.qualis, c.nullam, ſed
non contradicit, dicitur enim ibi qualis debeat eſſe vxor,
& qualiter ſit ducenda. Verum ſi non ſit talis, & aliter du-
cta ſit, matrimonium nihilominus ſubſiſtit, d.quæſt.quin-
164 ta, cap.nec illud.§.ſed obijcitur, cum c.ſequen.† Et nulla
interueniente ſtipulatione, ſolo enim conſenſu contrahi-
tur matrimonium, ſed neceſſaria ſunt quantum ad Eccle-
ſiam, verba conſenſum exprimentia de præſenti, vel in
muto ſigna, cap.tuæ 25. de ſponſalib. Concilium Triden-
165 tinum d.c.1.vbi ſupra. † Verum ſi contra interdictũ Ec-
cleſiæ, vel magiſtratus eccleſiæ matrimonium ſit contra-
ctum, non ſubſiſtit, c.tua fraternitas 4. de ſponſalib. diuor.
c.ad diſſoluendum 13.§.fin.de deſponſat.impub.35.q.6.c.
166 videtur in princ.36.q.2.c.vlt.§.iuſta autem. † Niſi cauſa
interdicti fuerit perpetua, ſed temporalis, tunc enim peni-
tentia indicitur, matrimonium verò non dirimitur, cap.1.
c.ex literis 2.c.vlt.de matrimon.contrac.contra interdictũ
167 Eccleſiæ.† Sed ſi contractum fuerit per procuratorem,
vel per ſubſtitutum ab eo non ſubſiſtit, niſi habeat ſpecia-
le mandatum ad contrahendum matrimonium, cum fa-
cultate ſpeciali ad ſubſtituendum alium, vtrique ad matri-
monium contrahendum. Sanè ſi procurator ante quam
contraxerit à Domino fuerit reuocatus, contractum poſt
modum ab eodem (licet tam ipſe, quam ea cum qua con-
traxit reuocationem huiuſmodi penitus ignorarent) nul-
lius momenti exiſtit: cum illius conſenſus defecerit, ſine
quo firmitatem habere nequiuit, c.vlt.de procurator in 6.
168 † Verum ſi per errorem, imperitiam, & ruſticitatẽ iniu-
ſtæ ſint contractæ nuptiæ, & longo tempore matrimoniũ
durauerit, liberique exinde nati ſint, nihilominus ſunt ſe-
parandi, c.non debet 8.§.fin.de conſanguinit.& affinit.ca.
169 cum haberet 5.de eo qui duxit. † Ex diſpenſatione tamẽ
Summi Pontificis ſuper hoc ſpecialiter obtenta, poterunt
in matrimonio relinqui 35.q.8.in princip.c.1.l.Diuus Mar
170 cus 58.ff.de ritu nupt. Nouell.c.139. † Sed & ſi publicè
in facie Eccleſiæ matrimonium ſine contradictione aliqua
contractum ſit, quamuis iniuſtum ſubſiſtit, c.cum inter 2.
c.peruenit 11.c.ex tenore 14. Qui filij ſint legit.c.cum inhi
bitio.3.§.ſi quis verò, ibi pari modo, de clandeſtina deſpon-
171 ſat.† Niſi ambo coniuges ſciuerint matrimoniũ eſſe iniu
172 ſtum, d.c.inhibitio. §.ſi quis verò. † Sed quod ſubſiſtere
diximus intelligi debet quoad liberos tantum, vt illi legi-
timi habeantur, quo verò ad ſeparandum matrimonium
attinet, non ſubſiſtit, quia ſeparandi ſunt, dicto cap. cum
inter 2. Qui filij ſint legitimi, ver.diuortij ſententia, &c.
Vel diſpenſatione Summi Pontificis, quam etiam olim
apud veteres Romanos concedebant Imperatores. in ma-
trimonio ſunt relinquendi, vt iam dictum fuit, & probãt,
l.1.C.ſi nupt.& reſcript.l.2.C.eod.& l.vlt. C.de inceſtis nu-
ptijs. Sed ſi publicationibus factis, nihil ſit appoſitũ, & in-
iuſtæ nuptiæ ſequutæ idem erit, ca.vlt.qui matrim.accuſ.
poſſ. Idem erit ſi nemo matrimonium accuſauerit, vt iniu
ſtum, c.cum inhibitio.3.ver.& ipſi presbyteri, de clandeſt.
deſponſation.c.porrò 3.§.præterea, de diuortijs. Idẽ vtiq;
erit & ſi conſuetudo loci in contrarium extet, quia id face-
re non poteſt conſuetudo, c.quod ſuper 5.§.fin.de conſan-
guin.& affinit. Verum ſi Summus Põtifex, qui ſolus id po-
teſt, diſpenſatione talia confirmauerit matrimonia, ſubſi-
ſtent non ſolum quo ad legitimationẽ prolis, ſed & etiam
quoad perpetuum vſum matrimonij, c.quia circa 6.eod.
173 tit.cum alijs paulo citatis. † Qui verò antequam ad fidẽ
eſſent conuerſi iniuſtas nuptias contraxerunt, ſi vnam ta-
tum

Digitized by Google

tum dixerint, cum ea fideles facti manebunt, c. de infide-
libus 4. de conſanguin. & affinit. cap. vlt. qui filij ſint legi-
timi, cap. gaudemus 8. & cap. vlt. de diuortijs, hactenus
de nuptijs.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij vſus verus in quo conſiſtat.*
2 *Nuptiæ inter Beatiſſimam Virginem, & S. Ioſeph ſolo conſen-
ſu contractæ.*
3 *Votum virginitatis in Beata Virgine quomodo conceptum.*
4 *Coniuges qua indiuidua vitæ conſuetudine viuere debeant.*
5 *Vir caput eſt vxoris, quæ ei ſeruire debet.*
6 *Maritus vxoris incommoda debet ſubſtinere.*
7 *Vxor quatenus poſſit à viro corrigi, & coerceri.*
8 *Debitum coniugale qualiter inuicem coniuges præſtare teneau-
tur.*
9 *Immoderato vſu coniuges vti inuicem non debent.*
10 *Continentia à coniugibus ſeruari non poteſt ſine vtriuſque cō-
ſenſu.*
11 *Debitum coniugale an reddendum in matrimonio iniuſto.*
12 *Debitum an reddendum ab eo qui contraxit incertus de morte
primæ vxoris.*
13 *Vxorem ducere, vel ei debitum reddere quomodo procedat in
clericis.*
14 *Vxorati quomodo poſſint ordinari.*
15 *Debitum coniugale quando reddendum non ſit, cum ſequenti-
bus, & nu. 18.*
17 *Cognatio ſpiritualis inter coniuges an faciat ceſſare obligatum
reddendi debitum.*
19 *Sponſi die benedictionis ſe commiſcere non debent.*
20 *Spiritus ſancti præſentia non datur, quando redditur debitum
coniugale.*
21 *Spiritus ſancti gratia adeſt quando redditur debitū coniugale.*
22 *Orationi vacare non poteſt coniunx ſine conſenſu alterius, vt
debitum exigenti non reddat.*
23 *Continentiam non poteſt vouere coniunx, nec religionem in-
gredi abſque alterius coniugis conſenſu.*

De iure contracti matrimonij, quod eſt inter virum, & vxorem conſtante matrimonio. Tit. 101.

1 CONſiſtit † enim matrimonij vſus in fide thori coniu-
galis, in cura ordinatè filios procreandi, & bono vſu
concupiſcentiæ 32. quæſt. 1. c. non enim 11. in fin. vt
fuit etiam dictum in proximo præcedenti tit. in princ. ver.
finis enim matrimonij, num. 8. Non enim in ſola commix-
tione maris, & fœminæ nuptiarum veritas eſt: quamuis ſi-
ne illa commixtione nuptiæ filios procreare non poſſint:
Sed alia ſunt ad nuptias propriè pertinētia, quibus ab adul-
terijs nuptiæ diſcernuntur: ſicuti eſt thori coniugalis fides,
& cura ordinatè filios procreandi, & (quæ maxima diffe-
rentia eſt) bonus vſus mali, hoc eſt bonus vſus concupiſcē-
tiæ carnis, quo bono adulteri male vtuntur, hæc enim bo-
na ſunt, quibus commendantur nuptiæ, & ab illicito viri
diſcernuntur, d. q. 1. c. non enim 11. ex Diuo Auguſtino cō-
tra Iulianum lib. 1. qui Iulianus aſſerebat, quod non erat
verum, & perfectum matrimoniū ſine commixtione car-
nali: ſciebat enim Diuus Auguſtinus, quod nuptias conſen-
ſus, non concubitus facit, vt iam in præcedenti fuit dictū,
2 & probatum. † Tales enim fuerunt ſacroſanctæ illæ nu-
ptiæ, quæ fuerunt contractæ inter Beatiſſimam Matrem
Chriſti Saluatoris noſtri Mariam Virginem, & Sanctiſſi-
3 mum Patriarcham Ioſephum eius virū. † Ipſa enim pro-
poſuit ſe ſeruaturam votum virginitatis in corde ſuo: ſed
ipſum votum virginitatis non expreſſit ore. Subiecit ſe di-
uinæ diſpoſitioni, dum propoſuit ſe perſeueraturam vir-
ginem, niſi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo vir-
ginitatem ſuam diuinæ diſpoſitioni conſenſit in carnalem
copulam, non illam appetendo, ſed diuinæ inſpirationi in
vtroque obediendo. Poſtea verò filium genuit, & quod
corde conceperat, ſimul cum viro labijs expreſſit, & vter-
que in virginitate permanſit. Conſenſus ergo cohabitan-
di, & indiuiduam vitæ conſuetudinem retinendi interue-
4 niens, eos coniuges fecit. † Indiuidua verò vitæ conſuetu-
do eſt talem ſe in omnibus exhibere viro, qualis ipſa ſibi
eſt, & è conuerſo. Ad indiuiduam itaque conſuetudinem
pertinet, abſq; legitimo conſenſu viri, & orationi aliquā-
do non poſſe vacare, nec continentiam profiteri. Quia er-
go iſte conſenſus fuit inter eos; patet eos coniuges fuiſſe,
etiam ſine concubitu 27. q. 2. in princ. c. 2. cum pluribus ſe-
5 quentibus. † Sed vir caput eſt vxoris, & vxor ei ſeruit, eſt
enim ordo naturalis in hominibus, vt ſeruiant fœminæ vi-
ris, quia nulla iuſtitia eſt, vt maior ſeruiat minori. Hęc ima
go Dei eſt in homine, vt vnus factus ſit quaſi Dominus, ex
quo cæteri oriuntur, habens imperium Dei, quaſi Vica-
rius eius: quia omnis Rex Dei habet imaginem: ideoque
mulier non eſt facta ad imaginem Dei. Hinc eſt vnde dicit
Apoſtolus. Vir quidem, ait, non debet velare caput ſuum,
quia imago, & gloria Dei eſt, mulier autē ideo velat, quia
non eſt gloria, aut imago Dei, ita Diuus Auguſtinus in lib.
Geneſis, quæſtio. 153. & in quæſtionibus veteris teſtamen
ti, & noui ex vtroque mixtim, cap. 106. relatus in 33. quæ-
ſtio. 5. cap. eſt ordo 12. & ſequent. & capit. manifeſtum 11.
cap. ſatis apparet 14. cum ſequentibus vſque ad finē quæ-
ſtionis. Et Sara vxor Abrahami ſic ſubdita erat viro, vt il-
lum ſemper Dominum ſuum nominaret Geneſis 18. &
Diuus Petrus in epiſtol. 1. Et primæ ipſi mulieri Geneſis 2.
dictum eſt à Deo. Sub viri poteſtate eris, & ipſe domina-
bitur tui. Non autem ipſa viri Domina eſt, nec nominari
debet, ne in tyrannum viro euadat qualis Dalida Sampſo-
ni, vt Iud. 16. & alia, vt 3. Regum 4. Nam vt dixit quidam
Hetruſcus Poeta.

Donna adorata un Nume è dell'inferno.

6 Veruntamen maritus vxoris incommoda, & aduerſam
eius valetudinem debet ſubſtinere, l. 22. §. ſi maritus, ver.
quid enim, ff. ſolut. matrimon. 32. quæſt. 5. c. ſi vxor e 18. &
quæſt. 7. cap. ſi quis cum. §. fin. c. Dominus. Et è conuerſo.
Qualiſcunque enim ſit vir, ex quo ſemel placuit, dimitten
dus non eſt, quod idem intelligitur de vxore 32. quæſt. 5.
c. horrendus 17. cum ſequentibus vſque ad finē quæſtio-
nis. Verum quia, vt dictum eſt, atque probatum. Caput v-
xoris eſt vir, arbitriumque viri vxorem in omnibus ſequi
oportere, quia nulla eſt eius poteſtas, ſed in omnibus viri
Dominio eſt ſubiecta 33. quæſt. 5. c. cum caput 15. cum ſe-
7 quentibus. † Ideoque ab eo poteſt corrigi, & coerceri, non
quidem vſque ad necem, ſed vſque ad vincula, & cuſto-
diam in domo ſua, ad ieiunia ſalutaria, non autem mortí-
fera 33. quæſt. 2. c. ſi quod 9. § fin. cum c. ſequen. 23 quæſt.
4. c. duo iſta 35. ibi. marito regenti coniugem ſuam 7. quæ-
ſtio. 1. c. ſicut alterius 39. in princip. vbi gloſ. in verbo iudi-
cari. Temperatè enim poteſt eam caſtigare quia eſt de fa-
milia ſua, non autem verberando, l. conſenſu, C. de repu-
dijs, & 33. quæſtio. quinta, cap. hæc imago, & d. quæſtio.
ſecunda, d. c. placuit 10. vbi glo. in verbo poteſtatem, verſ.
ſed nunquid laicus. Quare id quod dicitur vſque ad vin-
cula, & cuſtodiam, & ieiunia ſalutaria non autem morti-
fera, intelligitur, quod vir poſſit compellere eam, vt tales
pœnitentias ſuſcipiat iniunctas ſibi ab alijs. Nam ſi eam
ipſe ex ſe verberauerit ſeuerè, niſi pro cauſis in lege ex-
preſſis, punitur in pecunia, vt in auth. vt liceat matri, & a-
uiæ, col. 8. §. ſi quis autem, l. vlt. C. de repudijs, glo. in dicto
8 c. ſicut, & in d. c. ſicut alterius. † Sed & ex iure contracti
matrimonij ſibi inuicem præſtare tenentur debitum con-
iugale, quod alter alteri exigenti præſtare tenetur, neque
de hoc poſſunt coniuges ſe inuicem fraudare. Quia, vt di-
cit Apoſtolus, vxor ſui corporis poteſtatem nō habet, ſed
vir, & vir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed mulier
30. quæſtio. prima, c. noſſe 3. & 32. q. 2. cap. ſicut 2. ex Diuo
Hieronymo in c. 5. epiſtol. ad Epheſios, §. vnde Apoſtolus.
Vnde Diuus Auguſtinus ſuper pſalm. 146. in extremo, in-
quit, Redde debitum, & ſi non exigis, redde. Pro ſatisfa-
ctione perfecta Deus tibi computabit, ſi non, quod tibi de-
betur, exigis; ſed reddis quod debetur vxori, relatus in 33.
quæſt. 1. c. 1. & idem in epiſt. 199. ad Edictum, inquit, conti
nentiæ meritum habere, qui pro incontinentia vxoris de-
bitum ſibi reddere cogitur, idque ſecundum verba Apo-
ſtolica affirmat, relatus in dicta quæſtio. quinta, capit. ſe-
cundum 5. Nec refert, quod non procreandorum libero-
rum, ſed libidinis cauſa debitum exigatur, vt colligitur ex
9 allegatis hic, & in præcedenti. † Nam immoderatus vſus
coniugatorum non eſt nuptiarum malum, ſed eſt venia-
le propter nuptiarum bonum. Debent ergo ſibi cōiugati,

Digitized by Google

non ſolum ipſius ſexus ſui commiſcendi fidem liberorum
procreandorum cauſa, quæ prima eſt humani generis in
iſta mortalitate ſocietas, Verum etiam infirmitatis inuicē
excipiendæ ad illicitos concubitus euitandos mutuā quo-
10 dammodo ſeruitutem, † vt & ſi alteri eorum perpetua
continentia placeat, niſi ex alterius conſenſu nō poſſit, 32.
q. 2.c.quicquid. 3. ex Diuo Auguſtino de bono coniugali, c.
6. Sed hoc intelligi debet cum declaratione, de qua in pro-
11 ximo præcedenti tit. ver. Præterea ſi non liberorum. † Ve-
rum ſi matrimonium ſit iniuſtum, & id aliquis eorum pro
certo ſciat, non tenetur reddere debitum, immo potius pa
ti debet excommunicationem, quam debitum reddere, ſi
autem hoc credat ex cauſa probabili, & diſcreta poteſt red
dere debitum, non autem exigere; ſed ſi ex leui, & teme-
raria cauſa, depoſita continentia, poteſt reddere, & exige
re, c. inquiſitioni 44. de ſenten. excommu, c. literas. 13 §. ho-
rum autem, ver. qui conſanguinitatis de reſtit. ſpoliat. c. 2.
12 de ſecundis nuptijs. † Dubitans de morte coniugis, niſi
prius certificetur, non debet contrahere, verum ſi contra-
xit, debet reddere, ſed non poteſt exigere debitum, cap. 2.
13 de ſecundis nuptijs. † Si maritus ſit Epiſcopus, Presby-
ter, aut altaris miniſter non poteſt, nec reddere, nec exige-
re tale debitum, quia in his ceſſant opera nuptiarum in Ec
cleſia Latina, diſt. 31. c. lex continentiæ. 10. cum c. ſequen. di
ſtin. 32. c. multorum, c. eos qui. c. ſeriatim, §. fin. c. penult. &
c. 1. Non enim in Eccleſia Latina poſſunt ducere vxorem,
d. diſt. 32. in princ. c. 1. cum ſequentibus. Ductas autem non
debent abijcere à cura ſua, ſcilicet, vt victum eis, & veſti-
tum largiantur. Sic enim & ſanctos Apoſtolos legimus fe-
ciſſe. Beato Paulo dicente. Nunquid non habemus poteſta
tem mulierem ſororem circumducendi, ſicut fratres Do-
mini, & Cephas? ſcilicet, vt de mercede prædicationis ſub-
ſtentarentur ab eis, nec tamen foret deinceps inter eos car-
14 nale coniugium, d. diſt. 31. ca. omnino. 11. † Sed hodie vxo-
rati non ordinantur, niſi ambo coniuges vouentes conti-
nentiam mulieres monaſterium viri ſacerdotium ſuſcipi-
ant. Quo caſu exemplo Apoſtolorum à cura charitatis nō
ſunt vxores abijciendæ, ſed à cura carnalitatis, d. c. lex con-
15 tinentiæ. 10. & d. c. omnino. 11. cum ſeq. † Si alter cōiugum
adulterium commiſerit, ceſſat obligatio debitum reddēdi,
immo qui rem habet cum vxore adultera, ante quā pœni
teat, & ſatisfaciat, peccat, & debet agere pœnitentiam. 32.
q. 1. in princ. c. 1. & ſeq. c. in coniugio 3. & c. ſi quis vxorem;
16 4. † Si alter coniugum commiſerit inceſtum, vel cum affi-
nibus concubuerit, alter non tenetur præſtare debitum, &
dirimitur matrimonium, c. 1. c. tranſmiſſæ 4. de eo, qui co-
gnouit conſanguineam. 27. q. 2. c. qui dormierit. 32. q. 7. ca.
qui dormierit. 21. cum ſeq. c. concubuiſti. 23. Sed ſi alter, q
nihil commiſit, ab eo, qui deliquit, debitum exigat, tunc
enim delinquens reddere tenetur, d. c. tranſmiſſæ. 4. ver. ni-
ſi ab ea fuerit requiſitus, c. penul. & vlt. eod. tit. Si verò quis
ignorans inceſtum commiſerit, alteri tenetur reddere, &
poteſt ab eo exigere. 34 q. 2. c. ſi virgo, §. fin. cum c. ſequ. &
per allegata in præcedenti ver. omnibus etiam vtriuſque
ſexus. Idem vtique erit ſi culpa coniugis alter coniunx in-
ceſtum commiſerit, cap. diſcretionem. 6. §. ſed nec affinitas
17 de eo, qui cognouit conſanguineam. † Si inter maritum, &
vxorem cognatio ſpiritualis interuenerit, ceſſabit hinc in-
de obligatio reddendi, & exigendi debitum. 30. q. 1. in prin
cip. c. 1. c. de eo. § ſi autem coniuges. Sed contradicit d. q. 1.
c. vlt. §. fin. & c. 2. de cognat. ſpirit. & c. de his, ſed concilian
tur. Nam ſi fraude alterius coniugum factum ſit, vt cogna
tio ſpiritualis intercederet, non ideo ceſſabit obligatio de-
bitum reddendi, d. q. 1 c. dictum. Vel ſi neceſſitate vrgente
cognatio ſpiritualis interceſſerit, d. q. 1. c. ad limina, de quā
18 re, & in præcedenti tit. n. 81. & ſeq. † Si mulier ſit in puer-
perio, vel infantem, nondum ablactauerit, nō tenetur red-
de debitum, diſt. 5. c. ad eius 33. q. 4. ca. ſi cauſa in fine, & in
puerperio dicitur, quando concepit, & partus mouetur, vſ
que ad editionem partus, d. c. ſi cauſa. ibi & ipſa ratio con-
ceptus. Verum hoc eſt conſilium ſecundum glo. ibi. & in d.
c. ad eius. Idem eſt ſi mulier menſtruo laboret, tunc enim
non tenetur reddere debitum, d. c. ad eius, & d. c. ſi cauſa.
Nec minus tempore ieiunij tenentur coniuges ſibi inuicē
debitum reddere. 33. q. 4. c. fratres, c. Chriſtiano, c. qui in ca
ſtigatione, & d. c. ſi cauſa. Nec etiam tempore orationis, d.
q. 4. in princip. cum c. ſeq. niſi vxor ipſa ſit, quæ eo tempore
debitum exigat, hoc enim caſu maritus omiſſa oratione
exigenti vxori debitum reddere tenetur, d. q. 4. c. nec vxo-
rem in fine, cum c. ſequen. Tempore autem pœnitentiæ, &
quo quis communicaturus eſt, debitum reddere non tene-
tur, 33. q. 4. c. 1. niſi fortè procurandæ ſobolis gratia exiga-
tur, tunc enim reddi debet cum diſtinctione, de qua in d.
q. 4. c. vir cum. §. ſi quis verò. Sed nec diebus feſtis, nec die-
bus proceſſionis quis debitum reddere tenetur, d. q. 4. ca. ſi
cauſa 4. & c. Chriſtiano. 5. Maior enim reuerentia debetur
19 Dei cauſis, quam hominum, d. cap. 5. † Sed nec die benedi-
ctionis debitum exigitur. Nam cum acceperint benedi-
ctionem ſacerdotalem ſponſi, eadem nocte pro reueren-
tia ipſius benedictionis debent in virginitate permanere.
30. quæſt. 5. cap. ſponſus, 5. in fine, & diſtinctione 23. cap. vl
20 timo. † Sed & quamuis in copulandis ſacramento matri-
monij ſponſis id fiat in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
ſancti, vt dicit Concilium Tridentinum poſt Canones alle-
gatos in ſeſſ. 24. de reformatione matrimonij, c. 1. §. idcirco
ibi. Ego vos coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
ſancti, Tamen tempore, quo debitum coniugale redditur,
Spiritus ſancti præſentia non datur. 32. q. 2. ca. quicquid. 3.
§. non autem, & cap. ſequent. vbi gloſſ. in verbo præſentia.
21 † Adeſt tamen gratia Spiritus ſancti quoad illa, ſine qui-
bus gratia Spiritus ſancti haberi non poteſt, cum etiā quis
mereatur quandoque in tali actu 33. q. 5. c. ſi dicat, & cap.
22 ſecundum. † Alter coniugum ſine alterius conſenſu non
poteſt orationi vacare, vt debitum exigenti non reddat.
27. q. 2. cap. beata. §. penult. cap. lex diuinæ, §. penultim. 33.
23 quæſt. 4. c. nec vxorem, §. fin. cum ca. ſequent. † Nec conti-
nentiam vouere, & religionem ingredi, d. cap. lex diuinæ, §.
fin. cum cap. ſequen. c. beata, §. penult., & quod iuris ſerua-
tur in marito, idem etiam ſeruatur in vxore, & è conuer-
ſo. 32. quæſt. 5. cap. præcepit, cap. apud nos, capit. penult. §.
ſed quæritur cum c. ſequen. & q. 6. c. ſi dictum, c. indignan-
tur. Verum tamen vir debet virtute vincere, & exemplo
vxorem regere, d. quæſt. 6. d. cap. indignantur, & c. vltimo.
Sed & plura afferuntur in Syntagma commu. opin. loco 3.
tit. 2. per totum.

S V M M A R I V M.

1 *Actio oritur ex contractu matrimoniali ad uxorem, vel virum recuperandum.*
2 *Recuperandæ remedium non competit ex ſolis tantum ſponſalibus, limitatur num. ſeq.*
3 *Poſſeſſio in matrimonio non acquiritur per ſolam traductionem puellæ ad domum viri, non præcedentibus ſponſalibus.*
4 *Poſſeſſio manutenibilis non acquiritur in matrimonio iniuſto, ſed fit depoſitum pendente iudicio poſſeſſorio.*
5 *Reſtitutio coniugis peti poteſt etiam ſi actio ad diſſoluendum matrimonium in iudicium fuerit deducta, limitatur numero 6.*
7 *Vxor non eſt reddenda viro agenti ad reſtitutionem, niſi idoneè caueat de benè tractando.*
8 *Sæuitia viri magna impedit reſtitutionem vxoris.*
9 *Cauſæ inter virum, & vxorem ſunt ſolum ab Epiſcopo cognoſcendæ.*
10 *Matrimonium quomodo probetur.*
11 *Teſtes in cauſis matrimonialibus etiam conſanguinei, & pater recipiuntur.*
12 *Mater an ſit teſtis idonea in cauſa matrimonij.*
13 *Lite pendente ſuper matrimonio, aliud contrahi non poteſt.*
14 *Separatio thori qua intercedente forma iuramenti ſit facienda.*
15 *Forma iuramenti præſtandi a coniuge in ſeparatione thori.*
16 *Forma iuramenti in reconciliatione coniugij præſtandi.*
17 *Interdictum de vxore exhibenda, vel exhibendo viro competit vtrique.*

De actione qua vxor virum, & à conuerſo vir vxorem petit. Tit. 102.

1 EX contractu † itaque matrimonij oritur actio, qua
alter coniugum ab altero ius ſuum petere, ac perſe-
qui poteſt. Nam ſi vir vxorem deſerat, vel è con-
tra vxor virum, ex contractu matrimonij datur, qua
deſer-

deſertus vel deſerta ad deſerentem recuperandum experiri poteſt. Probata enim deſponſatione, & copula vxor viro, & vir vxori reſtituitur, cap. ex tranſmiſſa 8. de reſtit. ſpoliat. cap. ex parte 9. de ſponſalib. 31. quæſtio. ſecunda, in princip. cap. vlt. 32. quæſtio. quinta, capit. puto, §. cum Iudæi, cap. horrendus, cap. præcepit, cap. quidquid, quæſt. 7. cap. Apoſtolus in princip. 33. quæſtio. ſecunda, in princip. cap. primo cum cap. ſequen. c. an quod, cap. hiſtoriam, ca.
2 ſiue de coniugijs. † Verum non ita erit, ſi ſponſalia tantũ, non nuptiæ præceſſerint, ſecundum diſtinctiones, de quibus ſupra tit. 99. & ſequentibus. Vel ſi puella nondum ſeptem annorum in domo viri traducta ſit, nullis, vel inua-
3 lidis præcedentibus ſponſalibus. † Quoniam per ſolam traductionem puellæ ad domum viri, non præcedentibus ſponſalibus, vel illis inualidis, non acquiritur poſſeſſio: vt, ea recedente propria authoritate, competat reſtitutio. c.
4 ex parte 14. de reſtitut. ſpoliator. † Vel ſi matrimonium ſit iniuſtum, & petitorio non poſſeſſorio iudicio agatur, nam ſi ſolo agatur poſſeſſorio, fit reſtitutio, vel depoſitum, donec de iuſtitia matrimonij cognoſcatur, c. literas 13. §. ſecundo verò, & §. nos autem, ver. quamuis de reſtitut. ſpo-
5 liator. † Quod enim actio de diſſoluendo matrimonio in iudicium fuerit deducta, non facit, vt reſtitutio peti non poſſit, poteſt enim peti, & debet per iudices concedi, cap.
6 ex conqueſtione 16. eodem titul. † Verum ſi notoria actricis in poſſeſſorio fuerit fornicario, non reintegrabitur, capit. ſignificaſti, cap. de diuortijs 34. quæſtio. prima, cap. non ſatis, §. rem nouam, ſed & de hac re alibi in ſequenti
7 tit. plura dicentur. † Obſeruandum tamen eſt, quod ſi vir ille ſit, qui ad reſtitutionem vxoris in poſſeſſorio, vel petitorio agat, nunquam eſt ei reſtituenda, niſi ipſe prius idonee caueat, quod illi nullum aliquod malum inferet, capit. octauo, de reſtitut. ſpoliatorum, ver. recepta tamen.
8 † Verum ſi magna ſit viri actoris ſæuitia, cui nulla ſufficiat cautio, alicui probæ, & honeſtæ mulieri vſque ad cauſæ deciſionem cuſtodienda ſtudioſius committitur, in loco vbi vir, vel parentes eius mulieri nullam poſſint violẽtiam inferre, dicto cap. ex tranſmiſſa 8. de reſtitut. ſpoliator. cap.
9 ex literis 13. §. fin. eodem titu. † Iudices autem harum cauſarum ſunt locorum Epiſcopi, non alij, cap. accedentibus 12. de exceſſibus prælator. vt & alibi dictum fuit, & in hoc iudicium ſicut in alijs, actori incumbit onus probandi, per allegata ſupra libro ſecundo, tit. 29. de probationibus, & eſt textus in ſpecie, in capit. primo, vbi gloſ. & Do-
10 ctor. de clandeſtina deſponſatione. † Probatur autem matrimonium nõ ſolum per omnis generis probationes, quibus alia humana facta, de quibus in dicto tit. 29. & ſequẽtibus, & apud Maſcardum libro ſecundo, de probationibus concluſione 1021. & pluribus ſequentibus, ſed & etiã per præſumptionem violentam exortam ex depoſitionibus cõſanguinei viri, cap. illud quoque 11. de præſumptio-
21 nibus. † Immo parentes vtriuſque ſexus fratres, & cognati, & pater ipſe in cauſis matrimonialibus recipiuntur 35.
12 quæſtio. octaua, cap. videtur 2. §. quod autem. † Teſtimonium verò matris eſt ſuſpectum, vbi filia petit in virum aliquem ſe maiorem. Cum enim mater filiæ, incremẽtum, & honorem videtur diligere, vbi vir ſuperior eſt diuitijs, & nobilitate, potentiæ, vel honore, teſtimonium eius videtur eſſe ſuſpectum, & ideo non eſſe aliquatenus admittendum, dicto cap. ſuper eo 22. de teſtibus, & atteſt. vbi gloſ. ſed de illo probando per teſtes, & per quales teſtes poſt Maſcardum in locis citatis, agit etiam ad ſatietatem Farinacius in tractatu de teſtibus, quæſtio. 54. numero 64.
13 & ſequentibus. † Pendente verò lite ſuper matrimonio, aliud matrimonium contrahi prohibentur litigatores, capit. tua ſcilicet 4. de ſponſ. duorum, vt & alibi dictum fuit. Cauſa itaque cognita, tandem vel ſeparantur, vel reconciliantur, & vtrumque executioni demandatur cum præcepto, vel ſeparationis, vel reconciliationis cum iuramen-
14 to. † Qui verò ſeparantur ab inuicem huiuſmodi iura-
15 mentum ſibi à iudice oblatum præſtabunt. † Ab iſta die in antea, quod tu per nullum ingenium te ſociabis huic tuæ conſanguineæ N. cum qua contra legem, & rectam Chriſtianitatem adulterium, & inceſtum perpetraſti, nec in coniugio, nec in adulterio illam tibi ſociabis, nec cum illa ad vnam menſam manducabis, & bibes, aut ſub vno tecto manebis: niſi fortè in Eccleſia, aut in alio publico loco, vbi nulla mala ſuſpicio poſſit eſſe, & ibi coram teſtibus idoneis pro certa neceſſitate pariter colloquimini; nec aliam coniugem accipies, niſi fortè poſt peractam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab Epiſcopo tuo, aut eius miſſo. Sic te Deus adiuuet, & iſtæ ſanctorum reliquiæ.
16 † Qui verò reconciliantur huiuſmodi vtique à iudice ſibi oblatum iuramentum præſtabunt. Ab iſto die in antea iſtam coniugem tuam. N. quam iniuſtè dimiſeras, ita tenebis, ſicut per rectum maritus ſuam debet habere coniugem in dilectione, & debita diſciplina: nec eam per vllum malum ingenium à te ſeparabis, nec ea viuente aliam accipies. Sic te Deus adiuuet, & iſtæ ſanctorum reliquiæ, ita diſponitur in 35. quæſtio. ſexta, capit. ab iſto 9 & capit. vl-
17 tim. in princip. † Quando enim vir eſt reſtituẽdus ad poſſeſſionem ſuæ vxoris, vel eſt recepturus eam, quam iniuſtè dimiſit, iurat vt ſupra dictum eſt, & comperit interdictum, vt præmiſſa peragi, ac executioni demandari poſſint, de vxore exhibenda, & ducenda coram iudice, vt facultas ei ſit illam reſtituendi, & è conuerſo de viro exhibendo, & ducendo, l. octaua, ff. de diuortijs, leg. ſecunda, ff. de liberis exhibend. l. 3. C. eodem, leg. vndecima, C. de nuptijs, & cap. non eſt 11. de ſponſalibus, cum alijs pluribus relatis in ſyntagma commu. opin. loco 3. titulo ſecundo, per totum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ob quas cauſas diſſoluatur, vel ſeparetur.*
2 *Fornicatio quando ſit cauſa diſſolutionis matrimonij.*
3 *Pudicitia per violentiam illatam non dicitur amiſſa.*
4 *Caſtitas duplicatur, ſi corpus per violentiam corrumpatur.*
5 *Pudicitia virtus eſt animi, & comes fortitudinis, & quomodo ſit ſeruanda.*
6 *Libidinis aliena violentia, nec animo nec corpori aufert ſanctitatem.*
7 *Sanctitas corporis amittitur violata animi ſanctitate.*
8 *Lucretiæ Romanæ pudicitia laudatur.*
9 *Caro non peccat ſi anima fuerit munda.*
10 *Virginitas carnis non ſeruatur mente corrupta.*
11 *Adulterij crimen, vel fornicationis non committit, quæ violentiam paſſa eſt.*
12 *Adulterium quando dicatur committi.*
13 *Maritus non poteſt uxorem adulteram propria authoritate abijcere, ſed cauſa iudicialiter agitata. declaratur, numero 14.*
15 *Fornicatio commiſſa ante matrimonium non dat cauſam diſſolutionis illius.*
16 *Hereſis coniugis eſt cauſa ſeparationis.*
17 *Et quid ſi hereticus coniunx conuertatur.*
18 *Matrimonium non diſſoluitur propter delicta homicidij furti, vel alia.*
19 *Matrimonium iure Ciuili an diſſoluatur ob delicta.*
20 *Votum continentiæ, & religionis quando ſit cauſa ſeparationis, & nu. 26.*
21 *Votum quando iure canonico, vel Ciuili emitti poſſit.*
22 *Votum ſequutis nuptijs ante copulam an poſſit emitti.*
23 *Votum an poſt copulam poſſit emitti.*
24 *Vxor eius, qui continentiam vouit, ſi committit adulterium, amittit ius reuocandi virum à religione.*
25 *Coniunx religionem profeſſus, & poſtea reſtitutus, non compellitur mortuo coniuge ad religionem redire.*
26 *Profeſſus religionem uxore ſciente nõ poteſt ad ſecularem vitam redire, vel aliam ducere.*
27 *Profeſſus poteſt ab altero coniuge, qui non vouit continentiam reuocari ad thorum. Continentiam ſi quis vouit de conſenſu coniugis, non poteſt poſtea redire ad matrimonium, ſi eam ſeruare non poſſit, nu. 28.*
29 *Matrimonium non ſoluitur ſi ſine authoritate Epiſcopi coniuges ob religionem diuerterint.*
30 *Matrimonium non ſoluitur ſi continentiam vouẽs nolit ſe adſtringere ad obſeruantiam regularem.*
31 *Vxor maritum profeſſum repetere poteſt, ſi ob metum dedit ei licentiam profitendi.*

32 *Diuortium de iure canonico non conceditur ad ſolutionem matrimonij, ſed ad ſeparationem thori.*
33 *Diuortium eſt propriè inter coniuges non inter ſponſos.*
34 *Matrimonium non ſoluitur per eius abiurationem.*
35 *Status controuerſia coniugis matrimonium non ſoluit.*
36 *Seruitus alterutri coniugi contingens eſt cauſa ſoluendi matrimonium. limitatur.*
37 *Deportatio an ſit cauſa ſoluendi matrimonium.*
38 *Abſentia coniugis non poteſt eſſe cauſa ſoluendi matrimonium, donec certum eſt coniugem viuere poſſe.*
39 *Filij nati ex poſteriori matrimonio contracto iudicio Eccleſiæ, uiuente primo viro dicuntur legitimi.*
40 *Impotentia coniugis, frigiditas, & ſterilitas eſt cauſa diſſoluendi matrimonij.*
41 *Impotentia ſuperueniens poſt copulam non diſſoluit matrimonium.*
42 *Impotens dimiſſus an alias poſſit nuptias contrahere.*
43 *Impotens dimiſſus ſi potentia redierit quid iuris.*
44 *Maleficiati impotentes effecti quid facere debeant.*
45 *Separatio thori ob cauſam maleficij facta dirimit omnino matrimonium.*
46 *Tempus triennij expectatur antequam ob maleficium matrimonium dirimatur.*
47 *Impotentia non eſt cauſa dirimendi matrimonium, quando ſciens cum impotente contraxit.*
48 *Separatio ex capite impotentiæ non conceditur niſi præfixo termino trium annorum ad cohabitandum. limitatur.*
49 *Quid in impotentia ex maleficio proueniente.*
50 *Probatio ad ſeparationem thori ante lapſum triennij non admittitur.*
51 *Furor coniugis non eſt cauſa legitima dirimendi matrimonium.*
52 *Infirmitas perpetua coniugis, vel mutilatio membri nō eſt cauſa dirimendi matrimonium.*
53 *Separatio thori propter morbum coniugis quando concedatur.*
54 *Matrimonium iudicis ſententia quomodo dirimi poſſit.*
55 *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet, quomodo procedat.*
56 *Incitatio ad peccandum ab altero coniugum præſtita, quando ſit legitima cauſa dirimendi matrimonium.*
57 *Idolatria, & quælibet noxia ſuperſtitio fornicatio eſt.*
58 *Fornicationis cauſa vxorem dimitti permiſit Dominus.*
59 *Infidelis vxor an ſit dimittenda.*
60 *Auaritia fornicatio dicitur.*
61 *Fornicatio dicitur quælibet illicita concupiſcentia, etiā præter carnalem.*
62 *Matrimonium ſolui poteſt propter illicitas quaſlibet concupiſcentias.*
63 *Matrimonium diſſoluitur, ſi in eum caſum deuenerit quo ab initio contrahi non potuiſſet, declaratur nu. 64.*
65 *Pœnitentia coniugum quando faciat ceſſare cauſam diſſolutionis matrimonij.*
66 *Matrimonium diſſoluitur ſi reuertitur coniunx, quem abſentem mortuum eſſe putans, alter iterauit nuptias.*
67 *Matrimonium poſterius cum impotente dirimitur, ſi primum per illam impotentiam fuerat diſſolutum.*
68 *Matrimonium dirimitur ſi coniunx alterius vitæ fuerit inſidiatus.*

De cauſis ex quibus matrimonium ſoluitur. Tit. 103.

1 CAuſæ † autem ex quibus matrimonium ſoluitur, & coniuges ſeparantur multæ quidem ſunt. Prima enim eſt nullitas matrimonij, cum ſcilicet ab initio nulliter matrimonium fuit contractum, vt in caſibus propoſitis ſupra aduerſus nuptias in tit. 100. quos hic repetere, & ſuperfluum, & laborioſum mihi iam defeſſo eſſet. Secunda cauſa eſt mors alterutrius coniugum, l. prima, ff. de diuortijs. Nouella conſtit. 22. §. quod autem ſuper ver. nuptiarum finem, capit. penult. & vltim. de ſecundis nuptijs, vt in omnibus ſemper ciuili ac canonica authoritate procedatur. Nuptiarum enim finem eſtā mors, quæ ex æquo omnia ſoluit. excipit dicto §. quod autem ſuper.
2 † Tertia cauſa eſt fornicatio coniugis, cap. ſignificaſti 4. de diuortijs, cap. diſcretionem 6. §. nam & ſi, de eo qui cognouit conſanguineam 32. quæſtio prima, cap. dixit, quæſtio ſeptima, cap. Apoſtolus, cap. fieri poteſt in princ. 14. quæſtio prima, cap. non ſatis, §. item nouum; leg. conſenſu 8. in princip. cum ſequentibus, C. de repudijs, l. adhibentis 11. §. inter culpas. Nouella conſtitut. 22. §. vſtitores, & §. has itaque Nouella conſtit. 117. §. quoniam verò, & §. ſi quocunque. Verum ſi culpa viri fuerit vxor fornicata, erit etiam putandum, nec ideo poterit ab ea diuertere, dicto cap. diſcretionem 6. & cap. gaudemus 8. §. fin. de diuortijs. Idem vtique erit, ſi maritus quoque fuerit adulteratus; dicto cap. ſignificaſti 4. & cap. quinto, cap. intellexinius 6. & cap. vlt. de adulterijs 32. quæſtio. ſexta, in princip. capit. nihil iniquius, c. iniquum, c. indignantur. Vel fornicatus fuerit quoniam à coniugato ſine adulterio non poteſt committi, per ea quæ dicta ſunt ſupra in tit. 101. in fine, ver. & quod, Vel ſi mulier non ſponte, ſed per raptorem, & vim fuerit
3 adulterata. † Pudicitia enim violenter eripi non poteſt, eſt enim virtus animi; quæ violentiam non ſentit. Corpori
4 autem vis infertur non animo. † Vnde quamuis corpus violenter corrumpatur, ſi pudicitia mentis ſeruetur illæſa, tamen caſtitas duplicatur, ſicut Beata Lucia fertur dixiſſe Paſchaſio. Si inuitam me feceris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam. Non enim inquinatur corpus, niſi de conſenſu mentis. Hinc Diuus Ambroſius libro ſecundo, de virginibus, inquit: Tolerabilius eſt mentem virginem, quam carnem habere. Vtrumque bonum ſi liceat, ſi non liceat, ſaltem non homini caſtæ, ſed Deo ſimus. Et Diuus Auguſtinus de Ciuitate Dei, libro primo, cap. 18. aſſirmans alienam libidinem neminem polluere, inquit, Ita, ne aliquam polluat aliena libido, metuitur? Non
5 polluit ſi aliena erit, ſi autem polluet aliena non erit. † Sed cum pudicitia virtus ſit animi, comitemque habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quam malo conſentire decernat, nullus autem magnanimus, & pudicus in poteſtate habeat, quid de ſua carne fiat: ſed tantum quid annuat mente, vel renuat, quis tandem ſana mente putauerit ſe perdere pudicitiam, ſi fortè in apprehenſa, & oppreſſa carne ſua exerceatur, & expleatur libido non
6 ſua. † Propoſito animi permanente, per quod etiam corpus ſanctificari meruit, nec ipſi corpori aufert ſanctitatem violentia libidinis alienæ, quam ſeruat perſeuerantia
7 continentiæ ſuæ. † An verò ſi aliqua fœmina mente corrupta, violatoque propoſito, quod Deus vouerat pergat vitianda ad deceptorem ſuum, adhuc eam per gentem ſanctam, vel corpore dicimus, ea ſanctitate animi, per quā corpus ſanctificabatur, amiſſa, atque deſtructa? Abſit hic error, & hic potius admoneamur, ita non amitti corporis ſanctitatem manente animi ſanctitate etiam corpore oppreſſo: ſicut amittitur corporis ſanctitas, violata animi
8 ſanctitate, & capit. decimonono, inquit. † Lucretiam certè matronam nobilem, veteremque Romanam pudicitiæ magnis efferunt laudibus. Huius corpore cum violenter oppreſſo Tarquinij Regis filius libidinosè potitus eſſet, illa ſcelus improbiſſimi iuuenis marito Collatino, & propinquo Bruto viris clariſſimis, & fortiſſimis indicauit, eoſque ad vindictam conſtrinxit. Deinde fœdi in ſe commiſſi ægra, atque impatiens ſe peremit. Quid dicemus? Adultera hæc an caſta iudicanda eſt? Quis in hac controuerſia iudex laborandum putauerit? Egregiè quidem ex hoc, veraciterque declamans, ait: Mirabile dictu duo fuerunt, & adulterium vnus admiſit; ſplendidè, atque veriſſimè. Intuens enim in duorum corporum commixtione vnius inquinatiſſimam cupiditatem, alterius caſtiſſimam voluntatem, & non quid coniunctione membrorum, ſed quid animorum diuerſitate ageretur attendens; duo, inquit,
9 fuere illi, & vnus adulterium admiſit. Nam in corpore pudicitia violari non poteſt, ſi mens inuiolata ſeruetur; † & caro non peccat, ſi contagione fuerit anima munda 32. quæſtio quinta, cap. ad Deum 7. cum duobus ſequentibus.
10 † Et è contra virginitas carnis non ſeruatur mente corrupta, dicta quæſtio quinta, cap. de pudicitia 6. & c. ſi Paulus
11 cum tribus ſequentibus. † Cum ergo hæc quæ violentiam paſſa eſt pudicitiam amiſiſſe, probari non poſſit, nullo modo conuincitur fornicationis, vel adulterij crimē incurriſſe. Vt enim inquit D. Auguſt. in lib. de bono coniu-
12 gali, cap. 4. † Adulterium committitur, cum vel propriè libidinis inſtinctu, vel alterius conſenſu cum altero, vel altera contra pactum coniugale concubitur, atque ita fran-

gitur

Digitized by Google

gitur fides, quæ etiam in rebus corporeis, & abiectis,
magnum animi bonum eſt: & ideo non poteſt dici admiſ-
ſum per raptum, & violentiam, vt iam fuit probatum. De
pœnis autem raptus, violentiæ tam publicæ, quam priuatæ
ad talia obuianda mala iam fuit dictum in lib. 1. tit. 50. &
13 31. † Sed & vir prætendens vxorem eſſe adulteram, non
ideo poteſt illam propria authoritate abijcere, cauſa non
dum iudicialiter agitata, & iudicis ſententia terminata,
14 per allegata in tit. præcedenti in princ. † Niſi fortè noto-
ria fuerit vxoris fornicatio, c. ſignificaſti 4. de diuortijs 34.
15 q. 1. c. non ſatis, §. rem nouam. † Quod autem ante matri-
monium vxor fuerit fornicata, non dat cauſam viro ab ea
diuertendi, c. quemadmodum 25. in princip. de iureiuran-
16 do. † Quarta cauſa ſoluendi matrimonium eſt hæreſis cō-
iugis, ex hac enim ſeparantur, c. quæſiuit 2. de diuortijs 28.
quæſt. 1. c. ſimili modo, c. vxor legitima, c. ſi infidelis, c. iam
17 nunc. c. ſic etiam, c. iudæi, c. non ſolum. † Sed conuerſi reſti
tuantur, cum diſtinctione, de qua in c. de illa 6. cap. quan-
to 7. §. fin. & c. gaudemus 8. §. qui autem, ver. quod ſi con-
uerſum de diuortijs. Sed ſeparati non poſſunt alias contra-
here nuptias altero viuo, d. cap. 2. ver. ita quod ei nubere,
&c. & d. c. quanto, & vt dicetur infra de ſecundis nuptijs,
18 quando ſcilicet contrahi poſſint. † Verum propter furtū,
homicidium, vel aliud crimen non poſſunt coniuges ſepa-
rari, d. c. quæſiuit 2. & 32. quæſt. 1. c. coniugio, & cap. 2. de
19 his qui filios occiderint. † Sed ciuili iure inſpecto, quod
tamen contra ius canonicum in his ſeruari non debet, non
nulla alia crimina, præter adulterium, & hæreſim, iuſtam
diuertendi cauſam præbent, vt videri poteſt in l. conſenſu
8. in princip. cum ſequent. C. de repudijs, in l. iubemus 11.
§. inter culpas, C. eod. in Nouell. conſtit. 22. §. minores, & §.
has itaque, & in Nouella 117. §. quoniam verò, cum ſequē
20 tibus, & §. quocunque. † Quinta cauſa eſt votū continen-
tiæ, & religionis ſolemne, non ſimplex, ac minus ſolemne,
c. 1. de voto in 6. vbi declaratur quale ſit votum ſolemne.
Verum poſt contractas nuptias, alter ſine alterius coniu-
gis conſenſu votum continentiæ, & religionis non poteſt
emittere, & emiſſum non facit, vt coniuges ſeparentur.
21 † Nam & ſi ex diſpoſitione iuris Ciuilis id etiam conce-
datur, & fiebat ſeparatio, dimiſſo per vouentem libello
repudij, d. Nouell. conſt. 22. §. diſſoluuntur, vſque ad §. per
cauſam, l. Deo nobis 42. in princip. C. de epiſcop. & clericis,
l. victricus 60. in fine, ff. de donat. inter virum, & vxor. No-
uell. conſt. 117. §. prædictis, & Nouell. conſtit. 123. § quod ſi
conſtante: Id tamen canonico iure, cui in hoc adhærēdum
eſt, expreſsè prohibetur fieri ſine amborum coniugū con-
ſenſu, c. quidam 3. c. ſanè ſi coniugati 6. de conuerſ. coniu-
gatorum, cap. cum cauſa 6 §. præterea de raptoribus, c. le-
ge Imperatorum 2 §. beatus diſtinct. 10. & 27. quæſtio. ſe-
cunda, c. Agathoſa, c. ſi quis coniugatus, c. ſi tu abſtines, c.
ſcripſit nobis 33. quæſt. 5 c. mulier, c quod Deo, c. manife-
ſtum in princip. & ſupra titul. 101. ver. Nec continentiam.
22 † Verum ſi ſequutis nuptijs, non dum carnalis copula in-
teruenerit, poterit alter ſine alterius conſenſu votum con-
tinentiæ emittere, vel religionem ingredi, & remanens in
ſæculo poteſt ad ſecunda vota tranſire, cap. ſecundo, cap.
ex publico 7. c. ex parte 14. de conuerſ. coniugator. quibus
concordant leges ſupra citatæ. Sed per extrauagantem
1. Ioannis 22. de voto, & voti redemptione, ſequutis nu-
ptijs, etiam nondum conſumato matrimonio per copulā
carnalem, non poteſt alter ſine alterius conſenſu votum
23 continentiæ emittere, & religionem ingredi. † Quod ſi e-
miſerit quamuis ſolemniter per ſacri ordinis ſuſceptio-
nem, tamen ſi vxor inſteterit, erit per excommunicationē
ad conſummationem matrimonij compellendus, ſi vxor
non inſteterit, ad ſuperiores ordines aſcendere non pote-
rit, niſi aliquam de approbatis religionibus ingrediatur,
& eius regulam expreſsè, vel tacitè profiteatur, d. extra-
uagan. 1. Coniuges verò religionem ab inuicem profiten-
do diuertere poſſunt, alier ſi abiurant, & non continent,
illicitum eſt iuramentum, cap. veniens 19. §. ſi verò, de re-
gularibus, & tranſeunt. Si enim inuicem coniuges abiu-
rantes, & continentes diuertunt, licitum eſt iuramentum,
24 d. c. 19. §. ſi verò, vbi glo. vlt. † Sed & ſi vxor vouentis com-
miſerit adulterium, non poterit ab adulterata vxore reuo-
cari, c. conſtitutus 15. de conuer. coniugator. Immo non po-
teſt repetere maritum, ſi ipſa adulterium commiſerit poſt
votum per ingreſſum religionis ſolennizatum, c. veniens
16. eo. tit. Quod idem erit ſi ob alterius hæreſim diuortium
factum ſit, quāuis ille ab infidelitate reuertatur, c. vlt. eod.
25 tit. † Sed ſi alter coniugū altero ignorante, vel inuito pro-
feſſionem in aliqua religione fecerit, & poſtea alteri reſti-
tuatur, non compellitur, altero mortuo, ad monaſterium
redire, tamen aliud matrimonium cum alio propter votū
contrahere prohibetur, c. quidam 3. & c. placet 12. de con-
26 uerſi. coniugat. † Profeſſus verò religionem vxore ſciente,
& diſſimulante, illa mortua non poteſt ad ſæcularem vitā
redire, nec aliam ducere, & ſi duxerit tenetur dimittere, c.
27 conſuluit 10. eod. tit. & ibi glo. † Sed vno coniugum conti-
nentiam vouente, alter continentiam non vouente, poteſt
& debet ille, qui vouit de monaſterio exire, atque reuoca-
ri, c. 1. c. cum ſis 4. c. coniugatus 5. c. ſanè ſi coniugati 6 cap.
vxoratus 8. c. chariſſimus 11. c. ad Apoſtolicam 13. c. ſigni-
ficauit 18. de conuerſ. coniugat. 27. quæſtio. 2. c. quia Aga-
tho 34. quæſt. 5. c. qui vxorem. Secus ſi copula carnalis non
interuenerit, capit. 2. de conuer. coniug. reuocato in extra-
28 uag. 1 Ioannis 22. ſupra citata. † Vel ſi aliter conſentiens
coniugem continentiam vouere, promiſerit, & ſe conti-
nentiam ſeruaturum: tunc enim quamuis poſtea non ſer-
uet, vel ſe ſeruare non poſſe profiteatur; nihilominus ma-
net matrimonium diremptum, nec alter alterum repete-
29 re poteſt, c. dudum 20. eod. tit. † Si ſine authoritate Epiſco
pi ob religionem diuerterint, matrimonium non ſoluitur
30 27. q. 2. cap. ſi vir 23. † Idem erit ſi continentiam vouens in
propria domo morari velit, nec velit voto ſe adſtringere
ad obſeruantiam regularem, d. c. ſi vir, c. ex parte 14. § fin.
eod. tit. Vel ſi vouens religionem ad ſæcularem vitam fue-
31 rit reuerſus, † quia vxor maritum profeſſum repetere po-
teſt, non obſtante licentia profitendi ab ea metu extorta,
32 c. accedens 17. de conuer. coniugat. † Diuortium verò & ſi
ciuili iure inſpecto matrimonium dirimat, l. 1. ff. de diuor-
tijs. Tamen de iure canonico illud non dirimit, vt aliud
contrahi poſſit, ſed ſolum ex certis cauſis inducit ſepara-
tionem thori per ea, quæ deducta fuerunt ſupra titul. 99.
paulo poſt principium, ver. ſed ſi ſponſalibus per text. in l.
2. C. de repudijs, cap. ſecundo, cap. requiſiuit 19. c. gemma
33 29. ver. cum itaque de ſponſalibus. † Et diuortiū propriè
eſt inter coniuges, non autem inter ſponſos, l. 101. §. diuor-
tium, l. 161. ff. de verbor. ſignificat vbi Alciatus, & Rebuf-
fus 27. quæſtio. ſecunda, cap. quod autem, §. item ſi coniu-
34 ges, c. ſic quippè, §. item Syricius. † Abiuratio autem ma-
trimonij non eſt cauſa illud ſoluendi, cap. veniens 19. de
regularibus, vt & paulo ſuperius ſub numero 23. dictum
35 eſt. † Neque ſi coniunx controuerſiam ſtatus patiatur 29.
36 quæſt. 2. cap. ſi cuius rei. † Sexta cauſa ſoluendi matrimo-
nij eſt ſeruitus alterutri coniugum contingens, l. prima. ff.
de diuortijs. Nouella conſt. 22. §. quod ſi iudicis. Niſi vltro
ſe in ſeruitutem redigi patiatur, vt matrimonium ſolua-
tur, dicta quæſtio. 2. cap. cuius rei, §. fin. cum cap. ſequent.
37 † Item, & deportatio coniugis 33. quæſtio. ſecunda, cap. ſi
quis cum. § fin. cum cap. ſequen. Sed reprobatur iure Ci-
uili, cui ſtandum eſſe puto pro firmitate matrimonij præ-
ſertim in deportato ad tempus, poſt quod eſt prorſus re-
uerſurus, l. 5. C. de bonis damnat. l. 1. C. de repudijs. Nouell.
38 c. 22. §. deportatio, & § illud etiam. † Sed nec diutina con-
iugis abſentia eſt cauſa legitima matrimonij ſoluendi, do-
nec certum ſit abſentem adhuc viuere poſſe. Nouel. c. 117.
§. cæterum, & id. Vel per decem annos incerta de eius vita
expectatur, ſeruatis tamen diligentijs, de quibus in d. No-
uel. 117. §. nonnullis autem, & ſi aliud ſeruatum fuerit an-
tea de iure antiquo, vt in l. vxor 7. C. de repudijs, & in l. vel
ſenectutem 61. ibi. aut militiam. ff. de donatio. inter virum,
& vxor. De iure autem canonico quantocunq; annorum
numero ita remaneant viuentibus viris ſuis, nō poſſunt ad
aliorum conſortium conuolare, nec authoritate Eccleſiæ
contrahere, donec certum nuncium recipiāt de morte vi-
rorum, cap. in præſentia 19. de ſponſalibus, cap. ſecundo,
de ſecundis nuptijs, cap. quoniam 3. §. ſi autem, vt lite non
conteſt. 34. quæſtio. prima, cap. non ſatis, §. fin. cum cap. ſe-
39 quent. † Verum tamen ſi ob diutinam mariti abſentiam
vxor iudicio Eccleſiæ ab eo fuit ſeparata, alijsque nupſit:
liberi poſterioris matrimonij legitimi cenſentur, c. perla-
40 tum. Qui filij ſint legitimi. † Septima cauſa matrimonij
ſoluendi eſt impotentia, frigiditas, & ſterilitas coniugis, l.
victricus 60. in fine, cum legibus ſequentibus, ff. de donat.
inter virum, & vxorem, l. 19. C. de repudijs. Nouell. con. 22.

§.per cauſam,& Nouella c.117.§. prædictis,c.1.c.quod ſe-
dem 2.c.ex literis 31.c.fraternitatis in princ. & §.per hæc
autem,& c.vlt.de frigidis,& maleficiatis.27.q.2.ca.decre-
ta,§.de his autem,c.quod autem in princ.32.q.7.ca.quod
propoſuiſti in princip.35.q 1.c.quod autem,c.requiſiuiſti,
& Diuus Thomas in ſupplemento ſummæ, q.58.artic.1.
41 & 2. † Verumtamen ſi ante impotentiam , frigiditatem ,
& ſterilitatem copula carnalis interuenerit,illæ inualetudi
nes ſuperuenientes non facient, vt adſit iuſta cauſa matri-
monij ſoluendi,& ſi impotentia non ſit naturalis, ſed ma-
leficijs contracta.27.q.2.c.quod autem, §.ecce impoſſibili
tas 32.q.5.c.ſi vxorem,q.7.c.ſi quis cum,§.fin.ca.tantum,
33.q.1.in princ.c.ſi quis acceperit,§.ecce quod, cum c.ſeq.
42 † Sed ſi ob impotentiam ante copulam ſit ſolutũ matri-
monium, & ille,ob cuius impotentiam matrimonium ſolu
tum eſt,poſtea nuptias iterauerit,ſecundæ nuptię nõ ſub-
ſiſtent,ſed pœnitentia peracta, priora cogendus eſt recipe
re connubia.33.q.1 ca.2.§ ſi igitur vir,& § quod ſi,& ille,
& c.1.§.ea tamen ratione,c.laudabilem 5.§.fin. de frigidis,
& malefic. Non obſtat tex.in dict.33.q.1.c.ſi per ſortiarias
vlt.in fi.ibi quod ſi fortè ſanari non valuerint,ſeparari po
43 terunt. † Sed poſtquam alias nuptias experierint illis in
carne viuentibus,quibus iuncti fuerant,prioribus,quos re-
liquerant, etiam ſi poſſibilitas concubendi eis reddita fue-
rit reconciliari nequibunt, quoniam ibi loquitur in malefi
ciato,non autem in frigido,vt faciunt antea citati Canones.
44 † Iſti enim,de quibus in d.c.per ſortiarias vlt.qui p ſortia-
rias,atque maleficas occulto,ſed nunquam iniuſto Dei iu-
dicio permittente,& Diabolo pręparante,non poſſunt coi
re, hortandi ſunt , vt corde contrito , & ſpiritu humiliato
Deo,& ſacerdoti de omnibus peccatis ſuis puram confeſ-
ſionem faciant, & profuſis lachrymis, & largioribus elee-
moſynis,& orationibus,atque ieiunijs Domino ſatisfaciãt,
& per exorciſmos , ac cætera Eccleſiaſticæ medicinæ mu-
nia,miniſtri Eccleſiæ,tales,quantum Dominus annuerit,q
Abimelech , ac domum eius Abrahæ orationibus ſanare
45 procuret . † Quod ſi fortè ſanari non potuerint ſeparari
46 valebunt, vt poſſint ambo cum alio copulari. † Verũ per
triennium in bonis operibus,& orationibus, de quibus ſu-
pra ſtandum eſt,antequam tales ſeparentur, vt liberi ab il
lo connubio euadant,vt animaduertit glo.in d.c.ſi per ſor-
tiarias,in verbo ne quibus, ver.vel intellige poſt triẽnium,
& dicitur in d.c.laudabilem 5.§.quod ſi ambo,& c.conſul
47 tationi 4. de frigid.& malefic. † Si quis autem ſciens cum
impotente nuptias contraxerit,ei erit imputandum,neque
ex cauſa impotẽtiæ poterit ad ſeparationem agere, d.c.lau
48 dabilem 5.§.quod ſi ambo.& d.c.cõſultationi.† Præterea
obſeruandum eſt,quod ex capite impotentiæ,qui ſeparari
petunt,id non debent obtinere, niſi prius per triẽnium in-
ſimul cohabitauerint ad experimentum potentiæ.d.c.lau-
dabilem 5.& c.vlt. Niſi de impotentia aliondè cõſtet,d.c.
49 5.ver.ſi frigiditas prius,& c.1. eod tit.† Quod ſecus erit in
impotentia ex maleficio, quia cum nullum ſit perpetuum
ſecundum aliquos,vt notat gl.in d.c.ſi per ſortiarias,in ver
50 bo nequibunt. † ideo non admittitur probatio,quæ poſſit
ſeparationem ante lapſum triennij cauſare. In caſu enim
maleficij triennium eſt conſumendum pro impetrãda gra
tia Dei,antequam ab Eccleſia ſeparatio concedatur, vt di-
ctum fuit.Præterea confeſſio coniugum impotentiæ,frigi-
ditatis,vel alterius cauſæ ad matrimonium infringendum
nullius ſunt momenti,c.ſuper eodem,vbi gl. & Doctores ,
de eo,qui cognouit conſang Dec.conſ.133. Viſo proceſſu.
Malnet.inter conſ.matrimonialia, conſ.87.nu.2. Angel. de
Caſt.ibi.conſ.33.nu.2.Io. Iacob.à Can. conſ 19. nu.3. Paris
in conſ.59.nu.17.lib.4. cum alijs citatis per Maſcard.lib.2.
51 de probation.1028.nu.7.† Furor enim coniugis non eſt le
gitima cauſa dirimendi matrimonij,31.q.7.ca.hi,qui ma-
trimonium,ca.neque furioſus in princ.l.8.§. nam furioſus,
de his,qui ſunt ſui,vel alieni iuris,l. 16.§.final.ff. de ritu nu
pt.l.22.§.ſi maritus,ff.ſolut.matrim.l.4.in fine,ff. de diuor
52 tijs.Nouel.c 117.§.omnes igitur.† Sed nec aduerſa valetu
do,quamuis perpetua, vt mutilatio alicuius membri & in-
ſtrumentalis debiti reddendi, cæcitas, ſenectus,lepra, &c.
c.1.cum c.ſeq de coniug.leproſ.27.q.2.ca.decreta.§.Nico-
53 laus,q.7.c.hi,qui matrimonium.† Verum ad ſeparationẽ
thori morbi ſimiles, vel maiores narratis, puto, quod ſint
legitima cauſa ſeparandi coniuges , vt de morbo Gallico ;
& de alijs morbis contagioſis conſuluit. Natt.in conſil.24.

Spiritus ſancti poſtulato,lib.1. Nõ autem ad matrimoniũ
54 dirimendum, & ita obſeruat Rota.† Octaua cauſa eſt iu
dicis ſententia pronunciantis, vel matrimonium dirimen-
dum,vel diuortium eſſe faciendum, 35.q.8.c.vlt.in prin.&
§.fin.& q.9.in princ cum c.ſeq. c.loci cum ſequ. Omnibus
enim modis Eccleſiaſticæ diſciplinæ,vel moderationi con-
ueniens eſt,vt quæ rationabiliter ordinata fuerint, vel de-
ciſa nulla in poſterum debeant refragatione turbari , d.q.
9.ca.1.Verum ſi ſententia iudicis nulla lege nitatur,non e-
rit iuſta cauſa , vel dirimendi matrimonium, vel faciendi
55 diuortium . † Quod enim Deus coniunxit , iudex ſua au-
thoritate ſeparare non debet,33.q.2. c.ſi quis cum matre,
§.fin.& c.ſequen.Nam illud. Quod Deus coniunxit homo
non ſeparet , intelligitur violenter ſine lege , abſque ratio-
ne,quos Deus coniunxit homo non ſeparet.Non enim ho-
mo ſeparat, quos pœna condemnat, quos reatus accuſat,
quos maleficium coarctat,d.q.2.c.quos Deus.18.Et ideo ſi
cum ob impotentiam alterius ſententia lata eſſet, & impo
tens declaratus poſtea cum alio,vel alia nuptias contraxe
rit,non ſubſiſtent,ſed ad priora connubia erit remittẽdus,
per ea,quæ paulo ſuperius dicta ſunt ſub nu.40.& ſequen.
Idem erit ſi poſtea error in ſententia ferenda commiſſus
appareat,c.lator.7.c.conſanguinei.9 de re iudic.ca.frater-
nitatis 6.de frigidis,& maleficiatis,c.ſicut.9.de teſtibus.35.
56 q.9.c.loci noſtri,§.fin.cum cc.ſequentib † Nona diſſoluen
di cauſa eſt incitatio ad peccandum alteri ab altero coniu-
gum præſtita. Nam Diuus Auguſtinus de fide,& operibus
c.16.inquit, Vxor legitima ſocietate coniuncta ſine vlla cul
pa relinquitur , ſi cum viro Chriſtiano permanere nolue-
rit. Non attenditur eo modo illam rectiſſimè dimitti ſi vi-
ro ſuo dicat,non ero vxor tua,niſi mihi de latrocinio diui-
tias congeras,aut niſi ſolita lenocinia,quibus noſtram do-
mum tranſigebas, etiam Chriſtianus exerceas, aut ſi quid
aliud , vel facinoroſum , vel flagitioſum in viro nouerat ,
quo delectata,vel libidinem explebat, vel facilem victum
habebat, vel etiam ornatior incedebat. Et in ſermone Do-
57 mini in monte,li.1.c.27.& 29 inquit, † Idololatria, quam
ſequuntur infideles,& quælibet noxia ſuperſtitio,fornica-
58 tio eſt. † Dominos autem permiſit cauſa fornicationis v-
xorem dimitti , ſed quia permiſit,non iuſſit , dedit locum
59 Apoſtolo monendi , † vt qui voluerit , non dimittat vxo-
rem infidelem,quo ſi. fortaſſis poſſit fidelis fieri,& capit.
60 27.inquit. † Si infidelitas fornicatio eſt,& idololatria infi-
delitas,& auaritia idololatria, non eſt dubitandum,& aua
61 ritiam fornicationem eſſe. † Quis ergo iam quamlibet il-
licitam concupiſcentiam poterit rectè à fornicationis gene
62 re ſeparare , ſi auaritia fornicatio eſt ? † Ex quo intelligi-
tur,quod propter illicitas concupiſcentias non tãtum,quę
in ſtupris cum alienis viris, & fœminis committuntur, ſed
omnino quaslibet , quæ animam corpore malè vtentem à
lege Dei aberrare faciunt, & perniciosè , turpiterque cor-
rumpunt, poſſit ſine crimine, & vir vxorem dimittere, &
vxor virum: quia exceptam facit Dominus cauſam forni-
cationis, quam fornicationem (ſicut ſupra commemora-
tum eſt) generalem , & vniuerſalem, intelligere cogimur .
Hoc idem pluribus authoritatibus probatur in 28. quæſt.
63 prima,capit.vxor 4. cum pluribus ſequentibus.† Decima
cauſa ſoluendi matrimonij eſt, ſi in eum caſum matrimo-
nium deuenerit , quo ab initio legitimè contrahi non po-
tuit , exemplo cognationis ſpiritualis poſtea ſuperuenien-
tis,c.1.in princ.ver.& dirimit poſt contractum, & §.final.
64 ver.& dirimens,de cognat.ſpirituali in 6. † Niſi per Cate-
chiſmum ſit ſpiritualis cognatio contracta, per ea,quæ di-
cta ſunt ſupra titu.100.ver.item non poteſt quis. Vel niſi
vir, & vxor ſuum filium de ſacro fonte ſuſceperint, cap.2.
de cognat.ſpirituali.30.quæſtione ſecunda,cap.vlt.§.fina.
& ſupra d.tit.100. Aliud exemplum eſt ſi cum cognata v-
xoris maritus , vel cum mariti cognato vxor rem habue-
rit, & ita affinitas, quæ matrimonium impedire ſolet , in-
terceſſerit,de quo in d.tit.100.ver. Item & inter. Tertium
exemplum videtur in eo , qui inceſtum commiſit : nam
hic ab initio matrimonium contrahere non poteſt, per ea,
quæ dicta ſunt ſupra in dicto titul.100, verſicul. Omnibus
etiam vtriuſque. cum declaratione,de qua ibi, & 33.quæ-
65 ſtione 2. cap.ſi quis cum verſ. legitimam tamen. † Pœni-
tentia verò commiſſorum criminũ, quæ legitimã ſoluendi
matrimonij cauſam præſtant , non facit , quin alter con-
iugum , qui nihil admiſit poſſit alterum dimittere , ſola
verò

Digitized by Google

verò pœnitentia, alterius coniugum contractarum legiti-
mè nuptiarum nullam matrimonij ſoluendi cauſam præ-
bet d.quæſt.2.cap.audiuimus cap.de his verò §.fin.& cap.
66 vlt.† Vndecima ſoluendi matrimonij cauſa eſt, ſi coniunx
coniugem abſentem mortuum eſſe putans nuptias iterauе-
rit, poſteaque abſens fuerit reuerſus, tunc enim poſterius
matrimonium diſſoluitur, & ad prius reuertitur 34.quæſ.
1.cap.cum per bellicam cap.cum in captiuitate, & capi.2.
67 §.fin.de ſecundis nuptijs.† Duodecima ſoluendi matrimo-
nij cauſa eſt, ſi cum ob impotentiam diuortium interceſſiſ-
ſet, impotens poſtea nuptias iterauerit, hoc enim caſu po-
ſterius matrimonium dirimitur, per ea quæ dicta ſunt ſu-
68 pra ver. ſeptima cauſa.† Decima tertia cauſa matrimonij
ſoluendi eſt, ſi alter coniugum alterius vitæ ſit inſidiatus.
Nam ſi qua mulier in mortem mariti ſui cum alijs conſilia-
ta ſit, & ipſe eum aliquem illorum ſe defendendo occiderit
ſi probare poteſt ille vir eam ream eſſe conſilij poteſt ipſã
vxorem dimittere, & ſi voluerit aliam ducere. Ipſa autem
inſidiatrix pœnitentiæ ſubiecta abſque ſpe coniugij debet
manere 31.quæſt.1.capi.ſi qua mulier 6. Et quod iuris eſt
in vxore, idem etiam eſt in marito, & vice verſa 32.quæſt.
5.cap.præcipit cap.apud nos cap.penultim.§.ſed quæritur
cum cap.ſequen.& quæſt.6.cap.ſi ductum & c.indignan-
tur. Gozadinus in conſ.2.per totum. Verum ſi maritus aliã
ducendo, vel vxor alium ducendo ad fidem Chriſtianam
conuertere illam, vel illum poſſit, non ideo ex hoc iuſtam
habet cauſam primas nuptias ſoluendi 32 q.8.in prin.& c.
non ſolum mechãdum non eſt, hactenus de cauſis, ex qui-
bus matrimonium diſſoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non diſſoluitur ipſo iure, ſed iudicis authori-
tate.*
2 *Actio & accuſatio competit ad diſſoluendum matrimonium,
& quæ.*
3 *Matrimonium imperfectum nulla actione diſſoluitur.*
4 *Accuſatio, vel actio ad matrimonium diſſoluendum quando
exercenda.*
5 *Exceptio dilatoria ſpolij quomodo, & quando competat in hoc
iudicio diſſolutionis matrimonij.*
6 *Exceptio abſentiæ eſt dilatoria in iudicio diſſoluendi matrimo-
nij, limitatur in reo contumace nu.7.*
8 *Accuſatio, & actio in iudicio diſſolutionis matrimonij cui com
petat.*
9 *Iudex competens quis ſit in actione diſſolutionis matrimonij.*
10 *Epiſcopi præſumuntur canonum periti.*
11 *Lite pendente ſuper diſſolutione matrimonij nihil innouan-
dum.*
12 *Probandi onus incumbit affirmanti in iudicio diſſolutionis ma
trimonij*
13 *Impotentia dicitur probata ſi ab ambobus affirmetur.*
14 *Conſanguinitas ad effectum ſoluendi matrimonium probanda
eſt per teſtes conſanguineos non extraneos.*
15 *Conſanguinei ſi non ſuperſint, quomodo probanda conſangui-
nitas.*
19 *Teſtis vnicus an probet conſanguinitatem.*
17 *Teſtes varij an probent conſanguinitatem.*
18 *Iuramenti forma in examine probandæ conſanguinitatis, &
quomodo deponendum.*
19 *Impotentia probanda per iuramentum coniugum adhibita ſe-
ptima manu propinquorum.*
20 *Conſanguinitas ſi probari non poſſit relinquitur confeſſioni
coniugum.*
21 *Iudex ferens ſententiam diuortij ſimul ſuper dote reſtituenda
pronunciare poteſt.*

De actione ad matrimonium diſſoluendum, & de accuſatione matrimonij. Titulus 104.

1 CAuſæ † enim matrimonij diſſoluendi, cum vt pluri-
mum non ſint tales, vt matrimonium ipſo iure diſ-
ſoluant, ſed indigeant iudicis authoritate, & ſenten-
tia, vt colligitur in 35.quæſt.5.per totam & in capit.ab iſta
9.§.occaſione verò, & capi.ſequen.& in cap. de comite 3.
in princip.de diuortijs, & ex allegatis ſupra tit.102.per to
tum, & quia propria authoritate, quamuis ſubſit aliqua
2 iuſta cauſa, nemini coniugum diuertere licet;† Actio ideo
de publico conſtituta eſt, qua ad diſſoluendum matrimo-
nium publicè coram publico magiſtratu agatur, vt in d.q.
6.per totam, & totis titulis ff.de diuortijs C. de repudijs.
Item & publica accuſatio, de qua ſupra lib.1.titu.18 & ſeq.
& tit.35.& ſeq. Cauſæ autem, ex quibus tam actio quam
accuſatio competit iam propoſitæ ſunt ſupra in titu.ſupe-
3 riori, & in lib.1.tit.35.& ſequentibus.† Verum ſi matrimo
nium nondum fuerit perfectum, tunc enim ad illud diſſol
uendum nec actio, neque accuſatio competit, ſed denun-
4 ciatio cap.ad diſſoluendum de ſponſalibus.† Si fuerit per-
fectum, neque actio, neque accuſatio poterit exerceri, niſi
prius reus reatu ſpoliatus, vel ſpoliata reſtituatur, exce-
ptio enim hæc dilatoria eſt cap ex conqueſtione 10.cap.li
teras 13.de reſtitu.ſpoliat.33.quæſt.2.capit.hiſtoria, & per
5 ea quæ dicta ſunt ſupra in titu.102.in prin.† Sed ſi proba-
tiones paratæ ſint, & actor ſit paratus de calumnia iurare,
poterit tunc dicta exceptione ſpolij declaratione non ob-
ſtante, & actionem, & accuſationem ad matrimonium diſ
ſoluendum exercere d cap.literas 13. verſi.propterea me-
lius videtur. Non enim impedimentum exceptionis ſpolij
tollitur, ſi cauſa accuſationis ſit publica, & notoria, quoniã
& illius exercitium impedit cap.porrò 3.in princip.de di-
uortijs. Niſi fortè cauſa fornicationis publica ſit, atque no
toria, huius enim exercitium, ſpolij exceptione, non impe-
ditur cap.ſignificaſti 4.eodem tit. Idem erit, ſi vxor infide-
lis viri poſt conuerſionem mariti cum eo habitare noluе-
rit, nec ad fidem velit conuerti, vel maritum ad peccatum
mortale pertrahere conetur cap.gaudemus 8.§.qui autem
eod.ti.& per allegata in ti.ſuperiori prope finem. Idem v-
6 tique erit in alijs caſibus, de quibus in titu 102.† Sed & nec
contra reum abſentem actio hæc, & accuſatio poteſt exer-
ceri, quoniam exceptio abſentiæ dilatoria eſt, & impedit
actionis, & accuſationis exercitium cap.quoniam frequen
7 ter 5.§.ſi autem de carnali. Vt lite non conteſtata.† Niſi for
tè reus citatus contumaciter abſit, vel ob crimen aufugit
d.§.ſi autem verſi.quia cum ſine culpa ſit abſens, & cap.1.
qui matrimo.accuſ.poſſ. Huc pertinent, quæ dicta ſunt ſu-
pra lib.2.ti.17.& 18.& quæ de exceptionibus dilatorijs di
8 cta ſunt ſupra lib.2.titu.22.† Actio autem, & accuſatio ma
trimonij viro, & vxori, ac conſanguineis potius, quam ex-
traneis competit, per ea quæ deducta ſunt ſupra lib.1.titu.
9 35.& ſequentibus, & dicuntur inferius num.11.† Non ta-
men apud quemlibet magiſtratum. Sed apud peritum ca-
nonum Eccleſiaſticum iudicem proponi debent cap.1.§.ſi.
de conſanguinit.& affinitate. Et ideo apud Epiſcopum lo-
10 ci cap.accedentibus 12.de exceſſib.† Tales enim quales eſ-
ſe debent præſumuntur Epiſcopi canonum periti: quia nõ
niſi tales ſecundum iuſtitiam ad Epiſcopatus promoueri
poſſunt, vt fuit luculenter demonſtratum ſupra titu.8.per
11 totum, vbi agitur de eorum electione.† Actione, & accuſa
tione propoſita, liteque ſuper ea pendente nihil eſt inno-
uandum cap.tum ſciſſ. et 4.de ſponſalib. duor.capitulo ad
diſſoluendum 13.§ fina.de deſponſat.impuber. & per ea,
quæ habentur ſupra titu.100.verſi.verum ſi contra inter-
12 dictum Eccleſiæ, & c.cum declaratione, de qua ibi.† Et in
hoc iudicio ſicut in alijs affirmanti incumbit onus proban
di, non neganti cap.1.de frigidis, & maleficiatis cap.conti-
nebatur 6.verſi.quod ſi vir, de deſponſat.impub.33.q.1.c.
13 requiſiuiſti § ſi.cum cap.ſequen.† Sed ambobus affirman-
tibus viri impotentiam, ſeruata ſolemnitate canonica, ſine
qua illis non creditur, vt in ſuperiori dictum fuit, indiſtin-
ctè ſoluitur, ſed ſi hac amborum affirmatione Eccleſia de-
cipiatur, primum matrimonium reparabitur d.capit.1.in
14 princ.de frigidis & maleficiatis.† Si in hoc iudicio dubite-
tur de conſanguinitate coniugum, & ideo actio ad diſſol-
uẽdum matrimonium, vel accuſatio propoſita fuerit, per
conſanguineos, non autem per extraneos teſtes eſt conſan-
guinitas probanda cap.quoties 5.in princip.de teſtibus ca-
pitulo videtur 3.qui matrimon.accuſare poſſunt 35.q.6.in
princ.cum cap.ſequen.cap.v.deinde §. quod autem parен-
15 tes Farinaccius de teſtibus q.54.nu.64 † Si verò nulli con-
ſanguinei ſuperſint, tunc extranei, & veraciores teſtes ſũt
admittendi d.cap.quoties 5.in princip.verſic. vel totidem
ſenioribus, & d.quæſt.6.ca.1.in fine. Nam ſi conſanguinei,
aut iſtis deficientibus, extranei teſtes conſanguinitatem af-
firma-

Digitized by Google

firmauerint, regulariter illorum teſtimonio ſtandum eſt
35.quæſt.6.cap.notificamus cap.ſi duo in princ.Niſi fortè
teſtes iſti iuramentum antea non præſtiterint d.cap.notifi-
camus verſ.quod ſi propinqui.Farinaccius vbi ſupra.Ma-
ſcard.li.1.de probationibus concluſ.410.per totam,& nu.
16 33.& ſeq.† Vel niſi vnicus tantum ſit teſtis c. quoties 5.in
prin.de teſtib.& d.c.ſi duo in princ.35.q.6.cap.vlt.§.quod
aut. Verum ſi matrimonium per ſponſalia tantum ſit ini-
tiatum,non firmatum,tunc.n.vnius teſtis fide digni matri
monium firmandum impedit ne perficiatur c. ſuper eo.
22.§.ſuper illa verò de teſtibus c.cum in tua 27.de ſponſa-
17 libus.† Si verò teſtes,vel conſanguinei, vel extranei in nu-
mero ſufficienti varient, vel contraria deponant, nullam
facient probationem 35.q.6.c.de parentela.Idem ſi depo-
nant de auditu,cum declaratione de, qua in ca.licet 47.de
teſtibus, & apud Maſcardum vbi ſupra d.concluſ.410.in
princi.Vel ſi dicti rationem ſufficientem non reddant vti-
que cum declaratione,de qua in d.capit.licet, & c.tua nos
7.de conſanguinitate,& affini.& apud Maſcardum vbi ſu
18 pra,nullam facient probationem.† Forma autem iuriſiu-
randi à teſtibus præſtandi in tali examine probandæ con-
ſanguinitatis,& modus articulandi, item & qualiter depo
nere debeant,vt probent,habetur in d.c.licet 47.de teſtib.
& in c.quoties 5.§.probatio eod.tit.& 35.q.6.c.ſi duo §.fi.
c.cum c.ſeq.c.illud c.de parentela §. quæ etiam iuriſiurã.
& qualiter deponere debent deponentes de auditu,vt ꝓ-
bent docet Lanfranchus de Oriano in ca. quoniam contra
in repetit.§.teſtium depoſitio ver.ſubſequenter num.155.
& 157.de proba.ex d.c.licet ver. ſtatuimus de teſtib. rela-
tus à Maſcardo vbi ſupra num.3.Ideoq.Patroni cauſarum
huiuſmodi pro articulis in huiuſmodi iudicijs bene formã
19 dis illuc recurrere debent.† De probanda autem impoten
tia ſi ambo coniuges illam affirment,obſeruandum eſt,il-
lam nihilominus eſſe probandam per verum iudiciũ, hoc
eſt per illorum iuramentum,cum ſeptima propinquorum
iurantium manu c.1.ver.& probari poteſt vbi gl. in verbo
iudicium c.laudabilem 5.§.ſi autem quod nunquam verſi.
cum ſeptima manu c.literæ 7.§.fi.verſi ipſis cum ſeptima
propinquorum manu,vbi gl.in verbo ſeptima manu 27.
q.2.c.decreta §.de his autem 33.q.1.c.quod autem verſic.
20 per iuſtum iudicium ca.requiſiti §.quia ſi mulier.† Si de
conſanguinitate conſtare non poteſt, Epiſcopi id confeſ-
ſioni coniugum relinquẽt,cum obteſtatione, de qua in 35.
q.6.ca.ſi duo 4 §.ſi verò neutrum,& cum iureiurando,de
quo in d.q.6.c.de parentela 5.& c. ſeq. Archidiaconus in
d.35.q.9.d c.ſi duo 4.citatus à Maſcardo vbi ſupra prope
21 finem. † Tandem obſeruandum eſt, quod iudex,qui fert
ſententiam diuortij,ſimul etiam de dote reſtituenda pote
rit pronunciare c.de prudentia 3.de donationib. inter virũ
& vxor.& de his hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Diuertens à matrimonio ſine cauſa,& iudicis authoritate com
pellitur reuertere.*
2 *Diuertens à matrimonio propria authoritate excommunica-
tur.*
3 *Diuertens per iracundiam mox reuerſurus non excommunica-
tur.*
4 *Filij ante diuortium nati legitimi,& ſuccedunt.*
5 *Sententia diuortij per errorem lata eſt retractanda comperto
errore.*
6 *Dos ſoluto matrimonio eſt mulieri reſtituenda.*
7 *Dos ſoluto matrimonio culpa vxoris non reſtituenda.*
8 *Dos intercedente pacto quod lucretur matrimonio quomodocun
que ſoluto an reſtituenda.*
9 *Pactum de lucranda dote debet eſſe æquale.*
10 *Dos non reſtituitur ſoluto matrimonio vbi adeſt conſuetudo
contraria.*
11 *Dos matrimonio ſoluto per mortem eſt reſtituenda non obſtante
pacto.*
12 *Dos ſi culpa mariti ſoluatur matrimonium an reſtituen-
da.*
13 *Dotis repetitio aduerſus quos detur.*
14 *Dotis repetitio poteſt incidenter tractari apud iudicem Eccle-
ſiaſticum diuortij.*
15 *Alienatio fundi dotalis à marito facta non valet declaratur
num.16.*
17 *Mariti ſoluto matrimonio repetit res ante nuptias donatas,
diſtinguitur,& declaratur.*
18 *Vxor quando poſſit petere, vel retinere res ante nuptias dona-
tas reſoluto matrimonio.*

De iure matrimonij ſoluti. Tit. 105.

DE iure autem matrimonij ſoluti plura ſunt obſer-
1 uanda.† Primum quod ſine cauſa,& ſine iudicis au
thoritate diuertens, per actionem ad matrimoniũ
colendum reuertere compellitur, vt dictum eſt ſupra tit.
2 102. † Deinde quod ſine cauſa diuertens excommunica-
tur diſtinct.30.cap.ſi qua mulier,& 32. quæſt.5.cap.præ-
3 ceptum,& ſupra d.tit.102.in princip.† Niſi fortè per ira-
cundiam diuerterit mulier mox reuerſa l.33.ff.de ritu nu-
ptia l.48.ff.de regul.iuris l.3.ff.de diuortijs Nouella c.134.
4 §.certè ſi qui,& de pœnit.diſt.1.c.diuortium. † Poſtremò
quod liberi ante diuortium nati habentur legitimi,& pa-
rentibus ſuccedunt.Nouella c.117.§. ſed & illud.& cap.2.
Qui filij ſint legitimi. Præterea,& de bonis conſtante ma-
trimonio acquiſitis diuidendis cauetur in capi.2.de dona-
tio.inter virum,& vxo.Niſi culpa eius,qui bona diuidi pe
5 tit matrimoniũ ſit ſolutum c.penul.de conſuetudine.† Præ
terea ſententia diuortij per errorem lata errore comperto
eſt retractanda,vt antea dictum fuit in tit.103. ver.verum
6 ſi ſententia iudicis,&c.† Sed & de ſoluto matrimonio mu
lieri eam repetenti eſt reſtituenda l.vlt C.ſolut. matr.l.1.
§.illo proculdubio C.de rei vxor actio.c.1.cum duobus ce.
ſequen.de donat.inter virum,& vxorem c.2.§. fi.de coniu
7 gio ſeruorum.† Verum ſi culpa vxoris matrimonium ſolu
tum ſit dos non reſtituitur l.8. §. virum C. de repudijs l.
11.§.fi.ff.ad l.Iul.de adulterijs c.plerunq.4 de donatio.in-
ter virum & vxor, vt ad ipſum viuentem omni caſu perti
neat,quicquid dixerit Rota diuerſorum in recentioribus
8 deciſ.788.p.1.cum illã ſuo delicto,& culpa amittat.† Idem
vtique erit,ſi pactum de lucranda dote ſoluto quomodo-
libet matrimonio interceſſerit c.vlt.in fine eod.tit. Verum
ſi matrimonium ab initio fuerit inutiliter contractum, &
ideo hac, vel alia cauſa reſolutum, dos tunc non obſtante
pacto de ea lucranda,erit reſtituenda §. ſi aduerſus milit.
de nuptijs l.53.ff.de ritu nuptiarum cap.& ſi neceſſe 5.de
9 donatio.inter virum & vxor † Idem vtique,& multo ma-
gis erit,ſi pactum lucrandi non fuit æqualiter appoſitum,
nam & ſi valeat pactum de lucranda dote, vel parte, ta-
men debet eſſe æquale leg.ex morte 9.leg.lege 10.C.de pa-
ctis ſuper dote leg.cum multa 20.§.ſi igitur ibi,ita tamen,
vt Leonina C. de donatio.ante nuptias.Nouella conſti.22.
§.quod autem ſupereſt,vbi Imperator inquit. Non quidẽ
prohibendis quantitate inæqualibus dotibus, ſed ina qua-
libus pactis, & capitulo vltimo in fine de donationibus
10 inter virum & vxor. † Sed ſi in loco contracti matrimonij
adſit conſuetudo in contrarium,quod ſoluto matrimonio
non repetatur,vt Florentiæ,non erit reſtituenda d.c.vlt.in
11 fine.† Si morte mariti matrimonium ſolutum ſit,dos erit
mulieri non obſtante pacto reſtituenda leg.2.ff de pactis
dotal.l.vt autem 16.in fine ff.eod.leg.quamuis 3.C.de pa-
ctis ſuper dote l.1.in princip.ff.de dote relegata,ad ipſam
enim ſtatim poſt promiſſionem à quocunque factam per-
tinet,nulloq.euentu poteſt reuocari,minui,nec illius con-
ditio deterior fieri, vt luculenter fuit demonſtratũ ſupra
titu.99.nu.46.& ſequentibus vſque in finem etiam nuptijs
non ſequutis,vt ibi.Si verò ſoluatur morte vxoris ſine fi-
lijs,tunc ſi non adeſt pactum,vel conſuetudo contraria eſt
reſtituenda Patri in ſolatium filiæ amiſſæ nepotib.ſibi non
relictis l.iure 6. ff.de iure dotium,ipſa verò ſuperſtite,vel
filijs Pater non repetit, pro ſe,ſed pro ea volente q; Pater
repetat l.2.in prin.& § quod ſi in patris ff.ſolu.matr.l.1.§.
maneat C.de rei vxo.acti.l.ſi poſt 27.ff.ſol.matr.d.l.2.§.vi-
deamus,& §.& hoc ex rei l.ſi marito 31.§.ſi voluntate ff.ſo
luto matrim. l.in his 66.§.filiafam.ff. eod. quicquid aliter
per Patrẽ ſtipulatum fuerit, q̃m illius ſtipulatio intelligi-
tur ſecũdum conſuetudinem Martini, vt.ſ.filia ſuperſtite
cum filijs nullo mõ poſſit reuerti ad Patrẽ,nec ꝑ eius ſtipu
lationem,q; ad ipſum reuertat matrimonio ſoluto ita Mar
tinus antiquus gloſſator ĩ l.dos à Patre ꝓfecta C.ſol.matr.
vbi Iaſ.Ramer.Bellapert.Salic.Socc.iun.Ruy.& alij mul-
ti quos recenſet Theſaurus in dec.190.nu.4.& ſeq.Ruy.in

coni.

conſ.186.n.6.li.2. pro qua Martini conſuetudine præclarè
defenſata per Senatũ Pedemontanum apud Theſaurum
in d.deciſ.190.per totum adeſt tex.cuatus in d.l.iure, 6. ff.
de iure dotium. Iure enim, inquit, ſuccurſum eſt patri, vt
filia amiſſa ſolatij loco cederet, ſi redderetur ei dos ab ipſo
profecta; ne & filiæ amiſſæ, & pecuniæ damnum ſentiret.
Theſaurus deciſione 136. citata in d.deciſ.190.ver. limita-
tur, vt illa ſuperſtite cum filijs, & patre in ſuper vita fun-
cto, vt in caſu deciſionis diuerſorum in recentioribus 768.
par.1.non potuiſſet decidi pro patre contra filiam, ſoluto
12 matrimonio cum filijs ſuperſtitem. † Idem vtique erit, &
ad mulierem reuertitur dos, ſi culpa mariti matrimonium
fuerit reſolutum, & is repudium miſerit. exemplo l. Bub-
bus 30.ff.de pactis dotalibus, l.conſenſu 8. §.virum etiam
in fine, C.de repudijs. Secus autem erit, ſi iuſtè repudiaue-
rit, & matrimonium iure ſubſiſtere non potuerit. exemplo
13 l.miles.11.§.fin.ff.ad legem Iul.de adulter. † Et ſoluto ma-
trimonio, nullo pacto intercedente, non ſolum aduerſus
virum, & hæredes viri repetitio dotis datur mulieri, ſed &
aduerſus poſſeſſores etiam rerum viri, quia mariti bona
mulieri tacitè pro dote ſunt obligata, & in ijs cæteris præ-
fertur creditoribus, quamuis anterioribus, l.vnica §.&, vt
plenius, C.de rei vxor.act.c.ex literis 5.de pignoribus, cum
alijs allegatis ſupra lib.2.tit.36.num.5.& in glo.ſtatuti Vr-
bis lib.1.c.85: & ſi dos fuit tantummodo per patrem pro-
miſſa, & non ſoluta, ſeu per aliũ extraneum viro, vel
eius hæredibus non ſoluendo exiſtentibus, mulier agere po-
terit non ſolum contra patrem, ſeu extraneum promitten-
tes, ſed & contra eorumdem hæredes, vt per Theſaurum
in d.deciſ.190. ex Paulo de Caſtro, Socin. Craueta, & alijs
14 quos citat in ver. in prima termio. † Et apud iudicem Eccle-
ſiaſticum de cauſa diuortij cognoſcentem, etiam dotis re-
petitio incidenter poteſt tractari, c.ex prudentia: 3.de do-
15 nation.inter virum, & vxorem. † Et alienatio fundi dota-
lis à marito facta, non valet, ſed mulieri eius vindicatio
ſalua eſt.§.1.inſtit. quib. alien.non licet, l.cum vir.42.ff.de
vſucapio.l.2.ff.de fundo dotali, l.lex Iulia 4.ff.eod.l.non ſi-
ne.5.§.penult.C.de bonis, quæ liberis, l.dotale.13.in princ.
ff.de fundo dotali, l.fundus.1.l.Iobanus 5. cum legibus ſe-
16 quent.l.dotale 13.§.2.ff.eod. † Niſi mulier ipſa præſtito iu-
reiurando alienationi dotalis fundi conſenſerit, cap.1.cum
contingat.28.de iureiurando, cap.licet 2.eodem titul.in 6.
Nam ſine iureiurando conſenſus nullius eſt momenti, §.
1.inſtit.quib.alien. licet.l.1.§.& cum lex Iulia. C.de rei v-
xor. actio. Niſi fortè mulier elapſo biennio in eodem con-
ſenſu perſeuerauerit, cum diſtinctione, de qua in Nouella
conſt.61 §.neque, qui per fraudem, & §.& multo amplius.
Verum iure municipali vbique locorum conſtituto aliæ
plures ſunt introductæ ſolemnitates, vt conſenſus, renun-
ciationes, & contractus omnes, in quibus mulieres lædi
poſſunt, ſubſiſtant, vt in Vrbe lib.1.ſtatutorum, ca.151.&
apud Inſubres teſte Lambertengo in tractatu, de contra-
ctibus ſine certa ſolemnitate non valituris. Quibus obſer-
natis poſſet ſumma cum ratione dubitari, an ſubſiſtant o-
17 miſſis illis iuramentis, de quibus ſupra. † Rurſus quem-
admodum mulier dotem, ita quoque maritus rem ante
nuptias donatam ſoluto matrimonio repetere poteſt, cum
diſtinctione, de qua in dict.cap.vltimo, de donatio.inter vi-
rum, & vxorem. de qua re, & ſupra tit.99.in fine. Niſi for-
tè pactum de lucranda re donata interceſſerit, dict.§ final.
de qua re paulo ſuperius dictum eſt. Vel culpa mariti ma-
trimonium ſit diſſolutum, l. conſenſu 8.§.ſi verò cauſam,
§.virum etiam: & §.ſi verò filio, C.de repudijs. Nouella
18 conſt.112.§.quia verò quædam. † Nam ſi morte, vel cul-
pa mariti matrimonium reſolutum ſit vxori petitio, & re-
tentio rei ante nuptias donatæ competit, vt in allegatis iu-
ribus. Niſi fortè maritus non ſuam, ſed alienam rem, vel
cuius vſumfructum tantum habuit, donauerit, ca.nuper.
6.de donatio; inter virum, & vxorem. Illud verò tandem
non eſt ignorandum, quod vxor dare dicitur viro dotem,
vir autem vxori donationem facere propter nuptias, ſe-
cundum legitimas ſanctiones, dict.cap.nuper, §.final.l.1.&
vltima, §.ſancimus, C. de donatio.ante nuptias. & dos ad
vxorem, & donatio ad virum ſoluto matrimonio reuerti-
tur, niſi pactum de lucrando interceſſerit, vel conſuetudo
aliter obtineat, quod lucrentur, vt dictum fuit, & proba-
tur in ca.vltimo.§.fin.de donatio.inter virum, & vxorem,
& ſupra num.6.& ſequen.& tit.99.num.45.& ſequentib.
vſque in finem fuit demonſtratum. hactenus ergo de iure
matrimonij ſoluti dicta ſufficiant, nunc diſſerendum eſt
de ſecundis nuptijs, de his enim matrimonio ſoluto, non
autem conſtante legitimè tractatur.

S V M M A R I V M.

1 *Tranſeuntes ad ſecundas nuptias non benedicuntur à Presby-tero.*
2 *Nuptiæ ſecundæ an benedicantur.*
3 *Secundæ nuptiæ, & vlteriores permiſſæ, & quare, num. 4.*
5 *Lamech primus duas vxores duxit.*
6 *Bigamus ad Clericatum non ordinatur.*
7 *Vidua, quæ habuit duos viros non eſt paſcenda Eccleſiæ eleemo-ſynis.*
8 *Bigamia fuit primò introducta à Lamech.*
9 *Lamech fuit abnepos Cain.*
10 *Lamech quare punitus ſeptuagies ſepties.*
11 *Lamech fuit inſignis gladiator, & inuentor armorum vna cum Tubalchain filio.*
12 *Secundæ, & vlteriores nuptiæ etiam de iure ciuili licitæ.*
13 *Nuptiæ iterari non poſſunt, matrimonio per diuortium ſo-luto.*
14 *Nuptiæ de iure Canonico non iterantur, niſi matrimonio ſoluto per mortem.*
15 *Nuptiæ quare ſolum iterentur matrimonio ſoluto per mortem, limitatur num. 16.*
17 *Inceſtus eſt iuſta cauſa diuortij etiam ad effectum iterandi cum alia matrimonium, & quare num. 18.*
19 *Nuptias iterare poſſunt ſeparati ob impotentiam, frigiditatem, & ob alias cauſas, num. 20. & ſeq.*
25 *Vouentes religionem, quando nuptias iterare poſſint.*
26 *Vxor Clerici, nec eo mortuo poteſt nuptias iterare, declara-tur.*
27 *Nuptiæ non iterantur ab occidente vxorem, nec ab inſidiante vitæ coniugis, limitatur num. 28.*
29 *Rapta nubens raptori non poteſt eo mortuo nuptias iterare.*
30 *Nuptiæ nullo caſu iterari poſſunt intra annum luctus.*
31 *Nuptiæ iure Canonico intra annum luctus iterari poſſunt.*
32 *Pœnæ ſecundo nubentis, quæ durent.*

De ſecundis nuptijs. Tit. 106.

Matrimonio ſoluto per mortem; vel aliquo alio ex illis caſibus, quibus nuptiæ poſſint iterari, de illis poteſt tractari non autem ante. Sicut enim viuente Papa, Epiſcopo, Prælato, Parocho, Canonico, beneficiato, & ſimilibus, non eſt tractandum de ſucceſſore, vt ſupra tit.8.in fine, tit.24.num.1.& alibi dictum fuit, ita viuentibus coniugibus, non eſt per eos, vel aliquem eorum de ſecundis nuptijs cogitandum, ſeu tractandum, ſed illis primum per mortem, vel alio caſu ſolutis, in quo Canones illarum iterationem concedunt. De quibus iterandis in primis non eſt ignorandum,
1 † quod vir, vel mulier iam à primis nuptijs Canonicè ſoluti ad bigamiam tranſeuntes, nõ debent à Presbytero benedici, quia cum alia vice benedicti ſint, eorum benedictio iterari non debet, c.vir.3.de ſecundis nuptijs, & Presbyteri contrarium facientes, ab officio, & beneficio ſuſpenduntur, c.1.eodem tit. Sacramenta enim baptiſmi, ordinis, matrimonij iterari non debent, vt ſupra in ſuis locis præcipuis eſt dictum, & de hac ſacramentali benedictione matrimonij, dicit glo.in d.c.vir.3.in
2 verbo iterari. † Sed quid ſi quis ſecundam vxorem ducat virginem, vel è conuerſo, ſi qua ſecundum virum vtique virginem ducat, an horum nuptiæ reſpectu virginis ſint benedicendæ? & antedicta gloſ. dicit quod non, etiam quod adſit conſuetudo, niſi Papa illam ſciat, & non contradicat.
3 † Deinde ſciendum eſt regulariter ſecundas nuptias matrimonio ſoluto omni iure permitti, nec iniuſtus illas iterans cenſeri, qui autem iterauit coniugium non peccauit, diſtinct. 26.c.vlt. 31.q.1.ca.quomodo 10 cum ſequentibus. Immo nec duæ, nec tres, nec ſex, nec vlteriores nuptiæ prohibentur, ſed permittuntur, & iuſtæ cenſentur. d.q.1.cap. aperiant. 11 cum ſequentibus. 32.q.4. in princ. §. ſed ſicut,
4 & c.1. cum ſequent. † Vt enim vitentur pericula fornicationis ſecunda, & vlteriora matrimonia conceduntur. Nã Diuus Hieronymus contra Iouinianum lib.1.inquit, Quomodo virginibus ob fornicationis periculum conceditur nuptias,

ptias,& excuſabile facit,quod per ſe non appetitur,ita ob
eandem fornicationem vitandam concedit viduis ſecun-
da matrimonia. Melius eſt enim,licet alterum,& tertium,
vnum virum noſſe, quam plurimos,id eſt tolerabilius vni
homini proſtitutam eſſe,quam multis. Si quidem & illa
in Euangelio Ioannis Samaritana ſextum ſe maritum ha-
bere dicens,arguitur à Domino, quod non ſit vir eius, vbi
enim numerus maritorum eſt, ibi vir, qui propriè vnius
eſt,eſſe deſijt. Vna coſta à principio in vnam vxorem ver-
ſa eſt, & erunt, inquit, duo in carnem vnam, non tres, ne-
5 que quatuor, alioqui iam non duo, ſed plures. † Primus
Lamech Sanguinarius,& homicida vnam carnem in duas
vxores diuiſit: fratricidium, & bigamiam eadem Cata-
clyſmi deleuit pœna, de altero ſepties, de altero ſeptua-
gies ſepties vindicatum eſt. Quantum diſtat in numero,
tantum & in crimine. Quam ſancta ſit bigamia, hinc o-
6 ſtenditur, † quod bigamus in clerum eligi non poteſt. &
7 ideo Apoſtolus ad Timotheum. † Vidua, inquit, eligatur
non minor ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri v-
xor. Hoc omne præceptum de his eſt viduis, quæ Eccleſiæ
paſcuntur eleemoſynis, & idcirco ætas præſcribitur, vt il-
læ tantum accipiant pauperum cibos, quæ iam laborare
non poſſunt. Simulque conſidera,quod quæ duas habuit
viros, etiam ſi anus eſt,& decrepita, & egens, Eccleſiæ ſti-
pes non meretur accipere. Si autem panis illi tollitur elee-
moſynæ, quanto magis ille panis, qui de Cœlo deſcendit,
quem qui indignè comederit,reus erit violati corporis,&
ſanguinis Chriſti? Quamque hæc teſtimonia, quæ ſupra
poſui, in quibus viduis conceditur, vt,ſi velint denuo nu-
bant, quidam interpretantur ſuper his viduis, quas amiſ-
ſis maritis ſic inuenerit fides Chriſti. Verum Diuum Hie-
ronymum hæc in exhortationem vidualis continentiæ,
non in condemnationem ſecundarum, & deinceps nup-
tiarum putamus dixiſſe, prout conſtat in principio huius
8 orationis ibi. melius eſt enim, &c. † Interim docet Lame-
chum primum induxiſſe bigamiam. Nam primus nota-
tur duas habuiſſe vxores. Geneſ.4. quaſi ſex primis genera-
tionibus prima inſtitutio,& lex matrimonij, ſiue Monoga
miæ in paradiſo lata à nullo violata fuerit,etiam in homi-
9 num tanta paucitate. † Fuit enim Lamech abnepos Caini
ante diluuium in ſeptima generatione poſt Adam primũ
Parentem anno mundi 622. A quo tempore hucuſque ſe-
cundæ nuptiæ,& iuſtæ,& licitæ habitæ ſunt, quibus tamẽ
Monogamia præfertur, vt dicit Diuus Hieronymus citato
loco. Qui in Apologetico contra Iouinianum,ita exclamat,
Aperiant, quæſo aures obtrectatores mei, & videant me
ſecundas,& tertias nuptias conceſſiſſe in Domino Qui ſe-
cundas, & tertias non damnaui, primum potui damnare
matrimonium? non damno bigamos,immo nec trigamos,
& ſi dici poteſt Octogamos. Ego etiam nunc libera voce
clamo non damnari in Eccleſia bigamiam, imò nec triga-
miam,& ita licere quinto,& ſexto, & vltra, quomodo, &
ſecundo marito nubere. Et Diuus Auguſtinus lib.2. contra
aduerſarium legum,& Prophetarum cap.11. inquit. Deus
maſculum, & fœminam propagandi generis cauſa nup-
tiali caſtitate coniunxit: & ſecundas nuptias,quæ in vtro-
que teſtamento permittuntur, licitas eſſe monſtrauit,& ſu
per 1.ad Corinth. inquit. Quod ſi dormierit vir eius, non
dicit primus,vel ſecundus,vel quotus, nec nobis definien-
dum,quod non definit Apoſtolus. Vnde nec nullas debeo
damnare nuptias, nec eis verecundiam numeroſitatis au-
ferre. Dominus autem ſeptemuiram non damnauit, nec di
cit ei in reſurrectione non poſſe eſſe,ſed tantum,neque nu
bent,neque nubentur. Vnde nec contra humanæ verecun
diæ ſenſum audeo dicere, vt quoties voluerint, nubant,
nec ex corde meo quotuslibet nuptias condemnare: quod
dicitur Vniuiræ, hoc & omni viduæ, Beatior autem erit, ſi
ſic permanſerit, & ita concordat cum Diuo Hieronymo.
10 † Non obſtat, quod Lamech non ſolum ſepties fuerit vin
dicatus,ſed ſeptuagies ſepties, quia non tam pro violatio-
ne monogamiæ, quam pro fratricidio, & alijs criminibus
ab eo, & antea à Caino, & alijs per ſex generationes conti-
11 nuas perpetratis potuit puniri. † Fuit enim Lamech inſi-
gnis gladiator, cum filio Tubalchain arma inuenit, & fa-
bricauit,quibus cædes fierent. Geneſ.4. Quapropter ean-
dem Cataclyſmi, id eſt diluuij ſubſtinuit pœnam pro om
nibus, non magis quam pro monogamia violata, pro qua
12 ſola non fuiſſet paſſurus tantam pœnam. † Sed & de iure
ciuili ſunt ſecundæ, & vlteriores nuptiæ iuſtæ, & licitæ; vt
colligitur ex l.1.& toto titu.C. de ſecundis nuptijs. Nouella
conſt.22.§. ſi igitur ex prioribus, & per totam,ſicut, & de
iure Canonico,vt probatum fuit,& probatur in ca.1. & 10
to tit. de ſecundis nuptijs, & ex late adductis per Gabrie-
lem libro 3.eodem tit.concluſ.1. & ſequent.per totum tit.
13 † Verumtamen matrimonio per diuortium ſoluto, neu-
tri tunc coniugum viuente altero nuptias iterare permit-
titur. Nam & ſi ciuili iure inſpecto poſt quinquennium
diuerſionis poterant ad ſecundas nuptias tranſire,l.conſen
ſu 8.§.hæc niſi vir,C. de repudijs. Nouella conſt.22.§. ſi ve-
rò altera,& §.& ſi mulier. Nouella conſtit.117.§. illud ita-
14 que. † Tamen de iure Canonico non prius nuptias itera-
re poſſunt quam alter coniugum ſit vita functus,& ita ob-
ſeruatur 27.quæſt.2.c.ſi quis ſponſum,§.fin.32. quæſtione
1.c.dixit in princ. quæſt.7.in princ.cum cap.ſequen.cap.li-
citè,cap Apoſtolus in princ.cap.fieri,c.placuit, cap.Domi-
nus in fine,c.omnes,cap.fidelis,cap.quemadmodum, cap.
quid in omnibus.§.his authoritatibus,c.vxor.c.hi verò,ca.
neque furioſus,§.fin.c.vlt.& ca.gaudemus 8.§.qui autem,
de diuortijs,c.ex literatum 4.de eo.qui duxit in matrimo-
nium. Immo talibus Poligamis,ſeu bigamis eſt ſtatuta pœ
na,vt in Syntagma commu.opin.loco 3.tit.2.ca.7. multo-
15 rum authoritatibus comprobatur. † Ratio autem eſt,
quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faceret inno-
centi, & ob ſecundam copulam nuptiarum veteri crimen
impingeret, ideo ſic priorem dimittere iubetur vxorem,
vt ſecundam prima viuente non habeat, ita Diuus Hiero-
nymus in comment.ad c.19. Matth.et relatus in 32. q.1.ca.
dixit.2.§. & quia. & Canone Apoſtolico 47. & hoc ſibi lo-
cum obtinet non ſolum ſi ex cauſa fornicationis diuortiũ
factum ſit,vt in d.c.dixit, & in alijs Canonibus ſupra cita-
tis, ſed & ſi ob aliam cauſam, vt puta ob hæreſim, vel infi-
delitatem,vel ſimilem.28.q.2.in princ.ca.1.& per ea, quæ
dicta ſunt ſupra titu.103.de cauſis, ſolutionis matrimonij.
16 † Verum ſi ob id coniuges fuerint ſeparati, quia matrimo
nium inutiliter ab initio fuerat contractum, tunc nuptias
iterare non prohibentur, ſed poſſunt iterari per allegata
ſuperius tit.100.& tit.103.in princ. Immo cum primæ nul
læ ab initio fuerint,ſecundæ non dicuntur propriè iteratæ,
nec tale matrimonium dici poteſt propriè Poligamia, ſeu
bigamia crimen punibile, ſed monogamia, quam nullæ a-
liæ nuptiæ præceſſerant. Idem vtique,eademque ratione
erit,ſi non vxor,ſed ſponſa fuerit dimiſſa.27.q.2. ca.ſi quis
ſponſum in fine,cum c.ſequen. c.ſtatutum in princ. ver. &
ipſa. Vel ſi ex cauſa iuſta repudians ipſe velit iterare, non
repudiatus,vel repudiata.exemplo.32.q.2.c.vxor.17. in fi
17 ne,& ca.ſequen.§.ſed & illud. † Cauſa autem iuſta eſt in-
ceſtus, nam ſi propter inceſtum ſit factum diuortium, &
ideo vxor repudiata, vel vir, tunc repudians poteſt nup-
tias iterare,d.cap.17.& ſequen.§. ſed illud, cap. quædam,
cap.concubuiſti,cap.ſi quis cum. Quod non procedit, ſi ex
alijs,quamuis iuſtis cauſis diuortium factum fuerit per al
18 legata ſuperius numero 13. † Ratio autem, quia ob cri-
men inceſtus factum diuortium operetur facultatem in
repudiante nuptias iterandi eſt,quia vir vxori, & vxor vi-
ro ſe ſe in perpetuum illicitos reddunt, dum per copulam
conſanguinitatis in primum, vel ſecundum, vel tertium
gradum tranſiuit affinitas,d.cap.quod propoſuiſtis. 18.§.
hæc autem. quod non ſuccedit in alijs fornicationibus, &
19 adulterijs. † Poterunt etiam nuptias iterare illi,qui ob fri-
giditatem,vel impotentiam fuerunt ſeparati. Nam ob fri-
giditatem viri, vel ſterilitatem vxoris, ſi diuortium ſit fa-
ctum; hoc enim caſu repudianti, non repudiato nuptias
iterare permittitur.32.quæſtione 7.capit.quod propoſui-
ſti.18.cap.ſi quis cum.§ final.33.quæſt.1.cap.1.cap.requi-
ſiſti,§.quia ſi mulier. Non tamen ſubſidij opem ſibi ſub-
trahere debent,cum infirmitas, non deteſtabilis culpa eos
20 excludat,dict.ca. quod propoſuiſti,in fine. † Idem vtique
erit ſi ob inſidias à coniuge coniugi factas diuortium ſit fa
ctum, tunc enim inſidiatus nuptias poterit iterare. 31. q.1.
21 c.ſi qua mulier.& c.ſi de diuortijs. † Sed & ſi ob diutinam
coniugis abſentiam diuortium ſit factum poterunt nup-
22 tiæ iterari,c.perlatum.8. qui filij ſint legitimi. † Idem erit
ſi cum ob infidelitatem coniuges ſeparati eſſent, & repu-
diatus, vel repudiata ob id repudiantem ſequi nolit, ſed
vltro ab eo diſcedat,c.quanto 7.ca.gaudemus 8.§. qui au-
tem de diuortijs.28.quæſtione ſecunda, capitu.ſi infidelis.

Niſi

Digitized by Google

Niſi non ex duobus infidelibus alter denuo ſit conuerſus,
ſed ex duobus fidelibus alter in hæreſim lapſus ſit, & hac
de cauſa diuortium ſit factum, tunc enim nuptias iterare
non licet d.cap.7.& d.cap. ſi infidelis §.hic diſtinguendum
in fine. Verum ſi cum ob infidelitatem diuortium factum
eſſet, repudiatus vel repudiata repudiãtem quidem ſequi
volens non velit conuerti, vel repudiantem ad peccatum
mortale pertrahere conetur, tunc enim repudians poterit
nuptias iterare d.cap. gaudemus 8.§. qui autem de diuor-
23 tijs. † Idem vtique erit ſi periculum ſit, ne maritus vxorẽ
adulteram occidat, hoc enim caſu permittendum eſt illi
nuptias iterare diuortio ob adulterium ſequuto cap. ſi quod
24 verius 9.in 33.quæſt.2. † Idem etiam erit ſi poſt diuortium
mors alterius ſuperuenerit, hoc enim caſu ſuperſtiti nu-
ptias licet iterare, niſi fortè ſuperſtes ille ſit, vel illa, qui vel
quæ diuortio cauſam præbuit, cuiuſque culpa factum ſit
25 32.q.7.cap.hi verò cap. quod propoſuiſti §.fin. † Qui reli-
gionem vouerint nuptias iterare prohibentur cap. concu-
buit 10.de conuerſ. coniugat. diſtinct.28.cap. de Siracuſa-
næ §.fin. cum alijs allegatis ſupra titu.100.num.102. & ſe-
quentibus. Nec refert quod inuito coniuge religionem vo-
uerit, quoniam ſoluto matrimonio nuptias iterare non po-
terit c. quidam 3. de conuer. coniugat. Minus refert quod
vouens monaſterium non ſit ingreſſus, nec quod vxor eius
fuerit velata cap. ex parte 9.eod.tit. Nec quod vouens cõ-
trahendo nuptias infidelem ad fidem Chriſtianam con-
26 uerterit poſtea 32.quæſt.8.in princi. & c.1. † Sed nec clerici
vxor eo mortuo, poteſt nuptias iterare, ca. ſi qua cap. quia
ſunt cap. ſe cunquam cap. de Siracuſanę diſtinct.28.& diſt.
32.c. proferatum § fina. Niſi fortè clericus in vita maluerit
clericatus officio carere, quam ab vxore abſtinere, tunc.n.
ipſo mortuo, vxor poterit nuptias iterare 27.quæſt. 2.cap.
27 multorum. † Is qui coniugem occidit, & vitæ eius eſt inſi-
diatus, tam vir quam vxor, nuptias iterare non poteſt c.1.
de diuortijs 31.quæſt.1.cap. ſi qua mulier 33.quæſt.2.cap.
interfectores in princip. cap. quicunque cap. admonere §.
ſin autem publicam verſic. vxorem nunquam ducere cap.
28 ſi quod verius §.in præmiſſis ver. ſi autem illas. † Niſi for-
tè lapſus iuuenilis incontinentiæ ſit metuendus, tunc enim
ſecundæ nuptiæ ſunt indulgendæ d.cap. interfectores in
princip. ver. excepti adoleſcentibus d.§.in præmiſſis ver. ſi
29 autem illas ibi, niſi fortè propter lapſum. † Tandem ſi ra-
pta raptori ſuo nupſerit, hoc enim caſu alterutro mortuo,
ſuperſtiti nuptias iterare non permittitur 36.quæſt.2.cap.
ſi autem §. ſed ſi vnus. Sed & alios plures caſus, in quib. nu
ptiæ iterari prohibentur colligi poſſunt ex traditis in d.ti
30 tulo 100. † Sed de iure Ciuili in caſibus, in quibus nuptiæ
iterari poſſunt, mulier illas intra annum Luctus iterare nõ
poteſt l.1.C. de ſecundis nuptijs l.2.C.eod. Nouella conſtit.
22.§. ſugitur ex prioribus l. ſi qua 4.C. ad Tertull. d. Nouel
la 22. per totam. Nouella conſt.117.§. quin, & ſi iuſta. quod
ſi intra annum nupſiſſet, infamis efficiebatur, aliaſque pœ
nas ſubſtinebat, vt in allegatis, & leg.1 §. qui autem ff. de
his qui notant infam. l. liberorum 11.§.1.ff. eod. leg. decreto
31 15.C. ex quibus cauſis infam. irrog. † Verum canonico iure
inſpecto abſque incurſu infamiæ, & aliarum pœnarum po
teſt ſtatum ſoluto matrimonio per mortem viri, non aliter
elapſo anno luctus nuptias iterare cap. penult. & vlt. de ſe-
cundis nuptijs. Sed communiter tenetur, & magis firmatur a-
pud Gabrielem lib.3. de ſecundis nuptijs concluſ.5. per to-
32 tam. † Sed tamen pœnæ reſpicientes fauorem filiorum
non ſunt canonico iure ſublatæ, ſed ſtant firmæ, vt ciuilia
iura diſponunt. Innocent. in d. cap. fin. de ſecundis nuptijs,
& ibi latius Hoſtien. col.1. Ioannes Andr. col.1. cum alijs ci
tatis per Gabrielem vbi ſupra concluſione 6.& ſunt com-
munes tam maſculis, quam fœminis. Gabriel vbi ſupra cõ-
cluſ.7. relatiuè ad concluſ.4. ampliat.1. ad conclu.1. amplia.
1.& ad tertiam ampl.1. Si autem culpa mulieris diuortiũ
interceſſerat iure ciuili intra quinquennium nuptias itera-
re non poterat leg. conſenſu 8.§. hæc niſi vir C. de repudijs
Nouella conſt.22.§. ſi verò altera, cum alijs allegatis paulo
ſuperius. Sed iure Pontificio in perpetuum nuptias itera-
re prohibetur, per allegata ſupra num.13.& in tit.100.nu.
Quoniam licet culpa careat tamen marito à quo diuertit,
viuente nuptias iterare non poteſt, vt ſupra d.nu.13. proba
tum fuit hactenus de ſecundis nuptijs, & quando liceat
eas contrahere dicta ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Concubinarum retentio quando fuerit licita.*
2 *Concubina, quæ dicatur.*
3 *Concubina an fuerint vnquam licita in nouo teſtamento.*
4 *Concubina in nouo teſtamento nunquam fuit licita vna cum vxore.*
5 *Clericis nunquam permiſſum habere concubinas.*
6 *Concubinatus in liberis hominibus hodie graue peccatum grauior in vxoratis, grauiſſimum in Clericis.*
7 *Fornicatio poſt hæreſim maius peccatum.*

De Concubinis. Tit. 107.

De concubinis, & de concubinatu plura ſcripſi in gl.
1 ſtatuti. Vrbis lib.2.ca.54. de concubinis. † Quo loci
oſtendimus vtroque iure non ſolum fuiſſe licitas,
ſed & etiam ex lege diuina in veteri teſtamento fuiſſe anti-
quis illis Patribus in paucitate hominum permiſſas, ad ſo-
bolis maioris, ac numeroſioris procreationem, in illa orien
te republica neceſſariæ propter hominum penuriam, &
in nouo teſtamento apud Concilium Toletanum primum
cap.12. de concubinis ita decernitur. Is, qui non habet vxo-
rem, & pro vxore concubinam habet, à communione non
repellitur, tamen vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concu-
binæ ſit coniunctione contentus. Et Iſidorus de diſtantia
noui, & veteris teſtamenti, inquit, Chriſtiano non dicam
plurimas, ſed nec duas ſimul habere licitum eſt, niſi vnam
tantum, aut vxorem, aut certè loco vxoris (ſi coniux deeſt)
concubinam, relati in diſtinct.34. capit. is qui 4.& capitulo
2 ſequen. leg.3. in fine ff. de concubinis. † Concubina autem
intelligebatur, quæ ceſſantibus legalibus inſtrumentis,
vnita eſt, hoc eſt ſine ſponſalibus, & ſine nuptijs, coniugali
tamen affectu aſcita, quam coniugem faciat ſolus affectus
lex verò concubinam nominat, ita Gratianus in d. diſtinct.
34. cap. omnibus 3.§. concubina. Verum ex Diuo Auguſti-
3 no lib.50. homil. homi.49. † Videtur illas nunquam in nouo
teſtamento fuiſſe licitas dum ibi inquit. Audite chariſſimi,
membra Chriſti, & Matris Eccleſiæ Catholicæ filij, quod
dico competentibus, & fidelibus. Audiant pœnitentes. Quod
dico fidelibus dico, & competentibus, & pœnitentibus. Au
diant cathecumeni, audiant omnes, omnes timeant, nemo
contemnat, ſit mihi in conſolationem veſter auditus, ne vo
bis ſit in teſtimonium dolor meus. Competentibus dico,
Fornicari vobis non licet; ſufficiant vobis vxores. Audiat
Deus, ſi vos ſurdi eſtis, audiant Angeli, ſi vos contemnitis,
Concubinas vobis habere non licet, & ſi non habetis vxo-
res, tamen non licet vobis habere concubinas, quas poſtea
dimittatis, & ducatis vxores, tanto magis damnatio vobis
erit, ſi volueritis habere vxores, & concubinas. Sed dictum
D. Auguſtini vel verius eſt, vel poteſt cõcordari cum Cõ-
cilio Toletano 1. ſupra citato, quod illas tunc liceret habe-
re perpetuas ſine vxore, & ſine facultate illas ad libitum di
mittendi, & ſic quod eſſent loco vxoris, vt deduximus in
4 citato glo. ſtatuti Vrbis. † Sed quicquid ſit pro comperto
tamen habemus, quod ſimul cum vxore in nouo teſtamen
to nunquam concubina licita fuit d. diſtinct.34. d. c. is qui
& d. cap. Chriſtiano, & cap. audite in fine, & 35. quæſt.2.c.
5 de conſanguinitate in fine. † Et quod clericis nũquam per-
miſſum fuit illas habere cap. clericus 3. cap. ſicut 4. capi. ſi
autem 6. de cohabitat. clericor. diſtin.28. capi. decreuimus
diſtin.32. cap. nullus cum cap. ſequen. in princ. diſtin.33. in
princip. & §. ſed quæritur diſt.81. cap. ſi qui ſunt capit. eos
etiam, & pœnæ conſtitutæ ſunt, quæ etiam in liberos extẽ-
duntur 15. quæſtio.8. cap. cum multæ, vt fuit obſeruatum
6 etiam ſupra titu.5. nu... & in glo. ſtatuti vrbis citata. † Ho
die verò ſecũdum opinionem Diui Auguſtini, de qua pau-
lo ſuperius, ex decreto Concilij Tridentini ſeſſ.24. capit.8.
concubinatus graue peccatum eſt in liberis hominib. gra-
uior in vxoratis, grauiſſimum in clericis, & in Epiſcopis,
ideo omnibus prohibitum, liberis hominibus ſub grauib.
pœnis, vxoratis ſub grauioribus, vt in d. cap.8. ſub grauiſſi-
mis clericis Epiſcopis, & alijs Eccleſiæ Prælatis in ſeſſ.26.c.
14. per totum. Tholoſanus de beneficijs capitulo 25. num.
7 6. † Eſt enim fornicatio poſt hæreſim maius peccatum, om
ni iure prohibita, vt ſupra tit.94. nume.6. dictum fuit, &
perſiſtens in concubinatu poſt monitionem vltra annum,
eſt

Digitized by Google

eſt de hæreſi ſuſpectus ſecundum Gulielmum de Benedictis in repetit.cap. Raynutius ver. nomine Adelaſiam nu. 308. de teſtamentis, & ſecundum Viuium in opin. 261. nu. 2. Hactenus de Sacramento matrimonij, & de alijs circa illud incidentibus ante, eo conſtante, & poſtea diſſoluto dicta ſufficiant, nūc ad reliquos Eccleſiaſticos actus eſt progrediendum.

SVMMARIVM.

1 *Conſecrare eſt ſimul ſacrare.*
2 *Prælatus electus conſecrandus eſt declaratur num. 3.*
4 *Conſecratio Archiepiſcopi, vel Epiſcopi a quibus facienda.*
5 *Ordinationis verbum accipitur pro conſecratione.*
6 *Conſecrandi munus delegari poteſt.*
7 *Conſecrare non debet Epiſcopum Metropolitanus abſque conſenſu Primatis.*
8 *Conſecratio quibus præſentibus eſt facienda.*
9 *Metropolitanus eſt conſecrandus in Metropoli ciuitate.*
10 *Conſecratio quo die, & hora facienda.*
11 *Conſecrationem, quæ debeant præcedere.*
12 *Conſecratio quomodo facienda.*
13 *Iurari, quæ debeant ante conſecrationem.*
14 *Iuramenti forma præſtanda ab omnibus recipientibus dignitates.*
15 *Electus ante conſecrationem habet omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, non autem ordinis.*
16 *Conſecranda ſunt templa, & altaria, & alia ad diuinum cultum pertinentia.*
17 *Iacob primus erexit altare lapideum, illudque conſecrauit.*
18 *Conſecrandi ritus à Iacob principium duxit.*
19 *Dauid Rex amplificauit cultum Dei, ſed templum ædificare prohibitus eſt.*
20 *Salomon ædificauit templum domino, & qua feſtiuitate dicauerit.*
21 *Iudæi non ſacrificabant niſi in locis Deo dicatis, & conſecratis.*
22 *Sacrificia à Chriſtianis ſunt Deo offerenda tantum in locis ſacratis.*
23 *Conſecratio Eccleſiæ, vel altaris non eſt iteranda, limitatur nu. 24. & ſequen.*
24 *Conſecratio non dicitur facta, ſi is conſecrauit, qui ius non habet.*
25 *Conſecratio quibus caſibus iteranda nu. 26. & 27.*
28 *Conſecratio non iteratur ſi pars tantum Eccleſiæ, vel altaris ſit diruta.*
29 *Infidelis in loco conſecrato ſepultus, facit vt denuo ſit conſecrandus.*
30 *Excommunicatus ſi ſit ſepultus in loco conſecrato, eſt denuo conſecrandus.*
31 *Conſecratio non valet facta per eum, qui non bene ſentit de Sanctiſſima Trinitate.*
32 *Conſecratio in dubio eſt reiteranda.*
33 *Eccleſia etiam non conſecrata ſi polluatur ſemine, aut ſanguine eſt reconcilianda per aquam, & quanto citius conſecranda.*
34 *Conſecratio Eccleſiæ non fit, nec reiteratur, niſi remotis infidelibus, & excommunicatis in ea ſepultis.*
35 *Eccleſia cupiditate quæſtus, non ſtudio religionis ædificata, non eſt conſecranda.*
36 *Eccleſia non conſecratur denuo propter altare motum, vel lapidem fractum, ſed altare tantum, vel lapis nouus.*
37 *Polluta Eccleſia pollutum cenſetur cæmeterium, non è contra.*
38 *Cæmeterium per pollutionem contigui cæmeterij non polluitur.*
39 *Conſecrari poſſunt plura ſimul.*
40 *Conſecrandi ius cui competat.*
41 *Schiſmaticus non poteſt conſecrare, nec facultate ordinaria, nec delegata.*
42 *Conſecratio iterata altaris polluti, vel Eccleſiæ quomodo fiat.*
43 *Oleum conſecratum poteſt non conſecrato commiſceri.*
44 *Conſecratio vbi facienda, & quibus temporibus.*
45 *Conſecratio eſt facienda a ieiunis.*
46 *Solemnitas conſecrationis octo diebus celebranda.*
47 *Conſecratio quomodo facienda*
48 *Altaria non lapidea non conſecrantur Chriſmatis vnctione.*
49 *Conſecratio non fit ſine miſſa.*
50 *Conſecratio noua Eccleſiæ non fit ſine authoritate Pontificis.*
51 *Conſecratione facta non remanet ſubſtantia, ſed ſpecies.*
52 *Nil exigendum pro conſecratione.*
53 *Eccleſia eſt dotanda ab eo qui obtinuit conſecrari.*
54 *Benedictio Eccleſiæ poteſt fieri ante conſecrationem, & à quibus fieri poſſit.*
55 *Benedictio omni tempore poteſt fieri, ſed tantum à ieiunis hora tertia.*
56 *Benedictionis ius eis competit, quibus conſecrandi.*
57 *Benedictionis ius competit etiam aliquando ſacerdotibus.*

De Conſecrationibus, & Benedictionibus. Titulus 108.

ABſolutis ea qua potui breuitate Sacroſanctæ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ Sacramentis, quibus perſonæ, loca & res conſecrantur, congruus ordo poſtulat, vt de conſecrationibus ipſis, nec non de benedictionibus diſſeratur. Nam inter Eccleſiaſticos actus, & illæ
1 etiam connumerantur. † Conſecrare itaq. nihil aliud eſt, quàm ſimul ſacrare 24. q. 1. c. pudenda 33. §. conſecrare. Itaq. Præ-
2 latus electus, atq. confirmatus conſecrandus eſt c. nihil eſt 44. §. fi. de elect. c. 1. de Sacramentis non iterand. Idq. procedit non ſolum in Sūmo Pōtifice, ſed & in Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, atq. Epiſcopis, ita vt conſecratione nondum facta, & ſi iam conſequantur oīa, quæ ſunt iuriſdictionis ſola electione, non tñ acquirunt ea, quæ ſunt ordinis ante conſecrationem, nec aſſequuntur alia multa, quæ obſeruauit Cucchus in §. 1. & toto illo tit. de cōſec. Epiſcopi, &c. ex iuribus & Doctorib. ibi citatis. Ideoq. quāuis acceleranda non ſit gl. in c. prouida ver. conſecrationes de elect. in 6. Cucchus vbi ſupra §. ſed nec tamen nu. 25. tñ non eſt vltra ſex menſes proferēda, vt ſtatutum eſt in Cōcilio Trid. ſeſſ. 23. de reformatione c. Eccleſijs 2. & ſeſſio 7.
3 de reformatione c. ad maiores 9. † Verum ille Prælatus, qui canonicè non fuit electus, conſecrandus non eſt diſt. 62. ca. vlt. Neque ſchiſmaticus d. c. pudenda 33. per totum, & qui ſemel fuit conſecratus, non eſt amplius conſecrandus de conſecrat. diſt. 1. c. Eccleſijs cum declaratione, de qua infe-
4 rius. † Conſecratio autem Epiſcopi, ſi extra Romanam curiam fiat, celebranda eſt in Eccleſia, ad quam promotus fuerit, aut in prouincia ſi commode fieri poterit, ex Concilio Tridentino in ſeſſ. 23. de reformatione c. Eccleſijs 2. in fine. Metropolitanus ſcilicet Archiepiſcopus ab omnibus ſuffraganeis, reliqui verò comprouinciales Epiſcopi à tribus iuſſu Archiepiſcopi ſunt conſecrandi cap. ſi Archiepi-
5 ſcopus 6. de tempor. ordinat. vbi glo. † Verbum ordinationis interpretatur pro conſecratione, vt ſacitatur illis, qui ſequuntur cap. nec Epiſcopi 7. eodem titu. diſtinct. 51. capi. vlt. §. quicunque ver. ab vniuerſis diſtinct. 61. capi. Epiſcopum diſtinct. 61. cap. 1. cum ſequen. vſque ad diſtinct. 65. cap. vltim. diſtinct. 66. capitulo 1. cum ſequen. canone Apoſtolico 1. & ad minus à tribus Epiſcopis conſecratio eſt fa-
6 cienda diſtinct. 68. cap. cor Epiſcopi §. quod autem. † Munus autem conſecrandi Epiſcopum electum poteſt delegari d. capitulo ſi Archiepiſcopus 6. ibi iuſſu Archiepiſcopi, de tempor. ordinat. capitulo, quod ſedem to. de offic. ordi-
7 nat. Cucchus vbi ſupra num. 19. † Sine autem conſenſu Primatis Metropolitanus Epiſcopum conſecrare non debet
8 diſtinctione 65. capitulo de perſona cum cap. ſequen. † Sed quibus præſentibus conſecratio ſit facienda, videtur in diſtinctione 23. capitulo qui Epiſcopus 1. §. una diſtinct. 51. capitulo vltimo §. ſed nec ille diſtinctione 61. capi. nullus inuitis diſtinct. 63. capit. quia igitur & c. vlt. in fine diſt.
9 65. c. non debet c. Epiſcopus. † Et Metropolitanus eſt conſecrandus in ciuitate Metropoli. Epiſcopus verò comprouincialis vbi Metropolitanus elegerit d. diſtinct. 51. cap. vlt. §.
10 Epiſcopus autem. † Et facienda eſt die Dominico hora tertia d. cap. vlt. §. quicunque igitur verſic. die Dominico diſtinct. 75. in princi. cum cap. ſequen. vel in ſabbato magno Romæ poſt horam Baptiſmi diſtin. 76. c. vlt. inter Miſſæ autem ſolemnia, inter epiſtolam, & Euangelium d. c. vlt. diſt. 51. c. quod ſicut § ſuper eo de elect. Cucchus vbi ſupra nu. 27. ſolus autem Pontifex Romanus ante hymni Angelici exordium conſecratur, & mox ipſe conſecratus ſolemnia miſſarum perficit d. c. quod ſicut §. ſuper eo. Nec eſt differenda vltra ſex menſes, vt dictum eſt, immo tres diſt. 75. c. quoniam quidam diſt. 10. c. 1. § ſi verò. Concilium in d. ſeſſ.
11 23. d. c. 1. † Non tamen debet fieri conſecratio ſine examinatio-

Digitized by Google

natione præcedẽte 23.diſt.1.c.Epiſcopus 2.& ſupra ti.7.&
8. Hinc & ſi quis aduerſus eum, qui conſecrandus eſt, obij-
cere aliquid velit, quod impedire conſecrationem poſſit,
audiendus erit, modo accuſationis viam eo refellendo eli-
gat c.ſuper his c.qualiter & quando de accuſat.glo. & Do
ctor.in c.cum in cunctis §.1.verſic.ad quem ſpectat circa
12 medium de elect.† Conſecratio autem fit vnctione capitis,
& manuum ſolemnibus verbis, precibuſq.additis, & capi-
tis quidem vnctione mẽs, cuius eſt ſedes caput, item autho
ritas, dignitaſq.hoc facto ei collata ſignificãtur, ſeu vt eius
ſe referre perſonam intelligat, qui vere caput viri eſt Chri
ſtus Dominus noſter, ſed manuum inunctio rectam, ſan-
ctamque operationem edocet, quæ in Epiſcopo deſidera-
tur, item miniſterium, officiumq.Epiſcopi, & poteſtas quã
accipit alijs benedicendi, & conſecrandi c.1.§.1.in fine de ſa
cra vnctio.diſt.25.c.1.& c.præsbyter 3.de Sacramen. non
iterandis. Id enim exemplo Prophetarum, & Regum capi
ta eorum, more Apoſtolorum, & Moyſis vnguntur, quia
omnis ſanctificatio conſtat in Spiritu Sancto, cuius virtus
inuiſibilis Sancto Chriſmati eſt permixta, & hoc ritu ſolẽ-
nis celebratur ordinatio d.diſtinct.25.c.1.& c.3.Conſecra
tione autem accipit conſecratus omnes gratias gratis da-
tas, ideſt donum Dei, facultatem naturæ excedens ſupra
meritum perſonæ homini conceſſum, conſiſtens in ſermo-
ne ſapientiæ, & ſcientiæ, in fide, gratia ſanitatũ, operatio-
ne virtutum, prophetia, diſcretione ſpirituum, generibus
linguarum, interpretatione ſermonum Cardi.in ca. porrò
13 diſt.66.Diuus Thomas 1.2.q.5.art.1.& 4. † Verumtamen
ante conſecrationem, quæ debeant iurari per conſecrãdos
proponuntur punctualiter in diſtinct.23.cap.quamquam
6.& in extrauag.commu.1.§.ſimiliter de iure iurando, &
c.ego N.4.eod.tit.Forma autem canonica in præſtando iu-
ramento non debet excedi c.dilecti 13. de maiorit. & obe-
14 dien.† Canonica autem forma iuramenti præſtandi ab om
nibus recipientibus dignitates à Papa hæc eſt. Ego N. Epi-
ſcopus ab hac hora in antea fidelis ero Sancto Petro, San-
ctæque Romanæ Eccleſiæ, Dominoq.meo Papæ N.eiuſq.
ſucceſſoribus canonicè intrantibus. Non ero neq; in conſi
lio, neque in facto, vt vitam perdat, aut membrum, vel ca
piatur mala captione. Conſilium quod mihi aut per ſe,
aut per literas, aut per nuncium manifeſtabit, ad eius dam
num nulli pandam Papatum Romanæ Eccleſiæ, & regu-
las Sanctorum Patrum adiutor ero ad defendendum, &
retinendum (ſaluo ordine meo) contra omnes homines.
Vocatus ad ſynodum veniam niſi præpeditus fuero cano-
nica præpeditione. Legatum Apoſtolicæ ſedis, quem cer-
tum eſſe cognouero in eundo, & redeundo honorifice tra-
ctabo, & in ſuis neceſſitatibus adiuuabo. Apoſtolorum li-
mina ſingulis annis aut per me, aut per certum nuncium
viſitabo: niſi eorum abſoluat licentia. Sic Deus me adiuuet
15 & hæc Sancta Euangelia c.ego 4.de iureiurando.† Tandẽ
obſeruandum eſt electum ante conſecrationem habere
omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, quæ autem ſunt ordinis E-
piſcopalis non habere cap.transmiſſam 15.cap.quod ſicut
28.§.ſuper eo, de elect.c.nihil eſt 44 §.cæterum ver.ita q̃d
extrauagan.comm.vlt.de ſenten.excomm. quod ſupra, &
alibi dictum fuit de Papa electo non conſecrato, nec coro-
nato, vel de Epiſcopo nondum conſecrato. Præterea conſe
crari etiam ſolent clerici, dum ordinibus ſacris adſcribun
tur d.diſt.25.c.1.& c.præsbyteri 3.de Sacramen.non iterã-
dis. Et virgines ſanctimoniales, vbi velo nigro capita earũ
exornantur, quæ monialium conſecratio ab alio facienda
non eſt, quam ab ipſo Epiſcopo, nec vlli non virgini, vi-
duæ enim non velantur, nec conſecrantur, nec minores
25.annis, neque alijs diebus quam epiphaniarum, aut in
albis Paſchalibus, aut Apoſtolorum Natalibus, niſi ob gra
uem ægritudinem metu mortis imminente hoc ſolatium
implorantis annuendum videatur 21.q.1.ca.deuictus. Ab-
bati autem benedici non dari conſecratio dicitur, quemad
modum clericus dicitur ordinari, quare & ante acceptam
ab Antiſtete ſuo benedictionem hoc Abbatis nomine, &
titulo non caret, nam ſimulatq. electione de ſe factæ con-
ſenſerit, Abbas dicetur, protinuſq.beneficia, ſi quæ obtine-
bat vacare certum eſt, & omnia ei competere, quæ cuius
Abbati cõpetere ſolent. Oldra.conſ.14.Io.And.et Butrius
in c.inter de translat.Epiſ.Felin.in c.eam te nu.7.ver.3.re-
ſtringuntur de reſcriptis Abbas in c. ſicut pro certo de ſi-
mon. Neque benedictione aliquid plus iuris ei confertur,

quamuis Epiſcopus illud ordinis faſtigium ex conſecratio-
ne demum acquirat glo.in proemio ſexti, & ſupra tit.8.in
16 fine.† Sed & tẽpla, & aliæ ædes ſacræ cũ altaribus, vaſis, &
veſtibus ad diuinum cultum pertinentibus ſunt conſecran
da toto tit.de conſecra. Eccleſ.vel altaris §.Baſilica cum ſe-
quentibus, & ibi glo.inſti.de conſtruendis, & conſecrandis
17 Eccleſ.† Primus enim Iacob erexit altare lapideum, atq;
18 illud oleo conſecrauit Geneſis 35. † Et ab eo ritus conſe-
crandi principium duxit, vt ſupra titu.58.in princ.dictum
fuit. Tabernaculum enim Moyſem Domino præcipiente
feciſſe, & ſacraſſe, cum menſa, & altari eius, & cæteris vaſis,
& vtenſilibus ad diuinum cultum explendum legimus, &
non ſolum diuinis precibus ea ſacraſſe, ſed etiam Sancti
olei vnctione Domino iubente perliniſſe nouimus. Quali-
ter autem hæc facta ſint, & quomodo ipſa ſacra non alij,
quam ſacerdotes ſacra vnctione deliburi, Dominoq. cum
veſtibus Sanctis ſacrati, & Leuitæ tractabant, ferebant, eri
gebant, & deponebant, in ipſis inſtitutionibus, quæ iuben-
te Domino conſcriptæ ſunt per Moyſem, in lege Domini
19 reperitur. Leuitico cap 8. † Qualiter ergo Dauid Regum
pijſſimus amplificauerit cultum Dei, & templum Domi-
no ædificare voluerit, ſed propter multum ſanguinem,
quem effuderat, prohibitus eſt, & ipſe collegerat expen-
ſas: Salomon quoque filius eius, id ipſum, quod ipſe face-
optauerat, iubente, & auxiliante Deo perfecit, &
templum cum altari, & reliqua ad diuinum cultum pera-
20 gendum conſecrauit legitur in lib. Regum.† Fecit ergo Sa
lomon in tempore illo feſtiuitatem celebrem, & omnis
Iſrael cum eo multitudo magna ab introitu Emash vſque
ad riuum Aegipti coram Domino Deo noſtro ſeptem die-
bus, & ſeptem diebus, ideſt quatuordecim diebus, & in
21 die octauo dimiſit populos. † Iudæi ergo loca, in quibus
ſacrificabant Domino diuinis habebant ſupplicationibus
cõſecrata: nec in alijs, quam Deo dicatis licuit munera Do
22 mino offerebant. † Si enim Iudæi, qui vmbræ legis deſer-
uiebant, hæc faciebant, immo ſi & hæc faciebat ſecta er-
roris gentilitas teſte Alexand ab Alexan.lib.6. Genial.die-
rum cap.14.multo magis, & nos quibus non ſolum veritas
patefacta, ſed & gratia per Ieſum Chriſtum Dominum
noſtrum data eſt, templa Domino ædificare, & quanto
melius poſſumus ornare, eaque diuinis precibus, & Sãctis
vnctionibus ſuis cum altaribus & vaſis, veſtibus quoque,
& reliquis ad diuinum cultum explendum vtenſilibus de-
uotè, & ſolemniter ſacraſſe, & non in alijs locis, quam in Do
mino; ſacratis ab Epiſcopis, & non à Chorepiſcopis (qui ſæ
pe prohibiti ſunt) Miſſas celebrare, nec ſacrificia Deo of-
23 ferre debemus.† Sed ſi conſecratio Eccleſiæ altaris, & c.ſe
mel facta ſit, non eſt amplius iteranda de conſecrat.diſtin.
1.cap.Eccleſijs, & diſtinct.68.cap.1.cap.præsbyteri §.quod
24 ergo cap.Eccleſijs in princip.& verſi.quia ſicut.† Verum
ſi is conſecrauerit, qui ius conſecrandi non habuit, non eſt
facta conſecratio, ideo conſecrabitur d.§.quod ergo. Idem
vtique erit, ſi non conſtet eum, qui conſecrauit fuiſſe Epiſ-
pum d.diſtinct.68.in princip.& cap.præsbyteri in princip.
25 & §.fin.† Vel ſi locus conſecratus effuſione ſanguinis, aut
ſeminis fuerit pollutus, tunc enim denuo conſecratur d.c.
Eccleſijs in princip.& cap.propoſuiſti 4.de conſecrat.cap.
1.in princip.eod.titu.in 6.& de conſecrat diſtinct.1.cap.ſi
26 motum §.ſi homicida. † Idem erit ſi Eccleſia conſecrata
27 fuerit combuſta dicto capitulo Eccleſijs in princip.† Si al-
tare motum, vel lapis continens ſigillum confractus fuerit
denuo conſecratur reſtauratus capitulo primo capit.quod
in dubijs tertio de conſecratione Eccleſia. & de conſecra-
tione diſtinctione prima capitulo ſi motum. Niſi non e-
normis læſio appareat capitulo ligneis ſexto eodem titu-
28 lo. † Ex eo enim, quod tectum corruerit, vel lignea ædifi-
cia, non iteratur Eccleſiæ conſecratio.d.capitulo ligneis 6.
Nec minus ſi parietes ſint mutati dicto capitulo ſi motum
verſiculo ſi parietes, vel ſi Eccleſia ſit diruta, & rurſus ædi
ficata, non erit denuo conſecranda, ſecundum declaratio-
nem, de qua in diſtinct.1.de conſecrat capitulo de fabrica
29 24.† Si infidelis in loco conſecrato ſit ſepultus, denuo cõ-
ſecratur cadauere infidelis remoto, & ſeruatis his de qui-
bus in diſtinctione prima de conſecrat.capitulo Eccleſiam
30 27.& ſequen. † Idem vtique erit ſi fuerit in loco conſe-
crato ſepultus excommunicatus c. conſuluiſti 7. de conſe-
31 cra.Eccleſ.† Si fidem Sanctiſſimæ Trinitatis non tenuerit
ille, qui conſecrauit, denuo conſecratio erit facienda de

Digitized by Google

conſecrat.diſtinct.1.ca.Eccleſijs in fine,cum tribus cc. ſeq.
32 † Si autem de hoc ipſo dubitetur; an ſcilicet Eccleſia fuerit
conſecrata,erit conſecranda d.diſtinctione 1. capitulo ſo-
lemnitates §.de Eccleſiaſticum cap. Eccleſiæ,& d.ſt.4.cap.pla
33 cuit de infantibus in fine.† Sed & Eccleſia etiam non con-
ſecrata ſi polluatur ſemine,aut ſanguinis effuſione recõci-
lianda eſt ſtatim aqua, & quam citius fieri poterit conſe-
cratur,ac conſecratione reconciliatur c.vlt.de conſecratio.
Eccleſ.omnis enim Eccleſia ſtatim conſtructa, eſt quanto
citius conſecranda §.Baſilica inſtitu.de conſtruendis conſe
34 crand.& c.† Donec enim infideles,ſeu excommunicati ſe-
pulti non remoueantur non fit conſecratio loci non ſacrati,
neque iam conſecrati noua conſecratio d.capit. Eccleſiam
27.& ſequen.& d.cap.conſuluiſti 7. Si Eccleſia non ſtudio
religionis,ſed cupiditatis quæſtus ædificata fuerit,non ali-
ter erit conſecranda de conſecrat.diſtinct.1.cap. ſi quis Ba
36 ſilica Huc conferunt allegata ſupra tit.9.nume.37 † Pro-
pter altare motum,vel lapidem fractum non conſecratur
denuo tota Eccleſia,ſed altare tantum,vel lapis nouus c.1.
37 de conſecrat † Polluta Eccleſia pollutum quoque cẽſetur
cæmeterium contiguum,ſed non è contra polluto cæmete
38 rio cenſetur polluta Eccleſia. † Item vno polluto cæmete-
rio,non ob id cenſetur pollutum aliud,quamuis cõtiguum
39 cap.1.§.fi.de conſecr.in 6 † Et plures pluraq. ſimul poſſunt
40 conſecrari d.c.vnico de conſecr.in 6.† Ius autem conſecrã-
di à principio,vel de nouo quando opus eſt,Epiſcopo, qui
eo loco epiſcopalia iura exercet,non alij competit capit.1.
de religioſis domibus, & diſtinct.68.cap Eccleſijs §.finali
§.& ſi dubitetur inſtitu.de conſtruendis, & conſecrandis,
&c.Epiſcopo verò alterius diœceſis, quamuis ipſe in alie-
na diœceſi Eccleſiam ædificauerit, hoc ius non competit,
quia vt probatum eſt ſoli diœceſano Epiſcopo,non alij cõ
petit,vt in ſpecie probatur in 16.quæſt.5.cap.1.& c.vlt.in
princip Chorepiſcopis,& alijs ſacerdotibus ius conſecran
di non competit,vt dictum, atque probatum fuit; & pro-
batur in ſpecie de conſecrat.diſtinct.1 cap.1.& diſtinc.68.
cap Eccleſijs §.fin.& cap.quamuis,& cap.aqua 9.& capi-
tulo 2.de conſecrat.Eccleſ.& de præsbytero in 16. quæſt.
6.cap.1.§.fin.cum cap.ſequen.& cap.miniſtrare in princ.
41 & diſtinct.23.c.ex epiſtola cum c.ſequen.† Schiſmaticus,
neq.de ordinaria,neq.delegata facultate poteſt conſecra-
re,immo expreſsè prohibetur: Nam in ſchiſmate conſtitu
tus Epiſcopus non conſecrat, nec conſecratur, execraret
ipſe potius,non conſecraret 24.q 1.ca.pudenda 14.per to-
42 tum.† Iterata enim conſecratio Eccleſiæ, & altaris polluti
fit aqua cum vino,& cinere,& cinere benedicta c. propo-
ſuiſti 4.& capitulo conſuluiſti 7.de conſecrat. Eccleſiæ,vel
43 altaris.† Oleum verò conſecratum,ſi opus fuerit, poterit
44 oleo non conſecrato commiſceri capit,2.eod.titu.† Cuius
conſecratio non niſi in locis ſacris eſt facienda, ſicut aliæ
Epiſcoporum, ſeu clericorum conſecrationes de conſecrat.
diſtinctione 1.in princip.& facienda eſt ſingulis annis d.di
ſtinct.1.cap.ſolemnitates 16.in princip. & cap. ſolemnita-
45 tes il 2. † Quæ à ieiunis hora tertia eſt facienda diſtin. 75.
46 in princip.† Solemnitas verò conſecrationis Eccleſiæ octo
diebus eſt celebranda de conſecrat.diſtin.c.ſolemnitas 17.
47 † Facienda eſt etiam non ſolum precibus,ſed etiam Sancti
olei vnctione,vt de conſecrat.d.diſtinct.1.c.1.in princ.ver.
non ſolum c.altaria placuit.Quod idem ſeruatur in conſe-
48 cratione Epiſcoporum,vt dictum fuit.† Altaria verò ſi la
pidea non fuerint, Chriſmatis vnctione non conſecrantur
49 d diſtinct.1.cap.altaria 31.† Et ſine miſſa conſecratio fieri
non debet,vt de conſecratione ſummi Pontificis,& Epiſco
porum iam dictum eſt d.diſtinct.1.capit.omnes baſilicæ 3.
50 † Sed ſine authoritate,licentia,vel præcepto ſummi Ponti
ficis noua Eccleſia vlla ædificata poteſt conſecrari c.de lo-
51 corum 4.cum quatuor cc.ſequentibus d.diſt.1.† Poſt verò
conſecrationem non ſubſtãtia, ſed ſpecies remanet de cõ-
ſecra.diſt.2.c.ſpecies c.quia corpus 35.c.panis cap.te vera.
52 † Sed pro conſecratione nihil eſt exigendum 1.q.2.c. pla-
53 cuit in princ.& c.ſicut in prin.† Et qui Eccleſiam obtinuit
conſecrari,ad eam dotandam tenetur d.c.placuit §.hoc ta
men,& c.cum ſicut 8.de conſecr.Eccleſ.& poterit ſingulis
diebus fieri c.2 de conſecra.Eccleſ.§.confici autem inſt. de
conſtruendis conſecrandis, & ſingulis annis conſecratio-
nis illius feſtiuitas eſt celebranda d.diſtinct.1.cap.ſolem-
nitates 16.& c.ſolemnitates il 2.§.ſolemnitates inſti.de cõ-
54 ſtruendis,& conſecrandis,& c.2.† Sed ante conſecrationẽ
ſalubre,& proprium remedium eſt benedictio,quæ dene-
gatur Abbatiſſæ cap.illis 10.de pœnis. denegatur etiam
Abbatibus,niſi ad hoc ſint priuilegiati, & non extenditur
c.Abbates 3.de priuilegijs in 6. Inferior enim ſuperiorem
benedicere non poteſt diſtin.22.c.deniq.6. Nam inferiores
ſuperiorem, nec benedicere,nec maledicere poſſunt d.ca.
deniq.Quamuis enim benedicere non ſit peccatum, tamẽ
per hoc innuitur,quantæ cenſuræ fræno inferiores quiq;
à ſuis Prepoſitis iudicandis coercendi ſunt, ſi hi nec etiam
benedicendi ius vllum penitus obtineant d.cap.denique in
55 fine. † Sed & omni tempore benedictio fieri poteſt,dum-
modo & illa à ieiunis,& hora tertia fiat diſtin. 75.in prin.
56 c.1. † Sed & ius benedicendi competit, quibus ius conſe-
57 crandi,per allegata paulo ſuperius.† Et in aliquibus caſib.
etiam ſacerdotibus competit,vt colligitur in 26.q.6.c.mi-
niſtrare 6.§.ſed notandum cum duobus cc.ſequentibus &
probatur ſupra titu. 89.& ſeq.& tit.106.in princ. & de his
hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura numeratur inter actus religionis,& illa cum inſcri-
ptione ducit originem à Iacob.*
2 *Ornamenta cum corporibus non debent ſepeliri.*
3 *Mulier pragnans mortua non ſepelitur; niſi prius cedatur
venter.*
4 *Sepultura ex l.12.tab.in ciuitatibus non facienda.*
5 *Sumptus funeris de publico faciendi,ſi non adſit de proprio, ſi
adſit,de quibus faciendi.*
6 *Impenſa funeris inquilini ſi aliter non adſit de inuectis,& il-
latis facienda.*
7 *Impenſa funeris ex legatis à defuncto relictis fit, & legatarios
indebitores conſetur hæres.*
8 *Impenſa funeris mulieris quomodo ex dote detrahenda.*
9 *Impenſa funeris ex hæreditate detrahitur propoſitis alijs credi-
toribus*
10 *Actio de dolo datur contra mandatarium, qui accepta pecunia
funus non ficit.*
11 *Funus ab hærede ſcripto eſt teſtatori faciendum.*
12 *Funus vbi non eſt hæres ſcriptus à quo faciendum.*
13 *Sumptus funeris quomodo arbitrentur ſi à defuncto non fue-
rint ordinati.*
14 *Sepulcra poſſunt ornari ſtatuis,& alijs ornamentis.*
15 *Mortuorum corpora ne detineantur, vexentur, transferan-
tur,& vt ſepeliantur,Præſidis eſt officium.*
16 *Mortuorum corpora ſepulta non poſſunt de loco ad locum tranſ
ferri ſine permiſſu Principis limitatur nu.17.*
18 *Mortui corpus in locum alienum illatum non poteſt per loci do-
minum effodi,& amoueri ſine licentia Principis.*
19 *Mortuus in itinere vbi ſepeliendus.*
20 *Sepultus alibi quam vbi oportuit transfertur ad locum ſuum.*
21 *Infidelis,uel excommunicatus in Eccleſia ſepultus,eſt remouen
dus.*
22 *Electionem ſepulcri quiſq; habet, limitatur in pluribus nu.23.
& ſequen.*
25 *Vxor non poteſt ſibi ſepulturam eligere.*
26 *Sepultura electa per pactum non obſtante eo poteſt mutari.*
27 *Sepultura eligi poteſt in loco minus religioſo limitatur nu.28.*
29 *Sepultura eligi non poteſt à religioſo extra religionem.*
30 *Sepultura pro eligenda, vel electa votum pactum,& teſtamen
tum non tenet.*
31 *Sepultura non electa vbi ſepeliendus.*
32 *Sepeliri debet quis vbi habet domicilium.*
33 *Sepeliendum quãdo non ſit in Eccleſia ſed in atrio,uel portica.*
34 *Interfector ſui ipſius in Eccleſia nõ ſepeliẽdus,nec in cæmeterio.*
35 *Excommunicati,& interdicti nec in Eccleſia,nec in cæmeterio
ſepeliendi.*
36 *Suſpenſi ob ingreſſu Eccleſiæ,in Eccleſia non ſepeliendi.*
37 *Vſurarij manifeſti non ſepeliendi in Eccleſia.*
38 *Monachus proprietarius in Eccleſia non ſepeliendus.*
39 *Mortui vltimo ſupplicio in Eccleſia ſepeliendi.*
40 *Coniuges in eodem ſepulcro ſepeliendi.*
41 *Mulier pluribus nupta vbi ſepelienda.*
42 *Parentes,& liberi eodem ſepulcro ſepeliendi.*
43 *Sepultura vbi collocanda.*
44 *Sepulturæ translatio fit cum omnibus ornamentis oblationibus,
& emolumentis quando fit de corpore.*
45 *Luctus in funere quatenus faciendus,& à quibus.*

Luge-

Digitized by Google

46 *Lugere, & triſtari in morte an liceat.*
47 *Mortui cum pſalmus tantum, & pſalterium vocibus ſunt ſepelliendi.*
48 *Caremonia qua ſint adhibenda in ſepulturis.*
49 *Sepultura eſt honor, & qui eo carere debeant.*
50 *Raptores; & manifeſti violatores eccleſiarum debent carere honore ſepulchri.*
51 *Vltimo ſupplicio affectis impœnitentes priuantur honore ſepulturæ.*
52 *Clerico in bello rixa, ſeu ludo mortuo non denegatur ſepultura.*
53 *Pro ſepultura eccleſiaſtica nihil eſt exigendum.*
54 *Sepultura electa extra parochialem debetur ei canonica portio.*
55 *Canonica portio quanta ſit.*
56 *Canonica portio cui Eccleſiæ debeatur.*
57 *Super ſepulchra mortuorũ non debet miſſa celebrari, nec prandia deferri.*
58 *Mortui an ſciant ea quæ hic à viuis geruntur.*
59 *Mortui an aliquid audiãt ab alijs morientibus, vel ab Angelis.*
60 *Animæ mortuorum num poſſint viuentibus apparere.*
61 *Apparitiones animarum ad viuos fiunt permiſſu Dei.*
62 *Magica ſacrificia quibus ſpiritus euocari putabantur, dãnata.*
63 *Samuelis anima apparuit Sauli, à Deo miſſa.*
64 *Animarum defunctorum locus, & conditio quæ vſque ad extremum iudicium.*
65 *Purgatorium quibus paratum.*
56 *Mali non ſolum exemplis, ſed vi cogendi ad bonum.*
67 *Hæretici inter malos peſſimi creduntur.*

De ſepultura. Tit. 109.

1 INter † actus religionis numeratur quoque ſepultura, il
la enim cum inſcriptione originem duxit ex Iacob, qui
mortuæ vxori ſepulchrũ conſtruxit, & inſcripſit Ge-
neſ. 35. Immo etiam fuit Adæ primo Parenti ſepulchrum
religioſè, & inuiolatè in Hebron conſtructum, & cõſerua-
tum vſque ad Ioſuem, vt Ioſue 14. Quem locum, vt legitur
Geneſ. 23. poſtea elegit Abrahã ſibi, & poſteris pro ſepul-
2 tura. † De qua notandum, quod ornamenta aliaque, quæ
homines ſimplices faciunt, cũ corporibus ſepelienda non
ſunt, l. at ſi quis 14. §. nõ aũt, ff. de relig. & ſumpt. funer. Si-
cut enim l. 12. tabularum, ad euitãdas immoderatas fune-
rum expenſas, indictum fuit rogum aſcia ne polito, ita &
d. §. non aũt. Sancitum eſt, ne ornamenta funerũ cum cor-
3 poribus ſepeliãtur. † Neque prægnans mortua ſepeliri de-
bet antequam venter ei excidatur. Is qui cõtra fecerit, ſpẽ
animantis cum grauida peremiſſe vr, l. 2. ff. de mortuo in-
4 ferendo. † In Ciuitatibus aũt ſepulturæ, & lege 12. tabula-
rum faciendæ non erant, quod idem Ciuili lege diſpoſitũ
legitur in l. prætor ait. §. Diuus, ff. de ſepulchro violato, &
5 Codicis l. mortuorum 12. C. de relig. & ſumpt. fun. † Sanè
ſi non ſit vnde funeretur prætor, vel Magiſtratus munici-
palis ad funus ſumptum decernere debebat, ſi quidẽ pe-
cunia in hæreditate eſt, ex pecunia; ſi non eſt diſtrahere de
bebat ea, quæ tempore peritura ſunt, quorumq; retentio
onerat hæreditatem, l. ſi quis 12. §. fin. cum l. ſequen. l. at ſi
quis 14. in princ. vſque ad §. ſi cui l. Celſus 22. cum quatuor
ſequẽtibus, l. impenſa 45. ff. de relig. & ſumptib. funerum.
Sin minus, ſi quid auri argentiq; fuerit, diſtrahi aut pigno
rari iubebit: vel à debitoribus, ſi facilè exigi poſſit, exigen-
dum. At ſi quis impediat eum, qui emit quo minus res ei
tradantur: Prætorem interuenire oportet, tueriq; huiuſ-
modi factum, ſi quis impediat, quominus ei res venditæ
6 tradantur, vt in allegatis iuribus. † Si colonus, vel inquili-
linus ſit is, qui mortuus eſt, nec ſit vnde funeretur, ex inue-
ctis, & illatis funerandus erit: Et ſi quid ſuperfluum remã-
ſerit, hoc pro debita penſione tenetur, vt in allegatis iuri-
7 bus. † Sed & ſi res legatæ ſint à teſtatore, de cuius funere
agitur, nec ſit vnde funeretur: ad eas quinque manus mit-
tere oportet: ſancitũ eſt enim de ſuo teſtatorem prius fu-
nerari, quam aliquos legata conſequi, d. l. 14. cum alijs ſu-
perius citatis, & ſi adita fuerit poſtea hæreditas, res empto-
ri auferenda non eſt, quia bonæ fidei poſſeſſor eſt, & domi
nium habet, qui authore iudice comparauit legatariũ ta-
men legato carere non oportet, ſi poteſt indemnis ab hære
de præſtari, quod ſi non poteſt, melius eſt legatarium non
8 lucrari, quam emptorem damno affici, d. l. 14. † Sed & ſi
mulier decedit, ex dote, quæ penes virum remanet, & cæte
ris mulieris bonis pro portione funerãda eſt, veluti ſi in do
te centum ſit, in hæreditate ducenta, duas partes hæres, v-
nam vir conferet, non deductis legatis, nec pretijs manu-
miſſorum ſeruorum, nec ære alieno. Sic pro rata, & mari-
9 tum, & hæredem conferre oportet in funus. † alioquin im
penſa funeris ſemper ex hæreditate deducitur, quæ etiam
omne creditum ſolet præcedere, cum bona ſoluendo non
ſint, l. Celſus. 22. cum quinque legibus ſequentib. ff. de reli-
10 gioſis, & ſumptibus funerum. † Planè ſi cui ſui funeris cu-
ram teſtator mandauerit, & ille accepta pecunia funus nõ
duxerit, de dolo actio in eum danda eſt, ſed & extra ordi-
nem à Prætore compellendus erit funus ducere, vel ab eo,
quod ei à teſtatore relictum repellitur. Nam funus eum
facere oportet, quem decedens elegit, ſi modo pro hoc ali-
quid emolumenti ei relictum eſt, l. ſi quis. 12. §. funus, ff. de
11 religioſ. & ſumpt. funer. † Sin autem de hac re defunctus
non cauit, nec vlli delegatum id munus eſt ſcriptos hære-
12 des ea res cõtingit. † Si nemo ſcriptus eſt hæres, legitimos,
vel cognatos quoſque ſuo ordine, quo ſuccedunt, d. §. fu-
nus, ver. ſin autem de hac re, & d. l. 14. §. final. l. 31. in fine, ff.
eod. Planè ſcriptum eſt eum hæredem, qui prohibet fune-
rari ab eo, quem teſtator elegit, non rectè facere, pœna ta-
men in eum ſtatuta non eſt, d. l. 14. § Diuus autem, & §. ſi
13 cui. † Sumptus verò funeris arbitrantur pro facultatibus,
& dignitate defuncti, d. l. ſi quis. 12. § ſumptus d. l. at ſi. 14.
§. hæc actio, ff. de religioſ. & ſumpt. funerum. Niſi ipſe il-
los ordinauerit, tunc enim tantum eſt erogandum, quan-
14 tum teſtator voluit, l. funeris. 37. in fine, ff. eod. † Illud etiã
ſciendum eſt, licere ſtatuas ſepulchro ſuperimponere, &
15 alia ornamenta, l. ſtatuas, C. eod. † Ne autem corpora, aut
oſſa mortuorum detineantur, aut vexentur, aut prohi-
beantur, quo minus via publica transferantur, aut quomi
nus ſepeliantur, Præſidis Prouinciæ officium eſt, l. ne corpo
ra 38. l. Diui fratres. 39. ff. de religioſis, & c. l. Prætor. ait. 4. §.
16 non perpetuæ, ff. de ſepulchro violato. † Corpus autem
ſepultum, vel eius oſſa ex eo loco in alium ſine permiſſu
Principis transferre non oportet, l. nemo. 14. C. de religio-
17 ſis. † Si verò non perpetuæ ſepulturæ corpus traditũ eſt,
translatio eius non eſt prohibita, l. ne diuin. 10. C. eod. d. l. 3.
§. non perpetuæ, ff. de ſepulchro violato. Extrauag. comm.
1. §. ſed vt defunctorum. de ſepulturis. Sed ſi in arcula con-
ditum hoc animo ſit, vt non aliò transferatur, arculam ip-
ſam (ſi res exigat) in locum commodiorem licebit transfer-
18 re, l. Diui fratres. 39. ff. de religioſ. † Sanè quamuis in alie-
num locum corpus hominis illatum ſit, non tamen Domi-
no loci id effodere, vel eruere ſine decreto Pontificis, vel p-
miſſu Principis licet, l. oſſa. 8. ff. eod. Planè ſi vi fluminis ſe-
pultura contingatur, vel alia iuſta, & neceſſaria cauſa in-
teruenerit, æſtimatione Præſidis Prouinciæ corpus aliò trãſ
ferri poteſt, l. 1. C. de religioſis.

Vidimus flauum Tiberim retortis,
Littore Hetruſco violenter vndis,
Ire deiectum monumenta Regis.

19 cecinit Horatius. † Sed & nullam pœnam meruit is, qui
corpus in itinere defuncti, per vicos, aut oppidum tranſue
xit, quamuis talia fieri ſine permiſſu eorum, quibus pmittẽ
di ius eſt, non debeant, l. Prætor ait 3. §. Diuus tamen, ff. de
ſepulchro violato, d. Extrauag comm. 1. §. ſed & vt defun-
20 ctorum, de ſepulturis. † Si quis autem alibi, quam opór-
tuit fuerit ſepultus, poterit ad locum, vbi erat ſepeliendus
transferri, c. fraternitatem. 3. c. ex parte 5. cum c. ſequen. de
21 ſepulturis. † Si Paganus, infidelis, excommunicatus, ſit in
Eccleſia ſepultus, eſt ab ea auferendus, & aliò transferen-
dus, de conſecr. diſt. 1. c. Eccleſiam in fine. cum c. ſeq. c. qui-
cumque 2. in princ. ver. nec abſolutionis, de hæreticis in 6.
Sed quia hodie extat Eccleſiaſtica ſepultura, vt 13. qõ. 2. &
22 toto tit. de ſepultur. † & cum ſit in electione morientium
ſibi magis in vna, quam in alia Eccleſia ſepulturam elige-
re, c. 1. §. 1. c. cum liberum 6. c. in noſtra. 10 § talem, ver. niſi
apud eos, de ſepulturis. Ideo in ea ſunt defuncti ſepeliendi
Eccleſia, in qua ſibi elegerint ſepulturam, vt in allegatis iu-
ribus. & 13. quæſtione ſecunda, capit. vnaquæque, §. exem-
plo igitur, & §. final. cap. illud, §. final. cap vltimo, in princi.
23 pio. 16. quæſtione prima, ca. vbicumque. † Verum ſi impu
bes decedens ſepulturam ſibi elegerit, in ſua parochiali Ec
cleſia non in alia illam habebit, c. in noſtra. 10. §. fi. de ſepul-
24 turis. † Et ſi pater illam elegerit pro filio, non electam, ſed
ſuam ordinariam habebit ſepulturam cap. licet pater 4. in

prin.eod.tit.in 6.Niſi fortè adſit conſuetudo contraria,qđ
Pater eligat ſepulturam pro filio d.c.4.in princ.c.de vxo.e
25 7.§.fi.eod.tit.† Vxor verò non põt ſibi ſepulturam eligere
d.c.de vxore 7.in princ.ſi quis dolo inductus alibi ſepeliri
elegerit,non ſeruabitur electio,ſed in ordinaria ſuæ Eccle-
ſiæ ſepelietur c.in noſtra 10.§.talem ver.niſi dolo de ſepul-
26 turis.† Obſeruandum tamen eſt,quod ſi quis per pactum
ſibi elegerit ſepulturam,nihilominus poterit contra pactũ
aliam eligere c.1.de pactis in 6.c.1.de ſepulturis in 6.Clem.
27 vlt.§.fin.de pœnis. † Obſeruandum etiam eſt electionem
non impediri, ſi facta ſit de loco minus religioſo, vt fecit
Dominus Conſtantius à Porta,qui voluit extra ianuas Ec
cleſiæ Beatæ Mariæ de populo in Auguſta,non in Eccleſia
28 ſepeliri cap.cum quis 2.§.fin.de ſepulturis in 6. † Si quis
temeritate quadam parentum ſuorum alium locum mi-
nus religioſum elegerit, electio non tenet capitulo tertio
de ſepulturis 13.quæſtione 2.cap.placuit in princip.verſi.
29 vel vt quidam.† Notãdum etiam eſt quod religioſi,in re-
ligioſorum, non in quam elegerunt ſibi ſepulturam ſunt
30 ſepeliendi capitulo religioſi 5.de ſepulturis in 6.† Rurſus
non eſt prætermittendum,quod votum,pactum,& iura-
mentum pro electa,vel eligenda ſepultura nullius eſt mo-
menti,& illo non obſtante, ſi aliter electio legitima facta
non fuerit, vouens paciſcens, & iurans in ſua Eccleſia erit
nihilominus ſepeliendus,ſi verò elegerit,ibi ſepelietur vtiq;
voto, pacto, ſeu iuramento non obſtante capitulo 1. de
31 ſepulturis in 6.vbi glo.& Zenzelinus.† Ceſſante verò ele-
ctione, quiſq.in parrochiali ſua Eccleſia, vel vbi decimas
ſoluit,nõ in alia debet ſepeliri c.ex parte c.cum liberum 6.
c.in noſtra 10.de ſepulturis,& 13.q.2.c. vbicunq. §.ſi antẽ
32 & hoc §.quia ergo & §.fi.† Sed & ſi quis domiciliũ trãsfe-
rat,in loco ad quem transfert eſt ſepeliendus d.q.2.c.vbi-
cunq.§.fin. Niſi fortè illud ad tempus tranſtulerit c.is qui
33 habet 3.de ſepulturis in 6.† Ne in Eccleſia,ſed in atrio,vel
in porticu,aut exhedris Eccleſiæ ſub dio,nõ ſub tecto ſepe
liatur,cauetur in d.q.2.c.præcipiendum §. prohibendum
c.quibus peccata c.nullus in priuata enim ab initio conſti-
tuit Abraham cæmeterium Saræ vxori ſibi,& poſteritati
Geneſis 23.Niſi fortè Epiſcopus, Abbas,dignus præsbyter
vel fidelis laicus in Eccleſia ſepeliatur d.c.nullus 18.vbi gl.
34 in verbo fideles. † Qui ſe ipſum interfecit,nec in Eccleſia,
nec in cæmeterio debet ſepeliri 23.quæſt.5.cap.placuit.Ni
35 ſi caſu ſe ipſum occiderit c.ex parte 11.de ſepulturis.† Ex-
communicati nec in Eccleſia,nec in cæmeterio ſepeliri de-
bent c.ſacris 12.de ſepulturis c.ad hęc 5.de priuileg.Clem.
1.de ſepulturis. Niſi fuerint abſoluti c.vlt.de ſepulturis c.
in literis 5.de raptoribus. Nec minus interdicti Clementi-
na 1.de ſepulturis capit.cum,& plantare 3.§. quod ſi tem-
plarij verſicu.nec tunc ibi ſepeliantur, de priuilegijs cum
declaratione,de qua in capitulo,quod in te 11.§.1.de pœ-
36 nitentijs.† Nec ſuſpenſi ab ingreſſu Eccleſiæ defuncti c.is
37 cui 20.§.talis quoq.de ſenten.excomm.in 6.† Nec vſurarij
38 manifeſti Clemen.5.de ſepulturis. † Monachus item,qui
aliquid proprium habuit in Eccleſia,vel cæmeterio nõ eſt
ſepeliendus c.monachi 2.§.qui verò cap.ſuper quodam 4.
& cap.cum ad 6.§.quod ſi proprietas de ſtatu monachor.
39 † Vltimo ſupplicio affecti non prohibentur in Eccleſia ſe-
40 peliri 13.quæſt.2.cap.ferendum § fin.c quæſitum.† Coniu
ges in eodem ſepulchro ſunt ſepeliendi d.q.2.c.1.§.fi.cum
41 c.ſeq.c.vnaquæq. in prin.§.Beatus † Si vna verò plurib.nu
pta fuerit ſucceſſiue in ſepulchro vltimi viri eſt ſepeliẽda
c.is qui habet 3.§ fi.de ſepult.in 6.Fratres & ſorores in eo-
42 dem ſepulchro ſunt ſepeliendi 13.q.2.c. vnaquæq.§.1.† Pa-
rentes,& liberi in eodem ſepulchro ſunt ſepeliendi d.cap.
vnaquæque §.Ioſeph.§.dictum §.de nonnullis §.in nono,§.
43 beatus § his omnibus,& c.1.in prin.de ſepulturis.† Apud
maiorem Eccleſiam, vbi ſedes eſt Epiſcopi ſepulturæ ſunt
celebrandæ 13.q.2.c.vbicunq in prin & in loco vbi hære-
ticus ſepultus eſt extra Eccleſiam,& alius ſepeliri debet c.
44 quicunq.2.in princ.ver.& locus ille de hæreticis in 6.† Tã-
dem notandum etiam eſt, quod vbi translatio ni eſt locus,
illa fieri debet de corpore cum ornamentis, oblationib. &
emolumentis omnibus,quibus iam in Eccleſia vnde eſt fa-
cienda translatio,fuerat funeratus ca.1.de ſepulturis in 6.
vbi Zenzelinus c.fraternitatem 3.ca.ex parte 5 cum c.ſeq.
45 eod.ti.† Quod autem ad luctus attinet lex 12.Tabularum
inquit.Plorarus,& lamentationes in funere ſto latæ ſunto.
Mulieres genas ne radunto.Ciuiles verò leges annum inte-
grum luctus exigunt à mulieribus pro defunctis viris l.1.
C.de ſecundis nuptijs l.2.C.eod.Eſt enim luctus dolor, qui
exterius proditur vultu ipſo atq.aſpectu,à lugeo.Sæpe ipſe
habitus,vultus atq.veſtis luctus dicitur,& eſt planctus pro
mortuis ſecundum D.Thomam ſuper pſalmo 34.ca.10. &
ſecundum Ciceronem in Tuſcul.q.eſt luctus ægritudo, ex
eius qui charus fuerat interitu acerbo. Luctus verò mor-
tuorum qualis fuerit tempore Chriſti colligitur ex Matt.
23.& apud Eccleſ.22. modicum ſupra mortuum plorate
monemur plorare tamen conceditur ſeptem dies D. Am-
broſius in lib.de obitu Imperatoris Theodoſij in princ.in-
quit,Defuncto Iacob præcepit Ioſeph pueris ſuis ſepulto
ribus,vt ſepelirent eum, & ſepelierunt ſepultores Iſrael,
& repleti ſunt ei quadraginta dies. Sic enim dinumerãtur
dies ſepulturæ.& luxit eum Iſrael ſeptem diebus.Hæc er-
go ſequenda ſolemnitas,quam præſcribit lectio.Sic etiam
in Deuteronomio ſcriptum eſt.Quia planxerunt filij Iſra-
el Moyſem diebus triginta,& conſummati ſunt dies luctus.
Vtraque ergo obſeruatio habet authoritatem,qua neceſſa
46 rium pietatis impletur officium.† Lugere autem,& triſta
ri tam pro noſtra,quam aliorum morte prohibet Cyprią-
nus in ſermone de mortalitate dicens. Quam præpoſterũ
eſt,quamque peruerſum, vt cum Dei voluntatem fieri po
ſtulemus, quando euocat nos, & accerſit de hoc mundo
Deus,non ſtatim voluntatis eius imperio pareamus:obniti
mur, & reluctamur, & pertinacium more ſeruorum ad
conſpectum Domini cum triſtitia,& mærore perducimur,
exeuntes iſtinc neceſſitatis vinculo,non obſequio volunta-
tis,& volumus ab eo præmijs cæleſtibus honorari; ad quẽ
venimus inuiti,& inferius. Nobis quoque inquit,ipſis mi-
nimis, & extremis quoties reuelatum eſt, quam frequen-
ter,atque manifeſtè,de Dei dignatione,præceptum eſt,vt
conteſtarer aſſiduè, & publicè prædicarem, fratres no-
ſtros non eſſe lugendos acceſſione Dominica de ſeculo li-
beratos cum ſciamus non eos amitti,ſed præmitti: rece-
dentes præcedere,vt proficiſcentes, & nauigantes ſolent,
& Diuus Ioannes Chriſoſtomus homi.26.in cap.11.epiſto-
læ ab Hebræos ex puſillanimitate mortuos lugere affir-
mans,inquit,vbicunque ſepeliamur: Domini eſt terra,&
plenitudo eius.Omnino fit,quod oportet fieri;lugere autẽ
& deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt,
ex puſillanimitate contingit. Hoc enim ex deſperatione fu
turæ reſurrectionis intelligitur.Vnde & Apoſtolus nõ ſim
pliciter ait.Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt nõ
contriſtemini,ſed addidit,ſicut & cæteri, qui ſpem nõ ha-
bent.Pietatis namque affectu,& humanitatis intuitu mor
tuos lugere non prohibemur: ſicut nonnullos Sanctorum,
aliorum exequijs pias lacrymas impendiſſe legimus. Con-
triſtari tamen nimium de obeuntibus non debemus, ne
quodammodo de ſpe reſurrectionis diffidere videamur
13.q.2.c.habens 27.vbi glo.& in Polyantea in verbo ſepul
tura.Qua propter in Concilio Toletano 3.cap.22.funebre
carmen,quod vulgò defunctis cãtari ſolebat,vel in pecto-
ribus ſe aut proximos,aut familias cædere,omnino prohi-
betur,carmina autem,& orationes in honorem,& laudem
defunctorum,& in conſolationem viuorum nõ ideo pro-
hibita cenſeantur,multa enim leguntur decãtata ſicut mul
tæ leguntur habitę funebres orationes,& apud Statium le
gitur Epicedion in Patrem,in Filium, in Glauciam apud
Marcum Aurelium Nemeſianum elegiæ plures leguntur
in plurium defunctorum laudem apud Horatium apud
47 Virgilium,& alios quos referre longum eſſet.† Qui diuina
vocatione ab hac vita recedunt,cum pſalmis tantũmodo,
& pſallẽtium vocib.debẽt ad ſepulchra deferri, & cũ pijs
lacrymis,non deplorationib. vlulatis,& lamentationib. &
percuſſionib.d.c.habẽt,& ſunt carminib. & orationib.lau
dandæ virtutes,vt tranſeant in exemplum ad poſteros:ſuf
ficiat aũt,q in ſpe reſurrectionis.Chriſtianorũ corporibus
famulatus diuinorũ impendatur cãticorũ. Prohibet.n.nos
Apoſtolos noſtros lugere defunctos,dicẽs. De dormiẽtib.
aũt nolo vos cõtriſtari,ſicut & cęteri,q ſpẽ nõ habent. Et
Dñs nõ fleuit Lazarũ mortuũ, ſed ad vitæ huius plorauit,
48 ærũnas reſuſcitãdũ.† Adhibẽtur inſuper aliæ cęremonię in
ſepultura, q̃ Eccleſiaſtica vocãt, etiã regulariter defuncti
ſũt ſepeliẽdi q̃ vt plurimũ aliquib. proprijs ꝑſonis ipſius
Eccleſiæ exceptis,& à gentib.legũtur obſeruatę,vt ex Grę
cis,& latinis ſcriptorib.& ex Poetis colligi poſ. Et quo
apparatu q̃buſq.ceremonijs apud veteres defũcta corpora
igni

Digitized by Google

igni tradebantur, qualiſq; exequiarũ põpa foret, poſt alios
luculenter monſtrat Alex. ab Alex. libro 3. Genial. dierum
cap. 7. qui c. 2. recenſet diuerſarum Gentium plures ac di-
uerſos mores in condendis, conſumendis, humandisque
defunctorum corporibus. Sed & multorum præclarorum
virorum honorificè magna cum pompa ſepultorum mul-
ta Biblica exempla affert Polyantea in verbo ſepultura,
quibus docemur aliqua pompa, & nos obſequi debere no
49 ſtros. † Nam ſepultura honor ab omnibus fuit ſemper re-
putatus, quo ideo, maxime eccleſiaſticæ, multi carere de-
bent, vt illo indigni. Et primum excommunicati c. quicun
que 2. in princ. de hæretic. in 6. cap. epiſcoporum 8. ver. aut
excommunicatos, de priuilegijs in 6. Deinde interdicti, ijs
enim honor eccleſiaſticæ ſepulturæ non debetur, d. cap. 8.
ver. vel interdictis, & c. quod in te 11. §. 1. de pœnitẽ. Poſtre-
mo vſurarij manifeſti, cap. 2. in princ. vſque ad §. nullus, de
vſuris in 6. Qui in torneamentis deceſſerint, niſi non pu-
gnandi, ſed alio animo ad ea acceſſerint, c. 1. & 2. de tornea-
50 mentis. † Raptores, & manifeſti eccleſiarum violatores, c.
2. de raptoribus. Item nec exenterati, neq; oſſa à carnibus
51 ſeparata extrauag. commu. 1. de ſepulturis. † Neque ij, qui
ſibi mortem conſciuerint 23. q. 5. c. placuit. Neque vlti-
52 mo ſupplicio affecti impœnitentes, d. c. placuit, in fi. † Cle-
rico verò in bello, rixa, aut ludo interfecto non denegatur
53 23. q. 8. c. quicunque 4. in fin. † Verum pro eccleſiaſtica ſe-
pultura nihil eſt exigendum, c. abolendæ 13. de ſepulturis.
Si quis in alia, quam parochiali ſua Eccleſia ſepeliri deſide
ret poterit voti compos fieri, per ea quæ dicta ſunt paulo
54 ſuperius, de electione ſepulturæ. † Sed parochiali Eccleſiæ
ab eo debetur canonica portio. c. relatum 2. e. de his quæ
4. c. cum ſuper 8. c. in noſtra 10. ver. & tunc parochialis de.
55 ſepulturis. † Canonica autem portio quanta ſit ex loci con
ſuetudine definitur, c. certificari 9. eo. tit. Nam iuris diſpoſi
tione quando tertia, quandoque media, quandoque quar
56 ta fuit, vt in d. c. 9. & c. 7. & 8. † Cum verò quis, cuius maio
res ſunt ſoliti ab antiquo in aliqua Eccleſia ſepeliri, ea di-
miſſa, eligit alibi ſepulturam, canonica portio dimiſſę non
debetur Eccleſiæ, ſed illi dumtaxat, in qua ille officia con-
ſueuit audire diuina, & eccleſiaſtica ſacramenta recipere.
Cum ab eo, qui duo habet domicilia ſe collocans æqualiter
in vtroque in loco tertio eligitur ſepultura: domiciliorum,
Eccleſiæ habebunt inter ſe diuidere canonicam portionẽ,
cap. cum quis 2. de ſepultur. in 6. Et quod canonica portio
regulariter debeatur Eccleſiæ parochiali, niſi Cathedralis
ſibi illam reſeruauerit in illius erectione, vel ſpatio 40. an-
norum præſcripſerit, probat Rota diuerſorum in recẽtio-
57 ribus deciſ. 376. par. 1. † Tandem obſeruandum eſt, quod
ſuper monumentis mortuorum miſſa non debet celebra-
ri, nec prandium ad ſepulturas deferri, de conſecr. diſt. 1. c.
58 non oportet, in princ. & §. fin. † De mortuis etiã quæritur,
vtrum ſciant ea, quæ hic à viuis geruntur? & quod nõ, col
ligitur per Eſaiam ex perſona populi afflicti dicentem. A-
braham Pater noſter neſciuit. Illud idem teſtatur D. An-
guſtinus in lib. de agenda cura pro mortuis c. 15. inquiens.
59 † Fatendum eſt, eſſe neſcire quidem mortuos, quid hic
agatur: Sed dum hic agitur, poſtea verò audire ab eis, qui
hinc ad eos moriendo pergunt, non quidẽ omnia, ſed quæ
ſinuntur indicare, qui ſinuntur etiam iſta meminiſſe, &
quæ illos, quibus hæc indicant, oportet audire. Poſſunt. &
ab Angelis, qui rebus, quæ aguntur hic, præſto ſunt, audi-
re aliquid mortui, quod vnumquemque illorum audire
debere iudicat, cui cũcta ſubiecta ſunt, & micta. Multi quo
que ad viuos, aliquos ex mortuis venire credunt, ſicut è
contrario Paulum ex viuis in paradiſum raptũ eſſe diuina
ſcriptura teſtatur. Et quidem male, quia ſunt phantaſma-
ta relatus in 26. q. 5. c. Epiſcopi 1. vſque in finẽ quæſtionis.
Sũt enim apparitiones ſine ſpectra, quæ nobis per dæmo-
nes obijciuntur, vt in allegatis canonibus, & ita tenet D.
60 Tho. in 1. par. q. 89. art. 8 † Martinus verò del Rio diſquiſi-
tionum magicarũ lib. 3. q. 27. ſect. 1. & q. 26. ſect. 1. firmat,
Poſſe ac ſolere mortuorum animas, non nunquam diuina
potentia, atque virtute, viuẽtibus apparere, id & fidei Ca-
tholicæ ſcitis, & veræ, germanæque, philoſophiæ placitis
conſentaneum eſſe; quin loci Atheos eſſe dici illos, qui id
negant, cum vtique animam immortalem eſſe minimè cõ-
ſentiant, & illi qui animam immortalem fatentur, ſed vi-
deri illam à viuis poſſe, vel ad viuos redire negant, dumta-
xat, quia id quo fiat modo ac ratione non intelligunt, palã
hæreticos eos eſſe intelligit, quia ita purgatorij fidem tol-
lunt, quæ hac mortuorum apparitione ſtabilitur. Illamq;
61 ibi probat communi opinione Gentilium. † Poterit ergo
Deus, qui creauit animas, facere vt eædem ſeparatæ à cor-
pore iterum appareant, cum ipſe ſit omnipotens, & poſſit
quicquid non implicat contradictionem, vt ipſe latè de-
monſtrat in ſect. 2. Quod & antea affirmauit D. Thom. in
1. parte ſummæ q. 89. art. 8. & concedit D. Auguſt. paulo
ſuperius citatus. Et Martinus idem vbi ſupra in ſectio. 2.
multorum Patrum authoritatibus firmat, decere, & vtile
eſſe hoc Deum aliquando permittere, hinc ſumpto argu-
mento à decenti, & vtili apparitiones animarum mortuo-
rum ad viuos veras oſtendit. In ſectione 4. illas cõprobat
authoritate diuina, & humana. & incipiendo ab humana
citat Platonem, & alios philoſophos huius ſententiæ defen-
ſores. Aſtrologos, vt Ptolomeũ, & alios, citat & Chaldeos,
Maumetanos, Cabaliſtas, & Rabbinos citat & noſtros Iu-
riſconſultos illas agnoſcentes. Nam Vlpianus agnoſcit o-
ſtentum, in l. oſtentum, ff. de verbor. oblig. Manes agnoſcit
62 Martianus in l. in tantum, de rerum diuiſ. † & Magica ſa-
crificia quibus ſpiritus euocari putabantur dãnando agno
ſcit Modeſtinus in l. ex Senatuſconſulto, ad l. Corn. de ſica
rijs. Quod manes accire vocat, & à multis fieri queritur,
& talibus pœnam mortis ſancit Imperator Conſtantius in
l. multi, C. de malefic. & mathematicis. Et hãc ſententiam
tenuere Budeus, & Alciatus in d. l. oſtentum. Portius in §.
fin. Inſt. de locato. Arnol. Ferro. in Burdegalen. Alex ab A-
lex. Genial. dierum lib. 2. c. 9. lib. 4. c. 19. lib. 5. c. 23. lib. 6. cap.
21. Didacus variar. reſolut. lib. 4. c. 6. Hanc eandem ſenten-
tiam cecinere Poetæ Græci Amphion, Orpheus, Muſeus,
Pindarus, Anachreon. Homerus Latini omnes, poſt quos
Virgilius, Hetruſci Dantes in ſua Comedia introducit ſe-
cum loquentes in inferno animas ad æternas pœnas dam-
natas, in purgatorio ad tempus relegatas, & in paradiſo in
æternum Beatas. Franciſcus Petrarcha in Triumphis, cap.
1. & ſequentib. & Torquatus Taſſus in Hieruſalẽ liberata.
63 † Ex diuina authoritate probatur, quia anima Samuelis
apparuit Sauli, nõ carminis magici vi excitata, ſed à Deo
miſſa 1. Regum 28. vt probat etiam Ioſeph. lib. 6. antiquit.
Iuſtinus in controuer. Trypho. Diuus Auguſtinus; de cura
pro mortuis Diuus Thomas in 1. parte ſummæ quæſt. 89.
artic. 8. Cardinalis Bellarminus de purgatorio c. 7. & lib. 4.
de Chriſto c. 13. & idem Martinus vbi ſupra ſect. 5. autho-
ritate etiam Cõciliorum has animarum apparitiones pro-
bat, quas multas affert in omni ſæculo noui teſtamenti vi-
ſas, vſque ad noſtra tempora, cum maximo numero illas
vel vidiſſe, vel ab alijs viſas atteſtantium, vt illas viſibiles,
atque indubitatas oculorum ſenſui omnibus reddat, atq;
oſtendat. Nos verò anno Iubilæi præterito cum pro ſuf-
fragio animæ D. Magdalenæ famulæ de domo noſtra be-
ne meritæ Iubilæum ſuſcepiſſemus, poſt ſequenti mane ſe
ſe nobis leuiter ſoporatis ſomno hilarem, pulcherrimam,
ac ſplendidè indutam monſtrauit, cum viua, nec pulchra,
parum hilaris, & male induta eſſe conſueuiſſet. Vlterius
anno præterito obijt D. Achilles Pandulphus noſter inti-
mus familiaris, & continuus aſſecla, cum quo vt ſæpè fie-
ri ſolet inter cõfidentes pacti eramus, vt quis noſtrum ſu-
perſtes maneret impenderet, pro prædecedente eleemo-
ſynam pro celebrandis in ſuffragium miſſis Sancti Grego
rij, diſtulimus hanc impenſam ob curtam noſtram ſupel-
lectilem per aliquot hebdomadas, tandem data facultate
illam contulimus. Quando fuit perfecta illa ſancta expia-
tio de mane in aurora apparuit pulcher, & ſplendidè ve-
ſtitus, & nos aliquãtulum turbatus aſpexit, ſtatimq; exhi-
64 laratus nos cruce benedixit, & euanuit. † De loco autem,
& conditione animarum defunctorum vſque ad extremũ
diem iudicij hæc dicit Diuus Auguſtinus in Enchiridio c.
109. & c. 110. Tempus quod inter hominis mortem, & vl-
timam reſurrectionem impoſitum eſt, animas abditis re-
ceptaculis continet, ſicut vnaquæque digna eſt, vel re-
quie, vel ærumna pro eo, quod ſortita eſt in carne dum vi-
ueret. Sed credendum eſt Diuum Auguſtinum intellexiſſe
ibi de animabus non ſummę bonis, ac perfectè iuſtificatis.
Summæ enim bonæ, ac perfectè iuſtificatæ ſtatim volant
ad cœlum. iuxta illud. Gaudent in cęlis animæ ſanctorũ,
malæ verò ad ærumnas inferni perpetuas. Futurum autẽ
iudiciũ particulare ſtatim à morte cuiuſcunq; cõtingere,
nemini dubitare licet, cũ aduerſus hæreticos in Cõcil. Flo-

rẽtino declaratum ſit, eos qui peccato mortali inquinatos
ex hac vita decedunt, mox ad gehennam ignis deſcende-
re, Eos qui immunes à culpa, & pœna inueniuntur in Cœ-
65 lum ad æternam felicitatem repente conſcendere. † Purga
torium verò, etiam ex eodem Concilio conſtat paratum
pro illis eſſe, quæ abſolutæ à culpa recedunt, antequam ſa-
tisfecerint pœnæ illi temporali, cui ſunt pro crimine alliga
tæ, vnde purgatæ volant ad Cœlos pœnitentia peracta.
Hinc Dantes in purgatorio cantilena 1, canit ita de pur-
gatorio,

E canterò di quel ſecondo Regno
Oue l'humano ſpirito ſi purga,
E di ſalir al Ciel diuenta degno.

Et cantilena vlt. purgatione finita in fine canit ita.

Io ritornai dalla Santiſſim'onda
Rifatto ſi come piante nouelle
Rinouellate di nouella fronda
Puro, e diſpoſto à ſalire alle ſtelle.

66 † Sed quia mali non ſolum exemplo, atque exhortationi-
bus, ſed & vi cogendi ſunt ad bonum, & vtrunque munus
67 ſemper proprium fuit Eccleſiæ. † Et quia inter malos peſ
ſimi hæretici creduntur, ideo de illis tum alliciendis,
tum cogendis ad bonum in genere, & in ſpecie eſt diſſe-
rendum.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici qui dicantur, & de eorum ſectis.*
2 *Hæreticis interdictum eſt habere ſeruos Chriſtianos.*
3 *Reſcripta ab hæreticis impetrata nullam vim habent.*
4 *Hæretici amittunt omnia priuilegia.*
5 *Hæretici incapaces ſucceſſionum omnium etiam parentum.*
6 *Hæreticis an poſſit vim inferri impune à priuatis.*
7 *Hæreticis quæ ſint prohibita iure Ciuili.*
8 *Hæretici conuincuntur non ſolum canonibus, ſed & legi-
bus.*
9 *Hæretici quod ſint cogendi ad bonum.*
10 *Hæretici obſtinati, atque impœnitentes vltimo ſupplicio pu-
niendi.*
11 *Accuſare de hæreſi quilibet poteſt.*
12 *Hæreſis publicum crimen.*

De hæreticis. Tit. 116.

1 HAereticorum † autem appellatione continentur q̃
vel leui argumento à iudicio Catholicæ religionis,
& tramite detecti fuerint deuiare, vt ſunt Arriani,
Macedoniani, & alij plures, vel illorum ſimiles dinumera-
ti in leg. 2. §. 1. C. de hæreticis in leg. Arriani 5. C. eodem. &
in Nouella conſt. 109. §. hæreticos, & in 24. quæſt. 3. c. quidã
autem 39. per totum, poſt quos acceſſere Vgonotti, Luthe
rani, Caluiniſtæ & alij ſimiles, ſeu peiores in conſtitutioni-
bus Summorum Pontificum declarati. Horum enim hære
ſes, ſeu ſectæ vtroque iure prohibitę ſunt, nec his conuen ẽ
di, vel congregandi facultas vlla conceditur, domibus ſeu
prædijs in quibus conuenire auſi fuerint Eccleſiæ addictis
leg. 2. in princip. & leg. 3. C. de hæreticis leg. 2. in princip &
§. fina. C. de ſumma Trinit. & fide Catholic. & ideo prædia
quoq; in quibus monaſteria, vel oratoria conſtituta ſunt
hæreticis alienare prohibentur: item & alia immobilia,
quæ quidem ad Eccleſiam pertinent leg. ſi qui 9. C. de hæ-
reticis. Nouella conſtitu. 131. §. at ſi hortodoxus Nouella
conſt. 37. §. nulla omnino. Nouella conſtit. 132. & Nouella
conſt. 131. §. ſi quis item l. omnia 5. C. de ſacrific. paganorũ.
Quibus conſtitutionibus compræhenduntur non ſolum
ſpecificè in eis nominati, ſed & omnes alij ſimiles, & mul-
to magis illis peiores, quales ſunt hæretici noſtri temporis,
contra quos latè ſcripſit illorum malleus Robertus Bellar
minus Politianus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis
2 meritiſſimus. † Sed & ſeruos Chriſtianos habere hæreticis
eſt interdictum l. 1. C. ne Chriſtianum mancip. l. Deo. 4. §.
3 his ita diſpoſitis C. de Epiſcop. & clericis. † Reſcripta quo-
que ab hæreticis impetrata vim nullam habent l. 2. §. ſciãt
4 C. de ſumm. Trin. l. omnia 5. §. fina. C. de hæretic. † Quæque
priuilegia habuerunt, amittunt, exemplo l. 1. C. de hæreti-
cis, & Nouella 45. in princip. & 109. Non ideo onerioſa cu-
5 riali fortuna liberantur l. curiales 7. C. de hæreticis. † Et par

tibus ſuis, vel alijs cognatis ab inteſtato non ſuccedũt, nec
ex teſtamento cuiuſquam quidquam capiunt, etiam ſi mi
les in ſuo teſtamento quid illis reliquerit leg. cognouimus
11. C. de hæreticis. Nouella conſt. 115. §. enim verò cum ſe-
quent. Nouella conſtit. 118. §. hæc autem omnia, & Nouella
conſt. 144. §. 1. leg. Arriani 5. leg. Manicheos. 4. C. de hæreti-
cis l. vlt. C. eod. leg. 3. C. de Apoſtatis Peregrinus de iure fi-
ſci lib. 3. titu. 10. Teſtamenta quoque facere legare, vel do-
nare prohibentur. Nouella c. 144. §. 1. l. Manicheos §. præte
rea C. de hæreticis. & l. Manicheos la 2. & l. Sanctæ C. eod.
& hoc eſt expeditum tam de iure Ciuili, quam de iure ca-
nonico, vt per Albericum in l. cognouimus C. eod. gl. in c. ſi
quis Epiſcopus de hæreticis vbi Felin. in princ. & eſt tex. in
c. excommunicatus il 1. §. credentes eod. tit. vbi glo. Abbas
antiquus num. 2 Ioan. And. num. 15. Boich. num. 11. Anch.
nume. 2. Anan. nu. 6. quod eſt adeo verum, vt non ſubſiſtat
teſtamentum conditum ante commiſſam hæreſim, nec fa-
ctum ante vel poſt, conualeſcat per pœnitentiam, ſecundũ
Thomam Sanchez in præceptis Decalogi lib. 2. c. 24. num.
5. & ſequẽ. ex allegatis in repertor. inquiſit. in verbo Pœna
ver. Item nota Ioan. à Roſas in ſing. 185. num. 3. & ex allega
tis in eodem Repertor. inquiſit. d. verbo Pœna ver. Item an
hæreticus reconciliatus. Ioan. Calder. de hæreticis rubr. de
6 de pœnis hæreticorum, filiorum, & nepotum. † Verum de
iure Ciuili vis hæreticis illata, ſi illi nihil moliantur impuni
ta eſſe non debet, vt exemplo Iudæorum, & paganorum
reſcriptum eſt l. Chriſtianis 6 C. de ſacrificijs paganorum
l. nullus 13. C. de Iudæis. Quoniam ante declaratoriam im-
punè nec offendi, nec occidi poſſunt, vt per Albericum in
rubr. C. de hæreticis num. 5. & 6. Geminia. in cap. Præſidẽ-
tes num. 7. ver. crederem, & dn Franch. ouum. 3. in fine eod.
ti. in 6 Burſattus in conſ. 14. num. 19. A magiſtratu verò, &
à publico lictore de mandato magiſtratus poſſunt non ſo-
lum publicè puniri, & bello publico perſequi, vt per Frãc.
Aras de bello numero 101. Alphonſus de hæreticis capitu
lo 14. quos ſequitur Decianus in libro quinto tractat. cri-
min. capitulo 42. numero ſecundo, & tertio Butrius in ca-
pitulo ad abolendam numero 22. de hæreticis, vbi etiam
Abbas numero 11. Soccin. numero 25. Anania numero 19.
Sed & à particularibus impunè offendi, atque occidi poſt
declaratoriam, quando aliter puniri non poſſint à magi-
ſtratu. Decianus vbi ſupra capitulo 41. numero 12 & ca-
pitulo 42. numero ſecundo ita cautum videtur in conſtit.
Clementis IV. promulgata de anno 1265. incipien. ad ex-
tirpanda Bellius de hæreticis numero 28. Scaccia de iudi-
cijs cauſ. criminali, & hæretical. capitulo 79. numero ſecun-
do. Poſtremò hæretici Baptizare ad rempublicam accede-
re, & cathecumenum circumcidere prohibentur. d. Nouella
7 centeſimo tertia §. primo. † Videte quam multa, & ma-
gna mala ex Ciuili iure vobis contingant audite modo,
quid ex iure canonico, & ciuili conueniẽtur contra vos
8 diſpoſitum extat. † Et quia ſoletis canonicum ius tiran-
nicum appellare, & ſic varijs prætextibus euitare intelligi-
te quod contra vos ad illud ſe referunt Ciuiles leges, il-
ludque mandant contra vos obſeruari, quod idem eſt ac
ſi vtique illud idem, quod canones, ſanxiſſent, & leges, Di-
cit enim Imperator in lege ſecunda C. de hæreticis. Om-
nes vetitæ legibus diuinis, & Imperialibus conſtitutioni-
bus hæreſes perpetuò, quieſcant, & colligitur ex ſupra.
allegatis, in quibus fit mentio de omnibus illis ſectis de
quibus, & canonica iura diſponunt, vt nulla prorſus in-
ter Ciuiles leges, & canonicas ſanctiones legatur diſcre-
9 pantia in diſponendo contra hæreticos. † Non obſtat,
quod hæretici fatendo ſe eſſe malos, dicant malos non eſ-
ſe cogendos ad bonum, vt 23. quæſtione quarta capitulo
diſplicet, capitulo quando vult, capitulo non inuenitur.
capitulo quis nos, capitulo quid crudele, capitulo ſicut in
princip. quæſtione quinta capitulo ad fidem capitulo ſi
propterea, capitulo ſi vos, capitulo non vos, capitulo de
ligurribus, capitulo qualiter nos capitulo relegantes, & 24.
quæſtione tertia capitulo Apoſtolicæ, & lege ſecunda in
princip. C. de hæreticis. Quoniam hoc expreſſè confuta-
tur in citatis locis, in quibus multis, atque illis validiſſi-
mis rationibus monſtratur hæreticos ad ſalutem etiam
inuitos eſſe trahendos, ita claris verbis, & rationibus
legitur in dicto capitulo diſplicet 38. & in alijs ſupe-
rius citatis, in quibus afferantur multa exempla vio-

Digitized by Google

lentiæ, & coactionis factæ malis, vt cogantur ad bonum, & in d. 24. q. 4. c. qui peccat. 40. probatur Eccleſiam hæreticos ſumma cum ratione perſequi, quod idem probatur in c. ſi Eccleſia 42. & ſequen. Exemplo Chriſti, qui vocauit Paulum Eccleſiæ ſuæ poſtea magnum ædificatorem, ſed horrendum antea vaſtatorem, quem non ſolum voce compeſcuit, verum etiam poteſtate proſtrauit, atque in infidelitatis tenebris ſæuientem, ad deſiderandum lumen cordis, vt ſurgeret, prius corporis cæcitate percuſſit. Item & exemplo Moyſis, qui populum flagellauit, poſtquam cognouit illum idololatrare, alto ſecreto Dei, vt illum in præſenti terreret, & diſciplinam in poſterum daret, vt Num. 12. & 25. & exemplo Dauidis, qui in Pſalmo 100. inquit. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de Ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Sic plane, & Apoſtolus non crudeliter, ſed amabiliter tradidit hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus eius ſaluus ſit in die Domini Ieſu: tradidit, & alios, vt diſcerent non blaſphemare, d. q. 4. c. quid crudele 44. ex Diuo Auguſtino contra Fauſtum lib. 22. ca. 79. Hoc idem probatur in d. l. 2. C. de hæreticis, & in l. Arriani. 5. C. eod. ibi. Manicheis etiam de Ciuitatibus pellendis, & vltimo ſupplicio tradendis, quoniam his nihil relinquendum loci eſt, in quo ipſis etiam elementis fiat iniuria. Cunctis quoque legibus, quæ contra eos, cæteroſque qui noſtræ fidei refragantur, olim diuerſiſque temporibus latæ ſunt, ſemper vindi obſeruantia valuuris. Quid violentius, quid coactius ad ipſos trahendos ad bonum conſtitui poterat, quam priuatio omnium bonorum corporis, & fortunæ, vſque ad vltimum vitæ ſupplicium? Nihil certè. de hac coactione ſcribit Diuus Auguſtinus epiſt. 48. ad Vincentium Donatiſtam, ſcribit Diuus Gregorius lib. 3. epiſt. 33. ad Præfectum Africæ lib. 5. epiſt. 63. ad Mauritium Imperatorem, & lib. 7 epiſto. 5. ad Brunichildem Reginam Francorum. & ſcribit Diuus Thom. in 2. 2. q. 11. artic. 3. Vnde hanc ſanctam diſciplinam didicit Sanctiſſimus Imperator Theodoſius d. l. 5. promulgator, niſi ex magiſtris Deo, Moyſè, Dauide, Petro, & Patribus ciuitatis eodem zelo, eadem charitate, eadem dilectione, eadē
10 pietate, vt trahat illos ad bonum. † Sunt ideo tantis authoritatibus cogendi hæretici ad bonum, accuſandi, inquirendi, reuocandi, & ſi opus fuerit, quia obſtinati perſiſtāt, atque impœnitentes vltimo ſunt ſupplicio afficiendi, d. l. 5. glo & Doctores omnes in d. c. ad abolendam de hæreticis, & in c. 2. de hæreticis in 6. Decianus lib. 5. tract. crim. ca. 40. per totum. Hac itaque ratione, quia ad eorum bonum tendit, introducta accuſatio eſt, & ſanctiſſima inquiſitio omni alia priuilegiata, c. accuſatus, §. ſanè de hæreticis in 6.
11 † Et quamuis hæreſis inter publica iudicia non connumeretur ſecundum aliquos, de ea tamen quilibet accuſare poteſt, l. 1. ff. de publicis iudicijs, l. Manicheos, C. de hæreticis, Bald. in rubr. C. qui accuſ. non poſſ. col 2. & in l. reos, col. 2. C. de accuſat. l. Apoſtatarum, C. de Apoſtatis, §. licentiam Auth. quomodo oporteat Epiſcopos. Decianus lib. 5. tract. crim. cap. 20. Vult enim legiſlator in dict. l. Manicheos, §. 1.
12 † Eſſe publicum crimen, quia quod in Religionem diuinā committitur, in omnium fertur iniuriam, vt poſt contradictionem conſentiunt, ibi glo. in verbo crimen. Azo num. 6. Butrigat. in ſummario, & in primo notab. Odofred. num. 1. Alberic. numer. 2. Salycet. in ſummat. Probus ad Monachum de hæretic. in 6. num. 8. & 9. litera D. extat Conſtitutio Federici incipien. Inconſutilem relata per Pegnam inter literas Apoſtolicas fol. 18 Sed de hæreticis alia plura referuntur in Syntagma comm. opin. loco 1. tit. 27.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio hæreſis ex quibus cauſis competat.*
2 *Hæreſis quid ſit, & quid hæreticus.*
3 *Hæreſis vnde dicta.*
4 *Hæretici, qui ſint.*
5 *Hæreſiarca quis dicatur.*
6 *Hæreticorum quid proprium.*
7 *Hæretici quare diuina prouidentia permittantur.*
8 *Schiſma quid ſit, & vnde dicta.*
9 *Inquiſitionis cauſa pro crimine hæreſis plures aſſignantur.*
10 *Chriſtianus ad Iudaiſmum inclinans hæreticus reputatur.*
11 *Inquiri poteſt de hæreſi contra Chriſtianum aliorum errores defendentem.*
12 *Excommunicatus ob reſiſtentiam factam inquiſitoribus poſt annum de hæreſi inquirendus.*
13 *Principes non debent inquiſitoribus reſiſtere ſub pœna excommunicationis.*
14 *Principes inquiſitoribus opem ferre debent.*
15 *Excommunicatus in contumaciam per annum perſiſtens de hæreſi eſt inquirendus.*
16 *Chriſtum verum Deum, & hominem non credens reputatur hæreticus.*
17 *Chriſtum, & Diſcipulos proprium nil habuiſſe dicens hæreticus eſt.*
18 *Mariam Virginem in peccato mortali conceptam dicens eſt hæreticus.*
19 *Sanctorum memoriam, & venerationem contemnēs hæreticus reputatur.*
20 *Congregationes piæ non ſunt contemnendæ.*
21 *Conciones priuatas habens ad contemnendas Eccleſiaſticas ſanctiones hæreſim incurrit.*
22 *Iuſtitia non æſtimanda ex pallio, & veſtitu.*
23 *Ieiunans die Dominico de hæreſi poteſt inquiri.*
24 *Carnium abeſu abſtinens pro execratione, inquiritur de hæreſi.*
25 *Coniugium contemnere eſt hæreſis.*
26 *Simoniacus poteſt inquiri de hæreſi.*
27 *Simonia quare dicatur hæreſis.*
28 *Chriſtum negans inquiritur de hæreſi, declaratur.*
29 *Veritatem liberè non defendens poteſt inquiri de hæreſi.*
30 *Epiſcopus inſtituens hæredem hæreticum, vel Paganum inquiritur de hæreſi.*
31 *Inquiſitio contra hæreticum non ceſſat per mortem ipſius, declaratur.*
32 *Hæretici etiam mortui ſunt damnandi declaratur nu. 33.*
34 *Inquiſitio contra hæreticum ceſſat, ſi pœnitentiam agat, & ad fidem redeat.*
35 *Hæreticus relapſus ad pœnitentiam non admittitur, ſed punitur.*
36 *Hæreticis relapſis ſæculari iudicio ad vltimum ſupplicium datis non denegatur ſacramentum pœnitentiæ, & Euchariſtia.*
37 *Hæreticus pœnitens debet abiurare, & cautionem præſtare de non reincidendo.*
38 *Inquiſitionis iuriſdictionem nemo declinare poteſt ob quodcunque priuilegium.*
39 *Inquiſitio dirigitur non ſolum contra hæreticos, ſed & contra fautores, & alios plures, vt ibi.*
40 *Iudex competens inquiſitionis hæreſis quis ſit, & non poteſt eſſe laicus.*
41 *Epiſcopus regulariter cognoſcit de hæreſi in ſua diœceſi, declaratur nu. 42.*
43 *Inquiſitorum à iuriſdictione nemo exemptus quocunque priuilegio, vel indulto.*
44 *Inquiſitionis iuriſdictio non poteſt ab Epiſcopo exerceri, ſi ſit minor 40. annorum.*
45 *Inquiſitores non niſi ætate quadraginta annorum conſtituendi.*
46 *Epiſcopus, vel Prælatus de hæreſi ſuſpectus à Papa cognoſcendus.*
47 *Contra reos criminis hæreſis, quomodo procedatur.*
48 *Carceres inquiſitionis quomodo cuſtodiendi.*
49 *Miniſtri inquiſitionis, quomodo iurare, & coram quo teneantur.*
50 *Forma procedendi in crimine hæreſis.*
51 *Inquiſitus de hæreſi, quomodo duro carceri magis ad pœnam, quam ad cuſtodiam tradi poſſit.*
52 *Teſtes quomodo examinandi, & an eorum dicta publicanda in crimine hæreſi.*
53 *Probatur hæreſis etiam per teſtes excommunicatos, ſocios criminis, non periuros.*
54 *Inquiſitus de hæreſi poteſt condemnari in contumaciam.*
55 *Infirmus petens hæreticos ſe conſolaturos, præſumitur hæreticus.*
56 *Inquiſitores hæreſis ſimul, vel ſeparatim cognoſcere poſſunt.*
57 *Inquiſitores pro auxilio populum clerum peritos, & alios poſſunt conuocare.*
58 *Inquiſitores non debent abuti poteſtate ſub pœna excommunicationis.*
59 *Inquiſitores non cognoſcunt alias cauſas, quam hæreſis.*
60 *Idololatria, quomodo punienda.*

Schiſma,

61 *Schiſma, quomodo puniendum.*
62 *Religioſi grauius, quam ſaculares de eodem crimine puniendi.*
63 *Hæretici an vltimo ſupplicio afficiendi de iure canonico.*
64 *Hæreticus poſt abiurationem relapſus, quomodo puniendus.*
65 *Relapſus hæreticus quis dicatur.*
66 *Hæretici ab Eccleſia, quomodo puniantur.*
67 *Appellatio non datur a ſententia in iudicio hæreſis lata.*
68 *Bona hæreticorum, quomodo confiſcanda.*
69 *Bona Clerici hæretici, quomodo confiſcanda.*
70 *Confiſcatione facta bonorum hæretici, vxor detrahit dotem, declaratur.*
71 *Filij hæreticorum, & eorum fautores vſque ad ſecundam lineam paternam, & ad primam maternam ſunt inhabiles ad omnia officia.*
72 *Hæretici occulti pœnitentes abſolui poſſunt à proprijs Epiſcopis, declaratur.*

De cauſis, ex quibus accuſatio hæreſis competit, vel de ea ſit inquiſitio formanda.

Tit. III.

1 PRima † itaque, ac principalis, ſeu generalis accuſatio-
nis, ſeu inquiſitionis cauſa eſt ipſa hæreſis, per ea, quæ
dicta ſunt in tit. præceden. & vt dicunt omnes in l. 1. &
toto tit. C. de hæreticis. Doctores in rubrica, & in c. 1. & to-
2 to tit. de hæreticis. Clarus Boſſius vtique de hæreſi. † Ad
quam cauſam declarandam primo notanda eſt defini-
tio ipſius hæreſis. Quæ nihil aliud eſt, quam de ſacramen-
tis Eccleſiaſticis aliter ſentire, aut docere, quam ſancta Ma
ter Eccleſia Catholica Romana docet prædicat, atque ob-
ſeruat, c. ad abolendam. 9. de hæreticis. 24. q. 3. ca. loquitur
18. cum c. ſequen. c. Dominus, c. aduocauit, ca. quoniam ve-
tus, c. quicumque, c. didicimus, q. 3. c. hæreſis, ca. hæreticus,
c. qui in Eccleſia, c. qui aliorum, l. 1. §. fin. C. de hæreticis, l. 1.
& 2. & toto tit. C. de ſumma Trinit. & fide Cathol. Nouel-
la c. 9. §. hæreticos, & ſecundum Diuum Hieronymum in
3 Epiſtola ad Galatas 5. ita definitur. † Hæreſis Græcè ab e-
lectione dicitur. Quod eam vnuſquiſque ſibi eligat diſci-
plinam, quam putat eſſe meliorem. Alij dixerunt, quod
hæreſis eſt electio falſarum, vel nouarum opinionum de
fide, vel per inuentionem, vel per ſequelam alicuius com-
modi, gratia, maximè Vanægloriæ, principatuſque ſui.
Hæc definitio partim ſumitur ex allegatis partim ex. 24. q.
3. ca. hæreticus, ex Diuo Thoma 2. 2. q. 11. artic. 1. & ex Ho-
ſtien. in ſumma. eod tit. quam ponit Socin. in rubr. de hære
ticis, num. 1. Alij dixerunt, quod hæreſis eſt diuiſio, ſeu ſe-
paratio à fide Catholica vt Azo, & Hoſtienſ. in ſummis,
quam referunt Arnal. Alber. in rubric. de hæreticis in 6. in
quæſt. 1. num. 1. F. Rayner. in ſumma in verbo hæreſis, ca. 1.
ver. primo circa hæreſim. Tabien. in verbo hæreticus, nu-
mero 26. Ghirland. de hæreticis, quæſt. 1. num. 4. ver. vel di
cas. Repertor. inquiſitor. in verbo hæreſis, §. 1. rubr. quid
ſit hæreſis ver. ſecundo, & ver. tertio, & in §. 3. in verbo hæ-
reticus ver. ſed hæreticus Alij dixerunt quos refert Arnal.
Albert. in rub. de hæreticis in 6. q. 1. num. 19. Quod hæreſis
eſt opinio, ſiue dogma falſum Catholicæ veritati contra-
rium in eo, qui Chriſtianam fidem profeſſus eſt, vt per
Turrecrem. in ſumma de Eccleſia lib. 4. par. 2. numero 1. &
hanc definitionē alijs reiectis defendit Arnald. vbi ſup. nu-
mero 19. & ſequen. cui adhæret Tolet. de inſt ruct. ſacerd.
lib. 4. c. 3. numer. 1. dum dicit, quod hæreſis eſt error perti-
nax hominis Chriſtiani fidei Catholicæ ex parte contra-
rius. Didac. lib. 3. variar. cap. 1. num. 2. & alij relati per Ar-
nald. vbi ſupra alias retulerunt definitiones, quæ licet ver-
bis diſcrepantes ſint, tamen concurrunt in eandem ſubſtā-
tiam, vt benè aduertit Pegna in additionibus ad Eymericū
in Directorio inquiſitor. par. 2. q. 1. Commentario 26. folio
246. col. a. ver. ac hæreſis. Deinde notandum eſt, quid ſit hæ
reticus, & Azo in ſumma de hæreticis dixit Hæreticum eſ-
ſe: Qui à iudicio, & tramite Catholicæ religionis detectus
fuerit deuiare, vel qui non eſt membrum ſcientiæ Catho-
licæ Eccleſiæ, vel qui non credit ſecundum, quod prædi-
cant ſacroſancta quatuor Concilia. Bellam. in c. inter ſchiſ-
ma. 24. q. 3. dicit, quod hæreticus eſt ille, qui rectam fidem
ſe ſimulat confiteri, ſed Sanctorum Patrum traditiones
ſuperbè contemnit, & ſe aliqua maleuolentia ab Eccleſiæ
vnitate ſcindit, Calderi. in tract. de hæreticis rubr. de hære
tic. credentibus, num. 1. dixit. Hæreticum propriè eſſe eum,
qui contra fidem credit. Concilium Tarraconen. dixit eos
eſſe hæreticos, qui in ſuo errore perdurant. Arnald. in rub.
de hæretic. in 6. q. 13. num. 4. dicit propriiſſimè hæreticum
dici illum, Qui ſuſcepta religione Chriſtiana, Chriſti fidē
in generali profitens, aliquam, vel aliquas in ſpeciali opi-
niones contrarias Catholicæ veritati pertinaciter tenet, &
ſequitur Sylueſt. in verbo hæreſis, §. 1. numer. 1. ver. hæreti-
cus, dixit, quod hæreticus eſt is, qui circa ea, quæ ſunt fidei,
errat per intellectum, & pertinaciter hæret errori per vo-
luntatem, & ita per Diuum Thomam, & communiter per
omnes definiri teſtatur Repertor. inquiſitor. in verbo hæ-
reticus ver. ſed comprehendendo. Ex quibus definitioni-
bus ſicut apparet hæreſim pluribus modis poſſe commit-
ti, errorumque plures eſſe ſpecies, vt videri poteſt ex text.
& notatis ibi per Doctores in c. 3 de hæreticis, & ex glo. in
l. 2. in verbo leui argumento, C. eod. ex Bald. Cardin. Abb.
Oldrad. Franc. Federic. de Senis in locis relatis per adden-
tes ad Salycet. in d. l. a. litera A. in verbo, qui dicantur hære
tici, ex l. quicumque, C. eod. ex Clement. fin. eod. tit. ex De-
ciano lib. 5. tract. crimin. ca. 17. per totum Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 5. præſumpt 6. per totum. Ita & plures reperiū-
tur ſectæ hæreticorum, dinumeratæ in l. Arriani, C. de hæ
reticis, & in 24. q. 3. ca. quidam. 39. & in alijs tum Summo-
rum Pontificum, tum Imperatorum legibus, atque conſti
tutionibus relatis per Pegnam poſt Directorium inquiſi-
4 torum, & alios, quas omnes referre tædioſum eſſet. † Qui-
cumque igitur aliter ſcripturam intelligit, quam ſenſus
Spiritus ſancti flagitat, quo ſcripta eſt, licet de Eccleſia nō
receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt, & de carnis
operibus eſt, eligens, quæ peiora ſunt, ſecundum Diuum
Hieronymum in Epiſtola ad Galatas 5 & Diuus Auguſti-
nus in lib. de vtilitate credendi, c. 1. relatus in 24. q. 3. c. hæ-
reticus. 28. inquit, Hæreticus eſt, qui alicuius temporalis
commodi, & maximè gloriæ, principatuſque ſui gratia fal
ſas, ac nouas opiniones, vel gignit, vel ſequitur. Ille autem,
qui huiuſmodi hominibus credit: homo eſt imaginatione
quadam veritatis, ac pietatis illuſus, & contra Manicheos,
inquit, Qui in Eccleſia Chriſti morbidum aliquod, pra-
uumque ſapiunt: ſi correpti, vt ſanum rectumque ſapiāt,
reſiſtunt contumaciter, ſuaque peſtifera, ac mortifera
dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hære
tici fiunt. Et Vrbanus Papa, inquit. Qui aliorum defendit
errorem, multo amplius damnabilior eſt illis, qui errant:
quia non ſolum errat, ſed etiam alijs offendiculum erroris
5 præparat, & confirmat. † Vnde quia magiſter erroris eſt,
non tantum hæreticus, ſed etiam hæreſiarcha dicendus
eſt, relatus in d. q. 3. c. qui in Eccleſia. 31. & c. ſequen. Decia-
nus in tract. crimin. lib. 5. c. 7. per totum. & pluribus ſequē.
& c. 17. & ſequen. & in quo differat Hæreſiarcha ab hære-
tico dicitur in Repertor. inquiſitor. in verbo Hæreſiarcha
per totum. Vbi Hæreſiarcha dicitur ille, qui gignit erro-
rem, item qui docet errorem, quem ipſe gignit, vel ſequi-
tur, item qui publicè defendit errorem, & dicitur Hære-
ſiarcha ab hæreſi, & archa, quaſi archa hæreſis ad conſer-
uandum errorem, vel quia ab hæreſi, & Archi verbo Græ
co deſcendit, dicitur Princeps hæreticorum, ſicut Patriar-
cha dicitur Princeps Patrum. Roias ſingul. 73. numero 4.
Eymeric. in Directorio inquiſit. par. 2. q. 39. & ibi Pegna in
6 addit. Comment. 60. † De hæreticis etiam notandum eſt
ſenſum manifeſtum eſſe, quod ſophiſmatibus ſuis, & arte
dialectica opprimant Eccleſiaſticos. Transferunt Princi-
pes Iuda terminos, quos poſuerunt Patres eorum, quando
immutant mendacia veritatem, & aliud prædicant, quam
ab Apoſtolis acceperunt. hæc Diuus Hieronymus libro 2.
Comment. ad ca. 5. Oſeæ, & inferius inquit, Veteres ſcru-
tans hiſtorias inuenire non poſſum ſcidiſſe Eccleſiam, &
de domo Domini populos ſeduxiſſe, præter eos, qui ſacer-
dotes à Deo poſiti fuerant, & Prophetæ, id eſt ſpeculato-
res. Iſti ergo vertuntur in laqueum tortuoſum, in omni-
bus locis ponentes ſcandalum, & in d. q. 3. c. vlt. denominā
tur multorum hæreticorum ſectæ ante Arrianam, & mul
tæ poſt Arrianam, quas nominant etiam l. Arriani, C. de
hæreticis, & aliæ leges citatæ in tit. præceden. & in d. c. vlt.
recitantur earumdem ſectarum perfidas contra Catholi-
cam Eccleſiam Romanam ſententias. Proferuntur etiam
in fine aliæ plures hæreſes ſine authore, & ſine nominibus
pro-

7 proprijs ipſarum hæreſium. † Tandem redditur ratio in c.40. ex Diuo Auguſtino lib. 1. c. 1. de Geneſi contra Manichæos, quare diuina prouidentia multos errare, & in hæreſes labi permittat. Ideo enim, inquit, diuina prouidentia multos diuerſi erroris hæreticos eſſe permittit, vt cum inſultant nobis, & interrogant nos ea, quæ neſcimus, vel ſic excutiamus pigritiam, & diuinas ſcripturas noſſe cupiamus. Propterea & Apoſtolus ait. Oportet hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiant inter nos. Hi autem Deo probati ſunt, qui benè poſſunt docere, ſed manifeſti hominibus eſ-
8 ſe non poſſunt, niſi cum docent. † Notandum etiam eſt, quod ſpecies cognata hæreſis, eſt ſchiſma. 24. q. 1. ca. ſchiſma in princ. Decian. lib. 5. tract. crimin. c. 60. Nec tam graue peccatum eſt, vt idololatria, infidelitas, & hæreſis, vt plenè per Marianum Socin. in rubr. de ſchiſmaticis, nume. 10. & ſequen. Licet quandoque poſſit contingere, quod ſchiſmaticus magis peccet, quam infidelis, vt ibidem, & ſum doctrina Diui Thomæ 2. 2. q. 39. articu. 2. de atrocitate huius criminis multa refert Tholoſanus noſter in Syntagma iuris lib. 33. c. 11. num. 1. Decian. vbi ſupra, c. 63. per totum, & differt ab hæretico in eo, quia hæreticus non opponit ſe directè vnitati Eccleſiæ, ſed fidei, ſchiſmaticus verò è contra, vt 24. q. 3. c. inter, vbi glo. ponit aliam differentiam, de qua re Archidiac. Bellamera, & Turrecremat. ibi. Siquidem ſchiſma, quod Græcum nomen eſt, ſciſſuram notat, ſed in vnitate ſciſſura eſſe non poteſt. Non ergo vnitati communicant, qui ſchiſmaticis communicant. Partes ſibi ipſi fecerunt, & ab eo, quod vnum eſt, vt Apoſtoli Iudæ iam verbis loquar, ſemetipſos ſegregantes ſpiritum non habent, quæ omnia etiam hæreticis conueniunt, per allegata paulo ſuperius, & ſtrictè, & propriè, prout accipitur in c. 1. & 2. de ſchiſmaticis. Schiſma eſt illicita diſceptatio eorum, inter quos debet eſſe vnitas, vel eſt illicitus ab vnitate, vel vniuerſitate receſſus, ſecundum Archid. in locis allegatis, relatis per Marian. Socin. in rubr. eodem num. 1. & ſecundum Hoſtienſ. citatum à Socino ibi. Schiſma eſt illicita diuiſio per inobedientiam ab vnitate Eccleſiæ facta cum rebellione. Sanchez in præcepto Decalogi lib. 2. c. 36. nume. 1. dixit. Schiſma eſſe disiunctionem per quam quis ſe ab vnitate Eccleſiæ ſeparat in quantum eſt corpus myſticum ex vniuerſis fidelibus, & Romano Pontifice, tanquam capite conſtantem, & hanc definitionem dicit eſſe Diui Thomæ 2. 2. q. 39. articul. 1. & dicuntur ſchiſmatici diuiſi ab vnitate Eccleſiæ Romanæ, qui conantur ſuos Epiſcopos, Presbyteros, & conſtitutiones facere, Eccleſiæque Romanæ veras conſtitutiones contemnunt 7. q. 1. c. Nouatianus, & ca. denique, diſtinct. 29. ca. nulli, per quæ iura ita dixerunt communiter omnes in d. ca. 1 & 2. de ſchiſmaticis. Tholoſanus in Syntagma iuris, lib. 33. c. 11. num. 2. & ſequen. Nituntur enim iſti ſoluere vnitatem Eccleſiæ, Decianus vbi ſupra c. 60. nume. 1. & ſequent. & illi, qui Summo Pontifici ſubeſſe nolunt, & qui membris Eccleſiæ communicare recuſant, ſciſſuram facientes aliamque Eccleſiam, & alium Pontificem conſtituentes 7. q. 1. c. non autem, vbi glo. & in cap. ad noſtram in verbo Eccleſiæ, de hæreticis. Diuus Thom. 2. 2. q. 39. artic. 1 Marian. Socin. in rubr. de ſchiſmaticis, numero 5. glo. in c. 1. de hæreticis in 6. Decianus, vbi ſupra ca. 17. ver. 22. Item inobedientes, & recedentes ab obedientia Papæ, & Sedis Apoſtolicæ ſchiſmatici reputantur, diſtinctio. 17. c. Concilia, per quem tex. ita ſcripſit Anan. in rubric. de ſchiſmaticis, nume. 7. Diuus Thomas 2. 2. q. 39. artic. 1. ver. Præterea hoc idem cautum eſt in Bulla Cœnæ Domini ver. Nec non ſchiſmaticos, &c. vt ferè ſemper ſit cum hæreſi ſchiſma coniunctum, vt per Socin. & alios ſupra cita-
9 tos in rubr. de ſchiſmaticis. † Secunda accuſationis, vel inquiſitionis cauſa eſt, ſi quis leui argumento à iudicio Catholicæ religionis, & tramite detectus fuerit deuiare, vt probatur in princ. tituli præcedentis, ex l. 2. in fine, C. de hæreticis, vbi glo. intelligendo verba illa, leui argumento, quoad probationem hæreſis, ſi mai per leuem ſuſpicionem probari, eam ſunt ſequuti Henric. Boich in c. 1. nume. 7. de hæreticis, Archidiac. in c. vt officium, num. 9. de hæretic. in 6. vbi Ioan. Andr. num. 2. Rojas in tract. de hæreticis part. 2. aſſert. 6. num. 148. Repertor. inquiſitor. in verbo conuinci. ver. primo, & in verbo probationes, ver. item nota. Maſcardus de probationibus lib. 2. concluſ. 861. num. 4. Quod quidem verum eſt ad inquirendum, non autem ad condemnandum, vt ſenſere idem Boich, & Rojas, vbi ſupra. Repertor. inquiſitor. in verbo teſtes, ver. non ſufficit. Simanch. Catholicarum inſtitutio. tit. 50. de præſumpt. numer. 28. & tit. 51. de probationibus, numer. 11. & in Enchirid. Vioalt. Religion. tit. 41. de ſuſpitionibus, num. 5. & 6. Lopez in allegationibus hæreticalibus, §. 12. poſt medium. Decian. in tract. crimin. lib. 5. c. 20. 21. & 35. num. 20. Carer. de hæreticis, num. 116. Verum vtique erit quoad purgationem indicendam, Archid. in c. vt officium, num. 9. de hæreticis. Rojas d. aſſertione 6. ſub nume. 149. Afflict. in Conſtitut. Regni, rubr. de hæreticis, num. 31. Lopez in allegationibus hæreticalibus, §. 12. poſt medium. Maſcardus de probationibus lib. 2. concluſ. 861. num. 6. Boſſius de hæreticis, numero 22. periculoſum tamen eſt ex leui ſuſpicione honeſtum hominem in iudicium trahere, vt per Decianum, vbi ſupra libro 5. c. 47. num. 2. Pegna in addit. ad Eymeric. in Directorio inquiſitor. par. 3. q. 87. comment. 136. Scaccia de iudicio cauſar. ciuil. crimin. & hæreticalı c. 59. numero 10. & 11. Martinus del Rio diſquiſitionum Magicarum lib. 5. ſect. 13. in princ. Gabriel. in conſ. 160. nume. 7. lib. 1. Item verum erit quoad abiurationem de leui. Repertor. inquiſitor. in verbo abiuratio, ver. ſed abiurationis, & in verbo ſuſpectus, ver. nota, quod quando. Squillacen. de fide Catholica, c. 31. nume. 2. Eymeric. in Directorio inquiſitor. par. 2. q. 55. nume. 9. & 10. & ibi Pegna litera F. & parte 3. de quarto modo terminandi proceſſum fidei per abiurationem de leui, nume. 161. & ſequent. vbi ponit formam abiurandi de leui. Decian. lib. 5. c. 47. num. 2. Scaccia vbi ſupra, ca. 59. numero 10. & 11. Sola enim ſuſpicio ſufficit, vt quis hæreſim teneatur abiurare ſi vult Eccleſiæ reconciliari, vt probat Simanc. Catholicarum inſtitut. tit. 1. de abiuratione, numero 18. & 21. Quia leuis ſuſpicio, Leuiaque indicia ſufficiunt ad condemnandum ſuſpectum de hæreſi, vt in Repertor. inquiſitor. in verbo. Teſtes ver. nota, quod ſufficit. Carer. de hæreticis, num. 118. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 38. num. 7. Verum tamen omnia hæc intelligi debent, quando dicta leuia indicia fuerint plenè probata, aliàs ſecus, vt per Ananiam de hæreticis ſub num. 3. Archidiac. in ca. vt officium, num. 9. ver. ſed illa ſigna, eod. tit. in 6. & ibi addentes litera A. Ioan. Andr. num. 2 Gemin. num. 6. Rojas de hæreticis parte 2. aſſertio. 6. nume. 148. Repertor. inquiſitor. in verbo indicia, ver. indicia hæreſis. Simanch. Catholicar. inſtit. tit. 50. rubr. de præſumptionibus, nume. 27. Squillacen. de fide Cathol. c. 34. numer. 1. Oldrad. conſ. 210. Boſſius de hæreticis, num 5. Decianus lib. 5. c. 35. num. 20. Menochius
10 conſ. 82. num. 155. Maſcardus concluſ. 861. num. 6. † Tertia cauſa accuſationis, & inquiſitionis hæreſis eſt, ſi Chriſtianus ad Iudaiſmum defecerit, c. contra 13. de hæretic. in 6. Nam Chriſtiani ad Iudaiſmum tranſeuntes, & redeuntes, hæretici reputantur, vt notant ibi glo. & Zenzel. Gemınian. in ſumm. & num. 6. Franch. num. 2. Zabarel. in Clem. 2. §. inquiſitorum, nume. 7. de hæreticis. Repertor. inquiſit. in verbo Apoſtaſia, ver. ſed an iſti conuerſi. Squillacen. de fide Cathol. c. 48 num. 3. Decianus in tract. crimin. libro 5. c. 10. num. 21. & c. 15. num. 1. Vel ſi Iudæus effectus Chriſtianus ad Iudaiſmum redierit, nam vt hæreticus in pœnam capitis, & confiſcationis bonorum damnandus erit, per tex. in l. 1. C. ne ſanctum baptiſma. & ita voluit Syluest. in ſumma in verbo hæreticus, §. 2. ver. & quia tales Iudæi. Quibus autem ſignis cognoſcantur hæretici reiudaizantes docet Repertor. inquiſitor. in verbo commiſſio, ver. an ſuſpectus. & in verbo reiudaizantes. Decianus vbi ſupra lib. 5. c. 15. num. 5. & ſequen. Menoch. de arbitrar. caſ. 547. vbi refert decem ſigna, ſeu coniecturas, quibus arguitur Iudæum baptizatum ad Iudaiſmum redire, & ſi Iudæi, ſeu alij infideles conuerſi ad fidem baptizati fuerint, prioreſque ritus ſeruent ſunt compellendi illos deſerere, & obſeruare ritus Chriſtianæ fidei per pœnam contra hæreticos conſtitutam, c. quidam, de Apoſtaſia, & ibi communiter Doctores, Ioan. Andr. num. 2. Butr. num. 4. Zabarel. numero 1. Ioan. de Anania, num. 3. vbi citat tex. in d. c. contra. 13. de hæreticis in 6. Repertorium inquiſitor. in verbo Apoſtaſia, ver. ſed apoſtaſia à fide, & in verbo cogendi. Menoch. de arbitrar. caſu 546. numer. 23. & ſi infantes Iudæi fuerint baptizati, d. ca. 13. ver. etiam ſi huiuſmodi redeuntes, dum erant infantes, &c. vt hoc ibi notatur, gloſſ. 1. & in verbo infantes Monachus num. 1. Probus, nume. 2. Archidiac. Geminianus, num. 1. Franch. nume. 1. Vel non ſpontè, ſed coactè coactione conditionali, non autem præciſa, &

abſo-

abſoluta fuerint baptizati, d.c.contra.13.de hæreticis in 6.
ibi. Etiam ſi huiuſmodi redeuntes mortis metu, non tamen abſolutè, aut præciſè coacti baptizati fuerint, vt notat hoc ibi glo.1. Menochius num.2. Probus, num.8. Archidiacon.col.1. Geminian.num.2. Decian.lib.5. c.10.num.21. c.40.num.6.ver.ſexto. Iudæus enim, qui baptiſmum ſuſcepit, etiam coactè, illud ſeruare, & colere compellendus eſt, c.maiores, §.nunc autem ver.ſi opponitur, de baptiz. Calder.de hæreticis rubrica de iis, qui condemnantur, vt hæretici, num.1. Repertor.inquiſitor.in verbo Baptiſm.ver. ſed vtrum, & verſ.ſequent. & in verbo cogendi, ver. nunc
11 autem videndum. † Quarta cauſa accuſationis, & inquiſitionis hæreſis eſt, ſi quis Chriſtianus aliorum hæreticos errores defendat.24.q.3.c.qui aliorum 32.& d. c.contra.13. in fine, de hæreticis in 6 & vbique glo.& Doctor. Ioan.Andr.in c.2.in princ.de hæreticis, vbi Zabarella in 1.opposit. Marianus Socin.num.2. Ioan.de Anania, num.5.& 6. Hoſtien.in c.ſi aduerſus, num.1.& ibi Ioan. Andr.num.2. Anchar.num.1. Zabarel.num.2.de hæreticis, gloſſ.in c.excommunicamus il primo, §.credentes in verbo receptatores, eod.Hoſtien.num.18. Butrius nume.34. Anania, nume.14. Repertorium inquiſitor.in verbo defenſores, ver.1. & ver. qui aliorum, Decian.in tract.crimin.lib.5.c.17.ver.32.& c.
12 51.numer.9. † Quinta cauſa accuſationis, & inquiſitionis hæreſis eſt, ſi reſiſtens inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, ob id fuerit excommunicatus, & nihilominus in ea p annũ perſeuerauerit, c.vt inquiſitionis. 58.§.final.de hæreticis in 6.vbi glo.1.& in verbo, vt inquiſitionis. Monachus ante numer.1. Geminian.in §.ſi verò, numer.3. Repertor.inquiſitorum in verbo excommunicare, ver.omnes Domini, & in verbo impediens, ver.1. Calderin.de hæreticis, rubr.de offic.& poteſt.cuiuslibet Rectoris, num.77. Squillacen.de fide Catholica, c.38.nume.1. Eymeric.in Directorio inquiſitor.par.2.q.47.num.2.& 3.q.53.num.2.& q.54.numero 2.
13 & 3.q.56.nume.2.& par.3.nume.212. † Nam Imperator, Reges, Principes, vel eorum officiales non debent Epiſcopis, & inquiſitoribus hæreſis directè, vel per indirectum reſiſtere ſub pœna excommunicationis, in qua ſi per annũ animo permanſerint, ex tunc velut hæretici condemnantur, d.c vt inquiſitionis.18. de hæreticis in 6. cum aliis mox
14 allegatis. † Immo debent illis aſſiſtere, opem ferre, brachium ſæculare requiſiti præſtare, præſtare, & carceres p cuſtodia carceratorum pro crimine hæreſis, vt in d.ca.18. vbi glo. Zenzel.& alii omnes, ſicut enim inquiſitores ea omnia pro auxilio eorum officii petere poſſunt, vt probat Calderin.de hæreticis, rubr.de pœnis hæreticorum, nume.11. ver.denique. Zanchinus de hæreticis, c.37.num.2. Squillacen.de fide Catholica, c.38.nume.1. Carer.de hæreticis, numero 93.& ſi delegatis ſine iſta facultate expreſsè conceſſa id negent nonnulli apud Eymeric. in Director. inquiſitor. parte 3.q.57.vbi Pegna, Rojas ſingul.97.nume.2. Ita & illi omnes in poteſtate ſæculari poſiti debent requiſiti ea omnia accommodare, d.c.vt inquiſitionis, vbi gloſſ.1. Gemin. num.2. Repertor. inquiſitor.in verbo Brachium ſæculare, ver.1. Simanch.in Enchiridion Violat.religionis, tit.66.de iudicibus ſæcularibus, num.2. Zanchinus de hæreticis, c.8. num.2. Et ſententias contra hæreticos per Inquiſitores latas, debent ſtatim, & indilatè exequi, traduntur enim damnati ſæcularibus poteſtatibus puniendi pœna condicta, d. c.vt inquiſitionis, §.vſque de hæreſi, §.prohibemus, de hæretic.in 6.vbi glo.& Doctores ibi. ſine mora exequenda, ita glo.& citati Doctores, Felin.in c.ad abolendam, numero 4. & 5.de hæreticis. Repertorium inquiſitor.in verbo excommunicare, & in verbo exequutio. Simanch. Catholicarum inſtitut.tit.36.de iudicibus ſæcularibus, num.3. & ſequen. & in Enchiridion Violat. religionis, titu.66.ead.rubric.numero 3. Squillacen.de fide Catholica, cap.44.num.1.in fine. Boſſius de hæreticis, num.35. Clarus in §.hæreſis, nume.4. ver.& ſcias. Rojas ſingul.107. Decianus tract. crimin. lib.5.
15 cap.25.num.2. † Sexta cauſa accuſationis, & inquiſitionis eſt, ſi in negocio fidei citatus, ob contumaciam fuerit excõmunicatus, & per annum in ea perſeuerauerit, c.cum contumacia 7. de hæreticis in 6. Nam excommunicatus propter contumaciam non reſpondendi ſuper hæreſi, de qua erat ſuſpectus, poſt annum damnatur, vt hæreticus, d.c.7. vbi glo. Zenzel. Geminian.in ſummario, & numero 3.& 6. Franchus in ſummario, & num.7 cap. vt inquiſitionis, ibi. quam ſi per annum eod.glo.in c.ſi aduerſus in verbo auxilium, & in cap.excommunicamus, il primo, in verbo condemnentur, de hæreticis, vbi Hoſtienſ.nume.2.& 4 6 & 7. Ioan.Andr.num.3. Boich.num.3. Butrius nume.7. Anchar. num.4. Socin.num.1. Archidiac.in cap accuſatus, num.1.& ibi Geminian.nume 2.de hæretic.in 6. Hoſtienſ.de ſumma Trinitate, & fide Catholica, num.19 vbi etiam Ioan And. num.26. Imola nume.11. Hoſtienſ.in ſumma de Hæreticis, §.qualiter, num.4. Calderinus de hæreticis rubric.2. de authoritate inquiſitor.num.5.& rubr.de iis, qui condemnantur, vt hæretici, num.1.& rubr.de iis, quæ pertinent ad executionem officii, nume.13. Afflictus in Conſtitut. Regni de hæreticis rubrica 1.num.31 & rubr.2.num.55. Menoch.de arbitrar.caſu 374.numer.10. Burſat.conſ 7.num.23. Rojas ſingul.2.num.4.& 5.& ſingular.60.nume.3. Decian.in tractat.crimin.lib.5.c.95.num.20.& num.24.& ca.38.num.8. Quod extenditur etiam ſi ob aliquam aliam cauſam quis per annum ſteterit in excommunicatione, Ioann.Andr.& Abbas in c.fin.de pœnis. Viuius opin.261.num.1. Quod poteſt exemplificari in iis, qui ſpretis Summorum Pontificũ Conſtitutionibus ſub pœna excommunicationis latis, illis non ſolum non obtemperant, ſed per ſtricta fronte factis obuiam eunt Decianus vbi ſupra lib.5.c.17.ver.25. Farinacius de hæreſi, quæſt.158.num.10.& 11.& in quæſt.187.numero 18.& ſequent. Nam contra illos vti de hæreſi ſuſpectos ſaltim eſt procedendum. Decianus, & Farinacius, vbi
16 ſupra, & ſupra lib.2.tit.9. num.7. † Septima cauſa ſi non credit Chriſtum verum Deum, & verum hominem fuiſſe, quia ſicut Chriſtus verus eſt Deus, ita verus eſt homo, ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens, ca.cum Chri-
17 ſtus.7.de hæreticis. † Octaua cauſa accuſationis, & inquiſitionis hæreſis eſt, ſi quis credat Chriſtum eiuſque diſcipulos nihil proprium habuiſſe. Extrauag. Ioan XXII.cum
18 inter.4.cum ſequent.de verborum ſignific. † Nona cauſa eſt ſi quis credat Sanctiſſimam Virginem Mariam matrẽ Chriſti in mortali peccato conceptam eſſe Extrauagant. commu. graue nimis.2. de reliquiis, & veneratio. Sanctor.
19 † Decima cauſa eſt, ſi quis memoriam Sanctorum contemnat, vel ea, quæ fiant in honores Sanctorum, & Martyrum
20 ſpernat, diſtinct. 30. c.ſi quis per. † Vndecima cauſa eſt, ſi quis domum Dei, & congregationes, quæ fiunt in ea, con-
21 temnat.d.diſtinct.30.c.ſi quis docet. † Duodecima cauſa eſt, ſi quis extra Eccleſiam priuatim concionetur, & Eccleſiaſticas ſanctiones contemnat, & Eccleſiam apud ſe ſine conſilio Epiſcopi agat, d.diſtinct.30.ca.ſi quis. Decimatertia cauſa eſt, ſi quis condemnandum credit eum, qui carnem manducat, præter ſanguinem, idolo immolatam, & ſuffocatam, d.diſtinct.30. ca.ſi quis carnem 13.vbi gloſſ.in
22 verbo immolatum, & Apoſtolico Canone 61. † Decimaquarta cauſa eſt, ſi quis iuſtitiam ex pallio, & veſtium æſtimet, & reprehendat, vel iudicet alios, qui birris viuunt, & alia veſte communi, quæ eſt in vſu, d diſtinct.30. ca.ſi quis
23 virorum. 15. cum ca.ſequen. † Decimaquinta cauſa eſt, ſi die Dominico ieiunauerit, dicta diſtinct.30.c.vlt.& de con
24 ſecrat.diſtinct.3. cap.ne quis. † Decimaſexta cauſa eſt, ſi quis non pro abſtinentia, ſed pro execratione ab eſu carnium abſtineat, d.c.vlt.§.fin. Apoſtolico Canone 50.& 52.
25 † Decimaſeptima cauſa eſt, ſi quis in coniugio poſitos contemnat, dicta diſtinct.30.c.ſi quis propter.4.ca.ſi quis. vel. 5.c.ſi quis nuptias, & diſtinct.31. c.ſi quis vituperat, & ca. quicumque, & dict.Canone 50. Decimaoctaua cauſa eſt, ſi quis ducat duas vxores, & ſi qua ducat duos maritos eodẽ tempore credens id fieri poſſe. Geminian.in ca.accuſatus, §.ſanè, num.7.de hæretic.in 6 Summa Roſella in verb. hæreticus, numer.6. Repertor.inquiſitor.in verbo hæreticus, Rojas ſingul.98 num.4. Simanch.Catholic.inſtit.tit.40. de matrimonio, nume.2. Squillacen.de fide Cathol.ca.15.numero 2. Menoch.de præſumpt.lib.5.præſumpt.6.numero 37. quibus pœnitentibus pœna eſt abiuratio de leui cum fuſtigatione ſi plebei fuerint. Simancha d.tit.40. num.6.& in Enchiridion titul.12.rubr.de nefariis nuptiis, numero 6.
26 † Decimanona cauſa eſt, ſi quis Simoniacus ſit, 24.q.3. ca. quidam.39.in princ. Simoniaci enim à Simone primi hære-
27 tici ſic nominantur. † Vnde conſtat ſimoniam hæreſim eſſe, vt probatur in d.c.39.& 1.q.1.c.inuentum, §.fin. cum c. ſequen.c.cum omnis, c.eos, qui, c placuit, §.ex illa, cap.quicumque, c.presbytero. addentes ad Hoſtienſ.in ſumma de hæreticis, §.quis dicatur, num.1. litera A. Goffred. in rubr. de hæreticis, nume.1.ver.quarto modo. Angelica in verbo

Hære-

Digitized by Google

Hæreticus, ver. item omnis ſimonia. Tabiena in verbo hæreticus, numer. 1. ver. ſecundo modo, Rayner. in ſumma in
in verbo hæreſis, c. 2. in fine, ver. quarto hæreticus. Repertor. inquiſitor. in verbo hæreticus, ver. immo ad hoc, &
28 ver. quinto modo, cum allegatis infra tit. ſequenti. † Vigeſima cauſa eſt, ſi quis neget Chriſtum. Apoſtolico Canone 61. ſed cauſa hæc declaratur in 11. q. 3. c. exiſtimant. 84. Nam ſi quis ſupplicij timore victus, atque terrore mortis perterritus ore quidem neget, corde verò Deum adoret hæreticus non eſt, de pœnitent. diſtinct. 1. ca. poteſt fieri, & talis creditur fuiſſe negatio Petri. Vigeſima prima cauſa eſt, ſi quis Chriſtianum ſe eſſe negauerit. 11. q. 3. ca. non ſo-
29 lum. 85. cum eadem declaratione. † Vigeſima ſecunda cauſa accuſationis, & inquiſitionis hæreſis eſt, ſi quis veritatem non liberè loquitur, vel defendit, quam liberè pronunciare, ac defendere oportet. Nam ſicut ſacerdos debitor eſt, vt veritatem, quam audiuit à Deo liberè prædicet, ſic laicus debitor eſt, vt veritatem, quam audiuit à ſacerdotibus probatã in ſcripturis defendat fiducialiter, quod ſi non fecerit proditor eſt veritatis. Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem, d. q. 3. ca. nolite 86. & Canone Apoſtolico 61. cum allegatis ſupra nu-
30 mero 4. † Vigeſima tertia cauſa eſt, ſi Epiſcopus hæredem hæreticum inſtituat, ſiue Paganum, ſiue conſanguineum, ſiue extraneum, ca. ſi quis. 5. de hæreticis. Vigeſima quarta cauſa eſt, ſi ſuſpectus de hæreſi, illam noluerit abiurare, de conſecrat. diſtinct. 2. c. ego Berengarius 42. c. excommunicamus 3. §. adijcimus, ver. ipſe autem Epiſcopus, & §. qui autem, ca. ad abolendam 5. §. qui verò, de hæreticis. Decianus tract. crimin. lib. 5. c. 47. num. 11. Sed & vltra dictas cauſas accuſationis, & inquiſitionis, & ſi pœnitentes non fuerint Eccleſiæ reconciliati, damnationis hæreticæ prauitatis, aliæ plures cauſæ, & hæreticorum ſectæ hæreſiumque ſpecies dinumerantur in l. Arrianum, l. Manicheos, vbi glo. & Doctores, C. de hæreticis in 24. q. 3. c. quidam autem, & multas excogitarunt, atque probarunt Decianus, & citati per eum longo ordine in tract. crimin. lib. 5. cap. 17. & 18 & poſt eum longiſſimo ordine Farinacius in tractatu de hæreſi, quæſt. 1. aliàs 178. ordinata ad præcedentes alias ſuas criminales quæſtiones, multas alias multorum, quos citat
31 authoritate profert. † Neque ex eo, quod quis mortuus ſit, cauſæ ſuſpicionis hæreſis ceſſabunt, quin contra eum accuſatio, inquiſitio, & ſi probatæ fuerint condemnatio,
32 ac memoriæ eius damnatio fieri poſſit, & debeat. † Quoniam hæretici etiam poſt mortem ſunt damnandi, 24. q. 2. c. ſanè. 6. ca. accuſatus 8 §. in eo verò, de hæreticis in 6. vbi glo. Geminian. l. Manicheos §. 2. C. de hæreticis, vbi gloſ. in verbo ſubire. Odofred. num. 1. Salicet. in ſummario, cap. ſi quis Epiſcopus, & ibi glo. in verbo, & poſt mortem, de hæreticis. Henricus Boich. num. 4. & 7. Anchar. numero 2. Butrius num. 7 glo. in c. filij, de hæreticis in 6. vbi Archidiaco. Geminian. num. 5. Francus nume. 3. Caldern. de hæreticis, rubr. de pœnis hæretic. poſt mortem, num. 1. Armilla in verbo hæreſis, Bellamera deciſ. 677. Clarus in § hæreſis, num. 19. Decianus lib. 5. tract. crimin. c. 57. num. 6. Repertor. in-
33 quiſitor. in verbo accuſatio. † Niſi non principaliter ob hæreſim mortuus accuſatur, ſed ob id, quia hæreticos recepit, defendit, vel eis fauit, d. cap. accuſatus. 8. §. ſi verò pro 15, ver. poriò ſi propter. Verum ſecus erit ſi poſtquam pœnitentia ei ob prædictas cauſas fuerit iniuncta illa non peracta, deceſſerit, d. §. ſi verò. Vel ſi Epiſcopus hæredem inſtituerit hæreticum, ca. ſi quis Epiſcopus 5. de hæreticis, vbi glo. Innocent. in fine, Henricus Boich, nume. 2. Butrius, Abbas Zabarella, Socin. in princip. Armilla in verbo hæreſis. Decianus lib. 5. c. 43. numer. 8. Quod extenditur ad omnes alios ſcienter inſtituentes hæredes hæreticos, Hoſtien. in d. c. ſi quis Epiſcopus, nume. 3. in verbo anathema, vbi etiam
34 alij omnes citati. † Ceſſabit tamen accuſatio, & inquiſitio, ſi reus pœnitentiam ſibi iniunctam agat, & ad fidem redeat, c. vt officium 11. §. ſi verò aliquis de hæreticis 6. & 23. q. 4. c. duo iſta l. inter claras, §. fina. C. de ſumma Trinitat. & fide Catholic. Clarus in §. hæreſis, nume. 8. & in §. fin. quæſt. 60. num. 21. Decianus in tractat. crimin. lib. 5. ca. 47. & 48. Purgatio enim tollit infamiam, & infamiæ effectum ex allegatis. Gabriel. in conſ 160. num. 11. & ſequen. lib. 1. per text. in ca. illud, diſtinct. 23. Quod idem erit ſi per viam gratiæ, ſeu diſpenſationis abſolutus à Papa iniunctã pœnitentiam adimpleuerit, Decius in conſ. 137. Paris in conſilio 1. lib. 4. Repertor. inquiſitor. & ibi addentes litera E. in verbo abſolutio. Iam enim conſtat ex deductis in titu. præcedenti, ver. non obſtat. hanc ſanctiſſimam accuſationem, & inquiſitionem inſtitutam eſſe ad trahendos malos ad
35 bonum, ideo cum venerint ceſſabit, vt probatum eſt. † Verum ſi reus antea hæreſim abiurauerit, vel proprij Antiſtitis examinatione ſe purgauerit, poſteaque in hæreſim eandem, vel aliam ſit relapſus, non ceſſabit, ſed in ea procedetur vſque ad condemnationem relinquendo illos damnatos ſæculari iudicio plectendos ſine vlla penitus mora audientiæ, ca. ad abolendam. 9. §. illos quoque, vbi gloſ. in verbo audientia, de hæreticis, cap. excommunicamus. 15. §. damnati, vbi glo in verbo puniendi, eod. titu. Decianus, vbi
36 ſupra, c. 56. num. 7. cum allegatis ſupra ſub num. 14. † Planè hoc caſu ſæculari iudicio ad vltimum ſupplicium damnatis traditis ſacramentum pœnitentiæ, & Euchariſtiæ nõ denegatur, c. ſuper eo. 4. de hæretic in 6. multo minus denegandum eſt alijs pro alijs minoribus criminibus damnatis,
37 vt alibi dictum fuit. † Si verò hæreſim non abiurauerint, nec cautionem præſtiterint de ea non reiteranda, reuertentes ad pœnitentiam ſalutarem recipientur, d. c. ad abolendam. 9. §. præſenti, ver. niſi continuò, & 1 q. 7. c. conuenientibus, c. item Baſilius, c. ſi qui voluerint, c. quoties, ca. ſaluberrimum, c. ſi quis Epiſcopus 26. q. 6. c. his, qui in tempore, §. fin. vbi datur forma illos abſoluendi, de qua etiam a-
38 pud Decianum lib. 5. tract. crimin. c. 47. & 48. † Notãdum etiam eſt, quod reus huius criminis, quantumuis priuilegiatus, vel indulgentijs fultus, vel ex capite innocentiæ forſan abſolutus, non ideo hanc ſanctam accuſationem, & inquiſitionem poterit euitare, quoniam à iuriſdictione Inquiſitorum quiſquam vllo priuilegio, vel indulgentia, ſeu abſolutione eſt immunis, cap. vt officium. 11. §. denique, de hæreticis in 6 Eymeric. in Directori. inquiſitor. parte 3. rubric. de forma abſoluendi delatum, num. 143. & ibi Pegna, Comment. 37. litera C. Scacc. de iudic. cauſ. ciuil. crimin. & hæreticali c. 95. nume. 1. Præterea in hoc iudicio accuſatus, vel inquiſitus, ad declinandos Inquiſitores non poteſt excipere de pendentia litis apud alium iudicem, ca. per hoc. 17. de hæreticis in 6. Clement. 1. §. propter, quod, eod. titul, & reus ille, qui ab alio ſeductus patitur corrigi, hæreticus
39 non dicitur. 24. quæſt. 3. c. dixit. 29. §. ſed qui ſuam. † Dirigitur etiam accuſatio, & inquiſitio propoſita aduerſus credentes hæreticorum doctrinis, cap. excommunicamus 13. §. fin. de hæreticis, ca. quicumque 2. §. hæretici, cap. officium. 11. in princ. eod. tit. in 6. Simanch. Catholic. inſtitut. titul. 15. de credentibus, &c. nume. 1. & ſequen. Pegna in addit. ad Eymeric in Directorio inquiſitor. par. 2. q. 50. Comment. 75. ver. primo. Hinc eſt, quod audientes pluries conciones hæreticorum videntur eas approbare, illis credere, & vt ſuſpecti inquiri poſſe, & debere. Secundum Calder. in tract. de hæreticis rubr. de hæreticis credentibus, nume. 13. Ioan. de Anania in d. c. excommunicamus, §. credentes, num 11. Felin. num. 3. Repertor inquiſitor. in verbo audiẽs ver. 1. & in verbo credentes, ver. ſed ponamus, Decianus libro 5. tract. crimin. ca. 18. ver. 6. Immo adeuntes hæreticos diſcendi cauſa, ſed non diſcentes, nec tentantes ea, quæ hæretici docent, de iure ciuili decem librarum auri fiſco, vel veris Eccleſiæ plectuntur, l. quicumque, §. eos verò, C. de hæreticis, vbi glo. in verbo fiſco, & Azo ibi, numer. 9. & 14. Hoſtien. in ſumma, §. qua pœna, eod. titu. Decianus vbi ſupra, c. 18. ver. item, qui acceſſit. Nauarrus conſ. 10. nume. 1. de hæreticis lib. 5. Qui verò ea, quæ docent diſcunt, & ſeruant, de iure ciuili deportantur, ſecundum glo. in d. l. quicumque, §. quod ſi, in verbo damnentur, C. de hæreticis, ſed verius vt hæretici ſunt puniendi. Culpa enim ſimilis eſt tam prohibita diſcere, quam docere, l. culpa, C. de maleficis, & mathemat. & ita voluit gloſſ. in c. excommunicamus il ſecondo, in verbo puniuntur, de hæreticis, vbi Hoſtien. num. 1. Butrius, num. 9. Hoſtien. in ſumma de hæreticis §. qua pœna, num. 8. ver. item dicit lex. Dirigitur etiam accuſatio, & inquiſitio hæc contra receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum, d. c. 13. §. credentes, & dict. §. hæretici. & d. c. vt officiũ 11. in princ c. accuſatus. 8. §. ſacerdotes, de hæreticis. Doctores in d. §. credentes, videlicet Hoſtien. num. 19 Ioan. Andr. num. 14. & 15. Butr. num. 1. Socin. num. 13 Ioan. de Anania, num. 3. Caret. de hæreticis, nume. 175. Decianus lib. 5. tract. crimin. cap. 51. num. 79. Quorum precipua pœna eſt excommunicatio, vt paulo ſuperius dictum

ctum fuit, & ex multis probat Eymeric. in Directorio inquiſitor.par.3.q.122.& ibi Pegna Comment.171. In qua ſi perſtiterint per annum reputantur hæretici,& vt hæretici condemnantur,d.c.excommunicamus il primo,d.§.credẽtes,de hæreticis,d.c.vt inquiſitionis,§.prohibemus,de hæretic.in 6.Hoſtien.in ſumma,de hæreticis,§.qualiter.num.5.Eymeric.vbi ſupra,q.53.num.5. Ipſo iure laici fiunt infames,nec ad publica officia admittuntur,authen.credentes,ibi,vel fouere,& ibi hæreticurum fautores,C.de hæreticis,c.ſicut,eod.tit.vbi Buttius,num.1. Abbas,Zabarella, & Ioan.de Anania,Decianus,vbi ſupra,cap.51.num.45.& Clerici omni officio, ac beneficio priuantur, Ghirland. de hæreticis,q.9.nume.1. Dirigitur etiam contra Aduocatos, & procuratores hæreticorum, ſunt enim in pari cauſa cũ illorum defenſoribus, & ideo, & contra iſtos, ſicut contra illos dirigitur per allegatos,& vt dicit Soarez A.95. Clarus in §.hæreſis,num.19.& ſupra lib 1.tit 15.Verum in diſputatione,an reus ſit inquerendus conceduntur Aduocati. Simanch.Catholic.inſtit.tit.65 rubr.de tormentis, nume.16.& 17.& in Enchiridion Violat.religionis,titu.52.ead.rubr. nume.9.In omni enim crimine etiam hæreſis non ſunt denegandæ defenſiones accuſatis, & inquiſitis, Abbas antiquus in d.c.excommunicamus,il primo,nume.2. de hæreticis,Caldet.in tract.de hæreticis rubr.de materia proceſſuum,num.3.Simanch. Catholic.inſtitut.tit.17. rubric.de probationibus,numer.8.& in Enchiridion Violatæ religio.tit.33.rubr.de accuſatione,num.5.Repertor.inquiſitor. in verbo citatio,& in verbo copia,& in verbo defenſores. Carer.de hæreticis,num.82.Paris conſ.2.nume.172.lib.4.Boſſius de hæreticis,nume.9. Niſi hæreſis eſſet notoria.Carer.vbi ſupra num.131.Decianus lib.5.tract,crimin. ca.36.numero 4.ver.ſexto.Farinac.quæſt.crimin.quæſt.21.num.77.& ſequent. Vel niſi fortè reus vellet probare aliquam ſpeciem hæreſis,quæ hæreſis verè eſt,non eſſe hæreſim,vt per mox citatos,& vt per Hoſtien. in c.ſi aduerſus,nume.1.de hæreticis,& ibi Boich.num.3. Carer. vbi ſupra numer.19. Oldradus in conſ.220.Dirigitur etiam accuſatio,& inquiſitio hæc contra communicantes cum hæreticis,vt 24.q.1.c.didicimus,§ inuenimus,c.ſchiſma,& q.3.c.dixit in princip.& c.excommunicamus 13.§.ſi quis autem tales, de hæreticis.Item & contra magiſtratus,qui nec iuuare,nec ſeruare volunt Conſtitutiones in hæreticos promulgatas, ca. ad abolendam.9.§.ſtatuimus,d.c.excommunicamus.13.§.moneantur,& ibi gl.& Doctor.de hæreticis, c.vt officium 11.§.ſtatuimus,eod.tit.in 6. Item dirigitur etiam contra illos,qui cum poſſint retinere,ne quis fiat hæreticus,vel hæreticum factum in viam reuocare,hoc non faciant. Errare enim in fide conuincitur, qui alios errantes cum poteſt,ab errore non reuocat,c.qui alios.2.vbi glo.& Doctor. de hæretic.& 23.q.3.c.oſtendit Propheta,c.vlt.& ibi glo.& omnes Doctores. Nam vt dixit Seneca. Qui non vetat pecca-
40 re,cum poſſit,iubet. † Iudex verò huius accuſationis, & inquiſitionis competens eſt Eccleſiaſticus,non laicus: laici enim de hoc crimine accuſationes recipere, & inquiſitiones ex officio formare prohibentur, c.vt inquiſitionis.18.§.prohibemus,de hæreticis in 6. Villalo.H.42.Clarus in § hæreſis,num.4.& 6.Papa enim ſimulatque electus eſt ad Pontificatum iure diuino in hæreticos iuriſdictionem,ac poteſtatem accipit, ideoque ipſe non ſolum in crimine hæreſis eſt iudex,ſed & etiam ſuper omnes alios iudices eminet,& omnis aliorum iudicum iuriſdictio à poteſtate Papæ originem ducit,vt per Conrad.Brun.Simanch. Arnal.& alios quos citat Pegna in addit. ad Eymeric.in Director. inquiſitor.par.3.q.1.Comment.50.ver.1.Læl.Zecch. in ſumma, par.1.tit.de fide rubr.de hæreſi,c.11.nu.13. Ideoque quando dubitatur, an hæreſis ſit, vel non ſit, id ſolus Papa cognoſcit,& iudicat,vt 24.q.1.c.quoties, vbi glo.in verbo fidei,& diſtinct.17.c.multis,§.ſi verò, Innocent. in c.ad abolendam,nume.2.de hæretic.vbi etiam Hoſtien.numero 2. Ioan.Andr.num.3.Buttrius,num.13.Abbas,num.3. Marianus Socin.num.2.Felin.nume.2.Zabarel numero 2.Diuus Thomas 2.2.quæſt.11.artic.2.ver.ad tertium,cum allegatis ſupra tit.13.num.5. Cautius tamen eſt,quando articulus aliquis valdè dubius eſt,conuocare,& congregare generale Concilium, & ab eo dubij reſolutionem exquirere exemplo Apoſtolorum Actu 15. Quando inſurrexit hæreſis illorum, qui dicebant legem Moyſi ſimul cum Euangelio obſeruandam. Conuenerunt enim Hieroſolymis videre de verbo hoc. Sic enim in arduis, & quæ fidem concernunt conſueuerunt Summi Pontifices generale conuocare Concilium, vt diſtinct. 50.c.de eo, diſtinct.96.ca.benè quidem, & 35 q.5.c.ad ſedem,q.9.ca.quod quis.Repertor.inquiſitor.in verbo Concilium,ver.quando. Simanch Catholica inſtit.tit.54.rub.de propoſitionum qualitate,num.20.Decianus lib 5 tract:crimin.c.21.num.3. Tholoſanus noſter. in Syntagma iuris lib.33 c.7 de hæreticorum iudicijs, nu-
41 mero 3.Ioan.Azor in ſumma par.2.lib.5.ca.5. † Regulariter verò Epiſcopus loci eſt competens iudex huius criminis,& ſi iuriſdictio alijs à Papa ſit delegata,ca.per hoc,de hæreticis in 6.vbi Ioan.Monach.nume.3.& ſequen.Ioann.Andr.num.3.Geminian.num.3.Carer.de hæreticis,numero 66.& 67.Boſſius de hæretic.num.11.Clarus in §.hæreſis, num.6.Per hoc enim, quod negocium hæreticæ prauitatis alicui, vel aliquibus ab Apoſtolica Sede generaliter in aliqua Prouincia,Ciuitate,vel diœceſi delegatur: Diœceſanis Epiſcopis, quin & ipſi authoritate ordinaria, vel delegata (ſi habent) in eodem procedere valeant non denegatur, nec derogatur,Clement.1.de hæreticis, § 1.& cap per hoc 17.eod.tit.in 6.Decianus lib.5.tract crimin.c.21.numer.4.
42 & per totum, & ca.25. † Verum,vt dictum inquiſitionis officium melius, vtiliuſque procedat, conceditur, quod per Epiſcopos ipſos, vt huius criminis ordinarios iudices, ſecundum Hoſtien.in c ad abolendam,nume.2.de hæreticis,Ioan.Andr.num.3.Anchar.num.2.Butr.num.13.Felin. num.2.Anania,num.5.& per inquiſitores de facto eodem inquiri valeat communiter,vel diuiſim, & ſi diuiſim proceſſerint, teneantur ſibi inuicem communicare proceſſus; vt per hoc poſſit melius veritas inueniri: & niſi hoc inquiſitores in ſententiæ prolatione diœceſanis,vel è contra duxerint deferendum, per vtroſque ſimul ſententia profera tur: in qua ferenda ſi non conuenerint, per vtroſque ſufficienter negocium inſtructum ad Sedem Apoſtolicam remittitur,ca.per hoc.17.de hæreticis in 6.Clement.1.§.pro-
43 pter, quod, eod.tit. † Neque aliquod priuilegium,vel indultum quemquam eximit ab Epiſcopi, vel inquiſitoris Apoſtolici ordinaria,vel delegata iuriſdictione.ca.ad abolendam.9.§.fin.de hæreticis,vbi gloſſ.Abbas antiquus,numero 4.Hoſtien.num.11.Ioan.Andr.num 14. Boich.numero 24.Buttius,num.12.& 27.Abbas, num.1.3.8.& 15. Marian.Socin.num.2.Felin.in fine,num.3. glo.in c.per hoc de hæreticis in 6.vbi Archidiac.Geminian.num.2. Franch.numero 2 Repertor.inquiſitor.in verbo Delegatus, ver.nota quod Epiſcopus,& in verbo Epiſcopus. Simanch.Catholic.inſtit.tit.25 rubr.de Epiſcopis, num.6. Carer.de hæreticis,num.65.Decianus lib.5.tract.crimin.c.21.num.4.& ca
44 22.numer.14. per totum. † Epiſcopus verò, qui non dum quadrageſimum annum ſit ingreſſus iuriſdictionem hanc exercere non valet, Clement.2. in principio. de hæreticis.
45 † Hoc idem procedit in alijs inquiſitoribus à Papa depu-
46 tatis,d.Clement.2. † Verum ſi Epiſcopus,vel alius Prælatus ſit hæreſis reus, hoc enim caſu ad Papam ſpectat cognitio,cap.inquiſitores.16.de hæreticis in 6.& ita decernit Concilium Tridentinum in ſeſſ.24.ca.cauſæ criminales. Si contingat Papam errare in his, quæ fidei ſunt, & hæreticus fieri,ſtatim deſinit eſſe Papa, cum hæreticus non ſit de corpore Eccleſiæ,glo.in c.Acatius 24.q.1. diſtinct.40.ca.ſi Papa,c.in fidei,de hæretic.in 6.& 7.q.5.c.Nouatianus. Diuus Thomas 2.2.q.39. artic.3. cum alijs citatis per Cardinal.Bellarminium lib.2.de Summo Pontifice,c.30. per totum. Ne iuxta dictum Domini Lucæ 22. fides Petri deficiat in ſucceſſoribus ſuis. Papa enim, qui in hæreſim labitur minor ſit quocunque fideli, vt dicit glo.in d.c.Acatius. Diuus Thoma in 4.diſtinct.19.& 24.q.1.c.audiuimus,cap. omnis,qui.c.didicimus,& ideo glo.in c.1.de ſchiſma. dicit ſuper ver.careant firmitate,quod dum Eccleſia Paſtorem habet hæreticum, vel ſchiſmaticum intelligitur vacare, quid autem ſit agendum latè docet Bellarminius, vbi ſupra,Decianus lib.5.tract.crimin:c.52.num.1 & ſequent.& ſi fortè occultus hæreticus ſit,& ſi ſedes non poſſit dici vacare coram hominibus,dicitur tamen vacare coram Deo, ita cecinit Dantes in perſona Sancti Petri indignati de hac re in Paradiſo Cantilena 27.ibi.

Quegli ch'vſurpa in terra il luogo mio,
Il luogo mio, il luogo mio, che vaca
Nella preſenza del figliuol di Dio.

Intellexit enim Dantes de Papa hæretico, ſeu ſchiſmatico,

tam

tam manifeſto, quàm occulto, cum in terris à nemine, niſi
à ſeipſo poſſit iudicari, ſed iudicabitur à Deo, vt dictum
eſt in titul. 13. & de hac re multa dicit Decianus, vbi ſupra
c. 52. & c. 61. & ſequen. ſi contingat Imperatorem, vel alios
Principes, ſeu Respublicas incidere in crimen hæreſis, vel
ſchiſmatis Papa eos deponit. Decianus, vbi ſupra capit. 67.
num. 21. deponit etiam Cardinales, Patriarchas, Archiepi-
ſcopos, Epiſcopos, & omnes alios in quacumque dignita-
te conſtitutos, vt per Decianum in d. cap. 67 & præceden.
& ſequen. vt probatum fuit ſupra lib. 1. tit. 9. num. 4. & tit.
13. nume. 11. & probat Cardinalis Bellarminius libro 2. de
47 Summo Pontifice, c. 18. & ſequen. & ca. 26. & ſequen. † De
reis huius criminis incarcerandis, & diligenter cuſtodien-
dis, quod quilibet de prædictis iudicibus ſine alio poſſit ci
tare, & arreſtare, ſiue capere, ac tutè cuſtodire, mancipa-
re, ponendo etiam in compedibus, vel manicis ferreis ſi ei
viſum fuerit faciendum, ſuper quo ipſius conſcientia one-
ratur, Clement. 1. §. propter, quod, ver. ſic, quod quilibet,
48 de hæreticis. † Circa muros, vel carceres, ipſorum claues,
cuſtodes, & cuſtodum miniſtros prouidendos diſponitur
49 in d. Clement. 1. §. ſanè. † Circa cuſtodum, & eorum mini-
ſtrorum, notariorum, & aliorum officialium iuramentum
diſponitur, quod coram Epiſcopo, vel Capitulo ſede vacan
te, & inquiſitore prædictis, vel ſubſtitutis ab eis antequam
ſuum officium exequantur debeant iurare ad Sancta Dei
Euangelia corporaliter à ſe tacta, quod in cuſtodia immu
ratorum, & aliorum pro crimine hæreſis in ſua cuſtodia
poſitorum, & ponendorum, omnem diligentiam, & ſolli-
citudinem, quam poterunt fideliter adhibebunt. Et quod
alicui carcerato nihil vnus ſecreto loquetur, quin hoc au-
diat alter cuſtos, & quod prouiſionem, quam incarcerati
recipiunt ex ordinatione communi, & illud, quod à paren
ribus, & amicis, vel alijs perſonis fidelibus offeretur eiſ-
dem (niſi Epiſcopi, & inquiſitoris, vel ſuorum Commiſſa-
riorum ordinatio refragetur) ipſis fideliter, & abſque dimi
nutione aliqua miniſtrabunt, nec in his fraudem aliquam
adhibebunt. Et idem iuramentum coram eiſdem perſo-
nis miniſtri cuſtodum, prius quam ſuum exerceant officiũ
exhibebunt. Et quia ſæpè contingit, Epiſcopos proprios ha
bere carceres, ſibi, & dictis inquiſitoribus non communes,
& cuſtodes. Debent dictorum carcerum Epiſcopalium cu-
ſtodes ipſi hoc idem iuramentum coram inquiſitoribus,
vel ſubſtitutis ab eis præſtare. Notarij verò quoque inqui
ſitionis coram Epiſcopo, & inquiſitore, vel ſubſtitutis ab
eis iurabunt ſuum officium fideliter exercere. Et idem
fieri de alijs perſonis neceſſarijs ad dictum officium exe-
50 quendum, dict. Clement. 1. §. porrò, de hæreticis. † Mo-
dus autem, & forma procedendi in crimine hæreſis iudi-
cibus præſcribitur in dict. Clement. 1. §. propter, de hære-
ticis, & in ca. per hoc. 12. de hæretic. in 6. & in Extrauagan.
commu. 1. eodem tit. & apud Clarum in §. hæreſis, nume-
ro 6. apud Decianum lib. 5. tract. crimin. c. 27. 28. & ſequen.
Et inter cætera præcipitur, quod in illo procedant omni
carnali amore odio, vel timore, ac cuiuslibet commodi tẽ-
poralis affectione ſepoſitis, d. §. propter, ver. omni, &c. De-
51 cianus vbi ſupra, libro quinto, cap. 24. in principio. † Du-
ro tamen tradere carceri, ſiue arcto, qui magis ad pœnam,
quam ad cuſtodiam videatur, vel tormentis exponere il-
los, aut ad ſententiam procedere contra eos Epiſcopus ſi-
ne inquiſitore, aut inquiſitor ſine diœceſano, aut eius offi-
ciali, vel Epiſcopali ſede vacante Capituli ſuper hoc dele-
gato. Si ſui ad inuicem copiam habere valeant, intra octo
dierum ſpacium, poſtquam ſe inuicem requiſierint, non
valebit, & ſi ſecus præſumptum fuerit, nullum ſit, & irri-
tum ipſo iure, dicto §. propter, quod, ver. Duro tamen. Poſ
ſe autem in pœnam duri, ac perpetui carceris damnari nõ
dubitatur, vt per gloſ. in capit. ad abolendam in verbo au-
dientia, de hæreticis, vbi Hoſtien. num. 5. & 6. Innocent. in
c. excommunicamus, il primo, num. 1. vbi etiam, Hoſtienſ.
num. 1. eod. tit. & in c. excommunicamus, il ſecondo, §. fin.
eod. tit. vbi glo. Hoſtien. num. 1. Butr. nume. 4. & 10. Abbas,
num. 1. Socin. & Anania, num. 3. Rota in antiquis de hæreti
cis, deciſ. 1. Decianus vbi ſupra, c. 42. num. 8. Clarus in §. hæ-
52 reſis, nume. 7. † Sed & quod de plano, & abſque aduoca-
torum, ac iudiciorum ſtrepitu, & figura procedatur, &
quod non publicentur dicta, nec nomina teſtium, ſi peri-
culum aliquod in damnum ipſorum teſtium timeatur,
quo ceſſante fiat, vt in alijs iudicijs expreſsè decernitur in
c. ſtatuta. 20. de hæreticis in 6. Decianus, vbi ſupra, cap. 34.
& 35. poſt glo. in d. cap. 20. Ioan. Monach. in princ. Archi-
diac. Gemin. & alios Calder. de hæreticis rubr. de materia
proceſſuum, num. 1. & 8. Carer. eod. tract. nume. 93. Rojas
ſingul. 145. Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. crimi. & hæretic. ca.
52. nume. 2. Verumtamen pro hoc crimine detegendo non
ſolum adhibentur omnes ſuſpiciones, coniecturæ, præſum
ptiones, & cuiuſcumque generis probationes, vt latè patet
apud Farinacium poſt alios in tractatu de hæreſi, quæſtio.
187. §. 1. & ſequentibus per totam quæſtionem. ſed & prin-
cipaliter examinantur teſtes pro illo probando, ca. vt offi-
cium, §. verum, & c. accuſatus, §. licet de hæreticis in 6. cap.
cum ad ſedem, §. nos prioris, vbi gloſſ. de teſtibus. Maſcar-
dus lib. 2. de probationibus concluſ. 855. numero 1. Sed in
illis examinandis adhibenda eſt præſentia duorum, qui-
bus præſentibus dicta teſtium ſunt conſcribenda per No-
tarium Clericum, vel Monachum, qui in ſæculo fuit Nota-
rius, d. c. vt officium, §. verum, quia de hæretic. in 6. Decia-
53 nus in dict. cap. 35. numero 4. † Neque refert, quod teſtes
ſint excommunicati, vel criminis ſocij, vel etiam periuri,
quoniam & per iſtos probatur hæreſis, cap. in fidei. 5. cap.
accuſatus 8. §. licet eodem tit. in 6. glo. in dict cap. 5. Gemi-
nian. nume. 1. Franchus, numero 1. Repertor. inquiſitor. in
verbo exceptiones. Pariſ. conſilio 2. numero 53. libro 4. De-
cianus lib. 5. tract. crimin. cap. 35. nume. 1. Rojas ſingul. 50.
ſingul. 188. ſingul. 190. ſingul. 84. Maſcardus de probatio-
nib. libro 2. concluſ. 8. numero 1. & ſequent. Rojas ſingul.
194. Quod in periuris procedet, ſi ex manifeſtis indicijs ap
paruerit non animi leuitate, aut odij fomite, ſeu corruptio
ne pecuniæ, ſed zelo fidei Orthodoxæ dictum ſuum pro-
tuliſſe, d. §. licet in fine, vbi glo. Archidiacon. num. 4. Gemi-
nianus, num. 4. Summa Roſella in verbo Hæreticus, nume.
31. Sylueſtri. in eodem verbo, §. 2. num. 6. Decianus, vbi ſu-
pra, c. 35. num. 3. & 14. Maſcardus de probationib. lib. 2. con
cluſ. 857. num. 6. Rojas ſingul. 193 nu. 4. Martinus del Rio
diſquiſitionum magicarum lib. 5. ſect. 5. in fine, ver. vno ta
54 men caſu. † Sed abſque alia probatione citatus contuma-
citer abſens condemnatur pro hæretico, ca. cum contuma-
ciam. 7. de hæreticis in 6. Archidiacon. in c. vt commiſſi, nu-
mero 3. Ioan. Andr. num. 3. Franch. num. 2. de hæretic. in 6.
Summa Sylueſt. in verbo Hæreticus, §. 2. num. 1. ver. quar-
tum contra abſentes Calderin. in tract. de hæretic. rubr. de
ijs, quæ pertinent ad executionem officij, nu. 13. 15. & 16. Si-
manch. Catholic. inſtit. tit. 2. rub. de abſentibus, nu. 1. & ſe-
quent. Carer. in tract. de hæretic. nu. 112. & 118. Decian. li-
bro 5. tract. crimin. c. 20. nu. 19. & c. 27. nu. 7. & ca. 32. nu. 10.
Formam autem procedendi contra contumaces tradunt
Archid. in c. vt commiſſi, de hæretic. in 6 & ibi Geminian.
in verbo, & contra illos, ver. quæro, quomodo procedatur
Vmbert. Locat. in iudicial. inquiſit. in verbo citatio, nu. 14.
ver. tu dic. & ſi adhuc excommunicationem per annũ ſub-
ſtinuerit, vt hæreticus condemnatur, iuxta tex. in d. c. vt cõ
tumaciam. 7. de hæretic. in 6. & vt ſuperius dictum, atque
55 probatum fuit in cauſis accuſationis. † Si decumbens in-
firmus petat hæreticos ſe conſolaturos, præſumitur ex eo
hæreticus, contra quam præſumptionem, ſi deceſſerit, non
admittitur probatio in contrarium, cum certis declaratio-
nibus, de quibus in c. filij. 3. vbi glo. & Doctores de hæreti-
56 cis in 6. † Inquiſitores verò ſimul, vel ſeparatim, vt dictũ
eſt cognoſcere poſſunt ſeruatis aliquibus traditis in d. cap.
57 vt officium, poſſunt cõpeſcere reſiſtentes eorũ officio, d.
c. vt officiũ, §. compeſcendi, de hæreticis. in 6. † Poſſunt e-
tiam pro auxilio, conſilio, & fauore in virtute ſanctæ obe-
dientiæ conuocare peritos quoslibet, Clerum, & populum
Ciuitatũ, & Caſtrorũ aliorũque locorũ, prout negocio fi-
dei viderint expedire, & alia plura, de quibus ſupra, & in
58 c. vt commiſſa 12. de hæreticis in 6. † Verumtamen pote-
ſtate ſua non debent abuti ſub pœna excommunicationis,
à qua non poſſunt abſolui præterquam in mortis articu-
lo. Clem. nolentes. 2. eod. tit. & in Clem. 1. in princ. §. verum
eod. tit. aliæ ſtatuũtur pœnæ contra inquiſitores, & eorum
ſubſtitutos, qui in committendo, vel in omittendo deficiũt
in officio. Nemo enim ab iſta excommunicatione, præter-
quam in articulo mortis, poteſt eos abſoluere, niſi Roma-
nus Pontifex, d. §. verum, vbi glo. in verbo mortis, & in ver-
bo tunc. Imola num. 18. Vitalinus numero 167. & ſequent.
Zabarella, numero 3. & 4. & num. 9. Calderin. in tractat. de
hæreticis, rubr. Inquiſitores malitioſè exercentes, numer. 1.

Digitized by Google

Simanch.Cathol.inſtit.titu.34.de inquiſitoribus Apoſtoli-
cis,numero 40. Decianus libro 5.tract.crimin.ca.24.per to-
59 tum. † Præterea alias cauſas, quam ad hæreſim pertinen-
tes agere,atque cognoſcere prohibentur,ca accuſatus.8.§.
ſanè. de hæreticis in 6. & in pertinentibus ad hæreſim,ſi-
cut,vt dictum eſt poſſunt ab omnibus auxilium opportu-
num inuocare, ita & omnes etiam magiſtratus ſæculares
debent eis eſſe adiumento,c.vt inquiſitionis.18.de hære-
ticis in 6.Decianus,vbi ſupra lib.5.ca.42.per totum,& ſe-
quentibus. In punienda verò hæreſi obſeruandum ab eiſ-
dem iudicibus eſt, quod varia crimina varijs ſunt pœnis af
60 ficienda. † Nam idololatria gladio punita eſt. Exuſtio li-
61 bri,bellica cæde,& peregrina captiuitate. † Schiſma hiatu
terræ ſepultis authoribus viuis, & cæteris cœleſti igne con
ſumptis. Quis iam dubitauerit hoc eſſe ſceleratius com-
miſſum,quod eſt grauius vindicatum? nemo certè, ideo-
que ſchiſma grauius punitur,quam hæreſis 24.q.1.ca.non
afferamus. a. de varijs diuerſarum hæreſum pœnis,tradit
Decianus,vbi ſupra num.4.& ſequen.de quibus latè Fari-
62 nacius de hæreſi,quæſt.182.& 183.& ſequen. † Sed & re-
ligioſi ex eodem crimine grauius ſunt puniendi,quam ſæ-
63 culares,c.accuſatus.8.§.fin.in fine, de hæreticis in 6. † Ve-
rum tamen vltimo ſupplicio hæretici afficiendi non ſunt,
ſed ad fidem exemplo, exhortationibus, concionibus tra-
hendi,vt dictum eſt. Nam vltimi ſupplicij pœna pro quo-
cumque crimine illicita reputatur in ſacris Canonibus, vt
23.q.5.in princ.c.1.& quæſt.4.ca.vltimo,§.fin. Mali enim
prohibendi ſunt à malo, & cogendi ad bonum, d.cap.vlt.
& d.quæſt.5.cap.pœna,cap.vnum, ca.prodeſt,cap.reos in
principio. Verum enim verò ſi tanta eſt peruerſitas, & im-
pietas, vt,omnibus remedijs adhibitis, ad bonum trahi nõ
poſſint, tunc ſunt vltimo ſupplicio afficiendi, dict. quæſt.
5.cap.reos.7.§.hinc apparet.24.quæſt.1.cap.afferamus at,
64 † Hinc eſt, quod qui poſt abiurationem relapſi ſunt in
eandem,vel aliam hæreſim grauius vltimo ſupplicio pu-
niuntur per iudices ſæculares, in quorum manibus relin-
quantur,vt dictum eſt,& probatur in cap.ad abolendam,
de hæreticis,vbi Butrius,num.22.Abbas,num.11.Socin.nu
mero 15.Ioan.de Anania,num.19.Canoniſtæ omnes in ca.
2.de hæreticis in 6.vbi Archidiacon.numero 1.Ioan.Andr.
num.2.Geminian.num.5. Zanch.in tract. de hæreticis,ca.
33.& ibi Campeg.in addit. Tholoſanus noſter.in Syntag-
ma iuris libro 33.cap.6.num.4.& ſequent. Decian.libro 5.
tract.crimin.c.40.& eſt text.in l.Arriani,§.Manichei ibi. &
vltimo ſupplicio tradendi,C.de hæreticis. Quod idem di-
cendum eſt de impœnitentibus,dict.§.Manichei, & l.qui-
cumque,§.eos verò,C.eod.l.vbicumque,& l.ſequen.l.Ma-
nichei,C.eodem. Hoſtien.in dict.cap.ad abolendam,num.
7.ver.lex etiam humana,Boich.numero 19.Ancharan.nu-
mero 7.Butrius,num.17.Abbas,numero 13.Zabarel.nume
ro 8.Anania,num.7. Didacus variarum reſolut. libro 2.ca.
10.numero 10.Menoch. de arbitrarijs caſu 374 numero 1.
Tholoſanus,vbi ſupra,cap.8.nu.20. Qui quidem igni com
buruntur,vt notant omnes in dict.cap.ad abolendam,Ho
ſtien.numero 7.Boich.num.19.Anchar.num.7. Butrius,nu
mero 17.Abbas,num.2.Zabarella,num.8.Anania,nume.7.
Summa Armilla in verbo Hæreſis, numer.12. Angelica in
verbo Hæreticus,num.16.Caterius de hæreticis,nume.181.
Didacus variar.reſolut.lib.2.c.10.Rojas ſingul.91. Roland.
conſ.75.numer.5.lib.3. Menochius de arbitrarijs caſu 374.
Decianus lib.5.tract.crimin.c.42.nume.4 & quidem Viui.
vt in Repertor.inquiſitor.in verbo Comburi,ver.primo.
Afflict.in Conſtit.Regni.de hæreticis,rubr.1.nume.1.37.&
40 Simanch.Cathol.inſtit.tit.46.rubr.de pœnis,nume.49.
Quæ pœna non eſt imponenda pœnitentibus relapſis, vt
ipſe ibi declarat, & in Enchirid on Violat.religio.titul.67.
rubrica de pœnis,numero 11.Baiardus ad Clarum in §.hæ
reſis,num.15.Ioannes Roja tract.de hæreticis par.2.num.
360.& ſequen. Verum ſi contra eos affuit tantum leuis præ
ſumptio,quando abiurarunt de leui ipſa,non relinquuntur
ſæcularibus iudicibus pro vltimo ſupplicio ſufferendo, &
ſi ex hoc grauius ſint puniendi,cap.accuſatus.8.§.ſi autem
leuis de hæretic. in 6. Quod ſecus erit ſi vehemens contra
eos præſumptio affuit,d.c.8.in principio,vbi glo.& Docto
65 res omnes. † Is tamen ſi iterato labitur relapſus dicitur,
& relapſorum ſupradicta pœna debet puniri per ſæcula-
rem iudicem inferenda,Quies enim Eccleſię temporalium
Principum ſeueritate iuuatur,24.quæſtione 5. ca.prodeſt.
4.cap.reos.7.§.1.cum capit.ſequen. lege enim ciuili relapſi
vltimo pœnæ ſupplicio plectuntur, vt probatum eſt. Is
verò, qui in vna hæreſis ſpecie, vel ſecta commiſit, aut in
vno fidei articulo,ſeu Eccleſię ſacramento errauit,& poſt-
modum hæreſim ſimpliciter, vel generaliter abiurauit, ſi
ex tunc in aliam etiam hæreſis ſpeciem, vel eandem, ſiue
ſectam, aut alium articulum, ſeu ſacramentum commit-
tat,non ideo mitius relapſo eſt puniendus, ſed vt relapſus
in hæreſim eſt iudicandus,dict.cap.accuſatus.8.§.cum ve-
rò,de hæreticis in 6.vbi gloſſ.& Doctores.Burſattus conſi-
lio 7.numero 40.conſilio 14.numero 33. Repertor. inqui-
ſitor.in verbo relapſus,& ibi addentes litera A. Vmbert.lo
cat.in iudicialibus inquiſitor.in verbo relapſi,numer.1.Si-
manch.Catholic.inſtit.tit.57.rubric.de relapſis,numero 1.
Squillacen.de fide Catholic.c.29.num.2.Rojas ſingul.172.
Idem erit ſi quis poſt abiurationem cum hæreticis com-
municet,nam & is,tanquam relapſus punitur,dict.cap.8.
66 §.ille quoque. † Hæretici ab Eccleſia puniuntur vnà cum
fautoribus, & receptatoribus eorum excommunicatione,
cap.ſicut 8 cap.ad abolendam.9.capit.excommunicamus
67 13.& capit.15. de hæreticis, † & lata ſententia non appel-
lant,cap.vt inquiſitioni 18.in princip.ver. non obſtantibus,
68 de hæreticis in 6. † Pertinaces, quandoque ad perpetuum
carcerem damnantur,d.c.15.§. ſi qui autem de hæreticis.
Eorum bona confiſcantur ipſo iure, ſed apprehenſio bo-
norum fieri non debet per Dominos temporales,niſi prius
pronunciatum fuerit ſuper crimine per iudicem Eccleſia-
ſticum,cap.cum ſecundum.19.de hæreticis in 6.c.vergen-
tis 10.cap. excommunicamus.13.§. damnati,de hæreticis,
Pronunciatione ſuper crimine ſecuta apprehenduntur per
Dominum temporalem ſi ille laicus ſit,Roland.conſilio 8.
libro tertio,Burſattus conſilio 43.numero 36. libro primo,
Clarus in §.hæreſis,ver.item bona 13.Decianus lib.quinto,
69 tract.crimin.libro quinto,capit.38.& 43. † Nam ſi Clerici
damnati, vt hæretici fuerint applicantur eorum bona Ec-
cleſijs,à quibus ſtipendia receperint,d.§.damnati, in fine.
Et quatenus attinet ad bona hæreticorum adeſt noua Ex-
trauag.commun.1.de hæreticis, in qua mandatur ordina-
rijs officium inquiſitionis proprijs ſumptibus explere, nec
quicquam ſibi de bonis damnatorum hæreticorum pro
expenſis,vel aliter applicari debere. Et quoad perſonas Cle-
ricorum puniendas obſeruandum eſt, quod prius à ſuis
ordinibus degradantur, quam ſæcularibus poteſtatibus
tradantur,dict.cap.13.§.damnati,de hæreticis,vbi gloſ.&
70 Doctor. † Bonis verò mariti vt hæretici damnati confi-
ſcatis,vxori ſalua dos eſt, cum declaratione,de qua in cap.
decreuit.14.de hæreticis in 6. Nam ſi mulieres ipſæ, cum
viris matrimonia contraxerint, quos hæreticos tunc eſſe
71 ſciebant,ſecus erit,dict.cap.14 in fine. † Tandem filij hæ-
reticorum,& eorum fautores,& receptatores vſque ad ſe-
cundam lineam paternam,ad primam verò maternam, ſi
illi inemendati,& impœnitentes deceſſerint, non reincor-
porati Eccleſiæ vnitati, ſunt inhabiles ad omnia beneficia
Eccleſiaſtica,& officia ſæcularia,capitu.ſtatutum.15.vbi
72 gloſſ. & Doctores, de hæreticis in ſexto. † Hæretici verò
occulti licet aliàs vigore Concilij Tridentini in foro con-
ſcientiæ pœnitentes potuiſſent à ſolis ſuis, quibus ſubſunt
Epiſcopis abſolui in ſeſſione 24.de reformatione,capitu.6.
& 26.in fine. Hodie tamen vigore Bullæ Cœnæ Domini,
qua dicto decreto Concilij extat derogatum, ſecundum
aliquos relatos per Pegnam in addit. ad Eymeric. in Dire-
ctorio inquiſitor.parte 3.quæſtione 41.Comment.141.So-
lus Papa poterit eos abſoluere. Vel alij abſolutionem illo-
rum demandare, prout generaliter contingit occaſione ali-
cuius Iubilei,vt per Peguam vbi ſupra parte 3. Commen-
tar.25.ver. quod ſi quis dicat. Verum in articulo mortis
pœnitentes poſſe à quolibet ſacerdote abſolui ab hæreſi,
& excommunicatione non videtur dubitandum cum ex-
ter decretum Concilij Tridentini in ſeſſ.14.cap.7.de ſacra-
mento pœnitentiæ, atteſtans hanc fuiſſe ſemper generalẽ
Eccleſiæ conſuetudinem,de qua conſtat in 24.q.6.cap.de
his,& ſequent.Simanch.Catholic.inſtitu.titu.3.rubr.de ab-
ſolutione,numero 3.& in Enchiridion Violatæ religio.tit.
51.eadem rubr.de abſolutione,num.6.Toledus de inſtitut.
ſacerdot.libro 1.cap.15.num.1.& vt generaliter deductum
fuit ſupra tit. de pœnitentia. Huc pertinent,quæ dixit D.
Bernardus in ſermone 33.in Cantica exponens illa verba.
Facta eſt in pace amaritudo mea amariſſima, & Diuus
Cy-

Digitized by Google

Cyprianus in ſermone de lapſis, & Cardinalis Bellarminus de gemitu columbæ, lib. 2. c. 4. contra occultos Eccleſiæ hoſtes domeſticos, quod ſcilicet deteriores ſint quam hæretici publici, ac publici perſecutores. Hactenus itaque de hæreticis in genere, ac de eorundem accuſatione, & inquiſitione dicta ſufficiant: diſſerendum nunc reſtat de aliquibus hæreticorum ſectis in ſpecie, & quia in nomenclatura, de qua in 24. quæſt. 3. c. quidam 39. primus atque anteſignanus ſe offert perfidus Simon, à quo ſimonia, & ſimoniaci duxere originem, ideo primum de ſimoniacis, & ſimonia eſt diſſerendum, deinde de alijs.

S V M M A R I V M.

1 *Simonia eſt hæreſis.*
2 *Simonia quid ſit.*
3 *Prophetia quod in veteri teſtamento non fuerit vendita.*
4 *Propheta boni non munera prophetiæ, ſed ſtipes tabernaculi accipiebant.*
5 *Simonia non committitur in re modica.*
6 *Eleemoſyna non poteſt fieri ex pecunia ſimoniace accepta.*
7 *Ignis ſacrificij qui per 70. annos captiuitatis Babilonica ſub aqua vixerat extinctus fuit propter venditum ſacerdotium.*
8 *Simonia dicitur etiam idololatria.*
9 *Simoniaci comparantur Iudæ proditori.*
10 *Gratia niſi gratis detur, & accipiatur gratia non eſt.*
11 *Simoniace ordinatus non dicitur ſacerdos.*
12 *Presbyter ſi per pecuniam Eccleſiam obtinuit, quid iuris.*
13 *Simonia plures ſpecies, & exempla.*
14 *Simoniaca quando dicatur ordinatio, vel electio.*
15 *Simoniaca ordinatio an teneat.*
16 *Sacramenta ſimoniace adminiſtrata an conferant gratiam, & effectum.*
17 *Ordinis collatio à ſimoniaco facta an teneat.*
18 *Ordinati à publicis hæreticis quando poſſint excuſari.*
19 *Ordinatio quando ſimoniaca, & falſa dicatur.*
20 *Simonia quo præmio, vel precio indicatur.*
21 *Simonia non ſolum pecunia, ſed alio quocunque munere, vel fauore committitur.*
22 *Simonia committitur in conſecratione, benedictione, & in alijs ſacramentis per acceptionem, vel traditionem muneris.*
23 *Simonia committitur ſi pro ſepultura, vel exequijs mortuorum aliquid detur, vel accipitur. Declaratur, nu. 24.*
25 *Simonia committitur ſi pro chriſmate aliquid detur, vel accipiatur.*
26 *Idem ſi pro baptiſmate.*
27 *Scientia à Deo per gratiam accepta, niſi gratis exerceatur committitur ſimonia.*
28 *Res Eccleſiæ in proprium vſum conuertens ſimoniacus eſt.*
29 *Ordinatio ſi precibus, vel fauore fiat ſimoniaca. Declaratur num. 30.*
31 *Soluens pro præmio quod iure debet committit ſimoniam.*
32 *Indignum promouens ad ſacros ordines committit ſimoniam.*
33 *Abſolutio data ab excommunicatione aliquo dato, vel accepto ſimoniaca.*
34 *Depoſitus ab ordine, ſeu dignitate ſi pro præmio reſtituatur committit ſimoniam.*
35 *Prælatus ſi accepta pecunia ſuas vices alteri cedat committit ſimoniam.*
36 *Idem ſi celet crimen alicuius, vel non pœnitentem abſoluat; vel pœnitentem non reconciliet propter odium.*
37 *Eccleſia ſi ematur, vel redimatur committitur ſimonia.*
38 *Conſenſus alicuius per pecuniam extortus à Præſentato ſimoniacus.*
39 *Idem ſi loco muneris aliqua actio vel pœna remittatur. Declaratur.*
40 *Munus ſi pro conuerſione accipiatur committitur ſimonia. Idem ſi pro Eccleſiæ regimine quid ſuſcipiatur.*
41 *Idem ſi a conuerſis munus accipiatur.*
42 *Simonia committitur re, verbis, literis, conſenſu, & mente.*
43 *Simonia in ordinatione non committitur ſi alius quam ordinatus det, vel promittat. limitatur nu. 44. & 47.*
45 *Ordinatus ſimoniace quando excuſatur ob ignorantiam, vt poſſit fructus percipere. Declaratur, num 46.*
48 *Simonia committitur ſi vniuerſa bona quis conferat Eccleſiæ cum pacto, vt in ea ordinetur, & recipiatur.*
49 *Idem ſi aliquid detur pro ingreſſu monaſterij.*
50 *Simonia committitur non ſolum pro principali intentu conſequendo, ſed etiam in acceſſorijs.*
51 *Simonia committitur non ſolum in merè ſpiritualibus, ſed in annexis.*
52 *Simonia committitur ſi aliquid datum ſit pro officio procurationis, vel prapoſitura.*
53 *Idem ſi pro inueſtitura.*
54 *Fructus eccleſiarum ſi concedantur ſub annuo cenſu non committitur ſimonia.*
55 *Sumptuum cauſa datum, vel acceptum non inducit ſimoniam.*
56 *Paupertas non excuſat accipientem à ſimonia.*
57 *Simonia in ordinatione intrat, licet ordinatus ſit dignus. limitatur. 58.*
59 *Simonia non intrat ſi non ex pacto, vel ſpontè datum ſit.*
60 *Conſuetudo an excuſet à ſimonia.*
61 *Simonia eſt prohibita iure diuino.*
62 *Conſuetudo contra ius diuinum non poteſt induci.*
63 *Epiſcopus non poteſt cum ſimoniacis diſpenſare.*
64 *Papa ſolus ex miſericordia diſpenſat cum ſimoniacis pœnitentibus.*
65 *Declarantur.*
66 *Diſpenſatio nunquam conceditur ſimoniacis pro retinendis beneficijs, ſuper quibus ſimonia fuit commiſſa.*
67 *Simonia non ceſſat licet acceptum conuertatur in pios vſus.*
68 *Pœnitentia ſimoniæ non ceſſat limitatur nu. 69.*
70 *Accuſatio ſimoniæ competit omnibus volentibus accuſare, etiã fœminis.*
71 *Iudices competentes qui ſint in crimine ſimoniæ.*
72 *Iudex ſimoniæ datus particularis in curia, & eius iuriſdictio an ſit priuatiuè quoad alios.*
73 *Accuſationes ſimoniæ diriguntur contra dantes, recipientes, mediatores, & alios.*
74 *Sciens ſimoniam commiſſam, niſi referat, vel iudicet ſi iuriſdictionem habet incurrit, & ipſe crimen ſimoniæ.*
75 *Filij ſimoniaci, vel hæredes vſque ad tertiam, & quartam generationem ad beneficia eccleſiaſtica non adſpirant.*
76 *Papa an poſſit inuolui ſimonia.*

De Simoniacis, & de Simonia. Tit. 112.

1 IAm probatum fuit † ſimoniam hæreſim eſſe, & ſimoniacos hæreticos appellari, & ſicut pro ea, & contra eos conſtituta eſt accuſatio & inquiſitio, quæ quidem competit ex cauſis infra dicendis, ita ex eiſdem omnibus accuſare volentibus, competit ius, & eſt à iure data facultas, cap. tanta, cap. ſi Dominus, cap. ſicut, de ſimonia: Decianus libro quinto, tracta. crimin cap. 86. in princ. & per totum. Eſt enim ſimonia publicum crimen, leg. ſi quenquam, in fine, C. de epiſcopis, & clericis 15, quæſtio. tertia; c. ſanè Decianus vbi ſupra, c. 77. c. 85. num. 3. & c. 86. in princip. Cauſa itaque præcipua huius accuſationis, illaque generalis eſt ipſa ſimonia 1. q. 7. c. vlt. in princ. quæ quidem,
2 vt cognoſcatur, ita definita eſt. † Simonia eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi ſpiritualia 1. quæſtio. prima; cap. qui ſtudet, & in princ. quæſt. vbi gloſs. & in cap. ſi quis ordinauerit 45. vbi gloſs. in verbo per triennium, de ſimonia. Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 100. cum alijs pluribus citatis in Polyãtea in verbo ſimonia, & eſt dicta à Simone Mago, à quo in nouo teſtamento originem ducit 24. quæſt. tertia, c. penult. in princ. Illamque, vt dictum eſt. eſſe hæreſim apparet ex d. c. penult. & vlt. d. q. 3. & 1. quæſtio. 7. cap. vlt. & q. 1. c. ventum, §. fin. cum c. ſequen. c. cum omnis, ca. eos qui, c. placuit, §. ex illa, c. erga ſimoniacos, & c. nunquam & quæſt. 3. c. ea quæ, & extrauag. commu. 2. de ſimonia, & extrauag. commun. 1. de ſentent. excommunic. & probant Hoſtien. in cap. quoniam num. 4. de ſimonia Archidiac. in c. fertur 1. q. 1. num. 12. Card num. 1. Abbas in c. cũ veniſſent, num. 7. de iudicijs Decius in conſil. 151. num. 8. Menoch. in conſ. 67. num. 3 Decianus lib. 5. tracta. crimin. c. 67. & ſequen. & alij plures, quos citat Pariſius de confidẽtijs benefic. quæſt. 8. nu. 21. & ſequen. & de reſignatione libro 14.

quæſt.2.numero 10.& quæſt.8.numer. 8.& lib.7.quæſt.2.
3 nume.6. † Non obſtat, quod Prophetia donum Spiritus Sancti eſt, & quod in veteri teſtamento vendi conſueuerat. Vnde Saul ad Samuelem pro vaticinio expetendo nõ niſi cum munere ire præſumpſit. Vxor etiam Hieroboam ad Hominem Dei non niſi cum munere acceſſit. Item Chriſtus à Iuda venditus auriculam ſerui ſanauit, exemplo itaq. Saulis, & vxoris Hieroboam patet, quod donum Spiritus Sancti emere, vel vendere non eſt peccatum. exemplo Chriſti liquet, quod Spiritus ſanctus, & ſi iniuſtè à ſimoniacis venalis putet, virtutis tamen ſuæ non obliuiſcitur, nec deſinit effectum ſuæ gratiæ etiam venditũ præſtare. Sed his reſpondet Diuus Hieronymus in cap.3. Michææ ibique oſtendit, quod mali Prophetæ non boni prophetiam vendebant inquiens. quod quia iudices in muneribus iudicabant, & ſacerdotes in mercede reſpondebant, & Prophetæ in pecunia diuinabant, & ſuper Dominum requieſcebant dicentes. Nonne Dominus in nobis eſt? non venient ſuper nos mala. Idcirco propter eos Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem, vt cuſtodia pomarij erit. Et omnes ſciunt, quod Hieruſalem propter iſta ſcelera fuit ſubuerſa. Nec quemquam moueat illud, quod in primo libro Regum legimus, Saulem volentem ire ad Samuelem dixiſſe puero ſuo, ad eum ſe ire non poſſe, quia pretium, quod offerret pro vaticinio, non haberet, & puerum reſpondiſſe. Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſicli pecuniæ, & dabo viro Dei, & annunciabit nobis viam noſtram. Non tamen ſcriptum eſt, quod Samuel acceperit, aut quod illi obtulerit, quin potius à Propheta paſcuntur, & inuitantur ad prandium. Sed fac eum accepiſſe: ſtipes magis æſtimandæ ſunt tabernaculi, quam munera prophetiæ. Siclus enim viginti obolos habet, & quarta pars ſicli quinque ſunt oboli. Hæc enim tam minima oblatio prætertim pro tabernaculo ad labem ſimoniæ referri non poteſt. Hoc ipſum ſonat in tertio Libro Regum, quod vxor Hieroboam infirmante filio pergit ad Ahiam hominem Dei, & defert ei decem panes, & cruſtulam, & vas mellis, quia hæc magis in ſumptum Prophetæ, quam
4 munera prophetiæ reputanda ſunt. † Cum ergo ſecundum Diuum Hieronymum citato loco boni Prophetæ non munera prophetiæ accipiebant, ſed ſtipes tabernaculi, ex illa acceptatione, non poteſt ideo inferri, quod ſimonia licita ſit, tum quia facta eſt pro tabernaculo, & de re minima,
5 tum etiam, quia non eſt facta pro munere, prophetiæ. † & in re modica non conſiſtit ſimonia capitulo, & ſi quæſtiones de ſimonia. Nauarrus in comment. conſtitut. de datis, & promiſſis pro iuſtitia, & gratia numero 20. Nam regulariter de re minima non curatur leg. ſcio. ff. de in integr. reſtitut. & modica non ſunt in conſideratione capitulo licet §. quamquam de probatio & §. primo inſtitutio. ad legem falcidiam. Pariſien. in conſil. 165. numero 14. & ſeq. libro 4. Crauetta in conſi. 46. numero 12. Traquell. de minu. in rebus exiguis numero 10. & 91. gloſſ. in cap. non licet 12. quæſt. 3. per tex. in d. cap. & ſi quæſtiones, de ſimonia. Rurſus quod dicitur de Chriſto, non valet ſimilitudo. Nonnũ operatur hoc Spiritus ſanctus ſpiritualiter in perfidis interſimonijs auaritiæ, quod Chriſtus geſſit corporaliter certi myſterij cauſa ad exemplum patientiæ. Si enim omnifaria eſt ſimilitudo cum credatur poſſe vendi, ſicut Chriſtus, credatur etiam Spiritus ſanctus poſſe crucifigi: quod impoſſibile eſt. Poteſt etiam intelligi (vt à ſimilitudine non recedamus) quod ſicut Chriſtus venditus non venditori, vel ementi, ſed eis, qui neſcientes aderant, dona ſuæ gratiæ contulit, pro quibus etiam in cruce ſupplicauit, ſic & Spiritus ſanctus non vendenti, vel ementi, ſed his, qui de muneribus eorum, ignorantia ducti, Sacramenta Dominica accipiunt, ſua gratiæ effectum largiri probatur. Non obſtat etiam, quod & ſi malum ſit Eccleſiaſtica emere, tamen ſæpe ſiniſtra principia ad felices perueniunt exitus. Vt Iacob per ſupplantationem peruenit ad benedictionẽ, vt ſeges, quæ leproſa manu ſeritur, munda tamen metitur, vt ex adulterino concubitu pulchra ſoboles naſcitur, ſic & pecunia quæ per ſimoniam acquiritur felicem habet exitum, cum pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum ſimoniacis patrocinatur. Quia quæ mali ſunt inchoata principio, non peraguntur bono exitu capitulo
6 Principatum. † Nec ſuper ædificatum bonum opus, vbi Chriſtus fundamentum non eſt, & non poteſt fieri eleemoſyna de pecunia ſimoniace acquiſita 1. quæſtio. 1. capitulo cum Paulus 26. & capitul. non eſt putanda 27. Inquit enim Leo ad Epiſcopos Mauros epiſtol. 85. relatus in d. quæſt. 1. capi. Principatus 25. Principatus, quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit, etiam ſi moribus, atque actibus non offendit, ipſius tamen initij ſui eſt pernicioſus exemplo, & difficile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio, & Diuus Gregorius Antiocheno Epiſcopo libro 7. epiſtol. 4. inquit cum Paulus dicat, Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus: conſequenter probatur, quia vbi Chriſtus non eſt fundamentum, nullum boni operis eſt ſuper ædificium. Idem Sergio & alijs Epiſcopis lib. 7. epiſto. 110. Non eſt putanda, inquit, eleemoſyna, ſi pauperibus diſpenſetur, quod ex illicitis rebus accipitur, quia qui hac intentione malè accipit, vt quaſi bene diſpenſet grauatur potius, quam iuuatur, & paulo inferius, inquit, vnde etiam illud certum eſt, quia & ſi monaſteria aut Xenodochia, vel quid aliud de pecunia, quæ pro ſacris ordinibus datur, conſtituantur, mercedi non proficit, & paulo poſt inquit. Ne ergo ſub obtentu eleemoſynæ cum peccato aliquid ſtudeamus accipere, apertè ſacra ſcriptura nos prohibet dicens. Hoſtiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex ſcelere. Quicquid enim in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam, ſed irritat. Hinc rurſus ſcriptum eſt. Honora Dominum de tuis iuſtis laboribus. Qui ergo malè tollit, vt quaſi bene præbeat, conſtat ſine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi victimat filium in conſpectu Patris. Quantus autem dolor Patris ſit, perpendamus, ſi in eius conſpectu filius victimetur. Et hinc facilè cognoſcimus, quantum apud Deum dolor exaſperatur, quando ei ſacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum eſt dilectiſſimi fratres ſub obtentu eleemoſynæ peccata ſimoniacæ hæreſeos perpetrare. Nam aliud eſt propter peccata eleemoſynas facere: aliud propter eleemoſynas peccata committere. Item Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum libro ſeptimo epiſto. 524. Simoniam hæreſim appellat, & oſtendit Paſtores ſimoniacos nullam ouibus præbere medicinam. Cum ergo ſecundum Sanctum Leonem ſimonia non bono peragatur exitu. Secundum Diuum Gregorium nullum boni operis ſequatur ædificium, nec ſit putanda eleemoſyna, quæ ex precio ſimoniæ erogatur pauperibus, vulnerato Paſtore medicina non adhibeatur curandis ouibus, de infecta radice fructus non producatur, imo etiam calamitas in futurum metuatur, de tam ſiniſtro principio, quis felix exitus ſperatur? Hinc etiam Diuus Auguſtinus, inquit, ſicut Eunuchus, qui Ioſeph comparauit, ita qui gratiam mercatur, viuum ſemen
7 non habet ſiccis genitalibus. † Sic quoque ignis ſacrificij, qui per ſeptuaginta annos Babilonicæ captiuitatis ſub aqua vixerat, extinctus eſt, Antiocho Iaſoni vendente Sacerdotium: quod ſignificauit Spiritus Sancti ignem non lucere in ſimoniacis Sacramentis. Huc pertinent quæ
8 alias de eleemoſynis dicta ſunt ſupra titulo 95. † Dicitur etiam ſimoniacis Idolatra, & ſimonia idololatria, vt prima quæſtione prima capitulo citato turpem 16 §. ſed cum
9 illi capitulo cum omni 20. † Et ſimoniaci comparantur Iudæ proditori, qui Iudæis Dei occiſoribus Chriſtum vendidit dicta quæſtione prima capitulo eos 21. verſi. aut veritus. De iſtis, ad deteſtationem criminis, & terrendos homines ne in illud labantur, cecinit Dantes in inferno cantilena 19. na.

O Simon Mago, ò miſeri ſeguaci
Che le coſe di Dio, che di bontate
Deono eſſere ſpoſe, e voi rapaci.
Per oro, e per argento adulterate,
Hor conuien, che per voi ſuoni la tromba,
Però che nella terza bolgia ſtate

Et prope finem.

Fatto v'hauete Dio d'oro, e d'argento:
E che altro è da voi all'Idolatro
Se non ch'egli vno, e voi n'orate cento.

10 Simoniaci enim gratiam non præſtant, quam vendere quærunt † gratia enim ſi non gratis datur, vel accipitur
11 gratia non eſt. † Inquiter ſacerdos dicitur, quicumque ſimo-

Digitized by Google

ſimoniacè ordinatur. 1. quæſtione 1. capit. 1. & 2. & ſpolia-
12 tur honore, qui Eccleſiam per pecuniam obtinet. † Si enim
presbyter per pecuniam Eccleſiam obtinuerit, non ſolum
Eccleſia priuatur, ſed etiam ſacerdotij honore ſpoliatur:
quia altare, & decimas, & Spiritum ſanctum emere, vel
vẽdere, ſimoniacam hæreſim eſſe nullus fidelium ignorat,
& benedictio illi in maledictionem cõuertitur, qui ad hoc,
vt fiat hæreticus, promouetur. Quiſquis per pecuniam or
dinatur, ad hoc, vt fiat hæreticus promouetur, d. q. 1. cap.
presbyter cum duobus cc. ſequentib. ex Diuo Gregorio in
13 regeſto, & lib. 7. epiſt. 110. † Species itaque, & plura exem-
pla ſimoniæ proponuntur, & exponuntur in c. latis 8. & in
c. cum in Eccleſiæ 9. de ſimonia. ſed & ſpecies eius ſunt e-
tiam cauſæ illius ſequentes. Nam vltra cauſam generalem
accuſationis, & inquiſitionis ſimoniam, ſcilicet ſupra pro-
14 poſitam. † Secunda eius cauſa eſt, ſi quis pro ordinatio-
ne, vel electione aliquid dederit, vel acceperit, c. 1. in fine, c.
ad noſtram 21. c. dilectus. 30. c. conſuluit. 38. c. ſicut pro cer-
to. 39 c. audiuimus 41. de ſimonia 1. q. 1. in princip. cum ſe-
quentibus vſque ad c. quicumque ſacros, ca. cum liceat, ca.
cum ordinaretur, c. gratiam, c. citò turpem, ca. placuit, cap.
Principatus, c. fertur, c. ſicut Eunuchus, cap. quibuſdam ex
ſanctis Patribus deſumptis, & q. 3. c. ex multis. q. 7. c. ſi quis
omnem in princ. vſque ad §. ſed dicunt, & §. qui per ſimo-
niam. 7. q. 1. c. ſi quis de ordine, §. fin. cum c. ſequen 8. q. 2. c.
1. & de ſtatu monachorum, c. monachi, in princ. & §. pro-
ſtarus, diſtinct. 5. ca. vlt. ver. qui honorem muneribus. 15. q.
3. c. ſanè quiſquis in princip. Nec deſunt ciuiles leges huic
crimini obuiam ſeueriſſimis pœnis euntes, vt l. 29. C. de E-
piſcop. & Clericis, & hoc idem comprobantes. Nouella c.
6. §. ſancimus igitur, ver. ſed neque pecunijs, & §. & hanc.
Nouella conſt. 123. §. pro omnibus, §. ſed neque Clericum,
concordare allegata ſuperius pro prima cauſa, & in libr. 1.
tit. 4. & 5. & allegata per Decianum lib. 5. tract. crimin. ca.
79. per totum. Non obſtat text. in 1. quæſt. 1. c. per Eſaiam.
98 § conſtat ergo, & cap. ſtatuimus, vt ſicut, §. ſicut ergo.
15 † Quibus in locis aſſeritur, quod in ordinatione ſimonia-
corum hoc ſolum reprehenſibile inuenitur, quod gratia
Spiritus ſancti ſub precio redigi putetur: aliorſum autem
in omnibus integra ſumma ſacramentorum ſeruetur. Cum
ergo illicita ſacramenti vſurpatio per pœnitentiam corre-
cta fuerit, vt gratia Spiritus ſancti gratuita, & non vena-
lis exiſtimatur, integer debet adeſſe vnctionis effectus.
16 † Immo etiam ſi non ſequatur pœnitentia, licet ſimonia-
cè, tamen re vera conſecratus reputetur: ſicut illi, qui quon
dam non, niſi precio dato, nec ad ſacri baptiſmi regenera-
tionem, nec ad ſanctæ communionis participationem ad-
mittebantur, licet ſimoniacè, tamen non ideo minus bapti-
zati, vel ſacræ communionis participes reputati ſunt. Sed
hoc tantum ſacris Canonibus conſtitutum eſt, ne de cæte-
ro ſacramenta Chriſti ſimoniacè diſtribuantur. Sicut er-
go hæc ſacramenta, licet ſimoniacè miniſtrentur, tamen
benedictionis effectum conferunt accipienti, ſic & ſacer-
dotibus vnctio, licet ſimoniacè miniſtretur, ſuo tamen non
debent carere effectu. Sed ſicut ſupra dum de ſacramen-
tis generaliter num. 83. numero ſeptimo, & in titu. ſequen-
17 tibus dictum fuit illa eſſe neceſſitatis. † Ordinis vero &
matrimonij dignitatis, ideoque priuilegia illorum non
poſſunt generare communem legem illorum. Habent er-
go ſimoniaci vulneratum caput per ſimoniacè manus pra
uam impoſitionem. Verumtamen hoc intelligitur de illis,
quos non excuſat ignorantia, nec attractionis, violentia,
quia ab illis ordinantur, quos indubitanter ſciunt eſſe ſi-
moniacos, ſiue ſimoniacè, ſiue non ſimoniacè ordinentur
ab eis. Vt enim diſtinguit Nicolaus Papa, Alij ſimoniacè
ordinantur à ſimoniacis, alij ſimoniacè à non ſimoniacis,
alij non ſimoniacè à ſimoniacis, ſcribens Epiſcopis omni-
bus ita. Statuimus decretum de ſimoniacis tripartita hæ-
reſi. id eſt, de ſimoniacis ſimoniacè ordinatoribus, vel or-
dinatis, & de ſimoniacis ſimoniacè à non ſimoniacis, & de
ſimoniacis non ſimoniacè à ſimoniacis. Simoniaci ſimo-
niacè ordinati, vel ordinatores ſecundum Eccleſiaſticos Ca
nones à proprio gradu decidant. Simoniaci quoque ſimo-
niacè à non ſimoniacis ordinati, ſimiliter ab officio accep-
to remoueantur. Simoniacos autem non ſimoniacè à ſimo
niacis ordinatos, miſericorditer per manus impoſitionem
pro temporis neceſſitate in officio concedimus permane-
re. Sed hoc intelligendum eſt de ijs, qui ordinantur à ſimo
niacis, quos ignorabant eſſe ſimoniacos. Hos enim facit ſi-
moniacos non reatus criminis, ſed ordinatio ſimoniaci.
De quibus Vrbanus Papa in Concilio Placentino c. 3. & 4.
ait. Si quis à ſimoniacis non ſimoniacè ordinati ſunt, ſi qui-
dem probare poterint, cum ordinarentur, nec ſciſſe eos ſi-
moniacos eſſe, & ſi tunc pro Catholicis habebantur in Ec-
cleſia, talium ordinationes miſericorditer ſuſtinemus: ſi
tamen eos laudabilis vita commendat. Qui verò ſcienter
ſe à ſimoniacis conſecrari (imò execrari) permiſerint,
eorum conſecrationem irritam omnino eſſe decernimus,
& irrita etiam illorum eſt, qui ordinantur ab illo, quem
ſciunt eſſe ſimoniacum, quibus in dignitate ſeruanda nul-
la eſt miſericordia impendenda, ſed ab ea ſunt omnino
deponendi. 1. q. 1. cap. ſtatuimus. 107. cum ſequentibus vſ-
18 que ad ca. conſtat. 111. † Verum inuiti attracti à publicis
hæreticis ordinati. ſi poſt ordinationem talem non inter-
fuerunt, cum illi conficerent ſacramenta, ſi communioni
eorum participati non ſunt, ſi ſtatim diſcedentibus illis
peſſimo conciliabulo ad eorum abrenunciauerunt, & Eccle
ſiam redierint, iſti tales poſſunt habere colorem aliquem
excuſationis. Cæterum, qui poſt menſem, aut amplius re-
dierunt, cum ſe conſiderarent ab hæreticis ordinatos, quã-
uis nihil ab eis acceperint, rei ſunt vſurpatæ dignitatis. 1.
quæſt. 1. dict. cap. conſtat. 111. De his verò, qui ordinantur
ſimoniacè à non ſimoniacis, vt porè illi, qui data pecunia
Archidiacono, vel Conſiliarijs Epiſcopo ignorante, hoc
efficiunt, vt de manu eius ſacros ordines accipiant, ita ſcri-
bit Gregorius 7 lib. 6. Regum in Synodo Romæ habito
19 anno Domini 1070. die 19. Nouembris, cap. 5. † Ordinatio-
nes, quæ interueniente precio, vel precibus, vel obſequio
alicui perſonæ, ea intentione impenſo, vel quæ non com-
muni conſenſu Cleri, & populi ſecundum Canonicas ſan-
ctiones fiunt, & ab ijs, ad quos conſecratio pertinet, non
comprobantur, falſas eſſe dijudicamus: quoniam qui ta-
liter ordinantur, non per Oſtium, id eſt per Chriſtum in-
trant, ſed, vt ipſa veritas teſtatur, fures ſunt, & latrones.
20 † Quia ergo ſimonia in dict. cap. ſtatuimus 107. tripliciter
notatur, multis etiam modis precium in hac hæreſi datur,
vt exponit Gregorius Sanctus in Euangeliorum tractatu
21 homil. 4. in fine, ita. † Sunt nonnulli, qui quidem nummo-
rum præmia ex ordinatione non accipiunt, & tamen ſa-
cros ordines pro humana gratia largiuntur, atque de lar-
gitate eadem, laudis ſolummodo retributionem quærunt.
Hi nimirum, quod gratis acceptum eſt, gratis non tribu-
unt, quia de impenſo officio ſanctitatis, nummum expe-
ctant fauoris. Vnde benè, cum iuſtum Virum deſcriberet
Propheta, ait. Qui excutit manus ſuas ab omni munere.
Neque enim dicit, qui excutit manus ſuas à munere, ſed
adiunxit, ab omni quia aliud eſt munus ab obſequio, a-
liud munus à manu, aliud munus à lingua. Munus quippe
obſequio eſt ſubiectio indebitè impenſa, munus à manu
pecunia eſt, munus à lingua fauor. Qui ergo ſacros ordi-
nes tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando
in diuinis rebus non ſolum nullam pecuniam, ſed etiam
humanam gratiam non requirit. 1. quæſtione prima, ca-
pit. ſunt nonnulli. Diuus Thomas 2. 2. quæſtione quinta,
articul. quinto. ver. ſed contra, & in 4. ſentent. diſtinctione
vigeſima quinta, quæſtione tertia, articulo tertio. Hinc
dicitur.

Nummus, lingua, timor, ſanguis, rumor popularis
Non faciat gratis ſpirituale dari.

Ideo in eadem 1. q. 1. ca. ſi quis neque, diſponitur. Quod ſi
quis ſordidis precibus oris, ſiue comitatu, ſiue manuali ſer
uitio, ſiue fraudulento munuſculo Epiſcopalem, ſeu ſacer-
dotalem non lucro animarum, ſed inanis gloriæ auaritia
fultus dignitatem acceperit, & in vita ſua non ſpontè reli-
querit, aut non pœnituerit, in æternum peribit, & in ca. de
ordinationibus, d. q. 1. dicitur, quod ſimoniacum eſt per do
num, aut per gratiam, aut per ſupplicationem aliquẽ pro-
mouere. Lingua munus datur, vt cum laudatur aliquis, &
ei quis adulatur, vt ſpiritualia, vel eis annexa conſequa-
tur. Item & ſi preces affectuoſas proponat pro indigno.
Diuus Thomas 2. 2. q. 100. artic. 5. Item dicitur munus lin-
guæ, quando vel amicitia, vel fauore conferuntur ſpiri-
tualia, vt per Diuum Thomam in 4. ſentent. diſtinctione
25. quæſtione tertia, articul. tertio. vbi dicit, quod duplex
eſt linguæ munus. primum, quod in ipſo actu linguæ
conſiſtit, ſicut laus; alterum, quod ex lingua initium

ſumit, vt cùm quis precibus alicuius ſatisfacit, vt fauorem expectet. nam qui dat aliquid ſpirituale, vel illi annexum pro fauore, vel laude acquirenda, non eſt dubium, quin ſimoniam committat. Idem Diuus Gregorius in regeſto, inquit, Si quis, neque ſanctis pollens moribus, vel neque à Clero, populoque vocatus, vel pulſatione coactus impudenter Chriſti ſacerdotium iam quolibet facinore pollutus iniuſto cordis amore, vel ſordidis precibus oris, ſiue comitatu, ſiue manuali ſeruitio, ſiue fraudulento munuſculo Epiſcopalem, ſeu ſacerdotalem, non lucro animarum, ſed inanis gloriæ auaritia fultus dignitatem acceperit, & in vita ſi a non ſpontè reliquerit, ſeumque inſperata mors pœnitentem non inuenerit, procul dubio in æternum peribit. Item vniuerſis Epiſcopis per Elladem prouinciam conſtitutis libro quarto. Epiſtol. 56. capit. 100. inquit. Quibuſdam narrantibus agnoui, quod in illis partibus nullus ad ſacrum ordinem ſine commodi datione peruenit. Quod ſi ita, veniens dico, gemens denuncio, quia cum ſacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu ſtare non poterit. Scimus quippe ex Euangelio, quid Redemptor noſter per ſemetipſum fecerit, quia ingreſſus templum Cathedras vendentium columbas euertit. Columbas quippe vendere eſt, de Sancto ſpiritu, quem ſibi conſubſtantialem Deus omnipotens per impoſitionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo vt prædixi, innuitur quid ſequatur: quia, qui in templo Dei columbas vendere præſumpſerunt, eorum, Deo iudice, Cathedræ ceciderunt. Qui videlicet error in ſubditis cum augmento propagatur. Nam ipſe quoque, qui ad ſacrum ordinem perducitur, iam in ipſa prouectus ſui radice vitiatus, paratior eſt alijs vendere, quod emit. Et vbi eſt, quod ſcriptum eſt? Gratis accepiſtis, gratis date. Et cum primum contra ſanctam Eccleſiam ſimoniaca hæreſis ſit exorta; cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum, quem quis cum precio ordinat, prouehendo agit, vt hæreticus fiat? Ideoque hortamur, vt nullus veſtrum denuo hoc fieri patiatur, ſed neque gratia alicuius, neque ſupplicatione aliquos ad ſacros ordines audeat promouere, niſi eum quem vitæ, & actionis qualitas ad hoc dignum eſſe monſtrauerit. Nam ſi aliter denuo ſenſerimus, diſtricta, & canonica illud noueritis vltione compeſci. Itē Symmachus ad Cæſarium epiſtol. 1. capitu. quinto, inquit. Nullus itaque per ambitum ad Epiſcopalem honorem permittitur accedere. nam cum hic exceſſus in laica conuerſatione culpetur, quis dubitat. quam religioſis, & Deo ſeruientibus inculiat opprobrium? Item Gregorius Adeodato Epiſcopo libro ſecundo indict. 11. epiſto. 48. Eſtote ergo, inquit, præcipuè in ordinatione ſoliciti, & ad ſacros ordines, niſi prouectiores ætate, & mundos opere nullatenus admittatis, ne fortè ſemper eſſe deſinant, quod immaturè eſſe feſtinant. Eorum enim, qui ſunt in ſacro ordine collocandi prius vitam, moreſque diſcutite: & vt dignos huic officio adhibere poſſitis non vobis potentia, aut ſupplicatio quarumlibet ſubrepat perſonarum. Ante omnia autem cautos vos eſſe oportet, vt nulla proueniat in ordinatione venalitas: ne (quod abſit) & ordinatis, & ordinantibus periculum maius immineat. Si quando igitur de his tractari neceſſe eſt, graues, expertoſque viros Conſilijs veſtris adhibete participes, & cum eis communi de hoc deliberatione penſate, cum ijs concordant, quæ dicta ſunt ſupra libro primo, titu. 4 & hoc eodem libro tertio, titul. 2. 4. 7. 8. & 98. & pro hac ſecunda cauſa faciunt latè deducta per Pariſium de confidentijs quæſtione prima, nume. 116. Tertia accuſationis, & inquiſitionis ſimoniæ cauſa eſt, ſi pro conſecratione, benedictione, vel alijs ſacramentis aliquod promiſſum datum, vel acceptum ſit, cap. cum in Eccleſiæ 9. cap cum ſit Romana. 10. cap. ſicut nobis 29. capit. ſicut pro certo. 39. cap. ad Apoſtolicam 42. de ſimonia. 1. quæſtione 3. cap. vltimo, cum alijs iam pro ſecunda cauſa allegatis. Diuus Thomas 2. 2. quæſtione 100. artic. 3. Redoanus de ſimonia. parte 3. capitu. 5. De baptiſmo eſt text. in 1. quæſtione 1. cap. baptizandis, cap. placuit, capit. emendari. Diuus Thomas, vbi ſupra artic. 2. Redoanus in dict. tract. de ſimonia. parte 1. cap. 6. De confirmatione, & Chriſmate eſt text. in dict. cap. baptizandis, & in dict. capit. placuit, & in cap. non ſatis, de ſimonia, & 1. quæſt. 3. cap. vlt. & 1. quæſtione 1. c. dictum, & q. 4. cap. ſi quis præbenda. Redoanus de ſimonia part. 1. cap 7. De pœnitentia, quod pro ea nihil dari, & recipi debeat citra ſimoniam, dicit Summa Anton. par. 2. c. 5. §. 17. verſic. nota 4. & eſt text. in cap. nemo preſbyter, de ſimon. De Euchariſtia. & communione eſt tex. in 1 quæſt. 1. ca nullus Epiſcopus. Redoanus latè de ſimonia parte 3 cap. 7. De oleo Sancto eſt text. in capit. non ſatis, de ſimonia, & in 1. quæſtione 3. cap. final. Diuus Thomas 2. 2. quæſtione 100. artic. 2. & in 4. ſentent. diſtinctione 25. quæſtione 3. artic. 2. De ordine eſt text. in cap. ſicut certo, de ſimonia. Diuus Thomas in locis ſupra citatis, cum alijs citatis, ſupra pro ſecunda cauſa, & citatis per Redoanum in tract. de ſimonia par. 1. cap. 8. 9. & ſequentib. Verum circa matrimonium directè non committitur ſimonia. Poteſt enim dari pecunia, vel pro dote, vel pro alia cauſa concernente effectum matrimonij. vt ſequatur, gloſſ. in cap. cum Eccleſiæ, de ſimonia, & in capit. ſignificante. qui matrimon. accuſ. poſſ. & in cap. honorantur. 32. quæſtione ſecunda. glo. & Archidiac in c. his ergo. diſtinct. 23. & in 1. quæſtione 1. cap. quicquid. Diuus Thomas 2. 2. q. 100. articul. 2. Si autem daretur pecunia ſacerdoti, vt ab eo ſponſi benedicerentur, tunc eſſet ſimonia, Summa Anton. par. 2. tit. 1 c. 5. §. 16. gl. in d. c. cum Eccleſiæ, in verbo benedictionibus, de ſimonia, de qua re Calcaneus in conſ. 31. num. 10. & Redoanus in tractat. de ſimonia par 1. cap 11. & cap. 12.
23 † Quarta cauſa accuſationis, & inquiſitionis ſimoniæ eſt, ſi pro ſepultura, vel exequijs mortuorum aliquid datum ſit, vel acceptum. c. non ſatis. 8. §. fin. cap. cum in Eccleſiæ. 9. ver. & pro ſepultura, cap. ſicut nobis. 29. cap. audiuimus. 41. de ſimonia. 13. quæſt. 2. c. quæſta eſt, cap. poſtquam, c. in Eccleſiaſtico, cap. præcipiendum. Redoan de ſimonia parte 1. cap. 3 4. & 5. Decianus libro 5. tract crimin. ca. 8. nume
24 ro 6. per totum. † Verum ab iſta cauſa excepta eſt Canonica portio, & excepti ſunt religioſi, ſi ſumptus funerum, de quibus dictum ſuit ſupra tit. 109. & dicunt Redoanus, &
25 Decianus in locis citatis. † Quinta cauſa eſt, ſi pro Chriſmate, vel Oleo ſancto quid datum, vel acceptum ſit, d. ca. non ſatis 8 §. fin. & cap. per ea 16. cap. ad noſtram 21 ca. in tantum 56. de ſimonia, & vt paulo ſuperius fuit probatum
26 ſub numer. 22. & in titul. 86. & 97. † Sexta cauſa eſt, ſi pro baptiſmate aliquid exigatur, vt probatum fuit ſub nume. 22. & ſupra tit. 84. & 85. & probat Decianus libro 5. tract.
27 crimin. cap. 79. numero 4. † Septima cauſa eſt, ſi gratiam ſcientiæ, quam à Deo habet, non gratis exerceat. 1. quæſt.
28 3. ca. non ſolum. † Octaua cauſa eſt, ſi quis res Eccleſiæ in ſuum vſum conuertat, dict. quæſt. 3. c. res Eccleſiæ, vel ſi ad ſuos familiares, vel conſanguineos transfert reponitur inter maximos hæreticos, ſimoniacos, & Antichriſtos 1. q. 3. c. peruenit, & 16. q. 7. cap. peruenit, vbi Archidiac. Tholoſanus noſter de beneficijs, c. 5. numer. 8. ver. dicunt tamen, Concilium Tridentinum in ſeſſ. 22. de reformatione capit. ſi quem. 11. & ſecundum Diuum Auguſtinum in Pſalm. 61. habent Regem Diabolum, & ad vnam illam Ciuitatem pertinent, quæ dicitur Babilonia myſticè. Huc pertinent dicta ſupra titul. 73. numero nono, & decretum Concilij Tridentini in ſeſſione 25. de reformatione, cap. primo, §. omnino verò, quod non ſolum idem diſponit, ſed & Apoſtolorum antiquos omnes Canones idem decernentes confir
29 mat. † Nona cauſa eſt, ſi precibus, vel fauore quis ad ſacros ordines ſit promotus 1. quæſtione 1. §. de his autem cum cc. ſequentibus vſque ad c. pueri. 120. & d. ca. pueri, §. nulla ſit. Apoſtolico Canone 29. & per ea, quæ deducta fuere ſuperius pro ſecunda cauſa. Preces enim omnes carnales, quæ porriguntur pro indignis ſimoniam inducunt per ſe ſolæ, multo magis munuſculis aſſociatæ, vt ſatis fuit probatum in ſecunda cauſa, ex c ſunt nonnulli, & ſequen. 1. q. 1. & 8. q. 2. c. 1. gl. in c. Moyſes. 8. q. 1. c. 1ua, de ætate, & qualitate, c. per inquiſitionem, de electio. & in ca. ordinationes.
30 1. quæſt. 1. & cap. quibuſdam, & q. 5. c. non itaque. † Non obſtat, quod Diuus Gregorius quibuſdam ſupplicantibus vnum Acolythum, & alterum Diaconum legatur ordinaſſe, ſicut ipſe ſcribit lib. 7. indict 1. epiſtol. 2. Petro Epiſcopo Corſicæ inter cætera ita. Latorem præſentium per interceſſionem ſanctitatis veſtræ Acolythum fecimus, quem ad obſequia veſtra tranſmiſimus, vt ſi in lucrandis animabus amplius ſeruierit, prouehere amplius poſſit. Idem Heliæ presbytero, & Abbati libro quarto, epiſtol trigeſima, ſeu capitul. 74. ita. Filium veſtrum Epiphanium mandaſtis, vt ad ſacrum ordinem prouehere deberemus, vobiſque tranſmittere. Sed in vno vos audiuimus, in alio autem

mini-

minimè audire potuimus. Diaconus quidem factus eſt,
ſed quiſquis ſemel in hac Eccleſia ordinem acceperit, egre
diendi ex ea vlterius licentiam non habet. Non itaq; quo-
rumlibet precibus ordinationes factæ falſæ dijudicantur,
ſed hæ demum, quæ precibus ordinandi, vel eius amici,
non ſpirituali, ſed carnali affectu porrectis fiunt, cum alias
futuræ non eſſent, quas non charitas interueniens, ſed am
bitio ſupplicans extorquet, & ita intelligi debet cauſa pro
poſita, vt fuit demonſtratum etiam ſupra titulo 2. & ſeq.
& titu. 98. Nam quiſque dignus pro ſeipſo, vel alius pro
alio digno preces poteſt porrigere, vt ordinetur, & bene-
ficietur, & ita ordinatus, & beneficiatus non reſpectu pre-
cum, ſed meriti, non dicitur ſimoniace promotus, vt in al-
legatis, & exemplo Petri Principis Apoſtolorum, qui dixit
ad Ieſum ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te.
Quid ergo erit de nobis? & 12. quæſt. 1. cap. illi autem gloſ.
in verbo nullum cap. nam de ætate, & qualitate Abb. in c.
per inquiſitionem col. 1. & 2. de elect. gloſ. in capi. fina. de
conceſſ. præben. in 6. Preces verò armatæ pro indigno, &
potente porrectæ ſine dubio ſimoniam inducunt, non au-
tem illam inducit timor, ſeu metus, & ſi metum inferens
peccet mortaliter 1. q. 1. cap. 1. glo. vlt. in cap. fina. 1. quæſ. 6.
31 † Decima cauſa accuſationis, & inquiſitionis ſimoniæ eſt,
ſi quid quod iure debet, non niſi accepto præmio perſol-
uat. Vendentes enim, & ementes templo eliminat Chri-
ſtus, quia vel eos, qui pro munere impoſitionem manuum
tribuunt, vel eos, qui donum Spiritus ſancti emere nitun-
tur damnat, & inferius. Vẽdentes in templo ſunt, qui hoc,
quod quibuſdam iure competit, ad præmium largiuntur.
Iuſtitiam enim vendere, eſt hanc pro pœnis acceptatione
ſeruare, ementes verò in templo ſunt, qui dum hoc perſol
uere proximo, quod iuſtum eſt, nolunt, dumque rem iure
debitam facere contemnunt, dato patronis precio emunt
peccatum. Ita Gregorius Sanctus homil. 39. relatus in 1. q.
32 3. cap. vendentes 10. † Vndecima cauſa eſt, ſi indignus ad
ſacros ordines ordinetur 16. q. 7. capitu. & hoc §. arbitror.
1. q. 3. cap. ſi quis Epiſcopus verſi. vel aliter, & per allegata
33 ſuperius in 1. & 2. cauſa, & in 9. & in tit. 2. 4. 8. & 98. † Duo-
decima cauſa eſt, ſi pro abſolutione ab excommunicatione
aliquid datum, vel acceptum ſit cap. ad aures 23. vbi gl. &
34 Doctor. de ſimonia. † Decimatertia cauſa eſt, ſi depoſitus
ab ordine, vel dignitate, dato precio ſit reſtitutus. 1. q. 1. ca
pit. per principalem 123 §. ſi. cum c. ſeq. c. iubemus 126. l. 4.
C. ad legem Iul. repetund. concordant allegata ſupra lib. 1.
35 tit. 4. & 5. † Decimaquarta cauſa eſt ſi Prælatus accepta
pecunia ſuas vices alteri ceſſit cap. 1. cum duobus cc. ſeq. ne
Prælati vices ſuas. &c. ſumm. Anto. par. 2. tit. 1. cap. 5. §. 17.
36 nota 4. † Decimaquinta cauſa eſt, ſi precio, vel fauore crimi
na alicuius celet, vel reconciliet non pœnitentem, aut di-
gnè pœnitentem propter priuatum odium non reconciliet
37 cap. nemo 14. de ſimonia † Decimaſexta cauſa eſt, ſi Eccle
ſia empta, vel redempta ſit, quoniam nec emi, nec redimi
poteſt c. quærelã 15. eod. tit. Nam Papatus, Cardinalatus,
Primatus, Patriarchatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus,
dignitates, & officia Eccleſiaſtica, tam maiora quam mino
ra nullo pacto emi, ſeu redimi poſſunt à quocunque citra
ſimoniam, vt de Papatu dicunt Ioan. And. & Geminia. &
Ioan. de Anania in c. 1. de homicid. in 6. & in c. 1. de ſimonia
Decianus lib. 5. tract. crimi. c. 78. num. 1. & c. 79. nume. 12. &
38 ſequentibus. † Decimaſeptima cauſa eſt, ſi non conſentien
ti electioni, vel præſentationi aliquid voluntate electi ſeu
præſentati datum ſit, vt à contradictione deſiſteret, vel cõ-
ſenſum præſtaret capit. Matheus 24. de ſimonia Decianus
39 dicto cap. 78. num. 2. & cap. 8. num. 7. † Decimaoctaua cau
ſa eſt, ſi vt eligeretur, ſeu præſentaretur actio, vel pœna ſit
remiſſa iureiurando 8. q. 3. cap. 1. & ca. per tuas 37. c. ſi quis
ordinauerit 45. de ſimonia. Decianus vbi ſupra & cap. 82.
num. 1. & ſequen. & nu. 8 & ſequen. Verum cauſa illa non
ſubſiſtit, ſi poſt electionem nulla pactione antea facta, nec
cogitata, remiſſio facta ſit d. quæſt. 3. in prin. & c. Artaldus
Decianus vbi ſupra c. 84. nu. 1. & 2. & ſeq. Decimanona cã
eſt, ſi quis, non niſi munere accepto cõuerſationem, vel regimẽ
Eccleſiæ ſuſcipiat 1. q. 2. capit. quam pio 2. Illi enim, qui ad
conuerſionem accedunt, non ſunt precio, munere, ſeu di-
41 gnitate inuitandi d. cap. 2. & ibi gloſ. † Vigeſima cauſa eſt,
ſi quis à conuerſis munus aliquod ſumat, quoniam nec ab
ijs, qui conuertuntur, ſeu ad conuerſionem accedunt nihil
eſt exigendum d. capi. 2. cum cap. ſeq. Alias plures, & ferè

infinitas cauſas accuſationis, & inquiſitionis ſimoniæ affe-
runt. Redoanus in tracta. de ſimonia. Decianus lib. 5. tract.
crimin. cap. 87. & ſequentibus. Et Pariſius de confidentijs
quæſt. 1. & pluribus ſequentibus, quæ omnes, vt plurimũ
reducuntur ad aliquam ex ſupra numeratis, immo potius
42 ſub illis continentur. † Committitur itaque ſimonia re,
verbis, literis, conſenſu, & mente, per contractum, ſeu pa-
ctum do, vt des, facio vt facias, & per omnes alios actus
correſpectiuos, expreſsè vel tacitè Re aliquid muneris, ho
noris, laudis, obſequij, vel gloriæ dando, vt in allegatis cau
ſis, item & remittendo. Extrauagan. cum deteſtabile de ſi-
monia Sarnen. de triennal. quæſt. 12. nu. 3. Redoanus de
Simonia par. 2. capi. 1. in pri. & ita colligitur ex definitioni-
bus, quas reali aſſignant Archidiach. in cap. quicunq 1. q.
1. Card. & Abb. in cap. nemo de ſimonia, & Ioann. de Ana-
nia ibi Fely. in rubr. num. 2. Boer. de poteſtat. legat. à latere
quæſt. 1. Ioan. Selu. de benefic. p. 1. q. 7. Nauarrus in ma-
nual. cap. 23. num. 105. & in conſi. 40. in conſi. 42. et in conſ.
13. de Simonia. Caſſador. deciſ. 5. de conſtit. et deciſ. 1. de ſi-
mon. ex quibus patet quod omne datum, et acceptum pro
re ſpirituali, ſeu illi annexa, re ipſa cauſat ſimoniam, vt la-
tè per Decianum lib. 5. tracta. crim. c. 81 per totum, et iſta
habet incontinenti commiſſa annexam excommunicatio-
nem, et priuationem obtẽtorum per eam ipſo iure extra-
uagan. Pauli 2. cum deteſtabile, de ſimonia Caſſador. deci.
5. de conſti. Nauarrus d. conſi. 42. de ſimonia Caputaquen.
deciſ. 238. par. 3. Verbis committitur aliquid promittendo
dare, ſeu remittere gl. in c. 1. de teſtibus in 6. Decius in cap.
veniens il 2. numer. 9. ante finem de teſtibus. Caputaquen.
deciſ. 244. num 3. parte 3. relati per Pariſium in tracta. de
confidentijs beneficiorum q. 66. num. 23. quod ſæpe dixit,
& ex alijs probauit in quæſt. 1. nume. 54. 61. 62. et 149. in
q. 26 num. 37. in quæſt. 27. nu. 10. in quæſt. 28. nu 70. et pro-
batur ſupra in cauſa 2. et 18. Literis committitur, vt ſi priua
ta, ſeu publica ſcriptura promiſſum, datum, remiſſumque
aliquid ſit, iſtis enim ſcripturis ſimilia continentibus non ſo
lum committitur, ſed et etiam probatur ſimonia. Verba
enim maximè in ſcriptis redacta ſunt nũcia cordis l. Labeo
in fine ff. de ſupellect. lega. deci. in l. ſemper in ſtipulationi-
bus num. 4 ff. de reg. iuris. Craneta in conſi. 20. nu. 2. et in
conſi. 290. in fine, et teſtimonia mentis noſtræ. Bal. in rubr.
de probat. Boerius deci 1. num. 8. Tiraquel. in l. ſi vnquam
in verbo libertis nu. 17. C. de reuocan. dona. Menoch. de ar-
bitra. q. 7. num. 75. & inducunt conſenſum loquentis, atq.
denotant. Doctor. in l. 1. §. ſi quis ita ff. de verbor. obligat. et
præcipue Iaſ. ſcriptura verò illum probat l. cum res C. de
probatio. l. contrahitur ff. de pignoribus Butr. in c. vlt. in
princ. col. 3. de conſuetud. Decius in rubrica de conſuetudi
ne nu. 3. Atet. in §. ex non ſcripto col. 1. inſtit. de iure natur.
gent. et ciuili. Abbas Fely Dec. et alij in rub. de conſtitutio-
nibus cum alijs citatis per Pariſium de cõfidentijs, Benefi-
cior. q. 35. nu. 71. in q. 69. nu. 4. et q. 70. nu. 1. et ſeq. Conſenſu
vtique tum tacito, tum expreſſo committitur ſimonia cũ
quis tacitè illi annuit, vel expreſſè tum verbis tum factis
indubitatis illi conſentit. Pius V. in ſua conſtitutione con-
tra ſimoniacos promulgata per totam, et vt ex illa, et alijs
ibi citatis firmat Pariſius vbi ſupra quæſt. 1. num. 60. et ſe-
quen. et num. 65. num. 70. et ſeq. q. 28. nu. 49. et ſequen. 61.
et ſequen. et num. 125. et ſeq. Mente etiam concipitur ſimo
nia atq. contrahitur, quando quis habet mentem, et inten
tionem corruptam, principaliter reſpicientem commodũ
temporale, quæ tamẽ intentio, et mens non apparet. Quæ
quidem multis modis committitur, vt latè per Decianum
lib. 5. tract. crimin. c. 85. per totum. Cuius pœna eſt ſimplex
pœnitentia, qua qui eam committ tenetur ſatisfacere Deo
c. vlt. de ſimon. gl. in c. niſi cum pridem in verbo, ſed dumta
xat de renunc. et 1. q. 3. c. Saluator. Abbas in c. ex par. il 1. de
offic. deleg. et cæteri omnes. Et ideo hæc mentalis non di-
citur propriè ſimonia gl. fi. in d. c. vlt. de ſimonia, et 1. q. 1 c.
3. vbi glo. ſed an præter pœnitentiã neceſſaria ſit reſtitutio con-
tũ, q̃ ex hac ſimoniaca mẽte recepit, tradit Redoa. in tract.
de ſimonia p. 1. c. 3. num 10. ver. deuenio ad ſecundũ caput
vſq. ad finem. Quo loci firmat regulariter nõ teneri in ijs,
q̃ ſunt ſimoniaca de iure poſitiuo, ſed bene teneri ſi ſint ſi-
moniaca de iure diuino. Cõmittitur p cõtractũ do, vt des,
et facio, vt facias. Doct. in c. paſtoralis de reſcriptis. Gomes
In reg. de Triẽnali q. 12. Tholo. noſter in trac. de Beneficijs
c. 26. n. 1. ver. quamq̃ latè Decia. li. 5. tra. crim. c. 82. per totum

Pari-

Pariſius de confidẽtijs q.1 per totã, et p oẽs alias cõtract⁹
correſpectiuos. Gomeſ. & Tholoſanus in locis citatis Di-
uus Thom. 2.2.quæſt.100. Decianus vbi ſupra dicto c.82.
& 83. Paris de reſignatione lib.14.quæſt.9. Puteus deciſio.
460.libro 2.Capuraquen deciſ.240. par.3. cum alijs citatis
per Pariſium d.quæſt.9.num.9.& in tractatu de confiden
tijs beneficiorum quæſt.29. num.19. quæſt.51. per totam,
& quæſt.70.num.11. Et quamuis ſimonia commiſſa, homi
nibus occulta ſit, ſolique Deo ſit cognita, mentali excepta,
quæ nullum fuit ſortita effectum. Tamen poteſt colligi
ſignis coniecturis præſumptionibus, actibus præcedenti-
bus,& ſequentibus, ita in ſpecie Pariſius in d.tract.de con-
fidentijs, quæſt.71.per totam, q.72.q.73.q.75.& ita conſti
tutum eſt in conſtitutione Pij V.contra ſimoniacos. Qua
ratione poteſt dubitari an coniecturæ.& præſumptiones
cum ſint legis,& conſtitutionis Summi Pontificis proban-
tes ſimoniam, recipiant probationem in contrariũ? quod
dubium mouet,& reſoluit pro affirmatiua Pariſ.vbi ſu-
pra quæſt.77. per totam. Eiſdem etiam modis committi-
tur ſimonia, vel potius ambitus pro officijs muneribus,&
honoribus ſæcularibus conſequendis, vt in lib.1. tit.4 de-
43 ductum eſt.† Verum tamen ſi alius quam ordinatus pro-
miſerit, dederit, ſeu remiſerit, non erit huius accuſationi
ſeu inquiſitioni locus, c.& ſi quæſtiones 18.c.de ſimoniace
22.& c.ſicut tuis 33 de ſimonia.& 1.q.1.c ſtatuimus 106 §.
habent ergo, ver.quos non excuſat ignorantia, cum duo-
bus cc ſequent.quæſt.4. in princ.cum ſequent. vſque ad c.
44 Iudæi,& c.non imputatur, §.item ſi excuſatur.† Si verò or
dinato ſciente,& conſentiente, alius pro eo promiſerit,
dederit, vel remiſerit, erit contra ordinatum etiam locus
accuſationi, c.Matthæus 23. & c.ſicut tuis 38. ver.niſi po-
45 ſtea cõſenſerit, de ſimonia. † Et quamuis ordinatus à rea-
tu ſimoniæ propter ſuam ignorantiam excuſetur, vt dictũ
eſt. Tamen fructus ordinationis non percipit, niſi poſtquã
ordinationi renunciauerit, ex miſericordia ei in ea condi-
tione eſſe concedatur, vt fructus percipiat 1.q.1.in princip.
cum c ſequen.c.eos qui, cum c.ſequen.c.ſtatuimus 107.§.
ſimoniacos autem, & cap nobis 27 de ſimonia extrauag.
46 Quam deteſtabile. Pauli 2.de ſimonia.† Si verò ab aduer-
ſario ordinati datum quid ſit, vt fructu ordinationis de-
fraudetur, illos nihilominus percipit, d c.27. ver.niſi con-
ſtet illos. Vel ſi etiam ſine pecuniæ interuentu eum erant
electuri 1.q.6.c.vlt.§.fin. & ibi glo. & c.& ſi quæſtione 18.
47 §.fin.de ſimonia. † Notandum etiam eſt, quod excuſatio
quæ competit ordinato ignoranti, non competit dãti, nec
accipienti, vt ordinetur, nam contra eos accuſatio,& inqui
ſitio competit, vti ſimoniacos, c.ſicum 33.§.fin.de ſimo-
nia. Si alij quam ordinatori munus datum ſit, accuſatio
hæc non competit contra ordinatorem, ſi ipſo ignorante
ſit datum, ſed contra dantem,& accipientem 1.quæſt.1.c.
ſtatuimus 107.§.ſimoniaci quoque.& c.omnis, §.de his au
tem cum c.ſequen.113. Nam ſi miniſtris, vel Notarijs da-
tum ſit ordinatore ignorante, competit contra eos, capit.1.
de ſimonia.1.quæſt.2.c.nullus, §.regulam antiquam, cap.
ſicut, in princ. Et ſi prandium ſolum, vel cœna data ſit, ca-
pit. Iacobus 44.de ſimonia.extrauag.comm.1.eod.tit. Et ſi
non pecunia numerata ſed quid aliud datum ſit, etiam in
laude, honore, vel obſequio vt fuit dictum, & probatur 1.
quæſt.3.c.totum. Vel homagium, ſeu fidelitas, c.cum eſ-
ſent 12.c.ex diligenti 17.de ſimon.c.vlt.de regul.iuris. Mo-
dicum tamen quiddam infra propoſitis datum, non cau-
ſat hanc accuſationem, vt dictum fuit, & probatur etiam
48 in cap. & ſi quæſtiones 18.in fine de ſimonia. † Competit
etiam ſi quis vniuerſa ſua bona conſerat Eccleſiæ, in qua
ordinatur, ſi cum pacto, vt recipiatur ea contulerit, c.tua
49 nos 33.de ſimonia. † Et ſi pro ipſo ingreſſu monaſterij ali-
quid datum ſit. c veniens 19. eod.tit. & 1.q.2.in princip.c.
ſicut, §.authoritate, c.quam pio.c.vlt. Decianus poſt Bald.
in conſil.371.lib.4.in tract.crimin.libro 5 cap.79. num.18.
50 † Nec refert, quod non pro ipſa ordinatione, vel cõſecra-
tione datum ſit, ſed pro acceſſorijs: puta pro electione, cõ-
firmatione, ſubſcriptione, & ſimilibus, quoniam, & con-
tra dantes, & recipientes pro ijs accuſatio, & inquiſitio
competit 1.quæſt.6.in princip.§.nunc autem, c.1.c.ego au-
tem, c.vlt.in princ. Vel pro pallio, vel pro paſtillo, vel pro
ſcriptura 1.quæſt.2 c.nullus.§.regulam, q.3.c.ſi quis obie-
cerit §.fin.Decian.lib.5.tract.crimin.c.80. per totum. Pa-
riſ.de confidentijs, quæſt.1.per totam. Vel pro re, licet non
pro ... d.c.ſi quis obiecerit, & d.q.3.c.Sal-
uator in princ.& §.penſandum,& c.ea quæ. Vel pro alta-
ri, vel decimas, vel pro præbenda, d.q.3.c.quæſitum, c.al-
tare.c.1.c.ſi quis dator. c.ſi quis Epiſcopus, c.ſi quis obie-
cerit.§.fin.c.ex multis,& c.vlt. Decianus lib.5. tract.crimi.
51 c.80.num.3.4 7.8.& per totum. † Vel ſi quid datũ ſit pro
temporalibus non ſpiritualibus, quæ tamen ſpiritualibus
ſunt annexa 1.q.3.in princ. c.ſi quis obiecerit, c.Saluator,
§.ſed beatus anteceſſor. Caietanus qui alios citat in tomo
2.tracta.9. de ſimonia, q.1.& in ſumma in verbo ſimonia.
Victoria in relect. de ſimonia, nu.44. Nauarrus in manua-
li, c 23.num.108. Sotus lib.9.q 5.artic.2.& quæſt.7.artic.1.
Didacus in regula peccatum par.2.§.8.verſ.& licet. Caſſa-
dorus deciſ.2.de ſimonia. Caputaquen.deciſio.237.par.3.
Decianus vbi ſupra. Quo loci declarat quę nam tempora-
lia bona ſint annexa ſpiritualibus. Quod idem facit Gar-
zias de beneficijs.par.1.c.2.per totum,& num.10. Pariſius
de reſignatione, lib.14.quæſt.3.numer.3.& de confidentijs
52 beneficiorum quæſtio.3. † Item ſi pro officio procuratio-
nis, ſeu præpoſituræ aliquid datum ſit, d.c.Saluator. §.a-
lioquin,& 1.q.7.c.ſi quis omnem.§.quicunque, c.conſule-
re 38.de ſimonia, cũ declaratione, de qua in d.c.Saluator.
53 Decianus vbi ſupra c.79. num.12. & ſequent. † Itẽ ſi pro
inueſtitura quid datum ſit, c.in tantum 36.§.fin. de ſimo-
54 nia. † Verum ſi fructus eccleſiarum ſub annuo cenſu cõ-
cedantur non intrabit hæc ſimoniæ accuſatio. cap.vlt. ne
55 Prælati vices ſuas. Decianus vbi ſupra, c.80.nu.14.† Nec
ſi ſumptuum cauſa datum, vel acceptum ſit, c.cum ſit 10.
ver.præter procurationem de ſimonia. & vt dictum fuit
56 ſupra tit.2.† Si datum ſit cauſa paupertatis, vel acceptum
nihilominus intrabit, c.quoniam 40.de ſimonia. Paupertas
enim nec dantis, nec recipientis maculam ſimoniæ abſter-
git, d.c 40. & Decianus lib.5 tract.crimin.c.80.numero 6.
57 † Prout etiam intrabit, & ſi is qui dedit, conſecuto ordine
dignus ſit, niſi fortè alter eo ignorante dederit pro eo.1.q.
5.in princ.c.1. & dictum fuit in tit.4. Decianus d.c.80.nu.
58 4.& per totum. † Si non muneris intuitu ordinatio facta,
ſed etiam ſine eo futura eſſet, non intrabit contra ordina-
tum qui non dedit, per ea quæ dicta ſunt ſupra num.43.
& ſequen.& per text.in 1.quæſt.6.c.vlt.§.fin.& ibi gloſ. c.
59 & ſi quæſtiones 18 §.fin. de ſimonia. † Minus etiam intra-
bit ſi ſponte, non ex pacto aliquid datum ſit, c.& ſi quæ-
ſtiones 18 c.dilectus 30. §.fin.c.tua nos 34.§.ſi verò pure,
c.mandato 46.ver.quæ nullo pacto, de ſimonia 13.q.2.ca-
pit.queſta eſt, ver.ſed ſi quando, c.in eccleſiaſtico, c.præci-
piendum, ver.niſi forte, extrauag.commu.1. ver.illa dun-
taxat Gratis enim dare,& gratis accipere nullo intercedẽ-
te pacto ſimoniacum non eſt ex allegatis,& diſtinct.23. c.
eloquijs, vbi glo.in c.baptizandis 1.q.1.& c.quicquid cap.
placuit, il 3.& quæſt.2.in princip.& §.ſed & aliud,& cap.
quam pio,& c.1. & quod ſponte oblata accipi poſſint ſine
vitio ſimoniæ dicit tex.in d.quæſt.2. c.ſicut Epiſcopus, §.ſi
quis autem clericus. Nouella conſt.123.de ſanctiſſ. Epiſco-
pis.glo.in c.non ſatis, de ſimonia, latè Decianus libro quin-
to, tract.crimin.c.84.num.2.& ſequent. Caietanus in ſum-
ma, ver.ſimonia. Vt enim committatur ſimonia requiri-
tur pactum de aliquid dando, ſeu remittẽdo, tacitum, vel
expreſſum, glo.in c.ordinationes in verbo pretij 1.quæſt.
1. Vbi Cardinal. Alex.num.33.& in c.1.num.4. & in c.qui-
cunque, num.4.poſt alios. Summa Antonin.par.2.tit.1.ca-
pit.5 §.11. Pariſ.in conſil 135.nume.17. lib.4 Decius in cap.
ex parte, num.17.de offic.delegat. Nauarrus in conſilio 11.
& in conſil.38.de ſimonia.& in manuali.cap.23. num.107.
110.& 709.& in conſil.27.30.33.& 39. de ſimonia. Gabr.in
conſil.172.num.4.& 12.libro 2. Puteus deciſio.171. numero
9. & 10. libro 2. cum alijs multis allegatis per Pariſium in
tract.de confidentijs beneficialibus, quæſt.26. in princip.
& per totam, quæſt.27.num.124.& quæſt.36.numero 22.
60 & 53. † Minus etiam intrabit accuſatio ſimoniæ, ſi adſit
conſuetudo aliquid dandi, ſeu recipiendi, c.ad Apoſtolicã
42.de ſimonia cum allegatis per Pariſium vbi ſupr. quæ-
ſtio.5.per totam. Verum d, c.42. non obſtante, neque ob-
ſtante Pariſio, cum allegatis ab eo,& ſi adſit loci conſuetu-
do, nihilominus accuſatio intrabit, quia diuino iuri cõtra-
ria non ſubſiſtit, c.non ſatis 8.§.fin.c.cum in Eccleſiæ 9.§.
poſſunt autem, c.ea quæ 16.c.veniẽs 19. ver.aſſerentes hoc
eſſe, c.dilectus 30.c.Iacobus 44.de ſimonia.& extrauag.
61 commu.1.eod.tit.& ex conſtitut. Pij IV.& Pij V. † Diuino
enim

enim iure ſimonia legitur prohibita in allegatis canoni-
bus, & Summorum Pontificum Conſtitutionibus, ita fir-
mat Decianus lib. 5. tract. crimin. c. 77. num. 3. & ſunt text.
in 1. q. 3. c. ex multis. Matth. 21. in c. ex diligenti, de ſimonia.
Videmus enim Matthæi 25. Chriſtum ipſum eijcientem
de templo ementes, & vendẽtes. Videmus Petrum reſpue-
re exemplo Chriſti Simonem volentem emere ſpiritualia,
vt negari non poſſit non ſolum humano, ſed & diuino iu-
re ſimoniam ſemper fuiſſe prohibitam, vt per omnes in c.
ex parte, il 5. de offic. delegat. gloſ. in c. & ſi Chriſtus, de iu-
reiurando, & in c. cum pridem de pactis. Decius in cap. ſi-
gnificaſti, num. 15. de electi., quos citat Decianus, vbi ſu-
pra, num. 3. & cap. 85. per totum, & hanc tenent Theologi
omnes citati paulo ſuperius ſub num. 51. quibus addo Ioc.
Aragon. 2. 2. q. 100. artic. 4. Valentia 3. tomo ſuper 2. 2. di-
ſputat. 6. q. 16. punct. 2. Coſmus Philiarchus de officio ſa-
cerdotis, 2 par. lib. 6. c. 2 concluſ. 3. Ludouic. Lopez in inſt. rnc.
conſcientiæ, 1. tomo cap 299 & 301. Emanuel Rodriguez
in ſumma 2. tomo, c. 56. num. 3. & 5. & c. 59. numer. 11. Veg-
gia in ſumma 2. par. c. 131. caſu 9. & 52. Petrum Ledeſmam
ſumma 2. par. tract. 12. concluſ. 19. 20 & 29. Et ex Canoni-
ſtis hanc tenent Nauarrus in Manuali, c. 23. nume. 108. Di-
dacus, Couarruu. in regula peccatum, 2. par. §. 8. ver. & licet
quibuſdam. Thomas Campeggius in tract. an Papa labem
ſimoniæ incurrere poſſit, Abbas in c. extirpandæ, §. qui ve-
rò, de præbendis, num. 53. & in c. 1. de ſimonia, nume. 6. vbi
Bellenzinus in addit. Rebuffus in repet d. §. qui verò, in fi-
ne. Caſſadorus deciſ. 2. de ſimonia. Redoanus in tractat. de
ſimonia par. 1 c. 34. num. 13. Iacobus de Graffijs in deciſ. au
reis caſuum conſcientiæ lib. 2. c. 96. num. 14. Eſt enim ſimo
nia hæreſis, & idololatria, & ſimoniaci ſunt hæretici, & ido
lolatræ omni iure, tum diuino, tum humano prohibiti, vt
iam ſuit ſuperius probatum, & comprobant Decianus, &
citati ab eo lib. 5. tract. crimin. c. 77. num. 1. & c. 85. nume. 1.
62 & per totum. † Et contra ius diuinum nulla lex, nulla con
ſuetudo vllo vnquam quantumuis longiſſimo tempore
poteſt introduci, eſt enim perpetuum, atque immutabile;
glo in l. fin. C. ſi contra ius. & in l. 3. de Conſtitut. Princi-
pum, 25. q. 1. cap. quæ ad perpetuam 3. cum ſequentibus. §.
ſed naturalia inſtit. de iure naturali, diſtinct. 5. cap. vlt. §. is
itaque, & Geminian. & Præpoſitus in ca. ſicut, diſtinct. 14.
Abbas in c. ſignificaſti, col. vlt. de elect. Quod nec Papa ipſe
immutare poteſt in aliquo, d. q. 1. ca. ſunt quidam 6 & ſe-
quentibus, vbi Vrbanus Papa, inquit. Sunt quidam dicen-
tes Romano Pontifici ſemper licuiſſe nouas condere leges;
Quod & nos non ſolum non negamus, ſed etiam valdè af-
firmamus. Sciendum verò ſummopere eſt, quia inde no-
uas leges condere poteſt, vnde Euangeliſtæ aliquid, & Pro-
phetæ non dixerunt. Vbi verò apertè Dominus, vel eius
Apoſtoli, & eos ſequentes Sancti Patres ſententialiter ali-
quid definierunt, ibi non nouam legem Romanus Ponti-
fex, ſed potius, quod prædicatum eſt, vſque ad animam,
& ſanguinem confirmare debet. Si enim, quod docuerunt
Apoſtoli, & Prophetæ deſtruere (quod abſit) niteretur,
non ſententiam dare, ſed magis errare conuinceretur. Sed
hoc procul ſit ab eis, qui ſemper Domini Eccleſiam con-
tra luporum inſidias optimè cuſtodierunt. Et Zoſimus Pa-
pa, inquit. Contra ſtatuta Patrum condere aliquid, vel
mutare, nec huiuſmodi quidem ſedis poteſt authoritas.
Apud nos enim inconuulſis radicibus viuit antiquitas, cui
decreta Patrum ſanxere reuerentiam, idem confirmant
Marcellinus Papa in epiſt. 2. Hormiſda Papa ſcribens Epi-
ſcopis Hiſpaniæ, Pelagius Regi Childeberto, & alij plures
relati in d. q. 1. cap. omne. 8. & ſequentibus, latè Cardinalis
Bellarminus lib. 3. de laicis, ca. 11. Cucchus inſtit. de Sum-
mo Pontifice, num. 10. & ſequent. Pariſius de confidentiis,
quæſt. 3. num. 14. & ſequen & num. 20. & ſequen. & quæ-
ſtione 4. & 5 & in propoſito noſtro vltra iam citatos con-
tra ſimoniam, & ſimoniacos omni humano, atque diuino
prohibitam iure, habemus etiam Patres Sanctos Leonem,
Gregorium, Gelaſium, Ambroſium, Caliſtum, Gregorium
Nazianzenum, alioſque complures, quorum dicta refert
Gratianus in 1. q. 1. in princ. & per totum. habemus Conci-
lia Calcedonenſe, c. 2. Braccarenſe. 2. c. 3. Laodicenſe, ca. 32.
Martini Papæ, c. 70. Toletanum 11. c. 8. Elbertanum, ca. 48.
Cabilonenſe, c. 16. Placentinum, cap. 3. & 4. relata pariter à
Gratiano in d. q. 1. & Concilium Tridentinum in ſeſſio. 21.
de reformatione, c. 1. in ſeſſ. 22. in decreto de obſeruandis,
& euitandis in celebratione Miſſæ, & in ſeſſ. 24. de refor-
matione, ca. in pluribus. 14. Simoniam, & ſimoniacos dam-
nantes, appellanteſque illos hæreticos, & idololatras, vt
omni dubio careat expreſſa Dei ordinatione prohibitos eſ-
ſe, nullaque humana lege, nulla populari conſuetudine vn-
quam, nec ante Conſtitutiones Pij IV. & Pij V. toleratos
fuiſſe, vt aſſeuerare auſi ſunt Pariſius in tract. de confiden-
tijs beneficiorum, & allegati ab eo in d. quæſt. 5. Vel iuſtè
potuiſſe tolerari contra tot, & tam ſcitatas authoritates
vigentes, ante dictas Pij IV. & Pij V. Conſtitutiones. Non
obſtat, quod reſpectu beneficiorum, & bonorum tempo-
ralium ſimonia dicatur poſitiuo, atque humano iure pro-
hibita propter connexitatem ordinis ſpiritualis, non pro-
pter bonum temporale, ideoque quoad bona temporalia
non ſubiacere prohibitioni diuini iuris, quia cum benefi-
cium ſit ius ſpirituale, & ius percipiendi fructus ex bonis
Deo dicatis Clerico propter diuinum officium competẽs,
ſecundum Toletum in ſumma lib. 5. cap. 76. Nauarrus de
redditibus Eccleſ. 1. quæſt. monito. 55. num 4. & præſuppo
nat Clericatum, vt dicit Diuus Thomas in 2. 2. q. 100. arti-
cul. 4. & ibi Expoſitores, Abbas in c. conſulere, num. 3. de ſi-
monia, & eſt tex. in c. dilecto 25. de præbendis, & datur be
neficium propter officium c. fin. de reſcriptis in 6 Redoa-
nus de ſimonia par. 1 c. 4. num. 12. & c. 29. num. 1. Succedit,
quod beneficium, & beneficiatum propter connexitatem
ordinis Clericatus, & ſic ſpiritualitatis, quoad ſimoniam
diuino ſubiaceat iuri, omni alia lege, ſeu conſuetudine im-
mutabili, vt dictum eſt. Cum enim beneficia talia conſti-
tuta ſint, vt competant Clericis, ſeu perſonis Eccleſiaſticis
tantum, ſuccedit, quod propter inſeparabilem connexio-
nem non poſſint vendi, vel alienari abſque labe ſimoniæ
iure diuino prohibitæ, vt conſtat ex allegatis per Decianũ
lib. 5. tract. crimin. c. 79. & 80. per totã. & ex allegatis Theo
logis, & Canoniſtis paulo ſuperius, & vt ſpecificat Decia-
nus in d. c. 79. num. 12. & ſequent. & in d. c. 80. num. 2. & ſe-
quen. vt ſecundum eum exceptis vaſis, & vtenſilibus, &
mobilibus, nihil Eccleſia poſſideat temporale ſeparatum à
ſpirituali, & conſequenter a diſpoſitione diuini iuris quo-
63 ad ſimoniam exemptum. † Hinc eſt, quod Epiſcopus loci
non poteſt cum ſimoniacis pœnitentibus diſpenſare, ca. no
64 bis. 27. §. fin. de ſimonia. † Solus enim Papa cum difficulta-
te, & ex miſericordia cum illis, qui ſimoniam commiſerint
diſpenſat, quicquid dixerit in contrarium Redoanus in
tract. de ſimonia par. 4. c. 15. num. 2. relatus per Pariſium in
quæſt. 8. num. 25. de confidentijs, vt eſt tex. in cap. mandato
46. de ſimonia. 1. q. 1. c. ſtatuimus. 107. in fine. Ioann. Andr.
Butrius, & alij citati per Caputaquen. deciſ. 201. parte 1. &
deciſ. 238. pat. 3. Decianus lib. 5. tract. crimin. c. 88. numer. 1.
65 Pariſius, vbi ſupra, quæſt. 3. num. 11. & ſequen. † Pro illa ve
rò committenda, vtitur iure ſimoniæ prohibita, nunquam di-
ſpenſat, & in hoc ſenſu intelligi poteſt, quod dixerunt Re-
doanus, vbi ſupra, & Pariſ. in d. q. 8. 11. q. 3. ca. qui omnipo-
tentem. Butrius in c. ſuper eo. de vſuris. Boich. in c. cum ad
monaſterium, de ſtatu regul. & in c. ex parte, il ſecondo, de
reſcriptis. Abbas in c. non eſt voti, de voto. Ioan. Andr. in c.
2. de diſpenſat. Decius in c. ne innitaris, de conſtitut. Gemi-
nian. in conſ. 96. col 5. Diuus Thomas in 5. diſtinct. 27. q. 4.
& eſt tex. in c. literas, de reſtitut. ſpoliator. quem citat Pa-
66 ſtan conſ 68. nume. 39 & ſequent. l. b. 4. † Et pro illa com-
miſſa, nunquam conceditur pro retinendis illis beneficijs,
ſuper quibus iam impetrandis commiſſa fuit, & ideo Pius
IV. in ſua Conſtitutione 69. incipien. In ſublimi, &c. §. ca-
ueat. ibi. Quinimmo in abſolutionibus huiuſmodi appona
tur clauſula, quod vtrique ad beneficium, ſuper quo fuit
commiſſa ſimonia, perpetuò inhabiles exiſtant, & ita de
ſtylo ſeruat Dataria. & ita etiam de iure procedere probat
67 Caputaquen. in deciſ. 201. num. 2. par. 1. † Nec refert ſi id,
quod datum ſint in pios vſus ſit conuerſum, ſeu conuer-
tatur, quia hoc non facit, vt ceſſet accuſatio, & inquiſitio.
1. q. 1. c. non eſt. 27. Extrauag. commun. 1 § nos igitur, vers.
etiam ad vſum Eccleſiaſticum, & per ea, quæ ſupra ſub nu
68 mer. 5. & ſequen. dicta fuere. † Minus etiam refert ad hũc
effectum, quod ſimoniacus pœnitentiam egerit. 1. q. 7. cap.
cauendum. 3. §. fin. in fine, verſ. verumtamen, & c. requiri-
69 tis. 5. † Niſi rigor diſciplinæ, quandoque relaxetur ex di-
ſpenſatione miſericordiæ, quæ quidem pro temporum
neceſſitate temperatur, ipſa verò ceſſante, debet ceſſare,
quod vrgebat, d. cap. requiritis. 5. §. niſi rigor. cum duobus
capi-

capitulis ſequentibus. Tiraquel. de ceſſante cauſa num. 91.
verſic. diſpenſatio. Et vt paulo ſuperius dictum fuit. Quo
loci authoritate Gelaſij legitur ſimoniacos pœnitentes nõ
ſolũ fuiſſe abſolutos, ſed & ad priſtinas dignitates reſtitu-
tos, à quib. fuerunt pp ſimoniam expulſi, pp tẽporũ neceſ-
ſitatem in tota Italica Eccleſia. Cui concordat 1. q. 1. c. ſta-
tuimus 107. §. fi. verũ hoc intelligi debet, quoad executionẽ
dignitatis ſacerdotij, vt animaduertit ibi glo. in verbo per-
manere, à qua, neceſſitate ceſſante, ſunt arcendi, vt per In-
nocentium Papam in ſuis decretis epiſto. 22. ad Epiſcopos
Macedoniæ ita dicentem. Quod pro remedio, ac neceſſita-
te temporis ſtatutum eſt; conſtat primitus non fuiſſe, &
infra. Quod ergo neceſſitas pro remedio repetit, ceſſante
neceſſitate, debet vtiq. ceſſare pariter quod vrgebat: quia
aliud eſt ordo legitimus, aliud, quod vſurpatio ad præſens
70 fieri tempus impellit. † Sed & omnibus, quibus ex lege Iu
lia maieſtatis accuſare permiſſum eſt, ſimoniæ quoque ac-
cuſatio competit, & ab omnibus iudicibus, in caſibus in
quibus ipſa accuſatio competit, eſt recipienda capi. ſi do-
minus 3. cap. tanta 7. de ſimonia 15. quæſt. 3. cap. certis §. fi.
& ſi volens accuſare fœmina ſit d. quæſt. 3. cap. ſane quiſ-
quis §. vnde aut ſpecialiter. Eſt enim ſimonia publicum ca
pitale crimen vtroque iure prohibitum diuino ſcilicet, &
humano, vt diuino iam probatum fuit, & humano pro-
bant tex. in leg. quamquam circa finem, C. de Epiſcopis, &
clericis, & alij citati in princi. tituli, & per Decianum lib.
5. tracta. crim. cap. 85. numero 3. verſic. publico etiam, &
71 per totum † Iudices autem huius publici criminis compe
tentes ſunt ordinarij locorum Epiſcopi 1. quæſt. 3. cap. al-
tare vbi omnes notant glo. in ſumma 1. q. 1. Doctor. in cap.
cum ſit generale de foro competen. & ſi nõ reſipuerint ẽt
per exteras poteſtates permittuntur coerceri 1. q. 7. ca. vlti.
ſed quia non audebant inquirere nec recipere accuſatio-
nes contra potentes. Ideo Pius V. in bullario fol. 1007. con-
ſtitu. 52. incipien. licet; illas tam porrectas, quam porrigen-
dus ad ſe auocauit. Deinde in conſt. 87. auocatio. hæc fuit
per eundem relaxata, præter quam de pendentibus coram
eo, ipſis locorum ordinarijs, vt poſſint in eis inquirere, &
inquiſitionem ſigillo obſignatam ad Romanam ſedem
tranſmittere, vt in §. nos enim, & in §. quo circa. Sed quia
ipſe ſummus Pontifex huiuſmodi cauſas cognoſcere non
poterat, atq. decidere ob ardua, & grauiſſima totius Chri-
ſtianæ reipublicæ negoria, ideo eas commiſit tunc Came-
ræ Apoſtolicæ Præſidenti vſque ad ſententiam excluſiue,
quam ſibi, & ſucceſſoribus reſeruaunt, vt in alia conſti. 158.
incipien cum ſicut accepimus, in bullario fol. 1165. & cum
non poſſet relationes horum accuſationum audire, & ſu-
per eis ſententias proferre, ampliando d. iudicis iuriſdi-
ctionem, mandauit, vt coniunctim cum alio poſſet has ac-
cuſationes audire, & fine debito terminare vſque ad ſen-
tentiam incluſiuè, exceptis cauſis contra Cardinales, Patri-
archas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, vt in conſt. 159. inci-
72 pien. Cum alias, &c. in Bullario fol. 1166. † Sixtus V. in con-
ſtitu. ſua 51. incipien. Diuina erexit officium Auditoratus
cauſarum ſimoniæ, cui iuriſdictioni, cum participatione
decimæ partis prouentus, & alijs regalijs, ſuppoſuit omnes
talia crimina perpetrantes, etiam Cardinales. Sed fuit du-
bitatum an hodie ſtante dicti officij erectione poſſint ordi
narij locorum, vt antea de iſtis cauſis cognoſcere, & iſtas
decidere, & reſolutum quod ſic, per ea, quæ latè citat Pa-
riſius in tracta. de confidentijs quæſt. 79. nu. 15. & ſeq. vſq.
73 in finem. † Inſtituuntur autem, & diriguntur hæ accuſa-
tiones contra omnes quacunque dignitate Eccleſiaſtica,
ſeu temporali fulgentes, Imperatorem ſcilicet Reges, Prin
cipes, & laicos omnes, contra Cardinales, Patriarchas, Ar-
chiepiſcopos, Epiſcopos & omnes alios clericos, & perſo-
nas Eccleſiaſticas, vt latè per Decianum lib. 5. tracta. crim.
capi. 78. per totum. Nam contra omnes tam dantes, quam
recipientes diriguntur, omnes enim hac accuſatione tenen
tur cap. non ſatis 8. §. vnde cap. veniens 19. cap. dilectus 30.
verſic. tam dantes cap. contrahere 38. cap. ſicut 39. §. fi. cap.
quoniam 40. ver. tam recipiens de ſimonia, extrauag. com-
mun. 2. §. ſtatuentes ver. dando, vel recipiendo eod. tit. ex-
trauag. comm. 1. §. hanc de ſenten. excomm. 1. quæſt. 1. cap.
quos conſtiterit ver. quia dantem pariter cap. reperiuntur
§. fin. cap. ſi quis Epiſcopus cap. qui per. & q. 3. cap. 1. verſi.
iuſte enim vterque cap. vendentes cap. peruenit in fine, &
cap. vlt. & emptor, atque venditor, & quæſt. 7. capi. ſi quis
omnem §. 1. & §. item Epiſcopum, & §. Tharaſius, & cano-
ne Apoſtolicor. 28. & hoc tranſit ſine controuerſia contra
omnes. Contra eum pro quo ignorante datum eſt, iam di-
ctum fuit ſuperius ver. veruntamen hoc, &c. Contra eum,
qui conſenſit vtique dirigitur cap. non ſatis 8. §. vnde quiſ-
quis ibi, vel conſenſerit de ſimonia. Dirigitur etiam contra
eum, qui ordinatum præſentauit ordinandum c. ſi quis 45.
eod. tit. Item & contra mediatorem 1. quæſt. 1. capi. ſi quis
Epiſcopus §. fin. extrauag. comm. cum deteſtabile 2. §. ſta-
tuentes ver. ſaui quod iſſa fiat de ſimo. & ſi clericus eſt de-
ponitur d. q. 1. cap. reperiuntur. Si laicus excommunicatur
74 vt ibi, & in capit. vltim. 1. quæſt. 3. † Dirigitur etiam contra
eos, qui ſcientes ſimoniam commiſſam, non deferunt, vel
non vindicant, ſi habeant iuriſdictionem 1. quæſt. 1. c. quiſ-
quis cap. quicquid ver. equidem ſi ſciente, Extrauag. com-
mu. 1. §. illos quoque de ſentent. excom. Item contra eum,
qui vtitur gratia redempta d. extrauagan. commu. 1. §. fin,
75 † Sed & de liberis, & hæredibus ſimoniaci diſponitur, vt
vſque ad tertiam, & quartam generationem non poſſint
ad Eccleſiaſtica beneficia adſpirare 1. q. 1. c. cito tui pem 16.
de ſimoniacis plura referuntur in ſyntagma commu. opi-
nionum loco tituli. 5. cap. 3. & titu. 24. capitul. 1. per totum.
76 † An autem Papa in hoc crimine inuolui poſſit, tranſit ſi-
ne dubitatione ſi quid dedit pro Pontificatu adipiſcendo,
ſeu promiſerit, vt per Ioan. Andr. & Gemin. in cap. 1. de ho
micidio in 6. ſequitur Ioan. de Anania in cap. 1. de ſimonia,
ſequitur, & alios citat Decianus lib. 5. tracta. crimi. cap. 78.
num. 1. ver. ideo concludendum. In Pontificatu verò admi
niſtrando eſt diſtinguendum, aut enim recipit pro aliqua
re ſpirituali conferenda alicui, aliquid temporale à cleri-
co ſiue laico, ita vt inuoluatur in ſimoniam diuino iure
prohibitam, de qua ſupra, & tunc non caret vitio ſimoniæ
vt concludit Diuus Thomas in 2. 2. q. 100. artic. 1. vſq; ad
ſeptimum. Abbas in cap. 1. de ſimonia, & in ca. extirpandæ
§ qui verò in repetit. in vltim. concluſ. de præbendis, & in
c. cum ſidem eod. tit. & alij plures, quos refert, & ſequitur
Decianus in d. cap. 78. in princip. Fely. in cap. 1. nume. 2. de
ſimon. Quod exemplificant ſi recipiat aliquid pro colla-
tione alicuius beneficij habentis adminiſtrationem ordi-
nis, vel executionem clauium, vt dicit Abbas in d. §. qui ve-
rò, & in cap. 1. num 6. de ſimonia vbi Fely. & Soccinus. Vel
ſi illam committat circa ordinem, & Sacramenta. Non au
tem diſpenſando, vt per Redoanum in tract. de ſimo. par.
1. cap. 21. & cap. 23., vel committendo ſimoniam tantum-
modo prohibitam de iure poſitiuo, & hanc diſtinct. dicit
communem Ioan. de Anania in cap. 1. nume. 7. de ſimonia
Clarus in §. ſimonia ver. quæro etiam, & iſta eſt communis
quam prædicat Didacus Couarru. in regula peccatum 2.
par. §. 1. nu. 9. ver. ex eadem. Cardinalis Albanus ad Bar. in
l. Barbarius num. 3. ff. de offic. Prætoris. Decianus in d. cap.
78. num. 1. per totum. Tamen ſi idem Papa extra conuen-
tionem ex humana cupiditate cõferret beneficium aliquo
accepto etiam promiſſo, non ideo incurreret ſimoniam, ſi
quidem in dubio in tanto viro omnibus fidelibus Præpoſi
to, non eſt præſumendum, quod animo vendendi Eccle-
ſiaſtica beneficia munera receperit, ſecundum glo. Ant. de
Butr. & Fely. in c. ex parte 16. c. de offi. delegati Gaſparem
de Peruſio in tract. de reſeruationibus beneficior. in princi.
num. 24. cum alijs citatis per Cardinalem Albanum vbi ſu
pra nume. 3. & per Decianum vbi ſupra, & ſi contrariam
veriorem aſſerat Couar. in d. regula peccatum in 2. part. §.
8. num. 9. ver. & licet quibuſdam viſum fuerit. Et quamuis
res Eccleſiæ ſint aliquo modo Papæ, non tamen illius ſunt
omnibus modis habẽdi, ſicut illud quod habet ad manus,
gratis enim omnia accepit, vt & gratis conferat. Vnde ſi
recipiat pecuniam, vt dictum eſt, pro re aliqua ſpirituali,
ſiue talis pecunia ſit de redditibus Eccleſiæ, ſiue offeratur
ab aliquo laico de bonis ſuis, non carebit vitio ſimoniæ, &
hoc modo concludunt in Papam cadere poſſe peccatum
ſimoniæ coram Deo, & ideo non incurrit pœnas iuris poſi-
tiui, nec ab aliquo poteſt accuſari, quia nemini ſubeſt, vt
alibi fuit probatum hactenus itaque de ſimoniacis, &
ſimonia.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ſimoniæ, quæ ſit.*
2 *Excommunicatio quando ſit pœna ſimoniæ.*

Mona-

Digitized by Google

3 *Monachus ſimoniacus ab vno monaſterio in alium duriorem eſt transferendus.*
4 *Simoniæ pœnæ quos comprehendant.*
5 *Simonia crimen comparatur homicidio.*
6 *Simoniacus fit irregularis.*
7 *Reus ſimoniæ pendente cauſa deſiſtit à diuinis.*
8 *Simoniacus damnatus fit etiam infamis.*
9 *Purgatio canonica deſertur diffamato de ſimonia non conuicto.*
10 *Purgationem qui non vult ſuſcipere priuatur beneficijs, vt conuictus.*
11 *Relapſus ſimoniacus punitur pœna vltimi ſupplicij.*
12 *Simonia crimen grauiſſimum.*
13 *Socius criminis in ſimonia quomodo teſtis ſit.*
14 *Simoniacus occultus pœnitens abſoluendus eſt, restitutis acceptis, & pœnitentia muncta.*
15 *Onus admonendi ſocium criminis iniungendum occulto ſimoniaco pœnitenti.*
16 *Charitas exercenda eſt in ſocium criminis.*
17 *Inducens aliquem ad peccandum, tenetur illum mouere, vt pœniteat.*
18 *Charitatis lex non obligat ad peccatum mortale.*
19 *Peccantem, qui cum poteſt, non reuocat, peccat, maximè qui ad peccandum induxit.*
20 *Papa non ſubiacet pœnis ſimoniacis in hoc ſæculo impoſitis.*

De Pęna Simoniæ. Tit. 113.

1 NVnc † de pœna ſimoniæ ſimoniacis infligenda diſ-
ſerendum eſt. Et quidem is, qui dedit deponitur,
& ſacerdotij honore priuatur, c. qui alium 2. cap.
ſicut 6. c. infirmatum 13. de ſimonia. 1. q. 1. c. presbyter. c.
reperiuntur, §. quod ſi aliquis, vbi ille in monaſterium de-
truditur, c. ſi quis Epiſcopus, ver. & qui ordinatus, cap. qui
per c. ſanctorū, c. qui ſtudet, & c. erga ſimoniacos. Is quoq;
qui accepit, vtique deponitur, & ſacerdotij honore priua-
tur, ſi in ſacerdotio conſtitutus ſint, vel in alio honore, cap.
de hoc autem 11. c. ea quæ 16 in fine de ſimonia 1. quæſt. 1.
c. reperiuntur, §. fin. c. qui per quæſt. 3. c. ſi quis Epiſcopus,
& ibi glo. & quidem hodie ipſo iure, cap. cum detestabile
2. in extrauag. comm. de ſimonia, c. infirmatum 13. eodem,
Tholoſanus noſter de beneficijs, c. 26. num. 1. Diuus Tho-
mas in 2. 2. quæſt. 100. art. 6. Decianus lib. 5. tract. crimin. ca.
87. num. 1. Garzias de beneficijs, par. 8. c. 1. num. 3. & ſeque.
Sed & interdum recipiens ad tempus excommunicatur,
vel alia pœna iudicis arbitrio punitur 1. quæſt. 1. cap. quic-
quid Sed & is, cui ius aliquod propter ſimoniam remitti-
tur, ad tempus punitur, c. ſi quis ordinauerit 45. de ſimo-
2 nia. † De excommunicationis, & anathematizationis pœ-
na habetur in c. quicquid, & extrauag. cōmu. 1. §. nos enim,
qui ſecus, & 2. de ſimonia in extrauag. commun. 1. de ſen-
tent. excommunic. & 1. quæſt. 1. c. reperiuntur, §. fin. cap. ſi
quis Epiſcopus §. fin. c. qui ſtudet, in princ. c. quicunque, c.
cito, §. quia ergo, ver. ſecundum Ambroſium, c. placuit, &
q. 7. c. vlt. ſimoniacus in æternum damnatur 1. quæſt. 1. c. ſi
quis neque, quæſt. 3. c. ſi quis dator. Immo pœnam excom-
municationis ipſo iure ſimoniaci omnes in continenti in-
currunt, d. c. reperiuntur, cum alijs citatis per Decianum
vbi ſupra dicto cap. 87. numer. 7. vbi id declarat, atque di-
3 ſtinguit. † Monachus ſimoniacus ab vno monaſterio in a-
liud durius transfertur, c. de regularibus 25. c. dilectus 30.
§. quod ſi de hoc, & c. quoniam 40. de ſimonia. Decianus
vbi ſupra num. 9. alios citat. Adeſt etiam pœna ſimpli eius
quod acceptum eſt præſtanda, cap. de hoc autem 11. § fin.
c. veniens 19. §. quoniam ergo, de ſimonia. extrauag. com-
mun. §. per electionem, eodem tit. 1. q. 3. c. ſi quis dator in
fine. Item & pœna dupli, cap. audiuimus 41. §. fin. de ſimo-
nia. Item adeſt, & pœna Giezzi, qui primus in veteri teſta-
mento ſimoniam admiſit, & ideo fuit lepra punitus, cap.
cum in Eccleſiæ 9. vbi glo in verbo Giezzi, de ſimonia 1. q.
1. c. cito turpem 16. Adeſt etiam pœna quadrupli contra
extorquentem per impreſſionem, diſtinct. 18. c. quoniam
quidem, & 1. q. 1. c. concuſſionis. Laicus, & mediator pœna
dupli tenentur eius, quod ſimoniace acceperunt, §. ſed ne-
que Xenodochum. Nouella conſt. 129. de ſanctiſs. epiſcop.
d. c. audiuimus in fine de ſimonia. Bona omnia etiā aliquā-
do publicantur, vt obſeruatum fuit de Liguribus, gloſs. in
themate 1. quæſt. 1. per tex. in 23. quæſt. 5. c. de Liguribus
Incurrunt etiam irregularitatem, ſi ſuſpenſi audeant cele-
brare, vel adminiſtrare, quæ irregularitas manet tāquam
cicatrix, neque tollitur per pœnitentiam, glo. in c. ventum
eſt, in verbo cicatrice 1. quæſt. 1. Ioan. Andr. in c. 2. de ſtatu
regul. Diuus Thomas 2. 2. q. 100. artic. 1. & notatur in cap.
ſi celebrat. de clerico excom. Infamiam quoque incurrunt
perpetuam, l. quemquam in fine, C. de epiſcop. & clericis
regulrata in 15. q. 3. c. ſanè, & quidem efficiuntur infames
infamia iuris, adeo quod tales ſine diſpenſatione non poſ-
ſunt ad aliquod beneficium admitti, glo. penult. in c. ſi di-
ligenti, de ſimonia, & glo. 1. in c. in tantum eod. tit. & 1. q.
1. c. reperiuntur in fine, & c. baptizandis in fine, & ca. quic-
quid vbi glo. in verbo, ſi presbyter. Cui quidem pœnæ ſu-
biacet etiam mediator. 1. q. 3. c. ſi quis Epiſcopus. Reſtitui-
re prætetea tenentur omnes fructus per ſe perceptos, vel
qui percipi potuerūt è re ſimoniace adepta, ſicut fur, & lā-
tro 1. quæſt. 1. c. ordinationes, l. 1. C. quod metus cauſa, l.
vlt. C. de condict. furt. l. ſubſtracto, C. de furtis, c. grauis, de
4 teſtit. ſpoliator. † Et ſupra dictæ pœnæ comprehendunt
omnes, qui de hoc crimine poſſunt accuſari tam laicos,
quam clericos, vt fuit probatum in tit. præcedenti. Nam
ſimonia graue eſt crimen, c. vlt. in fine, de purgat. canoni-
ca. Immo alia ad comparationem iſtius pro nihilo reputā-
5 tur 1. quæſt. 7. c. vlt. c. per tuas, il 1. † Comparatur homici-
dio, c. inquiſitioni de accuſationibus, & capitale crimen eā
appellat Diuus Gregorius 1. q. 1. c qui ſtudet, Abbas in c.
ſicut de ſimonia. Roland. in conſ. 11, num. 12. lib. 3. Dec. in
6 praxi crimin. cap. 85. in princ. † Hac ideo ratione ſunt etiā
irregulares, vt probatum fuit paulo ſuperius, cū propter
eam amittant exercitium ordinis, & non poſſint vlterius
promoueri, c. ſi quis de ſimonia 1. quæſt. 1. cap. ſtatuimus
107. in fine, & vt latè probat Lambert. de iurepatronatus
par. 1. libro 2. quæſt. 9. artic. 10 Molina de irregularibus, li-
bro quinto, c. 45. num. 1. Achilles de Graſſis deciſ. 341. lib.
2. de ſimonia in impreſſis 4. Specul. de diſpenſatio. §. iuxta.
Diuus Thomas in 4. diſtinct. 25. q. artic. ſecundo, Miles in
verbo ſimoniacus in beneficio. Butrius in cap. penult. ver.
ad ſecundum, de electio. Nauarrus conſilio 24. de ſimonia.
7 † Sed & ſtatim, quod quis inter reos ſimoniæ criminis eſt
deſcriptus, interim ab adminiſtratione diuinorū prohibe-
tur, donec ab accuſatione abſolutus euadat, c. accuſatum
4. c. quoties 5. cap. tanta 7. §. item omnis de ſimonia 2. quæ-
ſtio. 5. c. accuſatum. Decianus libro quinto, tractat. crimin.
8 c. 87. num. 4. † Damnatus verò in hoc iudicio, vt antea di-
ctum eſt, vltra antedictas pœnas, fit etiam infamis 1. q. 4. c.
vlt. cum allegatis ſupra ſub num. 3. in fine. Occulta verò
ſimonia non æquè punitur, ac manifeſta, quia exiſtens in
manifeſta, quæ incipit eſſe talis ab accuſatione, ſeu Inqui-
ſitione, non permittitur miniſtrare, exiſtens in occulta ſic.
gl. in c. ſi quis à pſeudo, in verbo Eccleſijs 1. q. 1. c. accuſa-
tum, de ſimonia, diſt. 32. c. verum, c. & ſi quæſtiones, c. ve-
niens, & c. ex tuæ, de ſimonia. In qua ſi deficiat probatio-
nes, vt ſæpè contingit, cum difficilis ſit probationis, vt in
ſpecie dicit Decius in conſ. 342. Cranet. in conſ. 122. nu. 8. &
animaduertit Redoanus in tract. de ſimonia, part. 4. c. 1. 2.
3. & 4. dum docet modos illam ab occultis animi, mēris, &
operis occulti tenebris eruere, & ideo probationis defectu
euitentur pęnæ canonicæ, non ideo euitabunt ſimoniaci
damnationem æternam, nec vindicē Deū, habebunt enim
partem cum Simone in alio ſæculo, vt dicit tex. in c. non ſa-
lus de ſimonia, & cum Giezze, vt in c. cū in Eccleſiæ, in fin.
eo. tit. & in c. ſicut pro certo, in fin. eod. tit. & 1. q. 1. c. ſi quis
neque, & ſic in ęternam damnationē incurrent, 1. q. 1. d. c. ſi
quis neque, & c. cito, & 1. q. 3. c. Saluator, vt cecinit Dātes
in inferno cantilena 19. citatis ſupra in præced. tit. nu. 9. Or-
dinati a ſimoniacis vulneratum habent caput 1. q. 1. c. per
Eſaiam §. conſtat ergo. Data, & accepta Eccleſiæ applican-
tur, extrauag. comm. 1. §. inſuper erga, de ſimonia. Delato-
ribus datur premium, extrauag. comm. 2. §. & huiuſmodi,
eo. tit. Si crimen ſit ſecretum ſecreta fit monitio, vt emen-
detur, c. ex tuæ 20. eo. tit. Proceditur etiam per inquiſitio-
nem, vt fuit ſuppoſitum in præced. tit. & probatur in ſpe-
cie, in c dilectus 30. §. quod ſi de hoc & in citatis conſtitu-
9 tionib. Pij IV. & Pij V. † Diffamato, ſeu ſuſpecto de hoc cri-
mine, ſi crimē probari nō poſſit, deferē purgatio canonica
non quidē aquæ, vel ignis miraculoſa iā obſoleta, vt alibi
probauimus, ſed abiuratoria criminis, de qua in ca. de hoc
autem

Digitized by Google

autem 11.§.ſi verò id,& cap.inſinuatum 13.§.fin.de ſimo-
nia, quam purgationẽ facere debet cum quinta, vel ſexta
manu ſui ordinis d.c.inſinuatum,de qua purgatione cano-
nica adſunt iſti verſus.

Pontificem parium manus expurgat duodena:
Quinta Sacerdotem: leuita tertia: pœna
Maior maiori,minor eſt adhibenda minori.

Quã purgationem ſi explere nõ velit, beneficijs perpetuo
priuatur c. de hoc autem 11.d.c. inſinuatum 13. de ſimo-
nia c.cum P.de purgatio.canonica gl.in d.cap.13. in verbo
perpetuo priues. Decianus lib.5.tract.crimi.cap.48.num.
19.& per totum. Dum agit de illa vulgari per aquam, vel
per ignem, ſeu aliter per duellum, vel Sacroſanctam Eu-
chariſtiam fieri ſolitam ad purgandum ſe,mirabiliter eua
dendo illæſus, ab aliquo imputato crimine,omnino prohi
bita in 2.q.5.cap.Mennā in fine,& cap.conſuluiſti, & in c.
ex tuarum,& in cap.vlt.de purgatione canonica,& in c.1.
& 2.de purgat.vulgari,& 2.q.5.cap.monomachiam,& 2.
q.4.cap.ſæpe omnes hodie prohibitæ,vt dictum eſt in d.c.
vltim.de purga.canonica. Non tentabis Dominum Deum
11 tuum. † Sed ſi ſequuta ſimoniæ renunciatione,facta illius
abiuratione, vel canonica purgatione, quæ quidem ſine
præcedente infamia ortum habente à viris probis, & fide
dignis,vt probat Decianus citato c.48.nume.6.& 7. fienda
non eſt reperiatur, quod quis iterum in eandem ſimoniæ
hæreſim ſit relapſus,erit adſtrictus pœnis omnibus,etiam
vltimi ſupplicij,quibus iam dictum eſt teneri relapſos hæ-
reticos, per ea quæ contra hæreticos relapſos deducta fue
re ſupra titu.110.& 111.& vt ex Ghirlando de hæreticis q.
12 10 probat Decianus in d.c.48.nume.51. † Iam enim ſatis
clare fuit demonſtratum hanc ſimoniæ labem hæreſim eſ
ſe,eſſe idololatriam grauiſſimum capitale crimẽ,læſe ma-
ieſtati, & homicidio ſimilem, nimirum ideo, ſi & in hunc
deteſtabile crimen relapſi ijſdem ſubijciantur pœnis, de
quibus in allegatis titulis contra relapſos hæreticos dictum
fuit. Inſuper nulla temporis præſcriptione iuuantur, nec
regula de triennali 1.quæſt.1.c.ordinationes 113.& c.ſeq.
Tiroloſanus noſter de beneficijs cap.26.nume 1.ver.neque
Preterea quod attinet ad probationes huius criminis,vltra
latè deducta per Pariſium in tracta. de confidentijs q.63.
& ſequentibus per Maſcardum lib.3.de probationib.con-
cluſ.1304. Simonia, & c.& per Tuſcum ſub eodem verbo
ſimonia,neſciſſent .n. ſcribere niſi didiciſſent Alphabetũ
Redoanus in tractatu de ſimonia parte 4.capi.6. & 7.latè.
13 † Obſeruandum eſt quod, & mediator,& ſocius criminis
ad teſtimonium perhibendum admittuntur ſub quadam
conditione,de qua in c.1.de teſtibus in 6.& in diſt.79.cap.ſi
quis Papa §. propter occultas admittuntur etiam excom-
municati, & periuri,vt in crimine hæreſis,cum & ipſa hæ
reſis ſit cap.in fidei 5.c.accuſatus 8.§. licet de hæretic.in 6.
Verum tamen non probant plene ſoli, vt de ſocio criminis
dicit tex.in c.veniens il 1.de teſtib.& notat gl.2 in cap.ſane
15.q.3.& de periuro dicit gl.in c.per tuas in verbo adulte-
rij vbi Doctor.de ſimonia,& qui & quales teſtes admittã-
tur vel ne tradit Redoanus in tractatu de ſimonia par.4.c.
14 5.per totum.† Tandem ſimoniacus occultus ſi in foro cõ-
ſcientiæ pœniteat,eſt abſoluendus reſtitutis acceptis, &
renunciatis impetratis ſaltim in manibus confeſſoris,ſi nõ
poteſt tunc habere ordinarium,quia in mortis articulo cõ-
ſtitutus, cum clauſula ſi placuerit ordinario, vel Papæ, &
ſi conualuerit debet ſtatim ad ordinarium, vel Papam ac-
cedere,& illis parere,& interim à fructibus abſtinere,præ-
ter quam à neceſſarijs pro vitæ parca alimonia, vt in ſum-
ma Anton.par.2.tit.1.c.5.§ 11.in fine. Epiſcopi ſimoniaci te
nentur renunciare in manibus Papæ,minores verò in ma-
nibus ſui ordinarij. qui ſi nollet recipere, nihilominus ce-
dere debent,vt docet gloſſ.in c.de regularibus,in verbo di-
mittant de ſimonia. Nam pœnitentiam dignam agere non
poſſunt,niſi prius renuncient glo.in d.c.de regularibus. Ar
chidia. in c.merito diſtinct.13. Pęnitere enim,& non renun
ciare,non prodeſt ad ſalutem 1.q.1.c.ſi quis nequam. Neq.
à quoquam poſſunt abſolui,ſi non renuncient prius,gloſſ.
magna in c.poſt translationem de renunc.& in d.ca.de re-
gularibus,& in cap.ſequen.de ſimonia,& in ca. ſi alicuius
de elect.& licet ſuper hoc crimine poſſit diſpenſari,vt tam
dictum fuit in tit.præcedenti,& probat Decianus libro 5.
tract.crim.c.88.per totum. Tamen diſpenſatio non conce-
ditur,niſi prius renunciet, & pœnitentiam agat, vt dicit
15 idem Decianus vbi ſupra cap.86.nume.10.† Et ſecundum
aliquos eſt eidem pœnitenti iniungendum onus monendi
ſocium criminis, vt ipſe pœniteat, & reſtituat,vt tenetur,
quia inducens aliquem ad peccandum, tenetur eundem
exhortari ad pœnitentiam, & opera bona peccato cõtra-
ria,vt per Scot.in 4.diſtinct.15.q.7.arti.1.& Hadria.in 4.de
reſtitut.q 3.Pro hoc facit,quod dicitur in ca. de hoc de ſi-
monia,vbi iubetur iudici,vt inducat Principes ad reſtituẽ
dum quicquid ab electo Epiſcopo Oxoni ſimoniace acce-
perunt, Eccleſiæ Oxoni,& Abbas ibi num.6. repræhendit
pœnitentiarios Regum,ac Principum, qui aliter nulla fa-
16 cta reſtitutione eos abſoluunt. † Hoc idem videtur com-
probari ratione charitatis,quam vnuſquiſque debet pro-
ximo ſuo,præſertim criminis ſocio,ſecundum Diuum Bo-
nauenturam, & Richard. in 3.diſtinct.29. Nauarrum in
Manuali cap.14.nu.23.contra quam ideo peccat, qui pro-
ximum non defendit diſtinct.86.c.paſce diſtinct.83.capit.
ſimoniacus cap.2.de hæreticis. His tamen non obſtantibus
contrarium in puncto conſuluit Nauarrus in conſ.2.de ſi-
monia,aſſerens id nullo canone,nullaque lege eſſe determi
natum,vt onus admonendi imponatur ei, qui petit pœni-
tendo in foro conſcientiæ abſolutionem à peccato: Nec mi
rum ſi in c.quoniam in c.de irregular. in c.cum eſſet in ca-
pitulo nobis de ſimonia,vbi agitur de abſoluendis, & dã-
nandis ſimoniacis,tum condemnatis iniungendo, & ſecun
dum Nauarrum citato conſil. non obſtant argumenta in
17 contrarium illata.† Nam primum Scoti procedit quando
quis induxit aliquem ad peccandum vi, metu dolo, aut
fraude,tunc enim tenetur illum monere,alias ſecus,vt per
Sotum lib.4.de iuſtitia,& iure q.4.ar.3. & ita declarat Na
uarrus afferendo exempla in Manuali cap.14.num.32. Ad
tex.in c.de hoc reſpondetur,quod loquitur de iudice dele-
gato à Papa in foro exteriori, & vult quod ipſemet reſti-
tuat,quod pro illa electione ab epiſcopo Oxoni acceperat.
18 † Ad argumentum de ratione charitatis, reſpondetur, quod
lex ipſa charitatis non obligat ad peccatum mortale. Verũ
tamen cum Sacra Pœnitentiaria in literis ipſis,quibus dat,
vel committit abſolutionem ab hoc ſimoniæ ſcelere ſoleat
hoc onus imponere,vt teſtatur ipſe Nauarrus in d.conſ.2.
19 num.1.de ſimonia. † Et habeamus pro comperto,quod q
alios, cum poteſt ab errore non reuocat, ſe ipſum errare
demonſtrat cap.2.de hæreticis,vt fuit probatum etiam ſu
pra tit.11. ſub num.39.& nemo magis poſſe reuocare pec-
catorem credendum eſt, quam ille,qui ad peccandum in-
duxit, qua propter ne pœnitendo ſine reuocatione ſocij à
peccato,ſe ipſum & eodem tempore peccare demonſtret,
puto optimam eſſe conſuetudinem ſacræ pœnitentiariæ,
in bona ratione fundatam. Non obſtant ideo reſponſiones
datæ per Nauarrum loco citato. Vt ſcilicet dictum Scoti
pcedat,quando penitens induxit ſocium ad peccandũ vi,
metu,dolo,aut fraude, quia nunquam inducens alium ad
peccandum aliqua ex his caret,immo ferè ſemper, exce-
pta vi,vel metu,dolus & fraus concurrunt.quibus concur
rentibus,& Nauarrus nobiſcum conuenit. Ad tex.in ca.de
ſimonia reſponſio data,& ſi diſtinguat iuriſdictionem fo-
ri exterioris à iuriſdictione fori conſcientiæ, tamen non po
teſt negari, quod in eo non proponatur optimum,ac ple-
num charitatis exemplum in omni foro ſeruandum. Vnus
enim forus eſt alteri adiumento, vt probatum fuit ſupra
ti.94.ſub nu.40.& ſi maior ſit, atque ſublimior forus con-
ſcientiæ foro exteriori, vt in d.tit.94.præcedentibus, & ſe-
quentibus fuit demonſtratum, & vt cecinit Dantes in pur
gatorio cantilena 1.& ſequen.

E in queſte carte l'vno,e l'altro foro
S'aiuta sì,che prace in Paradiſo
Al Padre al Figlio,e à quei,che vien da loro.

Ad reſponſionem datam argumento ſumpto à ratione
charitatis, quod ſcilicet lex ipſa charitatis non obliget ad
peccatum mortale,in primis replicatur id non haberi abſo
lutè pro certo, per ea quæ in ſimili dicit Cardinalis Bellar.
de Arte bene moriendi lib.1.c.9.in fine. Deinde replicatur
exercendam eſſe tamen,ne ſe ipſum,quis peccatorem de-
monſtret, prout ſe demonſtraret non reuocando ſocium
criminis ab eodem ſcelere, in quod ipſum induxit, & vult
fieri ſacra pęnitentiaria, quando abſoluit,vel alteri abſolu
tionem committit,vt teſtatur ipſe Nauarrus in d. cõſ.2.de
ſimonia. Nõ obſtat diſtinctio,quam facit gl.in d.c.q alios
2.de hæreticis,quod ſcilicet illud dictum referatur tãtum-
modo,

Digitized by Google

modo, vbi agitur de peccato committendo, non de com-
miſſo, cum de iam commiſſo ſoli Prælati teneantur corri-
gere, per ea quæ citat, quia reſpondetur, quod hic nõ agi-
tur de correctione iudiciali, ſed de monitione charitatiua
ad reuocandum peccatorem ad viam veritatis, & ſalutis
per pœnitentiam perfectam in quãtum fieri poteſt, quod
onus pertinet ad omnes, vt conceditur in dicta glo. & præ-
dicat Euangelium Matth. 18. Si autem peccauerit in te fra
ter tuus vade, & corripe eum: multo magis ad ſocios cri-
minis pœnitentes, qui creduntur magis poſſe reuocare ſo-
20 cium, vt facilius ad peccandum induxerunt. † An autem
Papa ſimoniacus ſubiaceat propoſitis pœnis? & quidem
in foro exteriori nemo auſus eſt dicere quod ſic, cũ in hoc
ſæculo omnes ipſe iudicet, & à nemine iudicetur, nec poſ-
ſit ipſe, ſe ipſum ſubijcere alieno iudicio, vt alibi probatũ
fuit, & multis authoritatibus probat Cardinalis Bellarmi-
nius. De Romano Pontifice, libro 2. c. 26. In foro Poli corã
Deo pariter non eſt quis dubitet, quod teneatur ac ſubij-
ciatur illis pœnis, quæ à Deo peccatoribus infliguntur, nul
la enim in foro Poli eſt acceptio perſonarum, vt ex D. Tho
ma in 4. ſentent. diſtinc. 25. & ex alijs probat Didac. Couar-
ru. in regula peccatum. Thomas Campeggius in tractatu.
An Papa labem ſimoniæ incurrere poſſit. Decianus libr. 5.
tract. crimi. c. 78 cum alijs allegatis in ſyntagma commun.
opin. loco 1. tit. 5. c. 3. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vniuerſitati Iudæorum nullius momenti.*
2 *Iudæi percutientes aliquem eorum adſpirantem ad Chriſtianiſ-
mum comburuntur.*
3 *Synagoga Iudæorum pro hoſpitio eſſe vetatur.*
4 *Iudæi cum Chriſtianis matrimonium contrahere prohiben-
tur.*
5 *Legibus Romanorum vtuntur Iudæi in eorum cauſis.*
6 *Pretium rebus ſuis venalibus imponere poſſunt Iudæi.*
7 *Ritus ſuos Iudæi ſeruare permittuntur ſine contemptu Chri-
ſtianæ religionis.*
8 *Mahomettum Iudæi inuocare prohibentur.*
9 *Iudæi non moleſtandi, nec eis vllo tempore vis inferenda. li-
mita 11.*
10 *Iudæi ad Chriſtianam religionem non ſunt cogendi.*
11 *Iudæis vis inferenda, ſi vim inferant Chriſtianis.*
12 *Lis inter Chriſtianum, & Iudæum à quo terminanda.*
13 *Iudæus circumcidens Chriſtianum quomodo puniatur.*
14 *Iudæorum primates ſuo periculo anniuerſarium canonem de ſi
nagogis exigere debent.*
15 *Iudæi inter Chriſtianos nulla officia exercere, vel dignitates
obtinere poſſunt.*
16 *Synagogas nouas Iudæi extruere prohibentur, veteres reficere
permittitur.*
17 *Mancipium Chriſtianum prohibentur habere Iudæi. limita-
tur in colonis: nu. 18.*
19 *Oſtia, & feneſtras clauſas quibuſdam certis diebus tenere de-
bent.*
20 *Iudæis baptizatis non ſunt bona auferenda.*
21 *Serui Iudæorum baptizati efficiuntur liberi.*
22 *Habitu diuerſo à Chriſtianis Iudæi vti debent.*
23 *Iudæus clericum percutiens quomodo puniatur.*
24 *Iudæi tenentur ſoluere decimas, & oblationes de poſſeſſioni-
bus.*
25 *Iudæorum commercium in quibus fugiendum.*
26 *Filij Iudæorum baptizatorum ſi ſuſpicio ſit ne circumcidãtur,
ſunt ſeparandi ab eis.*
27 *Iudæi antequam baptizentur ſunt in fide inſtruendi.*
28 *Chriſtianus non debet in ſynagoga Iudæorum oleum offerre, &
lampades accendere ſub pœna excommunicationis.*

De Iudæis, & Saracenis. Tit. 114.

1 DE Iudæis † in primis cauetur illud, vt quod illorum
vniuerſitati legatum eſt, nullius ſit momenti, l. 1. C.
2 de Iudæis. † Et ſi aliquem, qui ex ijs ad Chriſtianiſ-
mum adſpirauerit, ſaxis, aut alio furoris genere obruerint,
3 flammis concremari iubentur, l. 2. C. eodem. † Synagoga
4 Iudæorum pro hoſpitio eſſe vetatur, l. 3. C. eodem. † Iudæi
à curialibus muneribus immunes non ſunt, l. iuſſio 4. lege
quicunque 9. C. eod. non ideo ad honores admittuntur Cũ
Chriſtianis matrimonia contrahere prohibentur, & eo-
rum leges de matrimonio antiquantur, l. ne quis 5. C. de
Iudæis 28. quæſt. 1. c. ſi quis Iudaice in princip. c. caue, & c.
5 Iudæi, & fuit dictum ſupra tit. 100. † Iubenturque cum in
cauſis matrimonialibus, tum in alijs Romanorum vti legi-
6 bus, l. nemo 6. l. Iudæi 7. C. de Iudæis. † Precium rerũ quas
Iudæi venales habent, nemo exterus religionis eorum ſta-
tuere debet: iuſtum eſt enim ſua cuique committere, l. ne-
mo 8. C. eod. Illi enim ſua quanti volens vẽdere poſſunt, d.
7 l. 8. † Citra contemptum verò Chriſtianæ religionis ſuos
ritus ſeruare debent, l. Iudæos 10. C. eod. c. & ſi Iudæus 13.
& c. nonnullis 15. §. fin. eod. tit. diſtinct. 45. c. qui ſyncera, l.
die Sabbati 12. C. de Iudæis. Diuus Gregorius libro 1. epiſt.
8 34. † Inuocare tamen Mahomettum prohibentur. Cle-
ment. 1. de Iudæis. Nam & ipſe quamuis arrogantiſſimus
fuerit, tamen in ſuo Alcorano vetuit ſe à ſuis inuocari, vt
dicit Ficinus de Chriſtiana religione cap. 26. propè finem.
9 † Die autem Sabbati, ac alijs feſtis moleſtandi non ſunt, l.
die Sabbati 12. C. de Iudæis. Nec vis illis vllo tempore eſt
inferenda, contra quoque illi Chriſtianis vim inferre pro-
hibentur, l. nullus 13. C. eod. cap. ſicut 9. eodem tit. diſtinc.
45. c. qui ſyncera, c. de Iudæis, l. Chriſtianis 6. C. de ſacrifi-
10 cijs paganorum. † Ad religionem Chriſtianam cogendi
non ſunt, d. c. ſicut, cum alijs ibi citatis, niſi fortè Chriſtia
nam fidem receperint, tunc enim in ea manere ſunt cogen
di, d. c. Iudæis, & de conſecratione, diſtinct. 4. cap. plerique,
alias vt hæretici erunt puniendi, vt dictum eſt ſupra titul.
11 110. † Si vim ipſi inferant Chriſtianis, & vis illis inferri po-
12 teſt 23. quæſt. 8. c. diſpar. † Si qua verò lis ſit inter Chriſtia
num, & Iudæum, ea non à ſenioribus populi Iudæorum,
ſed ab ordinarijs iudicibus dirimenda eſt, l. ſi qua 14. C. de
13 Iudæis. † Si Iudæus hominem Chriſtianum circumciderit,
vel circumcidendum mandauerit, perpetuo exilio, & bo-
norum confiſcatione punitur, l. Iudæis 15. C. eod. diſtinct.
14 54. cap. nulla, §. ſi verò. † Iudæorum primates ſuo pericu-
lo anniuerſarium canonem de ſynagogis omnibus exigere
15 debent, l. Iudæorum 16. C. de Iudæis. † Inter Chriſtianos of-
ficia publica exercere non poſſunt, immo ad nullos hono-
res, ad nullas dignitates publicas admittuntur, l. hac vali-
tura 17. C. de Iudæis, d. c. nulla, in princip. c. cum ſit 16. cap.
ex ſpeciali 8. eo. tit. & ſupra libro primo, tit. 4. à muneribus
tamen & oneribus immunes non ſunt, vt ſupra numero 3.
16 † Nouas quoque ſynagogas Iudæi extruere prohibentur,
d. l. 17. §. illud veteres tñ ſynagoga reficere non prohibent,
17 d. §. illud, c. Iudæi 3. c. conſultationi 7. de Iudæis. † Chriſtia-
num mancipium habere prohibentur, l. 1. C. ne Chriſtian.
18 mancip. † Tamen quod dictum eſt de mancipio excipitur
19 in colonis adſcriptitijs. † Tota die paraſceues oſtia, & fe-
neſtras debent tenere clauſas, c. quia ſuper 4. de Iudæis, &
in die paſſionis in publicum prodire, & in contumeliam
Chriſti proſilire prohibentur, c. in nonnullis 15. §. in die-
20 bus, eodem tit. † Iudæis baptizatis bona non ſunt auferen
da, capit. Iudæi 5. §. ſi qui præterea, de Iudæis, & extrauag.
Ioannis 12. eodem tit. Chriſtiani in domibus Iudæorum,
vel Saracenorum ſeruitia præſtare prohibentur, ca. Iudæi
21 5. cap. ad hoc 8. cap. & ſi Iudæos 13. de Iudæis. † Serui Iu-
dæorum baptizati volentes, exinde liberi efficiuntur, ca-
22 pit. vltim. eodem tit. † De habitu verò Iudæorum, & Sa-
racenorum diſponitur, quod in terris Chriſtianorum eo
habitu vti debent, per quem a Chriſtianis diſcernuntur.
23 cap. in nonnullis 15. de Iudæis. † Si Iudæus clericum per-
cuſſerit temporaliter punitur, & ſi de facto puniri nõ poſ-
ſit, interdicitur ei Chriſtianorum commercium, donec
ſatisfecerit iniuriam paſſo, cap. poſtulaſti 14. eodem titul.
De ſuis poſſeſſionibus decimas, & oblationes ſoluere te-
25 nentur, cap. quanto amplius 18. §. fin. de vſuris. † Cum Iu-
dæis, nec manducandum, nec bibendum eſt, nec lauandũ,
nec etiam medicamentum ab ijs ſumendum 28. q. 1. c. nul-
lus eorum, c. omnes. Nec cum ijs ieiunãdum, nec feſtus dies
cum ijs celebrandus, nec Launa feſti ab ijs ſuſcipiẽda, ca-
26 none Apoſtolico 69. † Filij Iudæorum baptizatorũ, ſi ſu-
ſpicio ſit, quod in eis vtantur circumciſione, ſunt ab eis ſe-
27 parandi, de conſecr. diſt. 4. c. plerique 94. † Iudæi anteqũ
baptizẽtur, ſunt prius in fide inſtruẽdi vt ſupr. tit. 84. dictũ
28 eſt. † Tandẽ ex canon. Apoſtol. 70. obſeruandũ eſt, ne oleũ
in ſynagogam Iudæorum per Chriſtianum deferatur, nec
lucernæ incendantur ſub excommunicationis pœna, ſed

Digitized by Google

de Iudæis alia plura referuntur in Syntagma comm. opin. loco 1. tit. 30. ca. 1. & ſeq. Sed an eſſe Iudæum crimen ſit, & punibile diſſeritur apud Decianum lib. 5. tract. crim. ca. 11. & an Iudæi ſint propriè hæretici, ac de eorũ pluribus delictis, & quibus pœnis, & à quibus iudicibus ſecundum diuerſitatem criminum puniantur, latè cap. 12. & 13. & quibus legibus, ca. 14. capite verò 15. agit de Iudæis conuerſis ad fidem delinquentibus. Tandem c. 16. diſſeritur de delictis Chriſtianorum contra Iudæos, vel circa eos, & infideles ad ſaturitatem.

S V M M A R I V M.

1 *Paganorum ſuperſtitio crimen publicum reputatur, & locus, ubi conueniunt confiſcatur.*
2 *Paganis domum, vel prædium concedens, ubi poſſint conuenire punitur.*
3 *Paganis, vt prædicetur permittitur ab idoneis.*
4 *Prædicantes paganis interim eorum cibis vti poſſunt.*

De Paganis. Tit. 115.

1 PAganorum † etiam hæreſis, atque ſuperſtitio prohibetur, ita vt crimẽ reputetur publicum, & domus aliudve prædium, in quo conueniunt addicetur. † Domi-
2 nuſque, qui ſciens illis ad hoc domum, prædiumque conceſſerit, ſi quidem dignitate, vel militia decoratus ſit, amiſſione militiæ, vel dignitatis, nec non rerum ſuarum præſcriptione plectatur. Si verò priuatus ſit, poſt corporis cruciatus, operibus metallorum, aut perpetuo exilio puniatur, l. vlt. C. de ſacrific. paganor. Nec amplius ad officia publica
3 admittuntur, c. cum ſit, 16. §. fin. de Iudæis. † Statutum etiã eſt, vt iis, qui idonei fuerint reperti permittatur paganis
4 prædicare Euangelium, c. 10. in princ. de Iudæis † Qui quidem dum Paganis prædicant, poſſunt cibis ab ipſis appoſitis veſci, c. quam ſit 10. de Iudæis.

S V M M A R I V M.

1 *Manicheis interdicitur omne commercium actiuè, & paſſiuè.*
2 *Manichei coniugium deteſtabantur.*

De Manicheis. Tit. 116.

1 MAnicheis † interdicitur omnis communio, vt nec moribus, nec legibus cum cæteris vti poſſint, item interdicitur illis omnibus cõtractibus, & teſtamẽti factione, nec donatio illis facta valet, nec vllo modo aliis ſuccedere poſſunt, nec etiam filij ipſis hæredes exiſtere poſſunt, niſi à paterna hæreſi deficiant. Vrbibus inſuper eiiciuntur, & vltimo ſupplicio afficiuntur, bonis eorum publicatis. Memoria quoque illorum poſt mortem damna-
2 tur, l. Arriani. 5. C. de hæreticis, & Manicheis. † Hi enim cõiugium deteſtabantur, diſt. 30. in princ. ver. cauſa fuit.

S V M M A R I V M.

1 *Neſtoriani à Neſtorio hæretico dicuntur.*
2 *Libros hæreticorum legere, & habere eſt prohibitum, & eſt hæreticus, qui illos tenet.*
3 *Neſtorij mentio in nulla diſputatione eſt facienda.*
4 *Eutboycetis hæreticorum ſecta damnatur.*
5 *Hæreſim docentes vltimo ſupplicio afficiuntur, & libri comburuntur.*
6 *Apoſtatæ, qui ſint, & de eorum pœnis.*
7 *Apoſtatæ non habent teſtamenti factionem.*
8 *Chriſtiani ob quamcumque hæreſim deficiens amittit teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam.*
9 *Accuſatio aduerſus Apoſtatas perpetua, nec eorum morte finitur.*
10 *Apoſtatam faciens vi, vel ſuaſu vltimo ſupplicio punitur, & bona publicantur.*
11 *Apoſtatæ omnium hæreticorum pœnis tenentur.*
12 *Cœlicolæ quomodo puniendi.*
13 *Samaritanis quid prohibeatur.*
14 *Samaritani baptizati ſi ad errorem reuertantur, relegantur.*
15 *Samaritani, antequam baptizentur per duos annos debent inſtitui, limitatur in pueris.*
16 *Samaritani Chriſtianum mancipium habere prohibentur.*
17 *Begnardi, & Beguini hæretici, qui ſint.*
18 *Hypocritæ inter hæreticos connumerantur.*
19 *Excommunicati pro cauſa ciuili, an perſiſtentes in ea fiant hæretici.*

De pluribus hæreticorum ſectis, Tit. 117.

1 SVnt etiam † hæretici Neſtoriani, à Neſtorio hæretico nuncupati, quorum libros habere, legere, aut deſcribere, vel imprimi facere prohibitum, conquiri eos, atque cõ-
2 buri conſtitutum l. damnato. 6. C. de hæreticis. † Immo omnium hæreticorum libri à nemine habendi, legendi, deſcribendi, ſeu imprimendi ſunt, ſed comburendi, qui omnes ſpecialiter deſcripti ſunt in Indice librorum prohibitorũ, vt diſt. 16. c. a. Canones. Arelata in tract. de hæreticis notab. 24. Soli enim libri Catholici approbati tenendi, legendi, deſcribendi vel imprimendi ſunt, vt dictum eſt ſupra, ut. 74. Si hoc remedio multũ vſi ſunt Gentiles contra Chriſtianorum libros teſte Euſebio in hiſtor. Eccleſ. lib. 8. cap. 1. Nimirum laudè eodem vſi ſint Summi Pontifices, & Catholici Imperatores contra hæreticorum libros conſilio, atque remedio, vt comburantur, non legantur, à nemine habeantur, vt in l. quicumque, & in d. l. damnato, C. de hæreticis, in l. Mathematicos, C. de Epiſcopali audient, in l. certè, §. 1 ff. famil. erciſcun. cap quod ſuper his, de voto. Non enim poſſunt eorum ſcripta recipi, quorum authores dãnantur, c. fraternitatis, de hæreticis. Seneca li. 6. controuer. Res noua, & inuſitata fuit ſumere ſupplicium de ſtudijs, atque iſta ingeniorum ſupplicia, vt libri comburerentur cœpiſſe poſt Ciceronem, quo tempore Titi Labieni ſcripta ex S. C. combuſta ſunt, quod mordaces nimium, & maledici forent, ſed antea, quod forſan piè ex S. C. factum ſuit, impiè Ioachin Rex Iudæ filius Ioſiæ, combuſſit libros Hieremiæ Prophetæ, vt Hierem. cap. 36. qui nihilominus diuina prouidentia ſunt conſeruati. Herodes Aſcalonitas ignobilis mandauit comburi libros genealogiarum Hebræorũ, vt nobilitatis Hebrææ veſtigia, penitus tollerentur, & ſuã tegeret ignobilitatem, cum ex illis geſtis nobilitatem ſuam non poſſet oſtendere, teſte Euſebio hiſtor. Eccleſ. lib. 1. c. 6. Dionyſius lib. 54. Narrat Auguſtum duo millia fandicorum libros concremaſſe, quorum aut nulli, aut parũ probati eſſent authores: Sybillinos verò delectu habito condidiſſe duobus forulis auratis ſub Palatini Apollinis baſi. Et quia eorum ſcriptura vetuſtate iam propè euanuerat, iuſſiſſe, vt diligentiſſimè reſtaurarentur, & reſcriberentur. Quantum enim valeant libri ad conſeruandas receptas diſciplinas exemplo ſunt Piſiſtratus Athenienſis. Lucullus Romanus, Ptolomæus Philadelphus Rex Ægypti, cuius (non ſine diuini Numinis ductu) Conſilio habemus Bibliorum libros per tot annos ante aduentum Chriſti, quando nulla inter Hebræos, Hæreticos, & Chriſtianos aderat controuerſia à ſeptuaginta in eius linguam conuerſos, ne ab vno tantum verſi facilè corrumpi potuiſſent, quibus vt irrefragabilibus vtimur contra Hebræos, Hæreticos, & alios Chriſtiani nominis hoſtes. Romæ Bibliothecæ omnes ferè publicæ templis adiunctæ erant, quod ſcilicet religionem ſine libris diu conſeruari non poſſe illi quoque intelligerent, nec eſſe poſſe arctiorem vllam coniunctionem, quam religionis, atque eruditionis, vt dixit Marſilius Ficinus de Chriſtiana Religione in principio. Habuit enim Roma in Capitolio bibliothecam, quam maiorem appellabant. Auguſtus extruxit bibliothecam Græcam, & Latinam propè templum Apollinis. Templum Traiani etiam habebat ſuam, quam Vulpiam appellabant optimis quidem libris refertam. Duæ etiam aliæ aderant poſt Chriſtum natum in Baptiſterio Lateranenſi, vt legitur in libro Pontificali. Conſtantinus maximis impenſis bibliothecas reſtaurari curauit, teſte Socrate, hiſtoria Eccleſiaſtica, libro primo, capitul nono. Hodie monaſteria omnia Diui Auguſtini, Diui Hieronymi, Diui Ambroſij, Diui Gregorij, Diui Dominici in Vrbe, & in Orbe Chriſtiano ſuas habent bibliothecas. Et apud Sanctum Petrum adeſt Vaticana omnium bibliothecarum maxima, omnibus libris omnium linguarum referta tranſcendentibus numerum quindecim millũ manuſcriptorũ, & quinquemil-

lium

lium impreſſorum. Sed dubitatur an ſtatim poſſit cōdem-
nari pro hæretico ille, qui reperitur penes ſe retinere li-
bros hæreticorum in indice prohibitos. Archidiac. in 24. q.
2. c. fin. indiſtinctè tenet quod ſic. Eum ſequitur Romanus
in ſingulari 326. eo ipſo &c. Ioan. de Anan. in c. ſi quis Epi-
ſcopus, col. vlt. verſ. glo. in fin. de hæreticis. Marſil. in praxi
crimin. §. diligenter, num. 92. Afflict. in conſt. inconſutilem
in 16, notab. in 10. q. nu. 26. Caret. in tracta. de hæreticis, nu.
125. Rebuff. in tract. nominationum, q. 1. nume. 16. omnes
per dictum tex. in d. cap. fin. ibi. Si fortè iſti libri deſignant
authorem ſuum, vt Dominus deſignauit Iudam &c. Verū
tamen res mihi videtur dura, ideoque in ea decidenda pu-
to eſſe diſtinguendum, aut enim inueniuntur penes aliquē
libri alicuius hæretici certi, & credo inducere contra eum
tantummodo leuem ſuſcipionem, pro qua ſimplex purga-
tio canonica eſt indicenda, vt tenet Archidiac. in c. quicun-
que nu. 2. de hæret. in 6. Felyn in d. cap. ſi quis Epiſcopus in
fin. eo. tit. Gondiſlans de hæreticis, q. 13. nu. 19. Zanch. eod.
tract. c. 7. num. 7. & ibi addentes litera A. Aut reperiuntur
libri incerti authoris ſine nomine penes aliquem, & ipſe
profiteatur authorem ignorare, & coniectura erit, quod
ipſe eſt author, præſertim ſi manu ſua reperiantur ſcripti.
& ita debet intelligi text. in d. 24. q. 2. c. fin. ſupra citatus, &
omnia ea quæ Marſilius, & alij ſupra citati deducunt de
inſtrumentis falſis, & de moneta falſa penes aliquē reper-
ta. Et ideo quia in hoc verſatur maius periculum, quod ta-
lis non ſolum ſit de credentibus, ſed & de docentibus hæ-
reſim, cum non indicet authorem, putarem talem eſſe ve-
hementer indiciatum ad torturam. Si verò appareret de
nomine authoris librorū nō vtique, niſi aliæ adeſſent co-
adiuuantes coniecturæ, & in tali caſu cum Archidiacono
in d. c. quocunque indicendam forè purgationem canoni-
cam ob leuem illam ſuſpicionem. Verum cum per conſti-
tutionem Pij IV. publicatā anno 1564. die 24. Martij im-
præſſam ante Indicem librorum prohibitorum, cautū ex-
preſsè ſit, quod is, qui hæreticorum libros, vel cuiusvis au-
thoris ſcripta propter hęreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicio-
nem dānata, atque prohibita legerit, habuerit ve, ipſo iure
in excommunicationis pœnam incidat, eamq; ob cauſā in
eum tanquam de hæreſi ſuſpectum inquiri, ac procedi li-
ceat, ceſſant omnes iuris communis diſputationes propter
3 ante dictam Pij IV. conſtitutionem. † Hīc cauetur ne eiuſ-
dem Neſtorij mentio in vlla diſputatione fiat: & omni
conuenticulo Neſtorianis interdicitur, d. l. damnato 6. C.
de hæreticis. Defunctorum enim hæreticorum memoria
dānatur, c. vt agentis, de hæreticis, & contra hæreticos de-
functos proceditur ad exhumandum corpus, comburen-
dum, & damnandam eius memoriam, d. c. vergētis, & 24.
q. 2. c. vlt. & c. filij, de hæreticis in 6. c. accuſatus, §. in eo. eo.
tit. in 6. c. fin. de præſcript. in 6. c. ſi quis Epiſcopus, de hæ-
reticis, l. Manichæos, ver. in mortem quoque, C. de hæreti-
cis. Quinimmo, & Papa mortuus, contra quē nemo viuen-
tem iudicat, ſi appareat fuiſſe hæreticum, pōt à ſucceſſore
damnari, vt notant oēs in c. filij de hæreticis in 6. & in cap.
Acatius 24. q. 1. diſt. 19. c. Anaſtaſius, Doctor. in c. fidei, de
hæret. in 6. glo. in verbo hæreſim vbi ēt Doctor. in 24. q. 1.
c. 1. Albericus in rubr. C. de hæreticis. Iacobatius de Conci-
lio lib. 8. artic. 1. Decianus lib. 5. tract. crimin. c. 52. num. 17.
4 † Euthycetis ſecta in Concilio Calcedonenſi damnata eſt,
cuius ſectæ homines dicuntur Apollinariſtæ, iiſdemq; pœ-
nis, quæ aduerſus hos conſtitutæ ſunt, tenentur. Nec Epi-
ſcopos presbyteros, aliosve clericos creare, vel habere poſ-
ſunt, ſub pęna exilij, & publicationis bonorum. Eccleſias
item, & monaſteria extruere, item conuenticula habere
prohibentur, ad militias quaſcunque adſpirare non poſ-
ſunt. Libros contra Calcedonenſe Conciliū ſcribere, edere
vel ab alijs ſcriptos proferre, deque ſuo errore diſputare
illis nō licet, Docentes illam hæreſim vltimo ſupplicio affi-
5 ciuntur. † Libri denīq; eorū incēdio concremādi ſunt: hoc
non canones, de quibus queruntur hæretici, ſed leges Im-
peratorum diſponunt contra eos, adeſt enim Imperialis
6 conſtitutio in l. quicunque 8. C. de hæreticis. † De Apoſta-
tis. Apoſtates Græce, Latine Apoſtata dicebatur miles, qui
ab Imperatore ſuo ad hoſtem deficiebat. hinc Apoſtaſia
dicitur defectio, ſeu deſertio profeſſionis, & ideo omnis
deſertor profeſſionis, quam fecit, dicitur Apoſtata. Hinc
merito veteres Chriſtiani eos, qui ab Euangelica fide, quā
ſemel profeſſi fuerant, ad Paganiſmum, ſeu Iudaiſmum
defeciſſent, infami vocabulo apoſtatas nominabant, quod
ſcilicet ab Imperatore Chriſto, cui ſemel nomen dederant
ad Sathanam, quem in lauacro baptiſmi ſacroſancto abiu-
rauerāt, deſciuiſſent, hinc & verbu, apoſtaro; tas, quod ſi-
gnificat deficio, deſero. D. Auguſt. in 26. q. vlt. c. non obſer-
uens, exponit hanc vocem apoſtata, id eſt, retro ſtans. hanc
expoſitionem ſequitur, glo. 1. in c. 1. de apoſtat. & in diſtin.
50. c. placuit, §. apoſtatæ, in c. quidam, de apoſta. 3. q. 4. ca.
beatus, & in c. pennatæ, de penit. diſt. 2. & in l. 1. in C. de Sū-
ma Trinit. & fide Cathol. & ſecundum Hoſtien. in Summa
de Apoſt. Apoſtaſia eſt temerarius receſſus à ſtatu fidei,
vel obedientiæ, vel religionis, quam ſemel quis profeſſus
eſt. Et eſt hæreſis dum receditur à fide, neque conſtituit
ſpeciem diuerſam ab hæreſi, ſed addit etiam circumſtan-
tiam aggrauantem, ſecundum D. Thom. in 2. 2. q. 12. art. 1.
q. 10. art. 5. Gondulaus in tract. de hæreticis q. 20. nume. 2.
Ghirland. eo. tract. nu. 7. in fi. vbi quod in genere idē ſunt,
licet in ſpecie differant. Nam albus per adiectionem albe-
dinis, non deſinit eſſe albus, ſed fit magis albus. Sic hæreti-
cus in vno, ſi in omnibus fiat hæreticus, nō deſinet eſſe hæ-
reticus, ſed maior fiet, eſt ergo Apoſtaſia ſpecies hæreſis,
ita vt omnis apoſtata ſit hæreticus, ſed non è contra. Et eſt
triplex ſcilicet ab obedientia, à ſtatu regulari, à fide, vt per
Hoſtien. vbi ſupr. ver. quot ſpecies. Sicut enim homo tri-
pliciter coniungitur Deo per fidem, per obedientiā man-
datorum Dei, vel per ſupererogationē, vt per religionem,
vel clericatum: ita quoque eiſdem modis à Deo receditur,
cum contrariorum eadem ſit diſciplina, ita D. Tho. in 2. 2.
q. 12. art. 1. in reſponſ. Inobedientiæ Apoſtaſia eſt, qn̄ quis
propria malitia recuſat obedire mandatis Dei, vel ſuperio-
rum, vt Adam, & Eua, qui apoſtatarunt à præcepto Dn̄i,
vt Geneſ. c. 3. De apoſtatantibus ab obedientia ſuperiorū
habetur in c. ſi quis venerit 2. de maior. & obed. in 7. q. 7. c.
alieni, & 3. q. 4. c. alieni. Hi tamen non ideo, quia defecerint
ab obedientia dicuntur hæretici, niſi apoſtatantes credant
ſe non teneri mandatis parere, vel ſuperiores non poſſe
præcipere. Doctor. in diſt. 40. c. ſi Papa. diſt. 81. c. ſi qui ſunt
presbyteri. diſt. 33. c. vlt. Decius in conſ. 151. nu. 1. & 2. Sunt
tamen excōicati, in qua excommunicatione, ſi per annum
permaneant, tunc vt hæretici damnari poſſunt, vt alibi di-
ctum fuit ſupr. tit. 111. per tex. & ibi notata in c. grauem de
penis, c. inquiſitionis in fin. de hæreticis in 6. c. inſinuatum,
vbi glo. de ſimonia. Caretius de hæreticis nu. 21. Apoſtaſia
autem irregularitatis eſt duplex, vel ſcilicet quando quis
recedit à ſtatu religionis in vniuerſum reiecto habitu reli-
gioſo, vel clericali, & tanquam laicus, vel matrimoniū cō-
trahit, vel alia negocia laicalia exercet religioſis, & cleri-
cis prohibita, de quibus in diſt. 50. c. vlt. & c. vlt. de vita, &
honeſt. clericor. & in c. in audientia, de ſentent. excomm. &
20. q. 3. c. propoſitum, & c. procliuius 27. q. 1. c. omnes. & c.
1. de apoſt. cum alijs citatis ſupra titu. 5. Vel ſi relicta reli-
gione, quam profeſſus eſt, ordine regulari ad ordinem cle-
ricatus confugiat, de quo in 16. q. 1. cap. legi. Et hi non ſunt
ſimpliciter hæretici, niſi crederent eis hoc licere ſine pec-
cato. Infidelitatis autem Apoſtaſia eſt, quādo Chriſtianus
recedit à fide, & tranſit ad fidem Paganorum, Iudæorum,
vel aliorum infidelium. & iſta eſt vera Apoſtaſia, de qua
loquitur totus titulus, C. de Apoſtat. & de hac ēt loquitur
Eccleſiaſt. c. 10. dū dicit initium ſuperbiæ homini apoſta-
tare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit illū, receſſit cor eius.
Sic hac ſpecie apoſtatauit Salomon idola colens 3. Regum
c. 11. & hac ſpecie apoſtaſiæ in Ezechiel c. 2. appellat gētes
quæ receſſerunt ab eo, de hoc genere Apoſtatarum loqui-
tur Salomon Prouer. c. 6. dum inquit. Homo apoſtata, vir
inutilis, graditur ore peruerſo, terit pede, digito loquitur,
prauo corde machinatur malum. Differt ideo Apoſtaſia
hæc ab hæreſi in tribus. Primum quia hæreticus recedit à
fide in parte, apoſtata verò recedit à fide in totum, quia
de ſtatu Chriſtianorum tranſit ad ſtatum infidelium, lege
prima, C. de apoſtat. Deinde quia hæretico verè pœniten-
ti iudices parcunt, vt ſupra dictum fuit in titul. 111. Apo-
ſtatis verò etiam redeuntibus, quoad pœnas temporales
non parcitur, l. 2. & leg. hi qui, C. de apoſta. Quo verò ad
Deum vere contrito, & pœnitenti remittuntur pęnæ pec-
cati, quia cor contritum, & humiliatū non deſpicit Deus.
pſalm. 50. & glo. in d. l. hi qui. Poſtremò contra hæreticum
etiam mortuum poteſt procedi, vt dictum fuit. Cōtra au-
tem Apoſtatam non poteſt procedi vltra quinquennium.

Digitized by Google

d.l.2.C.de apoſtatis. Itaque Apoſtata propriè eſt qui recedit à fide in iorum: & hos verè inutiles appellat Salomon Prouerb.6. Nam cum fides ſit primum fundamentum rerum ſperandarum Paulo teſte ad Hebræos 11. Et ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Et cum fides ſit vita animæ Hebr.1.c.1. ſublata fide nihil remanet homini, quod poſſit ei vtile eſſe ad vitam æternam, & ſicut ſublata vita corporali omnia membra inutilia ſunt, ita & ſublata fide inutilis eſt omnis animæ potentia, cum omnia in malum ſine fide cooperentur. Nam Lucæ 9. dicitur: Nemo mittẽs manum ad aratrum, & retro reſpiciens aptus eſt regno cœlorum, vt habetur in c.magnæ, §.1. de voto, & de peniten. diſtinct.1.c.pennatæ, & Pet.2. inquit, melius erat eis veritatem non cognoſcere, quam poſt cognitam retroire. Ex quibus patet Apoſtatam peiorem eſſe infideli. Infidelis enim fidem non violat, quam non promiſit, quod tamen facit apoſtata. c.quanto, de diuortijs, & l.1. C.de Apoſt. & ideo hoc crimen dicitur publicum, & omnes admittuntur ad accuſandum, l.Apoſtatarum, C.de apoſtat. Ioan.de Anan. in c.1. eod.tit. Dicitur etiam apoſtata à fide, qui ſe vouit, & tradit Dæmoni, vel cum eo paciſcitur, ſecundum Diuum Thomam in 2.ſentent q.3. artic.2. in reſpõſ. Ghirlan.de ſortileg.q.2.num.35. & de iſtis publicantur bona, l.5.C.de apoſtat. Auth. ingreſſi, vbi Doctor. C.de ſacroſanc. eccleſ. l.Apoſtatarum, C.de apoſtat. auth. ſi qua mulier. C.

7 de hæret † De his etiam Imperiali iure cauetur, vt ſi quis ad Iudaiſmum, ſeu Paganiſmum à Chriſtianiſmo defecerit, quod proprium eſt apoſtatarum amittat ius teſtandi, factum tamen teſtamentum intra quinquennium debeat impugnari quo tempore elapſo, poſtea amplius impugnari non poſſit, l.1. l.hi qui 4. l.apoſtatarum 4. & l.2. C.de Apoſtatis Diuus Thomas in 2.2. quæſt.12. artic. ſecundo.

8 † Sed & qui ob quamcunque hæreſim à Chriſtianiſmo defecerint, alij ſuccedere, vel relicta capere, & teſtimoniũ dicere prohibentur, & excommunicati eſſe iubẽtur, quãuis agant pœn tenuam, d.l.3. & cap. à nobis, de apoſtatis.

9 † Accuſatio quoque aduerſus apoſtatas perpetua eſt, nec illorum morte finitur, niſi poſt quinquennium, iiſque ius alienandi denegatur, l.Apoſtatarum 4.C. de hæreticis, l.2.

10 C.de apoſtatis. † Qui autem apoſtatam aliquẽ vel vi, vel perſuaſione fecerit, vltimo ſupplicio afficitur, bonis eius

11 publicatis, l eum 5. C.eod. † Poſtremò apoſtatæ propter omnium hæreticorum pœnis tenentur, l.eos qui 6.C. de apoſtatis, c. à nobis, eod.tit. pertinent enim ad infidelitatẽ, vt hæretici ſecundum Diuum Thomam in 2 2.q.12. cum

12 diſtrictione, de qua ibi, & paulo ſuperius ex eo. † De cœlicolis, quorum nomen inauditum dicitur, atque nouum, illud cauetur, vt iiſdem pœnis, quibus & alij hæretici coerceantur, & ædificia eorum, in quibus conuentus agunt,

13 eccleſijs addicantur, l.cœlicoli 11.C. de Iudæis. † De Samaritanis illud cauetur; ne alijs ſuccedere, relictave capere, neque alijs relinquere poſſint: exceptis dumtaxat ruſticis Samaritanis, idque ob publicum bonum agriculturæ. Nouel.conſt.144. §.1. & §. excipimus. Præterea Samaritanis interdicitur omnis militia, dignitate, atq; honore, d.Nouella

14 144 §. præterea. † Baptizati Samaritani, ſi ad ſuum errorẽ reuerſi fuerint, proſcribuntur, & releganur, d.Nouella, §.

15 ſi qui ex. † Antequam autem baptizentur Samaritani, per duos annos in fide inſtituendi ſunt, & pro viribus ſcripturas diſcere debent, d.Nouella, §. perpulchrum. Pueros tamen, qui per ætatem doctrinas intelligere nequeũt, etiam abſque hac obſeruatione baptizare licet, d.§. perpulchrũ.

16 † Nullus quoque Samaritanus Chriſtianum mancipium habere conceditur: ideoque emptum ab eo protinus in libertatem rapitur, d.Nouel.§. porrò nullus, Idem dicendũ ſi ſeruus Samaritani Chriſtianus fuerit factus, nam hoc ip

17 ſo liber efficitur, d Nouella 144. § penult. † Sed & de Beguardis, & Beguinis vtique damnatis hæreticis, cauetur in Clement.1. de religioſis domibus Clemen. ad noſtrum 3. de hæreticis, extrauag.1. Ioã.22. de religioſis domibus. Ab hac hæreſi excipiuntur mulieres fide dignæ, nec ſuſceptæ, ſub habitu beguinarum viuentes, extrauag.com 1. eodem titu.

18 † De hypocritis cauetur, de pen ii, diſtin.2.c. multi bene, §. illud Gregorij, cum c.ſequen. Item & inter hæreticos connumerantur, qui ab eccleſiaſticis anathemate notati ſunt: vt Anthimus, Seuerus, Petrus, Zoras, & horum exemplo alijs quoque qui eccleſiaſticorum ſententia tanquã hæretici ſunt damnati. Nouel.c.42. Non inſolitum &c. Notãdũ tamen eſt, quod excommunicati pro hæreſi ſeu pro alia cauſa criminali fiunt hæretici ſi per annum, ſeu bienniũ in ea inſorduerint, c.vt inquiſitionis de hæreticis in 6. c.vlt, de pœnis, c.inſinuatum, vbi glo. de Simonia Careriꝰ in tra

19 ctat. de hæreticis, nu.21. † Niſi fortè excõmunicati fuerint pro cauſa Ciuili, vt notat idem Carerius. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Schiſma propriè, largè, ſtrictè, & ſtrictiſſimè quid ſit.*
2 *Schiſma, & ſi ſit in Eccleſia nõ per hoc dicitur Eccleſia diuiſa.*
3 *Schiſma ab hæreſi in quo differat.*
4 *Schiſma in Papa poteſt eſſe ſine hæreſi, in alijs non.*
5 *Papa an poſſit eſſe ſchiſmaticus, & quomodo.*
6 *Schiſmata quot à Petri ſede hucuſque.*
7 *Schiſmatici inferiores à Papa qui fuerunt.*
8 *Schiſmatis atrocitas quanta ſit.*
9 *Iudices competentes ſchiſmatis qui ſint.*
10 *Schiſmaticorum fautores, & ſequaces quibus pœnis puniendi.*
11 *Schiſma quomodo poſſit excuſari.*
12 *Schiſmatici quibus pœnis puniendi.*
13 *Abiuratio ſchiſmaticorum.*
14 *Forma abiurationis ſchiſmatis, & alia plura de abiuratione.*
15 *Schiſmata quomodo ſedanda.*

De Schiſma, & Schiſmaticis. Tit. 118.

1 SChiſma † Græcum eſt nomen, quod latinè ſciſſura interpretatur 24.q.1.c. ſchiſma, glo. in c. quia diligẽtia, de elect. & Innoc. & omnes in rubr. de ſchiſma. D. Thom. in 2.2.q.39.art.1. ideoque directo opponitur vnitati. Sicut ergo Eccleſiæ vnitas in duobus põt conſiderari. Primo videlicet in commixtione, cõicatione, & relatione, atque mutuo auxilio membrorum ſingulorum ad inuicẽ, Secundo in relatione omnium membrorum famulantiũ, & interuenientium vni capiti. Ita & ſchiſma dupliciter vtique conſiderari poteſt, Primo videlicet quãdo quis capiti Eccleſiæ, ſummo ſcilicet Pontifici obedire recuſat. Secundo quando quis membris Eccleſiæ recuſat cõicare. ita D. Thom. in 2.2.d.q.39.art.1. in fi. & art.4. Vterq; enim ſcindit, ac ſeparat ſe ab vnitate Eccleſiæ, videlicet vel capitis, vel membrorum; abſciſſo enim vel capite, vel mẽbro corpus integrum dici non poteſt, & Eccleſia debet eſſe, & vna, & integra, d.c. ſchiſma. Ideo qui hanc vnitatẽ quoquo modo diuidit, ac ſeparat, ſchiſma, ideſt ſciſſuram facit, & inconſutilem Chriſti tunicam diuidit, quã Iudæi crucifigentes Chriſtum diuidere auſi non ſunt 16 q.vlt. c.ſicut Dñi veſtimentum, c.1. de ſchiſma. Ioan.19. Schiſma itaque eſt illicitus per inobedientiam, aut rebelliõẽ ab vnitate Eccleſiæ diſceſſus, vt conſtat ex iam dictis, & probatur in 24. q.1.c.aduocauit, Iacobat. de Concilio libr.4. art.1. Hinc D. Thom. in 2.2.q.39 art.4. definiuit ſchiſmaticũ eſſe illũ, qui recuſat obedire mandatis Papæ, vel Eccleſiæ, cũ rebellione, & addidit clauſulam illam, cũ rebellione, vt diſtingueret ſchiſma ab alijs peccatis, quibus pariter recuſatur obedire mandatis. Largiſſimè aũt dicitur ſchiſma omnis animarum diuiſio, & poteſt capi in bonam, & in malã partẽ in bonam, vt apud Ioan.c.9. quando Iudæi vario modo interpretãtes miraculum factum à Chriſto in ſanando cęcũ natũ, dr̃ quod ſchiſma erat inter eos, ideſt diuiſio, & diuerſitas opinionum, quæ tamẽ diuerſitas nõ ſapiebat delictũ. Si loquatur de ſchiſmate in malã partẽ largiſſimè ſumpto oẽs illi dicentur ſchiſmatici, qui conſtituti in peccato mortali, ſe per illud diuidunt à capite, qui eſt Chriſtus, & eius mandatis non obediunt 24.q.3.c. dixit, & c.Apoſtolicæ, & 1.q.1.c. ſacerdotes. & de hac ſchiſmatis ſpecie nõ eſt hic diſſerendum, nam & largiſſimè extra fidem dr̃ eſſe, qui eſt in peccato, c.fin. de præſcriptionib. Largè ſchiſmatici dicuntur ẽt oẽs excõicati 11.q.3.c. cum excõicato, & c.ſequ. quia non ſolum à Deo peccatores excõicati, ſed & ab Eccleſia; & omni cœtu fidelium dimiſſi ſunt, & ſeparati, vt iã in libr. 1.tit.15. dictũ eſt, ſtrictè ſchiſmatici dicuntur illi, qui conſpirationem faciunt contra Epiſcopum, & iſti non ſunt ſuſpenſi, ſed ſuſpendendi, vt notant Innoc. Hoſtien. Butr. & cęteri omnes in rubr. de ſchiſma. Vel etiã qui proprio Epiſcopo non parent, & ſe ponunt extra eius protectionem, qui potius Acephali, quam ſchiſmatici ſunt dicendi,

modo

Digitized by Google

modo Romanam Eccleſiam, & illius vnitatem recognoſcant, vt conſtat apud. Cardin. Bellarm. lib. 3. de Eccleſ. militante, c. 5. & lib. 4. De notis Eccleſiæ, cap. 10. Magis ſtrictè ſchiſmatici illi ſunt, qui ejciunt proprium Epiſcopum de ſede Epiſcopali, illamque ſibi occupant, ſuos presbyteros ordinant, ac conſtitutiones promulgant. 7. q. 1. c. ſcire. 24. q. 3. c. inter hæreſim. Strictiſſimè autem ſchiſmatici dicuntur illi, qui ſe diuidunt ab vnitate Romanæ Eccleſiæ, vel intrudendo ſe in Pontificatum, vel nouam ſupremam Eccleſiã conſtituẽdo, vel Cardinales, Epiſcopos, aliosve ſacerdotes, & Clericos faciendo, & nouas leges promulgando, vel vero Pontifici legitimè electo aduerſando 7. q. 1. c. Nouatianus. 24. q. 1. c. loquitur, & q. 3. c. inter hæreſim. Card. Bellarmin. de Eccleſia militante lib. 3. d. c. 5. Et hoc verè, & propriè eſt ſchiſma, de quo D. Paulus 1. Corint. ibi. id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. cui concinit illud Iſaiæ 22. Sciſſuras Ciuitatis Dauid videbis; quia multipli-
2 catæ ſunt, & Bellar. vbi ſup. † Neque ex eo, quod huiuſmodi ſchiſma eſſe poſſit in Eccleſia, idque ſciſſuram, atq; diuiſionem ſignificet, vt dictum eſt, non ideo fit, vt Eccleſia ipſa ſcindatur, & diuidatur in plures Eccleſias, quoniam vt inquit S. Cyprian. in epiſt. de vnitate Eccleſiæ. Sicut vnus eſt Chriſtus nõ plures, vna fides nõ plures, ita & vna plebs eſſe debet in ſolidam vnitatem concordiæ glutino copulata. Sed hoc modo intelligendum eſt ſchiſmã habere locum in Eccleſia, quia ab vnitate, qua omnes Chriſti fideles diuina inſtitutione concreta ordinati ſint ſub vno ipſius Eccleſiæ capite Romano, ſ. Pontifice, iuxta illud Ioã. X Erit vnũ ouile, & vnus Paſtor. Contingit aliquem, vel plures aliquos fideles diuidi, vel ſeparari per pertinacem inobedientiam cum quadam rebellione, & contradictione ſubeundi iudicium eius, vt conſiderat Turrecr. in ſum. de Eccleſia lib. 4. par. 1. c. 3. in prin. & Card. Bellarm. vbi ſup. Quicunq; itaque ab Apoſtolicis diuiſus eſt ſedibus, & contra Eccleſiam vniuerſalem conatur altare erigere, in ſchiſmate eum eſſe non eſt dubitandum. 23. q. 5. c. non vos, vt colligitur ex citatis locis Bellarmini. Et ſi eãdem fidem, id eſt eũdem Patrem, eũdem Filium, eũdem Spiritum ſanctũ profiteatur. 7. q. 1. c. denique, §. quod verò, cum alijs authoritatibus ci-
3 tatis per Bellarm. vbi ſup. † Differt ideo ſchiſma ab hæreſi, quod hæreſis peruerſum habeat Dogma, ſchiſma verò Epiſcopalem diſſenſionem, & ambo ab Eccleſia ſeparant, vt ex D. Hieron. in epiſt. ad Galat. & ex alijs probat Bellar. in d. c. 10. Cæterum nullum ſchiſma eſt, niſi ſibi aliquã hæreſis ſpeciem cõfingat, vt videatur rectè ab Eccleſia diſceſſiſſe. 24. q. 3. d. c. inter hæreſim. & ita cõſtat, quod ſchiſmaticus per perſeuerantiã in hæreſim. Labitur, & ſi differant, vt probatum eſt, & probatur in 24. q. 1. c. non auferamus, & ex diuerſitate titulorum. Differunt etiam ſchiſma, & hæreſis, ſicut differt fides à charitate: Nam hæreſis opponitur fidei, ſchiſma verò charitati, & ideo ſicut, qui caret fide, caret, & charitate, & ita quicumque eſt hæreticus, eſt etiam ſchiſmaticus, ſed non conuertitur ſecundum D. Thom 2. 2. q. 39. art. 1. vbi ſubdit, quod ſicut fides eſt via ad charitatẽ, ita ſchiſma eſt via ad hæreſim, licet nullus ſit ſchiſmaticus, qui non ſit aliquo modo hæreticus. erit ergo differẽtia inter hæreſim, & ſchiſma, ſicut inter genus, & ſpeciẽ. Schiſma genus eſt, hæreſis ſpecies, & ideo omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus, ſtricto modo hæreſi ſumpta. & differunt etiã ſicut diſpoſitio, & habitus, quia ſchiſma diſponit, & ad hæreſim viam præbet, vt per gl. 2. in d. c. inter hæreſim, & gl.
4 in ſumma. 24. q. 1. † Dicit ſchiſmam in ſubdito non poſſe eſſe ſine hæreſi, in Summo Pontifice ſine hæreſi eſſe poſſe, vt ſi duo crearentur, & ambo contenderent ſe Canonicè electos, & Eccleſiam eſſe apud eos. idem tenent Abb. in ca. firmiſſimè, de hæretic. Io. de Anan. in rubr. de ſchiſma. vbi etiam Abb. Decius. in c. quia diligentia in 1. notab. de elect. per gl. in 24. q. 1. c. 1. Mulis in verbo ſchiſma. Iacobat. in tractat. de Concilio. lib. 8. art. 5. col. 4. In quo verò ſchiſma dif-
5 ferat à ſeditione dicit D. Tho. in 2. 2. q. 42. art. 1. † Tamen largiſſimè ſumpta ſignificatione vocabuli. Schiſma, vt ſcilicet ſignificet ſeparatum à Deo per peccatum mortale, Papa poteſt eſſe ſchiſmaticus: quia cum homo ſit, peccare poteſt exemplo. diſt. 19. c. Anaſtaſius, & exemplo eorum, quæ deducit Card. Bellarmin. de Romano Pontifice lib. 4. c. 9. & ſequentib. Largè verò ſumpta, vt dictum eſt ſupra de excommunicato, Papa non poteſt hoc modo dici excommunicatus, quia cum ea ſit ſui iuris poſitiui, hoc eſt à Conſtitutionibus Pontificum indicta, vt fuit oſtenſum ſupra lib. 1. tit. 1. non poteſt Papa ſuiſmet legibus incommutabiliter ligari, l. Princeps, ff. de legib. l. digna vox, C. eod. niſi ex honeſtate, vt ibidem, & dictum eſt ſup. lib. 1. titu. 1. Strictiſſimè, & propriè ſchiſma ſumpto poteſt Papa eſſe ſchiſmaticus conſtituendo nouam ſedem æqualem non ſubditam Romanæ Sedi aſſerendo duas eſſe poſſe Eccleſias. Nam his caſib. non ſolum eſſet ſchiſmaticus, ſed etiam foret hæreticus, qa aſſereret contra articulum fidei. Et vnam ſanctam Catholicam Eccleſiam. Duas enim Eccleſias, nec Papa, nec Concilium conſtituere poſſunt, glo. in 7. q. 1. c. non autem in verbo. vt non ſuccederet, nec poſſunt alio loco Eccleſiam fundare aſſerendo Romanam Eccleſiam non eſſe veram, ſed Alexandrinam, vel Conſtantinopolitanam, vt olim aſſerebant Græci, vt diſt. 22. c. renouantes, penul. & c. antiqua, de priuilegijs. Eſſet etiam ſchiſmaticus ſi intruſus quis contenderet de Papatu cum vero, & legitimo Papa, ca. 1. de ſchiſmat. diſt. 12. c. hinc etiam. Idem foret ſi duo non legitimè, & Canonicè electi ambo contenderent de Pontificatu, diſtin. 79. c. ſi quis pecuniam, diſt. 23. c. in nomine Domini, c. licet, de elect. & d. diſt. 79. c. ſi duo. E contra duo putantes ſe legitimè electos, nemo eorum eſſet ſchiſmaticus, nec eorum adhærentes, vt per D. Anton. in ſum. par. 2. titul. 3. §. 6. & in eo caſu neuter poterit alterum, & eius adhærentes excommunicare, quia excommunicatio non eſt proferenda, niſi contra peccantem mortaliter. 11. q. 3. c. nemo, cum alijs citatis ſup. lib. 1. tit. 15. & 10. q. 3. c. cui eſt illata. Sed & alijs pluribus modis Papa fieri poteſt ſchiſmaticus, vt apud Caiet.
6 in ſum. D. Th. 2. 2. q. 39. art. 1. † A Diuo Petro hucuſque viginti duo numerantur fuiſſe ſchiſmata per Turrecrem. in ſum. de Eccleſia lib. 4. par. 1. c. 9. & hæc fuerunt inter Pontifices inter ſe contendentes de Pontificatu. Sed & in veteri te-
7 ſtamento, hæc ſchiſmatis peſtis non defuit. † Primũ enim ſuſcitauit Core, Dathan, & Abyron contra Aaron ſacerdotem legitimum ſacrificandi ſibi licentiam aſſumentes, qui diuinitus percuſſi fuerunt pœnas à terra abſorti. Numer. 16. & 7. q. 1. c. denique. à Tribu Iudæ, & Beniamin aliæ decem Tribus ſe diuiſerunt, & ſepararunt, & relicto Rege ſuo Roboam alium ſibi Hieroboam Regem conſtituerũt. qua propter à Deo abiecti, ac ſeuerè puniti fuerunt. 3. Regum 12. Cum autem ſchiſmatici iſti Hieroſolymis relictis in Samariam receſſiſſent inter Gentiles, & Pſeudoprophetas habiti ſunt. Ideoque cum Chriſtus Saluator Diſcipulos in miniſterium ſaluti mitteret, mãdauit eis, dicens, in vias gentium ne abieritis, & in Ciuitatem Samaritanorũ ne intraueritis. Matth. 10. Sic ſchiſmaticos Samaritanos Gentilibus coæquans. 7. q. 1. d. c. denique. In nouo teſtamento inferiores à Papa ſchiſmatici fuere Armeni, Iacobitæ, & Græci, quia caput Romanæ Eccleſiæ non recognoſcebant. Turrecrem. in ſum. de Eccleſia lib. 4. par. 1. c. 1. Græci autem in octo à Latinis diſcordabant, quæ fuerunt cõcordata in Cõcilio Florentino ſub Eugen. IV. anno 1439. quæ latius exponit Turrecr. in apparatu ſuper decreto Vnionis Græcorũ. Quod autem ante Concil. Florent. fuiſſent ſchiſmatici tenet glo. in Clem. 1. in ver. Hebraicè, de Magiſtris, & Innoc. in c. 1. de ſchiſmat. & Dec. in c. quia diligentia in 1. notab. de elect. Schiſmatici pariter, & hæretici fuerunt poſtea Boemi ſequentes ſuos Hæreſiarchas ſimulcum perſonis damnatos in Concil. Conſtãtienſi. Germani quoque in pluribus Germaniæ partibus ſchiſma, & hæreſim ſuſcitauerũt Martino Luthero hæreſiarcha authore. Angli quoque quãquã antea valdè Catholici, & quod mirandum eſt ab Henrico vltimo eorum Rege Chriſtianiſſimo, libro etiam ex profeſſo ſcripto ab eo contra Lutherum in fide Catholica confirmati, ſeparãte ſe ipſomet Hẽrico Rege à S. Romana Eccleſia per fœdiſſimũ ſchiſma ob nõ impetratã diſſolutionẽ matrimonij, quam Rex ſummoperè cupiebat, in ipſum ſchiſma, & horrẽdas hæreſes dilapſi ſunt Rege ſequuto. Poſtea verò, & bona pars Gallorũ, quos Vgonottos vocant, vt libidini, & luxui inſeruirent, fauentibus quibuſdã eius Regni Principibus in nouum ſchiſma, & in antiquas hæreſum foueas fœdè prolapſi ſunt, neque hucuſque reſipuerunt,
8 quamuis varijs cædibus, & calamitatibus mulctati. † Schiſmatis enim crimen atroce eſt, & illius atrocitas ex eo arguitur, quia in veteri teſtamẽto odio a Deo habiti ſunt, & grauiter puniti, vt Numer. 16. & 3. Regum 12. & 7. q. 1. d. cap. denique, vt & ſupra tit. 111. nume. 61. Nam vt inquit S. Cyprianus. Alienus eſt, profanus eſt, hoſtis eſt, qui vniuerſa-

Digitized by Google

ſis Eccleſiæ non tenet vnitatem 24. quæſt. 1. cap. alienus. Et
quamuis crimen eccleſiaſticum ſit, tamen etiam à ſæcula-
ribus debet puniri 23. q. 5. c. non vos, c. de Liguribus, c. re-
legantes, & 24. q. 1. c. nõ afferamus, & c. omnis qui. Vti om
nium peccatorum grauiſſimum pœna maiori, quam alia
crimina etiam infidelitatis, & hæreſis puniuntur, vt decla-
rant D. Thomas in d. q. 39. art. 2. & in tractatu de bono in
2. quæſt. artic. 2. & quæſt. 10. Turrecremata in ſumma de
Eccleſia, lib. 4. par. 1. c. 6. De illius atrocitate conſtat etiã ex
ijs, quæ de eo dicunt Diuus Auguſtinus contra epiſtolam
Parmeniani in lib. 4. contra Creſconium, & in epiſtola ad
Seuerianum cõtra ſchiſmaticos. Diuus Cyprian. in epiſtola
de vnitate Eccleſiæ. Diuus Auguſt. lib. 3. de verbis Domini
ſermo. 12. & de fide ad Petrum. Diabolus enim dicitur au-
thor ſchiſmatis, qui pater eſt diſcordiarum 1. q. 7. ca. quo-
ties 24. q. 1. c. ſchiſma, & in cap. per tuas, de donationibus,
appellatur tempeſtas 24. q. 2. c. aduocauit, q. 1. c. loquitur,
c. in omnibus. Monſtrum enim poteſt dici Eccleſia tempo
re ſchiſmatis, ſi duo habet capita, c. per venerabilem. Qui
filij ſint legitimi, c. pleriſque de offic. ordinarij. Ideo Diuus
Paulus 1. Corinth. 12. inquit, non ſit ſchiſma in corpore:
obſecro vos fratres per nomen Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, vt id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſma-
ta. Sitis autem perfecti eodem ſenſu, & eadem ſciẽtia. An-
tichriſtus etiam vocatur ſchiſmaticus, diſtinct. 23. c. in no-
9 mine Domini 2. † Regulæ autem Patrum hoc ſpecialiter
conſtituerunt, vt ſi quis Eccleſiaſtici officij perſonæ ſubie
ctus reſtiterit, aut aliud altare erexerit, ſeu ſchiſma fece-
rit, iſte excommunicetur, atque damnetur a iudice eccle-
ſiaſtico, quod ſi fortè, & hoc contempſerit, & permanſe-
rit diuiſiones, & ſchiſma faciẽdo, per poteſtates laicas op-
primatur 23. q. 5. c. de Liguribus, ex Diuo Auguſtino, cap.
non vos, c. quali nos, c. princeps, & 24. q. 1. c. non afferamus,
c. omnis qui, glo. in c. tua, il primo de decimis, & hoc debet
intelligi ſi eccleſiaſtici negligant, vel non poſſint illos coer-
cere. Idque fit optima ratione, quia ſchiſmaticus peccat in
duobus. Primum quia ſeparat ſe ab vnione membrorum
Eccleſię, & ideo conuenit, vt ab eccleſiaſtico iudice per ex-
communicationem præſcindatur, iuxta illud Numer. 16.
Recedite à tabernaculis impiorum hominum, Dathan, &
Abiron, qui ſchiſma fecerunt, & nolite tangere ea, quæ ad
eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum 24. q. 1. c. di-
dicimus. Deinde peccant in alio, quia ſubdi recuſant capi-
ti Eccleſiæ, & ideo quia coerceri ſe non patiuntur per ſpiri
tualem Eccleſiæ poteſtatem, iuſtum eſt, vt temporali tan-
quam validiori coerceantur 23. q. 5. d. c. dicitur. Deus enim
concitat magiſtratus contra tales, vt humiliati ſupponant
ceruices ſuas Dominis ſuis, vt 23. q. 4. cap. quando, ex Diuo
Auguſtino. Duobus contendentibus de Papatu, ſuppoſito
quod abſque vlla conſcientiæ læſione probabiliter credãt
ſe canonice electos, vnus non poteſt eſſe iudex alterius. Sed
Concilium erit iudex, diſt. 79. c. ſi duo, vbi glo. Cardinal. in
conſ. 150. Quæſitum fuit. Abbas in c. diligentia, vbi Decius
in 1. nota. de elect. Summa Anton. in 2. par. tit. 3. c. 11. & in
3. par. tit. 24. ver. de Concilijs. Quomodo autem hoc caſu
Concilium ſit conuocandum, tradit Iacobatius de Conci-
lio lib. 3. artic. 1. Tempore ſchiſmatis reſeruata Papæ exer-
cent ordinarij in partibus, Anchar. conſ. 409. col. 3. Viſo, &
diligenter inſpecto, ſequitur Præpoſitus in c. per venera-
bilem, §. quod autem. Qui filij ſint legitimi. Exercebunt ẽt
Cardinales ſi fuerint vniti, vt per Iacobatium de Concilio
10 lib. 4. art. 3. † Subiacent etiam pœnis ſchiſmaticorum fau-
tores, atque illorum ſequaces adhærentes, & conſilium, &
auxilium eis præſtantes, c. 1. de ſchiſmat. in 6. 24. quæſt. 1. c.
didicimus, diſt. 23. cap. in nomine Domini 2. Nam & Nu-
mer. 16. fautores Core, Dathan, & Abiron igne conſumpti
ſunt, vt perpendit D. Auguſtinus, vt ſupra tit. 111. nu. 62.
Quod debet intelligi de fautoribus ſchiſmatico notorio
contra Papam verum 24. q. 1. c. ſchiſma. Idem ſi forent in
ignorantia affectata, vel craſſa, quam ſupina negligentia
detenti, non curarent excutere 1. q. 7. c. quoties, cap. inno-
tuit, de elect. l. regula, ff. de iuris, & facti ignorant. dicto c.
ſchiſma, & 23. q. 5. c. relegentur, & duobus contendenti-
bus ſalua conſcientia adhærendum eſt ei firmiter, quem
quis canonicè, ac legitimè credit electum. Summa Anto-
nin. in 2. par. tit. 3. c. 9. ver. tertium documentũ. Schiſmati-
cis conſentiens priuatur communione 24. q. 1. c. ſchiſma, &
fautores pari pœna cum ſchiſmaticis puniuntur, diſtin. 23.

11 c. in nomine Domini. † Duo iuſto errore ducti contenden-
tes de Papatu excuſabiles ſunt in ſimul cũ eorum fauto-
ribus argumento notatorum per Bart. in l. fin. ff. de adul-
terijs, & in l. 1. §. cæterum, ff. de ventre inſpiciendo, arguen-
do de vxore ad Eccleſiam, tamen ſi negligerent terminare
cõtentionem, ſeu impedirent, neque moniti à Principibus
vellent Concilium congregare, licet ambo putarent ſe ca-
nonicè electos, nihilominus ex hac cunctatione cẽſerentur
veri ſchiſmatici. Papa enim præ cæteris debet ſaluti Eccle
ſiæ inuigilare 24. q. 1. c. loquitur, c. officij, c. memor. diſt. 40.
c. ſi Papa 8. q. 3. c. nemo 14 q. 1. c. audiuimus 7. q. 1. c. Noua-
tianus, diſt. 83. cap. conſentire. Sed duobus errantibus vnus
propter ſubtilitatem aliquam, alter propter ſimplicitatẽ,
ſeu ignorantiam magis excuſabilis ſubtilis, quam ſimplex
in hoc crimine 24. q. 1. c. ſchiſma, & ibi glo. in verbo magis
eſt. Nullus enim excuſatur, qui diſcedit à capite ignoran-
tia, vel timore, diſt. 20. c. ſi decreta 12. q. 2. c. qui & huma-
nis, diſt. 16. c. quod dicit. Nec minus excuſatur ille, qui rece
dit propter multitudinem, nam & ſi mundus totus à Papa
diſcederet, non ideo quiſquam excuſaretur 23. q. 1. c. mul-
ti, in fine. Iacobatius de Concilio libro 7. art. 4. Incidens in
ſchiſma notorium, non ideo excuſabitur, ſi dicat ſe paratũ
abiurare, vt reſtituatur ad honores, & miniſteria, quia ſi-
ne diſpenſatione ad illa non reſtituitur, Iacob. vbi ſupr. lib.
7. art. 4. in fine, nec ad noua electus admittitur, c. quia dili-
gentia, vbi Doctores, de electio. Separans ſe à proprio Epi-
ſcopo, modo contra eum altare nõ erigat, non dicitur ipſo
iure ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus, Innoc. Hoſtienſ. & alij
12 in c. 1. de ſchiſmat. † Schiſmatici puniuntur eiſdem pœnis
quibus hæretici 1. q. 1. c. ſi quis, §. fin. vbi plures pœnæ, &
horrendæ imprecationes leguntur contra ſchiſmaticos, &
in princ. d. c. ſi quis, & in diſtin. 23. c. in nomine Domini 2.
Schiſmatici ab Eccleſia Romana ipſo iure ſunt excommu
nicati, alij verò ſunt excõicandi, licet ipſo iure ſint ſuſpẽſi,
Butrius in c. 1. de ſchiſma. Franc. de Platea in tract. de excõ
municatione, §. 27. nu. 25. Corporali pœna ẽt poſſunt puni-
ri 7. q. 1. c. denique, Numer. 16. Albericus in l. nibenus, nu.
5. C. de ſacroſ. eccleſ. Priuantur quacunq; adminiſtratio-
ne eccleſiaſtica, atque iuriſdictione, c. 1. de ſchiſmat. Reti-
nent tamen characterẽ. Ipſo iure ſunt ſuſpenſi ab oĩ actu
iuriſdictionali 24. q. 3. c. audiuimus, §. ſin autẽ, c. didicimus
7. q. 1. c. denique. Priuantur Eccleſiæ bonis, diſt. 8. c. quo iu-
re 24. q. 1. c. qui contra 7. q. 1. c. Nouatianus, diſt. 25. c. in no-
mine Domini. Si ſint pertinaces, neque reſipiſcant tradun-
tur bracchio ſæculari puniendi 23. q. 5. c. de Liguribus, &
c. non vos cum allegatis ſupra tit. 111. Sunt etiã in extra Ec-
cleſiam, & ideo in ea nihil habent iuris, aut poteſtatis 24.
q. 1. c. dicamus. Cardin. Bellarm. de Eccleſia militante, libro
3. c. 5. Quinimmo Imperatores, Reges, & Principes ſchiſ-
matici contra Romanam Eccleſiam ſunt diſponẽdi à Pa-
pa, c. 1. de ſchiſma. in 6. Cardin. Bellarmin. de Romano Põ-
tifice, lib. 2. c. 17. ver. ad primum Zacharias libr. 3. c. 16. ver.
13 Hoc aũt maxime lib. 5. c. 6. & ſeq. & c. 8. † Verum quia Pe
trus, Iacobus, & Ioannes de columna ſchiſmatici declarati
illam abiurarunt ſeruata forma abiurationis ſchiſmatis
præſcripta in 1. q. 1. c. quoties cordis 9. ideoque fuerũt ab-
ſoluti, & reſtituti, vt conſtat in d. cap. 1. de ſchiſmaticis in 6.
Conſtat enim quod omnino in ſcriptis publicè, & perſona-
liter non per procuratorẽ ſchiſmatici debent ſchiſma abiu
rare, & copia abiurationis tranſmittenda eſt ad illas Eccle
ſias, quas ſcandalizarunt ſchiſmate, nec prius ad vnionem
Eccleſiæ ſunt admittendi, vt per Abbatem in c. quia diligẽ
tia, de elect. & 1. q. 7. c. ſi qui voluerint, & de conſecr. diſt. 2.
c. ego Berengarius, c. ad abolendam, de hæret. c. ſuper eo. c.
14 accuſatus, eo. tit. in 6. † Formã aũt abiurationis ſchiſmati-
corũ, de qua in 1. q. 1. c. quoties introducũt D. Greg. lib. 10.
rege epiſt. 31. & eſt talis. Quoties cordis oculus nube erro-
ris obductus ſupernæ illuſtrationis lumine fit ſerenus, ma-
gna cautela interdum eſt, ne latẽter author ſchiſmatis re-
meat, & ab vnitatis radice eos, qui ad eã reuerſi fuerãt, telo
iterum erroris abſcindat. Et ideo poſtquã ego ille Ciuita-
tis illius Epiſcopus, comperto diuiſionis laqueo, quo tene-
bar, diutina mecũ cogitatione pertractans, prona, & ſpon
tanea voluntate ad vnitatẽ Sedis Apoſtolicæ diuina gratia
duce reuerſus ſum, & ne nõ pura mẽte, ſed ſimulata reuer
ſus exiſtimer, ſpõdeo ſub ordinis mei caſu, & anathematis
obligatione, atq; promitto tibi, & per te S. Petro Apoſtolo-
rũ Principi, atq; eius Vicario B. Gregorio, vel ſucceſſorib.
ipſius

ipſius me nunquã ſuaſionibus quorũlibet, vel quocumq; alio modo ad ſchiſma, de quo Redemptoris Noſtri miſericordia liberante ereptus ſum, reuerſurum, ſed ſemper me in vnitate Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ, & communione Sancti Romani Pontificis per omnia permanſurum. Vnde iurans dico per Deum omnipotentem, & hæc ſancta quatuor Euangelia, quæ in manibus meis teneo, & ſalutem Dominorum noſtrorum Rempublicam gubernantium, me in vnitate, ſicut dixi, Eccleſiæ Catholicæ, & communionem Romani Pontificis ſemper, & ſine dubio permanere. Quod ſi (quod abſit) aliqua excuſatione, vel argumento ab hac me vnitate diuiſero, periurij reatum incurrens, æternæ pœnæ obligatus inueniar, & cum authore ſchiſmatis habeam in futuro ſæculo portionem. Hanc autem profeſſionis, promiſſioniſque meæ chartulam Notario illi cum conſenſu presbyterorum, & Diaconorum, & Clericorum, qui me in hac vnitate obligantes in ſupraſcriptis omnibus prona ſimul voluntate ſequuti, atque proprijs manibus ſubſcripturi ſunt ſcribendum dictaui, & propriaque manu ſubſcribens, tibi tradidi. Acta in loco illo, die illo, & Conſulibus ſuprascriptis, Ego ille, Epiſcopus Ciuitatis illius, huic confeſſioni, promiſſionique meæ, præſtito de conſeruandis ſuprascriptis omnibus iuramento ſubſcripſi. Vide te diligentem, & exquiſitam inſtructionē Sanctiſſimi Patris in tractandis Eccleſiaſticis negocijs. Cum autem reuertuntur ad Eccleſiam recipiēdi ſunt cum manuum impoſitione, & ſatisfactione, vt Spiritum ſanctum recipiant, quem extra Eccleſiam non habent. 24. q. 1. cap. didicimus. Obſeruandum etiam hic eſt, quod ſi Clerici ſint, qui ſe iuramento expurgant, coram Eccleſiaſticis, non autem coram laicis illud præſtare debent. exemplo d. cap. quoties, & cap. inquiſitionis. 21. §. fina. in fine, de accuſationibus, cap. inſtitutos. 13. vbi glo. in verbo quinta de ſimonia, & per deducta ſuperius in tit. 113. ver. & diffamato. Abiurare autem nihil aliud eſt, quam purganda iurare, vt quando quis abiurat debitum, abiurat depoſitum iuxta illud Virgilij Æneidos lib. 8.

Abſtractaque boues, abiurataque rapinæ.

Et abiurare Eccleſiam, id eſt iurando ſe nunquam ſuſcepturus curam illius Eccleſiæ, vt cap. 3. & 4. de reſtitut. ſpoliator. abiurare libertates inſtituendi, & cuſtodiendi Eccleſiam dicitur in cap. cum veniſſent §. nos igitur, de inſtitut. abiurare vxorem dicitur in cap. ſecundo, ne Clerici vel vouent. & in capit. cum haberet, de eo, qui duxit in vxorem. Dicitur abiurare adulteram, id eſt iurare ſe nunquam ad adulterij commercium rediturum. Abiurare dicitur etiam beneficia, id eſt iurare ſe nunquam ea beneficia ſuſcepturum, aut curaturum, capit. ſuper hoc, de renunciat. Item abiurare Prouinciam id eſt ſe nunquam in eam Prouinciam rediturum, cap. 3. de crimin. falſi. Sed in materia noſtra abiurare ſchiſma, eſt iurare ſe ad illud nunquam reuerſurum, nec ab vnitate vnquam diſceſſurum, vt in dict. cap. quoties, & abiurare hæreſim eſt iuramento promittere ſe ad eam nunquam reuerſurum, capit. ad abolendam, §. parenti de hæreticis, & cap. accuſatus, eodem titul. in 6. Et abiuratio debet eſſe publica coram Clero, vel populo. 1. quæſtione ſeptima, cap. inter ſollicitudines, § purgatione vero. ibi. ita tamen, vt publicè, &c. & dict. cap. quoties, Debet etiam abiuratio hæc eſſe clara, & aperta, non confuſa, vel ambigua, vt acclamatum fuit ab omnibus Epiſcopis in Concilio Calcedonenſe ſeſſ. 8. contra Theodoretum. quod & ſtatutum eſt à Leone epiſt. 84. & epiſt. 75. & ratio eſt, quia confeſſio eſt pars pœnitentiæ peccati. 11. quæſtione 1. cap. cuius apud, quæſtione 3. capit. plerumque. Hinc eſt, quod conuictus de hæreſi, ſi neget illam credidiſſe aſſerens ſe fuiſſe ſemper Catholicum, debet condemnari, vt impœnitens, ex quo non curat abiurare. Rota in antiquis deciſ. 874. Decius in conſilio 137. Boerius deciſ. 343. Poteſt tamen Summus Pontifex, & Inquiſitores ex cauſa declarare, quod abiuratio fiat ſecretè, vt factum fuit in eo caſu, de quo per Decium in dict. conſil. 137. numero 8. 9. & 10. Et de ea adſunt aliæ plures formulæ, vt illa in Concilio Cōſtantienſi ſeſſ. 19. & de conſecratione, diſtinctione 2. illa in cap. ego Berengarius, illa in Concilio Niceno, incipien. Non autem ſufficit, vel ſuæ religioni, &c. Et decem requiſita pro ampliori forma affert Turrecremata in tractatu de Eccleſia libro quarto, parte ſecunda, ca. 21. Abiurationem autem ſolet præcedere ſententia declarans talem eſſe hæreticum, niſi tali die, & hora abiuraret, & ſi reus aſſerat velle abiurare, & abiuret, tunc eſſe abſoluendum, vt ex Directorio inquiſitor. refert Zanchin. in tractat. de hæreticis, capit. 41. columna tertia, ver. circa ordinem. Quod multis non placet, & ideo aliter ſeruant abſoluentes poſt abiura-

15 tionem. † Si maximum immineat ſcādalum propter ſchiſma inter duos, & Antipapa, propter potentiſſimos ſequaces, qui eum fouent, non poſſit cogi cedere Eccleſiam vero, remedium eſt, quod verus, & Canonicus Papa cedat, ſi & Antipapa cedere velit. Nam & ſi verus Papa cogi non poſſit cedere, Conſilium tamen, vt zelo charitatis, & boni Paſtoris oſtendat, eſt, vt cedat, cum & paratus eſſe debeat exponere vitam pro ouibus ſuis, vt per plura probat Turrecremata in dict. tractat. de Eccleſia parte prima, libro 4. cap. 13. Si cedere minimè velit, non deerunt alij modi pro concordia, & pace contendentium aliàs vſu comprobati. Primo, vt ſtent iudicio Principum iudicātium quis eorum ſit magis Canonicè electus, ita fuit obſeruatum inter Bonifacium I. & Eladium presbyterum. Quod facient Principes non vti iudices, ſed vti pacis protectores, & Eccleſiæ Patroni. Secundus, quod id iudicet Concilium ad hoc congregatum, vt obſeruatum fuit inter Damaſum I. & Vrſinum in 3. ſchiſmate, & in alijs ſchiſmatibus, vt diſtinctione 79. cap. ſi duo, vbi glo. 1. & comprobant Archidiacon. & Ioan. Andr. in cap. in fidei, de hæreticis in 6. Tertius erit, vt fiat inter contendentes compromiſſum, vt fuit obſeruatū inter Simmachum, & Laurentium, qui compromiſerunt in Regem Henricum, cum enim Papa poſſit renunciare, cap. 1. de renunciat. in 6. multo magis poterit compromittere. Quartus modus eſſe poterit per nouam electionem, vel faciendam de vno ex duobus contendentibus, vel ambobus renunciantibus fiat ab ambobus cedentibus electio de tertio ex cœtu Cardinalium, dicta diſtinctione 79. cap. ſi duo. Quintus modus eſſe poterit, vt depoſitis, vel reiectis omnibus contendentibus alius eligatur ex integro, vt per glo. in diſtinctione 63. capit. ſi fo. 1e. & ita fuit obſeruatum inter Leonem V. & Chriſtophorum in ſchiſmate octauo. & inter Benedictum IX. & alios tres contendentes in ſchiſmate 12. Sextus modus eſſe poterit, quod ex contendentibus alter alteri cedat, & ita fuit obſeruatum inter Nicolaum II. & Benedictum in ſchiſma 13. & inter Cadulum, & Alexandrum in ſchiſma 14. & inter Felicem alias Amodeum, & Nicolaum V. in ſchiſmate 22. Septimus modus, quando adeſt certitudo de intruſo, ſunt arma, & coactio. & ita fuit obſeruatum inter Eugenium II. & eius aduerſarium in ſchiſma 7. inter Leonem Quintum, & Chriſtophorum in ſchiſmate 8. inter Leonem Octauum, & Benedictum Quintum in ſchiſmate 10. Quod autem armis, & vi poſſit intruſus cogi cedere, probatur argumento capit. niſi, §. propter maliciam de renunciat. vbi Innocent. & gloſſ. vltima. in 7. quæſtione prima, cap. ſcias. & gloſſ. vltima, in capit. Epiſcopus de locat. & vbique Doctores. Archidiacon. in diſtinctione quinquageſima octaua, capitul. primo, Hoſtien. in capit. quæſitum, de rerum permutatio. Octauus modus eſt reconciliatio cum Imperatore, & Principibus, quorum fauore ſchiſma fouetur, vt fuit obſeruatum inter Alexandrum Secundum, & Cedulum in ſchiſmate 19. & inter Alexandrum Tertium, & alios quatuor Antipapas. Nonus modus eſſe poterit mors alterius contendentis, ſuperſtite ſuſcepto, ita fuit obſeruatum inter Silueriū, & Vigilium, Siluerio in exilio pro Chriſti fide mortuo, & inter Felicem, & Liberium in ſchiſmate 2. Decimus modus eſſe poterit per capturam intruſi, vt obſeruatum fuit inter Calixtum Secundum, & Bordinum, & inter Ioannē XXII. & Petrum de Corberio in ſchiſmate 20. Vndecimus modus eſſe poterit, vt Principes perſuadeant, & perſuaſionibus inducant intruſum cedere, vt fuit obſeruatum inter Eugenium, & Felicem, qui perſuaſionibus Regum Galliæ, & Angliæ ceſſit. Duodecimus modus eſſe poterit, quando ſcilicet maxima foret dubitatio inter per eos vter magis Canonicè ſit electus, & maximum immineret ſcandalum, quamquam ſortes ſic indiſcretæ ductæ prohibeantur Chriſtianis, adire ſortis iudicium, quod cum cauſa non eſt prohibitum. Nam & Matthias ſorte electus fuit, vt Actu. 1. & 21. diſtinctione, capitul. Cleros, & 26. quæſtione ſecunda, cap. primo, vbi Turrecremata, vt declarat gloſſ. in cap. vlt. vbi omnes, de ſortilegijs. Sed & plures hæreſes, ac hæreticorum ſectas affert

Iſido-

Digitized by Google

Iſidorus lib.8.Etymolog.c.5.relatus in 24.q.3.cap.quidam 39.& tit.C.de hæreticis, & Manicheis in tit. de Apoſtatis, item plures alias numero centum quinquaginta numerat Decianus in lib.5.tracta.crim.c.17.per totum,quas omnes repetit Farinacius in tracta.de hæreſi in princi. & per totam illam quæſtionem; hactenus itaque de hæreticis tam in genere,quam in ſpecie dicta ſufficiant,cum de Eccleſiaſticis tum perſonis,tum rebus,tum actibus generaliter. ſimul,& ſpecialiter actum etiam ſit,ſuperſunt tamen quædam ſpecialia de Orphanotrophijs. Xenodochijs,& alijs ſimilibus hic ſubijcienda.

S V M M A R I V M.

1 *Orphanotrophij tutoribus,& curatoribus æquiparantur.*
2 *Orphanorum res orphanotrophis tradendæ, & ab illis cuſtodiendæ.*
3 *Orphanorum res quomodo poſſint alienari.*
4 *Orphanotrophi an rationem reddere teneantur.*
5 *Orphanotrophi, & alij ibi nominati res acquiſitas non poſſunt alienare,ut ſint pro cautela adminiſtrationis.*
6 *Priuilegia orphanotrophorum, & aliorum collegiorum quæ ſint.*
7 *Donatio facta alicui Collegio non indiget inſinuatione.*

De Orphanotrophijs,& alijs ſimilibus collegijs. Titulus 119.

1 ORphanotrophij † igitur tutoribus, & curatoribus
æquiparantur, ſuoſque orphanos etiam ſine ſatiſ-
datione defendere,reſque eorum vindicare,& poſ-
ſunt,& debent leg.orphanotrophos 30.C.de Epiſco.& cle
ric.Nouella conſt.131.§.ſane orphanotrophi.de qua re di-
2 ctum etiam ſunt ſupra lib.2.tit.25.† Ideoque res etiam Or
phanorum illis tradendæ, & ab ijs cuſtodiendæ ſunt d.l.
3 30.vet.ita videlicet,& d.Nouella 131 §.res verò.† Nec alie
nandæ ſunt,niſi propter fœnus forſan, aut quia ſeruari nõ
poſſunt,aut ob aliam vrgentem cauſam,quibus tamen ca
ſibus æſtimatio earum prius à Magiſtratu facienda eſt d.
leg.30. Et cum ibi Imperator ſubdat ad ſimilitudinem tu-
toris,& curatoris perſonarum,& negocia eorum, &c.erit
etiam adhibendum iudicis decretum, vbi eo opus eſt in a-
lienationibus à tutoribus,vel curatoribus ex cauſa facien-
dis,vt laté nos in tract.de tutela,& cura libro 2.titu. 21.&
4 titu.22. † Orphanotrophos antiquo iure rationes reddere
non erat neceſſe d.leg. orphanotrophos 30. Sed iure nouo
mutatum,ac ſtabilitum eſt, cautumque,vt & tutelaribus,
& curatorijs rationibus ſint obnoxij in d.Nouella conſtit.
131.§.res verò in fine, & in Nouella cõſt.123.§.oeconomos
de quibus in d.tractatu de tutela,& cura lib.2.tit. 24.in fi-
ne titu.25.& 26.& lib.3.quæſtio.58.numero 4.& ſequent.
5 † Ideoque Orphanotrophi Ptocotrophi, Noſocomi,& ſi-
miles,res ſuas poſt tale officium acquiſitas alienare prohi
bentur in d.Nouella 131.§.interdicimus ibi atque omnia.
Immo pro reddenda ratione ſui officij, omnia eorum bo-
na,vt illa tutorum,& curatorum,quia dati ad eorum ſimi
litudinem,ſunt ſtatim à principio tacitè hypothecata,ſi il-
la non hypothecauerint expræſsè, per ea, quæ deduximus
6 in d.tractatu de tutela,& cura lib.2.tit.37.† Quod autem
ad res,& priuilegia dictorum Collegiorum attinet, ſcien-
dum, Orphanotrophijs Xenodochijs,& alijs ſimilib.Col-
legijs omnia priuilegia,quæ Eccleſiæ ſunt,conſeruari lege
omnia 33.in fine C. de Epiſcopis,& clericis dicta Nouella
7 conſtitut.131.§. penultimo. † Ideoque donatio illis facta
inſinuatione non indiget,cum diſtinctione, de qua in leg.il
lud quod 36.C.de ſacroſanctis Eccleſijs. Reſque illis ex
cauſis lucratiuis acquiſitæ à lucratiuorum inſcriptione
ſunt immunes leg.ſancimus 18.C.eod. titul.quod priuile-
gium non oportet habere,niſi vbi adhuc eſt in vſu lucrati-
ua inſcriptio, vt Florentiæ. Sed & alia horum priuilegia
ſunt omnia Eccleſiarum priuilegia, de quibus ſupra tit.6.
51.52.53.68.nunc de Concilijs eſt diſſerendum.

S V M M A R I V M.

1 *Conciliorum authoritas magna in Eccleſia.*
2 *Conciliorum materia a quibus tractata.*
3 *Concilij nomen vnde tractum.*
4 *Conuentus cur dictus.*
5 *Concilium quando faciendum.*
6 *Conciliorum origo.*
7 *Apoſtolicæ traditiones non poſſunt dici humana inuenta, ſed diuina.*
8 *Conciliorum genera quatuor,& quæ.*
9 *Concilia generalia quæ ſint.*
10 *Concilia quare dicta oecumenica.*
11 *Concilia nationalia,quæ dicantur.*
12 *Concilia vocantur ſæpe vniuerſalia.*
13 *Concilia prouincialia quæ.*
14 *Concilia diœceſana quæ ſint.*
15 *Vrbes & loca,quibus Patriarchæ,Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi reſidere debent etiam ante aduentum Chriſti ſtatuta fuere.*
16 *Prouincia ante aduentum Chriſti diuiſa.*
17 *Epiſcopi & Epiſcopatus nomen vnde originem traxerit.*
18 *Cicero appellatus eſt Epiſcopus.*
19 *Diœceſis nomen quid ſignificet.*
20 *Concilia generalia fieri debent conuocatis Patriarchis, Archiepiſcopis,& Epiſcopis totius orbis.*
21 *Epiſcopi in Concilijs non Conſiliarij, ſed iudices ſunt.*
22 *Pontifex in Concilijs per ſe, vel per legatos præſidere debet.*
23 *Concilia generalia a Pontifice celebrata,& confirmata errare non poſſunt limitatur in particularibus num.24.*
25 *Concilij authoritas non præfertur ſacra ſcriptura.*
26 *Concilium an ſit ſupra Pontificem, vel econtra.*
27 *Concilia diœceſana ſingulis annis ſunt celebranda.*
28 *Concilia diœceſana bis in anno celebranda.*
29 *Concilia diœceſana quibus anni temporibus celebranda.*
30 *Concilia Prouincialia quolibet trienno celebranda ſaltem.*
31 *Regulares quolibet trienio concilia celebrant.*
32 *Canonici regulares debent habere peculiare Concilium.*
33 *Epiſcopi ſuffraganei ſunt conuocandi ad Concilium prouinciale.*
34 *Religioſi populum non habentes non ſunt conuocandi ad Concilium.*
35 *Abbates an ſint conuocandi ad Concilium.*
36 *Hæretici ad Concilium non ſunt vocandi.*
37 *Imperatores Concilijs intereſſe non debent.*
38 *Concilia indicere,& conuocare cui non ſpectet à & quod ſpectet ad ſolum Papam.*
39 *Concilium generale ab eo poteſt indici, qui poteſt congregatos cogere.*
40 *Concilia Nationalia, Prouincialia,& diœceſana indicuntur à Patriarchis, Metropolitanis,& Epiſcopis non a Regibus,& alijs Principibus.*
41 *Concilia ad diœceſana, qui ſint conuocandi.*
42 *Conuocati ad Concilia diœceſana ſi non veniant, quid iuris.*
43 *Concilia prius quam conuocentur inquirenda ſunt ea,quæ indigent correctione.*
44 *Synodum particulare conuocari poteſt abſque authoritate ſedis Apoſtolicæ.*
45 *Synodum particulare abſque conſenſu Metropolitani,vel Epiſcopi conuocari non poteſt.*
46 *Præcedentia ordo ſeruatur in celebratione Concilij.*
47 *Iuramentum ſynodale,& illius forma.*
48 *In Concilijs,vel Synodis,quid agendum.*
49 *Epiſcopi diſſidentes inter ſe conciliandi in Concilijs.*
50 *Concilij locus eſt indicendus.*
51 *Concilia religioſorum communibus expenſis vita commune celebranda.*
52 *Munera Concilio offerri poſſunt à ſubditis, & à Concilio accipi.*
53 *Synodum non habentes ſingulis annis, vel non venientes ſunt in Nationali,vel prouinciali Concilio coercendi.*
54 *Concilijs concluſis ſtatuta in illis ſunt publicanda.*
55 *Concilijs, quæ expediri non poſſunt, ad Pontificem ſunt referenda.*

De Concilijs. Tit. 120.

IVra perſonarum,rerum,& actorum Eccleſiaſticorum, expoſuimus à principio huius libri hucuſque. Verum quia etiam per Concilia, & viſitationes tuentur, confer-

ſeruantur,& rite adminiſtrantur,vt id feliciter eueniat ſu-
pereſt. vt de Concilijs ipſis atque viſitationibus ſubijcia-
mus. De Concilijs ideo in hoc,de viſitationibus in ſequen-
1 ti poſteriore vltimo titulo diſſeremus.† Sacrorum Conci-
2 liorum authoritas in Eccleſia ſemper magna fuit.† De hac
namque Conciliorum materia tractant in primis libri ipſi
Conciliorum, deinde multa extant in decretis Gratiani,
Iuonis,Buchardi,Martini Bracharenſis,quædam etiam le-
gi poſſunt apud Hilarium in libro de Synodis,Iſidorum li-
bro 6.etymologiarum cap.16.Bedam in libro de ſex æta-
tibus in Conſtantino 4.Freculphum in fine cronici, Ioannē
Pſellum,& Photium in lib.de ſeptem Synodis. Præter hos
veteres ſcripſere multi recentiorum,vt Thomas Vualden
ſis lib.2.doctrinal. fidei capit.26.& 27.Ioannes de Turre-
cremata lib.3.ſummæ de Eccleſia. Ioannes Gerſon in tra-
ctatibus varijs de poteſtate Eccleſiæ & Conciliorum,Dio
nyſius Carthuſianus in tribus libris de Concilijs, Ioannes
Echius in Enchiridio,Iodocus Tiletanus in definitione Cō-
cilij Tridentini,Ioannes Cochleus in libro de Concilijs,Ioā
nes Roffenſis contra articulū Lutheri 28. & 29.Caietanus
in opuſculis,Albertus Pighius lib.6. Hierarchiæ Eccleſiaſti
cæ,Cardinalis Hoſius in explanatione Symboli cap.24.&
lib.2.contra prolegomena Brentij,Petrus,à Soto in defen-
ſione ſuæ confeſſionis contra Brenſium,Ioannes Antonius
Delphinus,Hugo in opere inſcripto Synoda Hugonia,Ia-
cobatius in tractatu de Concilijs. Gaſpar Villalpendæus in
diſputationibus nouem pro Concilio Tridentino,Alphon
ſus à Caſtro lib.4.de hæreſibus, Gulielmus Lindanus lib.
3.cap.7.Panopliæ Euangelicæ,Lancellottus inſti.de Eccle-
ſiaſticis conſtitutionibus Decius in conſ. 151. Maximi pon
deris eſt.& Cardinalis Bellarminus de Concilijs,& Eccle-
3 ſia. † Synodus autem ex Græco interpretatur comitatus,
vel cætus,Concilij verò nomen tractum eſt,ex more Ro-
mano,tempore enim quo cauſæ agebantur, conueniebāt
omnes in vnum,communique intentione tractabant,vnde
Concilium à communi intentione dictum, quaſi conſiliū,
conſilium quaſi conſidium L.in D literam tranſeunte; vel
Concilium dictum eſt à communi intentione, eo quod in
vnum dirigant omnem mentis obtutum. Cilia enim ocu-
lorum ſunt: vnde qui ſibi met diſſentiunt,non agunt con-
4 cilium,quia non conſentiunt in vnum. † Hinc etiam con-
uentus eſt nuncupatus, eo quod ibi homines conueniunt
in vnum: ſicut a conuentu cætus dicitur, ſic & Concilium
5 à ſocietate multorum in vnum.† Porrò Concilij nomen in
Eccleſia idem ſignificatur, quod nomine comitiorum in
Regnis, ſeu Rebuſpublicis. Nam quemadmodum cum
oritur controuerſia in Republica, ſiue Regno conueniunt
in vnum Principes Regni, & Reipublicæ, vel Magiſtratus
ac pro bono publico ſtatuunt,quid facto,ac publico bono
opus ſit. Ita & in Eccleſia cum oritur controuerſia aliqua
de fidei articulis,ſeu religione, in quibus eſt fundata æter-
na publica ſalus omnium Chriſtianorum tum Clericorum
tum laicorum, conueniunt Præſules Eccleſiarum vniuer-
ſalis Eccleſiæ,ac Reipublicæ Eccleſiaſticæ Principes,& ſi-
mul collatis ſentētijs, ſtatuunt quod bonum pro omnium
6 militantium in Eccleſia vniuerſaliter videtur.† Ita actum
videmus ab Apoſtolis Act.15.vbi primum cæperunt Con-
cilia Chriſtiana celebrari, ac deinceps poſtea ſingulis æta-
tibus, & poſt Conſtantinum Magnum hucuſque ſine ali-
quo impedimento, vt refertur in diſtinctione 15.capitulo
1.in princip.§,1.& ſequen.inſtitu.de Eccleſiaſticis conſtitu
tionibus.Hanc autem originem Conciliorum, & ſi Alber-
tus Pighius lib.6.de Cæleſti Hierarchia capi.1.credat pla-
ne eſſe humanam,& naturali ratione excogitatam,proba-
bilius tamen eſt,eſſe diuinam. Nam Concilium Calcedo-
nenſe in epiſtola ad Leonem,& Synodus 6.actio 17.& Cæ-
leſtinus Papa in epiſtula ad Concilium Toletanum 3. non
procul ab initio docent Concilia eſſe demonſtrata à Chri-
ſto pro directione ſuæ vniuerſæ Plebis ad ſalutem in illis
verbis Matthei 18. Vbi fuerint duo, vel tres congregati in
nomine meo illic ego in medio illorū ſum. Credibile.n.eſt
Apoſtolos ipſos,qui pleni erant Spiritu ſancto,nō niſi ipſo
Spiritu Sancto Duce, & admonente primum Concilium
congregaſſe. Vnde etiam ipſi ibi. Act.d.cap.15.capta reſo-
lutione dicunt. Viſum eſt Spiritui ſancto,& nobis,&c. Præ-
terea & ſi ratio naturalis dictat, vt in rebus dubijs Princi-
pes conſulant homines peritos,tamen vt ſoli Epiſcopi cō-
uocentur,& ij non ſint conſiliarij,ſed iudices,non videtur
ſolius rationis humanæ inuentum. Tandem certum eſt
conciliorum celebrationem, quæ omnibus ſeculis in Ec-
7 cleſia fuit,de Apoſtolica deſcendere traditione. † Apoſto-
licas verò traditiones nemo vnquam auſus eſt, appellare
humanas, ſed diuinas, niſi hæreticus ille fuerit, illas enim
oppugnāt multi hæretici, ſed æque eaſdem multi præcla
ri,ac doctiſſimi viri etiam cum ſumma ratione,ac iuſtitia
defendunt, quos omnes recenſet Cardinalis Bellarminus
De Verbo Dei non ſcripto libro quarto capitulo primo
vbi cap.2.verſi. Apoſtolicæ,traditiones & capi.poſt quam
monſtrauit quales illæ ſint,probat illas eſſe diuinas, quib.
ideo ſummi ipſi Pontifices ſe ſe adſtrinxerunt, ac perpe-
tuas,atque immutabiles eſſe ſtatuerunt,vt 25.quæſt.1.cap.
ſunt quidam cum alijs citatis ſupra tit.112.verſ.quod nec
ipſe Papa. Nomen latinum Concilij paſſim in teſtamento
veteri,& nouo inuenitur pro congregationibus Iudæorū,
inuenitur Synodi nomen in canone Apoſtolico 38. vbi iu-
bentur Epiſcopi ſingulis annis bis concilia celebrare, &
in diſtinct.15.capitulo 1.§. Synodus autem,& apud Euſe-
bium lib.hiſtor.cap.23.& in omnibus authoribus,vt infe-
8 rius apparebit.† Conciliorum autem genera quatuor ſūt,
nam quædam ſunt generalia, quædam nationalia, quæ-
dam prouincialia,& quædam diœceſana,vt de tribus me
minit Diuus Auguſtinus de baptiſmo contra Donatiſtas li
bro ſecundo capitulo tertio vbi dicit, concilia prouincia-
lia, vel etiam maiora, qualia ſunt Regionum emendari à
Concilijs plenarijs. De quarto diœceſano meminit Con-
cilium Toletanum 4.capitulo 25 de quibus omnibus men
9 tio fit in §.1.inſtitu.de Eccleſiaſticis conſtitutionibus.† Ge
neralia itaque dicuntur ea,quibus intereſſe poſſunt,& de-
bent,in vim iuramenti in id præſtiti,vt ſupra titu.108.nu.
14.Epiſcopi totius orbis,niſi legitimè impediantur,& qui-
bus nemo rectè præſidet, niſi ſummus Romanus Ponti-
10 fex,aut alius eius nomine de latere legatus. † Inde enim
dicuntur œcumenica:ideſt,orbis terræ Concilia,de quibus
Lancellottus §.1.inſtitu.de Eccleſiaſt.conſtitutiut. & Cuc-
11 chus inſtitu.de Concilio œcumenico,& generali.† Natio-
nalia illa Concilia dicuntur, in quibus conueniunt Archi-
epiſcopi,& Epiſcopi vnius Regni,vel nationis,quibus præ-
eſt aliquis Patriarcha, vel Primas, de quibus dictum fuit
ſupra titulo 17.qualia ſunt multa Concilia Romana, To-
letana, & Africana, de quibus illud vnum notandum eſt,
quod licet ſint re vera diſtincta à generalibus, & prouin-
cialibus: tamen vtrorum nominibus interdum appellari.
12 † Vocantur enim ſæpe Concilia,hæc vniuerſalia, vt patet
ex Concilijs Romanis ſub Symmacho.vbi ſemper dicitur.
Symmachus Concilio generali præſidens: & tamen in eo
aderant ſolum Epiſcopi Italiæ. Sic in Concilio Tridentino
3.cap.18.dicitur. Præcipit hæc Sancta,& vniuerſalis Syno
dus,& tamen ſolum aderant Epiſcopi Hiſpaniæ. Idem pa
tet ex Concilio 4.Carthaginenſe. Dicuntur ergo iſta gene-
ralia,ſiue vniuerſalia,quia ſunt generalia in eo Regno, nō
autem abſolutè,& eadem illa dicuntur prouincialia in di-
ſtinct.3.cap.porrò quia certis prouincijs continentur,non
autem ad omnes Chriſtianos pertinent,ſicut verè genera-
13 lia œcumenica orbis terræ Concilia.† Prouincialia dicun-
tur,in quibus conueniunt tantum Epiſcopi vnius prouin-
ciæ, quibus præeſt Archiepiſcopus, ſiue Metropolitanus,
& huius generis plura adſunt in tomis Conciliorum. De
his videtur loqui ſeptima Synodus actio 3.dum inquit, ſe
amplecti etiam deciſiones localium Conciliorum de qui-
bus in §. prouincialia inſtitut. de Eccleſiaſticis conſtitutio-
14 nibus.† Diœceſana verò ſunt,in quibus conueniunt tan-
tū præsbyteri vnius Epiſcopatus, & ijs præeſt Epiſcopus,
cuius generis pauciſſima extant,nec immerito: nam vix
poſſunt dici Concilia,cum in eis ordinarie nullus ſit, qui
iuriſdictionem habeat, præter ſolum Epiſcopum, de qui-
bus in §. Epiſcopalia,& ſequen.inſtitu.de Eccleſiaſt conſti
15 tutionibus. † Vrbes enim,& loca,quibus Patriarchæ,Pri-
mates,Archiepiſcopi,& Epiſcopi præſidere debent non à
modernis, ſed etiam multis ante aduentum Chriſti tem-
poribus ſtatuta ſunt: quarum Primates etiam gentiles. pro
maioribus etiam negocijs appellabant,in ipſis verò Vrbi-
bus poſt Chriſti aduentum Apoſtoli,& ſucceſſores eorum,
Patriarchas,vel Primates poſuerunt,ad quos Epiſcoporū
negocia(ſalua in omnibus Apoſtolica authoritate)& maio
res cauſæ poſt Apoſtolicam ſedem ſunt referendæ. In illis
verò ciuitatibus,in quibus olim apud Ethnicos primi Fla-
mines

mines eorum, atque primi legis Doctores erant Epiſcopo-
rum Primates poni, vel Patriarchas Beatus Petrus præce-
pit, qui reliquorum Epiſcoporum cauſas, & maiora quo-
ties neceſſe foret negocia in fide agitarent. In illis autē Ci-
uitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant Archi-
flamines, quos tamen minores tenebāt, quam memoratos
Primates, Archiepiſcopos inſtitui præcepit. In ſingulis
verò reliquis Ciuitatibus ſingulos, & non binos, vel ter-
nos, aut plures Epiſcopos conſtitui præcepit, qui non Pri-
matum, aut Archiepiſcoporum, aut Metropolitanorum
nomine, quia matres Ciuitatum non tenent, ſed Epiſcopo-
rum tantum vocabulo potirentur: quoniam nec inter ip-
ſos Apoſtolos par inſtitutio fuit: ſed vnus præ fuit omni-
bus, ita Lucius Papa, & Clemens ad Iacobum epiſt. 1. relati
in diſtinct. 80. cap. 1. & 2. Romæ autem, qui primi fuerint
Flamines. & Archiflamines, quodve eorum officium, qui-
busve eſſent cæremonijs addicti, & ſi ex Liuio didici poſ-
ſit, tamen præclarè legitur apud Alex. ab Alex. libro 6. Ge-
16 nial. dierum, ca. 12. † Prouinciæ etiam vtique ante Chriſti
aduentum maxima ex parte conſtitutæ, ac diuiſæ fuerūt,
& poſtea ab Apoſtolis ſub eadem antiqua Gentilium diui
ſione pro iuriſdictione Eccleſiaſtica aſſignatæ, renouatæ,
atque confirmatæ ſunt, atque inter ſe re diuiſæ. Certum
enim, & indubitatum eſt toto terrarum, Orbe veluti in
Prouincias diſtributo per Romanos, facta primum in Iu-
dæa, & Samaria Diuini Euangelij prædicatione iuxta ordi
nem à Chriſto præſcriptum, Petrum in Italia, Paulum in
Græcia, Andream in Achaia, Ioannem in Aſia, Philippum
in Phrygia, Bartholomæum in Scythia, Thomam in vtra-
que India, tam Orientali, quam Occidentali. Matthæum
in Æthiopia, Simonem in Perſia, Thadeum in Meſopota-
mia, Iacobum in Hiſpania, Euangelium Epiſcopali mune-
17 re prædicaſſe. † Nomen autem Epiſcopus, & Epiſcopatus
ab antiquo temporali Romanorum Magiſtratu originem
traxit, l. final. ibi Epiſcopi, ff. de muneribus, & honoribus.
18 † Fuit enim, & Cicero Epiſcopus, vt ipſe ad Attic. 109. te-
ſtatur inquiens. Vult enim me Pompeius eſſe, quem tota
19 hæc maritima ora habeant Epiſcopum. † Et diœceſis, ſe-
cundum eundem in Epiſtolis, gubernationem, ſeu iuriſdi-
ctionem ſignificat, & totus Chriſtianus Orbis, qui conti-
net omnia, reſpectu Papæ vna dicitur diœceſis, id eſt gu-
bernatio, & ſpiritualium iuriſdictio. 13. q. 3. ca. cuncta per
mundum, ca. per principalem. Quapropter ſi ipſe indicit
Concilium Oecumenicum, & ab ipſo celebretur illud erit
Oecumenicum totius Orbis terræ, vt ipſe eſt totius Orbis
Epiſcopus, & ſic de ſingulis, vt ſupra diſtinctum fuit. Nā
diœceſana ab Epiſcopo, prouincialia ab Archiepiſcopo,
Nationalia à Patriarcha, vel Primate, Oecumenica gene-
ralia à Summo Romano Pontifice debent conuocari. Id
enim cum Diuo Auguſtino in Epiſtola 217. ad Victorium
fatentur omnes Catholici, & luculenter ex diuinis ſcriptu-
ris probat Cardinalis Bellarminius de Concilijs, & Eccleſia
20 lib. 1. ca. 12. per totum. † Et ad ipſa Oecumenica generalia
ſunt conuocandi, & adeſſe debent Patriarchæ, Archiepi-
ſcopi, & Epiſcopi omnes totius Chriſtiani Orbis, & conuo
catio debet eſſe generalis, vt omnibus innoteſcat, & nullus
eorum accedens vndecumque veniat, modo conſtet eum
eſſe Epiſcopum, & non excommunicatum, eſt excluden-
dus. Et quatuor præcipuè Patriarchæ per ſe, vel per alios
debent adeſſe, præter Summum Pontificem Romanum,
videlicet Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antioche-
nus, Hieroſolymitanus, quia iſtis ſuberant omnes alij Epi-
ſcopi, licet hodie non ſint neceſſarij, quia hæretici, vel cer-
tè ſchiſmatici ſunt, & ex maiori parte Chriſtianarum Pro
uinciarum aliqui ſaltim debent venire, & adeſſe, vt per
21 Bellarminium vbi ſupra c. 15. & c. 17. † Et Epiſcopi in Con-
cilijs non Conſiliarij, ſed iudices ſunt, vt ipſe probat, in ca.
22 18. † Et in eis Summus Pontifex Romanus per ſe, vel per
23 legatos debet præſidere, vt probat in c. 19. † Concilia enim
generalia, ita à Pontifice celebrata, & confirmata non poſ
ſe errare, demonſtratur per eundem Cardinalem Bellar-
minium in lib. 2. de Conciliorum authoritate, c. 2. & ſeqnē
tibus vſque ad c. 10. excluſiuè, ex ſcripturis Patribus, & a-
24 lijs authoritatibus infinitis more ſuo. † Quod ſecus erit
de particularibus, item & de generalibus ipſis ante Sum-
mi Pontificis confirmationem, niſi Patres in definiendo ſe-
quuti ſint Pontificis inſtructionem, vt ibidem cap. 10. & 11.
25 † Veruntamen & ſi Concilij authoritas maxima ſit in
Eccleſia, ijs non ideo ſubijcitur ſacra Scriptura, ſed ante-
ponitur, vt benè explicatur ibidem, c. 12. Et quamuis in di-
ſtinctione 19. c. in Canonicis, & diſtinct. 20. c. decretales. di-
catur Epiſtolas decretales Pontificum numerari debere
inter Canonicas ſcripturas, & eſſe eiuſdem authoritatis, &
Diuus Gregorius libro 1. epiſtol. 24. dicat ſe venerari qua-
tuor prima Concilia. vt quatuor libros Euangeliorum, Vn-
de inferetur Canones Conciliorum numerari inter Cano-
nicas ſcripturas, non ergo ſcripturæ præponuntur, nec ijs
ſcriptura ſubijcitur. Nam Gratianus tranſcribendo illum
Canonem ex Diuo Auguſtino errauit, quoniam in libro 2.
doctrinæ Chriſtianæ, capit. octauo, non legitur, vt Gratia-
nus refert, ſed dicitur, iudicium de ſcripturis ſacris perti-
nere ad Eccleſiam. Vel ſaluando Gratianum dici poteſt il-
lum intellexiſſe eſſe ſcripturas ſacras, vt à prophanis di-
ſtinguantur, & Canonicas, vt diſtinguantur à ſcriptis ſa-
ctis Patrum, quæ non ſunt regulæ, nec habent authorita-
tem obligandi, vt Canones. Et quod Gratianus ita ſenſerit
Conciliorum decreta non eſſe æquanda diuinis ſcripturis
propriè dictis, vt ſunt Euangelia, vel Pſalmi, patet ex eo,
quod ipſe refert in 36. q. 2. cap. placuit. vbi Hieronymi ſen-
tentiam, quia munita erat teſtimonio diuinæ ſcripturæ,
anteponit Concilij decreto. Ad illud Gregorij reſponde-
tur, & hęc reſponſio conuenit etiam Gratiano ſi ſe non de-
claraſſet in dict. cap. placuit, ſonare ſimilitudinem, non æ-
qualitatem, vt illud Matthæi 5. Eſtote perfecti ſicut Pater
veſter Cœleſtis perfectus eſt. Vel ſi æqualitatem ſonet, id
debere intelligi, non comparari Euangelijs in omnibus,
ſed tantum in ipſa certitudine eorum, quæ in Euangelijs di
cuntur, & in Concilijs definiuntur. Cum enim vtraq; ſint
26 infallibilis veritatis, æquè certa dici poſſunt † An autem
Concilium ſit ſupra Papam, vel è contra, latè differit, &
firmat Pontificem eſſe ſupra Concilium Cardinalis Bellar
minius lib. 2. de Conciliorum authoritate, c. 13. & ſequent.
& ca. 17. in tantum, vt nec Pontifex ipſe poſſit ſe ſubijcere
ſententiæ coactiuæ Conciliorum, vt ipſe firmat in cap. 18.
& cc. ſequentibus diluit contraria. de hac re latè agit etiam
Decius in conſilio 151. Maximi ponderis, &c. per totum.
27 † Sed quod attinet ad Concilia diœceſana, & priuata, ſeu
prouincialia, vel alia, de quibus in principio exceptis ma-
gnis Oecumenicis. Notandum eſt, quod illa ſingulis annis
habenda, atque conuocanda ſunt, c. ſicut olim. 25. in princ.
de accuſat. diſt. 18. c. quoniam quidem, in princ. Diuus Gre
28 gorius lib. 1. epiſt. 1. regiſtrata in c. valdè, diſt. 94. † Et qui-
dem non ſemel, ſed bis, diſt. 18. c. de Concilijs in prin. c. pro-
pter Eccleſiaſticas in princ. c. peruenit, c. quoniam, c. prop-
ter Eccleſiaſticas. Canone Apoſtolico. 26. & Concil. Trident.
29 in ſeſſ. 23. de reformat. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 18. † Et primum eſt
habendum ante dies Quadrageſimæ, alterum circa tēpus
autumni diſt. 18. c. habeatur. Canone Apoſtolico 36. Muta-
tur tamen tempus prioris Concilij, vt habeatur tertia heb-
domada paſchalis ſolemnitatis, poſterius idibus Octobris,
d. diſt. 18. c. propter Eccleſiaſticas, ver. ſemel quidem poſt.
& §. ſecundum verò. Vt habeatur vndecimo Calendas Se-
ptembris, diſponitur, de conſecrat. diſt. 3. c. placuit, ver. dies
verò Concilij, & aliquot certis diebus continuè eſt haben-
dum, c. in ſingulis. 7. §. huiuſmodi, de ſtatu monach. de hoc
etiam decernit Concilium Trident. ſeſſ. 24. cap. 2. §. Synodi
30 quoque diœceſanæ. † Prouincialia verò quolibet triēnio
31 ad minus habenda ſunt. Concilium Triden. vbi ſup. † Re-
gulares verò quolibet triennio Concilia celebrabunt, d. ca.
32 in ſingulis, de ſtatu monach. † Regulares quoque Cano-
nici, Abbates, atque Priores poſſunt, & debent habere pe-
culiare Concilium, quod vulgò Capitulum nūcupatur, d.
c. in ſingulis. 7. in princ. & §. hoc ipſum eſt. ad illud enim cō
uocandi ſunt vniuerſi ſacerdotes, d. c. 7. & ca. cum ſuper. 9.
33 de maioritate, & obed. † Ad prouinciale conuocādi ſunt
Epiſcopi ſuffraganei, c. ſicut olim 25. in princ. de accuſatio.
diſtinct. 19. c. propter, §. admoneant autem, & Capitula Ca
thedralium Eccleſiarum, cap. vlt. de his, quæ fiunt à Prælat.
34 † Religioſi verò populum non habentes, ad illud nō ſunt
vocandi, c. nimis pia. 17. & ibi glo. de exceſſib. prælatorum.
35 † Neque Abbates, diſtinct. 18. c. Epiſcopus. 18. q. 2. c. vltim.
ver. non enim. Niſi fortè aliqua rationabilis cauſa ſubſit,
d. ver. non enim, & d. ca. Epiſcopus. Vel Abbas primus poſt
alios Epiſcopos reſideat. c. ex ore. 17. §. porrò in priuilegio,
ver. quare tenetur, §. fin. ver. propter quod. de priuilegijs.
Vel niſi Abbas habeat populum, cap. quod ouper. 9. & ibi
glo.

Digitized by Google

glo. de maioritat. & obed. Vel tandem niſi Concilium ſit
Abbatum, ac religioſorum peculiare cap. in ſingulis 7. in
36 princip. de ſtatu monachor. † Hæretici ad Concilium non
37 ſunt conuocandi 24. quæſt. 3. cap. cum quibus. † Nec Im-
peratores Concilijs intereſſe debent diſtin. 96. c. vbi nam,
niſi vniuerſalia illa ſint, in quibus agitur de fide, ac fidei ar
ticulis d. diſt. 96. d. c. vbi nam verſi. niſi fortè. & c. nos ad fi-
38 dem. † Illa autem indicere, & conuocare Epiſcopos non
eſt Imperatoris Romani, ſed Romani Pontificis. Quod
demonſtrari poteſt ex diuinis literis: nam Concilium Eccle
ſiæ non eſt legitimum, niſi congregetur in nomine Chriſti:
vt dicitur Matth. 18. hoc eſt ex authoritate, ita enim acci-
pitur illud in nomine, vt Marci vlt. In nomine meo demo-
nia eijcient. Ioan. 5. Ego veni in nomine Patris mei. Matth.
7. Nonne in nomine tuo prophetauimus? Act. 4. In qua vir
tute, aut in quo nomine hoc feciſtis? In nomine Chriſti cō-
gregari nihil aliud eſt, quam ab eo congregari, qui habet
à Chriſto congregandi authoritatem, qui eſt Pontifex Ro
manus, non Romanus Imperator. Nam Chriſtus cum in
Cœlum aſcendit, ac viſibilem ſuam præſentiam Eccleſiæ
abſtulit, non cōmiſit Eccleſiam gubernandam, ac proinde
congregandam Tiberio tunc Imperatori, Sed Petro Apo-
ſtolo, cui dixit, Paſce oues meas. Hinc fit, quod qui congre-
gantur ab eo, qui Petro ſuccedit, in nomine Chriſti congre
gantur, non autem ij, qui ab eo congregantur, qui ſucce-
dit Paſtor eſt omnium Chriſti ouium etiam Imperatorū,
Regum, Sacerdotum, omnes enim comprehendit, qui ne-
minem excipit leg. 1. vbi Doctor. ff. de legat. 1. cum ait Si-
mon Ioannis paſce oues meas. Vnde S. Leo ſermone 3. an-
niuerſario ſuæ aſſumptionis, De toto, inquit, mundo vnus
Petrus eligitur, qui & vniuerſarum gentium vocationi, &
omnibus Apoſtolis, cunctis Eccleſiæ Patribus præponatur,
vt quamuis in populo Dei multi ſacerdotes ſint, multiq;
Paſtores, omnes tamen propriè regat Petrus, quos princi-
paliter regit, & Chriſtus, & magis conuenit Paſtori cōgre-
gare oues, quam è contra. Vnde cum Pontifex Paſtor ſit,
Imperator ouis, non ad Imperatorem, ſed ad Pontificem
39 ſpectabit munus Epiſcopalia Concilia conuocandi. † Sua-
detur etiam ex eo, quod Concilium generale ab eo debet
incidi, qui poteſt conuocatos cogere omnes, & nullus vn-
quam Imperator totam Eccleſiam ſubiectam habuit, etiā
quoad Ciuiles actiones, vt eam habet Pontifex quoad a-
ctiones ſpirituales. Nam Imperatores latiſſimè domina-
bantur tempore Beati Leonis, & Beati Proſperi, & tamen
tunc erat maior orbis Chriſtianus ſubiectus Papæ, quam
orbis Romanus ſubiectus Imperatori. Sic enim loquitur
S. Leo ſermon. 1. de Sancto Petro, & Paulo. Per ſacram Bea
ti Petri ſedem caput orbis effecta Roma latius præſidet
diuina, quam dominatione terrena, & Sanctus Proſper de
ingratis ita canit.

Sedes Roma Petri, quæ Paſtoralis honoris,
Facta caput mundo, quicquid non poſſidet armis,
Religione tenet.

Et quidem tam breui Apoſtolorum tempore dominata
eſt ferè totam Europam, Aſiam, Affricam, ac diuiſos orbe
Britannos, vt non niſi Dei potentia, ac diuino miraculo fa
ctum credi, ac exiſtimari poſſit, vt ex Stapletano de Ma-
gnitudine Romanæ Eccleſiæ lib. 1. capitul. 3. videri poteſt.
40 † Præterea ſicut nationalia, & diœceſana Concilia indicū
tur à Patriarchis, à Metropolitanis, vel ab Epiſcopis, non
autem à Regibus, & alijs Principibus, ita eadem, & maio-
ri ratione œcumenica, ideſt totius orbis terræ indicuntur à
ſummo Pontifice Romano. Eſt enim ipſe Princeps, & Mo
narcha Eccleſiaſticus, cuius reſpectu vniuerſus Chriſtia-
nus orbis eſt vna tantum diœceſis eius iuriſdictioni ſubie-
cta 11. quæſt. 3. cap. cuncta per mundum, & cap. per prin-
cipalem, vt & paulo ante probauimus. Et adeſt canon anti
quiſſimus, quo ſtatuitur præter ſententiam Romani Pon-
tificis non poſſe Concilia celebrari, quem canonem Apoſto
licum dixit Beatus Marcellinus Papa in epiſtola ad Epi-
ſcopos Antiochenæ prouinciæ, eundem canonem renoua-
uit Concilium Nicenum 1. vt teſtatur Synodus Alexandri-
na in epiſtola ad Felicem, & Iulius 1. in epiſtola ad orienta-
les Epiſcopos, & meminit Socrates libro 3. capi. 9. & Nice-
phorus libro 9. capit. 5. Idem probatur ex Concilio Calce-
donenſe actu 1. Similem habemus in Concilio generali 7.
act. 6. & ex Concilio Romano 4. ſub Symmaco, & ex teſti-
monio antiquorum Pontificum Beati Leonis epiſto. 93 c.
17. ad Turbium. Pelagij 2. in epiſtola 1. ad orientales, vbi
inquit. Valentinianus Auguſtus noſtra authoritate Syno-
dum conuocauit. Hadrianus 2. in epiſtola ad Baſilium
Imperatorem, quæ lecta eſt in 8. Synodo act. 1. Accedit his
teſtimonium Valentiniani Imperatoris relatum per Sozo
menum lib. 6. capi. 7. dicentis. Mihi, qui ſum in ſorte Ple-
bis fas nōn eſt talia curioſius perſcrutari, Sacerdotes, qui-
bus iſta curæ ſunt, quocunque voluerint loco conueniant.
Nec deſunt multi canones, qui habentur in diſtinct. 17. in
princip. c. 1. & ſequentibus. Turrecremata de Eccleſia lib.
3. capi. 6. & Concilium Lateranenſe vltimum ſub Leone
X. ſeſſio 11. quod vno anno præceſſit hæreſim Lutheranā
contrarium aſſerentem. Canon autem, quem omnes vocant
Apoſtolicum antiquiſſimum decernentem generalia Epi-
ſcoporum Concilia præter ſententiam Romani Pontificis
non poſſe celebrari, refertur in d. diſtinct. 17. cap. 1. & in ſe-
41 quentibus roboratur, reuocatur, confirmatur. † Ad Conci
lia verò diœceſana iam dictum eſt, qui ſint ab Epiſcopo
conuocandi. In illis enim Præsbyteri, Diacones, & omnes
quotquot ſe læſos exiſtimant, præſentes eſſe oportet diſt.
18. cap. propter Eccleſiaſticas. Ad morum enim correctio-
nem, & controuerſiarum diſſolutionem bis in anno ſunt
42 per Epiſcopos conuocanda, vt iam fuit oſtenſum. † Et ſi
conuocati accedere contemnant ſemetipſos accuſant, &
corripiendi ſunt, quod procedit etiam in nationalibus, &
in prouincialibus contra Epiſcopos conuocatos venire cō-
temnentes d. diſtinctione 18. capi. non oportet 5. cum cap.
43 ſequente. † Sed prius quam Concilia ipſa conuocentur, in-
quirenda ſunt ea, quę indigent correctione cap. ſicut olim
25. §. vt autem id valeat, de accuſationibus, quod colligi-
tur etiam ex d. cap. 4. & ſequen. d. diſtinct. 18. & ex toto ti-
tulo de exceſſ. prælat. & ex allegatis infra libro 4. tit. vltim.
44 in fine. † Abſque ſedis Apoſtolicæ authoritate Synodum
particulare ad corrigendum mores, & delicta, & indicen-
dum id, quod ſtatutum eſt, poteſt conuocari, Concilium
verò vniuerſale non licet d. diſtinct. 17. in princip. cum cc.
ſequent. d. diſtinct. 18. in princip. & d. capitu. 4. vt iam extat
45 probatum. † Et Synodum particulare abſque Metropoli-
tani, & Epiſcoporum authoritate, & conſenſu nemini licet
congregare d. cap. 4. in fine, & capi. antepenult. d. diſtinct.
18. Ex conuocatis ad Synodum religioſorum, plus quā ſex
euectiones, & octo perſonas ſecum adducere prohibētur
cap. in ſingulis 7. in princip. verſi. hoc adhibito de ſtatu mo
46 nachor. † Et ſicut in generalibus ſeruatur ordo dignitatū
in præſidendo, videlicet Primus ſummus Pontifex Roma
nus, vel eius Legatus, deinde Patriarchæ ſecundum eorum
antiquiorem præeminentiam, Archiepiſcopi, & Epiſco-
pi, per ea quæ deducta ſunt ſupra titu. 2. ita & in nationa-
libus, prouincialibus, diœceſanis, & religioſorum ſeruādus
eſt. In Concilio religioſorum ordo præſidendi datur in d.
cap. 7. §. adijcientes autem de ſtatu monachor. Et in alijs de-
ſumitur à datoin generalib. nam ab illis dempto ſummo
Pontifice, qui in eis non interuenit, primus in præſidendo
erit, vel Patriarcha, vel Metropolitanus, vel Epiſcopus, q
illud congregari indixit, & poſtea cæteræ dignitates ſecun
dum ordinem obſeruatum per nos in diſſerendo de eis ti.
17. & ſequentibus. Verum tamen ſi fortè contigerit (in-
gruente authore diſcordiæ) quod aliqua ſuper ordine ſeſ-
ſionis oriatur diſcordia, ne propter illam tempus in caſ-
ſum conteratur, adhibendum erit Concilij Tridentini,
conſilium, in quo propterea ſi contigerit aliquos debito lo
co non ſedere, & ſententiam etiam ſub verbo placet, pro-
ferre, congregationibus intereſſe, & alios quoſcunq. actus
facere Concilio Durante, Sacrum Concilium Tridentinū
ſtatuit, quod nulli propterea præiudicium generetur, nul-
lique nouum ius acquiratur in ſeſſ. 2. in fine, quod repeti-
47 tum eſt in ſeſſ. 24. & vlt. in fine de loco oratorum. † De iu-
ramento Synodali præſtando, ac de illius forma ſeruanda
48 habetur in 35. q. 6. cap. Epiſcopus 7. † Ea enim inquiſita, ac
reperta correctione indigere, ſunt in Cōcilijs proponēda,
& propoſita examinanda, & examinata, in eo quod opor-
tet, emendanda cap. ſicut olim 25. §. vt autem verſic. & ea
fideliter, de accuſationibus. Sunt in illis corrigendi exceſ-
ſus, maiores reformandi, & accuſationes, & [illegible]
candæ d. cap. 5. in princip. verſicul. in quibus, & § [illegible]
verſic. vt ſuper his, & diſtinct. 8. cap. de concilijs [illegible]
quibus cap. propter Eccleſiaſticas, & [illegible] d.
capitu. 7. § huiuſmodi verò de ſtatu monachor [illegible]

Digitized by Google

Apoſtolico 56. Inquirenda etiam eſt, & reperta corrigen-
da culpa priorum capitulo ea quę octauo §. ſequentes ver
49 ſiculo, idem etiam eodem titulo. † Et in nationalibus, &
prouincialibus, & multo magis in generalibus ſunt Epiſco
pi diſſidentes inter ſe reconciliandi diſtinctione 90. capitu-
lo diſſidentes. Sunt eligendi vitiatores, de quibus in d. cap.
50 in ſingulis 7. §. ordinentur etiam de ſtatu monachor. † Lo-
cus Concilij eſt indicendus dicto capitulo ſeptimo §. proui
ſo. Cauendum eſt ne Eccleſiæ à laicis lædantur dicto ca-
51 pitulo ſeptimo §. fina. † Et Concilia religioſorum com-
munibus expenſis, & communi vita ſunt celebranda di-
52 cto capitulo ſeptimo §. & qui conuenerint. † Subditi ve-
rò munera Concilio offerre poſſunt, & Concilium ab eis
accipit, non enim offerre debent, nec ab eis quicquam eſt
expetendum ſub pœna ſoluendi quadruplum diſtinctio-
ne 18. capitulo quoniam ſeptimo §. fina. cum capitulo ſe-
quent. Dum autem Synodus agitur ſuper canonicis, &
euangelicis negocijs, oportet congregatos Epiſcopos in
meditatione, & ſolicitudine fieri cuſtodiendorum diuino-
rum, & viuificorum Domini mandatorum dicto capitulo
53 quoniam ſeptimo §. dum autem Synodus. † Comaces vo-
cati non venientes, vel non habentes ſingulis annis Syno-
dum ſunt in nationali, ſeu prouinciali Concilio coercendi
d. diſtinctione octaua capitulo non oportet quinto, & ca-
pitulo ſequen. dicto capitulo quoniam §. hunc ergo capitu
lo Epiſcopus capitulo placuit, capitulo ſi quis autem capi.
54 ſi quis Epiſcopus, & capitulo ſi quis Epiſcoporum. † Tan
dem concilijs concluſis ſtatuta in illis ſunt publicanda di-
cta diſtinctione 18. capitulo vltimo, & demum publicata
obſeruanda capitulo in ſingulis ſeptimo §. & quod ſtatu-
tum §. ſi verò verſicu. cæteris irrefragabiliter de ſtatu mo-
nachor. cap. ſicut olim 25. §. vt autem verſiculo, & quæ ſta
tuerit, & §. fina. proponitur pœna tranſgreſſorum, de accu
55 ſationibus. † Ea enim, quæ in concilijs nationalibus, pro-
uincialibus, diœceſanis, & religioſorum capitulis expediri
non poſſunt, ſunt ad ſummum Romanum Pontificem re-
ferenda dicto capitu. ſeptimo §. ſi verò, & diſtinctione 18.
capitu. de concilijs ſecundo in fine. Poſtremo cum in Con-
cilio omnia ſtatuta fuerint, futurum Natali Domini Pa-
ſcha annunciatur. Quod cæteri Epiſcopi, vel clerus reli-
quus breuiculo ſubnotantes, vnuſquiſque in ſua Eccleſia
adueniente Natalis Domini die aſtante populo poſt Euan-
gelicam lectionem annuncient de conſecratio. diſtinctione
tertia capitulo placuit 25. Concluſis concilijs generalibus
ſi celebrata fuerint Pontifice Præſidente, ipſe eſt qui, poſt
gratias Deo actas, dicit ite in pace, ſin minus eius legatus,
& fiunt acclamationes cum oratione, & reſponſorijs pro
Põtifice, pro Imperatore, & Regibus, qui in eo promerue
runt, pro Cardinalibus Concilij Legatis pro alijs Cardina
libus, & oratoribus, pro Epiſcopis præſentibus, quibus vi-
ta, & felix reditus ad ſuas Eccleſias præcatur. Poſtea om-
nes concilij fidem confitentur, & obſeruantiam profiten-
tur, vt latius videri poteſt in concluſione Concilij Triden-
tini, hactenus itaque dicta de Concilijs ſufficiant, qui verò
de illis plura deſiderat adeat ſcriptores citatos in princi-
pio, qui de illis ſcripſerunt, & Cardinalem Bellarminum
de Concilijs, & Eccleſia. & de Conciliorum authoritate
nunc de viſitationibus reſtat diſſerendum.

SVMMARIVM.

1 *Viſitationes cur fieri debeant.*
2 *Metropolitanus an teneatur viſitare, & quando.*
3 *Viſitatio facienda eſt ab Archiepiſcopis. & Epiſcopis.*
4 *Viſitandi munus poteſt committi Præsbyteris.*
5 *Viſitatio ſaltim ſemel in anno eſt facienda.*
6 *Viſitantes quid in viſitatione curare debeant.*
7 *Viſitator qualis eſſe debeat.*
8 *Viſitator poteſt monachos delinquentes facere corrigi.*
9 *Viſitator ſi commode ad loca accedere non poſſit poteſt clericos ad locum congruum conuocare.*
10 *Viſitator diffamatos ordinarijs debet denunciare, notoria crimina punire.*
11 *Viſitator culpam priorum viſitatorum poteſt inquirere.*
12 *Viſitator poteſt confeſſiones ſubditorum audire, & abſoluere.*
3 *Viſitans monaſterium quid ſeruare debeat.*
14 *Viſitator nec ſui munera accipere poſſunt.*
15 *Viſitator ſubditos ſumptibus grauare non poteſt.*
16 *Viſitator vltra vnam diem in vna baſilica non debet commorari.*
17 *Viſitantes quo numero equorum, & perſonarum vti debeant.*
18 *Viſitantes ſumptuoſas epulas non quærant, ſed ſint contenti oblatis.*
19 *Viſitator venationibus incumbere non debet.*
20 *Viſitantes aliquid ſtipendij de licentia* Epiſcopi *accipere poſſunt limita.*
22 *Eccleſiæ, & monaſteria prouinciæ quæ viſitantur ad procurationes viſitatorum conferre tenentur.*
23 *Procurationes non præſcribuntur, limitatur & declaratur nu. ſequen.*
26 *Immunitas generalis non liberat à procurationibus.*
27 *Procuratio in quibus rebus ſit ſoluenda, & quoties, & in qua quantitate.*
28 *Moniales ſingulis annis ſunt viſitandæ.*
29 *Viſitantes monialium quid curare debeant.*
30 *Moniales quibus medijs compellantur ad obſeruantiam eorũ quæ iubentur ab ordinarijs.*
31 *Moniales ſeculares an ſint viſitandæ.*
32 *Monialium ſecularium regula, ſeu ordo non approbatur per viſitationem.*
33 *Viſitatores debent acquieſcere inquiſitioni factæ in viſitatione.*
34 *Viſitatores impediens ipſo facto incurrit excommunicationem.*
35 *Viſitatio intra clauſuras qua ſeruata forma ſit facienda.*

De Viſitationibus. Tit. 121.

DE viſitationibus ſcripſit Ioannes Franciſcus Paninus.
Cucchus inſtitut. de viſitatione per Prælatos facien-
1 da. † Quæ quidem ea potiſſimum cauſa fiunt, ſi
hæreſis aliqua ſuſpecta ſit capitulo excommunicamus 13.
§. adijcimus de hæreticis, fiunt etiam alijs de cauſis de
quibus ipſe Paninus, & Cucchus. Ius enim viſitandi ſuam
diœceſim vniuerſam ſpectat, & pertinet ad ipſos Epiſco-
pos, & Archiepiſcopos capitulo vltimo de cenſibus in 6. &
capitulo primo, Menochius de arbitrarijs capitu. 424. Ro-
2 ta diuerſorum in recentioribus deciſ. 394. & 396. † Verum
à Metropolitanis non fiunt aliqua de cauſa, niſi fortè ſuf-
fraganei negligentes appareant, tunc enim fiunt, & fieri
poſſunt etiam ſi diligentes ſint, ſed prius propriam deinde
ſuffraganeorum diœceſes viſitare debent capitulo primo
in princip. & §. deinde, & capitulo vltimo de cenſibus in 6.
omneſque viſitandi ſunt, nulla præſcriptione obſtante,
Clericos populum, maiores & minores d. §. deinde, & capi
tulo cum ex officij 16. §. nos igitur verſic. quemadmodum
3 de præſcriptionibus. † Et viſitatio, vt dictum eſt, ab Archie
piſcopis, & Epiſcopis regulariter eſt facienda d. capitulo 1.
& vltim. de cenſibus in 6. Verum ſi ipſi aliquo impediti vi
ſitare non poſſint, poterunt per alium hoc munus explere
4 10. quæſt. 1. capitulo Epiſcopum. † Sed probabilibus Præſ-
byteris hoc viſitandi munus, ſi ipſi non poſſunt, commit-
tere debent dicto capitulo Epiſcopum 11. §. quod ſi. Sæ-
pius enim, vt viderint oportere, poterunt viſitare cap. 1. §.
poſtquam, & capitulo vltimo de cenſibus in 6. 18. quæſtio-
5 ne ſexta capitulo viſitandi, & capitulo non ſemel. † Et ſe-
mel in anno ad minus viſitare debent de neceſſitate 10. q. 1.
capitulo relatus 9. cum duobus cc. ſequentibus. Verum Me
tropolitani ſuffraganeorum conſilium prius requirere. &
in ſcriptis decretum proponere debent, antequam illorum
diœceſes viſitent capitulo 1. §. poſtquam verſicu. prius ta-
men de cenſibus, ſuas verò ad libitum proprium poſsũt vi
6 ſitare, vt faciunt Epiſcopi. † In viſitationibus itaque ſiue
Metropolitanus, ſiue Epiſcopus, ſiue alicuius eius nomine
viſitator ſit, curare debet, vt oratoria reparentur, atq; ba-
ſilicæ, accepta tertia parte redditũum pro illis reparandis
10. quæſt. 1. cap. decreuimus 10. vbi glo. Corrigere ac refor
mare debet, quæ corrigenda, ac reformanda reperit cap. in
ſingulis 7. §. ordinentur etiam ver. corrigentes cap. ea quæ
8. de ſtatu monachor. capitulo procurationes 23. §. porrò
de cenſibus, & ſupra lib. 1. tit. 5. §. viſitatores inſtit. de regu-
laribus, & monachis. Cardinalis Bellarminus de Gemitu
Columbæ lib. 3. c. 5. & 6. plura adducit. Debet exquirere à
Cle-

Digitized by Google

Clericis. qualiter baptiſma, miſſam, & cætera peragant of-
ficia, & ſi defectus inueniatur, ignaros inſtruere debet de-
cimo quæſtione prima capitulo Epiſcopum 11. §. viſitato-
res, & capitulo placuit 10 princip. & capitulo primo §. ſa-
ne de cenſibus. Ordinare debet, vt cathecumeni, vbi ſunt,
ante viginti dies Baptiſmi ad purgationem exorciſmi ve-
niant, in quibus diſcant Credo in Deum. &c. dicto capitu-
lo placuit verſiculo, & hoc modis omnibus. Debet docere
laicos, vt fugiant idololatriam, & omnia mortalia crimi-
na: & quod ſibi nolunt fieri, ne alijs faciant: vt fidem re-
ctam teneant, quo facto ad alium locum pergere debet di-
cto capitulo placuit §. poſtquam ergo capitulo procura-
tiones 23. §. porrò verſiculo prædicatione de cenſibus ex
his patet quantæ virtutis, & doctrinæ debet eſſe. Viſita-
7 tor, vt tam magna explere poſſit. † Non debet quærere
quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti dicto §. porrò. Vnde pa
tet quantæ debeat eſſe bonitatis. Si Rectorem loci inuene-
rit indignum loco remouendum: proprio Epiſcopo hoc
denunciare debet, vt eum remoueat: quod ſi eum non re-
mouerit, Papæ hoc referre debet capitulo in ſingulis ſepti-
mo §. ordinentur verſic. ita quod de ſtatu monachorum.
8 hinc patet quantæ debeat eſſe integritatis. † Monachos ve-
rò delinquentes debet facere corrigi, eiſque pœnitentiam
iniungi per Abbatem capitulo ea, quæ 8. in princip. verſic.
ita tamen, quod monachos de ſtatu monachor. Monachos
autem contumaces, atque rebelles regulari cenſura percel
lere debet abſque perſonarum reſpectu dicto capitulo 8.
9 §. ipſi etiam viſitatores. † Si commodè, vel abſque diffi-
cultate ad locum aliquem accedere nequit, clericos ac lai-
cos eius loci ad alium locum congruum poteſt, & debet
conuocare capitulo primo in princip. verſic. & ſi commo-
de de cenſibus in ſexto. Poſtquam ab vna diœceſi ad aliã
tranſierit, ad priorem reuerti non debet prius quam om-
nes diœceſes viſitauerit, cum diſtinctione, de qua in dicto
10 capitulo primo §. ex qua tamen, & §. poſtquam. † Diffa-
matos ordinarijs denunciare debet, vt ipſi inquirant, noto
ria autem crimina ipſe poteſt, & debet punire dicto capi-
tulo primo §. ſanè huiuſmodi verſic. quod ſi de aliquibus.
11 † Culpam priorum viſitatorum debet inquirere capit. ea
12 quæ octauo §. ſequentes de ſtatu monachor. † Viſitator
poteſt confeſſiones ſubditorum audire, eoſque abſoluere,
vel pœnitentiam eis iniungere capitulo vltimo §. fina. de
cenſibus in 6. Non poteſt ſubditis interdicere ne dicant ve-
ritatem in inquiſitionibus, immo curare debet, nec ab alijs
interdicantur capitulo quia plerique 4. de offic. ordinarij
13 in 6. † Viſitans monaſterium, non tenetur accipere mona-
chos illius monaſterij pro tabellionibus: nec debet eſſe ſo-
lus, ſed duos, vel tres clericos cum Notario, qui etiam cle-
ricus ſit, debet aſſumere, non ſeculares introducere capitu
lo, vt iuxta 17. de offic. ordinarij extrauagan. comm. 1. eod.
titulo. Quando autem ordinarij poſſint monaſteria viſi-
tare decernit Concilium Tridentinum in ſeſſ. 25. capi. mo-
14 naſteria 8. & capit. 20. † Ipſe viſitator nec aliquis ſuorum
munera accipere debet cap. 1. §. procurationes vſque ad §.
15 fina. & cap. exigit 2. de cenſibus in 6. † Subditos ſumptibus
grauare non debet. Clement. 2. de cenſibus 10. quæſtione 3.
cap. quia cognouimus cap. cauendum cap. inter cætera §.
cum verò cap. relatum cap. vltim. 18. quæſtione ſecunda ca
pitulo viſitandi in fine Sub pœna de qua in capi. procura-
16 tiones 23. § finali de Cenſibus. † In vna qualiter Baſilica vi
ſitanda vltra vnum diem non debet morari 10. quæſtio. 3.
17 capitulo inter cætera verſi. aut amplius. † De numero per-
ſonarum, & equorum, quibus viſitantes vti debent in ipſis
viſitationibus ſtatutum eſt in cap. cum Apoſtolus 6. de cen
ſibus inquit enim canon. Cum Apoſtolus ſe, ac ſuos pro-
prijs manibus decreuerit exhibendos, vt locum prædican-
di auferret Pſeudo Apoſtolis, & illis quibus prædicabat,
nõ exiſteret oneroſus: graue nimis dignoſcitur, quod qui-
dam Prælatorum, ita in procurationibus graues exiſtant,
vt interdu Eccleſiaſtica ornamenta ſubditi exponere com
pellantur: & lõgi temporis victum breuis hora conſumat.
Quocirca ſtatuimus, quod Archiepiſcopi parochias viſi-
tantes, pro diuerſitate prouinciarum, & facultatibus Eccle
ſiarum quadraginta, vel quinquaginta euectionum nume
rum, Epiſcopi viginti. vel triginta. Cardinales viginti nun-
quam excedant, Archidiaconi verò quinq. vel ſeptem. De-
cani conſtituti ſub Epiſcopis duob. æquis contenti exiſtant
c. procurationes 23. in prin. ver. & tunc euectionum decẽ-
18 ſibus c. cum ad quorundam 7. de exceſſib. prælator. † Sum
ptuoſas epulas, quærere non debent, ſed debent eſſe cõten
ti oblatis d. c. cum Apoſtolus 6. in prin. verſ. nec ſumptuo-
ſas Clem. ad noſtram 2. eod. tit. de cenſibus 10. q. 3. c. illud in
fine, & c. vlt. §. fi. Non debet pati à quoquam præſumi de
rebus Eccleſiæ, cui fuerit iniuncta viſitatio diſtin. 61. c. vlt.
Nam nihil id ad ipſum pertinet. Curator quodammodo
eſt Eccleſia vacante, qui deputatur à Papa, vt ibi: vel à Me
tropolitano ſecundum gl. ibi in verbo viſitator. A quo ne-
mine deputato debeant cuſtodiri, vt dicit gl. in 2. q. 2. c. cha
ritatem, & c. illud, & notatur in d. ca. vlt. in verbo tedium.
Qui verò à Pontifice dantur iudices, vel Prælati ad viſitan
dum, magnam ac latam ab eo poteſtatem accipere ſolent
iuxta formam, & tenorem literarum Apoſtolicarum, quæ
illis attribuuntur, quam formam docet Cucchus inſtit. de
19 viſitatione per Prælatos facienda nu. 122. † Venationibus
indulgere non debet viſitator d. c. cum Apoſtolus 6 §. 1. in
princip. ver. nec cum canibus de cenſibus, eſt etiam in pro-
prio gradu ſuſcipiendus, & inuitandus ad verbum Dei fa-
ciendum viſitator, & ad oblationem conſertandam 7. q. 1.
20 cap. Epiſcopi. † Viſitator Eccleſiarum, clericique eius, qui
cum ipſo per non ſuæ ciuitatis parrochias fatigantur, ali-
quod laboris ſui capiant diſponente Epiſcopo ſubſidium.
Iuſtum namque eſt, vt illi conſequantur ſtipendium, qui
pro tempore ſuum reperiuntur commodare obſequium
12. queſt. 2. cap. charitatem 45. §. viſitatores. Procurationes
verò ſeu ſumptus præſtandi ſunt viſitatori, eiuſque fami-
liæ cap. cum nuper 25. de cenſibus cap. ſi Epiſcopus 6. de of
fic. ordinar. in 6 capitu. 1. §. deinde in fine de cenſibus in 6.
Clement. 1. eod. tit. Cucchus inſtit. de procurationibus nu.
21 1. & ſequent. † Niſi non ſint manifeſtæ, & neceſſariæ cau-
ſæ viſitationis per alium inſtitutæ capitulo procurationes
23. in princip. eodem titulo. Vel niſi non viſitet Epiſcopus:
tunc enim procurationes exigere non poteſt capit. exigit 2.
verſicu. ſiue viſitationis de cenſibus in 6. & d. capi. 6. §. fina.
22 † Omnes verò Eccleſiæ, & monaſteria eius prouinciæ, quæ
viſitatur, ad procurationes viſitatorum conferre tenentur
23 capitulo ſopitæ 14. de cenſibus. † Nec refert ſi aliquæ Ec-
cleſiæ nunquam, vel multis annis illas non ſoluerint, quia
non per hoc euadunt immunes capit. cum ex officijs 21. de
24 præſcriptio. capit. venerabilis 24. de cenſibus. † Nec quod
Eccleſiæ ſint de nouo conuerſæ cap. ſuper eo 12. eod. titu.
Nec quod Eccleſia ſita ſit in propria diœceſi viſitantis, vt
Metropolitani d. cap. 24 verſic. quod eorum monaſterium
25 vbi gl. † Verum oratoria priuata ſunt immunia c. vlti de
cenſibus. Sunt etiam liberæ illæ Eccleſiæ, quæ immunitatẽ
26 oſtendunt Clem. 1. ver. niſi forſan de cenſibus. † Generalis
tamen immunitas vbi non ſpecialiter adſit à procuratio-
nibus nullius eſt momenti quo ad procurationes cap. cum
venerabilis 21. de cenſibus. Idem erit ſi Eccleſia fuerit poſt
impetratam immunitatem acquiſita. Clem. 1. §. final. eod.
27 titu. † Sed procuratio non in pecunia, ſed in ſpeciebus, ſeu
victualibus poteſt exigi cap. 1. cap. procurationes capi. exi-
git 2. de cenſibus in 6. Niſi fortè volens pecuniam offerat c.
Felicis 3. eod. ti. Verum ſingulis diebus non niſi vnam pro-
curationẽ accipere debet, licet plura loca viſitauerit d. c. Fe
licis 3. §. adijcientes. Quãtitas verò procurationis taxatur,
& pœna tranſgreſſori imponitur in extrauagan. comm. 1.
28 incipien. Vas electionis per totam de cenſibus. † Moniales
verò, quæ nulli ſubſunt, niſi Papæ, per ordinarios debent
annis ſingulis viſitari: non exempta verò ordinaria autho
ritate, ac exempta alia per alios, quibus ſubſunt annis ſin-
29 gulis vtique debent viſitari. † Viſitatores autem huius ſo-
licitudinis ſtudium diligenter debent impendere, vt Mo-
niales ipſæ, pannis ſericis variorum ſoderationis, ſandali-
licijs, comatis & cornutis crinibus, ſcaccatis, & virgatis ca-
putiolis non vtantur: non choreas, non feſta ſecularium pro-
ſequantur, nõ die noctuq. per vicos, & plateas incedãt, aut
voluptuoſam aliàs vitam ducant, eaſq. ſolertius rettahant
ab inſolentijs quibuslibet, & mundi huius illecebris, ac in-
ducant eaſdem ad impẽdendum in monaſterijs ſuis deuo
30 tum ac debitum virtutum Domino famulatum. † Ad quæ
omnia obſeruanda Moniales eaſdem (non obſtantib. exem
ptionib. & priuilegijs quibuſcũq. quibus tamẽ quoad alia
præiudicium nõ intelligitur generatum) per illos, de quib.
ſupra dictum eſt cõpelli poſſunt remedijs opportunis c. at-
tendentes 22. de ſtatu mona. & in Conci. Trid. ſeſſ. 25. c. mo
31 naſteria 8. & c. Abbates 20. & c. Bonifacij 5. † Illas quoque

Digitized by Google

mulieres,quæ vulgò dicuntur canonicæ ſeculares,& vt ſe-
culares canonici vitam ducunt non renunciantes proprio,
nec profeſſionem aliquam facientes,per locorum ordina-
rios, ſi exemptæ non fuerint ſua, ſi verò exemptæ euerint
32 Apoſtolica authoritate præcipiuntur viſitari. † Per hoc
tamen non intelligitur earum ſtatus, regula, ſeu ordo
33 approbatus. † Ipſos autem viſitatores Notarijs duobus,
& perſonis duabus ſuæ Eccleſiæ: quatuorque alijs viris
honeſtis vtique,& maturis præcipitur in ea,quam viſitan
34 do facient inquiſitione, fore contentos. † Si qui verò vi-
ſitatores ipſos in præmiſſis impedire præſumpſerit,ſeu a-
liquo præmiſſorum (niſi moniti reſipiſcant) ipſo facto ex-
communicationis ſententiam intelliguntur incurſi, priui-
legijs, ſtatutis, & conſuetudinibus quibuslibet in contra-
rium non obſtantibus capitulo attendentes ſecundo de
ſtatu monachorum. Concilium Tridentinum vbi ſupra.
35 † Hodie ſtante monialium clauſura, de qua in capitulo
periculoſo, de ſtatu monachorum in ſexto renouato in
Concilio Tridentino ſeſſione 25.capitulo Bonifacij octauo

Viſitatores reſtant in multis exonerati. In reliquis verò, quæ intra clauſuram committi poſſunt, neceſſe habent prouidere,& viſitationes facere ea ſeruata forma,quæ traditur in dicto capitulo ſecundo,& in Concilio Tridentino dicto capitulo octauo,& 20. Hactenus ergo de iure Eccleſiaſtico, eiuſque partibus, & membris ſit dictum. Nunc de iure Imperatoris, & fiſci, vt libro primo titulo primo in princip. fuit promiſſum reſtat differere. Placuit enim perſonas, res, actus,& iura Catholicæ militantis Romanæ Eccleſiæ perſonis, rebus, & iuribus Chriſtiani orbis quaſi quadrato agmine,atque ſtatarijs legionibus pro muro circumdare, & communire, vt tribus ordinibus selectorum militum, laicorum ſcilicet in dextro,& ſiniſtro cornu,Clericorum verò,& monachorum in medio exercitu,Chriſto Duce vni trinoque Deo militans, terribilis velut Caſtrorum acies ordinata,inſuperabilis, atque inuicta conſiſtat, & hoſtibus, qui multi ſunt, profligatis, victoria acquiſita in terris,cum Deo tandem,& Angelis, & Sanctis omnibus triumphet in Cœlo. Amen.

FINIS TERTII LIBRI.

TRA-

TRACTATVS
DE IVRE PVBLICO
SIVE DE LEGIBVS.
& Magiſtratibus, Sæcularibus, & Eccleſiaſticis.

DE IVDICIIS PVBLICIS, ET PRIVATIS,
DE REBVS VTIQVE SAECVLARIBVS,
& Eccleſiaſticis Pontificis, Imperatoris, & Fiſci,

De re militari, & Ciuitatum, de muneribus, & honoribus; In quibus vniuerſum ius publicum ſæculare, & Eccleſiaſticum conſiſtit.

LIBER QVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Miniſtri Imperatoris qui ſint, & quid ad eos pertineat.*
2 *Aeraria rei miniſterium non exercetur ſine ſatiſdatione.*
3 *Familiares Domus Imperialis legitimis iudicijs ſubiecti ſunt.*
4 *Familiares Domus Imperialis nõ poſſunt alijs præſtare patrocinium nec negocijs publicis ſeu priuatis ſe immiſcere.*
5 *Procurator Cæſaris quicquid agit à Cæſare actum dicitur.*
6 *Seruus Cæſaris iuſſu procuratoris Cæſaris poteſt adire hæreditatem.*
7 *Procurator Cæſaris miſcendo ſe hæreditati Cæſari delatæ facit Cæſarem hæredem.*
8 *Procurator Cæſaris non poteſt rem Cæſaris alienare.*
9 *Procurator Cæſaris non habet ius deputandi.*
10 *Procurator Cæſaris, quæ iura habeat.*
11 *Prædia Eccleſiarum ſub tutela procuratoris Cæſaris.*

De iure Imperatoris, & Fiſci, & primum de perſonis. Tit. 1.

ETiam in hoc quarto libro, vt in ſingulis prioribus præcedentibus libris primum de perſonis, ſeu miniſtris, hinc de reb. Imperatoris, & fiſci, atq. priuilegijs agetur.
1 † Quod igitur ad perſonas ſeu miniſtros Imperatoris attinet, inter hos numerantur priuatæ, & linteariæ veſtis magiſtri l.
2 priuatæ 14. C. de murilegulis. † Theſaurorum præpoſiti, Baphiorum, ac textrinorum procuratores, cæteriſq. quibus huiuſmodi ſolicitudo committitur: qui ad rem ærariam, vel ſacri ærarij procurandam ſine ſatiſdatione prius præ-
3 ſtita accedere prohibentur d. l. 14. C. de murilegulis. † Omnes autem conductores, homineſue Auguſtiſſimæ Domus
4 Imperialis legitimis iudicijs ſubiecti ſunt, † nec patrocinium alijs litigatoribus præſtare debent, nec exequutionis miniſterium vlli accommodare, vel alijs negocijs tum priuatis, tum publicis ſe immiſcere l. 1. C. de conductor. & pro-
5 curator. lib. 11. † De procuratore Cæſaris, vel rationalis ſpecialia hæc notanda ſunt. primum quidem, quod acta à procuratore Cæſaris perinde habentur ac ſi ab ipſo Cæſare acta fuiſſent leg. 1. in princip. & §. fina. ff. de offic. procura-
6 tor. Cæſaris. † Ideoque eius iuſſu ſeruus Cæſaris adire hæ-
7 reditatem poteſt d. leg. 1. §. final. † Et ſi Cæſar hæres inſtituatur, miſcendo ſe hæreditati, hæredem Cæſarem facit d. §. fin. Si tamen ea ſoluendo non ſit, cauſa cognita Impe-
8 ratori ſuccurritur l. 2. ff. eod. † Sed & ſi venditionis, tranſactionis, vel donationis cauſa, quid agat, nihil agit: non enim alienare ei rem Cæſaris, ſed diligenter gerere commiſſum eſt d. l. 1. §. deniq. Ideoq. ſi rem Cæſaris quaſi rem propriam tradat, dominium non transfert, tunc enim tráſfert cum negocium gerens Cæſaris, conſenſu ipſius tradit
9 l. 1. §. 1. ff. de offic. procurat. Cæſaris. † Porrò procurator Cæſaris ius deportandi non habet: quia pœnæ conſtituendæ
10 ius non habet l. curatores 3. ff. eod. † Ius autem prohibendi habet, ne in prædia Cæſaris, quis accedat d. l. 3. §. 1. Ius autem remittendi eius, quod ita prohibuit non habet d. §.
11 1. ver. ſed deinde. † Præterea vniuerſi fundi templorum ad procuratoris Cæſaris ſolicitudinem curamque pertinent l. vnic. etſi 4. C. de fundis rei priuatæ. Cauſæ quoq. fiſcales apud procuratorem Cæſaris peragendæ ſunt agente enim Imperatore, vel fiſco ipſe eſt iudex per ea, quæ dicta ſunt ſupra lib. 2. tit. 2. Non tamen abſente fiſci aduocato l. vlt. C. de Aduocat. fiſci.

SVMMARIVM.

1 *Comitum Palatinorum officium quod.*
2 *Breues quadrimenſtrui ad officium Palatinorum dirigendi, aurumque exactum ad ſacras largitiones ſine dilatione mittendum eſt.*
3 *Negocia vbi adeſt intereſſe fiſci quomodo agenda.*
4 *Principes habent bona duplicis generis, & ideo duos procuratores.*
5 *Palatinorũ cura eſt exactio totius emphiteuticarij iuris Cæſaris*
6 *Palatini à quibus ſint immunes.*
7 *Palatinorum Princeps ad aliam dignitatem adſpirare nõ põt.*
8 *Palatinorum priſca priuilegia, & numerus qui.*
9 *Palatini tráſmiſſi p Prouincias anno elapſo cingulo liberãtur.*
10 *Palatini non ordinantur ſine Principis autoritate.*
11 *Palatini non poſſunt aliquid emere à priuatis Cæſaris.*

De Comite, atque Palatinis ſacrarum, & priuatarum largitionum. Tit. 2.

1 DE † Comite, atq. Palatinis ſacrarum, & priuatarum largitionum, hæc habentur in iure, primum quidem quod Palatinis, hæc cura debeat eſſe præcipua, vt periculo proprio Notarijs deſtinatis ſuper negligentia Iudicum (ſi ita res exegerit) cõqueratur, ne eorum ſit impunita deſidia l. 1. C. de offic. Comitis ſacrar. largit. Iudices quoq. de eorum nominibus referre conuenit, quos commodis proprijs magis, quam vtilitatibus publicis ſtuduiſſe prodi-
2 derint d. l. 1. §. iudices quoq. † Breues quoque quadrimenſtrui ad officium Palatinum dirigendi, aurumq. exactum ad ſacras largitiones ſine vlla dilatione mittendum [illegible]
3 cta leg. 1. §. Breues. † Si rem quid negociorum [illegible] fuerit, in quibus aliquid commodi fiſcalis appare[illegible] num rei priuatæ acta tráſmittenda, vt [illegible]

K [illegible]

Digitized by Google

pta, quid ſibi loris auxillo debeatur, agnoſcat l. 1. C. de offi-
4 cum. rerum priuat. † Sicut. n. Princeps habet bona duplicis
generis: aliqua quidē, q̄ vt Princeps poſſidet, aliqua verò,
quæ poſſidet tanquam priuatus, l. ſubſtantia priuata, C. de
fundo rei priuatæ, lib. 11. l. 1. C. de quadri. præſcript. ſund.
patrim. eod. lib. Lucas de Penna in l. quæcumque, la 2. col.
2. C. de omni agro deſerto. Faber in §. res fiſci. Inſti. de vſu-
capionib. cum alijs citatis per Surdum in deciſ. 5. nu. 10. &
11. Quæ dicuntur prædia Cæſaris, l. apud Iulianum, §. cō-
ſtat, ff. de legat. 1. Ita & pro eis habet duos diſtinctos procu
ratores, ad quorum curā res Principis, vt Principis, & res
priuatas ipſius Principis, vt priuati pertinent, vt colligitur
ex d. l. 1. & probant Guido Pap. in deciſio. 416. Surdus in d.
deciſ. 1. num. 10. & 11. Peregr. in tractatu de iure fiſci, lib. 1.
tit. 1. num. 6. & ſeq. & ſicut de illis, quas Princeps poſſidet
vt priuatus, poteſt ad libitum diſponere in omni cōtractu
ſeu vltima voluntate, Pedemont. deciſ. 16. num. 9. Surdus
deciſ. 1. nu. 11. ita non vtique de alijs, quæ poſſidet vt Prin-
ceps. Nam & ſi Imperator, Rex, ſeu Princeps Regalia cō-
cedere poſſit, id tamen procedit, dummodo id non tendat
in grauem Imperij, vel ſtatus ſui læſionem, l. cum multa,
C. de bonis quæ liber. l. bene à Zenone, C. de quadrieñ. præ-
ſcript. diſtinct. 96. c. Conſtantinus, c. intellecto, de iureiu-
rando vbi Abbas col. 2. ver. & quod dixi, Innocent. & cæ-
teri in c. grandi, de ſuppleud. neglig. Prælat. Bart. in l. prohi
bere, §. planè, ff. quod vi aut clam. per text. in c. Abbate ſa-
nè, de re iudic. in 6. Oldrad. in conſil. 94. eleganter, &c. Car
dinal. in conſil. 137. Natta in conſil. 408. num. 8. Cephalus in
conſil. 154. Rimmald. iunior in conſil. 601. Socin. ſen. conſil.
7. num. 6. lib. 3. Rolandus in conſ. 1. num. 121. lib. 2. Alciatus
in conſ. 1. nume. 4. & 16. libr. 7. Capicius deciſ. 121. Decianus
in conſ. 2. num. 168. lib. 1. Menoch. in conſ. 276. & de arbi-
trarijs caſu 559. Adeoque id verum eſt, vt ſucceſſori non
præiudicent tales alienationes, poſſintque ab eo reuoca-
ri: vt notant omnes in d. c. Abbate ſanè, de re iudic. in 6. cū
alijs mox citatis, & vt ex infinitis, quos citat probat Garz.
Maſtrillus in tract. de Magiſtratibus, libro 1. c. 12. & pluri-
5 bus ſequentibus, & c. 18. † Ad Palatinorum inſuper curā,
& rationalium officia omnium rerum Cæſaris, & totius
perpetuarij, hoc eſt emphyteuticarij iuris exactio eſt, leg.
6 ſecunda, C. de offic. comitis rerum priuatar. † Palatini au-
tem a b extraordinarijs & ſordidis muneribus, ſuſceptio-
nibus, & temonarijs, (qui exigebant aurum, tyronicum,)
oneribus immunes ſunt, præ capitibus, ſeu iugis, ideſt ag-
genibus ſuis penſitationem, atque obſequia recognoſcunt,
leg. prima, C. de Palatin. ſacrar. largit. & rerum priuat. Ni-
hil omnino vllis iudicibus cum Palatinis, qui à Comitibus
diriguntur, debet eſſe commune: excepta reuerentia, quæ
ipſis non ſolum ab inferioribus, ſed etiam à maioribus, &
in prouincia degentibus rectoribus prouinciarum debe-
7 tur, atque defertur, leg. nihil 4. C. eodem. † Princeps Pala-
tinorum ad aliam dignitatem adſpirare prohibetur, lege
quidam 5. C. eodem. De iuriſdictione Comitis rerum pri-
uatarum defendenda diſponitur in leg. ſi quis 3. C. de of-
8 fic. comit. rer. priuat. † Item, & de eorum quodam priſco
priuilegio, in leg. priſco 3. C. de palati. ſacrar. largit. De eo-
rum numero decernitur, in leg. ſcrinijs 7. C. de Palatinis.
9 † Palatini trantmiſſi per prouincias, anno elapſo cingulo,
ideſt onere adminiſtrationis, liberantur, leg. placuit 8. C.
10 eodem. † Non enim ordinandi ſunt ſine Principis autho-
ritate, leg. non aliter 9. C. eodem. Idem tempus agēdi præ-
ſtituitur officijs ſacrarum largitionum, quod definitum
eſt proximis ſacrorum ſcriniorum, l. ad ſimilitudinem 11.
11 C. eod. l. pro biennio 6. C. de proximis ſacr. ſcrin. † Tādem
cautum eſt, ne Palatini quid à priuatis Cæſaris emant, leg.
vlt. C. de reſcinden. vendit. De his ad illorum officium ex-
plicationem agit Connanus lib. 4. c. 14 num. 6. Erat autem
Comes ſacrarum largitionum is, qui liberalitatis, & dona-
tionis cu am gerebat, vt docet Caſſiodorus lib. 9. de comi-
tiua ſacrarum largitionum. Huius nulla fuit inter priuatos
iuriſdictio, ſed tantum pecuniæ fiſci, quæ liberalitati Prin-
cipis ſuppeteret, cura erat demandata. Comes verò rerum
priuatarum, de quo in l. 3. C. de bonis vacant lib. 10. & l. vl-
tim. C. de petit. bon. ſubl. eod. lib. & Nouell. conſt. 7. Erat
gubernator priuatæ ſubſtantiæ Principis, idque per curā
rationalium ſecundum Caſſiodorum lib. 6. in formulis. Vel
ſecundum Strabonem videtur rerum priuatarum fuiſſe,
qui vacantia bona fiſci nomine occupabat.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati fiſci officium quod ſit.*
2 *Aduocati fiſci a muneribus ſunt immunes, & à cohortali, & curiali fortuna.*
3 *Aduocati fiſci officio finito decorantur ex conſularis moderatoris prouincia dignitate.*
4 *Aduocatus fiſci habet priuilegium circa ſportulas.*
5 *Aduocatus fiſci habet proprium iudicem, coram quo eſt conueniendus.*
6 *Filij aduocati fiſci plura habent priuilegia, & eo mortuo ſi habiles ſint, ſuccedunt in officio.*
7 *Eccleſia habet fiſcum.*

De Aduocato fiſci. Tit. 3.

HVnc primus omnium inſtituit Hadrianus Impera-
tor teſte Budeo in adnotat. ad Pandectas de offi-
1 cio quæſtoris. † De huius officio plura retulimus
in glo. ſtatuti vrbis lib. 1. c. 19. ver. Ideo opus etiam &c. Qui
in primis contra fiſcū patrocinium præſtare nō poteſt, l. 1.
C. de aduoc. fiſci. Niſi de licentia Principis, vel pro ſe, filijs,
parentibus, & pupillis, l. 2. C. eod. l. ij qui 10. ff. de poſtulā-
do. Fiſci commoda fiſcales Aduocati occultare non debēt,
nec tamen fiſci nomine priuatis calumnijs mouere debēt,
leg. fiſci, 3. C. de aduocatis fiſci, l. prima, C. de lucris aduo-
cator. Sanè officium aduocatorum fiſci biennio tantum
durabat, & iure antiquo annale tantum erat, l. cum aduo-
catio 8. ibi, annumque completum, l. iubemus 20. in princ.
leg. petitiones 22. leg. ſancimus 12. C. de aduocat. diuer. iu-
dic. Salarium verò annuum illis erat ſexaginta librarum
auri Calendis Octobris ſoluendum, leg. reſtituendæ 23. le-
ge petitiones 22. §. vt autem, l. per hanc 24 §. fin. C. eodem.
2 † Præterea Aduocati fiſci à muneribus ſunt immunes, &
à cohortali, & curiali fortuna liberi. l. cum aduocatio 8. l.
aduocatos 19. l. iubemus 20 § vt autem, C. de aduocat. di-
uer. iudic. l. petitiones 22. §. vt autem. C. eodem. Comitiuā
3 dignitatem ſortiuntur, l. laudabile 21. C. eodem. † Finito
officio, ex conſularis moderatoris prouinciæ dignitate de-
corantur, & non niſi pro ſe, & certis perſonis patrocinium
permittitur, leg. petitionem 13. §. egredientem, C. eodem.
4 † Circa ſportulas quoque aduocati fiſci priuilegium ha-
bent, leg. iubemus 20. §. ad hæc, & § pro ſportulis C. eodē.
5 † Habet fiſci aduocatus proprium iudicem, coram quo
eſt conueniendus, dicta leg. 24. §. vt autem, & dicta leg. 22.
§. vt autem. Eius ædes à metatorum onere ſunt immunes,
dicto § ad hęc, dicta leg. 22. §. ad hoc, C. eodem. Sed & alia
quæ habet priuilegia proponūtur in l. laudabile 21. §. & ſi
quis, & in l. reſtituendæ 23. §. ſacras inſuper, C. eodem, in l.
6 per hanc 24. §. fin. in l. ſancimus 12. † De liberis verò aduo-
cati fiſcalis, ſi ingenuos habeat, poſt depoſitum officium
eos clariſſimorum notariorum inſeri conſortio, & honorū
ſacras ſolitas epiſtolas ſine quadam ſuffragij ſolutione
percepturos, ſtatutum eſt, l. laudabile 2. §. poſtquam, C. de
aduocat. diuer. iudic. Et quando mori contigerit gradu eū
ſequentem ſine vlla dilatione ſubrogari in eius loco, hære-
dibus defuncti nihil exinde commodi ſibi acquiri poſſe,
ſperaturis, l. petitionem 13. C. eodem. De hoc fiſci Aduoca-
to latè agit Peregrinus de iure fiſci, libro ſeptimo, titulo
7 ſecundo. † Et ſicut Eccleſia etiam fiſcum habet 16. quęſtio.
prima, cap. ſtatuimus, vbi gloſs. in ver. bannum, cap. vlt. de
clericis non reſiden. gloſs. in verbo. præter eius, cap. quia
5. de conceſs. præbend. Decianus libro quarto, tract. crim.
cap. 27. numero 45. Auſi et. de poteſtate Eccleſiæ ſuper lai-
cos in princip. Peregrinus de iure fiſci, libro primo, tit. ſe-
cundo, numero primo, & ſequen. tit. 3. numero 10. & ſupr.
libro 3. tit. 10. num. 17. ita & habet ſuos Aduocatos fiſcales
per allegata, & per regulam, qui vult vnum, vult etiam il-
lud ſine quo id quod vult ſtare non poteſt, & tit. 12. num.
68. & 69.

SVMMARIVM.

1 *Exactores tributorum, & cenſuum quomodo ordinentur, & de pertinentibus ad eorum officium.*

2 *Exa-*

Digitized by Google

2 *Exactores ſingulis annis coguntur exponere quibus titulis ſuſcepta diſperſerint.*
3 *Curiales humilioribus officijs, aut extraordinarijs oneribus non ſunt occupandi.*
4 *Suſceptoris officium quod, & quid ad eum pertineat.*
5 *Suſceptores quot ordinandi.*
6 *Suſceptores nihil habent commune cum ratiocinijs arcæ.*
7 *Exactores cum poſſeſſoribus nihil habent commune, & alia ad eos pertinentia.*
8 *Exactionis ius delegari non poteſt.*
9 *Exactores debent ab alijs adminiſtrationibus abſtinere.*

De exactoribus, & ſuſceptoribus tributorum, & cenſuum fiſci. Tit. 4.

1 EXactores, † vel ſuſceptores tributorum, & cenſuum in
celeberrimo cætu curiæ, conſenſu, ac iudicio omnium
ſub actorum teſtificatione ordinantur: prouinciarum
rectoribus eorum nomina, qui ad publicum munus officij
editi, atque obligati fuerint, innoteſcant: & animaduertāt
quicunque nominauerint, ad diſcrimen ſuum vniuerſa,
quæ illi geſſerint, redundare, l. exactores 2. C. de ſuſceptoribus
præpoſitis. Illud enim generali forma ſancitum eſt,
vt in omnibus prouincijs tam nominatio ſpecialium ſuſceptorum
largitionalium titulorum, quam defenſio tractatorum,
non tātum per viros clariſſimos moderatores prouinciarum,
ſed etiam per viros ſpectabiles proconſules, &
præfectum Auguſtalem, ac laudabiles vicarios, vnà cum
eorum officijs, admonentibus ſemper, nec non imminentibus
palatinis, procuretūr: prouidentibus, vt poſt nominationē
etiam ſpecialium ſuſceptorum largitionalium titulorum,
nulla minuendæ exactionis ad ſacrum pertinentis
ærarium, aut transferendi ad arcarios, aut quoslibet alios
extraneos titulos, rectoribus prouinciarum, aut eorum officijs,
vel etiam curialibus licentia permittatur: quadrimeſtribus
breuibus per idoneum tractatorem eorundem titulorum,
ſuper commendandis ratiocinijs publicis, periculo
rectorum prouinciarum ad ſacratiſſimam Vrbem trāſmittendis:
nam quacunque ex parte, vt viſum eſt, ſi minus
fuerit procuratum, pœna tam ipſi iudices, quam eorū
officia plectentur l. præcepit in princip. & §. illud C. de canone
largitionalium titulorū. Sed & neminem ſuſceptionis
munere functū ad idem munus adſtringi, niſi ſe prius
vinculo ſolicitudinis ſuperioris abſoluerit. Nam neq. eos
qui placuerint grauare, iuſtitiæ eſt: neq. eos qui diſplicuerint
tenere, prudentis eſt l. 8. C. eod. De his Tranquillus in
Veſpaſiano. Cicero pro Cluentio, & Budæ in annot. ad panden.
& erant, qui ſolutionem auri, & ſpecierum accipiebant,
& modum iugationis poſſeſſorum, & ſpecies ſingulas
deſcribebant l. 9. C. de defenſoribus Ciuitat. l. 5. C. ad legem
Iul. repet. l. 5. C. de exactor. tribut. lib. 10. l. penult. §. illud
de canone largitio. titul. l. 23. C. de decurionibus. Cuia-
2 cius ſuper rubrica C. de ſuſceptoribus. † Integro igitur ſinguli
anno tranſcurſo cogantur exponere, quibus titulis ſuſcepta
diſperſerint, vt facilius, ſi quis in furto fuerit depræhēſus
recentem queat redintegrare iacturam l. neminem
3 8. de canone largitio. titulorum. † Humilioribus officijs,
aut extraordinarijs oneribus occupari curiales non eſt ferendum,
4 ne publica vacillet vtilitas. † Suſceptorem itaque
veſtium æquius eſt ab officio proconſulari, vel ab his, qui
in eodem meruerint, ſolemniter procurari. Horum namque
intereſt huiuſmodi explorare rationem, & quærere
qualitatem eorum, quorum ad conſtituendum, cōmodior
cura eſt. Neque. n. æquum eſt, vt ad officium lucra, ad curialem
ſuſceptionis tm̄ damna pertineāt. Hæc igitur ab ordinibus
iniuria eſt ſubmota: exceptis his, qui curialium in
officio memorato, aut militaſſe, aut militare fuerint depręhenſi
l. humilioribus 14 C. de ſuſceptoribus, ſed & horū officium
deſcribitur etiam in l. 10. C. eod. & in l. 1. C. de Apo-
5 chis publicis. † Quot autem ſint ordinandi ſuſceptores definitur
in l. duos 13. C. eod. Non perpetui exactores teneantur
in continuanda vexandorum prouincialium poteſtate,
velut concuſſionum dominatione: ſed per annos ſingulos
iudiciaria ſedulitate mutantur: niſi aut conſuetudo Ciuitatis,
aut authoritas ordinis eos per biennium eſſe cōpellat
d. l. neminem 8. §. ſi. Rationem finito officio reddere co-
6 gantur d. l. 8. §. integro igitur. † Suſceptores cum arcæ ratiocinijs
nihil habent commune l. duos 13. §. ſcire autem
7 C. de ſuſceptoribus. † Exactores cum poſſeſſoribus nihil
habent commune leg. miſſi 7. §. 1. C. de exactoribus tribut.
Intra annum debent exigere ope, & auxilio iudicum ſub
pœna ipſis, & iudicibus iniuncta ſoluendi de proprio d. l.
7. l. optionibus 11. C. de erogat. militaris annonę. Tamen his
ſubuenitūr contra contumaces debitores cuiuslibet dignitatis,
vt ſuam exerceant authoritatem, ac ſi impudenter ſo-
8 lutio differatur d. l. 7. † Alij autem ius exactionis non dele-
9 gatur d. l. 7. ibi iudices itaq. † Exactores interim ab alijs ſe
debent abſtinere adminiſtrationibus, cum diſtinctione, de
qua in leg. ſancimus 6. C. de executor. & exactoribus: exactionem
panis prohibentur efflagitare leg. 1. C. de exact.
militar. annonę. Scripturam autem exactionis, & erogationis
conficere debent leg. excellentia 9. C. de erogat. militar.
annonæ. Sed eodem tempore inſimul rerum priuatarum
exceptionem ſuſcipere prohibentur. Nouella conſti. 128. §.
hoc quoque. Minus debent facilè delegationes debitorum
ſuſcipere d. cap. 128. §. ſed & ſi quis. Nominatores verò ſuſceptorum
quicquam ex eorum ſubſtantia emere debent
l. 2. in fine C. de ſuſceptoribus, horum locum hodie tenent
exactores angariarum, & perangariarum.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores metallorum ſunt de miniſtris Imperatoris, & fiſci, & quod eorum officium.*
2 *Metalla omnia ante diluuium inuenta.*
3 *Ferrum ante diluuium inuentum, & ad cedes, & bella paratū.*
4 *Metallis ſubſtinentur onera grauiſſima Imperij, & Principatus.*
5 *Metallorum munus præbebat aditum ad omnes dignitates.*
6 *Metallarij quibus ſubiecti.*
7 *Metallariorum licentia, & priuilegium pro metallis, & lapidibus preciosis ſubterraneis perquirendis.*
8 *Metallarij de quo fiſco, & Domino fundi reſpondeant.*
9 *Leges circa metalla, & metallarios an ſint correcta.*
10 *Metalla in ſolo publico reperta ad ſolum Principem ſpectant, ſeruata parte inuentori.*
11 *Vena lapidū ex quibus conficiuntur allumina eſt de regalibus.*
12 *Monetarij Principis non poſſunt ſuam mutare conditionem declaratur.*
13 *Monetariorum vxores, & proſapia.*
14 *Baphei hoc eſt tinctores pannorum Cæſaris debent ſe abſtinere à ſuffragijs pro obtinenda tali adminiſtratione.*
15 *Muricis color non debet à tinctoribus Cæſaris alio colore fucari.*
16 *Gyneciarij, qui pannos Imperiales texunt quomodo ſe gerere debeant in officio.*
17 *Baſtagiarij munus quod.*
18 *Murex genus piſcis eſt, ex quo fit purpura.*
19 *Purpura, & muricis eadem eſt materia.*
20 *Murices quomodo purpureum emittant liquorem.*
21 *Muricum genera quot apud Poetas.*
22 *Murileguli erant, qui muricibus legendis occupabantur.*
23 *Conchileguli qui.*
24 *Fabricenſes qui dicebantur, & quæ illorum conditio.*
25 *Primicerium fabricæ dignitas quæ.*
26 *Piſtores qui dicantur, & quæ illorum conditio.*
27 *Suarij dicuntur ſuum, & porcorum venditores.*
28 *Portionarij vrbis æternæ ſunt à ſordidis muneribus liberi, & habent proprium iudicem competentem.*
29 *Coloni, & Mancipij Imperatoris, & fiſci alienas res gerere non poſſint, & alia pertinentia ad eorum conditionem, & ſtatum.*

De alijs pluribus Imperatoris, & fiſci perſonis atque miniſtris. Tit. 5.

1 INter † perſonas itaq. & maximè exiſtimationis præcipuos
miniſtros Imperatoris, & fiſci ſunt Procuratores
2 metallorum. † Metalla ferè omnia ēt ante diluuiū inuenta
fuere teſte Tertulliano ex libris Henoch. de habitu
muliebri, & in lib. de cultu fœminarū, vbi inquit. Angelos
peccatores mundani cultus materias, & impudicitię illecebras
detexiſſe, videlicet aurum, & argentum, & opera eorum,
etiam callible pharum, vellerum tincturas inter cætera
docuiſſe, & in libro de Idololatria refert eiuſdem

 Henoch

Henoch fragmentum hoc. Iuro vobis peccatores, quod in
diem ſanguinis perditionis pœnitentia parata eſt. Qui ſer-
uitis lapidibus, & qui imagines facitis aureas, & argẽteas,
& ligneas, & lapideas, & fictiles, & ſeruitis, Phantaſmati-
bus. & Dæmonibus, & ſpiritibus infamibus, & cunctis er-
roribus, non ſecundum ſcientiam, nullum ab eis conſequi-
mini auxilium, &c. Tum artifices ſtatuarum, & ſimulacro-
rum omnis generis Diabolus intulit, ex quo Henoch ido-
lolatriam ſecuturam prædixit, omniaque elementa, omnẽ
mundi ſenſum, quæ cœlo, quæ terra, quæ mari continen-
tur, in idololatriam verſuros Dæmonas, & ſpiritus deſer-
torum Angelorum, vt pro Deo aduerſus Dominum con-
ſecrarentur. Tertull. ibidem ex libris Henoch. De futuro
iudicio aduerſus hæreſim Cainitarum, cuius fragmen-
tum legitur in Canonica Iudæ Apoſtoli. Prophetauit ſepti
mus ab Adam Henoch, dicens. Ecce venit Dominus in ſan-
ctis millibus ſuis facere iudicium contra omnes, & argue-
re omnes impios de cunctis operibus impietatis ipſorum,
quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ loquuti
contra eum peccatores, & de libris aduerſus cultores ido-
lorum, & de Angelis deſertoribus, & eorum ordine. Si
itaque ſtatuæ tunc ex auro, & alijs metallis, & lapidibus
factæ fuere, neceſſe eſt quod aurum, & alia metalla etiam
tunc inuenta fuerint Dæmonum malitia ad idololatriam,
3 & alia multa, quæ inde orta ſunt mala inducenda. † Cer-
tiſſimum enim eſt ferrum, & inuentum, & ad cedes, & bel-
la partum tunc fuiſſe, & quod illo armati Gigantes bella
4 geſſere, vt infra titul. 16 † Metallis enim omnibus tuentur
Regna, & Imperia, ſubſtinentur onera grauiſſima Impe-
rij, & Principatus à primis ętatibus vſque adhuc, ideoque
opus fuit pro Republica tuenda, & ſubſtinenda habere,
qui exquirerent, conflarent, atque componerent. Et quia
eueniebat, quod illi quibus in remotiſſimis prouincijs ta-
lis erit demãdata cura, ſimulato hoſtili metu eam, vel de-
ſerebant, vel conflatis metallis, inſidenter illa, nulla ratio-
ne reddita, adminiſtrabant. Ideo ſtatutum eſt, vt nulli de-
inceps licentia laxetur prius indebitas expetere dignitates,
quam ſubeundam procurationem metallorum fideli, ſo-
5 lertique exactione compleuerint. † Ab hoc enim munere
Reipublicæ vtili, ac neceſſario primus patebat dignitatũ
omnium aditus, & hodie omnium præcipuus patet vbi-
que nec de Republica bene meriti dicebantur, qui in eo
fideliter, ac diligenter explendo non laborauerint, l. cum
procuratores 4. C. de metallarijs. Huc conferunt dicta ſu-
6 pra, libro primo, titul. nono, numero 14. † Metallarij itaque
ſeu qui metallis fodiendis addicti ſunt Procuratoribus
metallorum iuriſdictioni pro metallis exquirendis ſubdi-
ti ſunt, ideo ex regione deſerta, ex qua metallarij, vel me-
tallariæ videntur oriundi, vel oriundæ ad externa ſi mi-
grauerint: indubitanter ſine vlla temporis præſcriptione
ad propriæ originis ſtirpem, laremque vnà cum ſua ſobo-
le reuocantur, etiam ſi quos Imperialis domus, & ſecreta
contineant. Nullum exinde præiudicium fiſco generatur,
etiam ſi quis ex his, quem metallicum eſſe conſtiterit, pri-
uatis cenſibus ſuum nomen indiderit, leg. vltim. C. de me-
7 tallarijs † His enim pro inquirendis metallis, & lapidibus
precioſis ſubterraneis data licentia eſt etiam dominis in-
uitis alienos ingredi fundos ſine tamen læſione Domini in
ſuperficie fundi: ita enim ob publicam vtilitatem extat
conſtitutum in precioſis, in non precioſis quales ſint lapi-
dicinæ arenariæ, & ſimiles non vtique; l. quoſdam, & lege
cuncti, C. de metall. Quod intelligendum de metallarijs
Imperij & Principum, alij enim & ſi huius intentionis ex-
perti ſint, ſine ordine Principis non eſt data talis licentia,
vt per Caſtren. in leg. diuortio. §. ſi vir. ff. ſolut. matrimon.
Cepollam de ſeruitutibus, in tit. de monte, & Boſſium, de
8 metall. † Et qui illam habent ſi vt miniſtri eam cum ſtipen
dio retinent, ſin nimis habeant illam ex inueſtitura de
metallis repertis in fundo priuato data decima fiſco, &
decima domino fundi, reſiduum pro ſe retinebant, ſolu-
tis in ingreſſu officij octo ſcrupulis illius metalli ſemel tan
tum, & vlterius annuatim ſi aurum fodiunt, ſcrupulis ſe-
ptem, ſi verò aliud metalli genus fodiunt libram vnam il-
lius metalli vnciarum quatuordecim. Portionem verò
metalli eis remanentem fiſco vendere tenentur. leg. prima,
ſecunda, & tertia, C. de metallarijs, libro 11. vbi Bartol. &
9 Doctor. † Dubium tamen eſt an dictæ leges ſint correctæ
per tex. in c. 1. ver. argentariæ, tit. Quę ſint regalia in vſibus
feudorum. Nam quod illæ correctæ ſint ſenſere ibi Alua-
rotus, & Præpoſiti Mediolanen. Contra verò, quod non
ſint correctę, & ius regale conſiſtat in illa decima fiſco de-
bita ex metallis in fundo priuato defoſſis tenuerũt Iſernia
& Aſflictus ibi. & deciſum ita aſſerit idem in deciſio. 321.
In regia &c. & fuit opinio glo. in l. inter publica, ff. de verb.
ſignif. quam comprobauit ibi Alciat. & eſt verior, quia vi-
tanda ſemper eſt iuris correctio. Zaſius in conſ. 16. nu. 67.
10 & 68. in 2. † Metalla verò in ſolo publico reperta, ad ſolũ
Principem pertinent. Laudenſ. in d. c. 1. Florianus in l. ſed ſi
inter duos, §. quæſitum, ff. de vſufructu, Iacob. in ſua inue-
ſtitura in verbo cum argenti fodinis. Seruata tamen parte
inuentori ad exemplum theſauri. Eiuſdem conditionis ſũt
venæ ſaxorum non in ſuperficie fundi, ſed ſubterraneæ re-
pertæ, & venæ metallorum, Caſtrẽ. in d. l. diuortio. §. ſi vir,
ff. ſolut. matrim. & in conſ. 3 4 & 23. lib. 2. quem eſt ſequu-
11 tus Afflict. in citatis locis. † Vbi infert venam lapidum; ex
quibus conficiuntur allumina eſſe de regalibus. † Sed &
monetarij, qui metalla ad ſtipem referunt ſuam non poſ-
ſunt mutare conditionem, l. 1. C. de murilegulis. Niſi fortè
13 ab ea fuerint ex beneficio Principis abſoluti, † ex qua ab-
ſolutione eorum proſapia abſoluta non intelligitur, & eo-
rum bona remaneant largitionibus ſacris obnoxia, l. ſi quis
13. C. eod. Eorumdem verò vxores adhærẽtes monetario-
rum conſortio, & ſi ſplendidioris gradus ſint, non ideo de-
14 eus natiuæ libertatis amittunt, l. edicimus 7. C. eod. † Ba-
phæi, id eſt tinctoris pannorum Cęſaris debent ſe abſtinere
à ſuffragijs, per quæ tales adminiſtrationes adipiſcuntur,
qui ſi contra fecerint, gladio feriuntur, l. 2. C. de murilegu-
15 lis. † Vellera adulterino colore fucata, in ſpecie ſacri muri-
cis intingere prohibentur, nec tinctum cũ Rhodinn prius
ſerico, alio poſtea colore fucari permittitur: cum de albo
omnium colorum tingendi copia non negetur, ſi ſecus fe-
cerint illicita tentantes capitalem pęnam ſubſtinebunt, l.
16 1. C. de veſtibus holobaris. † Gynæciarij, id eſt, qui pannos
Imperiales texunt, vtrique a ſuffragijs, per quæ tales admi-
niſtrationes adipiſcuntur, ſe debent abſtinere ſub eadẽ ca-
pitali pęna, l. 2, C. de murilegulis. Eorum vxores maritorũ
conditione tenentur, l. ingenuæ 3, C. eod. lib. 11. Si quis verò
aliquem ex Gynæciarijs, vel ex eorum filijs occultat, quin-
que librarum auri damno ſubiugatur, l. qui aliquem 5. C.
eod. Qui occultat mancipia eorum, ternis libris auri pro
ſingulorum hominũ ſuppreſſione plectetur, l. qui textrini
6. C. eod. Neque ij ſuam poſſunt conditionem mutare, vt
monetarij, & alij niſi ex beneficio Principis cũ conditione
17 de qua in l. ſi quis 13 C. de murilegulis, lib. 11. † Baſtagarij
nunc ſunt proponendi, quorum munus ſiue onus fiſcaliũ
rerum iumentis portandarum fuiſſe credimus, ex l. 3. C. de
cohortali. lib. 12 & ſi Alciatus putauerit eſſe et eos, qui ne-
ceſſaria militibus portabant, & qui veſtes ad tincturã fe-
rebant, & referebãt, in rubr C. de murilegulis. & vtrũq; q;
eſſe pot. Baſtaga. n. munus eſt portandi, quod põt ſeruire
omni exportationi tum rerũ fiſcalium, tum rerũ ad militiã
pertinentium, annonæ, ærarij, & priuatarum. Baſtagã aũt
priuatam ſub diſpoſitione Comitis priuatarum ſacrarum
rerum diuinæ domus. Prępoſitos verò baſtagarum ſub di-
ſpoſitione Comitis ſacrarũ largitionum inuenio, colloca-
tos; quibus quintum aĩal pro reportatione prabetur, l. cũ
ad 4. C. de murilegulis. His. n. nunquã militiã ſuã deſerere
licet, vel aliã antequã eã explenerint, ſubreptitia impetra-
tione tentare, l. æternũ 8. C. eo. Murileguli nũc proponũt.
18 † Murex enim, à quo dĩ, genus piſcis eſt, ſunt aũt murices,
& purpuræ baphijs, & coloribus vtiles, tantoq; in precio
habitæ, vt nefas viſũ ſit Imperatori alios quã Principes eiuſ-
dẽ refulgere coloribus, in l. tẽperent, C. de veſtibus holorib.
19 li. 11. † Muricũ, & purpurarũ eadẽ eſt materia, quãuis tem
peramentũ diuerſum, vtcũq; ſit, totius Conchilij cruore
20 intinctas veſtes prohiber t. d. l. tẽperent. † Cruor ille in medijs
faucibus purpuræ eſt; At qui murices verno tpe cõgregãt
miruc q; atrum lentorẽ, & liquorẽ tingendis veſtib. expe
titũ ſaluant. Murex aũt ſcabrior eſt cortice, & qui purpu-
21 ra facile cedit. † Poetæ verò Hotiacũ, Getulũ. Aſiu, Sido-
niũ, & Tirium muricẽ memorant teſte Plin lib. 9. c. 26 &
22 36. † Inde murileguli qui muricibus legẽdis occupabantr.
H. n. conditionẽ, vtra deſerere nõ poſſunt, l. murileguli ti.
vbi & de illorũ bonis ſtatuitur. C. de murilegulis. Niſi ex
bñficio Principis, & cũ cõditione, de q a in l. ſi qs 13 C. eo.
23 † Nepotes eorũ ex filia maternã conditionẽ ſequũtur. Cõ-
chile-

Digitized by Google

chileguli ab eodē munere legendi Conchilia nuncupantur,
quorum liberi ſunt eiuſdem cōditionis cum patribus, Con-
chileguli orum adſcriptionis obnoxij, l. vlt. C. de murilegu-
24 lis. † Fabricenſes in Conſtitutionibus Imperatorum appel
lantur, qui in ſacris fabricis arma cudebant, vt in Nouella
c. 85. Qui & deputati dicebantur, l. vlt. C. de ſeruis fugitiu.
Qui arma fabricant in publicis officinis, de hisce ordinan-
dis, ſeu recipiendis cauetur in l. ſi quis 4. C. de fabricens,
Qui ordinati, & accepti vnà cum liberis ſuis conditioni fa-
bricandorum armorum ſunt addicti, l. iure. 5. C. eod. Stig-
mata ideo brachijs eorum infligebantur, vt eorum condi-
tio innoteſceret, nec poſſet vnquam occultari, l. ſtigmata. 3.
C. eod. Qui eos, vel eorum liberos occultant vindicantur
in eundem fabricæ vſum, d. l. 4. Delictum verò ab vno eo-
rum commiſſum ad omnes pertinet, d. l. 5. eod. Prohiben-
tur aliena prædia conducere, vel aliena negocia adminiſtra
25 re, l. vlt. C. eod. † Primiceriorum fabricæ dignitas propo-
nitur in l. 2. C. eod. & eorum competens iudex in l. eos, qui
6. C. eod. de fabricenſ. In eorum corpus curiales admitti
non poſſunt, l. 4. C. eod. & aſſumpti retrahuntur, Curiæ ob-
noxij non ſunt, nec ad leue quidem munus publicum vo-
cari poſſunt. Cuiacius in l. fabricenſes. C. de decurionibus.
26 lib. 10. & l. 1. C. de fabricenſ. libr. 11. † Piſtores tantum eos
Ateius tradit, qui far piſitebant eſſe nominatos, eoſque ſo
litos coquere panem toſtum lauatoribus. Etiam qui panē
facit, ſeu coquit, nunc appellatur Piſtor. Varro in Satyra
de edulijs, ſi quantum opere, ait, ſumpſiſti, vt tuus piſtor
bonum faceret panem, atque hoc modo accipitur piſtor
in toto tit. C. de piſtoribus. Imperatores Gratianus, Valen-
tinianus, & Theodoſius ſtatuunt piſtores, vtpotè ſuos, &
omnes breuiter, qui ſubſunt Comiti horreorum, ad nul-
lam dignitatem eſſe adſpiraturos, &, ſi quam aliqui fue-
rint aſſecuti, hac exuendos eſſe, omne ſpeciale impetratum
penitus conquieſcendum, eoſque ipſos ad antiquum ſta-
tum, & conſortium eſſe reuocandos, & pro ipſa impetra-
ta dignitate mulctandos in viginti libris auri. Itaque vt Pi
ſtores poſſint indefeſſam faciendo pani operam nauare à
tutelis, & curis etiam Collegatorum excuſantur, l. 1. C. de pi-
ſtoribus, & l. vlt. C. de excuſat. tutor. cum alijs citatis per
nos in tract. de tutela, & cura lib. titu. 8. nume. 19 Cum igi-
tur nullo munere ferientur, neque ipſi, neque ipſorum iu-
menta, inde eſt, quod veteres piſtorem habebant in nume
ro ſeruorum. Vnde ait I. C. ſi quis ſeruos habuerit pro-
prios, ſed quorum operas locabat, vel piſtoricas, vel hi-
ſtrionicas, ſeruorum appellatione hos legaſſe videtur.
27 † Suarij, id eſt ſuum, & porcorum venditores, vel melius
porcinarij, ſiue porcarij cuſtodientes porcos Ciuium in pa
28 tcuis proponuntur in l. 1. C. de ſuarijs. † Pottionarij Vrbis
æternæ, cum peruigilem laborem populi Romani exhibe-
ant, à ſordidis muneribus ſemper ſunt liberi, dict. l. 1. C. de
ſuarijs, & habent proprium iudicem competentem, l. 2. C.
29 eod. † Coloni, & mancipij Imperatoris, & fiſci res alie-
nas gerere non poſſunt, cum rebus tantum Imperatoris,
& fiſci ſint addicti, l. 2. C. de agricolis, & mancipijs. Ab ho-
noribus ſunt arcendi, atque à muneribus euadunt immu-
nes, l. Dominicos. 5. C. eod. Et ſi acceperint extranea officia,
ſunt ab illis remouendi, & reuocandi ad Coloniam, & man
cipium, l. ſerui, C. de agricolis, & mancipijs. Eorum liberi
ſunt eiuſdem conditionis, cuius pater, d. l. 3. & l. 4. C. eodē.
Si ager priuati patrimonij Cæſaris vendendus ſit, illis ven-
di debet, l. vlt. C. eod. De his eſt tex. in l. fin. ff. de offic. Pro-
cur. Cæſaris, & in l. vlt. §. 1. ff. ad municipales. Colonorum
verò plures creduntur ſpecies vltra dictos. Olimque gene
raliter dicebantur omnes vſquam habitantes, vt apud Vir
gil. ibi.

Tirij tenuere Coloni.

Horum etiam alij vocantur Coloni conditionales, alij Co-
loni inquilini, alij originarij, alij partiarij, vt videri poteſt
apud Oldendo, poſt Azo. in ſumma, & apud Schardum in
Lexicon iuris in verbo Coloni.

S V M M A R I V M.

1 *Fiſco quomodo res acquiri poſſunt.*
2 *Nunciatio, vel delatio ad fiſcum, ex quibus cauſis fieri poſſit.*
3 *Actio quando quæratur fiſco ad id, quod tacite incapaci reli-
ctum eſt.*
4 *Teſtatoris voluntas, quando præſumatur mutata.*
5 *Incapaces ab indignis quid differant.*
6 *Dos fiſco applicatur ſi maritus mortem vxoris necatæ non vin-
dicat.*
7 *Hæreditas indigno relicta fiſco applicatur.*
8 *Theſaurum quid ſit, & quando in eo fiſcus ius habeat.*
9 *Theſaurus inuentus in fundo proprio eſt Domini fundi, qui in-
uenit.*
10 *Theſaurus magica arte inuentus pertinet ad fiſcum.*
11 *Theſaurus inuentus in alieno fundo, quomodo diuidatur inter
dominum fundi, & inuentorem.*
12 *Theſaurus inuentus de induſtria non diuiditur cum inuentore,
ſed eſt Domini fundi.*
13 *Theſaurus inuentus in locis ſacris, vel publicis, cuius erit.*
14 *Theſaurus inuentus ex induſtria in nulla parte eſt inuentoris.*
15 *Theſaurum inueniens ſi ſupprimat partem fiſci quid iuris.*
16 *Theſaurum inuentum eſſe in ſuo fundo affirmans tenetur pro-
bare.*
17 *Theſaurus inuentus in fundo vſufructuarij, & ſimilis cuius
ſit.*
18 *Fiſco, ex quibus alijs cauſis deferatur.*
19 *Fiſcus ſuccedit in bonis vacantibus illius, qui deceſſit ſine hæ-
rede.*
20 *Præſcribitur ius fiſci ſuccedendi in bonis vacantibus quadrien
nio, & quomodo.*
21 *Fiſcus non ſuccedit in bonis vacantibus, ſi Imperator ea poſſeſ-
ſoribus conceſſit, nec in alijs caſibus.*
22 *Fiſcus à quibus perſonis in ſucceſſionibus excludatur.*
23 *Inteſtatus quis dicatur.*
24 *Vxor in ſucceſſione excludit fiſcum.*
25 *Miles ſine hærede decedens habet hæredes Commilitones ſuæ
legionis.*
26 *Donatio litis facta Imperatori, vel fiſco non valet.*
27 *Fiſco debetur æſtimatio rei emptæ contra leges à Præſide Pro-
uinciæ.*
28 *Fiſco debetur æſtimatio rei emptæ per milites in Prouincia, in
qua militant.*

	Obſidum	
29	*Captiuorum*	*Bona an ad fiſcum pertineant.*
	Colonarum.	

30 *Nauis vi ventorum per naufragium ad litus expulſa vnà cū
mercibus an fiſco acquiratur.*
31 *Fiſco acquiruntur ex auri, & argenti fodinis.*
32 *Fiſco debentur decima ex ſaxis effoſſis.*
33 *Delatio, & denunciatio ad fiſcum, quibus non permittatur.*
34 *Deferre, vel denunciare ad fiſcum res turpis eſt, & inhoneſta,
limitatur 38.*
35 *Serui delatores Dominorum audiendi non ſunt.*
36 *Tutor, curator, vel procurator non admittitur ad deferendum
fiſco.*
37 *Venditor non poteſt deferre fiſco contra emptorem.*
39 *Delatio ad fiſcum non fit, ſine fiſci aduocato*
40 *Præſcriptio cuiuſcumque quæſtionis apud fiſcum inducitur ſi-
lentio 20. annorum declaratur.*
41 *Deferens ſe ipſum fiſco lucratur dimidium ampliatur in omni-
bus perſonis, & num. 45.*
42 *Delatio ad fiſcum debet fieri rei latentis, non iam detectæ.*
43 *Delatio ad fiſcum de fideicommiſſo ante apertum teſtamētum,
vel poſt quis præmium mereatur.*
44 *Delatio contra indignos quid poſſidentes quid præmij delatori
det.*
46 *Deferens ſe ipſum quid lucretur.*
47 *Deferens ob propriam cauſam an lucretur præmium.*
48 *Delatores, quibus caſibus puniantur, vel non.*
49 *Mandatores, quibus caſibus puniantur.*
50 *Delatorem ſubmittens in cauſa pecuniaria, quomodo puniatur.*
51 *Delator cogitur proſequi ſuam delationem.*
52 *Delatus abſoluitur ſi delator non compareat.*
53 *Delatus non tenetur probare, vel dicere titulum ſuæ poſſeſſio-
nis.*
54 *Corrumpens delatorem, vel iudicem habetur pro confeſſo.*

De rebus Imperatoris, & fiſci. Tit. 6.

DE perſonis, & familia Imperatoris, & fiſci iam di-
ctum eſt, & plura etiam de ipſis dicta fuere libro 1. &
2. Nunc de rebus Imperatoris, & fiſci, tum in gene-
re,

re, tum in ſpecie eſt differendum, & primum de illis acqui
1 rendis. † Acquiruntur enim fiſco res per nunciationem, & delationem, per actiones, per tributorum indictionem, & exactionem, per vectigalia, & commiſſa, de quibus ſingulis eſt ſecundum ordinem differendum, & primum denunciatione, & delatione ad fiſcum, vbi etiam cauſæ actionum
2 fiſcalium variæ proponuntur, dicendum eſt. † Quod igitur attinet ad nunciationem, delationem, & actiones fiſcales, cauſæ, ex quibus nunciatio, vel delatio fieri poteſt ad fiſcum, vel fiſco actio competere, hæ ferè ſunt. Si quis, quod tacitè relictum eſt non capaci deferat, vel quod mors, ab hæredibus non vindicatur, vel quod indignus quis hæres nunciatur, vel quod Princeps hæres inſtitutus eſt, vel quod teſtamentum, ſiue codicilli ſubrepti eſſe nunciantur, vel quod dicat quis theſaurum inueniſſe, vel magni precij rem minoris ex fiſco comparaſſe, vel præuaricatione fiſcum victum eſſe, vel eum deceſſiſſe, qui in capitali crimine eſſet, vel etiam poſt mortem aliquem reum eſſe, vel domum deſtructam eſſe, vel ab accuſatione receſſum eſſe, vel rem litigioſam venundari, vel pœnam fiſco ex contractu priuato deberi, vel aduerſus leges commiſſum factum eſſe, l. 1.
3 vbi gloſſ. & Doctores omnes. ff. de iure fiſci. † Quod diximus, ſi quis quod tacitè relictum eſt non capaci deferat, ex eo fiſco actionem ad id, quod tacitè relictum eſt petendum competere, id exceptionem recipit in caſu, quo teſtator voluntatem mutauit, nec tacitum fideicommiſſum poſt mortem ſuam præſtari voluit, l. 1. C. de his, qui defe-
4 runt, l. Statius Florus. 48. in prin. ff. de iure fiſci. † Ex eo tamen non præſumitur mutata voluntas teſtatoris, ſi cum in teſtamento vni hæredum præceptiones dediſſet, & eius fidei tacitè commiſiſſet, poſtea alio facto teſtamento nullas præceptiones dederit, ideoque alijs argumentis voluntatem teſtatoris in tacito fideicommiſſo mutatam eſſe probandum eſt, vt fiſcus repellatur, d. l. Statius. 48. Quibus autem coniecturis mutata voluntas teſtatoris præſumatur, latè explicat Mantica in tract. de coniecturis vltimar. vo-
5 lunt. lib. 12. titul. 1. & pluribus ſequentibus. † De incapacibus plura dicit Peregrinus de iure fiſci lib. 5. tit. 1. per totũ,
6 ad differentiam indignorum. † Quod inſuper diximus, vel quod mors ab hæredibus non vindicetur, idem etiam dici debet, ſi maritus mortem vxoris necatæ non vindicauerit: hoc enim caſu dos fiſco vindicatur, l. cum mortem 27. ff. de iure fiſci. Peregrinus de iure fiſci lib. 2. tit. 5. nu. 4.
7 & per totum. Quod diximus. † Si hæres hæreditate ſit indignus hæreditatem fiſco acquiri, d. l. 1. in princ. ff. de iure fiſci. Extenditur ad plures. & varias cauſas, de quibus per Doctores ibi, & per Peregrinum ex eis, eod. tract. lib. 2. tit. 10. per totum. Quod diximus de theſauro inuento, de quo tradunt omnes in §. theſauros, inſtit. de rerum diuiſione. & in l. 1. C. de theſauris lib. 10. & Feudiſtæ in c. 1. tit. quæ ſint regalia. in vſibus feudorum. Didacus in regula peccatum, §. vlt. de regul. iuris in 6. Sciendum in primis pro declara-
8 tione dicti eſt. † Theſaurum eſſe vetus pecuniæ depoſitionem, cuius non extat memoria, vt iam Dominum non habeat, ſic enim fit eius, qui inuenerit, quod non alterius ſit, alioquin, ſi quis lucri cauſa, vel metus, vel cuſtodiæ aliquid ſub terram condiderit, non eſt theſaurus, cuius etiam furtum committitur. Hanc definitionem, quam dat Paulus I.C. in l. nunquam nuda, §. 1. ff. de acquiren. rerum domin. probauit, & Imperator Leo in l. 1. C. de theſauris, vbi theſaurum appellat, mobilia condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori. Si enim Dominus eſſet notus, dominium ordine ſucceſſiuo in hæredes ſuos tranſiſſet, ac ideo theſaurus inuentori non cederet, & ſic in ita definito theſauro nullæ erunt fiſci partes per dicta iura, ideo quod diximus
9 de ſimili intelligendum non eſt. † Nec minus debet intelligi de inuento in fundo proprio, vel caſu, vel induſtria,
10 quia eſt domini fundi, qui inuenit, d. l. 1. † Niſi fortè magica arte inuentus ſit, nam talis vbicumque ita inuẽtus pertinet ad fiſcum propter malam artem adhibitam in illo inueniendo, d. l. 1. C. de theſauris, & l. 1. C. de malefic. & ma
11 themat. † Inuentus in alieno fundo publico, priuato, vel Cæſaris, Ciuitatis, aut fiſci dimidia eſt inuentoris, alia dimidia domini loci, d. §. theſauros, & dict. l. 1. C. de theſauris.
12 † Inuentus de induſtria, & data opera eſt domini fundi, in quo fuit inuentus, nullaque pars inuentori ſeruatur, d. l. 1. & ſupponitur in d. §. theſauros, arguendo à ſenſu contra-
13 rio. † Inuentus in locis ſacris, religioſis, in monumentis, & in locis publicis pro dimidia eſt inuentoris, pro alia dimidia fiſci, ſi caſu inuentus ſit, l. 3. §. ſi in locis, ff. de iure fiſci,
14 cap. 1. tit. quæ ſint regalia. † Nam inuentus ex induſtria in nulla parte eſt inuentoris, ſed totus fiſco acquiritur, d. c. 1.
15 §. theſauros, vbi glo. & Doctor. † Qui autem inuenit theſaurum, & ſuppreſſit partem ad fiſcum pertinentem, totum cum altero tantum cogitur fiſco inferre, l. non intelligitur. §. fin. vbi gloſſ. in verbo totum, ff. de iure fiſci. decla-
16 rat quanta ſit pœna per legem conſtituta. † Allegans autem theſaurum in ſuo fundo per aliquem inuentum, & inde partem petens, onus probandi habet theſaurum eſſe, & inuentum. Faber. & Angel. in §. theſauros, inſt. de rerum diuiſio. deducendo de eo non extare memoriam, ad notata in l. ſi arbiter, ff. de probat. & vt colligitur ex definitione
17 ei ſuperius data. † An autem in ſuo inueniſſe dicatur vſufructuarius, maritus, creditor, & poſſeſſor, qui præſcripſit copioſè tradunt Angel. in d. §. theſaurus. Aluarottus, & Afflictus in d. ca. quæ ſint regalia. Verum cum ex Principum Conſtitutionibus, & ex Regionum conſuetudinibus aliter, & variè prouiſum extet, erit ſecundum eas, non vt ius ci-
18 uile diſponit iudicandum. † Sed & præter cauſas ſuperius enumeratas, ſunt & plures, ex quibus fiſco defertur, & actio competit. Nam ſi in fraudem ciuilium munerum per tacitam fidem prædia ſunt alienata, ea fiſco vindicantur, tantumque alterum interdictæ rei miniſter de ſuis bonis
19 cogitur ſoluere, l. ordine. 5. §. penul. ff. ad municipal. † Item ſi quis ſine hærede deceſſerit, fiſcus defuncto in bona vacantia ſuccedit, l. 1. & 4. C. de bonis vacant. & latè Peregrinus, de iure fiſci lib. 4. tit. 3. Alioquin ſi ea lis fiſco nihil ac-
20 quiri poſſit, ea veneunt, l. 1. §. an bona, ff. de iure fiſci † Sed & vacantium bonorum nunciatio quadriennio finitur, d. l. 1. §. Diuus, & l. 1. C. de quadriennij præſcript. Ideoque eo elapſo fiſcus bona vacantia petens quadriennij præſcriptione repellitur, d. §. Diuus, & d. l. 1. Tempus autem quadriennij ex die quo certum eſſe cœperit, neque hæredem, neque bonorum poſſeſſorem extare, computari oportet, l. intra quatuor 10. §. quadriennij. ff. de diuerſ. tempor. præſcript. Itaque poſt irritum teſtamentum factum, & inteſtati poſſeſſionem ab omnibus repudiatur, qui gradatim petere debuerunt, vel poſt temporis finem, quod ſingulis præſtitutum eſt, computabitur, d. §. quadriennij. Planè ſi intra quadriennium denunciatio bonorum vacantium ſit facta, temporis præſcriptio interrumpitur, d. l. 10. in princ. Si tamen vacantium bonorum delator facta denunciatione deſtitit poſt quatuor annos ſecundo delatori venienti prior nunciatio, quo minus præſcriptione tempore ſummoueatur, non proderit, niſi prioris præuaricatio detegatur, quo declarato, non ſolum præſcriptio, ſed & negocij
21 quæſtio perimetur, d. l. 10. † Præterea fiſcus à bonorum vacantium petitione repellitur, ſi Imperator ea poſſeſſori conceſſerit, d. l. 10. Neque enim à fiſco controuerſia ei mouenda eſt, qui quoquo modo, aut titulo eaſdem res poſſederit, vt ibi. Sed ſi fortè res duobus ab Imperatore donata ſit, & vnus ex his ſine hærede deceſſerit ſocius fiſco in ſucceſſione præfertur, l. 1. C. ſi liberalitatis Imperialis ſocius. Item ſi præfectionarius ſine hærede mortuus fuerit, Præfectus Prætorio, non fiſcus, bona eius vacantia vindicabit, l. Cornicularij. 3. §. huius ſanctioni, C. de apparit. Præfect. Prætor. Sed intelligitur in illa re ab Imperatore donata, l. re coniuncti, ff. de legatis 3. l. ſi mihi, & Titio, ff. de verbor.
22 obligat. Bellamera conſ. 23 nume. 5. † Perſonæ autem excludentes fiſcum ſunt legitimi hæredes, & hæredes teſtamentarij, & in ſumma omnes, qui de iure ciuili, vel Prætorio admittuntur ad ſucceſſionem inteſtati defuncti, l. 1. ff. de iure fiſci, l. 1. C. de bonis vacant. & l. vacantia, C. eod. l. 2.
23 C. de petit. bonor. lib. 10. l. 1. C. vnde vir, & vxor. † Inteſtatus tamen accipiendus eſt ille, qui nullum fecit teſtamentum, vel cum feciſſet ex eo tamen hæreditas adita non ſit, vel adiri non poſſit, l. inteſtatus, ff. de verbor. ſignific. l. 1. ff. de ſuis, & legitim. l. 2. ff. de iniuſto teſtam. §. 1. inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. Alex. in rubr. ff. de acquirend.
24 hæredit. † Vxor excludit fiſcum. Affines controuertitur. Adoptiui filij, & arrogati excludunt. Naturales, & ſpurij controuertitur. Patronus in ſucceſſione liberti excludit. Eccleſia in bonis Clerici excludit. Collegia licita excludunt fi-
25 ſcum, Conſiliarij, & Decuriones. † Miles de vna legione habet hæredes commilitones, & alij plures quos enumerat Peregrinus in tractatu de iure fiſci citato loco, vbi agit

de

26 de bonis vacantibus. † Præterea fiſco, & Imperatori acqui
ritur donationibus eis factis, ſi tamen lites eis donatæ ſint,
ipſo iure donatio non valet, quia iudicij mutandi cauſa vi-
dentur alienatæ, l. res, quæ. 22. §. lites, ff. de iure fiſci. concor
dant, quæ dicta ſunt lib. 2. tit. 14. & lib. 3. titu. 1. item & do-
nationibus factis officiali in officio exiſtenti contempla-
tione officij, vt notant Iſern. & Affiict. in cap. 1. nume. 20 de
feudo guardiæ cum citatis per Peregrinum in tract. de iu-
27 re fiſci lib. 6. tit. 3. numer. 21. † Inſuper ſi is, qui Prouinciæ
præeſt, in ea quid contra leges comparauerit, infirmato
contractu æſtimatio eius fiſco debetur, leg. auferiur. 46. §.
28 quod à Præſide, ff. de iure fiſci, & ſupra lib. 1. tit. 5. † Item
ſi miles in ea Prouincia, in qua militat, prædium compara-
uerit, id fiſco acquiritur, leg. milites. 9. ff. de re militari. de
29 qua dicitur infra tit. 16. † Obſidum quoque, & captiuo-
rum bona fiſco vindicantur, l. Diuus. 31. ff. de iure fiſci. niſi
accepio vſu togæ Romanæ, vt Ciues Romani egerint, d. l.
31. Idem etiam dicendum de bonis eorum, qui in Colonias
deducuntur, nam ea fiſco vindicantur, l. certa 4. C. de iure
30 fiſci. † Si nauis vi ventorum, vel naufragio facto expulſa
fuerit ad litus, iure quidem antiquo nauis cum mercibus
fiſco vindicabatur, quod tamen ius tanquam inhumanū
iure nouo mutatum, atque ſublatum eſt, l. 9. ff. ad legem
Rhodiam de iactu, l. 1. C. de naufragijs, & Conſtitutio. Fri-
31 derici in §. naufragia. † Acquiritur demum fiſco ex auri,
& argenti fodinis, l. 1. C. de metallarijs, l. 2. & l. per annos. 5.
32 C. eod. † Item decimæ acquiruntur fiſco è ſaxis effoſſis, l.
cuncti 3. C. eod. Mulctæ denique indictæ fiſco inferendæ
ſunt, niſi iudex publicis operibus, vel curſui publico, vel
alijs neceſſarijs ſpecialiter ea deputauerit, l. mulctarum. 5.
C. de modo mulctar. Hæc, de cauſis, ex quibus fiſco acqui
ritur ſufficiant, acquiritur tamen præter iſta fiſco ex cen-
ſibus, & tributis, vectigalibus, & alijs, de quibus infra dice-
33 tur ſuo loco. † Quibus autem ad fiſcum delatio competat
dicendum eſt. Et ſanè mulieres propter ſexus infirmitatē
deferre non poſſunt, l. deferre. 18. ff. de iure fiſci. niſi fortè
ſe ipſas deferant, l. ait 16. ff. eod. Idem de pupillis quoque
34 dicendum eſt, d. l. ait 16. † Clariſſimi quoque Viri deferre
non poſſunt, d. l. 18 in princ. Item damnati iudicio publi-
co, niſi ante damnationem delatio cœpta ſit, d. l. 18. §. 1. Ve-
terani quoque delatores eſſe prohibentur, d. l. deferre. 18. §.
veterani. & id propter honorem, & merita militiæ, vt ibi.
Idem de militibus dicendum eſt, d. §. veterani. Hinc mani-
feſtum fit rem turpem, & inhoneſtam eſſe deferre, & per
ea, quæ deduximus in gloſ. ſtatuti Vrbis lib. 2. ca. 2. & 88. &
35 vt patet in ſeruis. † Serui etiam delatores dominorum au-
diendi non ſunt, nec liberti delatores. l. Imperator. 2. ff. de
36 iure fiſci, l. ſeruum 6. C. de delator. † Idem dicendum eſt
de tutoribus, & curatoribus, nec non de procuratoribus,
qui deferunt eos, quorum tutelam, vel curam, vel patro-
37 cinium geſſerunt, d. l. 18. § item eos cum ſequentibus. † Sed
nec venditor, emptorem de re vendita deferens audiendus
eſt, d. l. 18 §. ſed ne is, plures huiuſmodi regulæ ſunt enu-
meratæ ſupra lib. 1. tit. 12. quæ huc commodè referri poſ-
ſunt. Sed locum non habent ſi quis ſe ipſum deferat, quē-
admodum exemplo fœminæ, & pupilli iam demōſtratum
38 eſt. † Sed & communem cauſam ſibi cum fiſco quiuis de-
ferre poteſt, nec per hoc famoſus eſt, licet non obtinuerit,
39 d. l. 18. §. ſed communem. † Nemo autem ſine fiſci aduo-
40 cato deferre poteſt, l. omnes. 5. C. de delatorib. † Quam-
cunque verò quæſtionem apud fiſcum (ſi non alia ſit ꝓ-
pria præſcriptio) viginti annorum ſilentio præſcribi cau-
tum eſt, l. quamcumque 3. ff. de requirendis reis, l. in omni-
bus. 13. in princip. ff. de diuer. tempor. præſcript. Quæ præ-
ſcriptio ſolet ex eo numerari, ex quo quid ad fiſcum perti
nere potuit, l. 1. §. præſcriptio, ff. de iure fiſci. Tamen cauſæ,
quæ ſtatim motæ ſunt & tractæ vltra vigeſimum annum,
differri poſſunt, & poſt vigeſimum annum, d. l. 1. §. penult.
Illæ quoque cauſæ, quæ à primo renunciatore proditæ dicū-
tur, etiam poſt annum vigeſimum poſſunt nunciari, d. l. 1.
§. fin. Superſunt nunc euentus delationis, & nunciationis.
41 † Horum primus eſt, quod is, qui ſe ipſum detulit, profi-
tendo ſibi, quod capere non poſſit, relictum eſſe, dimidiam
partem præmij nomine accipit, l. edicto. 13. l. cenſus. 15. ff.
de iure fiſci, l. 1. §. quod ſi ab vxore, C. de his, qui ſe defe-
runt. Nihilque intereſt, quæ cauſa impediat ius capiendi,
42 d. l. 13. §. nihil. † Planè id deferri debet, quod latet, non id,
quod iam ab alio eſt delatum, d. l. 13. in princ. & §. id autē.

43 † Si tamen cum ante apertum teſtamentum, tacitum fi-
deicommiſſum nunciatum eſſe ab his, qui fidem tacitam
ſuſceperant, deinde poſt apertas tabulas à fideicommiſſa-
rio delatum eſſet, Diuus Antoninus recipi poſſeſſionē eius
iuſſit, neque enim dignam eſſe præmio, tam præcipitem
feſtinationem prioris, & cum quis ſe nunciet non capere,
potius confiteri de ſuo iure, quam alium deferre videtur,
d. l. 13. §. cum ante. Sed & ſi non ei, qui defert, relictum eſt
fideicommiſſum, verum alij, quamuis deferentis actio, ſi
vtile eſſet fideicommiſſum, competeret: tamen præmium
delationis non ſortitur, puta ſi ſeruo deferentis relictum
ſit; item ſi cum defuncto incapaci tacitè relictum eſſet, hæ
res eius detulerit: nam hæredi dimidia pars non debetur,
niſi fortè defunctus, cum ſe deferre vellet, morte præuen-
tus, ſe non detulit, d. l. edicto. 13. §. ad hæredes, cum ſequen-
44 ti de iure fiſci. † Præterea ij, qui quaſi indigni repelluntur,
ſummouendi ſunt à præmio, id eſt ij, qui de inofficioſo te-
ſtamento egerunt, vel falſum dixerunt teſtamentum, qui
vſque ad finem litis oppugnauerunt teſtamentum, dict. l.
45 13. §. eos, qui. † Illud autem non intereſt, ſi is, qui alioquin
ad fiſcum deferre non poteſt ſe deferat. huic enim nihilo-
minus præmium dimidiæ partis debetur, vt fœminæ, pu-
pillis, &c. l. ait 16. ff. de iure fiſci. Quamuis item eius, cuius
fidei tacitè commiſſum eſt, bona ſint publicata, nihilomi-
nus ſe ipſum deferens præmium ſortitur, l. Arrianus. 42. ff.
46 de iure fiſci. † Planè is, qui ſe defert, dodrantis tantum nō
totius aſſis dimidiam partem aufert, l. cum tacitum. 49. ff.
eodem. Hæc de eo, qui ſe ipſum defert, dicta ſufficiant.
47 † Porrò ſi quis alium deferat, vel ſe ipſum inutiliter: ter-
tiam eius, quod defert partem præmij loco conſequitur,
niſi magis propriæ cauſæ, quam fiſci cauſa detulerit, l. 1.
C. de his, qui ſe deferunt. Ideoque delatoris opera non eſſe
functum Papinianus oſtendit, qui; fiſci pecuniam, quam
alius tenebat, ad ſui temporis adminiſtrationem pertine-
re, (quam probare non potuiſſet) contendit, quoniā pro-
priam cauſam egerat, l. fiſcus. 38. §. fin. l. delator 44. l. bona.
48 39 §. eum, qui ff. de iure fiſci. † Hæc de præmijs delatio-
nis, nunc de pœnis eiuſdem. Si igitur delator citatus non
comparuerit eadem pœna tenetur, qua teneretur ſi cau-
ſam non probaſſet, ſcilicet, vt præter infamiam, quam in-
currit, etiam tantum ab eo exigendum ſit, quantum aduer
ſarius ærario ſolueret, ſi delator ſuam delationem proba-
ret, l. 1. §. Senatus, ff. de iure fiſci, l. Senatus 15. §. Diuus, §.
quod ſi tribus, l. Arrianus 42 §. quia autem, ff. eod. Quod
tamen ita accipi debet, ſi non ſuam magis, quam fiſci cau-
ſam delator egerit: nam ſi ſuam magis, quam fiſci cauſam,
vel cauſam ſibi cum fiſco communem detulerit, quamuis
non obtinuerit impunitum ei erit, l. omnes. 5. in fine, C. de
delatoribus, l. deferre. 18. §. ſed communem, ff. de iure fiſci,
l. fiſcus. 38. §. fin. ff. eod. l. nulla 4. C. de delatoribus, l. bona.
39. §. cum, qui & l. delator. 44. ff. de iure fiſci. Idem dicen-
dum, ſi cum ab officialibus fundum, ſeu domum fiſci poſ-
ſidere diceretur, is non ſe, ſed alium eius rei poſſeſſorem eſ
ſe monſtrauerit, nam & hic macula, vel crimine delatoris
non adſpergitur, l. nulla 3. C. de delatoribus. Sed & ex va-
ria ſtatutorum diuerſitate ad id deculum eſt, vt hi, qui
Reipublicæ cauſas defendunt delatorum criminibus non
teneantur: cum omnibus notiſſimum, eos ſolos execrabi-
les nunciatores eſſe, qui fiſco deferunt, l. ex varia. 14. C. eo-
dem. l. 2. in princ. ff. de iure fiſci. Is quoque, qui officij neceſ
ſitate tractus detulit, non punitur, l. 2. C. eod. Idem dicen-
dum de eo quoque. qui non præmij conſequendi, item de
eo, qui vlciſcendi gratia aduerſarium defert, l. 2. in princip.
ff. de iure fiſci. Sed & ei, qui errore lapſus ſe ipſum detulit,
hoc nocere non debet: ſi modo talis ſit, qui iuris ignoran-
tia excuſatur, alioquin ei nocebit, l. edicto. 13. §. final. ff. eod.
49 l. 2. §. fin. ff. eodem. † Non autem ſolum delator cauſa non
probata punitur, ſed & mandator, quem delator debet ex-
50 hibere, l. non tantum. 24. l. 2. §. Diuus, ff. de iure fiſci. † Is au
tem, qui delatorem ſubmiſit in cauſa pecuniaria, eadem
pœna tenetur, qua tenentur hi, qui ob inſtruendas lites fal-
ſas pecuniam acceperunt, l. lege Cornelia. 9. § fin. ff. ad leg.
Cornel. de falſis, l. Senatus 15. §. 1. & fin. ff. de iure fiſci. &
per ea, quæ dicta ſunt ſupra lib. 1. tit. 36. Sed & qui delato-
rem ſubiecit, tantum in ærarium deferre iubetur, quātum
præmij nomine delator conſecuturus fuiſſet, ſi vicifſet, d.
§. 1. Si quis verò arguatur falſas rationes detuliſſe, de eo
præfectus ærario cognoſcere, & quantum fraudem inue-
nerit,

Digitized by Google

neiit, tantùm pecuniam in ærarium inferri uidere debet.
51 d. §. fin. † Cogitur autem delator ad finem perſequi ſuam
delationem, nec poteſt ſi velit deſiſtere, l. res, quæ. 22. §. ſi-
cut, ff. de iure fiſci, ideoque nec cum delato tranſigere ei li-
cet, l. Arrianus 42. §. quia autem, ff. eod. Hæc enim eueniũt
in delatore, de quo plura tradit Peregrinus de iure fiſci li-
bro 2. tit 1. per totum. & nos ſupra lib. 1. tit. 12. & in glo. ſta
52 tuti Vrbis lib. 2. c. 1. & 2. † In delato verò hæc ſolent eue-
nire, vt ſi delator, non comparuerit, is abſoluatur, ratione
tamen ſententiæ inſerta, quod propter contumaciam de-
53 latoris fuerit abſolutus. † Delatus autem non tenetur pro-
bare, vel dicere titolum ſuæ poſſeſſionis, l. rei, quæ. 22. §.
ſicut, l. extar. 25. ff. de iure fiſci. Qui verò delatus omiſſa de-
fenſione ſententiam redimere maluit, cum illi crimen obij
ceretur, quingentos ſolidos fiſco inferre iuſſus eſt, l. Impe-
54 ratores. 14. ff. eod. † Sed & pro confeſſo habetur, qui dela-
torem, vel iudicem corrupit, l. vlt. ff. de præuaricator. l. 2. in
princ. ff. de bonis eorum, qui ante ſentent. l. in fiſci 4. ff. de
iure fiſci, l. eius. qui. 29. ff. eod. l. tranſigere 18. C. de tranſa-
ctio. & ſupra lib. 1. tit. 12. & ſequent. & in gloſſa noſtra ſta-
tuto. Vrbis lib. 2. c. 1. & 2. & de his hactenus.

S V M M A R I V M.

1 *Fiſcus actionem habet ex tacito fideicommiſſo in rem.*
2 *Debitor fiſci per ſolutionem factam executori, an liberetur.*
3 *Miniſter rerum fiſcalium ſi ſoluendo non ſint, tenentur eorũ nominatores, vel conſortes, & ſocij.*
4 *Fiſcus conuenire poteſt debitorem ſui debitoris declaratur.*
5 *Hæreditate fiſco delata emcta debentur quoque rationes, & inſtrumenta hæreditaria.*
6 *Compenſatio etiam fiſco agenti apponi poteſt, declaratur.*
7 *Fideiuſſores liberantur ſi fiſcus ſuccedit ſuo debitori.*
8 *Exactor ſi ſit debitor debitoris fiſcalis non compenſat.*
9 *Actio fiſci eſt prius diſcutienda, quam priuati, ſi concurrant ad eandem hæreditatem.*
10 *Præſcriptio obſtat actionibus fiſci ſicut priuatorum.*
11 *Dilatio qua detur debitoribus fiſcalibus.*
12 *Fiſcus tenetur cedere actionem ſoluenti tributum pro ſe, & alijs contractos.*
13 *Hæres, qui non habita ratione tributorum prædia reſtituit ex cauſa fideicommiſſi, habet actionem pro exactione tributorũ contra fideicommiſſarium.*
14 *Fiſcus tenetur hæreditarijs creditoribus, hæreditate ad eum delata.*
15 *Alienata in fraudem fiſci reuocantur, declaratur in pluribus caſibus.*
16 *Fiſcus aufert, tunc poſſeſſoribus bona debitoris, ſi ipſe, vel hæres ſoluendo non ſit.*
17 *Alienata ab eo qui nondum erat fiſci debitor, non reuocantur.*
18 *In fraudem fiſci aliquid ſuſcipientes, quomodo puniantur.*
19 *Plures pro eadem cauſa in fraudem fiſci ſuſcipientes quid iuris.*
20 *Vſuræ non debentur de pecunia, quæ fiſco reſtituitur ab eo, cui in fraudem fiſci fuerat ſoluta.*
21 *Pœna pœnarum fiſco non debentur, nec vſura vſurarum, nec intereſſe de intereſſe. Etiam in pœnis conuentionalibus, n. 22.*
23 *Vſuræ non debentur pro fructibus debitis iudicis officio.*
24 *Seruitus ſeruitutis eſſe non poteſt.*
25 *Vſuræ dotales non debentur pro augmento dotis.*
26 *Vſuræ non debentur ex cauſa liberalitatis.*
27 *Creditori reſtituenti pecuniam ſibi datam in fraudem fiſci datur actio vtilis contra debitorem fiſci, eiuſque hæredes.*
28 *Conductor rei fiſcalis, qui alij ſublocauit tenetur ſi ſub conductor non ſit idoneus.*
29 *Conductor ex fiſcali fundo quid transferens, ſeu vendens tenetur ad duplum, imò quadruplum.*
30 *Tempore conductionis finito fideiuſſor liberatur.*
31 *Conductor non poteſt finito tempore cogi ad continuandum in conductione.*

De actionibus fiſci. Tit. 7.

De nunciatione, & delatione ad fiſcum, hactenus di-
ctum eſt: nunc de ipſius fiſci actionibus dicendum,
quamquam ex præcedentibus plura etiam ad eas
1 pertineant. † In rem autem actionem ex tacito fideicom-
miſſo fiſcus habet, l. Imperator 43. ff. de iure fiſci. Per quos
autem fiſcus ſuas actiones exercere poſſit, dicetur infra de
exigendis cenſibus, & tributis, nunc aduerſus quos actio
2 fiſco danda, videndum. † Et quidem ſi fiſci debitor exa-
ctori ſoluit cautione, ſiue Apocha à tabulario non ſubno-
tata, per eam ſolutionem non liberatur, l. 2. C. de conueniẽ
dis fiſci debitoribus. Prius tamen exactor à fiſco conueniẽ-
dus eſt, qui ſi ſoluendo non ſit, debitor, qui ſoluit, à fiſco
3 conueniri poteſt, d. l. 2. §. æquum. † Si item ſuſceptores tri-
butorum, alijque qui ad præpoſituram horreorum, & pa
gorum creati ſunt, fiſco fuerint reliquati, neque ſoluendo
ſint, nominatores eorum fiſco tenentur, l. 1. C. de ſuſcepto-
ribus. Quod ſi ne ab his quidem fiſcus ſuum conſequatur,
conſortes, atque ſocij ſuſceptorum, & exactorum tenebun
tur, dict. l. 2. l. exactores. 7. C. eod. l. quoniam. 3. C. de conue
niend. fiſci debitor. l. ſuper. 9. C. de iure fiſci, & Nouella c.
4 128. §. hoc quoque. † Sed & debitoris ſui debitorem fiſcus
conuenire poteſt, ſi debitor non inficietur, aliquin ſi ne-
get ſe debitori fiſci debere, abſoluendus eſt, l. debitum. 3.
C. quando fiſcus, vel priuatus. Si tamen exceptionem dila-
toriam, non peremptoriam opponat, adiuuari non debet,
ſed ad ſolutionem, nihilominus eſt compellendus, ſi modo
certum ſit debitum iri, l. 1. C. de condict. ex lege. Sed & re-
ſcriptis Principum cauetur, non aliter fiſcum debitorum
ſuorum debitores conuenire, niſi principales debitores de-
fecerint, vel ex ratione fiſci nomina facta liquido approbẽ-
tur, vel ex contractu fiſcali debitores conueniantur, l. non
prius. 4. C. quando fiſcus, vel priuatus, l. non intelligitur. 3.
§. multa, ff. de iure fiſci. Emptores quoque, atque poſſeſſo-
res bonorum debitoris fiſci, fiſco tenentur, vt dicetur infe-
rius, ſed de debitoribus multa affert Peregrinus in tractat.
de iure fiſci lib. 6. tit. 7. Is etiam, qui fiſci debitorem vi exi-
mit, in ſolidum debitum fiſco tenetur, l. quoties. 3. C. de e-
5 xactor. tribut. † Porrò delata, vel emcta fiſco hæreditate,
rationes quoque, & inſtrumenta hæreditaria debentur,
nec poſſunt vlla bona vacantia ad fiſcum pertinere, niſi
quæ deducto ære alieno ſuperſunt, l. Senatus. 15. §. Senatus,
ff. de iure fiſci, l. in fraudem 45. §. ex bonis, ff. eod. l. non poſ-
6 ſunt. 11. ff. eod. † Etiam fiſco agenti compenſatio poteſt op
poni, cum diſtinctione, de qua in l. aufertur. 46. §. vt debi-
toribus ff. de iure fiſci, l. fin. ff. de compenſat. Si verò non ſit
liquidum conceditur tempus ad liquidandum, quantum
indulgetur ad ſoluendum, d. l. aufertur. 46. §. qui compen-
ſationem. Alex. in conſ. 61. lib. 5. Tiraquel. de retract. ligna-
ger. §. 3. glo. 3. num. 11. & ſequen. Et compenſatio ſit ipſo iu
re ad inhibendas pœnas, & curſus vſurarum, l. idem. ff. de
compenſat. Verum ſi non pro eadem, ſed pro alia ſtatione
creditor ſit, non poterit fiſci debitor compenſationem ſui
crediti ex alia ſtatione opponere, l. 1. C. de compenſat. Al-
7 ciatus in conſ. 10. in 6. & in conſil. 57. in 8. † Si tamen fiſcus
ſuccederet vni, qui eſſet debitor, & creditor diuerſarum
ſtationum, ratione confuſionis illius fideiuſſores liberaren-
tur, l. 2. C. de ſolutionib. vbi Bald. Salycet. & alij. Verum de-
bitor ex cauſa tributorum, ſtipendiorum, annonæ, vel pro
precio rei emptæ à fiſco non compenſat, d. l. aufertur. 46. §.
vt debitoribus. Vel pro vectigalibus, l. in ea, C. de compen-
8 ſat. † Item ſi exactor ſit in ſui ſpecie debitor debitoris fi-
ſcalis compenſare nequit cum eo, & compenſatio ſi facta
ſit, nullius eſt momenti, l. penult. C. eod. Nec decimas exi-
genti obijci poteſt. 16. q. 1. c. de decimis, vbi glo. Alex. in ad-
9 dit. ad Bart. in l. 1. C. de exactoribus lib. 10. per illam gloſ. † Si
autem priuatus ſimul, & fiſcus eandem petat hæreditatẽ,
priuati actio differenda eſt, donec fiſci cauſa peragatur, l.
10 apud. 35. ff. de iure fiſci. † Quod verò ad temporis præſcri
ptionem attinet, ea fiſcalibus actionibus æquè, ac priuatis
obſtat, l. iuſtas 6. C. eod. Quandiu autem fiſcales actiones
competant, dictum eſt ſupra in titul. præcedẽti. Bona quo-
que rei conuenti ante ſententiam inquietanda non ſunt,
neque ipſi reo defenſio deneganda, leg. defenſionis. 7. C.
11 de iure fiſci. † Petenti etiam ad comparandam pecu-
niam dilatio danda eſt, leg. in fraudem 45. §. fiſcalibus,
ff. de iure fiſci. Cuius rei æſtimatio ita arbitrio iudicantis
conceditur, vt maioribus ſummis non plus quam tres men
ſes, in minoribus vero non plus quam duo prorogetur, d.
§. fiſcalibus. Prolixioris autem temporis ſpacium ab Impe-
12 ratore poſtulandum eſt, dict. §. fiſcalibus. † Si quis verò v-
nus ex pluribus expediendi negocij cauſa tributa in ſoli-
dum ſoluerit, aduerſus cæteros, quorum æquè prædia te-
nentur, ei, qui ſoluit actiones à fiſco præſtandæ ſunt. quia
quo-

quodammodo nominum venditorum precium acceptum
13 videtur, l.cum poſſeſſor 5. ff.de cenſibus. † Sed & hæres,
qui non habita ratione tributorum ex cauſa fideicommiſ-
ſi prædia reſtituit, actionem aduerſus fideicommiſſarium
14 habet, d.l.5. §.qui non. † Bonis autem ad fiſcum delatis,
puta ijs hæredi tanquam indigno ademptis, nihilominus
ea, quæ in teſtamento relicta ſunt, valent, & fiſcus credi-
toribus hæreditarijs tenetur, l.dicitur 14.l.intelligitur 3.§.
cum ex cauſa, ff.de iure fiſci. Peregrinus eod.tract. libro 5.
tit.2.num.14.& ſequentibus. Hæc de fiſci actionibus in ge
nere dicta ſunt. Nunc de duabus fiſci actionibus in ſpecie
eſt dicendum, primum quidem, quæ datur fiſco ad reuo-
canda ea, quæ debitor in fraudem eius alienauit: altera ex
15 locato. † In fraudem igitur fiſci alienata reuocantur ſine
diſtinctione, verum per donationem, an alio modo quocū-
que res fuerint alienatæ, l.in fraudem 45.in princ.ff.de iu-
re fiſci, de qua re plura retulimus in gloſa noſtra ad ſtatu-
tum vrbis lib.1. c.115. Sed & ſi eum acquirere poſſet debi-
tor, in fraudem fiſci non acquiſiuit, actioni locus erit, d.l.
45.ibi, idem iuris eſt. Planè cum quidam capitis reus eman
cipaſſet filium, vt hæreditatem delatam adiret: reſcriptū
eſt, non videri in fraudem fiſci factum, quod acquiſitum
non eſt, l.cum quidam 26. ff.de iure fiſci. In fraudem fiſci
datas libertates retrahi placuit, d.l.45 §.à debitore. Debi-
torem tamen ita ab alio emere mancipium, vt manumit-
tat prohibitum non eſt, d.§.à debitore, ergo tunc & liber-
16 tatem præſtare poterit, d.§.à debitore. † Tunc demum au
tem filius poſſeſſoribus bona debitoris ſui auferre poteſt,
ſi debitor ipſe eiuſque hæres ſoluendo non eſt, l.moſchis
47.ff.de iure fiſci, l.1. C.de conueniendis fiſci debitoribus.
17 † Sed & alienata tanquam fiſci debitor eſſe cœperit, reuo
canda non ſunt, l.ſi quis 9.§.ſed in ijs, C.de bonis proſcrip.
l.1.C.de iure fiſci, l.ſi debitor 4.C.de priuilegijs fiſci, & per
18 ea quæ dicta ſunt ſupra lib.2. tit.56. † Hæc actio in eum,
qui aliquid ſciens in fraudem fiſci ſuſcepit, in duplum da-
tur, l.auffertur 46 §.1.ff.de iure fiſci, l.defenſionis 7. ibi, &
aliud tantum, C eod. Interdum in quadruplū, l.qui contra
19 8.C.eo.& d.l.46.§.fin. † Ita tamen, vt ſi plures in fraudem
fiſci ſuſceperint, non vt in furti actione ſinguli ſolidū, ſed
omnes ſemel quadrupli pœnam pro virili portione debeāt,
d.l.46.§.fin. Pro non idoneis tamen idonei tenētur, d.§.fin.
20 † Planè non eſſe præſtandas vſuras, cum pecunia, quæ cre
ditori in fraudem fiſci ſoluta eſt, reuocatur, cōuenit, quo-
niam res, non perſona conuenitur, l.pecunia 5. C.de priui-
legijs fiſci, l.denique 19.ff.de iure fiſci. Sed ex ſuis cōtracti-
bus fiſcus illas accipit, l.cum quidam 17.§.fiſcus, ff de vſu-
21 ris, l.Herennius 43.ff.eod. † Pœnæ verò pœnarum, & vſuræ
vſurarum, intereſſe de intereſſe, fiſco non debentur, l.fin.ff.
de magiſtra.conueniendis, l.1.C.de fiſcalibus vſuris. & no-
tatur in l.fin.C.de vſuris rei iudic. l.improbum fœnus, C.
de infamibus, l.fin. C.de vſuris. Alberic.in l.ſocium. ff.pro
ſocio. Ruyn.In conſil. 55.num.15.in conſ.56. nu.16.libro 2.
22 Dec.in c.cum venerabilis, de except. † Siue pœnæ ſint con-
uentionales ſiue legales, & quod ex pacto in ſortē ſint de-
ductæ, glo.& Bar.in d.l.1.C.de fiſcalib.vſuris, idem Bart.
in l.2.ff.de pub.iud. Non .n. datur acceſſio acceſſionis gl.&
Bal.in l.neque eorum, ff.de vſuris. Neque officium officij,
glo. Bal.& Angel.in l.hæres furioſi, in verbo fructuum, ff.
23 de petit hæredit. Bald.in l.2.C.de fruct.& lit.expen. † Vbi
inferunt, quod pro fructibus iudicis officio debitis vſuræ
non debentur, quia officium officij iudicis non cōceditur,
24 vt eſt caſus in l.cum qui, in princ. ff.de indignis. † Sic etiā
nec ſeruitus ſeruitutis eſſe poteſt, l.1. ff.de vſufructu lega-
25 to. † Nec lucrum de lucro, ideoque pro augmento dotis
conſtituto, non deberi vſuras dotales, quia lucrū eſt, reſpō
dit Corne in conſ 246. lib.3. Nec pro contra dote, quia eſt
donatio, quamuis pro dote debeantur, vt dicit Afflict. in
26 deciſ.291. † quia vſuræ non debentur ex cauſa liberalita-
tis, l.liberalitatis, ff.de vſuris, Decian.in conſ.49.num.47.&
ſeq.lib.2. de hac re plura retulimus in glo. ſtatuti vrbis, li-
bro 1.c.137.& infra tit.33.num.21. Et de lucro dotis, quod
poſt moram in ſoluendo illud debeantur ſecundū ea quæ
proponebantur per D. Alphonſum Fictum cauſæ Patro-
num, tenui & obtinui in Romana fructibus lucri dotalis
27 relata in d.glo.lib.1.c.129. in fine. † Poſtremò reuocata pe-
cunia, quæ creditori in fraudem fiſci ſoluta erat, creditori
vtilis datur actio tam aduerſus debitorem, eiuſque hære-
des, quam aduerſus debitores, & pignora, nec intereſt, id
ipſum quod ſolutum eſt, an tantumdem repetatne, l.de-
fetre 18 §.fin.ff.de iure fiſci, l. Titius 21.ff.eodem. Nunc de
locati actione, quæ fiſco competit, quædam notanda ſunt.
Et quidem quoad cauſas huius actionis attinet, de ijs di-
28 cetur infra in locationibus rerum fiſcalium. † Illud notan-
dum eſt, quod ſi quis rem fiſci certa penſione conduxerit,
ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum, eamque rurſus alij lo-
cauerit, qui non ſit idoneus, is pro eo quem ſuccedaneum
ſubrogauit, teneatur. Non tamen tenetur vltra eam quan-
titatem, qua ipſe conduxit, licet rem alij pluris locauerit, l.
moſchis 47.in princ.& §.fin. ff.de iure fiſci, l.quicunque 3.
C.de fundis rei priuatæ. Hinc deducebam D. Alexādrum
Donum prouinciæ Marchiæ theſaurariū potuiſſe, & ſub-
locare, & ſubconducere ab alio Cameræ conductore abſ-
que periculo incurrendi pœnam aliquam, dum tunc con-
trarium firmiter prætendebaut, ſub prætextu quod ſicut
tutor, & curator non poſſunt clam, & latenter contrahere
cum pupillo, & minore, ita non potuerit Donus iam con-
ductor Cameræ ab alio res Cameræ ſubconducere, Came-
ra ipſa ignorante, citra pœnam quam tutores ipſi incurrūt
latenter contrahendo cum pupillis, quæ prætenſio quāuis
à principio firmiter prolata, & diu in ancipiti retenta, ta-
men ex antedictis legibus id expreſsè conductoribus fiſci
29 concedentibus, euanuit. † Si tamen conductor ex fundo
fiſcali aliquid tranſtulerit, cupreſſi materiam vendiderit,
vel oliuæ, non ſubſtitutis alijs, arboresve pomiferas ceci-
derit: facta eius æſtimatione in quadruplum tenetur, l.in
30 fraudem 45.§.penult.ff.de iure fiſci. † Finito autem condu
ctionis tempore, fideiuſſor non vlterius pro cōductore in-
31 uitus obligatus eſt. † ſed nec ipſe conductor inuitus in cō-
ductione detineri poteſt, quamuis alius conductor reperi-
ri non poſſit, l.non intelligitur 3.§.cū quinquennium, ff.de
iure fiſci. Sed & plures fiſcalium actionum ſpecies tracta-
buntur in ſequentibus, & primum agendum eſt de cenſi-
bus, & tributis.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus à fiſco imponitur, aut perſonis, aut rebus.*
2 *Cenſus perſonalis ſeu capitatio quibus, & quomodo imponatur, ac exigatur.*
3 *Cenſus quomodo rebus imponatur.*
4 *Cenſus a fiſco quomodo imponi poſſit prædijs ſterilibus.*
5 *Tributis, & cenſibus omnium bona ſunt obnoxia, declaratur* 6.
7 *Immunitas à ſolutione tributi concedi poteſt ab Imperatore.*
8 *Priuilegium datum rebus tranſit ad ſucceſſores.*
9 *Priuilegium conceſſum Ciuitati tranſit ad ſucceſſores.*
10 *Immunitas in vrbe conceſſa officinis, & tabernis.*
11 *Tributum an ſit ſoluendum in ea Ciuitate, in cuius territorio eſt ager.*
12 *Tributi, vel cenſus indictio ſine Imperiali authoritate non valet.*
13 *In cenſum prædia quibus æſtimatis ſint deducenda.*
14 *Indictio cenſus quomodo facienda.*
15 *Peræquatores cenſuum puniuntur ſi rectè non induxerint.*
16 *Grauatus in indictione cenſus quid agat.*

De Cenſibus, & tributis. Tit. 8.

AD res fiſco adquirendas pertinent, & cenſus, &
tributa, ideo de illis eſt agendum. Primum autem
de illis indicendis dicetur: Deinde de illis exigen-
dis, & ſuſcipiendis: poſtremo de ijs tranſmittendis, & trāſ-
1 uehendis. † Cenſus igitur partim perſonis imponitur, &
capitatio appellatur, partim rebus. l.cum autem. 10.C. de
2 agricol. & cenſit. † Cum autem antea per ſingulos viros,
per binas vero mulieres capitis norma eſſet cenſa, tandem
binis ac ternis viris, mulieribus autem quaternis ius vnius
capitis pendendi tributum eſt d.l.10. Ab hac verò capita-
tione excipiuntur plebs vrbana, & coloni Thracenſes. l.1.
C.de colon. Thracēſibus. Sed & quibuſdā ætas tribuebat,
ne tributo onerarentur: veluti in Syrijs à 14.annis maſculi,
à 12 fœminæ vſque ad 65. annum tributo capitis obliga-
bantur, ætas autem ſpectabatur cenſendi tempore, l.ætatē
3 3.ff.de cenſib. † Rebus ita cenſus indicuntur, vt lacus quoq;
piſcatorios, & portus in cenſum dn̄s deferre dēat, l.forma
4.§.lacus, ff.eo. Salinæ quoq; ſi quæ ſūt in prædijs, æquè &
4 ipſæ in cēſum deferēdæ ſunt, d.§.lacus. † Deſerta quoq; &
ſteri-

ſterilia prædia ijs,qui fertilia poſſidēt attribuēda ſunt, &
ab ijs in cenſū deducenda, ſi iis qui ſterilia tantū hēt, ea in
cenſū deducere recuſet, l.omne 4.C.de cenſibus, & cenſi-
tor.l.hærede 4.C.de omni agro deſerto, l.qui fundos.9. C.
eo.l.qui per.10.l.2.l.qui vtilia.5.l.quiſquis 6.l. quicumq.7.
C.eod.l.fundos.20.C. de fundis patrimonialibus. Eccleſia
tamen ſterilibus prædijs oneranda non eſt. Nouella conſt.
120 §.ad hæc.cum allegatis ſupra tit.52. Sed & alia hoc ca
ſu remedia præſcribuntur in iure, quo fiſcus indemnis ſer
uetur, vt in l.1.C. de omni agro deſerto. in l.quiſquis 6. in
fine,in l.quicumque 3.C.eodem,in l.quiſquis.3.C.de agri-
col.& cenſit. Inter quæ potiſſimum eſt,vt fundos patrimo
niales deſertos priuato iure poſſidere liceat, vt in cenſum
deducantur,l.quicumque.7.in princ. C. de omni agro de-
ſerto,l.vniuerſo.9. C.de fundis patrimonial.l. ſi quis. 5. C.
eod. Vel vt alios non patrimoniales,ſed priuatos deſertos
occupanti concedat,cum certa conditione,de qua in l.qui
agros.8.C.eod.in l.rura. 14.C.eod.in l.apud.7.C.de cenſib.
& cenſit. in l.locorum 11. C. de omni agro deſerto. † Om-
5 nium autem bona cenſibus,& tributis obnoxia ſunt, etiam
eorum,qui alias à muneribus excuſantur,leg.5.C. de indi-
ctionib.l.1.C.de immunita.nemini concedenda.l.omnes.4.
C. de annonis,& tributis , & Diuus Paulus ad Romanos.
13.ſubditi eſtote, &c. Proinde & eorum, qui in dignitate
poſiti ſunt, prædia publicis neceſſitatibus obnoxia ſunt , l.
obſiſtere.9.C.de annonis,& tributis,l.actores.4 C. de exa-
ctorib.tribut.l.de ijs.3.C.de Epiſc.& Cleric.l.vlt.C.de exa-
ctorib.tribut.Quinimo Imperator,& Eccleſia res tributa-
rias emens,tributa pro ijs ſoluere tenetur, d.l.3.& d.l.vlt.
Transeunt enim bona in quoſcumque quantumuis priui-
legiatos cum ſuis,& publicis,& priuatis oneribus,Clem.s.
de cenſibus,Archidiac.Anchar.Geminian. & Imola in ca.
s.de immunit.Eccleſ.Angel.in conſ.24.& in conſ.206.in fi-
ne.Stephanus Auſrer. de poteſtate ſæculari in Eccleſiaſti-
cos regula.2.fallent.4.& 27.Salvcetus,Butrig. & Bartol.in
l.placet,C.de ſacroſanct.Eccleſ.Tiraquel. de primogenijs,
q.43.num.9.& ſupra lib.3.titu.68.cum alijs relatis in Syn-
tagma commun opin.loco 1.tit.4.ca. 10.per totum. etiam
reſpectu fori Auſrer.vbi ſupra.Surd.deciſ.20. in fine citat
6 plures. † Prædia tamen Italica ab hoc onere immunia sūt,
nec non quarumdam aliarum Ciuitatum. & Prouinciarū,
quæ iuris Italici eſſe dicuntur,vt Phenicē in Syria,Lugdu-
num in Gallia,Colonia Agrippina in Germania,& aliæ plu
res,quæ enumerantur in d.l.3.ibi.dumtaxat,C.de Epiſco-
pis,& Clericis in l.fin.ibi.iuris Italici, ff. de cenſibus in l. 1.
ff.eod.in l.fin.ff.eod.in l.iuris.7 ff.eod.in l.1.C.de priuilegijs
Vrbis Conſtantinopolitanæ. Vt in iſtis locis prædia à cenſi-
bus , & tributis libera in poſſe ſæcularium, talia transeant
7 etiam ad Eccleſiam per allegata paulo ſuperius . † Benefi-
cio quoque Imperatoris quorumdam prædijs immunitas
concedi poteſt,vt conſtat ex allegatis,& ex l.in fraudem.6.
8 C.de annonis,& tributis. † Et quamquam priuilegiū per-
ſonæ datum,cum perſona extinguatur , tamen rebus datū
priuilegium ad ſucceſſores in rebus tranſit, l. ætatem. 3. §.
9 rebus,ff.de cenſibus. † Idem dicendum, ſi Ciuitati immu-
nitas ſit conceſſa: nam & hoc beneficium ad poſteros tranſ
10 mittitur,l.forma.4.§. quamquam de cenſibus. † Officinæ
quoque, ſiue tabernæ Vrbis immunitatis beneficio dona-
11 tæ ſunt. Nouella c.43. † Porrò ſi quis agrum in alia Ciuita
te habet,in ea Ciuitate eum in cenſum deducere,ac profi-
teri debet, in qua ager eſt: agri enim tributum in ea Ciui-
tate debet leuari,in cuius territorio poſſidetur , d.l.4. §. ſi
12 verò quis, ff.de cenſibus. † Nullius autem cenſus, vel tri-
buti indictio ſine Imperiali authoritate valet, l.1.C. de ſu-
13 perindicto. † Ita autem prædia in cenſum deducenda
ſunt. Nomen fundi cuiuſque,& in qua Ciuitate,& in quo
pago ſit,& quos duos vicinos proximos habeat:& aruum,
quod in decem annis proximis ſatum erit , quot iugerum
eſſe videatur, vinea quot vites habeat , oliuetum quot iu-
gerum,& quot arbores habeat, pratum,quod intra decem
annos proximos ſectum erit, quot iugerum, paſcua quot
iugerum eſſe videantur,item ſyluæ cæduæ omniaque ipſe,
qui defert æſtimabit,l.forma.4.in princ.ff. de cenſibus. Il-
lam autem æquitatem debet admittere cenſitor, vt officio
congruat releuari eum , qui & in publicas tabulas delato
modo frui certis ex cauſis non potuit. Quare & ſi agri por
tio chaſmate perierit,debebit per cenſitorem releuari,ſed
& ſi vites mortuæ ſint, vel arbores aruerint,iniquum fue-
rit eum inſeri numerum cenſui.Quod ſi exciderit arbores
vel vites , nihilominus iubetur eum numerum profiteri ,
qui fuit cenſus tempore , niſi cauſa excidendi probauerit
cenſitori,d.l.4.§.illam. ff.de cenſibus. In ſeruis deferendis
obſeruandum eſt, vt & nationes eorum, & ætates,& offi-
cia ſpecialiter,& artificia deferantur,dicta l.4.§. in ſeruis.
14 † Porrò per vnamquamque indictionem particulares de-
legationes contributionum futuræ indictionis inſinuari iu
bentur,quæ ſignificent quantum in quaque Prouincia, ſi-
ue Vrbe cuique iugerum , villarum, aliorumve quorum-
cumque nomine iam in ſpecie, quam auro publicorum
tributorum titulo impoſitum ſit, quæque declarent tum
ſpecierum æſtimationem , tum quid ex ijs in arcam infer-
ri,aut in quacumque Prouincia præſtari,inſumive conue-
niat. Nouella c.128. in princip. De prædijs verò deſertis à
Peræquatore alij aſſignandis,& de huius aſſignationis eſſe
15 ctu dictum eſt paulo ſuperius,numer.4. † Sed & punitur
Peræquator, ſi non rectè cenſum, & tributum indixerit, l.
peræquatores.6.C.de cenſibus,l.5.C.de diſcuſſoribus. Ve-
rum vitia priorum cenſuum editis nouis profeſſionibus
euaneſcunt,l.2. ff.de cenſibus.Si quis nō omnia fuerit pro-
feſſus, quid iuris habetur in d.l.forma.§. ſi quis inquilinū.
Vel ſi aliquid in fraudem cenſus collator egerit, quid iuris
habetur in l.2.C.de cenſib.& cenſitor.& in l.3. C.eodem.
Quæ poſt cenſum indictum acquiſita ſunt debent profite
16 ri, d.l.4.§. quæ poſt. † Verum ſi quis in cenſu indicendo ſe
grauatum quæratur quid iuris definitur in l.qui grauatos.
1.C.de cenſibus, & in l.1.C.de cenſib. & cenſitor. Si quis e-
mendationem non rectè petierit,nullum ex eo ſentit præ-
iudicium,d.l.4 §.fina.ff.de cenſibus.Nam Imperator hor-
tatur non grauatè tributa ſoluenda.Nouella c.8.§. ex quo
autem vſque ad §.volentes. Nimia profectò hæc diligen-
tia eſt,contra quam non ſine ratione inuehit Diuus Augu-
ſtinus de Ciuitate Dei , & Lypſius de magnitudine Vrbis
Romæ lib.2.c.2.& Petronius Arbiter,dum ita cecinit.

Orbem iam totum Victor Romanus habebat
Qua mare,qua terra qua ſydus currit vtrumque,
Nec ſatiatus erat.grauidis freta pulſa carinis
Iam peragrabantur,ſi quis ſinus abditus vltra,
Si qua forte tellus,qua fuluum mitteret aurum,
Hoſtis erat: fatiſque in triſtia bella paratis
Quærebantur opes non vulgo nota placebant
Gaudia,non vſu plebeio trita voluptas.

& cætera.

SVMMARIVM.

1 *Exactio tributorum,& cenſuum,quomodo facienda.*
2 *Tributo ab alio debito non debet alius, vel alterius prædium mo leſtari.*
3 *Tributum ab ipſo domino,non à Colono eſt exigendum.*
4 *Tributum a poſſeſſore fundi, qui percipit fructus exigendum.*
5 *Tributum debitum in argento poteſt ſolui in auro.*
6 *Aurum coronarium,quod.*
7 *Auri libra in ſeptuaginta duos ſolidos accepto fertur.*
8 *Aeris precia,quomodo commenſurentur auro.*
9 *Tributum augetur aucto, & meliorato fundo, declaratur numero 10.*
11 *Vectigal, ſeu tributum exigitur etiam à poſſeſſoribus præteriti temporis,declaratur num.12.*
13 *Exactores tributorum debent prius exhibere ſpeciale mandatum.*
14 *Tributa ſoluere recuſans eſt cogendus.*
15 *Tributa ſoluentibus ſunt quietantia facienda.*
16 *Pecunia tributorum ſtatim ad theſaurarios eſt remittenda.*
17 *Tributorum exactio quando facienda.*
18 *Exactor,quod offertur ex tributis ſemper debet accipere.*
19 *Tributum ſi intra annum ſolutum non ſit,quid iuris.*
20 *Tributorum cauſa potior omni alia.*
21 *Tributum non ſoluens cogitur,& qualiter.*
22 *Tributi nomine plus debito exactum quid iuris.*
23 *Tributi nomine minus debito exactum quid iuris.*
24 *Exactor ſi oblatum recipere recuſet , vel in ſuos vſus receptum conuertat,quid iuris.*
25 *Oeconomia Romana circa exactiones tributorum.*

D:

De exigendis, ac ſuſcipiendis cenſibus, & tributis. Tit. 9.

1 NOn † minorẽ diligẽtiã in cenſibus, & tributis exigẽ
dis, ac ſuſcipiendis quam in illis indicendis adhibe
bant veteres Romani, de hac conſtat ex præceden
ti tit. ex illa hic eſt diſſerendũ. Quã primũ de illis exigẽdis,
ac ſuſcipiendis cautũ, vt exigendi munus ad Præſidẽ Pro
uinciæ eiuſque officiũ pertineat, nec Palatinis ab eo deman
dari poſſit, l. in fiſcali. b. 6. C. de exactor. tribut. l. 2. C. de Ca-
none largit. titul. l. 1 C de collat. fund. l. 1. C. de executor. &
exactor. l. 1. C. de offic. Præfect. Auguſt. Nouella c. 134 §. ad
2 hæc iubemus, & ſup. lib. 1. tit. 5 † Deinde, ne alius, vel alie-
nus prædia pro tributo ab alio debito moleſtentur, l. hac
definitione. 12. C. de omni agro deſerto, l. vlt. C. eo. Nouel.
3 c. 128. §. itẽ nemo. † Item, vt ab ipſo Domino prædij, non à
Colono tributũ exigatur, niſi fortè Colonus habeat ꝓprias
poſſeſſiones, l. hi penes 4 C. de agricolis, & cẽſit. l. Colonos.
4 15. C. eod. † Sed & poſſeſſor fundi, qui fructus percipit, nõ
author, de tributo conueniri debet, l. 1. C. de annonis, & tri
5 butis. † Daturque facultas ei, qui argentũ debet, vt pro eo
aurũ inferat, ita vt pro ſingulis libris argẽti quinos ſolidos
auri inferat, l. 1. C. de argenti precio. Ad collationẽ tamẽ au
ri coronarij, nemo abſque conſuetudine eſt cogẽdus, l. 1. C.
6 de auro coronario. † Aurũ coronariũ definitore Gell. lib. 5.
c. 6. Coronæ aureæ q̃ Imperatorib. ob honorẽ triũphi mit-
tuntur. Bapt. verò Egnatius in adnotar. ad Capitol. eſſe, qđ
Ciuitates, & oppida nouis Imperatoribus offerebãt ſub co
ronariũ ſpecie. Equidẽ ab Imperatorũ definitione diſcede-
re non auſim. Aiunt igitur aurũ coronariũ, eſſe id, quod of
fertur à curiarũ ordinibus, vel amore proprio, vel indulgẽ
tiarũ lætitia, vel rebus proſperè geſtis, l. quæ diuerſarũ, C.
Theodoſiani. de auro coronario, Hoc aũt non niſi ab admo
nitis, & ex conſuetudine præſtabatur, d. l. quæ diuerſarũ, &
l. ſequ. C. Theodoſiani. Hanc ſolã Iuſtinianus in Codicẽ ſui
nominis tranſcribi iuſſit, citata ſup. d. tit. C. lib. 10. Huius ẽt
meminit l. pen. C. de Iudæis. Vetranius de iure liberorum, c.
10. Forcatulus in Cupidine Iuriſperito. c. 20. num. 1. Origo
eius, vt ſocij, & amici, Victori Imperatori coronas aureas
offerrent, quaſi gratulantes, & meritũ ei caput cingentes.
Itaque primò quidẽ Coronæ ipſæ datæ ſunt, aut miſſæ: po-
ſtea inualuit, vt pro ijs pecunia offerretur. Hæc accepta à
ſocijs, aut ſubditis, & ſicut manubias ab hoſtibus legebant,
ſic ſpolia iſta occulta ab amicis. Mos planè vetus, & à Græ
cis, ni fallor, ad Romanos imitatione trãſlatus. Apud Athe
næũ li. 12. Chares in rebus Alexandri magni, ait, poſt victũ
Dariũ miſſas Coronas partim à legatis gentiũ, alijſque, æſti
mata decẽ millibus, ac quingentis talentis. Iã apud Roma-
nos crebrũ, vt in Liu. li. 20. 18. eum Cn. Mãlius Gallogræcos
viciſſet, eoque terrore Aſiã liberaſſet; miſſæ vndique lega-
tiones non gratulatũ modo venerunt, ſed coronas etiã au-
reas, pro ſuis quæque facultatibus, attulerunt. Itaque idem
Manlius in triũpho tulit teſte Liu. 20. 19. Coronas aureas
ducentas duodecim, pondo, id eſt, vt ſingulæ fuerint libra-
les. ſed et aliàs numeri minoris miſſas faciamus Flaminio
Scipioni, & alijs Romanis Imperatoribus donatas. Appia-
nus Cæſari dono datas bis mille octingentas viginti duas,
eaſque pondo viginti millũ quadtingentorũ quatuorde-
cim profert. Tertul. in libello de Corona, inquit. Sũt & Pro
uinciales aureæ, imaginũ iã, nõ virorũ, capita maiora quæ-
rẽtes. Benè prouinciales, q̃a ab ijs datæ. Nec coronæ ſolũ ip
ſæ, ſed aurũ, ac pecunia ad coronas, atque id propriè aurũ
7 coronariũ, de quo in d. l. 1. C. de auro coronario li. 10. † Quo
tieſcũque aũt certa ſumma ſolidorum pro tituli qualitate
debetur, aut auri maſſa tranſmittitur, in ſeptuaginta duos
ſolidos libra accepto ferenda eſt. l. quotieſcũque 4. C. de ſu
ſceptorib. Sed & quoties de qualitate ſolidorũ orta fuerit
dubitatio, placet p ſingulas Ciuitates vnũ conſtitui, qui ꝓ
ſua fide, atque induſtria, neque fallat, neque fallatur, eãq;
8 cõtentionẽ dirimat, l. 2. C. de põderib. † Aeris precia ita exi
gẽda ſunt, vt pro viginti libris aeris, vnus auri ſolidus à poſ
9 ſeſſore ſoluatur, l. 1 C. de collat. aeris. † Præterea meliorato,
& aucto fundo, augetur quoque, & eius tributũ: queẽadmo
dũ contra deminuto fundo eiuſque æſtimatione, tributũ
quoque deminuitur, l. 2. C. de alluuionib. l. ea, quę. 3. C. eod.
10 † Niſi latens ſit incremẽtũ, vt per alluuionẽ, nõ per inunda
tionẽ, d. l. 3. in prin. Vel niſi diligẽtia, & ſumptibus poſſeſſo
ris ꝑdia ſint meliorata, & aucta, l. ſi quis. 16 C. de oĩ agro
deſerto, l. 2. C. de fundis rei priuatæ. ſed cõſulẽda eſt g[illegible] ibi
11 de his. † In vectigalibus, & tributis, quũ ipſa prædia, non
pſonæ cõueniũtur, poſſeſſores ẽt præteriti tpis vectigal ſol
uere tenẽtur, eoque exẽplo actionẽ, ſi ignorauerint, habẽt,
l. Imperatores. 7. ff de publicanis, l. cũ poſſeſſor. 5. §. ſi. de cẽ
ſib. l. 1. C. de annonis & tributis, l. prædijs 36 ff. de iure fiſci.
12 † Si tamẽ prædia deſerta, vel quod prior poſſeſſor non ſol
uit, ſed alũ à Peræquatore ſint tranſlata, nouus poſſeſſor
præteriti tpis tributũ ſoluere nõ cogitur, l. locorũ 11 § ſi. C.
de omni agro deſerto, l. apud. 7. C. de cenſib. & cẽſit. l. a. C.
de fundis rei priuatæ. Nouel. c. 128. § ſi quãdo Suſceptores
quoque noui nõ modo præſentis anni debita, verũ etiã ſpe
cies, quas ex reliquis inferũt, q̃a nouæ ſunt accreſcẽtes. ſu-
13 ſcipere iubẽtur, l. ſuſceptores. 3. C. de ſuſceptorib. † Hi ve-
rò, qui ad exigẽda tributa mittũtur, mãdatũ ſpeciale ante
exactionẽ in prouinciali iudicio eo noĩe inſinuare debent,
q̃ & in priuatis debitis obſeruãdum eſt. Nouel. c. 128. §. qui
14 verò. † Quo facto ſi qui tributa ſoluere recuſauerint, per
Præſidẽ Prouinciæ cogẽdi ſunt. Nouell. c. 8 § proinde cum
15 ita. † Soluẽtibus aũt Apochæ ab exactoribus eædæ ſunt, q̃
& pecuniæ numeratæ, & ſpecierũ, nec nõ iugorũ, ſiue vil-
larũ, ſiue ẽt cẽturiarũ quãtitatẽ, pręterea poſſeſſorũ, pro
quibus tributa pẽdũtur, nomĩ cõtineãt Nouel. c. 128. §. inſu
per definimus. Nouel. c. 17. §. cõpelles etiã & l. 1. §. ſed & au
16 rum, C. de apochis publicis. † Exacta verò pecunia ſtatim
ad theſaurarios Prouinciæ referri, ac cõſignari debet, nun-
ciarique ab executore qd exactũ ſit, quidque perlatũ; tõ-
que ſingulis annis reddenda, l. 1. C. de canone largitio. tri-
but. l. diu. 6. C de ſuſceptor. l. 1 in fin. C. de offic. Comit. ſa-
crar. largit. l. 1. C. de auri publici perſecutore, l. apparitores.
5. C. de exactor. tribut. l. neminẽ. 8. §. integro, C. de ſuſcept.
17 l. ſiue ea. 3. C. de executor. & exactorib. † Porrò de tpe exa
ctionis notãdũ, q̃ ſpecierũ quidẽ illatio protinus ex primor
dijs, cuiuſque indictionis incipiat, tituli verò a[illegible]
18 tis tpibus. Nouel. c. 128. §. porrò. † Particularis quoque ſo-
lutio fieri põt, & id quod offertur q̃ncũque intra annũ exa
19 ctor ſuſcipere cogitur, l. miſſi. 7. C. de exactor. tribut. † Qđ
ſi intra annũ tributũ ſolutũ nõ ſit, quo minus prædiũ iure
pignori diſtrahatur, oblata moratoria cautionẽ impedit,
l. placuit. 4. C. de collat. fundorũ, l. cũ poſſeſſor. 5. §. fin. ff. de
cenſib. l. 1. C. de capien. & diſtrahe. pignor l. 1. C. ſi propter
publ. pẽſit. Nec audietur poſſeſſor cõtradicẽs, ob præteriti
tpis tributa authorẽ ſoluẽdo eſſe, d. l. poſſeſſor. 5. §. ſi. ff. de
cenſib. Nec reuocari põt vẽditio pignoris, ẽt ſi prior domi
nus ꝓciũ offerat, vel priuatus creditor ius hypothecæ, ſiue
20 pignoris prætẽdat, l. 1 C. ſi propter publ. pẽſitat. † Potior
enim eſt cauſa tributorũ, quibus priore loco oĩa bona ceſ-
ſantis obligata ſunt, d. l. 1. §. potior. Planè ſi vẽditio nulla iu
ſta authoritate Præſidis præcedẽte facta eſt, hãc ratam ha
beri iura nõ cõcedũt, l. 2. C. eo. Nec minus ratã nõ cõcedũt
illã, q̃ de bonis minorũ ſine præſentia eorũ curatoris facta
apparet, l. ſi quis. 3. C. ſi propter publ. pẽſit. de qua re latius
21 dictũ fuit ſup. lib. 2. tit. 55. † Nõ ſolum aũt diſtractione pi
gnoris coercetur is q̃ nõ ſoluit tributũ, ſed ẽt tranſlatione
ꝑdiorũ, itẽ cuſtodia militari. l. oĩum. 13. C. de omni agro de-
ſerto. l. locorũ. 11. C. eod. l. 2. §. ſi. C. de fundis rei priuatę, l.
obſiſtere. 9. C. de annonis, & tributis. l. 2. C. de exact. tribut.
l. miſſi. 7. C. eod. l. ſi diuina 8. C. eod. Nouell. c. 134 § itẽ ſi in
22 Prouincijs. Nouell. c 17. §. ferẽt aut. † Porrò ſi plus debito
tributi noĩe fuerit exactũ, in duplũ actio datur aduerſus
exactorẽ: & ſi in eodẽ ſcelere perſeuerauerit, capitali pœ-
na coercetur, l. cõtra. 5. C. de executor. & exactor. l. 1. C. de
ſuperexactorib. l. modios. 9. C. de ſuſceptorib. l. vlt. C. eod.
23 † Sin aũt minus exactũ fuerit, vel aliquid remiſſũ, de ſuis
facultatibus exactor ſoluere tenetur, l. oẽs 3. C. de annonis,
& tributis, l. præcipit. 3. § illud, C. de canone largitio. titul.
Et ſi negligẽs in exigẽdo repertus fuerit, ſalario priuatur, l.
24 iudices. 10. C. de annonis, & tributis. † Si ſtabilũ accipere
recuſauerit, in duplũ fiſco tenetur, l. 1. & vlt. C. de ſuſcepto-
rib. & ſi nõ ſolidũ offeratur, l. placuit. 4. C. de collat. fund.
patrimonia. Idẽ dicendũ, ſi exactor aliquid retinuerit, vel
in ſuos vſus cõuerterit, l. miſſa. 7. §. quod ſi ad nos. C. de exa
ctor. tribut. l. 1. C. de his, quæ ex publi. collat. l. 2. C eo. & l.
25 vlt. C. eo. † Hæc de Romana publica Oeconomia circa pu
blicas exactiones. q̃ profectò maior eſſe nõ poterat in om-
ni quãtũuis exiguo in exigẽdo cẽſu, ſeu tributo, ne dũ in ſto-

tabili,& magno. Et quidem ad coaceruandos ſupra centũ quinquaginta milliones ex ſolis tributis, & capitatione, erat neceſſaria. Quod autem illam millionum ſummam tributa,& capitatio excederent, manifeſtum facit Iuſtus Lipſius ex veterum grauiſſimis ſcriptoribus in ſuo lib. de magnitudine Romana lib.2.ca.2.& 3.in fine, id & ipſe animo ſentit, & ore etiam promit tractis authoritatibus grauiſſimis. Sed de pecunia Reipublicæ paranda alibi ex antiquorum ſcriptorum intimis penetralibus erit dicendi locus. de ea enim paranda modos plures inter cæteros docuit Ariſt. lib.1.& 2. de re familiari.

S V M M A R I V M.

1 *Tributa ad quem per exactores tranſmittenda.*
2 *Tributa exacta intra quantum tempus tranſmittenda.*
3 *Naues tributorum non ſunt alia ſarcina oneranda.*
4 *Nautæ recta nauigatione tributa transferre debent.*
5 *Tranſmiſſio tributorum, vnde facienda eſt.*
6 *Nautarum tributorum immunitas, quæ.*
7 *Nautæ atteſtationes ſecum ferant de qualitate ſpecierum.*

De tributis, & alijs fiſci ſpeciebus tranſmittendis, & tranſuehendis. Tit. 10.

1 POſt factam exactionem tributorum, & cenſuũ tranſmittebantur, ac tranſuehebantur, ideo de illis tranſmittendis, & tranſuehendis eſt dicendum. † Et quidem ad Comites ærarij tranſmitti iubentur, omneſque omnino naues huic muneri tenentur ſine diſcrimine, l.1.C. de nauibus non excuſandis, l.2.C.eod.l. iubemus.10. C. de ſa-
2 croſanct. Eccleſ.l 1.C. de nauticis Tyberinis. † Et intra anni ſpacium tranſmitti iubentur ad dictos ærarij Comites, l.vltima, in fine, C.de ſuſceptor.l. quoties.3.in fi.C. de naufragijs, l.2.C.de nauicularijs, l.iudices.6.C.eod. Erant enim iſti ærarij Comites theſaurorũ præpoſiti, d.l.vlt.& l.1.C.Theo-
3 doſiani, qui à præbit. tyron. † Priuata verò ſarcina huic oneri publico imponi prohibetur, l.1.C.ne quid oneri publi-
4 co imponatur. † Et qui recta nauigatione contẽpta littora deuia ſectatus ſpecies tranſuehendas auertẽdo diſtraxerit, capitali plectitur pœna, l.qui fiſcales.5.C.de nauicularijs, l.2.C.eod.l.quia nunquam, & l.ne frumentum 4.C. quæ res
5 vendic. non poſſ. † Sed ex locis, qui limitibus propiores ſunt, ad limites eſt tranſmiſſio facienda, l.pro locis.5. C. de annonis, l.ſicut.4.C.de erogat. militar. anno. Nec longius poſſeſſores tributa conferre, ac tranſmittere cogendi sũt, l.nemo.7.C.de annonis, l.mediterraneæ.8.C.eodem, l.1.C.
6 de priuilegijs domus Auguſtæ. † Nautæ verò tributorum, & cenſuum pro mercede ſunt à tributis, & cenſibus præſtandis immunes, l.cum nauarchorum 4 C. de nauicularijs. Nec ſunt ab aliquo inquietandi, leg.prima, leg. ab his.3.C.eodem, leg.prima, C. de littorum, & itinerum cuſto-
7 dia. † Sed & apud Præſidum, aut magiſtratuum locorum, vnde diſcedunt acta debent confiteri incorruptas ſuſcepiſſe ſpecies, eorumque apud quos deponitur iſta teſtatio, præſens aſpectus probet nihil in his eſſe vitij, & c.l.1 C. de Canone frumentario.

S V M M A R I V M.

1 *Vectigalia publica, quæ.*
2 *Vectigalia noua non temerè conſtituenda.*
3 *Vectigalia, cuius authoritate conſtituenda.*
4 *Vectigal nouum imponens punitur.*
5 *Feudatarij vectigalia non imponunt, nec ius illa præſcribendi habent, num. 6.*
7 *Vectigalia legitima ſunt ſoluenda, & diuidenda.*
8 *Conſuetudo in vectigalibus ſpectanda.*
9 *Reſcripta contra vectigalia non valent.*
10 *Ciuitates ſua, quæ habent vectigalia locant.*
11 *Vectigalia cui, & quanto tempore locanda.*
12 *Locatio vectigalis vltra modum cui facienda.*
13 *Reliquatoribus vectigalia non locantur.*
14 *Debitoribus fiſci vectigalia non locantur.*
15 *Cogendus nemo conducere vectigalia, limitatur.*
16 *Socij vectigalium, quando in totum conducant.*
17 *Perſonibus vectigalis non ſoluens quid iuris.*
18 *Vectigalis non ſoluto quid iuris.*
19 *Merces prohibita, quæ.*
20 *Nautarum pœna.*
21 *Sal a ſolis ſalinarijs vendi poteſt.*
22 *Pupillus vectigal non ſoluens quid iuris.*
23 *Miles vectigal non ſoluens quid iuris.*
24 *Fiſcus a vectigalibus immunis, non autem emptores fiſci.*
25 *Immunitas reſcripto Principis à vectigalibus cõceſſa nõ valet.*
26 *Nauicularij a vectigalibus immunes.*
27 *Legati gentium, & Apoſtolici à vectigalibus immunes.*
28 *Præſides ſunt a gabellis immunes.*
29 *Res militares pro exercitibus paratas à gabellis immunes.*
30 *Res pro vſu proprio immunes.*
31 *Res pro vſu ſuo, & domus, quæ.*
32 *Vectigal pro quibus rebus præſtandum.*
33 *Mancipia veterana non cadunt in commiſſum.*
34 *Serui in fuga non cadunt in commiſſum.*
35 *Ignorantia non ſoluentis vectigal non excuſat, error ſic.*
36 *Publicanus non inſtruens tranſeuntes non eſt imputandus.*
37 *Publicanus neminem decipere debet.*
38 *Tempeſtas excuſat à commiſſo propter eam.*
39 *Profitens habere res gabellabiles non incidit in commiſſum.*
40 *Commiſſum quinquennio præſcribitur cum declaratione.*
41 *Seruus manumiſſus nomine vectigalis non vindicatur.*
42 *Vectigal ſolidum ſoluendum vt commiſſum euitetur.*
43 *Vectigal erat octaua pars ſortis.*
44 *Actio in rem, quæ incidit in commiſſum datur.*
45 *Aeſtimatio rei, quæ in commiſſum incidit datur, quandoque.*
46 *Serui commiſſi non ſunt commiſſa res.*
47 *Res communis ſi in commiſſum incidit quid iuris.*
48 *Res commiſſa poteſt per dominum emi.*

De vectigalibus, & commiſſis. Tit. 11.

1 PVblica † autem vectigalia accipere debemus, atque intelligere, ex quibus vectigal fiſcus accipit, l.inter publica.17.§.fin.ff.de verbor.ſignific.vbi gl. Rebuffus, & Alciat. de quibus decumis, Quintis, ſcriptura, portorijs agit Iuſtus Lipſius de magnitudine Romana lib.2.c.1.item de Vrinario, Chryſargyro, & meretricio.ca.6. Regulariter enim vectigal eſt, quod pro rebus Ciuitati inuectis, vel euectis, publico ſoluitur: Publicum autem vectigal ipſum eſt. Vectigalium autem tria erant genera: Decumarum, quæ ex frumento, vino, oleo, & frugibus minutis exigebatur: Scripturæ, quæ ex paſcuis: Portorij, quod ex mercibus exportandis, vel importandis recipiebatur, d.l.17. Apud Romanos vectigal originem duxit, quando hoſtibus profligatis agros acquiſitos Colonis colendos conceſſerunt pro certo ſtipendiario vectigali, vt conſtat apud Appian. Alex. lib.1.bellor.ciuil.& apud Cic.orat.5.in Ver. Publica autem vectigalia intelligere debemus ea omnia, ex quibus vectigal fiſcus accipit, quale eſt vectigal portus, vel venalium rerũ, item ſalinarum, & metallorum, & piſcariarum, d.l.17.d.§.fin ff.de verbor. ſignific.l. ſed & hi.13.ff. de publica.l.103.ff.de verbor.ſignif.l.59.ff.de vſufruct. Cuiac.in l.1 C.de Alexand. primatibus lib.11.de quibus, & peracutè Lipſius d.
2 c.1.& 5. † Non autem temerè noua vectigalia conſtituenda ſunt, ſiue publica, ſiue certarum rerum publicarum, l.1. C. vectigalia noua conſtitui non poſſe, de hac re plura
3 retulimus in glo. ſtatuti Vrbis lib.3.c.11. † Verum de noua impoſitione vectigalis conſulendus eſt Imperator, ſine cuius authoritate vectigalia, neque conſtitui, neq; reformari, neque mutari poſſunt, l.vectigalia.10.ff.de publican. & vectigal.l.2.C.vectigal.noua inſtitui non poſſe, l non ſolẽt.5.C.eod. Quibus tamen dies, & ſagacitas, addo, & neceſſi-
4 tas aliquid ſemper in omni Principatu addiderunt. † Proinde is, qui nouum vectigal ſine Imperiali conſenſu inſtituerit, pœna legis Iuliæ de ambitu plectitur, & lege Iulia de vi publica tenetur, l.1.§.item is, qui.ff. ad legem Iuliam,
5 de ambitu, l.vlt. ff.ad legem Iuliam de vi publica. † Et ſi feudatarius ſit Imperatoris, vel Summi Pontificis, per ea, quæ notant omnes in l.1.2.& 3.C.noua vectigal. Item. Afflict. & alij in cap.1. quæ ſint regalia, in verbo vectigalia. Oſaſchus deciſ.155.Natta in conſilio 661. Minſynger. obſeruatio.29.centur. 5.Mandellus in conſilio 250.numer.13. Tholoſanus noſter de Republica libro 9.cap.1. numer.30.
6 † Nec poteſt à feudatario tale ius præſcribi. Iſer. citato loco Oſaſchus in conſ.2.num.13.Roſenthal. de feudis, ca.5.
7 concluſ.45. † Alioquin legitimè conſtituta vectigalia pen-

dænda

denda ſunt, & ex ijs duæ partes fiſco tertia Ciuitate anti-
quo iure debebantur, l. 10. & l. vlt. C. de vectigal. & com-
miſ. & vt diximus in allegata gloſ. ſtatuti Vrbis lib. 3. ca. 11.
8 † In omnibus tamen vectigalibus ferè conſuetudo ſpecta-
ri ſolet, l. ſi publicanus. 4. §. fina. ff. de publica. & ſecundum
eam præſtanda ſunt omni iure tum diuino, tum humano,
humano per mox allegata, diuino teſte Domino apud Mat
9 th. 22. apud Lucam 3. & Diuo Paulo ad Romanos 13. † Re-
ſcripta autem contra ea non valent, l. quicquid. 12. C. de
10 vectigalibus. † Ciuitates quoque vectigalia, quæ ſibi de-
bentur, locare poſſunt, dicta l. vlt. §. deſignatæ, C. eodem.
11 † Ei autem potiſſimum locanda, qui ſuperior in licitatio-
ne, quæ coram Præfecto Prætorio facienda eſt, extiterit,
ita vt non minus triennij fine locatio concludatur, nec vllo
modo interrumpatur tempus exigendi vectigalibus præ-
ſtitutum. Quo peracto tempore, licitationum iura earundem-
que conductionum reuocari oportet, ac ſimili modo alijs locari,
12 l. penes. 4. C. de vectigalibus, & commiſſis. † Locatio ta-
men, quæ calore licitationis vltra modum ſolitæ conductio-
nis inſtat, ita demum admittenda eſt, ſi fideiuſſores ido-
neos, & cautionem is, qui licitatione vicit, offerre paratus
13 ſit, l. locatio. 9. in princ. ff. de public. † Sed nec reliquatores
vectigalium ad iterandam conductionem, antequam ſu-
periori conductioni ſatisfaciant, admittendi ſunt, d. l. 9. §.
14 reliquatores. † Idem dicendum etiam de debitoribus fi-
ſci, & Reipublicæ, niſi fortè tales fideiuſſores obtulerint,
qui debitis eorum ſatisfacere parati ſint, d. l. 9. §. debitores.
15 † Ad conducendum vectigal inuitus nemo compellitur,
niſi fortè quis maximos fructus ex redemptione vectiga-
lium conſecutus ſit, nec poſtea tanti locari ea poſſunt, tunc
enim ipſe ea prioribus penſionibus ſuſcipere compellen-
dus, d. l. 9. §. 1. l. non intelligitur. 3. §. Diuus, ff. de iure fiſci, l.
16 cotem, 11. § fin. ff. de publicanis. † Socij vectigalium ſi ſepa-
ratim partes adminiſtrent, alter ab altero minus idoneo
in ſe portionem transferri iure deſiderat, d. l. 9. §. ſocij, ff.
17 eod. † Sed & ob non ſolutas vectigalium penſiones, vel
repellere conductores, nec dum etiam tempore conductio-
nis impleto, vel ab his vſuras ex more exigere permittitur,
l. vectigalia. 10. §. fin. ff. de publicanis, vt & ſupra tit. 7. num.
18 20. & ſequent. † Vectigali autem non ſoluto, res, de qua
vectigal ſoluendum fuit, in commiſſum incidit, & fiſco,
vel Ciuitati cui vectigal debetur, acquiritur, l. commiſſa.
14. ff. eod. Idem dicendum, ſi quis illicitas merces vendide-
rit, vel vexerit, adeo quidem, vt & nauis in qua vehuntur,
cum mercibus in commiſſum incidat, l. cotem. 11. §. domi-
19 nus, ff. de publicanis. † Quæ autem ſint merces prohibitæ
definitur in l. 2. C. quæ res export. non debeant, & alibi ſe-
20 cundum nouatum Conſtitutionum diſpoſitionem. † Si
tamen abſente domino id à Magiſtro, vel Gubernatore,
vel Conductore, aut proreta, nautave factum ſit: ipſi
quidem capite puniuntur commiſſis mercibus, nauis au-
tem domino reſtituitur, d. §. dominus, & ita Piſis ſeruauit
D. Galganettus Pater meus Conſulum maris iudex in ſimi-
li caſu. Proreta enim eſt, qui nauem in prora regit teſte
Plauto in Rud. Si tu proreta iſti nauies, ego gubernator
21 ero. † Præterea ſi non ſalinarius ſal vendiderit, ſal id cum
eius precio fiſco, vel Ciuitati addicitur, l. ſi quis. 11. C. de
vectigal. Idem etiam dicendum, ſi quis præter redempto-
rem cotem ex Inſula Creta exemerit, cum diſtinctione, de
qua in l. Cæſar. 15. ff. de publicanis. Planè, quod diximus,
rem cuius nomine vectigal ſolutum non ſit, in commiſſum
22 cadere, id diſtinguitur modis ſequentibus. † Primum qui-
dem in pupillo. Nam Imperatores Antoninus, & Verus
reſcripſerunt pupillo remittere ſe pœnam commiſſi, ſi in-
tra diem trigeſimum vectigal intuliſſet, l. Impp. 7. §. fin. ff.
23 de publicanis, l. interdum 16. §. Diuus, ff. eod. † Militibus
quoque indultum eſt, ne ob amiſſas profeſſiones pœna cō-
miſſi teneantur, ſi vectigal poſtea ſoluerint, l. omnibus. 3.
24 C. de vectigal. & commiſ. l. ex præſtatione. 7. C. eod. † Fi-
ſcus etiam ab omnium vectigalium præſtatione immunis
eſt, l. locatio. 9. § fiſcus, ff. de publicanis. Mercatores tamen,
qui de fundis fiſcalibus mercari conſueuerunt, nullam im-
munitatem ſoluendi publici vectigalis vſurpare poſſunt,
l. 1. C. de commercijs & mercatoribus, l. locatio. 9. §. fiſcus,
ff. de publicanis. Idemque etiam obſeruatur in negociatori-
bus, qui ad domum Principis pertinent, d. l. 1. C. de com-
25 mercijs, & mercatoribus. † Non etiam prodeſt reſcriptū
Principis, quo alicui priuato immunitas à vectigali conceſ-
26 ſa eſt, l. omnium. 6. C. de vectigal. † Excipiuntur tamen na-
27 uicularij, cum ſibi rem gerere probabuntur, d. l. 6. † Sed &
legati gentium pro rebus, quas ex Romano ſolo ad pro-
pria deferunt, quæ tamen lege ſunt conceſſæ, vectigal ſol-
uere non tenentur, pro rebus verò quas de locis proprijs
deferunt vectigal octauarij accipitur, l. à legatis 8. C. de ve-
ctigal. Legati verò Apoſtolici pro omnibus rebus, & ab
omnibus vectigalibus ſunt immunes, per allegata ſupra li.
28 2. tit. 6. & infra tit. 25. † De rebus quas pro vſu ſuo adue-
hendas ſibi mandant Præſides, Imperator Adrianus Præ-
ſidibus reſcripſit, vt quoties quis in vſus ſuos, aut eorum,
qui Prouincijs exercitibusve præſunt, aut procuratorum
ſuorum vſus ſui cauſa mittat quendam emptorum ſigni-
ficet libello, qui hodie dicitur, *paſſaporto*, manu ſua ſubſcri-
pto, eumque ad publicanum mittat, vt ſi quid amplius,
quam mandatum eſt transferat, id municipum ſit, l. ſi pu-
29 blicanus. 4. §. 1. ff. de publica. † Res autem exercitui para-
tas præſtationi vectigalium ſubijci non placuit, l. locatio. 9.
30 §. res exercitui, ff. eod. † Præterea pro ijs rebus, quas do-
mum quis ducit vſu ſuo, vel ad fiſcum infert, vel exercen-
di iuris gratia deuehit, nullum vectigal exigendum erit, l.
31 in lege. 203. ff. de verbor. ſignificat. † Quo caſu quæſitum
eſt. primum quidem quid eſſet domum ducere, hinc quid
eſſet ſuo vſu ducere? Et quidem, quod ad primum atti-
net, conſtitutum eſt, eam domum vniuſcuiuſque debere
exiſtimari, vbi quiſque ſedes, ac tabulas haberet, ſuarum-
que rerum conſtitutionem feciſſet, d. l. 203. & ſi domus cō-
ducta eſſet. Manſit enim Romæ biennio toto in ſuo condu-
cto Diuus Paulus Apoſt. Act. vlt. in fine. & nemo diceret ſi-
bi Romæ domum non conſtituiſſe, imitatus ſemper eſt
Noe, & Abraam, qui quaſi peregrinus habitauit in terra,
nec domum poſſedit, vt Geneſ. 9. & 12. & alios Patriarchas,
qui in tabernaculis, vt hoſpites, & peregrini habitarūt, nec
domos ædificarunt, quia meliorem domum cœleſtem, &
æternam fide certa, ac viua ſpe expectabant, vt dicit idem
eorum imitator Apoſtolus ad Hebræos 11. Quod idem imi-
tando Chriſtum fecerunt Apoſtoli Sancti, vt probat Gene
brar. lib. 1. Chron. anno mundi 1617. ver. tunc vnò tota, &
vt dicit Card. Bellarm. de æterna felicitate Sanctor. lib. 2. c.
5. Quid autem eſſet vſu ſuo, magna fuit dubitatio, & ma-
gis placuit, quod victus ſui cauſa paratum eſt, tantum con-
tineri, d. l. in lege 203. Itemque de ſeruis eadē ratione quæ-
ſitum eſt, qui eorum vſus ſui cauſa parati eſſent? & Vlpia-
no viſum eſt, eos demum vſus ſui cauſa patremfamilias ha-
bere, qui ad eius corpus tuendum, atque ipſius cultū præ-
poſiti, deſtinatique eſſent, quo in genere actores, cubicula-
rij, coci, adminiſtratores, atque alij, qui ad eiuſmodi vſum
32 parati eſſent, numerarentur, d. l. in lege 203. † Ad hæc ea-
rum rerum vectigal, quarum nunquam præſtitum eſt,
præſtari non poteſt, cum diſtinctione, de qua in l. locatio.
9. §. earum, ff. de publicanis. Quod ſi præſtari conſuetū in-
dulgentia publicanus omiſerit, alius exercere non prohibe-
33 tur, d. §. earum. † Veterana quoque mancipia in commiſ-
ſum non cadunt, l. interdum 16. §. quoties, ff. eod. Sunt autē
veterana, quæ anno continuo in vrbe ſeruierunt, nouitia
verò mancipia intelliguntur, quæ anno nondū ſeruierunt,
34 d. §. quoties. † Sed & ſerui, qui in fuga ſunt, in cōmiſſum
non cadunt, cum ſine voluntate domini fines egreſſi ſint,
ne in poteſtate ſeruorum ſit, inuitis, vel ignorantibus domi-
nis fugæ ſe tradendo poteſtati dominorum ſe ſubtrahere,
dict. l. 16. §. ſerui. Quorum exemplo idem dicendum eſt de
animalibus contra Conſtitutiones Regni Neapolitani, vel
alterius, tranſeuntibus ſua ſpōtè de vno territorio in aliud
35 inuitis, vel ignorantibus dominis. † Planè ſi quis per igno-
rantiam vectigal ſe non ſoluiſſe dicat, nō excuſatur, d. l. 16.
§. licet. Diui autem fratres reſcripſerunt, cum quidam non
per fraudem, ſed per errorem in cauſam commiſſi incidiſ-
ſet, vt duplo vectigalis contenti publicani merces reſtitue-
36 rent, d. l. 16. §. Diui fratres. † Itaque non imputari debet pu-
blicano, quod non inſtruxit tranſgredientem, d. l. 16 §. Di-
ui quoque. Sed illud conſtituendum eſt ne decipiat profi-
37 teri volentem, d. §. Diui quoque. † Nam & ſi odioſum, &
conſcientiæ periculoſum ſit publicani officium, tamen ſi
nihil amplius, quam quod ei conſtitutum eſt exigat, in ſuo
officio ſaluus erit, teſte Dn̄o apud Luc. & apud Matth. 21.
38 † Si pp neceſſitatē aduerſæ tēpeſtatis expoſitū onus fuerit,
39 nō debet hoc cōmiſſo vindicari. d. l. 16. §. ſi propter. † Si q̄s
ēt profeſſus apud publicanum fuerit, non tamen vectigal

Digitized by Google

ſoluerit, hoc concedente publicano, vt ſolent facere, reſcri
ptum eſt, res in commiſſum non cadere, dicta l.16.§.ſi quis
profeſſus. Cum enim profeſſiones recitantur, commiſ-
ſum ceſſat: cum poterit ſatisfieri fiſco ex bonis publica-
40 norum, vel fideiuſſorum, d.l.16.§.cum enim. † Præterea
neque commiſſum, quod ante quinquennium factum di-
citur, ſi lite res anticipanda eſt, vindicari poteſt, neque pro
re, quæ in commiſſi cauſa cecidit, ſi ipſa nõ extat, nec dolo
ſupprimatur, precium peti poteſt, l.2.C.de vectigalibus.
41 † Sed & ſeruus, qui in commiſſum incidit, ſi iure manumiſ
ſus fuerit lite nondum mota, vectigalis nomine compelli,
42 vel vindicari non debet, l.1.C. de vectigal. † Etiam ſi aũt,
vel minima pars vectigalis nomine non ſit ſoluta, res in cõ
43 miſſum incidit, eſt enim ſolidum ſoluendum. † erat autẽ
ſolidum vectigal octaua pars ſortis, l. ex præſtatione. 7. C.
de vectigalib. l. à legatis 8. C. eod. Quo loci hodie exigitur
tantum vectigal? Nimirum ſi Iuſtus Lipſius, & id ſolũ, qd
ex vectigalibus, demptis tributis, cenſibus, & alijs pluribꝫ,
exigebatur à Romanis, ad tantos milliones aſcendiſſe affir
met. Sine auro Coronario metallis, & alijs, de quibus ipſe
44 ſingulariter diſſerit. † Porrò rei, quæ in cõmiſſum incidit,
nomine in rem actio, & aduerſus quemuis poſſeſſorẽ com
petit, l. Imperatores. 2. ff. de publicanis, l. cõmiſſa. 14. ff. eo,
Nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit eſſe eius, qui cri
men commiſit, dominiumque rei vectigalis acquiritur, d.
l.14. Et propterea cõmiſſi perſecutio, ſicut aduerſus quẽli-
bet poſſeſſorem, ſic aduerſus hæredem competit, d. l.14.§.
45 & propter in princ. ff. eod. † Quamuis autem regulariter
quidem ipſa res quæ in cõmiſſum incidit, vindicari, & ven
di poſſit, interdum tamen eius æſtimatio tantum debetur,
d.l.14. & d.l.8. & l. interdum. 16. in prin. cum ſeqq. ff. de pu
blicanis. Sic enim reſcriptum eſt, cum ſeruus, qui actũ do-
mini geſſiſſe diceretur, in commiſſum cecidiſſet, venire ip-
ſum non debuiſſe, ſed pro viri boni arbitratu æſtimationẽ
oportuiſſet dari, d.l.16.§. Diui enim, Sic etiã, ſi quis impro-
feſſus ſeruus fuerit, & aut vxorem Domini corrupiſſe dica
tur, aut aliud grauius quid admiſiſſe, procurator fiſci co-
gnoſcere debet, & ſi in his cauſis ſeruus compertus ſit, æſti
mari debet, dominoque ad pœnam tradi, d. l.16.§. ijdem.
46 † Seruis autem commiſſis res peculiares non ſunt in eadẽ
cauſa, niſi hoc, quod proprio nomine in cauſam commiſſi
47 incidit, d.§. ijdem. † Sed & ſi res communis ob delictum v-
nius in commiſſum incidit, portio alteri ſocio nõ aufertur,
48 l.8. in fi. ff. de publicanis. † Poſtremò de commiſſis, & hoc
notandum, quod ſi res commiſſa vendatur, dominus eam
emere non prohibetur, vel per ſe, vel per ſuos, vel denique
per alios, quibus hoc mãdauerit, l. cotem. 11.§. eam rem, ff.
eod. Hæc & alia plura referuntur in gl. ſtat. Vrbis, vbi ſup.
& Syntagma commu. opin. loco 12. tit. 25. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Bona fiſcalia nemo poteſt occupare.*
2 *Bona fiſcalia, nec peti, nec obtineri poſſunt.*
3 *Imperator bona fiſcalia proprio Motu concedit.*
4 *Iura Imperij nullo modo concedi poſſunt, nec legitima de illis debetur.*
5 *Legitima non debetur ex dignitatibus.*
6 *Bona delata in fiſcum ſunt incorporanda.*
7 *Res fiſci occupari nec in alium vſum conuerti poſſunt.*
8 *Paſcua & palatia Principum non occupanda.*
9 *Frumenta fiſci curanda ne corrumpantur.*
10 *Frumenta fiſci quo ordine eroganda.*
11 *Aqua Principis irrigua non præſcribitur.*
12 *Aequos Principis ſubtrahens punitur.*
13 *Pecunia Principis mutuo dari non poteſt.*

De adminiſtratione, & alienatione rerum fiſcalium. Tit. 12.

HVcuſque dictum eſt de rebus fiſco acquirendis, &
demonſtrata exactiſſima Oeconomia fiſcalis in re-
bus omnibus parandis, & theſauris in immenſum
coaceruandis, nunc de iiſdem rebus adminiſtrandis, & alie
1 nandis eſt dicendum. † Quo loci in primis notandũ, nemi-
ni licere bona fiſco quomodocumque delata occupare, ni-
ſi ...ſis prius literis Principis, alioquin illi à priuatis reſti
2 ſtui poteſt, l. prohibitum. 5. C. de iure fiſci. † Deinde petere
bona fiſco delata nemini licere, & ſi petenti conceſſa ſunt,
tamen illa conceſſio, quamuis literis Principis oſtenſis, vi-
res nullas habet, l.1. C. de petit. bonor. ſublatis, l.2. C. eo. Do
ctor. in l. nec damnoſa, C. de precib. Imperat. offer. 25. q.2.
c. nec damnoſa. Peregr. de iure fiſci, lib.1. tit.5. nu.33. & ſe-
3 quentibus. † Si tamen nemine petente Imperator proprio
motu alicui ea conceſſit, valet conceſſio, d.l.1.§. ſi quid au-
tem, gl. & Doct. in d. l. nec damnoſa. Quia Motus proprius
excludit omnem ſubreptionis, & obtinentis importunita-
tem, c. ſi Motu proprio, de præben. in 6. Roman. in conſilio
436. Quod indultum. Barbat. in conſil.13. col.6. lib.3. Sylua
conſ.1. nu.20. Abb. & Felin. in c. nonnulli, nu.43. de reſcript.
4 Peregr. vbi ſup. num.57. & ſeq. † Verum ſi iura imperialia
conceſſa ſint, quoniam hæc, nec Motu proprio concedere
poteſt, nec iureiurando præſtito alienare, conceſſio, ſeu a-
lienatio nullius erit momenti, & poterit ſucceſſor in Impe
rio, Regno, ſeu Principatu illas reuocare, l. idem Iulianus, §.
fin. ff. de legat. 1. c. intellecto. 33. de iureiurando, ca. Abbate
ſanè, de re iudic. in 6. c.1. de donatio. Iaſ. in conſ.1. lib.1. Car-
din. in conſ.137. nu.8. Caſtren. in conſ.70. nu.7. lib.1. Bal. in
c.1.§. ſed diuerſum in notabili 6. de alienat. & in c. licet cau
ſam, de probat. & in tit. de pace Conſtantiæ in verb. ſucceſ-
ſor, Specul. de inſtrument. edit. §.1. nunc autem, ver. quid ſi
Imperator, vel Rex, & ibi Bal. in addit, ver. quid ſi Rex, Ol
drad. in conſ.114. eleganter, col. vlt. Socin. ſen. in conſ.4. lib.
3. ver. nam Princeps, & in conſ.7. lib.3. Roland. in conſil.1.
nu.310. lib.2. & in conſ.2. lib.1. Menoch. in conſ.20. & caſu
559. de arbitr. Natta in conſil.636. Decian. in conſ.23 lib.1.
Cephal. in conſ.539. Peregr. de iure fiſci, lib.1. tit.3. num.8.
62.70. & 74. Oſaſch. deciſ.101. nu.13. Surd. in conſ.210 nu.
62. Molin. de Hiſpan. primogen. lib.1. ca.10. Doctores om-
nes in d. cap. intellecto, de iureiurando, Iura enim Imperij,
Regni, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, & cu
iuſcumque dignitatis nullo modo diminui, concedi, vel a-
lienari poſſunt per Imperatorem, Regem, Ducẽ, Marchio-
nem, Comitem, Baronem, vel alterius dignitatis decoratũ
in præiudicium ſucceſſorum, vt dicũt omnes citati Docto-
5 res. † Quod eſt adeo verum, vt nec legitima de quibuſuis
dignitatibus, ne in illarum proprietate in aliquo etiam mi
nimo minuantur, detrahi poſſit, Camerat. in repet. c. Impe
rialem, §. præterea ducatus fol.828. & ſequ. Afflict. ibidem
in princ. num.17. Canoniſtæ omnes in c. licet, de voto. Fran-
ciſ. Sonſbec. in Comment. feud. pat.13. num.157. Mozzius,
de feudis, tit. de natur. feud. nu.107. in fin. Scharder. de feu-
dis, par.7. de ſucceſ. maſculo. c.5. q.4. nu.54. & ſeq. Felin. in
c. prudentiam, nu.7. de offic. delegati. Landen. de primoge
nitura, col.7. Tiraquel. de iure primogenio. q.4. nu.66. q.5.
nu.2. q.51. & 55. Capyc. deciſ.2. Abbas in conſ.12. Vt clare,
&c. nu.3. lib.1. & conſ.3. Nitar. nu.4. lib.2. Caſtren. in conſ.
179. In cauſa. nu.1.3 & 6. part.1. Curt. iun. in conſ.21. nu.11.
Guido Papeus in cons.131. & 140 Rubeus Alex. in conſilio
33. nu.8 Riminal. iun. in conſ.9. nu.137. Zabarel. in conſ.64.
in fine. Dec. in conſ.269. Conſultus nume.11. & 12. Pariſ. in
conſ.17. ex lectura, num.29 & 30. lib.2. Cephal. conſ.3. Me-
noch. conſ.104. nu.14. & in conſ.44. nu.24. Burſatt. in conſil.
132. omnes ferè per glo. in d. c. licet, de voto. Molin. de Hi-
ſpanor. primogenijs, ca.11. lib.1. col. antepenult. concedunt
benè, quod alijs fratribus primogenitus feudi, & dignita-
tis poſſeſſor ex fructibus feudi debeat præſtare neceſſaria,
quæ vitam militiam appellans, & hanc ſententiam refert,
& ſequitur Roſenthal. de feudis, c.7. concluſ.13. num.2. &
3. & c.9. concluſ.55. nu.11. alias Imperia, Regna, Ducatus,
Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, dignitates, & primo-
genituræ omnes breui tempore ad nihilum reducerẽtur,
quod non eſt ferendum, vt notant omnes ſupra citati Do-
6 ctores. † Bona autem delata fiſco ritè, atque ſolemniter
per Comitem rerum priuatarum, deinde per rationales in
ſingulis quibuſcumque Prouincijs commorantes incorpo
randa ſunt: diligenti ſtylo ſigillatim omnibus præſcriptis,
& titulo, quo fiſco acceſſerunt, publica teſtificatione pro-
poſito, l. ſi quando. 3. C. de bonis vacant. l. ſi vacantia. 5. C.
7 eodem. † Res inſuper fiſci, horreaque à priuatis vſurpari
non debent, nec ad alios vſus, quam quibus deputatæ
ſunt, transferri, lege vltima, C. de conditis in publicis
horreis, leg. frumenta, 5. C. de ſuſceptor. l. vſus aquæ. 5.
C. de fundis rei priuatæ, leg. ſi quis. 9. C. de muriľegulis,
& per ea, quæ adducta ſunt ſupra titul. nono. in fine,

Pecus

8 † Pecus itaque alienum in paſcua Principis, vel fiſci immit
ti non debet l. 1. C. de fundis, & ſaltibus rei dominicæ. Ae-
deſque; Principis, inclytaq. Palatia ab omni priuatorũ vſu,
& communi habitatione excipiuntur l. 1. C. de palatijs, &
9 domibus dominicis. † Preterea ne frumenta fiſci corrum-
pantur, vel pereant, ad curam Præſidis prouinciæ ſpectat,
10 vt mundentur leg. 2. C. de conditis in publicis horreis. † In
expendendis autem, vel erogandis ijs illud obſeruandum,
vt prius vetera, quam noua frumenta expendantur: niſi
fortè vetera corrupta ſunt: tunc enim eis noua miſcenda
ſunt, quorum adiectione corruptio velata damna non ſit
fiſco leg. 1. C. eod. & tamen in Vrbe, in qua lex iſta creditur
promulgata diſplicuit quædam ſimiſis mixta frumenti
erogatio ſacta populo, qui hac lege exiſtente, inutile excla-
mabat ignarus huius legis, gnari enim quiete tolerabant.
Tamen ad conſeruandam populi ſanitatem, quæ optimo
Principi ſemper cordi fuit, non tempore æſtiuo, ſed hye-
11 mali talis frumenti erogatio eſt facienda. † A qua etiam,
quæ ad irrigendos Principis, vel fiſci agros pertinet, tem-
poris præſcriptione ſubmota recuperari iubetur leg. vſus
12 5. C. de fundis rei priuatæ. † De equis Principis ſubtractis
peculiaris pœna ſtatuitur in lege prima C. de grege domi-
13 nico. † Principis pecunia mutuo dari ſine Principis autho
ritate prohibetur lege prima C. de his, qui ex publico lege
ſecunda C. eodem, & lege prima C. de his, quæ ex publica
collatione. Nemo enim de illa diſponere poteſt, nec ſoluen
do ipſius; Principis creditoribus ſine mandato Principis.
Bald. in rubr. C. de conſtitut. pecunia, vbi citat Bartol. in
lege prima §. hæc verba ff. ne ius fiat ei Sygiſmundus Lo-
fred. in conſil. 36. numero 13. de hac re Decianus libro 82.
tracta. crimi. capitulo 28. & Maſtrillus in tractat. de magi-
ſtratib. libro 6. capitulo 8. numero 71. & ſequen. & genera-
liter de fiſci officialibus agit Peregrinus in tractatu de iure
fiſci lib. 5. tit. 3.

SVMMARIVM.

1 *Res fiſci ſub lite diſtrahi non poſſunt.*
2 *Res fiſci obligatæ, vel cum alio communes diſtrahi poſ-
ſunt.*
3 *Res fiſco vindicatæ diſtrahi non poſſunt.*
4 *Rebus fiſci in vendendis, quod precium attendendum.*
5 *Rebus fiſci in vendendis, quid facere debeat procurator.*
6 *Venditionem à ſe factam fiſcus non reuocat.*
7 *Dominium rerum fiſcalium non tranſit ad emptorem precio
non ſoluto.*
8 *Dominium rerum fiſcalium donatarum tranſit ad donatarios.*
9 *Res quædam fiſcales diſtrahi prohibentur.*
10 *Re fiſci vendita, vel locata alteri pro conditione meliori ven-
di, vel locari poteſt, limitatur.*
11 *Emptor, vel conductor prior licitatione ſuperatus augmentum
offerens rem retinet, limitatur.*
12 *Donatio Principis in præiudicium conductoris ſubſiſtit.*
13 *Emptor fiſci poteſt res emptas alienare, limitatur.*
14 *Seruos fiſcales emptor manumittere poteſt.*
15 *Emptor rerum fiſcalium ab alijs non poteſt conueniri.*
16 *Tributum prædij diſtracti, quis ſoluat.*
17 *Fructus medij temporis ad quem ſpectent.*
18 *Emptor bonorum vacantium actiones excipit, quæ contra defun
ctum competunt, limitatur.*

De venditione, & alienatione rerum fiſcalium. Titulus 13.

1 DE rebus † fiſci vendendis notandum eſt, quod res,
quæ in controuerſia ſunt, diſtrahi non debent lege
2 res quæ in princip. ff. de iure fiſci. † Res tamen pi-
gnori alijs obligatæ diſtrahi non prohibentur, ita tamen,
vt creditores ex eo quod ſuperfluum eſt, præſtentur in-
demnes dicta lege res, quæ 22. §. 1. Peregrinus in tracta. de
iure fiſci libro 6. titolo 4. numero 3. Res quoque fiſco cum
alio communis in ſolidum à procuratore fiſci diſtrahi po-
teſt, parte tamen precij ſocio reſtituta lege prima C. de
venditio. rerum fiſcal. lege ſecunda, C. de commun. rerum
æquum tamen eſt, vt dicit Bald. in d. l. 2. vt fiſcus id non fa
ciat irrequiſito conſorte, vt ſi ille tantundem offerat quan-
tum alius, præferatur argum. leg. 1. ff. de priuilegijs credit,
ſequitur Tiraquel. de retract. lignagier. §. 1. glo. 18. numero
7. ampliatur, & declaratur per Peregrinum vbi ſupra nu-
mero 23. & ſub numero 43. ampliatur id procedere etiam
ſi pars conſortis eſſet fideicommiſſo aliquo ſubiecta cum
diſtinctione tamen temporis acquiſiti iuris fiſci in re, vt
3 ibi. † Bonorum fiſco vindicatatorum actores à procurato-
re vendi non poſſunt: & ſi venditi ſunt, vẽditio irrita con-
ſtituitur, niſi Principis authoritas interuenerit l. bonorum
octauo ff. de iure fiſci leg. ne procuratores 30. leg. aufer.
4 40. §. actores ff. eodem. † In vendendis autem rebus fiſci
non reſpiciendum eſt ad precium, quo fiſcus res emit, ſed
quo nunc æſtimatur lege non intelligitur tertio §. Diui ff.
eodem. Sicut enim diligenti cultura precia prędiorum am
pliantur, ita ſi negligentius habita ſint, minui ea neceſſe eſt
d. §. Diui Peregrinus vbi ſupra numero 8. verſic. intellige.
5 † Præteraa in vendendis rebus fiſcalibus, & in venditioni-
bus ipſis celebrandis fides, & diligentia à procuratore exi
gitur d. §. Diui, & in vendendis rebus debitorum fiſcalium
vel ſuis requiritur primum quod adſit debitum, pro quo
fiſcus vendit, alioquin deficeret venditionis cauſa, & ven-
ditio eſſet penitus inualida, vt latè per Iaſo. in l. ſi non ſor-
tem §. ſi certum ff. de condict. indeb. Deinde quod debitor
fuerit interpellatus, & in ſolutione ceſſauerit gloſſ. in leg. 1.
C. ſi propter public. penſit. & eſt caſus in l. 2. & 3. C. eodem
leg. fina. C. eodem leg. quæcunque C. de fide inſtrumento.
Alexand. in conſi. 31. numero quarto libro quinto. Poſtre-
mo quod bona fide, procuratore fiſci præſente, precio iu-
ſto, ac præſente fiant per publicas ſubhaſtationes. Barto. in
leg. prima C. de fide inſtrumentorum le. ſecunda C. ſi pro-
pter publi. penſit. leg. prima C. de præſcript. triginta anno-
rum. Soccin. in conſi. 46. numero 17. lib. 4 leg. ſi tempora vbi
gloſſ. C. de fide inſtrument. & Doctor. Bartol. in l. Lucius ff.
ad municipal. d. §. Diui leg. ſi minori C. de iure fiſci cum a-
lijs citatis per Peregrinum in tracta. de iure fiſci lib. 6. titu.
6 4. numero quarto, & ſequentibus. † Et ſi autem fiſcus, vel
Imperator, quod ſemel vendidit, regulariter quidem re-
uocare non poſſit leg. ſecunda C. ne fiſcus rem, quam ven-
didit euincat leg. prima C. eodem l. hi quibus 6. C. de fun-
dis patrimon. leg. ſi curator. 5. §. ſi. ff. de iure fiſci leg. fundi
4. C. de fund. patrimo. leg. 1. C. de fundis rei priuatæ leg. eos
qui 4. C. de diuerſis prædijs Vrbanis leg. ſi quis 5. C. eodem
7 leg. prædia 5. C. de locat. prædior. Ciuil. † Tamen niſi pre-
cium fuerit ſolutum, rei dominium ad emptorem non trã
ſit leg. ſi curator 5. §. 1. ff. de iure fiſci l. 1. & l. ſi inſtrumen-
ta C. de fide inſtrumentor. lib. 10. l. 1. C. ne fiſcus, & ibi glo-
ſæ, & Bart. & alij Doctores idem Bart. & latè Iaſ. in l. 1. nu.
18. ff. de offic. procur. Cęſaris concludens communiter ven
ditionem fiſci valere habita fide de precio quoad obliga-
tionem emptoris, non quoad tranſlationem dominij: &
id explicitè voluerunt gloſſ. Bald. & Salyc. in leg. cum veo-
dente C. vbi cauſæ fiſcales. Et ſi fiſcus in venditione fuerit
læſus vltra dimidiam iuſti precij remoto etiam dolo, vel
fraude, erit ei ſubueniendum glo. & Barto. in leg. 1. ff. de iu
re fiſci, & eſt tex. in l. 3. & in l. ratas C. de reſcindenda ven
dit. Niſi fortè illa facta fuerit per ſubhaſtationem publi-
cam, vt voluit Angel. de Peruſio in l. 1. C. de prædi. cur. lib.
10. Fulgoſ. & Angel. in l. 1. C. de præſcrip. 30 anno. Alciatus
in conſ. 12. libro 8. ſecundum Venetam impreſſionem, quia
ſubhaſtatio probat iuſtum precium authen. hoc ius porre
ctum C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bald. in conſilio 103. Quæri-
tur lege ſi ſeruus ff. de condict. furtiua lege tertia ff. de in
diem adiect. Iaſ. in lege, qui Romæ §. cohæredes ff. de ver-
8 borum obligatio. † In donatione verò facta à Principe, in
qua precium non deſideratur continuo dominium in do-
natarium transfertur lege hi quibus 6 C. de fundis patri-
mo. Sed & quædam res fiſcales diſtrahi prohibentur, qui-
bus diſtractis nihil agitur, vt paulo ſuperius exemplo acto
rum oſtenſum eſt ſub nu. 3. & in titu. præcedenti ſub nu. 4.
9 † Cuius generis & ſunt fundi patrimoniales, ſiue fiſci limi-
trophi, & ſaltuenſes per tractum orientis poſiti, quos ad
ius priuatum transferre licet l. poſſeſſores 12. l. nulli 13. C.
10 de fundis patrimo. † Præterea re fiſci vẽdita, vel locata in-
tra certum tempus meliore cõditione allata, licet fiſco rem
priori auferre, & poſteriori, qui conditionem obtulit me-
liorem addicere lege Lucius 21. §. fina. ff. ad municipal. l. 1.
C. de vendendis rebus ciuitatis l. ſi tempora 4 C. de fide in-
ſtrumẽ. & iure haſtę. Quod priuilegium alijs reb. publicis,
vel Ciuitatibus non datur. Sed nec rebus Principis patri-

monialibus venditis locum habet, l.prædia.5. C. de locat.
prædiorum ciuil.l.quicunque.3.C.de fundis patrimonia-
11 libus. † Permittitur etiam priori ad certum tempus em-
ptori, vel conductori, qui licitatione ſuperatus eſt, augu-
mentum offerendo rem retinere, l.prædia.5.§. penultimo,
C.de locat. prædiorum ciuil.l.congruit.4. C.eodem. Sed ſi
tempora adiectioni præſtituta ſint tranſacta, non erit lo-
cus offerendo conditionem meliorare, & ab emptore, vel
conductore auferre, l. ſi tempora.4.C. de fide inſtrumen-
torum, & iure haſtæ, l.ſecunda, C.de vendit. rer.Ciuitat.
12 † Si quis non perpetuo iure, ſed ad tempus prædium fiſci
conduxerit, valebit eius donatio ab Imperatore facta alij,
non obſtante eo, quod alius prædium iſtud conduxerit, di-
13 cta leg.5.§.ſane ſi quis, C.de locat. prædiorum ciuil. † Por-
rò is, qui rem ab Imperatore, ſeu fiſco bona fide compa-
rauit, eius rei alienandæ poteſtatem habet, exceptis bonis
feudalibus, l.hi, quibus 6 C. de fundis patrimon. huc con-
14 ferunt citata in titul. præcedenti ſub numer. 4. † Manu-
mittendi quoque ſeruos fiſcales, quos comparauit, pote-
ſtas illi non eſt interdicta, l.poſſeſſores. 12.in fine, C.eodẽ.
15 † Præterea priuilegium habet is, qui ab Imperatore, ſeu
fiſco comparauit, ne eius rei nomine ab alio conueniri poſ-
ſit, ſed datur hoc caſu intra quadriennium actio aduer-
ſus authorem, Principem puta, vel fiſcum, leg.2.cum l.ſe-
16 quen.C.de quadrienn. præſcript. † Prædijs autem à fiſco
diſtractis, præteriti temporis tributum eorumdem præ-
diorum emptorem ſpectare placuit, l. prædijs.36. ff.de iu-
17 re fiſci. † Si prior poſſeſſor licitatione victus ſit, fructus
medij temporis puto ad ipſum pertinere, l. vltima, ff. eo-
dem. Ius autem creditorum, quibus res à fiſco alienata pi-
gnori obligata eſt proponitur in l.res, quæ.22.§.1.ff.de iu-
18 re fiſci. † Sed & qui bona vacantia à fiſco comparauit, de-
bet actiones, quæ contra defunctum competebant, excipe-
re, l.eum, qui.41.ff.eodem. Niſi fortè fiſco aduerſus defun-
ctum aliqua competijt actio: hæc enim tanquam confu-
ſione ſublata, aduerſus emptorem danda non eſt, leg. ſi
quis.6 C.de fide inſtrumentorum.& iure haſtæ Niſi fortè
præteriti temporis tributum fiſco debeatur, l.prædijs.36.
ff.de iure fiſci.

S V M M A R I V M.

1 *Res fiſci minoribus 25.annis non ſunt locandæ.*
Palatinis
2 *Militibus* } *Res fiſci non ſunt locandæ.*
Curialibus
3 *Conductores veteres, vel noui an præferendi.*
4 *Penſio eadem ſemper ſoluenda non augenda.*
5 *Periculo officij locantis locantur res fiſcales.*
6 *Conductores fiſcales cautionem præſtant, limitatur.*
7 *Amouendum nihil de conducto fiſcali fundo.*
8 *Donari poteſt fundus emphyteuticus.*
9 *Aqua vſus penes emphyteuticum manet.*
10 *Aqua pro modo non vltra vtenda.*
11 *Penſiones non ſoluens cadit à iure ſuo.*
12 *Canonem non ſoluens cadit à iure ſuo.*
13 *Arbitrium ſubſtulit iura certa.*
14 *Minor non ſoluens Canonem excuſatur.*
15 *Emptio dempto Canone non valet, limitatur.*
16 *Princeps Canonem, & penſionem poteſt remittere.*
17 *Sterilitas non excuſat a Canone.*
18 *Solutio, & per partes fieri poteſt.*
19 *Emptores fiſcalium prædiorum non poſſunt expellere Colo-*
nos.
20 *Conductor inuitus locatione finita, non poteſt in ea retineri.*
21 *Principes ſunt Dei miniſtri.*

De locatione, & iure emphyteutico rerum fi-ſcalium. Tit. 14.

1 DE † rebus fiſci locandis, vel iure emphyteutico con-
cedendis ſciendum, quod minoribus vigintiquin-
que annis, neque fundus, neque vectigal locanda
ſunt, ne aduerſus ea beneficio vtantur ætatis, l.in fraudem.
4.ff.de iure fiſci. Maiores tamen, & ſi filijfamilias ſint con-
ducunt, & obligantur, l.3.§. vnde Iulianus, ff. ad Macedo-
nianum, & id ſecundum iuris regulas, l.filiusfamilias, ff.de
actio.& obligat.l.tam ex contractibus, ff.de iudicijs. Verũ
ſtantibus vbique locorum ſtatutis exigentibus certam for-
mam in contractibus filiorumfamil. iſta non ſeruata puto,
quod non obligabuntur. Mulieres quoque vectigalia con-
ducere prohibentur, Albeuc.in l.adeo, in princip.ff.pro ſo-
cio.ſequitur Mart.de Laude.in tract. de fiſco, quæſt.198.
2 † Palatini quoque res Principis, vel fiſci, neque per ſe, ne-
que per alium conducere poſſunt, l.1.C.quib.ad conduct.
prædior. fiſcal. Quod & de militibus, & de curialibus eſt
intelligendum, d.l.1. item & de fiſci debitoribus, ſeu reli-
quatoribus, niſi data cautione de ſoluendo debita antea
contracta, l.licitatio.§.licitatores, ff.de publica. idem & de
tutoribus, & curatoribus, qui rationem tutelæ & curæ ad-
miniſtratæ non reddiderunt, l.1 C. de tutor. & curator. l.1.
§.tutores, & vbique glo.& Doctor. ff.ad leg.Cornel.de fal-
3 ſis. † De veteribus coductoribus, & nouis, vtris potius ſint
locanda ambo parem conditionem offerentibus dictum
eſt ſupra in tit.præceden. Duobus verò eandem vocem in
licitatione emittentibus, veteri conductori aſſentiendum.
Ang.in l.1.C.de fide inſtrum.& haſtæ lib.10 ſi ambo noui
4 ſint, denuo ſubhaſtatio eſt facienda. † De mercede autem,
ſeu penſione conductionis illud cauetur in iure, ne in pa-
ſcuis, ſaltibuſque rei patrimonialis, vel fiſcalis locandis pen-
ſione licitatione augeatur, ſed vt antiqua maneat, l.1. C.de
paſcuis publicis. Neque ob meliorationes emphyteutæ pẽ-
ſio, ſiue Canon illi augeatur. l.2.C.de fundis rei priuatæ, l.
5 ſi quis.16.C. de omni agro deſerto † Locantur autem res
fiſcales periculo locantis officij, vt ſi conductor, eiusve fi-
deiuſſores ſoluendo non ſint, officium è ſuis facultatibus
damnum hoc fiſco præſtet, leg.1.C.de locat. prædior. ciui-
6 lium, l.quicunque 7.in fine, C.de fund. patrimon. † Cau-
tio autem à conductore fiſco præſtanda eſt, ſi quidem lo-
cuples ſit, ſub hypotheca bonorum ſuorum, ſin verò locu-
ples non ſit, datis fideiuſſoribus idoneis, dict.l.1.& dict.l.7.
7 † Nihil autem ex fundo fiſcali conductor transferre po-
8 teſt. l.in fraudem 45.§.conductor, ff. de iure fiſci. † Si quis
verò fundos emphyteutici iuris ſalua lege fiſci, quamuis
citra iudicis authoritatem donauerit, valet id, quod actum
eſt, dummodo ſuis quibuſque temporibus ea, quæ fiſco
penſitanda ſunt, repræſententur, l.1.C.de fundis patrimo-
nial.gloſſ.in verbo alij vendere in l.final.C. de iure emphy-
teut. Aret.in conſil.41.numero 1. Natta in conſil.516.nume-
ro 2.Corn.in conſil.166.numero 29. lib.2. Clarus in §. em-
phyt.quæſt.15.Cæpulla conſ.8. Berous in conſilio 128. nu-
mero 1.lib.1. Sed donatarius, antequam donatæ rei poſſeſ-
ſionem capiat, debet à Domino petere inueſtituram de re
emphyteutica ſibi donata. Alex.& alij in l.ſi domus, §.fin.
numero 6 ff.de legatis 1.& in conſil.189.numero 15. libr.2.
Aret.d.conſil.41.numero 6. Ruin.in conſ.161.num.22. lib.
4 in conſ.143.numero 10.lib.1. Guido Papeus deciſ.46. Be-
rous in conſ 120.num.5.& d.conſ.128.num.7.lib.1. Clarus
9 d.quæſt.15. † De vſu aquæ illud cauetur, vt aquarum ius,
poteſtaſque penes emphyteuticarios permaneat, tantum-
que ex ijs Colonis impertiatur, quantum culturis eorum
agrorum ſufficere manifeſtum eſt, quos ipſi colunt, leg. 1.
10 C. de mancipijs, & Colon. patrimonialibus. † Pro modo
autem ſuperfluæ irrigationis, quam vltra culturas ſuas v-
ſurparint, emphyteuticarijs poſſeſſoribus penſiones, acceſ-
11 ſioneſque præbeant, d l.1 † Illud etiam peculiare eſt in ijs,
qui prædia ab Imperatore, vel à fiſco acceperunt, ſi pen-
ſionem aliquot annis non ſoluerint, iure ſuo cadant, l.fun-
di.4.in fine, C.de fundis patrimonial.l.2.§.ſi quis, C.de fun-
12 dis rei priuatæ, † Vel non ſoluerint Canonem per bien-
nium, l.2.C.de iure emphyt.auth.qui rem, C.de ſacroſ. Ec-
cleſ.c.non potuit, de locati. & alij citati per Corbul.de cau-
13 ſa priuationis ob non ſolutũ Canonẽ. † Hæc iura certa cõ-
ſtituerant Doct.citati à Corbulo per totã illã cauſam, quã
14 ad nihilum reduxerunt arbitraria Tribunalia. † Excuſan-
15 tur tamen minores ætate, l.2.C.de fundis patrimon. † Si q̃s
autem dẽpto Canone prædiũ cõparauerit, ipſo iure nõ va-
let, quod antẽ eſt; & is, qui ita comparauit, precium cum
predio perdit, niſi fortè Princeps dictum pactũ cõfirmaue-
rit, l.nemo.7.C.de fundis rei priuatæ, l. ſi quis 5.C. de di-
uerſis prædijs Vrbanis, l.1. C.ſine cenſu, vel reliquis, l.2. &
3.C.eod. Et quod ſi Princeps pactum confirmauerit ſubſi-
ſtat, pbatur authore Accur.in l.ius emphy.11.C.de fundis
16 patrimon. † Sed & ſi Princeps pdiũ patrimoniale donaue-
rit, vel penſionem remiſerit, non ſoluens Canonem prædio
non

Digitized by Google

non priuatur, l. prædia 5. § ſanè quia, C. de locat. præd. ci-
17 uil. † Planè ſi caueatur emphyteuta ſterilitatem prædij, excuſatio eiuſmodi nulla eſt, l. quicunq; 3. vbi Accurſius,
18 C. de fundis patrimon. † Per partes tamen ſolutiones facere non prohibentur, l. placuit 4. C. de collat. fundo. patri-
19 mon. † Portò notandum peculiare in ijs, qui prædia ab Imperatore, vel fiſco compararunt, quod veteres colonos expellere non poſſint, l. cognouimus 3. C. de mancipijs, & co-
20 lonis patrimon. † Poſtremo obſeruandum, quod finito locationis tempore conductor inuitus in conductione retineri non poteſt, per ea quæ dicta ſunt ſupra in tit. 11. Verum tribus concurrentibus pro eodem precio reconducere tenetur. Primo ſi proximo tempore præterito conduxerit. Secundo ſi maxime ſuper lucratus fuerit, tertio ſi pro futuro tempore conductores non reperiuntur, leg. cotem ferro, §. qui maximos, vbi Caſtren. ff. de publican. Bald. in l. 1. col. 2. C. de hæred. vend. alias reconducere non tenetur, l. licitatio. §. 1. ff. de public. Bart. & Doctor. in d. § qui maximos, idem erit ſi ſuperuenerit bellum, ſeu peſtis. Boerius in
21 decis. 249. nu. 2. † Et quamuis tot, & tanta habeant, ſciant interim Principes omnes, ſi comparentur ad Deum, non eſſe dominos, ſed miniſtros, aut œconomos, aut villicos. Nam in pſalm. 23. dicitur. Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo. & pſalmo 49. Meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta in montibus, & boues, ſi eſuriero, non dicam tibi: meus eſt enim orbis terrarum, & plenitudo eius: & apud Aggeum dicit Deus; meum eſt argentum, & meum eſt aurum, & in 1. Paralipom. c. 19. Dauid id bene cognoſcens dicit ad Deum: Tua eſt Domine magnificentia, & potentia, & gloria: cuncta enim quæ in cœlo ſunt, & in terra tua ſunt: tuum Domine Regnum, & tu es ſuper omnes Principes: tuæ diuitiæ & tua eſt gloria: tu dominaris omnium. & ideo debent & Principes vt miniſtri, vt œconomi, vt villici Dei rationem reddere ſuæ villicationis, vt apud Lucam cap. 16 & vt conſtat infra tit. 16 nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus in bonis debitoris ſui habet tacitam hypothecam.*
2 *Sententia nulla contra fiſcum ſine appellatione retractatur.*
3 *Acta & inſtrumenta contra fiſcum non ſunt edenda.*
4 *Fiſcus actorum exempla edit ſub conditione de qua ibi.*
5 *Reſpondere licet contra fiſcum in dubijs quæſtionibus.*
6 *Fiſcus non tenetur vltra ſimplum, & ſi vltra promiſſum ſit.*
7 *Agente fiſco reus cogitur edere acta.*
8 *Fiſcus ſuccedens priuato an ſuo iure vtatur.*
9 *Vſuræ fiſcales quando debeantur.*
10 *Priuilegium fiſci Cæſari, & Auguſtæ competit.*
11 *Priuilegium fiſci nulla Ciuitas habet.*
12 *Priuilegio fiſci vtitur fiſci ſucceſſor.*
13 *Principium veſtis Adam nobis oſtendit, & Noema perfecit.*
14 *Veſtitus Cæſaris non eſt à priuatis imitandus.*
15 *Veſtitus Cæſaris in priuatis officinis non conficiendus, nec à priuatis donandus, & quare.*

De Priuilegijs fiſci, & veſtitu Cæſaris. Tit. 15.

SVperſunt nonnulla de priuilegijs fiſci, & Imperatoris.
1 † Sunt autem priuilegia fiſci, quod habeat tacitum pignus in bonis debitoris ſui, & cæteris creditoribus præferatur, de qua re ſupra, libro 2. tit. 56. copioſius dictũ
2 fuit. † Sententia quoque contra fiſcum lata etiam ſine appellatione intra triennium poteſt retractari, l. 1. C. de ſent. contra fiſcum, & vt ſupra libro 2 tit. 48. dictum eſt.
3 † Præterea neque inſtrumẽta, neque acta à quoquam aduerſus fiſcum edi oportet, l. in fraudem 45. §. neque inſtru-
4 menta. ff. de iure fiſci. † Et ipſe fiſcus actorum ſuorũ exempla hac conditione edit, vt ne is, cui deſcribendi fit poteſtas, aduerſus ſe, vel rempublicam his actis vtatur: de quo cauere compellitur, vt ſi vſus is contra interdictum fuerit,
5 cauſa cadat. d. §. neque inſtrumenta. † Planè non delinquit is, qui in dubijs quæſtionibus contra fiſcum facilè reſpon-
6 dit, l. non puto. 10. ff. de iure fiſci. † Illud etiam peculiare in fiſco eſt, quod vltra ſimplum euictionis nomine non teneatur, quamuis procurator eius duplum, vel triplũ promiſerit, l. ſi curator 5 ff. eod. Peregrinus in tract. de iure fi-
7 ſci, libr. 6. tit. 1. † Sed & fiſco agente cogitur reus edere inſtrumenta, l. 2. §. 1. ff. eod. Sunt & alia plura priuilegia paſ-
8 ſim in toto opere ſuis ſubiecta locis. † Illud tamen hoc loco notandum, quod fiſcus ſuccedens in ius priuati, priuati iure pro anterioribus ſuæ ſucceſſionis temporibus vtetur: poſtea quam autem ſucceſſerit, tum demum priuilegium ſuum habet, l. fiſcus 6 ff. de iure fiſci. In dubio enim fiſcus vtitur iure priuati, & conſequenter iure communi, niſi in caſu ſubiecto reperiatur ſpecialiter priuilegiatus, l. ſi ... ff. de compenſatio. l. cum virtute. ff. de pignoribus, l. de contractu, C. de reſcind. vendit. l. inſtus. ff. de iure fiſci, l. fin. C. de vſuris fiſcal. libro 10. l. 1. vbi Bom. & ... libro 10. Cynus in l. 2. C. de petit. hæredit. Anchar. in conſ. 101. Felgoſi. in conſil. 126. Natta in conſil. 400. num. 6. Guido Papæ in decis. 536. Quamobrem cum quæritur an fiſcus ſit priuilegiatus, nec expreſsè cautum inueniatur, in dubio eſt pronunciandum contra fiſcum, per textum l. non puto, ff. de iure fiſci, quem ita intellexit Decius in d. in ambiguis, ff. de regul. iuris, & in rubr. de iudicijs in 2. lectura. & in c. ex literis, de probationibus col. 3. Ripa in l. 1. num. 4 ff. ſol. matrimon. & in l. ſi debitor, numer. 7 ff. de pignorib. Didacus variar. reſolut. lib. 1. c. 16. numer. 1. Caball. de euictio. § 3. num. 107. Hinc eſt, quod conſonat præmiſſis, quod generalis diſpoſitio omnes caſus, & perſonas includit, etiã priuilegiatas, ſi in eo caſu non ſint ſpecialiter priuilegiatæ, d. l. in fraudem, §. fin. vbi Bald. ff. de teſtamen. milit. Decius in conſil. 725. col. vlt. & ita in terminis fiſci atgit idẽ De-
9 cius in conſil. 531. num. 3. † Exinde vſuras petit fiſcales, & ſi breuiores debebantur, ex quo conuenit certum debitorem, & continentem; l. fiſcum 3 C. de fiſcalibus vſuris, lege cum quidam 17. § ſi debitores, ff. de vſuris, l. fiſcus 6. ibi & quidem, ff. de iure fiſci. At in priuilegio variè reſcriptum eſt: obtinuit tamen exinde priuilegio eſſe locum, ex quo inter nomina debitorum relatum nomen eſt, dicta l. 6. § at in, l. non intelligitur 3. § ſi poſteriori, ff. eod. l. 2. C. de fiſcalibus vſuris. Ideo & ipſe vſuras præſtat per eum cui ſucceſ-
10 ſit abj. debitas, d. l. 2. † Quodcunque autem priuilegium fiſco competit, hoc idem, & Cæſaris ratio, & Auguſtæ habere ſolet, d. l. 6 § fin. ff. de iure fiſci, leg. bene 3. C. de qua-
11 driennij præſcriptio. † Simile tamen priuilegium fiſco nulla ſubdita Ciuitas habet, niſi nominatim id alicui à Principe datum ſit, l. ſimile 10. ff. ad municipal. l. Lucius 23. § fin. ff. eod. Nec minus iura fiſcalia. Bald. in l. 1. num. 8. C. de hæredit. vend. Bart in l. 1. C. de bonis vacan. lib. 10. & in l. item veniunt. §. ait Senatus ff. de petit. hæredit. & propterea non habet priuilegium tacitæ hypothecæ, Bald. in l. 2. C. quibus caſib. pign. Cephal. in conſil. 317. numer. 28. Sed ſi alicui ſit cõceſſum Caſtrum, ſeu Ciuitas cum mero, & mixto Imperio, an videantur conceſſa iura fiſcalia, pro negatiua adeſt Afflictus in c. 1. in verbo condemnatorum num. 39. in tit. Quæ ſint Regalia, controuertitur, & diſtinguitur, & cum diſtinctione, & negatiuè, & affirmatiuè reſoluitur apud Peregr. in tract. de iure fiſci, libro 1. tit. 2. nu. 72. & ſequen-
12 tibus. † Is verò, qui in locum fiſci ſucceſſit, fiſci quoq; priuilegio vtitur in bonis debitoris, l. in fraudẽ 45. § qui pro. ff de iure fiſci; & probatum fuit ſupra lib. 2. tit. 56. Is quoque qui debitoris fiſci adijt hæreditatem, priuilegijs fiſci cœpit ſubiectus eſſe, l. eum qui 45. §. de iure fiſci. Pertinent
13 etiam hic quæ de veſtitu Cæſaris habentur in iure. † Quo loci in primis eſt prænotandum ſpeculum quoddam veſtis humano generi ab Adamo primo parente monſtratũ cum primum folijs ficulneis, deinde pelliceis, ſe cooperuit, ex quo Noema ſoror Iubalis, Iabelis, & Tubal Cain ingenioſa fœmina, de qua Geneſ. 4. inuenit ſacrificium, & texturam, lanam in filo traxit, & linum, & pannum texuit, quo veſtes poſtea contextæ, & conſutæ ſunt anno mundi 874. non autem Arannes, vt Poetæ fabulantur. Deinde notandum eſt, quod habitus Magiſtratus debet eſſe honeſtus, & venerabilis cum maieſtate cum Regem, ſeu Principem ſuum repreſentet, l. ius pluribus. ibi ſalua maieſtate Imperij ſui, ff. de inſtit. & iure, Lucas de Penna in rubr. de apparitor. præfec. vrb. lib. 12. & in rubr. de legatis. numero 22 lib. 12. Valer. Max. libro 2. c. 5. in princip. Medin. de maieſtate Principis in princ. num. 26. Bound. lib. 1 polit. cap. 3. numer. 44. litera G. & Ariſtoteles Alexandrum Magnum admonuit, vt habitum regalem ſemper indueret. & Seneca vxo-

Digitized by Google

ea vxori Neronis, indue te delicate, (dicebat) chariſſima non propter te, ſed propter honorem Imperij, ad quod facit 21.q.4.c.1.ibi.non propter neceſſitatem, cum ſimilibus relatis per Specul. libr.1. par.4. tit. de aduocato. §. ſequitur videre de veſtibus, num.1. & ſequen. Debet ideo veſtis eſſe conueniens ſtatui, ordini, & officio. l. ſed ſi quid, §. mancipiorum, vbi Florian. ff. de vſufr. l.1. C. nulli licere, libro 11. c. Deus quis, de vita, & honeſt. cler. 21.q.1.c.2. & ſequẽ. cum veſtis ipſa officium oſtendat, l. item apud Labeonem, §. ſi quis virgines, & ibi Alex. ff. de iniurijs, Abbas in c. ſi verò, il 2. de ſentent. excommun. Vnde apud Romanos Rex purpura induebatur, miles clamide, ſacerdos ſtola, aduocatus toga, Monachus cucullа, & Prætor, ſiue Senatus Laticlauo, vt apud Vuollfanlaz in comment. Reipublicæ Romanæ, libro 8 cap.4. aliosque hiſtoriarum ſcriptores habetur. & hic habitus perſeuerauit vſque ad Imperatorem Alexandrum, de quo in l. Ruffinus, C. de teſtam. militar. & Iuſtiniani temporibus ceſſauit, eiusque loco pro ſtegmate ſuæ dignitatis cingulo vſi ſunt. §. verus igitur. verſic. quia verò
14 competens. Auth. de iudicibus, inde varius fuit. † Remanſit tamen Imperatori purpura, cum conſtitutione ne à priuatis veſtitus Cæſaris imitetur, leg.1. C. de veſtibus holoberis, l. ſecunda, l. vellera 3. l. tempetent. & l. vlt. C. eodem.
15 † Nec in priuatorum officinis eſt conficiendus, nec ei à priuatis eſt donandus, l.1. C. nulli licere. Timore enim veſtis maleficæ donatæ prohibetur veſtis à priuatis Cæſari donari, ne ita vt Hercules miſere maleficio veſtis inſito occidatur. Sed & lege Oppia in ardore belli Punici veſtitus, & ornatus mulIebris fuit temperatus, vt poſſet Reſpublica ſuppetias ex Ciuibus pro ſubſtinendo bello habere: procutus legis duratione bello finito, & pace vbique firmata præclarè orauit Cato. vt recenſet Liuius 4. lib. Decadis 4.

SVMMARIVM.

1 *Armorum inuentor ad cedes, & bella quis.*
2 *Ninus poſt diluuium primus intulit bella.*
3 *Bellum ante gentes in cœlis ortum.*
4 *Politica poteſtas bona, & licita Chriſtianis.*
5 *Ciuitatem primam ædificauit Cain.*
6 *Primi iuſti paſtores pecorum.*
7 *Homines omnes natura æquales.*
8 *Politica poteſtas non eſt à Deo, ſed ab hominibus.*
9 *Politica poteſtas eſt à Deo, per Deum Reges regnant.*
10 *Conditiones veri Domini quæ.*
11 *Imperia, & Regna viri ſancti geſſerunt.*
12 *Homo natura animal ſociabile.*
13 *Homo indiget multis, vt ſolus non poſſit viuere.*
14 *Bruta ſola viuere poſſunt.*
15 *Homo omnium rerum indignus.*
16 *Homo animal ciuile magis quam apes.*
17 *Scientiæ, & artes longo tempore à multis inuentæ.*
18 *Iuſtitia non niſi in ſocietate poteſt exerceri.*
19 *Natura humana requirit vitam ſocialem.*
20 *Principatum neceſſarium.*
21 *Societas eſt multitudo ordinata.*
22 *Politica poteſtas à Deo eſt, quia bona.*
23 *Principes mali non faciunt rem malam principatum.*
24 *Principes mali dati à Deo ad iuſtitiam miniſtrandam.*
25 *Inuaſores Principatum iuſti detentores.*
26 *Politicus Principatus fuiſſet in ſtatu innocentiæ.*
27 *Ordo rectus quid exigat.*
28 *Principatus inter Angelos.*
29 *Politica poteſtas non pugnat cum libertate, ſed cum deſpotica.*
30 *Princeps à tiranno differt.*
31 *Princeps eſt ſeruus.*
32 *Princeps condit leges, quæ ligant omnes in conſcientia.*
33 *Magiſtratui Chriſtiano licet gladio punire.*
34 *Bella gerere licet Chriſtianis ſine peccato.*
35 *Deus Dominus exercituum dicitur.*
36 *Militare licet Chriſtianis.*
37 *Sancti bella geſſerunt.*
38 *Bella iuſta ſæpe adiuuat Deus, vt in exemplis.*
39 *Bellum eſt medium ad pacem.*
40 *Belli iuſti, & iniuſti diſcrimen.*
41 *Bella pro pace bona, iuſta, licita, & neceſſaria.*
42 *Belli iuſti conditiones quatuor.*
43 *Indicere bellum quis poſſit.*
44 *Clerici authoritate Papæ bellum indicunt.*
45 *Bellum defenſiuum ab omnibus ſuſcipi poteſt.*
46 *Belli cauſæ iuſtæ quæ.*
47 *Principis ſtatur iudicio in re dubia iuſti belli.*
48 *Princeps bellum iniuſtum indicens peccat, & tenetur ad omnia damna, ſubditi non peccant bellando cum eo.*
49 *Bellum bona intentione indicendum aliter omnes peccant.*
50 *Belli etiam iuſti euentus dubij, adeo tardè indicendum.*
51 *Pax omnibus alijs quam belli medijs procuranda.*
52 *Bellum ſine publica indictione iniuſtum.*
53 *Bello indicto pax oblata ſuſcipienda, cum declaratione.*
54 *Bellum eſſe poteſt contra charitatem, non contra iuſtitiam.*
55 *Modus belli iuſti inferendi quis.*
56 *Magiſtratus militares, vt magiſtri militum primum locum tenent.*
57 *Regentis exercitum officium quid.*
58 *Commeatus parcè dandus.*
59 *Milites omnes in officio, & ſtatione retinendi, cuſtodiendi, viſitandi, audiendi, exercendi.*
60 *Milites in limitibus retinendi, & ad numerum redigendi.*
61 *Milites de ſuo numero, vel loco ad alios, vel alia transferendi.*
62 *Milites ad cuſtodiam quomodo deputandi.*
63 *Milites non ſunt vertendi ad vſus priuatos.*
64 *Magiſter militum milites punit.*
65 *Lauacra Comitibus rei militaris non danda.*
66 *Agentes in rebus milites fieri non poſſunt.*
67 *Filij officialium ſacramento tenentur.*
68 *Magiſtrorum militum iuriſdictio dignitas, & tituli.*
69 *Apparitorum magiſtri militum dignitas, immunitas, & iudex.*
70 *Magiſtri officiorum iuriſdictio, & officium.*

De iure militari. Tit. 16.

SAbaudia armis repleta, commotisque totius Italiæ populis, ſpectantibus alijs exitum belli apud Allobroges, & Inſubres illius ſedes, decreui de re, ac iure militari in ſtrepitu tanti motus diſſerere, ſpectant enim, & bella ad publicum ius, ac publico iure ſunt conſtituta, §. ius autem gentium, Inſt. de iure natur. gent. & ciuili, diſtinct. 1. cap. ius gentium, cum cap. ſequen. de his enim, & alij Iuriſconſulti ſcripſere, & poſt illos veteres, de Imperatore militum eligendo, vti de præcipua militum fortuna, atque virtute exorauit primum Cicero pro eligendo Pompeio. Deinde ſcripſere Claudius Cotorei, & Bartho-
1 lomeus Veronenſis. † Qua in re explicanda prænotãdum primum eſt, quod Lamech inſignis gladiator cum filio Tubal Cain arma inuenit, & fabricauit, quibus cœdes fierent, anno mundi 622. Chalybe enim inuento ex illo primus arma ad cædendos homines fabricauit poſt ſextam ætatem ante diluuium, vt Rabbini omnes Gene. 4. Deinde quod poſt diluuium fines imperij tueri magis, quam proferre mos erat. Intra ſuam cuique patriam Regna finie-
2 bantur. † Primus omnium Ninus, Rex Aſſiriorum, veterẽ & quaſi auitum gentium morem noua Imperij cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis: & rudes adhuc ad reſiſtendum populos ad Libiæ terminos vſq; perdomuit. Fuere quidem temporibus antiquioribus Vexores Rex Aegypti, & Scythiæ Rex Tanais: quorum alter in Pontum, alter vſque Aegyptum exceſſit. Sed longinqua non finitima bella gerebant: nec imperium ſibi, ſed populis ſuis gloriam quærebant, contentique victoria, imperio abſtinebant. Hinc ius gentium omni humano generi commune deſcendit, hinc bella orta ſunt, quæ & ipſa ius ſuũ quo geruntur inſeruntur, repelluntur, ſubſtinentur, ha-
3 bent. † Sed & ante gentes in cœlis tertia pars Angelorum Deo rebellis Luciſero Duce aperto marte pugnauit, lapſuque luctuoſo de ſua felicitate cecidit, miſerã in malo fixa, & obdurata euaſit. Cæteri autem cum Deo manſerũt gratia aucti, & confirmati, perfectaq; beatitudine cumulati, maxima cum iuſtitia, quæ pugnando executa fuit in cœlo. Hinc Torquatus Taſſus in ſua Hieruſalem liberata in 4. cantilena 15. ex perſona Luciferi Angelorum deſertorum Duci excitantis ſuas inferni poteſtates cõtra Dei caſtra terrena cecinit ita poſt multa.

Abi

Digitized by Google

Ahi non ſia ver, che non ſono anco eſtinti
Gli ſpirti in voi di quel valor primiero,
Quando di ferro, e d'alte fiamme cinti
Pugnammo gia contra il celeſte Impero;
Fummo (nol nego) in quel conflitto vinti,
Pur non manco virtude al gran penſiero,
Diede, che che ſi fuſſe à lui vittoria,
Rimaſe à noi d'inuitto ardir la gloria.

Et in terris ante diluuium Gigantes ex nefando concubi-
tu nati bellis vexarunt alios, vt Geneſ. 6. Primi enim poſt
mortem Adæ veterem, & auitum morem noua cupidita-
te mutarunt, ſeruitutes inducendo, bella alijs inferendo, &
rudes adhuc ad reſiſtendum homines perdomando ſine
aliqua iuſtitia, cum qua bella geri poſſe, & neceſſario
quandoq. deleri non dubitatur. Qua propter in primis de
iuſtitia belli in terris gerendi, inferendi, ſubſtinendi, repel-
lendique erit diſſerendum, deinde de alijs ad militare ius
4 pertinentibus dicetur. † Sed pro fundamentis iaciendis eſt
prius videndum an politica poteſtas ſit bona, & homini-
bus Chriſtianis licita? & pro negatiua adſunt plura argu-
menta. Primum ius naturale, quo omnes homines liberi
ſunt inſtit. de iure naturali gent. & ciuili. Ab origine enim
Deus creauit hominem liberum, & per peccatum introdu
ducta eſt ſubiectio: ergo cum à peccato per Chriſtum libe-
rati ſimus, etiam à ſubiectione liberati eſſe debemus. An-
tecedens patet, nam Geneſ. 1. non dicitur dominamini ho-
minibus, ſed dominamini piſcibus maris, & c. Item mulier
nunc non ſubijcitur viro niſi politica ſubiectione, tamen
hæc ſubiectio per peccatum introducta eſt, vt patet Gen.
5 3. ſub viri poteſtate eris. † Præterea & ante diluuium pri-
mus qui condidit Ciuitatem, & cum ea inchoauit Regnũ
politicum fuit Cain Geneſ. 4. vt exinde probat Diuus Au-
guſtinus de Ciuitate Dei lib. 15. cap. 1. Poſt diluuium pri-
mus fuit Nemrod. Geneſ. 10. Denique id clare docent Pa-
tres Auguſtinus vbi ſupra lib. 15. cap. 15. rationalem factũ
ad imaginem ſuam, noluit Deus niſi irrationabilibus do-
6 minari, non hominem homini, ſed hominem pecori. † In-
de primi iuſti, Paſtores magis pecorum, quam Reges ho-
minum conſtituti ſunt, vt hinc etiam inſinuaret Deus,
quid ordo poſtularet creaturarum, & quid meritum exi
geret peccatorum, & Diuus Gregorius libro 21. moralium
7 cap. 11. † Omnes homines natura æquales genuit, ſed va-
riante meritorum ordine, alios alijs diſpenſatio occulta
poſtponit, ipſa autem diuerſitas, quæ acceſſit ex vitio, re-
ctè eſt diuinis iudicijs ordinata, vt quia omnis homo iter
vitæ non æque graditur, alter regatur ab altero. Similia di
cit in paſtorali par. 2. cap. 6. Vbi & ſi defendat affirmatiuã,
tamen negatiuam concedit ab initio extitiſſe. Secundum
argumentum deſumitur ex ſcriptura Matthei 17. Reges
gentium à quibus accipiunt tributa & c. ergo liberi ſunt
filij, & Lucæ 22. Reges gentium dominantur eorum: non
ſic erit inter vos. Diuus Paulus ad Romanos 13. Nemini
quicquam debebatis, niſi vt inuicem diligatis 1. Corinth.
7. Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum 2. Corint.
8. Vnus Dominus. Epheſ. 4. Vnus Dominus, vna fides, vnũ
baptiſma, vnus Deus. Tertium argumentum ducitur ab
exemplis. Nam plerique Principum abutuntur potentia,
& non ſolum non proſunt, ſed etiam obſunt reipublicæ,
vt patet in ipſo initio mundi de Cain Geneſ. 4. de filijs Prin
cipum Geneſ 6. qui accipiẽtes varias vxores, corrupti ſunt
omni ſcelere & eorum cauſa venit poſtea diluuium, item
de Nemrod, Pharaone, Nabuchodonoſor, Saul, Roboam,
& cæteris. Nam poſt diuiſionem Regni, ex Regibus Iſra-
el nullus fuit bonus, poſſunt afferri exempla infinita alia
extra ſacram hiſtoriam vſque ad noſtra tempora, de alijs
Principibus tum Etnicis, tum Chriſtianis, qui Principatus
ſui potentia ſunt abuſi. Quartum argumentum ducitur à
fine. Nam Magiſtratus fuit permiſſus Iudæis propter im-
perfectionem temporis, erant enim pueri Iudæi, & ideo
regi debebant ab alio, vt ad Gala. 4. At nos viri ſumus per-
8 fecti, & vnctio docet nos de omnibus. † Quintum argu-
mentum pro negatiua deſumitur ab efficiente: Nam iſta
poteſtas non eſt à Deo introducta, ſed ab hominibus ty-
rannice vſurpata, quis enim fecit Nemrod Regem? Quis
Nabuchodonoſor? Quis Ninum? Quis Alexandrum ma-
gnũ? Quis Caium Iulium Cæſarem? Quis alios? Hinc lau
datur ille Pirata, qui Alexandro reſpondit. Ego quia cum
paruo ligno diſcurro pirata dicor: tu quia cum magna claſ
ſe orbem terrarum ſpolias Imperator appellaris, ita Diuus
Auguſtinus de Ciuitate Dei libro 4. cap. 4. ex Cicerone lib.
3. de republica, & diſplicuit Deo quando Hebræi petierũt
ſibi dari Regẽ, vt illos iudicaret, ſicut vniuerſæ nationes, vt
in 1. Regum 8. & 12. quamuis dari permiſerit, vt in citatis
locis, ex quibus ita arguit Cardinalis Bellarminus de offi-
9 cio Principis Chriſtiani lib. 1. cap. 22. † Verumtamen dictis
argumentis non obſtantibus veram affirmatiuam profi-
temur, negatiuam verò reſpuentes hæreſim eſſe Anabati-
ſtarum affirmamus, & hanc hæreſim catholici omnes no-
biſcum execrantur, & præcipuè Beatus Thomas in opuſc.
20. & Philoſophi omnes, & omnes Doctores. Deus enim
in populo ſuo regimen Ciuile, ac politicam poteſtatem
conſtituit, vt de Moyſe, & Ioſue liquet Exod. 18. Deutero.
1. & 34. Ioſue 7. Et vt probat Diuus Auguſtinus de Ciuita
te Dei lib. 4. & 5. & in epiſt. 54. ad Macedon. Irene libro 5.
cap. 20. Baſilius in conſtit. monaſt. c. 23. Vnde iudices à Deo
poſiti vocantur Dij. Deutero. 32. & pſalm. 81. & vt probat
Diuus Paulus ad Romanos 13. omnis politica poteſtas eſt
à Deo, & probant ea, quæ per nos deducta fuere ſupra in
lib. 1. 2. 3. & hoc 4. in quibus politicam poteſtatem ſecularẽ
& Eccleſiaſticam conſtituimus ex legibus, & canonibus,
& vtramque etiam ſacris ſcripturis, exemplis Sanctorum,
ex fine, & neceſſitate, ex cauſa efficiente, & ex origine quã
breuiſſime etiam contra allata argumenta denuo probare
poſſumus, ex quibus apparebit nihil affirmatiuam noſtrã
officere, ſed firmam ſemper, atque inexpugnabilem per-
manere. Scripturis itaque ſacris teſtamenti veteris proba-
tur paſſim in multis locis Exo. 22. iudices populi à Deo ipſo
vocantur Dij, ſicut, & in citato pſalmo 81. Deus ſtetit in Sy
nagoga Deorum in medio autem Deos diiudicat, ideſt, ſe-
cundum Genebrar. ibi. Deus ſeipſum collocauit in congre
gatione, & conſeſſu iudicum vicem Dei in terris gerentiũ,
vt eorum actiones contempletur, & de eorum iudicijs, &
ſententijs cenſuras ferat. Chaldeus eleganter ad rem ver-
tit. Deus cuius maieſtas commoratur in congregatione iu-
ſtorum, qui potentes ſunt in lege, in medio iudicum in ve-
ritate iudicat. Et Parilipp. 19. Deuter 1. & cap. 17. deſcribit
Moyſes leges Regi futuro in lib. Iudic. cap. vltim. & alibi.
Prouerb. 8. per me reges regnant, & pſal. 2. & nunc Reges
intelligite, erudimini, qui iudicatis terram, item pſalmo 72.
adorabunt eum omnes Reges terræ. Iſa. 60. Ambulaue tũt
gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui, &
Reginę nutrices tuæ, vultu in terra demiſſo adorabunt te,
& puluere pedum tuorum lingẽt. Quod impletum vide-
mus à Conſtantino, & ab omnibus hucuſque, qui adora-
uerunt ſepulcra Apoſtolorum, & martyrum, & Eccleſiam
ditarunt, & protexerunt, & inter cæteros nunquam à me-
moria delendi Cõſtantinus, Theodoſius, Carolus magnus
& alij. Præterea Chriſtus prædicans Euangelium Regni
inter alia dixit Matthei 22. reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæ-
ſari, & Ioann. 10. Si illos dicit Deos, ad quos ſermo Dei fa-
ctus eſt, quem Pater Sanctificauit, & miſit in mũdum, & c.
& Diuus Paulus ad Roma. 13. iubet, vt omnis anima pote-
ſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non enim eſt poteſtas ni
ſi à Deo, & quod ex Matth. 17. Luca 22. Paul. ad Roman.
13. Corin. 7. & 8. Epheſ. 4. ſupra in argumentis contrarijs di-
10 ctum eſt, ibi. † nomẽ Domini propriè accipi eo modo, quo
non conuenit niſi Deo, nec propterea exinde tolluntur Re
ges, & Principes, qui non propriè Domini ſunt, ſed mini-
ſtri Dei, vt probauimus ſupra in fine titu. 14. Qui vnus ve-
rus eſt Dominus duas habet conditiones, quæ nulli creatu
ræ conueniunt. Vna eſt vt poſſit pro libito vti re cuius eſt
dominus, & eam augere, minuere, mutare, annihilare & c.
Altera vt nulli ſeruiat, ideſt nulla re indigeat, ſed ſe ipſo
ſufficiat ad omnia, vt notat Diuus Auguſtinus libr. 8. de
Gene. ca. 11. & deducit ea pſalmo 15. Dixit Domino, Deus
11 meus es tu, quia bonorum meorum non eges. † Exemplis
verò Sanctorum hæc veritas probatur, nam ſi Imperia,
Regna, & Principatus, & politica poteſtas eſſet res mala,
nunquam viri Sãcti illam geſſiſſent. Nam Melchiſedech
illam geſſit, fuit Rex Salis, Ioſeph Patriarcha præfuit toti
Aegipto, Moiſes, Ioſue, iudices omnes. David. Salomon. E-
zechia, Ioſaphat, Ioſia, Daniel. Mardocheus, Nehemia, Ma
chabeorum, & aliorum Reges, de quibus in veteri teſta-
mento. In nouo autem teſtamento habemus Ioan 4. Regu
lum credidiſſe in Chriſtum, nec tamen iuſſum renunciare
principatui Acto. 13. habemus Proconſulem conuerſum à
Diuo

Digitized by Google

Diuo Paulo non propterea depoſuiſſe magiſtratum, habe-
mus Philippum Imperatorem à S. Fabiano Papa, & mar-
tyre, & à tota Eccleſia admiſſum, nec illi imperatum, vt di-
mitteret imperium, vt teſtatur Euſebius in eius hiſtoria li-
bro 6. c. 25. habemus à Conſtantino huculque ferè omnes,
immo omnes exceptis aliquibus ſchiſmaticis, & hæreticis.
& licet Eccleſia per trecentos annos ante Conſtantinum
nullum, vel paucos habeat, id factum fuit, vt adimplere-
tur illud Pſalmi 2. Aſtiterunt Reges terræ, &c. Deinde in
ſequenti tempore poſt Conſtantinum illud, & nunc Re-
ges intelligite, vt dicit Diuus Auguſtinus in epiſtol. 50. & vt
dicitur 1. Corinth. 1. Quia Deus voluit Eccleſiam ſuam in-
choare ab hominibus pauperibus, & vilibus, ne putaretur
augumentum Eccleſiæ opus humanum, ſi fauore Princi-
pum creuiſſet. à temporibus Conſtantini habemus mul-
tos in diuerſis mundi partibus Principes ſanctos, qui ſan-
ctiſſimè regnauerunt, quos recenſere longum eſſet. Ad ar-
gumentum in contrarium facilis eſt reſponſio; nam exem-
pla malorum Principum non probant Principatum eſſe
malum, & exempla bonorum probant illum eſſe bonum.
Et quod in Regibus Iſrael nullus fuerit bonus, id pertinet
ad inſignem Dei prouidentiam Deus enim id permittere
voluit ob rebellionem Iſraelitarum à tribu Iuda, quæ ſi-
gnificabat ſchiſmata hæreticorum ab Eccleſia, vt dictum
fuit ſupra titul. 118. libro tertio, ita Eucherius ſuper lib.
Regum libro tertio in fine. Quæ ſchiſmata videmus Dei
permiſſione punita eodem modo in Græcis, & in alijs, de
quibus in dict. titul. 118. Idem probatur ex fine Principa-
tus, Nam Politicus Principatus a deo naturalis, & neceſſa-
rius eſt, vt tolli non poſſit, quin ipſa deſtruatur natura;
12 † hominis enim natura eſt, vt ſit animal ſociabile, nam bru
ta quidem ſunt à natura ita inſtructa, vt poſſint ſingula ſi-
13 bi ſufficere, † homo autem tam multis rebus indiget, vt
14 ſolus viuere nullo modo poſſit, † bruta enim naſcuntur ve
ſtita, & armata, & æſtimatiuam habent, ita determinatam
ad omnia, quæ ſibi conueniunt, vt naturaliter ſine vllo Do
ctore ſuorum nouerint nidos ædificare, alimenta quærere,
& medicinam etiam ſibi ipſis facere, quam ipſa bruta ho-
mines docuerunt, vt de virtute dictami, panaceæ, & alio-
rum ſimplicium à brutis didicita cecinit Virgilius, & alij
inſignes Poetæ, & illorum plurium virtutem notam eſſe
hominibus per animalia bruta, quæ naturæ inſtinctu cum
illis ſe curant à morbis, dicit Dioſcorides, & Matthiolus.
15 † At homo naſcitur ſine veſtibus nudus, ſine domo, ſine
alimentis, omnium rerum indignus, & egenus, & quam-
quam habet manus, & rationem, quibus omnia ſibi neceſ-
ſaria parare poteſt, tamen ſingula longum tempus requi-
runt, & adeo longum, vt ſit impoſſibile ſibi vnum homi-
num omnium ſufficere ad omnia, præſertim cum naſcan-
tur omnes rudes, & artes magis doctrina, quam experien-
tia dicantur, ergo neceſſe eſt, vt viuat, vt ſimul viuat, vt ſi-
mul viuamus, & vnus alium iuuet, vt viuere poſſit. Hinc
Ariſtoteles libro primo Politicorum, capitul. ſecundo, in-
16 quit. † hominem natura ciuile eſſe animal, magis quam
ſint Apes, & Grues, & quæcumque alia animalia, & ſi quis
ſolitarius viuat, aut eſſe beſtiam, aut Deum, id eſt, aut mi-
nus, aut maius homine, neque id eſt contra Eremitas no-
ſtros. Nam qui penitus ſolitarij vixerunt, vt Paulus pri-
mus Eremita, Maria Magdalena, Maria Aegyptiaca, & ſi
qui ſunt alij, dici poſſunt aliquid plus homine habuiſſe nõ
natura, ſed gratia. Quoniam non ſine miraculo alebantur
à Deo, vt notum eſt. Præterea ſi quiſque ſufficeret ſibi ad
viuendum, tamen nunquam ſufficeret ad protegendum
ſe ab impetu ferarum, & latronum, ſed ad hoc neceſſe eſt
conuenire, & collatis viribus reſiſtere, & licet ſibi ſuffice-
ret. tamen ſemper maneret rudis, & ſapientiæ expers, &
iuſtitiæ, & aliarum virtutum, cum ad hoc nati ſimus, vt
17 mentem, & voluntatem exerceamus, † nam ſcientiæ & ar
tes longo tempore, & à multis inuentæ ſunt, & ſine Docto
18 re percipi non poſſunt. † & iuſtitia non niſi in ſocietate
poteſt exerceri, cum ſit virtus conſtituens æquitatem in-
ter plures, cuius iudicium conſiſtit inter reum actorem, &
iudicem, aduocatos, & procuratores, vt ſatis in primis tri-
bus libris fuit demonſtratum, & Principes boni artibus
frugiferis afferunt nutrimenta, fecundant ingenia hono-
ribus, & præmijs, vt res publica ſibi à Deo commiſſa abun
det omnibus bonis, & ita ſe hoſtibus oſtendat terribilis, vt
19 Caſtrorum acies ordinata. † Cum verò natura humana
propterea ſocialem vitam requirat, certè requirit etiam
ea in ſocietate regimen, atque Rectorem: impoſſibile
enim eſt multitudinem diu conſiſtere, niſi ſit, qui eam con
20 tineat, & cui ſit curæ commune bonum, † & quidem non
ſolum in Regnis, & Principatibus pacificis & quietis, ſed
& multo magis in Caſtris, vt cecinit Torquatus Taſſus, in
Hieruſalem liberata in 1. Cantilena 31.

Oue vn ſol non impera, onde i giudici
Pendano poi de' premi e delle pene,
Onde ſian compartite opre, & vffici,
Iui errante il gouerno eſſer conuiene,
Deh fate vn capo ſol di membri amici,
Fate vn capo che gl'altri indrizzi e frene,
Date ad vn ſol lo ſcettro, e la poſſanza,
E ſoſtenga di Re vece, e ſembianza.

Sicut enim in vnu quoque noſtrum niſi eſſet anima, quæ
conneeret, & contingeret partes, & potentias, & elementa
contraria, ex quibus conſtamus, ſtatim omnia ſoluerentur.
Vnde Prouer. 11. Vbi non eſt gubernator, populus corruet,
ita & hoc idem accideret in multitudine maximè militari
21 ſi ſine capite militaret. † Deinde ſocietas eſt multitudo or
dinata, non dicitur ſocietas multitudo confuſa, & diſperſa.
ordo autem quid aliud eſt, quam ſeries quædam inferio-
rum, & ſuperiorum? Neceſſario igitur Rectores habendi
ſunt, ſi ſocietas futura eſt, vt in toto hoc libro à principio
vſque ad finem demonſtratur. Hoc idem probatur ratio-
22 ne ducta ab efficiente. † Certum enim eſt politicam pote
ſtatem à Deo eſſe, à quo non niſi res bonæ; & licitæ proce-
dunt, vt probat Diuus Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 4. &
5. & Dei ſapientia clamat Prouerb 8. Per me Reges regnãt,
per me Principes imperant, & Daniel 2. Deus Cœli regnũ,
& imperium dedit tibi, & 4. Cum beſtijs feriſque erit ha-
bitatio tua, fœnum, vt bos comedes; & rore Cœli tingende-
ris, ſeptem quoque tempora mutabuntur ſuper te, donec
ſcias, quod dominetur excelſus ſuper Regnum hominũ,
& cuicumque voluerit dedit illud. Et hoc propriè voluit
Apoſtol. ad Romanos 13. cum dicit, qui poteſtati reſiſtit
Dei ordinationi reſiſtit, ita affirmans omnem politicam po-
23 teſtatem à Deo eſſe. † Et quamuis ipſi Principes aliquando
mali ſint, non ideo conſtituunt, quod res mala ſint Princi-
patus, vt dictum eſt, nec quod à Deo malum procedat.
24 † Nam & mali Principes dantur à Deo propter peccata
hominum ad iuſtitiam per ipſos miniſtrandam. Iſa. enim
10. ſic legimus. Aſſur virga furoris mei, & baculus ipſe eſt,
in manu eorum indignatio mea, ad gentem fallacem mit-
tam eum, &c. Sic 45. Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cy-
ro, cuius apprehendi dexteram, vt ſubijciam ante faciem
eius gentes, & dorſa Regum vertam. &c. Hierem. 27. Ego
dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor Regis
Babilonis ſerui mei, &c Ezechiel quoque cap. 29. Et tamen
nemo eſt, qui dubitet de illius Regis mala intentione. Sic
Romani cupiditate gloriæ quærebant monarchiam, vt di-
cit Diuus Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 5. c. 12. Et tamen
Deus illam eis donauit, vt tum mercedem redderet bonis
eorum operibus moralibus, de quibus ſupra libro 1. & 2.
conſtat ex eorum ſanctiſſimis legibus, & apud Liuium, &
alios Romanæ hiſtoriæ ſcriptores, vt docet idem Diuus Au
guſtinus, vbi ſupra lib. 5. cap. 15. Tum etiam, vt per vnio-
nem omnium gentium ſub vno Principatu pararetur via
Euangelicæ prædicationi, vt docet Sanctus Leo in ſermo-
ne 1. de Sanctis Petro, & Paulo, & vt latius deduximus ſu-
25 pra libro 1. titul. 5. ſub num. 29 & libro tertio, titu. 11. † Et
quamuis ij, qui ab initio Regna conſtituerunt, fuerint, vt
plurimum inuaſores, tamen ſucceſſu temporis fiunt, vel
ipſi, vel ſucceſſores eorum Principes legitimi, quia populi
paulatim conſentiunt. Hoc enim modo Regnum Franco-
rum omnium conſenſu legitimum eſt. Idem dici poteſt de
Regno Hiſpanico, quod à Gothorum inuaſione incœpit,
vt Francum ab inuaſione Francorum, & de Regno An-
glorum, quod cepit ab iniuſta occupatione Anglo ſaxonũ,
& de ipſo Imperio Romano, quod à Iulio Cæſare patriæ
oppreſſore conſtitutum eſt, quod tamen legitimum eſſe cœ
pit, vt meruerint eius ſucceſſores in Matth. 22. audire Chri
ſtum Deum. Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari. ita affir-
mantem ſucceſſorem Imperatorem legitimum. Hinc Lu-
canus in Pharſalijs lib. 1. in princ. cecinit.

Bella per Emathios pluſquam ciuilia campos,
Iuſque datum ſceleri canimus, populumque potentem

In

Digitized by Google

In ſua victrice conuerſum viſcera dextra,
Cognataſque acies, & rupto fœdere Regni.
26 † Hoc idem comprobatur ex antiquitate. Nam & ſi ſu-
biectio ſeruilis cœperit poſt peccatum Adæ. Tamen poli-
ticus principalis fuiſſet etiam in ſtatu innocentiæ, quia &
tunc homo fuiſſet naturaliter animal ciuile, & ſociale, ac
perinde Rectore opus habuiſſet. Idem conſtat ex ipſa crea
tione, nam ideo Deus fecit mulierem ex viro, & non crea-
uit ſimul multos viros, ſed vnum tantum ex quo omnes
alij naſcerentur: vt indicaret ordinem, & præfecturam,
quam inter homines eſſe volebat, vt alibi ſupra libro 3. tit.
Ex Diuo Ioan. Chryſoſtom. homil. 34. in 1. ad Corint. & ex
alijs demonſtrauimus. In illo enim ſtatu ſicut fuiſſet diſpa
ritas ſexuum, ſtatuum, ingeniorum, ſapientiæ, & probita-
tis, item & ætatis ſecundum omnes, & Diuum Thomam
in 1. parte, quæſt. 101. ita ergo & præfectura, & ſubiectio:
27 nam in humana ſocietate debuit eſſe ordo. † Rectus autẽ
ordo poſtulat, vt inferior à ſuperiore regatur, fœmina à
viro, iunior à ſeniore, minus ſapiens à ſapientiore, & mi-
nus bonus à meliore, vt in lib. 1. tit. 3. & ſequen. libro 2. tit.
7. & ſequen. & lib. 3. tit. 2. & ſequen. fuit demonſtratum.
In illo ſtatu fuiſſet generatio. Geneſ. 1. Creſcite, & multipli
camini: ergo & ſexus diſparitas, quæ neceſſario præcedit
generationem, & diſparitas ætatum, quæ neceſſario gene-
rationem ſequitur, & diſparitas probitatis, & ſapientiæ,
quæ ſequitur ætatum diſparitatem, non enim fuiſſent na-
ti homines perfecti in illo ſtatu, ſed debuiſſent paulatim
diſcere, & proficere. Fuiſſent quidem nati omnes in gratia
Dei, & cum maiori cognitione quam nunc, vt docet Di-
uus Auguſtinus lib. 4. de baptiſmo paruulorum, cap. 38.
at ſine dubio non fuiſſent tam perfecti, quam adulti, & in-
ter ipſos adultos poterant per liberum arbitrium alij ma-
gis, alij minus applicari ad dicendum. Denique ingeniorũ
varietas oritur ex varietate corporum, fuiſſent autẽ tunc
corpora varia magnitudine, forma, robore, & ſimilibus, vt
patet quia illa corpora non erant exempta a legibus natu-
ræ, & egebant cibo, aeris reſpiratione, cœlorum influxi-
bus, fuiſſet igitur etiam tunc ingeniorum diuerſitas, vt per
28 Diuum Thomam 1. par. quæſtio. 96. & 105. † Sed & quid
plura etiam inter Angelos eſt præfectura, & ſubiectio, cur
ergo non fuiſſet inter homines in ſtatu innocentiæ, ſi in ea
perſeueraſſent? Dicitur enim Belzebub Princeps dæmo-
niorum. Matth. 12. & vt à principio huius tit. dictum eſt,
Lucifer Dux Angelorum deſertorum, atque rebelliũ. Qui
ſanè principatum illum non acquiſiuit peccando, ſed reti-
nuit, quem habebat ante in eos Angelos, qui eum ſequuti
ſunt. & in Apocalypſ. c. 12. dicitur Michael, & Angeli eius.
&, Dionyſ. c. 9. cœleſtis Hierarchiæ dicit primam Hierar-
chiam Angelorum præeſſe, & imperare ſecundæ, & ſecun
dam tertiæ, & Diuus Gregor. homil. 34. in Euangel. dicit
nomina Principatuum, & Dominationum in Angelis aper
tè ſignificare quod alijs præſint, & erũt homines ſine Prin
29 cipe? abſit. † Nec pugnat libertas, in qua creati ſumus cũ
ſubiectione politica, ſed ſolum cum deſpotica, ideſt, cum
vera, & propria ſeruitute: differt enim politica ſubiectio
à ſeruili, quia ſeruilis ſubiectio eſt, & operatur propter a-
lium, nempè dominum, ſubiectus politicè eſt, & operatur
propter ſe, ita intelligitur locus Geneſ. capit. primo, vbi e-
nim agitur de principatu deſpotico, ſic enim debuit do-
minari homo piſcibus maris, & volatilibus cœli alijſque
animantibus. Neque negari poteſt quin Adamo ſubiecti
fuerint filij, & nepotes eius eo quo diximus modo. & Di-
uus Auguſtinus de Ciuitate Dei, libro 19. cap. 15. reſpexit
ad abuſum nominis Regij, quod interdum accipiatur pro
deſpotico principatu. Nam vt ipſe in libro quinto, cap. 12.
inquit: Rex dicitur à regendo, non à regnando, atque do-
minando, & hoc modo Abraham, Iſaac, & Iacob Reges
dici potuiſſent, tamen quia faſtus humanus Regem dici
putat à Regnando, & dominando, ideo primi iuſti potius
30 Paſtores pecorum, quam Reges hominũ dicti ſunt. † Nã
cum Princeps politicus dum non ſuam, ſed populi ſibi ſu-
biecti quærit vtilitatem quando regit: Tyrannus autem
31 ſuam non populi Ariſt. lib. 8. de moribus, cap. 10. † re vera
ſi nulla ſeruitus eſt in politico Principatu magis ſeruus di-
ci poteſt, qui præeſt, quam qui ſubiectus eſt, quod dici nõ
poteſt in deſpotico, & tyrannico, vt dicit Ariſt. vbi ſupra.
& docet Diuus Auguſtinus de Ciuitate Dei, lib. 19. c. 14. &
hoc ad literam ſignificat illud Domini in Matth. 20. Qui
voluerit inter vos primus fieri, erit omnium ſeruus. Quo-
modo Epiſcopi ſeruos ſe plebium ſuarum, & Summus Põ
tifex ſeruus ſeruorum Dei ſe nominat, non ſuam ſed gre-
gis vniuerſi ſibi commiſſi quærentes vtilitatem, illiq; non
ſuæ propriæ commoditati ſeruiendo. Si malus Princeps
regnet, & ſic ſeruus ſubditorum non ſit, dum quærit quæ
ſua ſunt, ſeruus eſt non ſubditorum, ſed vitiorum ſuorũ,
vt ex Diuo Auguſtino de Ciuitate Dei, libro 4. c. 3. dicit Io-
annes S. Mariæ de Republica, & Politica Chriſtiana c. 2.
32 & ſequen. † Habito itaque Politico principatu omnium
præmiſſorum reſpectu pro bono, legitimo, ac à Deo conſti
tuto, licet pro illo bene adminiſtrando Principi ob publi-
cum bonum condere leges vt lib. 1. tit. 1. & 2. probatũ fuit,
& eius leges non minus obligant eius ſubditos in conſcien-
tia, quam faciat lex Diuina, & ſi lex Ciuilis minus firma, &
ſtabilis ſit, quia mutationibus ſubiecta, dummodo diuinæ
33 legi non repugnet. † Nec illicitum eſt Chriſtianis exercere
iudicia publica, nec magiſtratui gladio punire perturba-
tores publicæ quietis, & facinoroſos homines, vt iam extat
probatum in lib. 1. tit. 12. & ſequen. & probatur Geneſ. 9. &
28. Exod. 2. Matt. 26. Paul. ad Roman. 13. & hoc idem pro-
bant licitum, & iuſtum. D. Auguſt. de Ciuitate Dei, lib. 1. c.
21. & D. Hieronym. in Hierem. c. 22. Diuus Thom. in opuſc.
20. Cardinalis Bellarminus de laicis, lib. 3. c. 2. & 3. & ſeq.
Salas de legibus, diſputat. 7. ſectio. 1. cum ſeq. Suarez eod.
34 tract. lib. 3. q. 1. & ſeq. † Licitum etiam eſt Chriſtianis vbi
publica iudicia non ſunt ſufficientia ad iuſtitiam exercen-
dam aliquando gerere bella, & illis inſeruire ſine peccato,
vt ſupra lib. 3. tit. 94 fuit probatum. Nam & inter regalia
iura eſt, & ius belli indicendi, l. 3. ff. ad l. Iul. maieſt. Andr.
in tit. Quæ ſint regalia, in verbo ad iuſtitiam expediẽdam
in princ. & ibi Afflict. in rubr. nu. 105. Lucas de Penna in l.
1. C. vt armor. vſus lib. 11. Calic. de fiſco dubit. 8. ſpecial.
39. Caſtald. de Imperatore, q. 108. Molina de iuſtit. & iure
diſput. 98 & ſeq. par. 1. Borell. in tract. de præſtan. Reg ca.
32. & 67. Decianus in conſil. 20. lib. 3. Tholoſanus noſter in
ſyntagma iuris par. 1. lib. 20 c. 4. & 6. Geſſerunt enim bella
antiqui Reges veteris teſtamenti Moyſes, Ioſue, Dauid, &
alij plures, & quidem non permiſſione, ſed abſoluta Dei
35 voluntate, vt legitur Iudic. c. 3. & Reg. 15. † Hæc dicit Do-
minus exercituum, recenſui quæcunque fecit Amalech
Iſraeli, nunc ergo vade, & percute Amalech, & demolire
vniuerſa eius, non parcas ei &c. quibus verbis nõ permiſ-
ſionem, ſed præceptum videmus, vt etiam retulimus in li-
36 bro 3. d. tit. 94. & Luc. 3. † Interrogabant eum, & milites
dicentes. Quid faciemus, & nos? & ait illis. Neminem con-
cutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſti-
pendijs veſtris: nõ enim prohibuit militare, ſed docuit iu-
37 ſte militare. † Hoc idem probatur exemplis ſanctorum,
qui bella geſſerunt, nam ſi bellum eſſet malũ; certè à ſan-
ctis non gereretur. In veteri teſtamento Abrahã, Moyſem,
Ioſue, Gedeonem, Sanſonem, Dauidem, Ioſiã, Machabeos
magna cum laude bella geſſiſſe legimus, & in teſtamento
nouo. Matt. 8. Cẽturio cum diceret Chriſto. habeo ſub me
milites, & dico huic vade, & vadit, &c. eius fidem Dñs lau
dauit, nõ vt militiã deſereret præcepit, & Act. 10. dicit de
Cornelio Centurione. Vir iuſtus & timens Deũ, & hẽmus
multos ſanctos, & illos mirabiles, qui milites, & militũ Du
ces fuere. & Reges qui bella diuerſa geſſerunt, vt patet a-
pud Euſeb. in hiſtor. lib. 8. c. 4. & lib. 9 c. 10. & apud Baroniũ
in ſuis annalibus eccleſiaſticis. & S Baſilius in oratione de
laudibus 40. militum martyrum, hoc idẽ docet fuiſſe mul
tos ſanctos milites in Caſtris gentiliũ Imperatorum. & no
bis ſe offerunt Conſtantinus, Theodoſius, Valentinianus,
Carolus Magnus, Sanctus Ludouicus, Rex Francorũ San-
ctus Mauritius cum ſua legione Thebeorũ, qui bella geſ-
ſerunt, quos ſancti Epĩ nunquam reprehenderunt. Imo
Theodoſius conſulebat de euentu belli Ioannem Abbatẽ,
38 vt refert D. Auguſt. de Ciuitate Dei, li. 5 c. 26. † Et Deus ſæ-
pè iuſta bella adiuuat, quod nullo modo faceret, ſi eſſent
prorſus illicita, nam non ſolũ mala permitti non poſſunt,
ſed non ẽt ad illa faciendum opẽ, et auxilium dare. Geneſ.
14. Abrahæ cũ debellaſſet quatuor Reges cum ſolis 318.
famulis ſuis dictum eſt à Melchiſedech Benedictus Deus
excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt.
Exod. 17. ad preces Moyſis Deus dedit victoriam He-
bræis contra Amalech, Ioſue 10. pugnante Ioſue Sol ſte-
tit, et Dominus pluebat de cœlo lapides magnos, et plu-
res

Digitized by Google

res occidit grandine, quam filij Iſraeli ſtatis, et gladijs 2.
Machab. 10. Angeli in ſpecie æquitum pugnabant pro
Machabæis, & capitul. 15. legimus Deum non ſecundum
armorum potentiam, ſed prout ipſi placet, dare dignis vi-
ctoriam. Conſtantinus Dei auxilio miraculis euidenter o-
ſtenſis vicit in bellis, teſte Euſebio lib. 9. cap. 9. Cum Theo-
doſio S. Ioannes, & S. Philippus Apoſtoli pugnarunt cõtra
hoſtes, teſte Theodoreto lib. 5. capit. 24. Pro Theodoſio iu-
niore pugnarunt Angeli contra Sarracenos teſte Socrate
libro 7. capi. 18. Exercitus Honorij diuino miraculo victo-
riam incredibilem de Gothis retulit, teſte Diuo Auguſti-
no de Ciuitate Dei lib. 5. cap. 23. Hoc idem probatur teſti-
monijs Patrum Tertull. in Apologet. c. 42. hoc dicit. Idem
Diuus Gregorius Nazianzenus ora. 3. de pace. Diuus Ioan.
Chriſoſtom. in Euang. de Nuptijs Ioann. 2. Diuus Ambro-
ſius ſermo. 7. & lib. 1. de offic. cap. 40. & 41. Diuus Auguſti
nus in epiſto. 5 ad Marcellinum, & epiſto. 205. alias 207. ad
Bonifacium, & lib. 22. contra Fauſtum cap. 74. & ſeq. & li-
bro 6. quæſt. in Ioſuæ q. 10. Diuus Gregorius lib. 1. epiſto. c.
72. ad Gennadium, & cap. 73. & Sanctus Bernardus in ſer-
mone ad milites cap. 3. inquit. At verò Chriſti milites ſecu
ti præliantur prælia Domini ſui, nequaquam metuentes,
aut de hoſtium cæde peccatum, aut de ſua nece periculum
quandoquidem mors pro Chriſto, vel ferenda, vel inferen
da, & nihil habent criminis, & plurimum gloriæ merẽtur.
Sed vt de hoſtibus victoriam conſequantur exemplo Mo
ſis, Ioſue, Dauidis, Ezechiæ, Ioſiæ, Ioſaphat, Iudæ Macha-
bei Theodoſij Imperatoris, Tiberij, Henrici, & aliorum,
præparent ſe ad bellum non tam armorum, telorum, &
militum, quam ieiuniorum, orationumque ſubſidijs, ita
conſueuere omnes ſancti citati Principes, vt legitur in eo-
rum elogijs & vitis, & geſtis apud Cardinalem Bellarmi-
num in lib. 2. & 3. de officio Principis Chriſtiani, & oratio
Ezechię fide, ac fiducia plena legitur in 4. Regum 19. hæc.
Domine Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim, tu es Deus
ſolus regum omnium terræ tu feciſti Cœlum, & terram.
Inclina aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, &
vide: audi omnia verba Senacherib, qui miſit vt exprobra
ret nobis Deum viuentem: verè Domine diſſipauerunt Re
ges Aſſyriorum gentes, & terras omniũ. Et miſerunt Deos
eorum in ignem: non enim erant Dij, ſed opera manuum
hominum ex ligno, & lapide: & perdiderunt eos. Nunc igi
tur Domine Deus noſter, ſaluos nos fac de manu eius, vt
ſciant omnia regna terræ, quia tu es Dominus Deus ſolus.
Oratio Iudæ omni efficacia plena legitur lib. 2. Machab. c.
15. hæc Tu Domine qui miſiſti Angelum tuum ſub Eze-
chia Rege Iuda, & interfeciſti de caſtris Senacherib centũ
octoginta quinque millia, & nunc Dominator Cœlorum
mitte Angelum tuum bonum ante nos in timore, & tremo
re magnitudinis brachij tui, vt metuant, qui cum blaſphe
mia veniunt aduerſus Sanctum populum tuum. Oratio
Theodoſij omni fide, ac fiducia plena légitur apud Rufi-
num libro 11. Hiſtor. Eccleſ. capit. 35. hæc. Tu omnipotens
Deus noſti, quia in nomine Chriſti filij tui vltionis iuſtæ
prælia iſta ſuſcepi: ſi ſecus vindica in me: ſi verò cum cauſa
probabili, & in te confiſus huc veni porrige dexteram tuã,
ne fortè dicant gentes vbi eſt Deus eorum? & ita exorauit
39 victorias. † Bellum enim ſic paci opponitur, vt ſit etiam
medium ad pacem, varijs enim bellis paraſſe pacem teſta
40 tur Imperator noſter in proemio Inſtitut. † Sed hoc inter
eſt inter bellum iuſtum, & iniuſtum, quod bellum iniuſtũ
opponitur paci bonæ, & ducit ad pacem malam, & ideo ta
le bellum vitioſum eſt, at bellum iuſtum opponitur paci
41 malæ. † & ducit ad pacem bonam. pro qua bella, & licita,
& iuſta, immo etiam neceſſaria ſunt quoties iuſti belli ha-
42 beant conditiones. † Conditiones itaque iuſti belli quatuor
ſolent numerari ab ijs, qui de illo tractant, videlicet prima
authoritas legitima, ſecunda cauſa iuſta, tertia intentio bo
na, quarta modus conueniens. De prima conditione legi-
timæ authoritatis dicit Diuus Auguſtinus contra Fauſtum
lib. 22. cap. 75. & Diuus Thomas in 2. 2. quæſt. 40. articu. 1.
Ordo ille naturalis accommodatus hoc poſcit, vt ſuſcipien
di belli authoritas, atque conſilium penes Principem ſit,
cum vt dictum eſt ſub numer. 34. ius belli indicendi eſt de
regalibus, quæ ſolo ſupremo Principi conueniunt, exequẽ
di autem iuſſa bellica miniſterium milites debeant paci ſa-
lutique communi. Franciſc. Arias in tract. de bello nume.
196. & ſequen. & ratio hoc idem probat. Nam priuati ho-
mines, & qui ſuperiorem habent, ſi ab aliquo iniurias acci-
piant, poſſunt ad ſuperiorem confugere, atque ab eo indi-
cium petere, vt in 1. & 2. & 3. libro fuit demonſtratum, non
autem bellum propter aliqua iniuria, & ſi Barones, vel
feudatarij ſint in alterum inferre ſpeculat. de feu. §. quo-
niam verſicu. 25. & poſt Baldum tradit. Bouadil. lib. 2. po-
litic. cap. 16. nu. 151. ſequitur Garzias Maſtrill. lib. 3. de Ma
giſtratibus cap. 10. numer. 168. At verò Principes ſi ab alijs
Principibus aliquid patiantur non habent commune ali-
quod tribunal, ad quod illos accuſent, & ideo licet eis bel-
lo iniurias publicas propulſare, vt latè per Ariam citato lo
co. Martinus Lauden. de repræſalijs cap. 9. Reſtaurus Ca-
ſtal. de Imperatore quæſt. 108. nume. 1. & ſequen. Rozel.
de Concilio §. 15. numer. 1. Lupus de confederatione §. iſta
43 quæſtio. num. 8 & 11. † Reſidet autem hæc authoritas bel
li indicendi ſecundum communem ſententiam in omnib.
Principibus, & populis, qui in temporalibus ſuperiorem
non habent, quales ſunt Imperator, Papa, Reges omnes,
Reſpublica Venetorum, & ſimiles, Item & nonnulli Duces
& Comites, qui nulli ſubſunt in temporalibus. Non autem
Duces, Comites, & Barones, qui ſubſunt Papæ Imperato-
ri, Regibus vel alijs ſuperioribus, vt iam ex ſpecul. & alijs
fuit paulo ſuperius probatum, quibus accedunt Petrus à
monte, de Monarchia quæſt. 5. nume. 7. Reſtaurus vbi ſu-
pra quæſtio. 108. num. 1. & ſequen. Bellenc. de charitatiuo
ſubſidio quæſt. 57. num. 4. Lauden. de Bello quæſt. 2. & 38.
44 & de repræſalijs num. 9. † Et quod clerici de mandato Pa-
pæ hoc ius belli indicendi poſſint exercere, & bellum indi-
cere, dicit Calderinus in cap. petitio. de homicidio, vbi Za-
barel. & alij, & ſunt tex. in 22. quæſt. 2. & quæſt. 3. per to-
tas quæſtiones, vt probant etiam Stephanus Auffier. de po
teſtate ſeculari, in Eccleſiaſticos verſic. 35. num. 28. fol. 424.
& Gail. de pace publica lib. 1. cap. 8. num. 23. & ſequent. &
45 ſupra lib. 3. titu. 94. num. 25. & ſequen. † Notandum tamẽ
eſt hanc authoritatem Principis ſupremi neminem ſupe-
riorem non recognoſcentis non requiri ad bellum defenſi-
uum ſubitioendum, & repellendum, ſed ſolum ad offenſi-
uum inferendum. Nam defendere ſe vnicuique licet, non
ſolum Principi, ſed etiam priuato homini leg. vt vim ff. de
iuſtit. & iure. Roſellus de Concilio §. 15. num. 1. At indicere
bellum, inuadere hoſtem armis publicis, ſolius eſt ſupre-
mi capitis, per allegatos, & per text. in l. 3. ff. ad legem Iuliã
Maieſt. Iſern. in tit quæ ſint regalia, vbi etiam Afflictus nu.
105. Molin de iuſtitia, & iure par. 1. diſputat. 98. Decianus
46 in conſi. 20. lib. 3. cum alijs citatis ſupra nume. 3. † Secunda
conditio eſt cauſa iuſta, non enim ſine cauſa bellum indici
poteſt, nec etiam propter quodcunque peccatum, ſed tan-
tummodo propter magnam iniuriam propulſandam, ſe-
cundum Diuum Auguſtinum in Ioſue quæſt. 10. Quo loci
inquit, Iuſta bella definiri ſolent, quæ vlciſcuntur iniurias,
ſi qua gens, vel ciuitas, quæ bello petenda eſt, vel vindica-
re neglexit, quod à ſuis improbe factum eſt, vel reddere,
quod per iniuriam ablatum eſt. Quod & dicunt Roſellus
vbi ſupra §. 23. & Laudenſis de bello quæſt. 38. & ita ex Li-
uio legimus obſeruaſſe veteres Romanos. Ratio autem
huius eſt, quia Princeps non eſt iudex niſi hominum ſibi
ſubditorum, ergo non poteſt quæcunque peccata aliorum
hominum punire, ſed ſolum ea, quæ cedunt in detrimen-
tum populi ſibi ſubiecti. Nam & ſi non eſt iudex ordina-
rius aliorum, eſt tamen tutor, & defenſor ſuorum, & ra-
tione huius neceſſitatis efficitur etiam quodammodo Iu-
dex eorum, qui ſuis iniurias fecerunt, ita vt poſſit eos publi
cis armis, & gladio punire. Non tamen ex leui cauſa, neque
dubia, ſed magna & certa illud indici debet, cum aliter ſci
licet pax haberi non poſſit. Franciſ. Arias de Bello nume. 1.
& ſequen. Pariſ. de Puteo de re militari lib. 7. §. mortuo nu
47 mero 3 Cortetus de priuilegijs pacis num. 22. † Et quam-
uis in re dubia ſtetur Principis iudicio, & declarationi, &
præſumitur bellum iuſtum ab eo indictum. Reſtaurus de
Imperatore quæſt. 110. verſi. 242. Franciſ. Arias de Bello nu
mero 158 Tamen bella tanquam odioſa ſunt reſtringenda
& in dubio non indicenda, nec inferenda. Pariſ. de Puteo
de re militari §. Duo. nume. 3. Verum ſi ſupremo Principe
authore indictum, & illarum fuerit quando hinc inde de
illius iuſtitia dubitatur, licitum & iuſtum erit cõſtitutum,
48 Reſtaurus de Imperatore d. quæſt. 108. num. 4 † Si autem
iniuſtum indictum ſit, ſine dubio Princeps ipſe, qui illud
indicit peccat. Nam bellũ eſt actus iuſtitiæ punitiuæ omni
iure,

Digitized by Google

iure,& humano, & diuino permiſſum, vt probatum eſt,
& dicunt Arias citato loco num.1. & Pariſ.vbi ſupra, §.an
duella,num.9 Et ſine iuſtitia non ſubſiſtit,& Princeps qui
iniuſtum indixit bellum tenetur ad omnia damna. Pariſ.
vbi ſupra lib.9.§.pone nu.3.Landen. de Bello q.1.& q.14.
Non autem peccant ſubditi,nec in aliquo tenentur,quam
neminem concutere,nec calumniari,ſed ſtare contenti ſti-
pendijs, vt iam lib.3. tit.94. probatum fuit,& comprobat
tex.in c.quod quis, de regol.iur.in 6.& Diuus Auguſtinus
contra Fauſtum lib.22.c.75. Ratio eſt quia ſubditi tenen-
tur obedire, & cogi poſſunt ad bellum pro Domino per-
gere vt ibi.& dicit Cabed. deciſ.44. par.2. quem ſequitur
Fontanella de pactis nuptialibus, clau.4.glo.16.quos citat
Garzias Maſtrillus de Magiſtratibus lib.3.c.10. num.167.
49 † Tertia conditio iuſti belli eſt intentio bona. Nam cum
finis belli ſit pax, & tranquillitas, non licet ſuſcipere bel-
lum propter alium finem,quam propter pacē conſequen-
dam. Vnde grauiter peccant tam Princeps, quam milites,
qui vel vt noceant alicui, vel vt Imperium dilatent, vel vt
exerceant fortitudinem bellicam, vel alia de cauſa bellum
ſuſcipiant, quam propter commune bonum, etiam ſi au-
thoritas legitima, & cauſa iuſta non deſint. Pariſ.vbi ſu-
pra,§.mortuo,numero tertio, Corſettus de priuilegio pa-
cis,numero 22.Arias de Bello,numero primo, & ſequent.
& numero 65. & Diuus Auguſtinus in epiſtola ad Bonifa-
cium 207.alias 5.inquit. Pacem habere debet voluntas,
bellum neceſſitas, vt liberet Deus à neceſſitate, & conſer-
uet in pace:non enim pax quæritur,vt bellum geratur,ſed
bellum geritur vt pax acquiratur,eſto etiam bellando pa-
cificus,vt eos quos expugnas,ad pacis vnitatem vincendo
perducas,& libro 22.contra Fauſtum cap.74.Nocendi,in-
quit,cupiditas,vlciſcendi crudelitas,impacatus, & impla-
cabilis animus,feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi
qua ſimilia, hæc ſunt, quæ in bello culpantur, de quibus
50 etiam in Polyantea in verbo bellum. † Itaque antequam
indicatur, quoniam bellum graue medium eſt ad pacem,
& valde periculoſum,cum dubij ſint etiam iuſti belli euen
tus Pariſ.vbi ſupra libro ſexto,§.an aliquis,nume.11. ideo
non eſt mox inferendum bellum, cum iuſta cauſa exiſtit,
ſed eſt prius procuranda pax legationibus, & omnibus a-
lijs modis facilioribus, petendo ab hoſtibus pacificè ſatiſ-
51 factionem debitam.& vt dixit Comicus Terent.† Omnia
prius experiri,quam armis ſapientem decet. Nam Deute-
ron.20.Si quando acceſſeris ad expugnandam Ciuitatem,
offeres ei primum pacem. & Diuus Auguſtinus paulo ſu-
perius relatus dicit. Pacem habere debet voluntas,bellum
neceſſitas.& Romani veteres antequam bellum inferrēt,
pacifice prius ſatisfactionem debitam ab hoſtibus requi-
rebant,vt conſtat apud Liuium in Romana hiſtoria. Quā
cum conſequi non poterant, conſulebant collegium fœ-
cialium,vt refert idem Liuius lib.6.Decad.4. à quo habito
reſponſo pro bello inferendo, illud prius indicebant ſer-
uato certo ritu ſolemni,de quo per Liuium in pluribus lo-
cis,& per Alex.ab Alex.ex eo in libr.1. Genialium dierum,
c.14.& lib.5.c.3. Nunquam enim ſine pacifica requiſitio-
52 ne ſatisfactionis,.† & demum ſine publica belli indictio-
ne,& ante lapſum terminum in indictione ipſa conſtitutū,
bellum in hoſtes intulerunt, vt conſtat ex tota illa Liuij
Hiſtoria.Hinc eſt quod noſtri aſſeruere bellum ſine publi-
ca indictione iniuſtum,ac proditorium eſſe,& carere om-
nibus iuſti belli conditionibus, vt Reſtaurus de Impetrato-
53 re,quæſt.108.num.8.Laudenſis de bello, quæſt.59. † Imo
mo bello ipſo indicto,& inchoato, ſi hoſtis petat pacem,
& offerat ſatisfactionem,tenebitur qui illud indixit à bel-
lo ceſſare,quā quid dixerit Caietanus in verbo bellū, quia
pro acquirenda pace paratur,indicitur,& geritur, qua o-
blata, & data eſt ceſſandum, niſi fortè per accidens aliud
expediat, vt quia talis ſit hoſtis, vt bono communi expe-
diat,vel ſubigendum, vel funditus interimendum, vſque
ad vltimum excidium, quales erāt Amorrhæi, quos iuſſit
54 Deus penitus deleri.Deuter.20.† Notandum etiā eſt,con-
ditionem hanc differre à primis duabus,quod illæ ſi deſint
faciunt bellum eſſe prorſus iniuſtum,hæc verò,ſi deſit,fa-
cit eſſe malum, ſed non iniuſtum proprie. Nam qui ſine
authoritate,vel ſine iuſta cauſa bellum mouet, non ſolum
contra charitatem,ſed & contra iuſtitiam peccat, & latro
eſt,vt fuerunt à principio inuaſores omnes Regnorum, de
quibus paulo ſuperius. Qui verò authoritatem, & iuſtam
cauſam habet,ſed tamen amore vindictæ, vel Imperij di-
latandi, vel propter alium finem malum bellat, non agit
contra iuſtitiam, ſed ſolum contra charitatem, nec latro
eſt, ſed malus miles, & parum refert virum quis ex defe-
ctu iuſtitiæ, aut ex defectu charitatis in gehennam deſcen
dat,talibus enim eſt parata militibus. Ex hoc infertur, qd
cum ſolum deeſt hæc tertia conditio, non tenentur mili-
tes,nec Reges ad damna, & reſtitutionem vllam, ſed ſo-
lum ad pœnitentiam,cum autem deeſt prima, vel ſecun-
da tenentur omnes ad damna,& reſtitutionem, niſi excu-
ſentur ignorantia inuincibili,craſſa enim non excuſat, cap.
55 fin.de iniurijs,& damno dato.† Quarta conditio iuſti bel-
li inferendi eſt debitus modus illud gerendi,qui in eo præ-
cipuè conſiſtit,vt nulli innocenti noceatur. Neminem cō-
cutiatis, nulli calumniam faciatis, contenti eſtote ſtipen-
dijs veſtris dicit Dominus militibus apud Lucam 3. vt &
in libro tertio,titul.94.dictum fuit. Circa quod eſt obſer-
uandum tria eſſe genera perſonarum,quibus milites dam-
num inferre non poſſunt,ſecundum regulam ſupra tradi-
tam, primum eorum qui ad Rempublicam hoſtium non
pertinent. Secundum quod & ſi aliquo modo ad Rempu
blicam hoſtium pertineat,tamen excipiuntur, vt ſunt pres-
byteri,Monachi,Conuerſi,peregrini,mercatores, ruſtici,
euntes,vel redeuntes,vel in agricultura exiſtentes, & ani-
malia quibus arant, & ſemina portant ad agrum congrua
ſecuritate lætari debent,c.Iouinianus,de treuga. & pace.
Vbi nomine mercatorum non videntur intelligi reſiden-
tes in hoſtium Ciuitate, qui ſunt quædam Ciuitatis pars,
ſed ſolum ij,qui tranſeunt, vel ad nundinas veniunt, qui
non ſunt pars Ciuitatis. Tertium genus eſt hominum ine-
ptorum ad bellum,quales ſunt pueri,ſenes,mulieres, qui
& ſi capi,& ſpoliari poſſint,vt pars Ciuitatis hoſtilis, occi-
di tamen prohibentur,niſi fortè caſu,& per accidens præ-
ter intentionem bellando cum hoſtibus aliquis eorum oc-
cidatur,ita cautum eſt in Deuteron.ca.20. Nec ex eo quod
Moyſes aliquando Deuteron.2.& 3.& alibi iuſſerit mulie-
res,& paruulos occidi, non id propterea etiam noſtris mi-
litibus licet. Nam ille Dei reuelatione cognoſcebat Deum
ſic velle,cui nemo dicere poteſt.cur ita facis? Demonſtra-
tis itaque iuſti belli conditionibus, & alijs ad iuſtitiam ge-
rendi belli pertinentibus. & alijs remedijs pacificis prius
tentatis) tandem ex neceſſitate ſolemniter indicto, perſo-
næ,& res ad illud gerendum apportunæ,ſunt parandæ &
prouidendæ,ideo de his eſt dicendum, & primum de per-
ſonis deinde de rebus militaribus dicetur. Quia in re opti-
mum conſilium eſt omnia ante indictum bellum promp-
ta habere. Diu enim apparandum eſt bellum, vt celerius
vincas,docuit ille;& conſilij bella tractanda eſſe,ibique eſ-
ſe ſalutem vbi adſunt conſilia,docet Spiritus ſanctus,Pro-
56 uerb.10.& 11.† Inter perſonas itaque militares primum
locum obtinent Magiſtratus militares: vt ſunt Magiſtri
militum,Magiſtri officiorum,Duces, & c.de quibus ſingu
57 lis prius eſt dicendum. † Officium ergo Regentis exerci-
tum non tantum in danda, ſed etiam in obſeruanda mili-
58 tia conſiſtit,leg.officium 12.in fine, ff.de re militari. † De-
bet quoque is qui armato præeſt,parciſſimè commeatum
dare;equum militarem extra prouinciam duci non per-
mittere; ad opus priuatum, piſcatum, venatum militem
59 non mittere. Nam in diſciplina Auguſti ita cauetur: † &
ſcio,fabrilibus operibus exerceri milites non eſſe alienum:
vereor tamen, ſi quicquam permiſero, quod in vſum
meum aut tuum fiat, ne modus in ea re adhibeatur, qui
mihi ſit tolerandus,dicta l.12.§.primo. Præterea officium
Tribunorum eſt,vel eorum qui exercitui præſunt, milites
in Caſtris continere,& ad exercitationem producere, cla-
ues portarum ſuſcipere,vigilias interdum circumire, fru-
mentationibus commilitonum intereſſe, frumentum pro-
bare,fraudem menſorum coercere,delicta ſecundum ſuæ
authoritatis modum caſtigare,principijs frequenter inte-
reſſe,querelas commilitonum audire,valetudinarios inſpi
cere,dicta leg.12.§.officium Tribunorum. Horum origi-
nem, & qui, & quot erant Tribuni militum in Romanis
Caſtris,quæve illorum poteſtas, [illegible] iuriſdictio fo-
ret,præclare explicat Alex.ab Alex lib.6 Genial.dierum c.
18.Duces quoq; militū, & præcipuè quibus gentes,(quæ
60 maximè cauendæ ſunt)appropinquāt † in ipſis limitibus
commorari debent, & milites ad proprium redigere nu-
merum,imminentibus magiſterij poteſtatibus,diurniſque

Digitized by Google

eorum exercitationibus inhærere: Caſtrorum inſuper re-
fectionis, luſtrationiſque curam habere, l. vlt. C. de offic.
militari. Nam Ducis in conſilio poſita eſt virtus militum,
& victoria, vt multis exemplis probat Alex. ab Alex. lib. 6.
61 Genial. dier. c. 25. † Milites etiam à numeris ad alios nume
ros, & de locis, in quibus conſiſtunt, ad alia loca ſine ſpecia
li Principis permiſſu transferre non debent: ne eorum ex-
penſæ in locis, in quibus conſiſtunt, minuantur, l. milites 4.
C. de offic. magiſtri militum, l. contra. 14. C. de re militari.
62 † Nec etiam ad cuſtodiam ſine Principis permiſſu depu-
tandi ſunt, l. vltima, C de erogat. milit. Non danda pro tem
pore Tribuno licentia eſt, triginta viris amplius ſub com-
meatus occaſione dimittere, l. officium. 12. §. 1. ff. de re mili-
tari, l. 1. C de commeatu, l. iubemus. 16. §. non danda, C. de
erogat. militar. annonæ, & § ſuper his, & §. ſin verò, & di-
ſtinct. 1. § ius militare Ad iuriſdictionem Magiſtratus mili
taris homines pagani, ſiue priuati non pertinent, l. 2. C. de
offic. militar. iudic. l. 1. C. eod. l. 1. C de offic. magiſtr. milit. l.
63 militaribus. 42. C. de decurionib. Nouella conſt. 145. † Nec
ſunt milites à quoquam in priuatos vſus vſurpandi. No-
uella conſt. 116. Militaribus enim viris nihil commune eſt
cum Curijs, nihilque licitum, quod ſuæ non ſubiectum
64 eſt poteſtati. † Ideoque magiſtro militum ius verberan-
di, degradandi ve Senatores denegatur, d. l. 42. & l. 1. C. de
priuilegijs Scholar. Hoc tamen ius Magiſtro officiorum
65 conceſſum eſt. † Præterea rei militaris Comitibus laua-
66 cra præſtanda non ſunt, l. 1. C. ne rei militar. Comit. † Nec
qui in Ducum officijs militant poſt impletam militiam a-
gentes in rebus fieri poſſunt, l. nemo. 3. C. de offic. milit. iud.
67 † Filij officialium quorumcumque officiorum, ſiue paren
tes adhuc ſacramento tenentur, ſiue iam dimiſſi ſunt, in
parentum militiam vocantur, l. 1. C. de filijs offic. militar.
l. 2. C. eodem. Et filios Primipilorum paternam ſequi con-
68 ditionem conſtitutum eſt. † Magiſtro militum milites in
iuriſdictione ſunt ſubiecti, & eſt illis iudex competens, leg.
magiſteriæ. 6. C. de iuriſdict. omnium iudic. l. 1. C. de exhi-
bendis reis, l. de militibus 8. ff. de cuſtod. reor. l qui cum. 4 §.
reus, ff. de re militari, cum declarationibus, de quibus ſu-
pra libro ſecundo, tit. 2. De Magiſtro militum per Arme-
niam, & cæteras gentes cum titulo Magnitudinis propo-
69 nitur in l. cum propitia. 5. C. de offic. magiſtr. milit. † Di-
gnitas verò apparitorum magiſtri militum, & immunitas
proponitur in l. numerarios 4. in principio, & §. ita vide li-
cet, & l. 1. C. de apparitoribus. Et horum competens iudex
eſt Magiſter militum, l. 2. C. de offic. magiſtr. milit. Qui ne-
que curiales, neque cohortales, neque cenſibus adſcripti
eſſe debent, l. probari. 3. C. de apparitoribus magiſtri mili-
70 tum † Magiſter officiorum habet ius verberandi, & de-
gradandi Senatores, vt dictum eſt, l. 1. C. de priuileg. ſchol.
l. ſcholarium. 3. C. de offic. magiſtr. officio. Cuius culmini
commiſſa eſt, vt ſuper omni limite ſub ſua iuriſdictione
conſtituto, quemadmodum ſe militum numerus habeat,
Caſtrorumque, ac clauſurarum cura procedat, ſignificare
quotannis Imperatori, l. curæ. 4. C. de offic. magiſtr. offic.
Et de quadrimenſtruis ſcholarium breuibus conſcriben-
dis, & deponendis curæ eius ſublimitatis commiſſis, ne pu-
blico damnum aliquod infligatur, cauetur, in l. vltima, C.
eodem. de hoc, ac de eius officio plura recenſet Schardus
in Lexicon iuris in verbo Magiſter officiorum. Eius curæ
erant etiam Caſtrorum poſitiones, valli, foſſæ, tentoria, ta-
bernacula, tormenta bellica, &c. & vt milites in acie cæte-
ros antecederent, quibus ſtipendia meliora darentur, vel
labor prolixior faceret anteire, l. 2. C. de offic. magiſtr. Qui
verò ordo in diſponendis aciebus, & quæ norma militiæ
apud Romanos olim ſeruari ſolita fuerit, docet Polybius
de Caſtrametatione Romanorum, & quæ etiam apud ex-
teros, docet Alex. ab Alex. lib. 4. Genial. dier. cap. 7. nunc de
militibus.

S V M M A R I V M.

1 *Milites, qui, & quales eligendi, & recipiendi, & reſpuen-
di.*
2 *Probatorias, quibus facere licet.*

De militibus, eligendis, & recipiendis. Tit. 17.

1 QVod † itaque ad ipſos milites eligendos, ac recipien
dos attinet, ex ijs, qui de militari diſciplina libros
poſteris reliquere, eos haud ferè quemquam mino
rem ſeptem, & decem annis, aut ſex, & quadraginta maio-
rem militiæ, & tyrocinio adſcribi voluiſſe conſtat, idque à
Seruio Tullio vetere cenſione cautum fuiſſe primù, quod
æuo ſubſequente à Caio Graccho lege ſacrata ſancitū fuit.
Cauſa autem hæc eſt, quod citra eam ætatem, aut ſupra,
velut immaturos, aut prædu ros, & effœtos, militiæ rudimē
tis minimè idoneos putarunt. Ideo vetus cōſtitutum erat,
iuuenes, niſi poſt pubertatem, & primo flore ætatis, dum
per ætatem laborem militarem ferre poſſent, florentes vi-
ribus, & eos ex Vrbana, ſæpius agreſti iuuentute ruſticis
operibus duratos, militari ſacramento, & muneri adigere,
ſingulosque militiæ per numerum in Iuniorum tabulis ad-
ſcribere, qui Catalogi dicti, nunc *Roli*, illoſque ex corporis
habitudine, ſi apti militiæ, ſi lato pectore, ſi ceruice erecta,
ſi fortis, & ſtrenuus, quæ ſpecies, qualiſque vigor, & quod
robur virium foret, internoſcere, vt illorum forti fidelique
opera Reſpublica vti poſſit. Nam nimis pinguem, defor-
mem, aut mancum, deſidem, aut vecordem, tanquam mi-
nus vtiles militiæ non ſcribebant, quippe Cato Cenſorius
pinguem militem, velut Reipublicæ incommodum, in-
re inceſſuit, cuius inter guttur, & inguen cuncta ſub ven-
tris dominio forent. In qua ſemel adſcriptus, niſi propter
dèmerita exauthoratus foret, ipſo nolente, deleri nequi-
bat. In quo id ſedulo cauebatur, vt primum militiæ
vinculum putarent, ſacramenti religionem, ſecundum
ſingulorum amorem, velut inexplicabilem nexum, cum
his, qui vnà mererent, tertium deſerendi nefas. Seruos ab
omni militia prohibebant, l. ab omni 11. ff. de re militari, l.
2 C. de Tyronibus. Planè ſi ſciente domino ſeruus militet,
hoc ipſo liber, & ingenuus efficitur, & militiam retinet, l.
ſuper. 6. C. qui milit. poſſ. & l. ſequen. Qui ſtatus controuer
ſiam patiuntur, licet re vera liberi ſunt, non debent per id
tempus nomen militiæ dare, maximè lite ordinata, ſiue ex
libertate in ſeruitutem, ſiue è contra petantur. Neque ij,
qui ingenui bona fide ſeruiunt, ſed nec qui ab hoſtibus re-
dempti ſunt, prius quam ſe luant, l. qui ſtatus. 8. ff de re mi
litari. Coloni quoque, & ſaltuenſes, nec vltro ſe offerentes
ad militiam recipiendi ſunt armatam, nec cogendi inuiti,
l. cum. 3. C. qui militar. poſſ. Idem dicitur de ijs, qui curia-
lis, vel cohortalis conditionis ſunt, leg. omnes. 4. C. eodem.
Nam nemini facultas datur eodem tempore plus quam
vnius ordinis nomen affectare, leg. his quidem. 5. C. eo-
dem. Ideoque & negociatoribus, ne militent interdictum
eſt, leg. prima, C. negociatores ne milit. Qui cum vno teſti-
culo natus eſt, quive amiſit, iure militabit, leg. qui cum. 4.
ff. de re militar. Nam ſicut Duces, & Sylla & Cotta memo-
rantur eo habitu naturæ fuiſſe, ita celebris memoriæ eſt.
Narſetes Dux Iuſtiniani in Oenotria contra Gothos. Ad
beſtias datus ſi profugerit, & militiæ ſe dederit, quando-
que inuentus capite puniendus, dicta leg. quarta, §. primo.
Idemque obſeruandum eſt in eo, qui paſſus eſt legi ſe, di-
cto §. primo. Sed & in Inſulam deportatus ſi effugiens mi-
litiæ ſe dedit, Lectusve diſſimulauit, capite punien-
dus eſt, dicta lege quarta, §. in Inſulam. Temporarium
exilium voluntario militi inſulæ relegationem aſſignat:
diſſimulatio perpetuum exilium, dicta leg. quarta, §. tem-
porarium. Ad tempus relegatus ſi expleto ſpacio fugæ
militiæ ſe dedit, cauſa damnationis quærenda eſt, vt ſi con-
tineat infamiam perpetuam, idem obſeruetur, ſi tranſa-
ctum de futuro ſit, & in ordinem redire poteſt, & hono-
res petere militiæ non prohibetur, d. §. temporarium. Ge-
neraliter iudicio publico damnati inter milites non ſunt
recipiendi, dicta l. 4. § adulterij. Sed & qui reus iudicij pu-
blici nomen militiæ dedit; ſtatim ſacramento ſoluendus
eſt, dicta leg. quarta, § reus, & l. qui metu. 16. ff. de re mili-
tari. Hi quoque, qui litis cauſa militiam appetierunt, po-
ſtulantibus aduerſarijs ſacramento ſolui debent, l. 1. C. qui
militar. poſſ. Non tamen omnis, qui litem habet, & mi-
litat, exauthorari iubetur, ſed qui eo animo militiæ ſe
dedit, vt ſub obtentu militiæ præceptorem ſe aduer-
ſario

ſario faceret. Nec tamen facile indulgendum eſt extra or-
dinem iudicationis, qui negocium ante habuerunt: Sed ſi
in tranſactionem recidit, indulgendum eſt, l. qui cum 4. §.
non omnis, ff. de re militari. Exauthoratus autem ex nomi
ne non vtique infamis erit, nec prohibendus litẽ finitã mi-
litiæ eiuſdem ordinis ſedare: alioquin & ſi relinquat litẽ,
vel tranſigat retinendus eſt, d. §. non omnis. Omnibus in
fraudem Ciuilium munerum nomina armatæ militiæ dan
tibus fraudem prodeſſe diſplicuit, l. ſecunda, C. qui milit.
poſs. Omniſque tyro vagus, aut veteranus, aut cenſibus
obnoxius ad militiam accedere prohibentur, l. 1. C. de ty-
2 ronibus. † Porrò quamuis olim Magiſteriæ poteſtati, ac
Ducibus probatorias militum facere, vel militibus adiun-
gere liceret: tamen iure nouo nemo ſine probatoria Impe
riali ad militiam admittitur, l. neminem 17. C. de re milit.
Quam Imperator infidelibus non facit, nec illorũ vtitur
militari opera, per ea quæ ſupra lib. 1. tit. num. 11. deducta
fuere. hactenus de militibus eligendis.

SVMMARIVM.

*1 Priuilegia militibus multa conceduntur, quibus non poſſunt re-
nunciare.*
2 Milites coram vno ſuo iudice conueniendi.
*3 Syndicus, & duo primates pro vniuerſitate militum comparẽt
in iudicio.*
*4 Milites in eundo, manendo, redeundo neminem lædãt, & ſuis
ſumptibus viuant.*
5 Milites leuius puniuntur. limitatur.
6 Miſſio militum triplex.
7 Miſſio honeſta quæ, quæ cauſaria, & ignominioſa.
8 Miſſionum effectus.
9 Militum ſpecies plures referuntur.
10 Priuilegia militum, & illorum filiorum plura.
11 Priuilegia ex quibus cauſis milites amittant.
12 Tyronum loca quæ.
13 Milites captiui reuerſi priſtinum locum tenent.
14 Militi bono aſſerenti reuertiſſe creditur.
15 Militi reuerſo ſtipendia medij temporis an debeantur.

De Priuilegijs militum. Tit. 18.

1 Militibus † varia in iure priuilegia conceſſa ſunt, tũ
circa ſportulas, & litis expenſas, tum etiam circa
immunitates, vt colligitur ex l. tam collatores 18.
§. vt autem, cum ſequen. C. de re militari, & ex l. & qui 3. §.
1. ff. de minoribus ex l. ab his 10. C. de vacat. muner. ex l. 2.
C. de re militari, & quidem cum ſint illis conceſſa ad publi
cam vtilitatem, non poſſunt ideo illis etiam cum iureiuran
do renunciare, c. ſi diligenti, in fine, de foro competen. l. ius
publicum, ff. de pactis. Alex. in l. alia, §. eleganter, numero
ſexto, ff. ſolut. matrimon. vbi Barbos numero 20. Caldera
de erroribus pragmaticorum, l. prima, cap. 4. per totum.
2 † Habent etiam eorum præcipuum Iudicem Magiſtrum
militum, vt tit. 16. in fine dictum fuit, & probatum in libr.
ſecundo, tit. 2. Illud etiam cautum eſt, ne milites de eadem
re ad diuerſos iudices vocẽtur, l. tam collatores 18. §. quo-
3 niam verò, C. de re militari. † Item ſi vniuerſitas militum
conueniatur, vt duo primates, & ſyndicus ab ijs rei conſti-
4 tuantur, dicta l. 18. §. vt autem. † Si neceſſitate poſcente,
milites ad alia perueniant loca, læſionibus contra curiales,
ſeu collatores nihilominus modis omnibus abſtineant: &
ſi tam in eundo, quam in redeundo, triginta tantum dies
oportet eos proficiſci; ipſi ſuas expenſas ſibi præbendas,
collatoribus, ſeu curialibus minimè prægrauandis, ſuſci-
pere non ceſſent. Sin autem vlteriore tempore in alijs lo-
cis neceſſe ſit eos commorari, expenſas eis vlterioris (vt di-
ctum eſt) temporis, ad quæ peruenerint loca miniſtrati,
5 dicta l. 18. §. ſin verò. † Pœnæ autem militum ſunt diuer-
ſæ, & leniores à pœnis aliorum. vt demonſtratum fuit ſu-
pra libro 1. titul. 16. Niſi delicta militaria in ipſo exercitu
commiſſa fuerint, tunc enim puniuntur ſecundum milita-
6 res leges, de quibus in tit. ſequenti dicetur. † De miſſioni-
bus militum hæc ſunt notanda: Miſſionum generales cau-
ſas tres eſſe. Honeſtam ſcilicet, Cauſariam, & Ignominio-
7 ſam. † Honeſta eſt, quæ tempore militiæ impleto datur.
Cauſaria cum quis vitio animi, vel corporis minus ido-
neus militiæ renunciat. Ignominioſa cauſa eſt, cum quis
propter delictum ſacramento ſoluitur, l. milites 13. §. miſ-
ſionum, ff. de re militari, l. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui no-
8 tan. infam. † Præter has tamen eſt, & quartum genus miſ-
ſionum, ſi quis euitandorum munerum cauſa militiam ſu-
biſſet. Hæc autem, & duæ primæ exiſtimationem non læ-
dunt, immo duæ primæ cohoneſtant, d. l. 2. §. eſt & quartũ,
l. cauſaria 8. C. de re militari. Quamquam ſemel cauſaria,
miſſis militibus inſtauratio non ſolet concedi obtentu re-
cuperatæ valetudinis melioris: quando non temere dimit-
tuntur, niſi quos conſtet medicis denunciantibus, & iudi-
ce competente diligenter examinante vitium contraxiſſe,
l. ſemel 6. C. eodem. Is verò qui ignominia miſſus eſt, ne-
que Romæ, neque in ſacro Comitatu agere poteſt: in alijs
verò locis, vbi velit, morandi habet poteſtatem, dicta lege
13. §. ignominioſa, l. milites 3. in fine. C. de re militari. Et ſi
autem ſine ignominiæ miſſi ſint mentione, nihilominus
ex cauſa ignominiæ miſſus intelligitur, & infamia nota-
tur, nulliſque honoribus, qui integræ dignitatis hominibus
deferri ſolent, vti poteſt, l. 2. §. ignominiæ cauſa. ibi ignomi
nioſa, ff. de his qui notant. infam. l. 3. C. de re militari, lege
9 prima, in princip. ff. de his qui notant. infam. † Porrò ante-
quam officia militum exponantur, de quibuſdam militũ
ſpecibus pauca dicenda ſunt, ac de eorundem priuilegijs,
vt de veteranis, tyronibus, nec non de militibus ab hoſti-
10 bus reuerſis. † Veterani ergo rei ruſticæ operam dare, vel
telam in vſum vomeris, & ligonis conuertere prohibentur, l.
ſuper 4. in fine, C. de mancipijs, & colo. patrimon. His au-
tem, & horum liberis idem honor habetur, qui & decu-
rionibus: & ne iniurijs afficiantur ſpecialiter prohibetur,
l. veteranis 3. ff. de veteran. l. 2. C. eodem. Alia item priuile-
gia his à iure conceduntur circa munera, à quibus ſunt im
munes, l. prima, C. de veteranis, l. à muneribus 7. C. de va-
cat. mun. l. veteranis 9. C. quando prouoc. non eſt neceſſe, l.
veteranos 5. ff. de veteranis. Et circa tutelas quibus vtique
volentes ſunt immunes, vt latè deduximus in tract. de tu-
tela, & cura, libro 1. tit. 8. num. 23. ver. Item poteſt exẽplifi-
cari etiam in milite, cum declarationibus tamen, de quibus
11 ibi. & circa pœnas vt ſupra libro 1. tit. 17. de veteranis. † Hi-
ſce tamen priuilegijs carebunt ſi latrocinijs ſe dedent. leg.
12 veterani 3. C. de veteranis. † Tyrones in ſcholis loco ſem-
per poſteriore ponuntur, nec enim ferendum, quemquam
celſiorem gradum obtinere, niſi cui & laborũ aſſiduitas,
& ſtipendiorum prolixitas ſuffragatur, l. Tyrones 3. C. de
Tyronibus, & ſupra, libro primo, tit. 4. & ſeq. & lib. 2. tit. 2.
& ſeq. & lib. 3. tit. 28. & ſeq. Tyronibus enim ad militiam
admiſſis, primo anno cuſtos, ſub quo diſciplinam ediſce-
rent, & magiſter ſub cuius imperio tyrunculi acuerentur,
publicè dabantur, ne expertes operum militariũ arma tra
ctarent. Diuus verò Iulius equites Romanos, aut Senato-
res armorum peritos, ſub quibus militiæ neſcij erudiren-
tur, magiſtros dedit; quorum præceptis imbuti, periclãdo,
& peruigilando, militare rudimentum deponerent, legeſ-
que pugnandi, & prælij normam, ac dictata innoteſcerent.
Primuſque Publius Rutilius Conſul, collega C. Manlij, è
ludo Cornelij Scauri, Doctoribus accerſitis, plagas vitan-
di, & inferendi militibus præcepta dedit. Inde ne temerè,
& ſine arte pugnarent, atque Tyrones ſub diſciplina eſſẽt,
& militaribus imbuerentur præceptis Tribunis negociũ
datum fuit. Quos optimis diſciplinis inſtitutos tandẽ mi-
13 litiæ adſcribebant. † Captiui milites ab hoſtibus reuerſi pri
ſtinum recipiunt locum, ſi probabunt ſe captos euaſiſſe nõ
transfugiſſe, l. omnes 5. §. à Barbaris, & §. qui ab hoſtibus,
ff. de re militari, l. deſertorem 3. §. is qui ad hoſtem, ff. eod.
14 l. poſtliminium 19. §. transfuga, ff. de captiuis. † Sed licet
hoc liquidò conſtare non poſſit, argumentis tamen cogno
ſcendum eſt. & ſi bonus miles ante exiſtimatus fuit, propè
eſt, vt affirmationi eius credatur; ſi emanſor aut negligens
ſuorum, aut ſegnis, aut extra contubernium agens, nõ cre-
datur ei, ſi poſt nullum tempus redijt, dicto §. à Barbaris
15 cum alijs allegatis. † Planè ſtipendia, & donatiua tempo-
ris, quo apud hoſtes fuit, reſtitui ſibi poſtliminio reuerſo
non iure deſiderat, leg. 1. C. de re militar. Superſunt etiam
quædam alia ſpecialia de militibus limitaneis, quæ perſpi-
cacioribus colligenda dimitto ex l. 2. C. de fundis limitro-
phis, ex l. 1. ex l. vlt. C. eodem, & ex leg. omnes 8. C. de

Digitized by Google

fundis patrimon. tanquam plus obſcuritatis quam vtilitatis habentia. Quamquam ſicut loca limitanea, ſeu limitrophia dicuntur frontere, quas vltimas partes territorij ſeu Prouinciæ vocamus, vt dixit Boer. in deciſ. 320. nu. 16. & Calder. in conſil. 8. num. 27. ita & milites limitanei, ſeu limitrophij dici poſſunt, qui vltimas partes territorij, ſeu prouinciæ cuſtodiunt, & ibi militant, & de his hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Officia militum, & defectus in eis proponuntur.*
2 *Delicta militum, aut propria, aut communia, & perſecutio aut propria aut communis.*
3 *Delicta propria militum quæ.*
4 *Filium militia ſubtrahens punitur, item & ſollicitans, & qui patitur ſollicitari.*
5 *Debilitans filium vt militia ſit inhabilis punitur.*
6 *Contumacia omnis in milite punibilis.*
7 *Res prohibita quamuis bene geſta in milite punibilis.*
8 *Irreuerentia in milite punibilis.*
9 *Vitem miles tenere, frangere, & manum inferre miles prohibetur.*
10 *Petulantia in milite prohibita.*
11 *Miles præpoſitum debet protegere.*
12 *Miles deſertor præpoſiti ſui punitur.*
13 *Miles ſeditioſus punitur.*
14 *Milites quandoque auocandi.*
15 *Deſertores militia puniuntur.*
16 *Deſertor quis dicatur.*
17 *Refuga miles quis dicatur.*
18 *Carcerem frangens miles punitur.*
19 *Deſertor à patre oblatus in militiam deteriorem datur.*
20 *Deſertor vltro reuerſus mitius punitur.*
21 *Militiam detrectare graue delictum.*
22 *Deſertores plures reuerſi quomodo puniendi.*
23 *Deſertorum militia plures pœna.*
24 *Crimen deſertioni adiunctum grauius punitur.*
25 *Deſertor tempus militiæ implens in ea emeritus priuatur.*
26 *Emeritus quis dicatur.*
27 *Deſertorum defunctorum bona confiſcantur.*
28 *Deſertores inuenti renitentes fiunt rebelles.*
29 *Receptores deſertorum puniuntur, reuelatores immunitate donantur.*
30 *Deſertoris appellatione qui veniant.*
31 *Emanſor, & erro quis dicatur.*
32 *Deſertor quis.*
33 *Emanſoris pœna quæ.*
34 *Tyrones deſertores excuſantur.*
35 *Emanſores impetu amoris excuſantur.*
36 *Miles recedens à foſſa hoſtibus inſiſtentibus punitur.*
37 *Miles ſtationem relinquens punitur.*
38 *Miles relictis Caſtris deprædans punitur.*
39 *Emanſoris loco quis ſit, & deſertoris.*
40 *Proditorum, & transfugarum militum pœna quæ.*
41 *Miles captus in itinere ab hoſtibus, ſi reuertatur quid iuris, & ſi non reuertatur cum poſſit transfuga eſt.*
42 *Militis capti in præſidio conditio.*
43 *Transfugæ quandoque parcendum.*
44 *Militis fugientis in acie pœna.*
45 *Miles excedens agmen punitur.*
46 *Miles vallum tranſcendens, aut Caſtrum per murum ingrediens punitur.*
47 *Miles foſſam tranſiliens punitur.*
48 *Hoſtibus dans facultatem deprædandi punitur.*
49 *Miles ſibi manus inferens punitur. limitatur.*
50 *Miles artem ludicram exercens, vel patiens venundari punitur.*
51 *Miles commilitonem vulnerans punitur.*
52 *Milites non ſibi ſed Reipublicæ vacare debent.*
53 *Milites alienas poſſeſſiones conducere prohibentur.*
54 *Diſciplinam non contemnit qui militem ignorat.*
55 *Milites vbi militant agros emere prohibentur, domum non. limitatur.*
56 *Miles in bello amittens arma, vel alienans punitur. limitatur.*
57 *Miles aliena arma ſubripiens punitur.*
58 *Milites flumina conſpurcare prohibentur.*
59 *Miles neminem ex familia ſua admittet. limitatur.*
60 *Milites prohibentur incolas ſuos lædere.*
61 *Palea militibus ſubminiſtrandæ & à quibus.*
62 *Animalia militum ab omnium paſcuis ſunt arcenda.*
63 *Diſciplina militaris aucta à Chriſto.*

De Officijs, & delictis militum.
Tit. 19.

1 OMne † autem militis delictum eſt, quod aliter quã diſciplina communis exigit committitur: veluti ſegnitiæ crimen, vel contumaciæ, vel deſidiæ, l. omne 6. in princ. ff. de re milit. Ius autem militare eſt belli inferendi ſolemnitas, fœderis faciendi nexus, ſigno dato egreſſio in hoſtem, vel pugnæ commiſſio. Item ſigno dato receptio; item flagitij militaris diſciplina, ſi locus deſeratur, item ſtipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorũ honor, veluti cum corona, vel torques donatur; itẽ prædæ diuiſio, & pro perſonarum qualitatibus, & laboribus iuſta diuiſio, ac Principis portio, vt in diſt. 1. c. ius militare eſt. Horum pars pertinet ad Principes, pars ad Duces, pars verò ad milites; Vnde omiſſis illis, quę ad Principes ipſos pertinent cum iam de illis dictũ ſit ſup. tit. 16. de illis quæ pertinent ad milites, & militũ Duces erit ſermo. † Sicut enim militaria delicta ſecundum militares leges ſuas habent, & maiores, & minores pęnas, vt eleganter explicat Alex. ab Alex. lib. 2. Genialium dierum c. 13. & vt conſtabit ſpecialiter ex infra dicendis, ita & militaria facinora feliciter geſta ſua habent peculiaria præmia, & ſuos honores; & vt ab his incipiamus, in primis fuit obſeruatum, vt qui Imperatores rebus bene geſtis, poſt multa facinora militaria, domitis hoſtibus triumphum poſcerent, pacatã prouinciam ſucceſſori in primis traderent: exercitũ victorem, & opimum præda, teſtemq; virtutis, & ignauiæ cuiuſq; mentique, & inter eiũ Romam reducerent. In quę ædẽ Bellonæ extra vrbem Senato euocato (neque.n. triumphũ petenti vrbẽ inire fas erat) de rebus à ſe geſtis magnifice, quæ oppida quaſq; prouincias bello viciſſent, aut quibus cũ hoſtibus ſignis collatis conflixiſſent: quæq; egregia ipſi feciſſent, quotque hoſtiũ millia cecidiſſent, omnia deniq; belli decora ordine diſſerebãt, vbi Legatos, Tribunos militum, cẽturiones, milites denique exercitus, quò honor teſtatiorque eorum virtus foret, adeſſe oportebat, vt meritæ illius virtutis, cui tantus honor debebatur, ſi quid veri, vaniq; referretur, teſtes forent. Comperta itaq; Imperatoris virtute et rebus feliciter geſtis in conſpectu totius exercitus longo ordine expoſitis, Senatus tantæ virtuti triumphũ decernebat, maximum omniũ militarium honorũ. Triumpho proximus, ſed lõgè minor fuit honor ouationis, qui ijs decernebatur, à quibus hoſtes non penitus debellati, ſed ſolũ peticenta depulſa ſunt: fuſiq; & fugati, perculſi, & conſternati, aut à popularionibus exercitu non aũt multis, & magnis cladibus affecti forent]. Si ignominia tantum acceptæ cladis eleuata, vel paululum laboris admiſſum, aut non in ſua, & ſibi conſtituta, ſed in aliena prouincia res geſſiſſet. Qui enim alieno auſpicio res geſſerunt, de prouincia triũphos agere non poterãt. Si non pacata prouincia reliquiæ bellorum ſupereſſent. Si bella non ritè indicta, vel cũ hoſte non legitimo, ſed populo Romano indigno, vt cũ ſeruis, piratis, & fugitiuis bellũ fuiſſet, vel ſi deditione facta, mediocri certamine, & incruento prælio pugnatũ eſſet, aut ſi ex prouincia exercitus nõ deportatus, nec ſucceſſori traditus eſſet. His omnibus ouare, nec triumphare legitimo triũpho permiſſum erat. Triumpho victores corona primum laurea deinde aurea redimiri, curru inaurato, quẽ quatuor equi albi trahebant Romam inuehebantur. Præcedebat Senatus: ſequeb. populus, poſt hunc ordo militaria, ante currum victoris ibant Duces victi catenam ferream collo geſtantes, vt ex Cicer. in Piſonem. Ouatione ouãtes qui nõ in curru, ſed pedites ouali corona redeuntes ex pugna, cũ bellũ non erat indictum, vel ſine ſanguine confectum, & alijs ſupra dictis cauſis honorabantur. Militibus verò fortem aliquam operam in bello nauantibus dabantur à Ducibus diuerſa præmia vſque ad torques aureas, & coronas diuerſas, militares nuncupatas in genere, & in ſpecie Ciuica ob ſaluatum ciuẽ obſidionalis. Naualis, muralis, caſtrenſis, & aliæ, & alia dona, de quibus per Alex. ab Alex.

lib. 4.

Digitized by Google

lib.4.Genial.dierum ca.18.per totum. Iuda Maccabeus de
ſpolijs hoſtilibus non ſolum militibus præmia dabat, ſed
& eleemoſynas erogabat debilibus, Viduis, Orphanis, &
2 ſenioribus, vt lib.2. Maccab.c.8. † Quo verò ad delicta mi
litum, notandum eſt, quod illa ſunt, ſiue propria, ſiue cæte
ris communia, vnde & perſecutio, aut propria, aut cômu-
3 nis eſt. † Proprium militare delictum eſt, quod quis vt mi
les admittit: dedere ſe militem cui non licet, graue crimen
habetur, & augetur, vt in cæteris delictis dignitate, gradu,
ſpecie militiæ, l.2.ff. de re militari. Grauius delictum eſt
detrectare munus militiæ, quam appetere, vel in aliam mi
litiam nomen dare. Nam & qui ad delectum olim non re-
ſpondebant, vt proditores libertatis in ſeruitutem redige-
bantur, l.qui cum vno.4.§. qui poſt.ibi. grauius autem, ff.
de re militari. Sed mutato ſtatu militiæ receſſum à capitis
pœna eſt: quia plerumque voluntario milite numeri ſup-
4 plentur, d.§. qui poſt. † Qui filium ſuum ſubtrahit mili-
tiæ belli tempore, exilio, & bonorum parte mulctandus
eſt, ſi in pace, fuſtibus cædi iubetur: & requiſitus iuuenis,
vel à patre poſtea exhibitus, in deteriorem militiam dan-
dus eſt, qui enim ſe ſolicitari ab alio paſſus eſt, veniam nô
5 meretur, dicta l.4.§. qui filium. † Eum, qui debilitauit fi-
lium delectum propter bellum indictum, vt inhabilis mi-
litiæ eſſet, præceptum Imperatoris Traiani deportauit, di-
cta l.4.§.eum, qui. Si Præſidis, vel cuiuſuis præpoſiti ab e-
xecutione quis deſiſtat, peccatum deſertionis ſubibit, l.de-
6 ſertorem.3.§ ſi Præſidis, ff.de re militari. † Et contumacia
omnis militis aduerſus Ducem, vel Præſidem, etiam ſimu-
lati languoris ob metum hoſtium, capite punienda eſt,
7 adeo quidem, † vt ſi in bello quis rem à Duce prohibitam
fecerit, aut mandata non ſeruauerit, quamuis res benè geſ
ſerit, capite puniatur, l.deſertorem 3.§. ſi Præſidis, & §. in
bello, ff.de re militari, l.omne delictum.6.§. exploratores,
& §.contumacia omnis, ff.eod.glo.in d.l.3.in fine, in verbo
ceſſerit.citat concordantes. Hanc legem, & ſi ſeueram ſer-
uauit Torquatus in Manlium filium. Quandoquidem
inquit tu M. Manli, neque imperium Conſulare, neque
maieſtatem patriam veritus, aduerſus edictum noſtrum
extra ordinem in hoſtem pugnaſti: & quantum in te fuit,
diſciplinam militarem, qua ſtetit ad hanc diem Romana
res, ſoluiſti: meque in eam neceſſitatem adduxiſti, vt aut
Reipublicæ mihi, aut mei meorumque obliuiſcendum ſit:
nos potius noſtro delicto plectemur, quam Reſpublica
tanto ſuo damno noſtra peccata luat, triſte exemplum,
ſed in poſterum ſalubre iuuentuti erimus. Me quidem cû
ingenita charitas liberum, tum ſpecimen iſtud virtutis de-
ceptum vana imagine decoris in te mouet: ſed cum aut
morte tua ſancienda ſint Conſulum imperia, aut impuni-
tate in perpetuum abroganda, nec te quidem, ſi quid in te
noſtri ſanguinis eſt, recuſare cenſeam, quin diſciplinam mi-
litarem culpa tua prolapſam, pœna reſtituas. I Lictor,
8 &c. vt latius apud Liuium. † Irreuerens miles non tantum
à Tribuno, vel Centurione, ſed etiam à principali coercen-
dus eſt, nam eum, qui Centurionem caſtigare volenti reſtite-
rit, veteres notauerunt, l.miles.13.§.irreuerens, ff.de re mi-
9 litari. † Si uitem tenuit militiam mutat, ſi ex induſtria
fregit, vel manum Centurioni intulit, capite punitur, dicta
l.13.§.ſi uitem, vbi gloſſ.in verbo vitem. declarat, quod ſit
10 cum qua flagellantur milites. † Augetur autem petulan-
11 tiæ crimen dignitate præpoſiti, leg.6.§.1.ff.eodem. † Qui
præpoſitum ſuum non protexit cum poſſet, in pari cauſa
factori habendus eſt: ſi reſiſtere non potuit, parcendum
12 ei, dicta leg. ſexta, §.final. † Sed & in eos, qui Præfectum
centuriæ à latronibus circumuentum deſeruerunt, ani-
maduerti placuit, proinde occiſo eo, capite puniuntur, di-
13 cto §. final. & dicta leg.tertia, §.final. ff. eodem. † Qui ſe-
ditionem atrocem militum concitauit capite punitur, di-
cta leg.tertia, §.qui ſeditionem. Si intra vociferationem,
aut leuem querelam ſeditio mota eſt, tunc gradu militiæ
14 deijcitur. † Et cum multi milites in aliquod flagitium con
ſpirant, vel ſi legio deficiat auocari militia ſolet, dict.§.qui
ſeditionem, legi vltima, §.final. ff de re militari. Nam cum
deficiunt, qui præſunt in coercendo, ſolet auocari ad Præ-
ſides ſupremos, vt coerceant, vt notant ibi gloſ. Nonnun-
quam enim, vbi multitudo obnoxia foret authores turba-
rum ad palum deligare, aut ſecuri percutere, reliquum ve
rò multitudinis decimum quemque ſorte ductum ad ſup-
plicium peteret, peruulgata pœna fuit, vt apud Liuium.

15 † Deſertor ſi in Vrbe inueniatur, capite puniri ſolet, alibi
apprehenſus, ex prima deſertione reſtitui poteſt: iterum
deſerendo, capite puniendus eſt, leg.non omnes.5.§. deſer-
tor, ff de re militari, leg.qui excubias.10.ff.eodem, leg. pri-
16 ma, §.deſertor.C.de deſertoribus. † Deſertor autem habe-
bitur, quiſquis belli tempore abierit à ſignis, leg. prima, §.
deſertor, C. de deſertoribus, l.deſertorem.3.§.deſertor, ff.
de re militari. Quæ autem apud Romanos fuerint milita-
ria ſigna adhuc monſtrant aquilæ Imperij, quarum origi-
nem præclarè docet Alexan.ab Alexand.libro quarto, Ge-
17 nialium dierum, cap.ſecundo. † Eius fugam, qui cum ſub
cuſtodia, vel in carcere eſſet, diſceſſerit, in numero deſer-
torum non computandam eſſe placuit, quia cuſtodiæ refu
ga, non deſertor militiæ eſt, l.milites.13.§.eius fugam, ff.de
18 re militari. † Eum tamen, qui carcere effracto fugerit, e-
tiam ſi ante non deſeruerit, capite puniendum Paulus ſcri
19 pſit, dicta leg.13.§.eum tamen. † Deſertorem, qui à patre
ſuo fuerit oblatus in deteriorem militiam Pius Imperator
dari iuſſit, ne videatur pater ad ſupplicium filium obtuliſ
20 ſe, dicta leg.13.§.deſertorem. † Sed & ſi fuerit vltro reuer
ſus, non cum neceſſitudine, non erit eiuſdem ſortis, vt ca-
pite puniatur, verum in Inſulam deportandus eſt, leg.non
omnes.5. in principio, & §.qui in deſertione, ff.de re mili-
tari, l.milites 13.§.final.ff.eodem, l.4.§.qui filium, ff.eodē.
Qui poſt deſertionem in aliam militiam nomen dederût,
legive ſe paſſi ſunt, reſcriptum eſt, & hos militariter pu-
21 niendos, dicta l.4. §. qui poſt. † Grauius autem delictum
eſt detrectare militiam, & illius munus, quam appetere, l.
22 quarta, §.grauius. † Si plures ſimul primo deſeruerint, de-
inde intra certum tempus reuerſi ſint, gradu pulſi in di-
uerſa loca diſtribuendi ſunt, leg.deſertorem.3.§. ſi plures,
ff.de re militari. Sed Tyronibus parcendum eſt, qui ſi ne-
rato hoc admiſerint, pœna competenti afficiuntur, dicta
leg.tertia, §.ſed tyronibus, leg.non omnes.5. in principio,
23 ibi.ſed & numeri, ff eodem. † Qui in pace deſeruit, eques
gradu pellendus eſt, pedes militiam amittat, dicta l.quin-
ta, §.qui in pace. Planè non omnes deſertores ſimiliter pu-
niendi ſunt, ſed habetur, & ordinis, & ſtipendiorum ratio,
vel gradus militiæ, vel loci, & muneris deſerti, & antea-
ctæ vitæ: ſed & numeri, ſi ſolus, vel cum altero, vel cum
pluribus deſeruerit, aliudve quod crimen deſertioni adiun
xerit, item temporis quo in deſertione fuerit, & eorum,
quæ poſtea geſta fuerunt, dicta l.non omnes.5. in princip.
24 † Qui enim deſertioni aliud crimen adiungit, grauius pu-
niendus eſt, & ſi furtum factum ſit, veluti alia deſertio ha-
bebitur, vel ſi plagium factum, vel aggreſſura, abigeatus,
vel quid ſimile acceſſerit, dicta l.5.§.qui deſertionem. Præter
pœnas deſertionis hactenus enumeratas, ſunt & plures.
25 † Nam qui militiæ tempus in deſertione impleuit, emeri-
tus priuatur, l.deſertorem.3.§.qui militiæ, ff.de re militari.
26 † Emeritus, id eſt ſine ſtipendio teſte Accurſio, ibi, quæ in-
terpretatio concordat cum ijs, quæ habentur ſupra libro
27 primo, titul.27. in fine. † Defunctorum quoque in deſer-
tione bona confiſcari debent, l.defunctorum.4.C.de re mi
28 litari. † Si item deſertores inuenti reſiſtendum, atque ar-
mis oppugnandum putauerint, tanquam rebelles in ipſis
temeritatis ſuæ conatibus opprimi poſſunt, l.2.C.de deſer
29 torib. l.2.C. quando liceat vnicuique ſine iudice. † Sed &
ſi quis deſertorem receperit, atque diu apud ſe deliteſcere
paſſus ſit, actor quidem, vel procurator loci, qui hoc ſciês,
prudenſque commiſit, capite punitur, Dominus verò, ſi
huius rei conſcius fuerit, prædij in quo latuerit deſertor, a-
miſſione coercetur, l.1.C.de deſertor. Si quis deſertorem
prodiderit mediocris loci ingenuus immunitate donatur, d.
30 l.1.§. ſi quis autem. † Neque ſolum de his loquimur, qui
proximè ſignis felicibus applicati militiæ rudimenta ti-
rone tur, verum etiam, qui ſtipendijs militaribus degene-
rem latebram præbuiſſe monſtrantur, dicta l.1. §. neque
ſolum. Edictum Germanici Cæſaris militem deſertorem
faciebat, qui diu abfuiſſet, vt is inter emanſores haberetur.
Sed ſiue redeat quis, & offerat ſe, ſiue deprehenſus offe-
ratur, pœnam deſertionis euitat, nec intereſt, cui ſe of-
ferat, vel à quo deprehendatur: leuius itaque delictum
emanſoris habetur, vt erronis in ſeruis, deſertionis gra-
uius, vt in fugitiuis, leg. qui cum vno. 4. §. edictum,
31 ff. de re militari. † Emanſor autem eſt, qui diu vagatus
32 ad Caſtra regreditur. † Deſertor eſt, qui per prolixum tē-
pus euagatus reducitur, l.deſertorem.3.§.emanſor, ff.eod.

Digitized by Google

33 † Emanſoris pœna in arbitrio eſt Imperatoris, l. Tribuni
11. C. de re militari, l. nemo 13. §. fin. C. eod. Examinantur
ſemper cauſæ emanſionis, & cur, & vbi fuerit, & quid ege-
rit: & datur venia valetudini, affectioni parentum, & affi-
nium, & ſi ſeruum fugientem perſecutus eſt, vel ſi qua
huiuſmodi cauſa ſit, l. qui cum vno 4. §. fin. ff. de re milita-
34 ri. † Sed & ignoranti adhuc diſciplinam tyroni ignoſci-
35 tur, d. §. fin. † Digni etiam videntur excuſatione illi, qui a-
moris impetu retenti emanſerunt, & regrediuntur, exem-
plo iudicij magni Alexandri, qui ſæpius huic affectui in-
36 dulſit. † Is qui in exploratione manet hoſtibus inſiſtenti-
bus, aut qui à foſſa tunc recedit: capite puniendus eſt, di-
37 cta lege tertia, §. is qui. ff. de re militari. † Qui ſtationis mu
nus relinquit pluſquam emanſor eſt, itaque pro modo de-
licti, aut caſtigatur, aut gradu militiæ deijcitur, dicta lege
38 tertia, §. qui ſtationis. † Qui relictis militaribus caſtris ſe
ad depredationes, & latrocinia contulerit, arbitrio iudicis
39 punitur, leg. qui relictis 3. C. de deſertoribus. † Si ad diem
commeatus quis non veniat, perinde in eum ſtatuendum,
ac ſi emanſiſſet, vel deſeruiſſet pro numero temporis: fa-
cta prius copia docendi, num fortè caſibus quibuſdam de-
tentus ſit, propter quos venia dignus videatur, leg. tertia,
§. ſi ad diem, ff. de re militari, l. qui commeatus 14. ff. eod. l.
2. & 3. C. de commeatu. Nam habetur ratio dierum, qui-
bus tardius reuerſus eſt, item temporis, nauigationis, vel
itineris: & ſi ſe probat valetudine impeditum, vel à latro-
nibus detentum, ſimiliue caſu moram paſſum: dum tamē
non tardius à loco ſe profectum probet, quam vt occur-
40 rere poſſit intra commeatum, dicta l. 14. † Proditores, &
transfugæ plerumque capite puniuntur, & ex authorati
torquentur: nam pro hoſte, non pro milite habentur, lege
proditores 7. ff. de re militari. Ideoque licet eos, vbicunq;
inuenti fuerint quaſi hoſtes interficere; l. eiuſdem legis 3.
§. fin. ff. ad legem Cornel. de ſicar. Sed & viui exuruntur,
41 aut furca ſuſpenduntur, l. ſi quis 38. §. 1. ff. de pœnis. † Si ta-
men ex improuiſo, dum iter quis facit, capiatur ab hoſti-
bus, inſpecto vitæ eius præcedentis actu, venia ei dabitur:
& ſi expleto tempore militię redeat vt veteranus reſtitue-
tur, & emerita accipiet, d. l. 3. §. ſed ſi ex. l. non omnes 5. §.
qui captus. ff. de re militari. Qui tamen captus cum poſſet
redire, non redijt, pro transfuga habetur, d. l. 5. § qui ca-
42 ptus. † Item eum qui in præſidio captus eſt, in eadē con-
43 ditione eſſe, certum eſt, d. §. qui captus. † Qui transfugit, &
poſtea multos latrones deprehendit, & transfugas demon
ſtrauit, poſſe ei parci reſcriptum eſt, dicta l. quinta, §. fin. Ei
tamen pollicenti ea nihil permitti oportet, dicto §. fin.
44 † Qui in acie prior fugit ſpectantibus militibus, propter
exemplum capite puniendus eſt. l. omne delictum 6. §. qui
45 in acie, ff. de re militari. † Qui agmen exceſſerit, ex cauſa
vel fuſtibus cæditur, vel mutare militiam ſolet, l. deſerto-
46 rem 3. § in bello. ibi. Sed qui agmen. ff. eodem. † Si quis val
lum commendat tranſcendat, aut per murum caſtra in-
greditur, capite punitur, dicto §. in bello. ibi. nec non & ſi
47 is. † Si quis foſſam conſilijt, militia reijcitur, dicto §. in bel
48 lo. ibi. Si verò quis. † Si quis Barbaris ſcelerata factione fa-
cultatem depredationis in Romanos dederit, vel ſi quis a-
lio modo factum diuiſerit, viuus comburitur, leg. ſi quis 9.
49 C. de re militari † Miles qui ſibi manus intulit, nec factum
peregit, niſi impatientia doloris, aut morbi, luctus ve alicu-
ius, vel alia de cauſa egerit, capite puniendus eſt. aliàs cum
ignominia mittendus eſt, l. omne delictum 6. §. qui ſe vul-
50 nerauit. ff. eodem, l. ſi quis 38. §. fin. ff. de pœnis. † Si miles
artem ludicram exercuerit, vel in ſeruitutem ſe venire
paſſus eſt, capite punitur, l. quædam delicta 14. ff. de pœ-
51 nis. † Si quis commilitonem vulnerauit, ſiquidem lapide,
militia eijcitur; ſi gladio caput amittit, l. omne delictū 6. §.
52 ſi quis commilitonem, ff. de re militari. † Porrò milites,
qui à Republica armantur, & aluntur, ſolis debent vtilita-
tibus publicis occupari, nec ſibi vacare, neque aliena ob-
ſequia peragere, leg. nemo 13. C. de re militari, leg. milites
15. leg. militares 16 C. eodem. leg. milites 31. C. de locat. &
53 conduc. leg. vltim. C. eodem. Nouella conſti. 116. † Sed nec
poſſeſſiones alienas conducere debent; ne omiſſo armorū
vſu, ad opus ruſtice ſe conferant, vt in allegatis iuribus. Si
quis tamen ignorans militi quaſi pagano locauerit, exige-
54 re illum poſſe probandum eſt. † Non enim contemnit di-
ſciplinam, qui ignorat militem, l. ſi ignorans 50. ff. locat.
55 & conduct. † Præterea milites agrum comparare prohi-
bentur in ea prouincia, in qua militant: ſcilicet ne ſtudio
culturæ militia ſua auocentur, & ideo domum comparare
non prohibentur. Sed & agros in alia prouincia compara-
re poſſunt, l. milites 13. in princ. ff. de re militar. Cæterum
in ea prouincia, in quam propter cauſam prælij venerunt,
ne ſub alieno quidem nomine eis agrum comparare licet,
alioquin fiſco vindicabitur, dicta l. 13. §. cæterum. Planè
paterna eorum prædia fiſco diſtrahente comparare non
prohibentur, l. milites 9. ff. eod. l. qui officij 62. ff. de contra-
hend. emption. Sed & alia impletis ſtipendijs emere per-
mittuntur, d. l. 9. Fiſco autem vindicatur prædium illicitè
comparatum, ſi delatum fuerit. Sed ſi nondum delata cau
ſa ſtipendia impleta ſint, vel miſſio contigerit, delationi lo
cus non eſt; niſi fortè ignominiæ cauſa miſſio facta ſit, d. l.
9. §. fiſco, l. milites 13. §. 1 & §. illud, ff. de re militari. Prædia
quoque hæreditaria iure poſſidere ibi, vbi militant non
56 prohibentur, d. l. milites 9. §. fin. ff. eo. † Porrò miles, qui in
bello arma amiſit, vel alienauit capite punitur, humanè
militiam mutat l. deſertorem 3. §. miles, ff. eod. Nam arma
alienaſſe graue crimen eſt, & ea culpa deſertioni exæquatur,
vtique ſi tota alienauerit. Sed & ſi partem eorum, id-
eſt, niſi quod intereſt: nam ſi tibiale, vel humerale aliena-
uit, caſtigari verberibus debet. Si verò loricam, ſcutum,
galeam, gladium; deſertori ſimilis eſt. Tyroni in hoc cri-
mine facilius parcitur: armorumque cuſtodi plerumque,
& culpa imputatur, ſi arma militi commiſit non ſuo tem-
57 pore, l. qui commeatus 14. §. arma. ff. de re militari. † Qui
aliena arma ſubripuit, gradu militiæ pellendus eſt, d. l. 3. §.
qui aliena. ff. eod. aliæ plures, tum maiores, tum minores
pœnæ delictorum circa arma per milites admiſſorum re-
58 cenſet Alex. ab Alex. lib. 2. Genial. dierum c. 13. † Cum ſu-
pra ripas fluminum legionum multitudo conſiſtit, prohi-
bitum eſt, ne quis flumen conſpurcet, vel equorum ſudo-
res abluat, vel nudus in flumine lauet, l. cum ſupra 12. C. de
59 re militari. † Neminem ex familia ſua miles ad ſe admit-
tet, præterquam coniuges liberos, & ſeruos de peculio ca-
ſtrenſi emptos, nec adſcriptos cenſibus, & id quando ex
authoritate Principis familias ſuas ad ſe venire meruerit,
60 non autem ante, l. quicumque 10. C. de re militari. † Præte-
rea ne milites in profectionibus ſuis incolas lædant, prohi
bitum eſt, & vnde illis in tranſitu alimenta ſuppeditanda,
Imperator Iuſtinianus peculiari conſtitutione definiuit in
l. tam collatores 18. §. quibus, C. de re militari, in l. 3. C. de
erogat. milit. anno. & in Nouell. conſt. 129. Adeſt etiam epi
ſtola Aureliani Cæſaris ad militum Tribunos, mandans,
vt milites ab omni contineant rapacitate, quam recenſet
61 Alex. ab Alex. lib. 6. Genial. dierum c. 18. † Vicesimo inſu-
per, non amplius lapide paleas ſibi connectare iubentur,
62 l. 2. C. eod. † Animalia quoque militum à pratis, & paſcuis
publicis, priuatisque arcenda ſunt, l. 2. C. de paſcuis publi-
cis & in ſumma neminem lædere omnino prohibentur.
63 † Ita enim reſpondit Iuriſconſultiſſimus Ioannes apud
Lucam 3. militibus interrogantibus. Quid faciemus, &
nos? Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis; &
contenti eſtote ſtipendijs veſtris, quæ reſponſio totam, &
diſciplinam, & iuſtitiam continet militarem, hactenus de
perſonis, officijs, & delectis, nec non & pęnia, & præmijs
militaribus, reliquum eſt vt agamus de rebus.

SVMMARIVM.

1 *Res militares quæ.*
2 *Annona militaris quæ, & illius diſtributio.*
3 *Buccellatum quid.*
4 *Parſimonia, & vita dura in caſtris neceſſaria.*
5 *Annona militaris qualiter eroganda.*
6 *Annonæ loco datur pecunia, quibus & quando.*
7 *Annonæ erogandæ tempus.*
8 *Militibus ſtipendia vſque ad diem mortis debentur, & dantur vxoribus liberisque.*
9 *Annona militaris exigenda, ſuſcipienda, & transferenda.*
10 *Veſtes militares quoties in anno & quando dandæ, à quibus prouincijs conferendæ.*
11 *Veſtes militares qualiter, erogabantur.*
12 *Hoſpitia militum quæ.*
13 *Immunes ab hoſpitio militum referuntur.*
14 *Metatoris officium circa hoſpitia.*

15 *Ho-*

15 *Hoſpitij militaris nomine, quid veniat.*
16 *Milites nil vltra hoſpitium oblatum accipere poſſunt.*
17 *Item milites acceleratum, & continuum facere debent.*
18 *Dominus domus moleſtiam ſubſtinere non cogitur.*
19 *Prædia ab hoſpitijs immunia.*
20 *Arma transferenda, & qualiter.*

De rebus militaribis militaribus. Titulus 20.

1 SVnt † autem res militares, annona militaris, veſtes, ho
ſpitium, & arma † de quibus ſingulis ex ordine dice-
2 tur. † Et quidem quod ad annonam militarem attinet,
ea fuit conſuetudo, vt expeditionis tempore buccella-
tum, ac panem, vinum quoque, atque acetum, ſed & lar-
dum, carnem vervecinam milites ita perciperent; in duob.
diebus buccellatū, in tertio die panē: vno die vinū alio ace
tum: vno die lardum, biduo carnem vervecinam, vt in l. 1.
3 C. de erogat. milit. annonæ. † Buccellatum enim eſt genus
panis biſcotti ſecundum aliquos, & ſi Marcellinus lib. 18.
frumentum ad vſus diuturnitatem excoctum, quo milites
paſci in caſtris ſolebant, ita appellari dicat. Vnde non ino-
pte buccellatum expeditionalem annonam interpretatur.
De hoc Paulinus, & Theras in epiſt. Diui Auguſtini 36. in-
quiunt. De buccellato Chriſtianę expeditionis, in cuius ꝓ-
uentu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, pa-
nes quinque tibi miſimus. Caro verò vervecina caſtratica
4 ro eſt biduo militibus parcè danda. † Eſt neceſſaria in Ca-
ſtris parſimonia, & vita dura, ne milites ſegnes, deſides, im
belles fiant, & ne annona deficiat, vtrunque enim peſſimū
malorum in exercitu, vt nouerunt, & antiqui, & noſtri tē-
poris Duces, qui, annonæ militaris prodigi, & diſciplinæ,
indulgentes relapſatores, nihil feliciter, atque glorioſè geſ
ſerunt, ſed miſere vel fame, vel inertia victi inſimul cum
militibus ſuis periere. Quapropter prouidus Imperator
illa præparata, docet Duces, & milites illius frugale vſum
5 in d. leg. 1. † Dat & alias vtiles regulas in illius erogatione
facienda in leg. ſicut 4. in l. ſicut actuarij. 5. & per totum il-
lum titu. C. de erogatione militaris annonę. Vt de frumen-
to in leg. 5. & ſequen. De vino erogando in leg. iubemus 10.
De fœno in leg. prouincialium 8. De paleis conuectandis in
leg. 2. C. eod. Inter quas regulas, vult quod erogator, & A-
ctuarij intent illam erogare fideliter, ac ſincere manu ſua
6 in leg. iubemus 16. eod. † Et ſi oriatur controuerſia, vult q.
loco annonæ detur pecunia d. leg. 16. Quæ quidem pecunia
abſentib. ſimilibus danda eſt in leg. 16. § ſuper his, cum
7 declaratione, de qua in leg. vltim. C. eod. † Definitur etiam
tempus annonæ militaris erogandæ in d. l. 16. §. hoc videli-
cet, vt maior æconomia in priuatis domibus non poſſit
8 exercert. † Sed & illud cautum eſt, vt pecuniæ, quæ mor-
tuis militibus vſque ad diem mortis eorum debitæ fue-
rant, vxoribus, vel liberis eorum ſoluerentur d. l. iubemus,
16. §. fina. leg. his ſcholaribus 14. in fine. C. de erogat. milit.
9 ann. † De ea autem annona militari indicenda, exigenda, ſu
ſcipienda, nec non transferenda ſupra iam dictum ſit in
10 titu. 8. 9. & 10. † De veſte militari hæc maximè cauta ſunt,
vt omnis canon veſtium ex Calendis ſeptembris vſque ad
Calendas Aprilis inferretur leg. 1. C. de veſte militari. Item
vt Prouinciæ Thraciarum per vicena iuga, ſeu capita veſtē
cōferrent, Scythia, & Myſia in tricenis iugis, ſeu capitibus
item annua ſolutione dependerent. Per Aegiptum, & oriē
tis partes in tricenis ternis iugis, per Aſianam verò, & Pon
ticum diœceſim ad eundem numerum in capitibus, ſeu iu
gis annuæ veſtis collatio dependeret, ita vt per Orientem
prouinciæ in titulo auri comparaticij, quod per iugationē
redditur, compenſationis gratia perſoluerentur, exceptis
Hiſtroneatis, & Oſdroena, & Iſauria: Nam eę aurum com
paraticium minimè debebant leg. 2. C. de veſte militari.
11 † Quod autem militaris veſtis nomine conferebatur, eius
quinque partes militibus in precio erogabātur: ſexta pars
Gyneciarijs Imperatoris pro contextione dabatur. Mino-
ribus tamen gregarijs militibus in ſpecie, quam maximè
eos deſiderare conſtabat, præbebatur l. 3. & vltim. C. eod.
Fortiſſimis verò militibus per Illyricum pro ſingulis chla-
midibus ſinguli ſolidi dabantur d. l. 3. Hæc de veſte milita
12 ri ſancita leguntur. † De hoſpitijs verò militum hæc maxi
13 mè in iure cauta ſunt. † Primum quidem, quod omnium
domus militibus hoſpitio recipiendis deſeruiant, exceptis
domibus fabricēſium, Archiatri ſacri palatij, vel vrbis Ro-
mæ, magiſtrorum literarum, vel picturæ profeſſorum leg.
Fabricenſes 4. C. de metatis l. Archiatros 8. C. eod. leg. vlt.
ff. de munerib. & honorib. Item exceptis domib. illuſtriū
& clariſſimorum hominum, horum hæredum, ita tamen,
vt ſi quis conſulatem, ac patriciam nactus ſit dignitatem,
tres domos proprias, dum ſupereſt, habeat hoſpitum im-
munitate ſecutas: hæredes verò eius filij, aut pater, aut ma-
ter, nepotes, aut frater, aut ſoror, aut vxor duarum domuū
ſuarum excuſatione potiantur leg. hac legē 10. C. de meta-
tis. Si quis verò Conſulatu tantummodo glorıatur, duas
ſemis domos ſuas immunes habeat. Poſt mortem verò
eius memorati hæredes vnam ſemis domum ſuam d. l. 10.
§. ſi quis verò. Pari priuilegio perfruatur cum memoratis
hæredibus, qui ſolius patriciæ dignitatis ſine conſulatu de-
coratur inſignibus d. l. 10. §. pari. Præfectorij verò, nec non,
& magiſtri militum duas domos ſuas habeant, quoad vi-
xerint, hoſpitibus liberatas, hæredes verò eorum memora
ti vnam defendant domum ſuam ſimili excuſatione muni
tam d. leg. 10. §. præfectorij. Magiſtri verò officiorum, vel
quæſtores vnam ſemis domum ſuam, quoad vixerint, ha-
beant hoſpitum onere liberatam: hæredes verò eorum
prædicti vnam tantum d. l. 10. §. magiſtri. Comites dome-
ſticorum, & protectorum, & ſacrarum largitionum, &
rerum priuatarum, & primicerius notariorum ſingulas
domus ſuas ab hoſpitum grauamine dum viuunt gaudeāt
eſſe ſecutas: memorati verò hæredes eorum mediam par
tem vnius domus ſuæ immunem ab hoſpitij grauamine
habeant: reſiduæ verò partis dimidiæ tertiam partem ho-
ſpitibus deputēt d. leg. 3. §. comites, ſi qui verò illuſtres ho-
norarias dignitates quaſcunque ſine actu celitus impetra-
uerunt, domus ſuas pro tertia portione hoſpitibus præ-
beant; exceptis ergaſterijs, quæ in plateis, vel angiportis
ſunt d. leg. 10. §. fina. Præter hos quos enumerauimus, etiā
ab hoſpitij onere excuſantur decem poſt primiceriū Tri-
buni, item præpoſiti ſacri cubiculi, decuriones, & ſilentia-
rij, item hi, qui in ſacris ſcrinijs militant, nec non gramma-
tici, oratores, medici, & philoſophi leg. vltim. §. vltim. ff de
muneribus, & honoribus leg. decem 11. C. de metatis l. 2. §.
domos C. de præpoſitis ſacri cubiculi leg. decurionibus 3.
§. domum C. de ſilentiarijs leg. in ſacris 9. in fine C. de pro-
14 xim. ſacror. † Porrò ſi quis metatorum manum, qua depu
tatam ſingulis quibuſque domus denotant, & hoſpitibus
hoſpitaturi nomen adſcribunt, deleuerit, falſi pœna tene-
15 tur leg. 1. C. de metatis. † Præterea ad ius hoſpitij militum
pertinet hoc quoque, quod cautum eſt, ne quis militum
nomine ſalgami gratia culcitram, lignum, oleum à ſuis ex-
16 torqueant hoſpitibus, † ſed nec volentibus hoſpitibus in
prædictis ſpeciebus auferat leg. deuotum 5. §. ſolam C. de
metatis leg. 1. C. de ſalgamo hoſpitibus non præſtando leg.
hoc 6. C. de metatis. Salgami enim appellatione ſecundum
Alciatum ibi, veniunt quæcunque condimenta, quæ ad
victum aſſeruantur in vaſis, vinum oleum, acetum, buti-
rum, & huiuſmodi. Nec balneum quiſquam à Domino
ædium poſtulet d. leg. 6. in princip. Quid quod ſolum ho-
ſpitium præſtandum ſit ita, vt nihil etiam ab hoſpite, qđ
vel hominum, vel animalium paſcuis neceſſarium eſt, po-
ſtuletur d. leg. 6. & leg. 1. C. ne rei milit. comitibus. Apud
Inſubres bello obſeſſos Triuultio militum Duce authore
cæptum ſunt integra alimenta, & ſtipendia ab hoſpitibus
arripere, Guicciardino teſte, & vſus quamuis malus inua-
17 luit. † Omniumque militum ſit acceleratum iter, atque
continuum, ne vlli liceat diutius reſidere leg. 5. §. ſolam C.
18 de metatis. † Primum autem hoſpitij hoc eſt, ne domi-
nus, vel penſionis, vel diſcuſſionis domus gratia moleſtiam
19 ſubſtinere cogatur leg. omnes 9. C. de metatis. † Prædia ex-
tra domum ſunt immunia d. leg. 5. C. eod. & ergaſteria ad
mercimonia deputata leg. 2. C. eodem. De armis militarib.
plura dicta ſunt ſupra in titu. præceden. concernentia eo-
rum vſum, & delicta, quæ circa ea per milites admittun-
20 tur. † Sed & de illis transportandis illud hic dicendum, q
iure cautum eſt, ſcilicet, vt quoties transferenda arma ſūt,
numerus transferendorum, & locus ex quo transferenda
ſunt magiſtratui loci, per quem transferenda ſunt indi-
cetur, vt continuo ſuper præbendis angarijs, vel nauibus
de publico, pro numero eorum, quæ transferenda ſunt,
Præſes prouinciæ inſtruatur leg. nullus 7. §. quoties C. de

Fabri-

Fabricenſibus, Varias armorum ſpecies, à quibus milites,
vt plurimum nomen ſuſceperunt, declarat Alexand. ab
Alexand. libro 6. Genial. dier. cap. 22. Hæc de perſonis offi-
cijs, delictis, præmijs, pœnis, & rebus militaribus dicta ſuf
ficiant. Sed quia militum labore, atque virtute pax, vel ac-
quiritur, vel acquiſita confirmatur, illaque ſtabilita frui-
mur ſocietate ciuili in Ciuitatibus, quæ cum, & ipſæ ha-
beant ſua præcipua iura, perſonas etiam, res & acta, reli-
quum, ideo eſt, vt & de illis diſſeramus.

S V M M A R I V M.

1 *Perſona Ciuitatum quæ & eorum diuiſio.*
2 *Magiſtratus municipalis cum ſocietate Ciuili ortus.*
3 *Ciuitatis primus conditor.*
4 *Magiſtratus in republica neceſſarij.*
5 *Legum authoritas vnde.*
6 *Magiſtratus quid ſit.*
7 *Magiſtratus in Ciuitate eſt mens in animo.*
8 *Magiſtratus origo ac natura.*
9 *Reges omnem poteſtatem habebant.*
10 *Magiſtratus inferiores à quibus creati.*
11 *Papa creat magiſtratus.*
12 *Magiſtratus municipales vicem vnius obtinent.*
13 *Magiſtratus refugientis pœna.*
14 *Deſertori magiſtratus pœna.*
15 *Magiſtratui municipali non competit merum imperium.*
16 *Magiſtratus municipalis officia, & cautiones.*
17 *Actio contra magiſtratum datur.*
18 *Magiſtratuum ſpecies, quæ.*

De iure Ciuitatum, & primum de perſonis earum tum publicis, tum priuatis. Titulus 21.

IN iure Ciuitatum exponendo perinde, vt in præceden-
tibus primum dicetur de perſonis, hinc de rebus, po-
1 ſtremo de actibus Ciuitatum. † Perſonæ autem Ciuita-
tum partim publicæ ſunt, partim priuatæ. Publicæ ſunt, vt
puta Magiſtratus municipalis, de quo primum in genere,
2 hinc in ſpecie dicetur. † Sed & de magiſtratibus in genere
ac de illorum origine apud Romanos, necnon illorum di-
ſtributione dictum latè eſt in lib. 1. tit. 3. & 4. In orbe terra-
rum ſtatum cum ipſis Ciuitatibus natum, ac cœtum magi
ſtratum fuiſſe monſtrant, & natura ipſa, & neceſſitas, vt
in tit. 16. fuit ſatis apertè declaratum, natura quia homi-
nes ſunt ſociabiles, neceſſitas, quia vnus homo multis reb.
indigens, ſolus ſibi non ſufficit omnia. Natura itaque, &
neceſſitas homines ab initio errones, & diſperſos in locum
vnum contraxit, vbi multæ familiæ primum coeuntes ſibi
domus conſtruxerunt, prima itaque cõtracta fuit domus,
deinde vicus ex pluribus domibus, ex pluribus vicis pa-
gus, poſtremo ex pluribus pagis Ciuitas erecta eſt, ſecun-
dum Ariſt. lib. 1. Politic. c. 1. 2. & ſeq. Cum ipſa Ciuitate or
3 ta eſt Ciuilis ſocietas, & cum ea magiſtratus poteſtas. † An-
no enim mundi 130. duo Ciuitates ædificatæ fuere vna ab
Abel, à Caino altera. Cain occiſo fratre primus Regni ſpe-
ciem conſtituit. Præclara Regiæ maieſtatis origo, propter
quam miſeri mortales vſque adeo ſuperbire debeant. Ge-
neſ. 4. diſt. 6. cap. non eſt, vbi Turrecremata §. 2. & ibi gl. in
verbo legitur. Inſtitu. de iure diuino, & c. Ipſe agros colere,
ſerere, & metere docuit, excogitauitque cum filio ſuo He-
noch artem ædificandarum, nec non, & regendarum Ciui
tatum, de cuitq. ponderum, & menſurarum vſum, ac poli
ticum ipſe magiſtratum primus Ciuitatis conditor in Ciui
tate exercuit. Notum enim eſt, nec officiorum communi-
cationem, commodorum reciprocationem, nec amicitiæ
bonum inter homines abſque magiſtratu conciliari, ac cõ-
ciliatos diu conſeruari poſſe. Hinc Ariſtot. lib. 4. Politic. in-
4 quit. † Magiſtratus non minus quam leges in republica ne-
ceſſarios à principio fuiſſe, & Plato optimis quibuſq. legi-
bus magiſtratus præpoſuit, illas prorſus inutiles, ac ſuper-
uacaneas ratus, ſi obſeruatione, executione deſtitutæ eſ-
5 ſent. † Legum enim vis, atque authoritas non in papiro, &
ſcriptione (nihil hæc valent) reſidet, ſed in eo, quod fungi-
tur munere magiſtratus. Vt enim eædem ſeruentur, execu
tioniq. demandentur, atq. authoritate ſanctæ, & illibatæ
permaneant, opus eſt magiſtratu, qui illorum obſeruantiã
6 iniungat, atq. procuret. † Magiſtratus itaq. ſecundum Phi-
loſophũ, eſt publica perſona, ſucceſſione, ſorte, aut ſuffra-
gio electa, ius, ac poteſtatem conſulendi, iudicandi, & im-
perandi habens. Et Cicero lib. 3. de legibus, magiſtratũ le-
gem ipſam loquentem appellat. Hinc ſapientes in Ciuita-
te bonorum influentiam, & affluentiam à magiſtratibus,
quaſi ab ipſis omne bonum Ciuitatis deſcendat, petẽdum
eſſe, credidere. Et Pomponius I.C. partim eſſe, inquit, ius in
ciuitate eſſe, niſi ſint, qui iura reddere poſſint, & Ariſt. lib.
6. Polit. affirmat, nihil prodeſſe de rebus iuſtis dari iudicia
niſi præſto ſint, qui exequantur. Et Vlpianus in l. 1. §. 1. ff.
ne vis fiat ei, inquit, fruſtra in poſſeſſionem mitteret Præ-
7 tor, niſi miſſos defenderet, ac tueretur. † Hinc magiſtratus
per analogiam in Ciuitate eſt mens in animo, anima in cor
pore, ſol in cœlo, gubernator in naui, cum reſpublica à ma
giſtratu intellectum, vitam, ſalutis anchoram, honoriſque
7 lucem obtinere videatur. † Magiſtratus itaque non ſolum
à Deo, vt in tit. 16. fuit explicatum ſed, & à natura ipſa cu-
ius author eſt ipſe Deus originem duxit, vt & ipſa Ciuitas,
quæ ſocietas eſt humana, & naturalis. Apes enim natura,
& naturæ author docuit magiſtratui ſubeſſe, obſequium-
que et præſtare, vt in Georgico 4. cecinit Virgilius.

Præterea Regem non ſic Aegyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes
Obſeruant, Rege incolumi, mens omnibus vna eſt,
Amiſſo, rupere fidem, conſtructaq. mella
Diripuere ipſæ, & crates ſoluere fauorum.
Ille operum Cuſtos, illum admirantur, & omnes
Circumſtant fremitu denſo, ſtipantq. frequentes,
Et ſæpe attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchramque petunt per vulnera mortem.

8 † Quippe quæ propriam conſeruationem, tuitionemq. ab
eo petendam ipſius naturæ inſtinctu optimè ſentiant. Eſt
enim natura conſeruatrix ſui, vt ſalua ſit, & in ſuo genere
conſeruetur. Cicer. lib. 4. de finibus. Et omni animantium
generi natura inditum, vt ſe, vitam, corpuſq. tueatur, ad vi
uendum neceſſaria ſibi paret, & fugiat, quæ ſibi damnoſa
futura putet, vt dicit idem Cicero lib. 1. de offic. Hæc om-
nia à magiſtratus creatione; & conſtitutione luculenter
obtinemus, tranquillitas & quies publica in apibus viget.
Rege nam incolumi mens vna, quod ſanè ſi in hominum
cœtu reperiatur, nil aliud ad felicitatem politicam erit ex-
cogitandum, & quemadmodum amiſſo Rege, omnia in
alueario peſſum ire videntur, rupta que fide, mella diripi
conſtructa, ſic & in republica ſublato magiſtratu, vel in ea
malo, & legum ignaro præſidente, turbationes oriri, furta,
homicidia, adulteria, cæteraſq. iniurias irrepi, atque ad in-
teritum vſq. politicum ſtatum conflictari experimur natu
ra itaq. magiſtratum, & cum ipſa natura in homine ingeni
tum eſſe conſtat. Vnus tamen initio fuit magiſtratus, & il-
le ſummus in primo homine, vt antea diximus in tit. 16. &
ita fuit obſeruatum ante diluuium, & poſt per ſecula ſem-
per. Nam rudis ille hominum conuictus magiſtratus varia
munia non cognouit, illumq. nec partiri ſciuit in conſulto-
res, & iudices quos reipublicæ principes partes eſſe tradi-
9 dit Ariſtot. lib. 4. politi. † Sed penes vnum Regem erant om
nia, quæ ſaluti publicæ conducebant, iſq. vniuerſa obibat,
ſuum vnicuiq. tribuebat, ac iudicia exercebat. Nam cum
Reges iuſtitiæ ferendæ cauſa conſtituti fuerint, hoc mu-
nus refugere non poterant, vt alludendo cecinit Home-
rus.

Vnus Rex, cui conceſſit Saturnia proles,
Sceptrumq. & legem, vt iudicet & dominetur.

Cum enim auctæ fuerint dominationes, Regeſq. ſinguli
non vni tantum Ciuitati imperare cœperunt, cũ undeniq.
longè, lateq. & per Prouincias diffuſum imperium, nõ va-
luere abſq. auxilio iudicare vniuerſum Regnũ, & domina-
ri, ideo ad electionem, & ordinationem magiſtratuum pro
10 adiumento deuenere. † Hinc ortum habuerũt iuriſdictio-
nes ordinariæ, & delegatæ, & magiſtratus inferiores, vt
in lib. 1. tit. 3. & ſequentibus, & lib. 2. & 3. fuit demonſtra-
tum, & vt memoriæ tradiderunt Trogus, Iuſtinus, Diony-
ſius Halicarnaſſeus Liuius lib. 1. Plinius lib. 33. & alij recen-
tiores omnes. Primum enim Reges, deinde Reſpublica, Po
ſtremo Imperator illos apud Romanos creabat, atque
ordinabat. Lege enim Regia populus tranſtulit hanc
pote-

Digitized by Google

poteſtatem in Principem, l. 1 §. cum Vrbem, ff. de offi. Præ-
fect. Prætor. l. 1. C. de vetere iure enucle. l. 1. ff. de Conſtit.
Princ. Doctor in ca. cum acceſſiſſent, de conſtitut. Ideoque
Princeps, penes quem eſt Regia poteſtas creat, atque ordi
nat magiſtratus à ſe inferiores, vt conſtat ex allegatis per
Caſſaneum in Catalogo gloriæ mundi part. 5. conſiderat.
24. caſu 15. & per Didacum practic. quæſt. c. 1. num. 9. & ca
11 pit. 4. num. 3. † Creat, & Summus Pontifex in ſuo tempo-
rali Regno temporales Magiſtratus, ſicut alij temporales
Principes faciunt in eorum Regnis, vt per Bald. in conſilio
214. & in conſ. 353. lib. 1. Imò creat, & deponit Imperato-
rem, Reges, Duces, & alios magnates pro temporalibus
adminiſtrandis, c. ſolitæ de maiorit. & obed. c. ad Apoſtoli-
cæ, de ſentent. & re iudic. c. per venerabilem, de electio. &
vbique ſcribentes. 23. q. 8. c. diſplicet Bald. vbi ſupra, & in
l. reſcripta, C. de precib. Imper. offer. Barbatius in conſil. 1.
lib. 1. Natta in conſ. 637. num. 10 & 12 & in conſ. 648. num.
20 Iacobatius in tract. de Concil. lib. vii. cap 8. Nonius in
conſ. 72, num. 14. Peregrinus in tract. de iure fiſci, tit. 2. nu-
mero 36. & 39. Doctor Marta de iuriſdictione par. 4. cen-
12 tur. 2. caſu 197. & par. 1. c. 37. num 11. † Magiſtratus igitur
municipales, cum vnum magiſtratum adminiſtrát, etiam
vnius hominis vicem obtinent, & hoc plerumque quidem
lege municipali eis datur. Verum & ſi non ſit datum, dum
modo non denegatum moribus competit, leg. magiſtratus
13 25. ff. ad municipal. † Si qui ad magiſtratum nominati,
hoc onus ſubterfugerint, bona ipſorum ijs, qui in locum
eorum vocati ſunt permittuntur, ita vt ſi poſtea reperti
fuerint, biennio integro magiſtratum, per ſubterfugerunt,
14 cogantur agnoſcere, l. ſi ad. 18. C. de decurionibus. † Sed
& alijs pœnis magiſtratus deſertores puniuntur, vt in l. Cy
15 renenſium. 20. C eod. † Porrò ea, quæ magis imperij ſunt,
quam iuriſdictionis magiſtratui municipali non permit-
tuntur, leg. ea, quæ. 16. in principio, ff ad municipal. vt di-
ctum fuit etiam ſupra libro primo, titul. ſexto. De iure pu-
niendi ſeruos proponitur in leg. magiſtratibus. 12. de iu-
16 riſdict. † Ad magiſtratus autem officium pertinet exactio
pecuniæ legatorum Reipublicæ relictorum, & ſi ceſſaue-
rint, ipſi vel hæredes eorum eo nomine conueniri poſſunt,
aut ſi ſoluendo non ſunt, fideiuſſores eorum, qui pro his
cauere, leg. vltima, §. Imperator ff ad municipalem. Nam
à magiſtratu municipali initio cautio exigitur, dicta lege
vltima, §. final. Quam cautionem non minus ij, qui com-
pulſi magiſtratu funguntur, quam qui ſponte officium a-
gnouerunt, præſtare tenentur, dicto §. final. Præterea ma-
giſtratus conficiendorum actorum habent poteſtatem, le-
17 ge ſecunda, C. de magiſtrat. municipal. † In Duumuiros
autem, & Rempublicam etiam poſt annum datur ex con-
tractu magiſtratuum municipalium actio. leg. in honora-
rij. 34. §. final. ff. de actio. & obligat. hæc de magiſtratibus
18 municipalibus in genere. † Species verò eius ſunt. Defen-
ſores Ciuitatum, Duumuiri, Decuriones, & alij, de quibus
ſingulis ex ordine dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Defenſores Ciuitatum ex quibus ordinibus creantur.*
2 *Defenſoris officium non poteſt recuſari.*
3 *Defenſor Ciuitatis decreto Epiſcopi, & Cleri conſtituitur.*
4 *Defenſor a quo remoueri poteſt.*
5 *Defenſor locum Præſidis tenet.*
6 *Defenſoris officium.*
7 *Defenſoris iuriſdictio in cauſis ciuilibus.*
8 *Defenſor pater plebis.*
9 *Defenſoris reuerentia honor, & prærogatiua apud iudices.*
10 *Defenſor id, quod eſt eſſe non deſinat.*
11 *Defenſor non conſtituit Vicarium.*
12 *Inſinuationes fiebant apud defenſorem.*
13 *Defenſor querelas contra ſe cauet.*
14 *Præſes defenſores tuetur.*
15 *Defenſores gratis conſtituuntur.*
16 *Defenſor habet domum de publico.*
17 *Defenſor habet Archiuum.*
18 *Defenſor habet exceptorem, & duos cohortales in obſequio.*

De defenſoribus Ciuitatum. Tit. 22.

1 DEfenſores † itaque Ciuitatum non ex Decurionum,
ſeu cohortalium corpore, ſed ex alijs idoneis per-
ſonis creantur, viri ſcilicet bonæ exiſtimationis, &
Orthodoxæ fidei, l. 1. C de defenſor. Ciuitat. l. iubemus. 17.
C. de Epiſcop. audien. l. defenſores. 8. C. de defenſor. Ciui-
2 tat. † Nulli autem omnium facultas eſt defenſoris ordi-
nationem repudiare, ſed per vices honoratiſſimi incolæ
hoc munus ſubire tenentur, ſinguli ſcilicet per biennium:
quo finito, alius priore renuntiato ſubrogandus eſt, niſi fortè
communi decreto velint in alterum quoque bienniũ prio-
rem in eodem officio detinere. Nouella c. 15. §. interea, §. ac
ſi Ciuitas, §. aſſumet, §. iuſiurandum, §. præterea. cum alijs
allegatis in glo. ſtatuti Vrbis lib. 3. cap 13. Quod ſi ſic altero
biennio quoque eam ſolicitudinem ſubſtinuerit, illo fini-
to omnino deſiſtet, tunc demum rurſus defenſor futurus,
cum ipſe eum circulus in hunc reduxerit ordinem, dict. §.
3 præterea. † Conſtituitur autem defenſor decreto Epiſco-
porum, Clericorum, honoratorum, poſſeſſorum, ac ciuia-
lium, confirmatione Præfecti Prætoriorum ſecuta, & præ-
ſtito ab ipſo iureiurando, omnia ſe ſecundum leges, ac ius
acturum, l. defenſores. 8. C. de defenſorib. Ciuitatum, l. iu-
bemus 17. C. de Epiſcopal. audien. Nouella c. 15. §. interea
4 igitur, §. iuſiurandum, & per totam Conſtit. † Remoueri
à Præſide Prouinciæ defenſor non poteſt, ſed tantũ ſi quid
parum rectè agere videatur, de eo referendi poteſtas eſt
Præfecto Prætoriorum, vt ab eo contingat ſolicitudinis
abſolutio, à quo etiam datur. Nouella c. 15. §. iuſiurandum,
5 l. vlt. C. de defenſorib. Ciuit. † Porrò defenſor in ſua Ciui-
tate Præſidis locum obtinet, maximè cum Præſidem con-
6 tingat abeſſe. † Iiſque qui publicarum exactionum nego-
cium gerunt auxilio eſſe, malos coercere, tumultus ſedare
debet. Nouel. c. 15. §. deinde, & § nulla facultate. Ideo cohor
tales quoque ei Regioni addicti, qui per illã conſiſtunt Ciui-
tatem, in qua defenſor eſt, ei obedire, & opem ferre tenen-
tur, d. §. deinde. Cognoſcet etiam de leuioribus criminibus,
& competentem caſtigationem adhibebit, l. 1. C. de defen-
ſorib Ciuit. Nouella c. 15 §. cognoſcent. Eos verò, qui in ma
ioribus delictis, ac criminibus capiuntur, conijciet in cuſto
diam, & ad Prouinciæ Præſidem tranſmittet, d. §. cogno-
7 ſcent. † In ciuilibus quoque cauſis, quæ ſunt, iure quidem
antiquo intra quinquaginta ſolidos, iure autem nouo intra
trecentos ſolidos defenſoris Ciuitatis cognitio atque iuriſ-
dictio eſt, l. vlt. C. de defenſ. Ciuit. Nouella c. 15. §. iuſiuran-
dum, l. 1. C eod. Nouella c. 15. §. dicant ius, & l. vlt. 5 C. de
8 defenſor. Ciuit. † Defenſoris inſuper hoc eſt officium, in
primis, vt patris vicem plebi exhibeat, deſcriptionibus
ruſticos, vrbanoſque non patiatur affligi, officialium inſo-
lentiæ, & iudicum procacitati (ſalua reuerentia pudoris)
9 occurrat, l. in defenſoribus. 4. C. de defenſor. Ciuit. † Ingre-
diendi, cum volet, ad iudicem liberam habeat facultatem,
ſuperexigendi damna, vel ſpolia plus petentium ab ijs,
quos liberorum loco tueri debet, excludet, nec patietur
quicquam vltra delegationem ſolitam ab ijs exigi, quos
certum eſt, niſi tali remedio reparari, d. l. 4. §. ingrediendi.
Nihil inſuper ſibi inſolenter, nihil iniquum vindicare
debeiſ, nominis ſui tantum fungens officio, nullas infliget
mulctas, ſeueriores non exercebit quæſtiones, plebem, &
decuriones ab omni improborum inſolentia & temerita-
10 te tuebitur: † vt id, quod eſſe dicitur, eſſe non deſinat, l.
11 defenſores. 5. C. de defenſorib. Ciuit. † Illud defenſori Ci-
uitatum, quemadmodum, & Præſidi Prouinciæ, conceden
dum non eſt, vt Vicarios in locum ſuum conſtituant. No-
uella conſtit. 15. §. nulla facultate, & §. ac ſi Ciuitatis, in fi-
12 ne. † Præterea apud defenſores inſinuantur teſtamenta,
donationes, & omne denique, quod propriè ad ius monu-
mentorum pertinet, d. c. 15. §. conſtituimus, & d. l. 9 §. illud,
C. de defenſor. Ciuit. Sed & in acta referent quæcumque
quis voluerit, edentque. Tam & ſi quod in acta refertur
perſtringat ipſum Prouinciæ Præſidem, vel aliquem potẽ
13 tiorem, dict. §. conſtituimus, ibi. ſed & in acta. † Oportet
enim eos, qui in officijs, vel cum poteſtate aliqua ſunt, ita
ſe gerere, vt confici aduerſus ſe acta non prohibeant, imò
ſe moribus inculpatos præbere, vt nemini detur opportu-
nitas mouendæ alicuius contra ipſos querelæ, d. §. conſti-
tuimus, ibi. oportet. Appellationes à defenſoribus ad ipſos
fiunt

Digitized by Google

14 fiunt Præſides, d. Nouella c. 15. §. appellationes. † Et ſi quis cohortalis contra defenſores admiſerit, Præſes Prouinciæ vindicabit, cohortalemque caſtigabit, dict. §. ſi quid verò. Quod ſi Præſes hoc neglexerit, licebit eo nomine defenſoribus referre ad Præfectum Prætorio, vt inde competens vindicta procedat, & defenſores habeant contra delinquẽtes quaſdam iudicium e grauitatis imitationem, & figurã,
15 d. §. ſi quid verò. † Conſtituuntur inſuper defenſores, vt alij magiſtratus gratis, & pro ipſis iuſſionibus, ſi maiores ſint Ciuitates, quatuor tantum aurei dabuntur in iudicio Præfecti Prætorio: ſi minores, tres. Si quas verò ex publico annonas habent percipient, & ipſas more ſolito, d. ca. 15. §.
16 fient autem. † Præterea in ſingulis Ciuitatibus domus aliqua publica conſtituenda, in quam defenſores actorũ ſuorum monumenta reponant, creato aliquo eius loci, penes quem huius ſit cuſtodia, quò magis, & incorrupta ea ma-
17 neant, & celerius quæſita inueniantur, † ſitque apud ip-
18 ſos aliquod archiuum, d. Nouel. c. 15. §. cõficiat. † Habeãt, & ex cohorte illi Prouinciæ deſtinata exceptorem futurum illis in miniſterio, & duos cohortales, qui ab ipſis iudicata exequantur, d. c. 15. §. habeant, & § deinde, vt Ciuitatum.

S V M M A R I V M.

1 *Duumuiri ex decurionibus eliguntur.*
2 *Decuriones plebei eſſe prohibentur.*
3 *Duumuir faſces non extollit extra ſuum territorium.*
4 *Duumuir excipit actiones deſcendentes ex contractibus magiſtratus municipalis.*

De Duumuiris. Tit. 23.

DE † Duumuiris hæc potiſſimum notanda, primum quidem, quod ex decurionibus eligantur, l. honores. 7. §. is qui. ff. de decurionib. Nec enim, qui nõ ſit decurio Duumuiratu, vel alijs honoribus fungi poteſt,
5 † quia decurionum honoribus plebei fungi prohibentur,
2 d. §. is, qui. Deinde, & illud notandum, † quod Duumuiro
3 impunè nõ liceat extollere poteſtatem faſcium extra metas territorij propriæ Ciuitatis, l. Duumuirum 53. ff. de decurionib. † Poſtremò, & hoc notandum, quod & ſupra ali
4 bi dictum fuit, ex omni contractu magiſtratus municipalis actiones deſcendentes à Duumuiris excipiendas eſſe. l. in honorarijs. 34. §. fina. ff. de actio. & oblig. Horũ alij quos ſæpè populus creabat, nec ante obitum mutare decebat, ab omnique vrbano munere, & belli cura immunes erant, & ſacras ædes dedicabant, & obſecrationes, expiationeſq; ad placandas, auertendaſque Deorum iras, tum alia quędam procurabant, quorum meminit Alex. ab Alex. lib. 3. Genial. dier. c. 16. Alij municipiorum, de quibus in allegatis iurib. & in l. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. Alij nauales, alij quinquennales, alij capitales. Nauales, quibus omnis Nauium pop. Rom. cura dabatur. Quinquennales ideo nominati, quòd ij creabantur per integrum quinquennium cenſus, tributique cauſa, vel potius, quibus iuriſdicẽdi cauſa in quinquennium ob ſpectatam virtutem is honos mandabatur, cum alijs annus eſſet. Capitales verò, qui p duellionis diem ad populum dicerẽt, & in facinoroſos animaduerterent, à principio originum creati, teſte Liuio lib. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Decuriones unde dicti.*
2 *Coloniarum deductio à quo inuenta.*
3 *Ratio, & modus deducendarum Coloniarum.*
4 *Vtilitas deducendarum Coloniarum varia.*
5 *Decuriones, qui eſſe poſſint, & qui non.*
6 *Hæretici onera ſubeunt non honores, & priuilegia.*
7 *Spurij in ordinẽ legi poſſunt ſi nõ habeãt cõpetitorem legitimũ.*
8 *Flagellis cæſi deficientibus alijs honeſtis legi poſſunt.*
9 *Relegati reuerſi ex Principis reſcripto legi poſſunt.*
10 *Nati in relegatione poſſunt decuriones legi.*
11 *Ignominia notati decuriones non ſunt.*
12 *Filijfamiliarum decuriones eſſe poſſunt, & indocti.*
13 *Decurio ſola albi præſcriptione non fit.*
14 *Decurio pœna gratia non fit.*
15 *Decuriones ante tres menſes nominantur, & quare.*
16 *Modus legitimus creandi magiſtratus.*
17 *Decurio nominatus appellat.*
18 *Priuilegia, & officia decurionum plura.*
19 *Curialium Ciuitatum debita, & officia.*
20 *Curialis non poteſt eſſe procurator, nec cõductor, nec fideiuſſor.*
21 *Quod quis per ſe non poteſt, nec per alium.*
22 *Decurio vectigalia non exercet.*
23 *Decurio non eſt tabellio.*
24 *Decurio non exercet officium per ſubſtitutum.*
25 *Decurio vtitur actionibus publicis Reipublicæ.*
26 *Decurio decoctor, & falſarius punitur.*
27 *Prædia decurionum ſine decreto non alienantur, limitatur.*
28 *Obligati ex munere publico non poſſunt prædia alienare ſine decreto.*
29 *Vectigal ex lucratiuis debetur publico cum declaratione.*
30 *Lucratiua cauſa, quæ ſit, vt vectigal debeatur.*
31 *Eccleſia vectigal non ſoluit ex cauſa lucratiua.*
32 *Lucratiuo oneri, quæ non ſubiacebit.*
33 *Vectigal dotium ne prohibitum vt impedimẽtũ matrimonij.*
34 *Lucratiua res ſemper eſt lucratiua cum illo onere, & è contra non lucratiua.*
35 *Primordium tituli poſteriorem format euentum.*
36 *Decurioni in quarta Curia ſuccedit, limitatur.*
37 *Tranſactio cum Curia liberat à quarta.*
38 *Diuiſio inter curiam, & hæredes decurionis, quomodo facienda ſtantibus liberis, vel non.*
39 *Naturales liberi, quomodo decurioni ſuccedant.*
40 *Extranei hæredes quomodo decurioni ſuccedant.*
41 *Filij & filiæ decurionis curiales, quomodo ſuccedant.*
42 *Decuriones ſunt immunes.*
43 *Decuriones torqueri, nec pœnis corporalibus affici poſſunt.*
44 *Decuriones quo ordine in albo ſcribendi.*
45 *Sententias quo ordine ſcribere debeant decuriones.*
46 *Relegatus ad tempus decurio eſt, ſed vt nouus in ordine.*
47 *Primus Curiæ Comitiua primi ordinis dignitate fruitur.*
48 *Decretum decurionis non reſeruatur, limitatur.*
49 *Decuriones facultatibus lapſi alendi.*
50 *Medici à quibus eligendi.*
51 *Decreta ſine legitimo numero decurionum nulla.*
52 *Numerus decurionum legitimus quis ſit.*
53 *Pars maior, quæ ſit.*
54 *Suffragium patris prodeſt filijs, & è contra.*
55 *Minores 25. annis decuriones ſuffragium non ferunt.*
56 *Filij decurionum ſubiacent patris fortunæ maximè curiæ oblati.*
57 *Filij conditionem matris aliquando ſequuntur.*
58 *Dignitas maior liberat à nexu curialitatis.*
59 *Aui conditio non præiudicat nepoti.*
60 *Filij conditionem patris, qui ſequuntur fruuntur priuilegijs patris, limitatur.*
61 *Tempus conceptionis ſpectatur, limitatur.*

Infamis	}	*Amittunt decurionatum.*
62 *Relegatus*		
Ordine motus		
Mancipatus cenſuali miniſterio		

63 *Cæcitas*	}	*Decurionem à curiali fortuna non liberat.*
Senectus		

De Decurionibus, & curialibus. Tit. 24.

1 SEquitur nunc de Decurionibus, & curialibus. † Decuriones autem quidam dictos aiunt ex eo, quod olim cum Coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui deducerentur Conſilij publici gratia conſcribi ſolita ſit, l. pupillus. 239. §. Decuriones, vbi Alciatus, & Rebuffus, ff. de
2 verbor. ſignific. † Coloniarum deductio, optimo, & ſapientiſſimo Romuli inuento. Nam ad illum conſenſu referunt, qui victis finitimis oppidis, aut gentibus, partẽ earum ſolitus in Vrbem, & ad ſe traducere, partẽ illic relinquere, ſed ſic, vt Romanos ſuos miſceret, cuſtodiã, & regimẽ, ne quid moueret. Eos ita miſſos, Colonos appellauerũt, & ab agrorũ nouæ dedicatione culturæ ipſas Colonias appellauerũt.
3 † Ratio, & modus erat, vt agri diuiderentur viritim: idq. à Triumuiris, quos graues, & prudentes viros huic rei legere ſolebant, qui & ſedes, agroſque, & ipſum oppidum (ſi condendum erat) diſponebant, & iura, ac formam nouæ quaſi Reipublicæ dabant. Sic tamen, vt omnia Romam, & Vrbem matrem referrent, ipſis quoque locis, Fora, Capi-

Digitized by Google

Capitolia, Templa, Curiæ pro illa imagine eſſent: & in gu-
bernatione. Duumuiri pleriſque colonijs quaſi duo Con-
4 ſules, Aediles item, & Decuriones pro Senatu. † Varia in
hoc inſtituto vtilitas. Primum quod alleuabatur, vrbs ipſa
Princeps, & ſuperfluam, nimiamque multitudinem, vt ſã-
guinem emittebat. Ita victus facilior, ita turba minor, &
turbæ quoque, faciles vtrimque inter tam conſertos. Sed & ſo-
boli magis vacabant, libentiuſque ſic vacui: non aliter quã
arbores, aut plantaria magis ſe diffundunt, & propagant,
vbi in arcto non ſtipantur. Altera vtilitas ipſos hoſtes aut
ſubditos tangit. Vbi enim coloniæ ſic collocatæ, loca fre-
quentabantur, colebantur, poliebantur, etiam maximè no-
uorum hoſpitum aduentu, & artium inuentu. Diuina pro-
uidentia hoc fine Græcos olim in Aſiam Europam hanc
noſtram per maritima loca miſit, & diſpoſuit; vt rudes fe-
roceſque humanitate, & elegantia percolerent, atque ad
mitiora ſtudia, & mores transferrent. Quod idem Roma-
ni mox fecere: & iis cultum hunc omnem debet pulcher-
rimæ Europæ tractus. Tertia vtilitas, quæ præcipuè in ocu-
lis Romulo, & Romanis, Præſidium in ſubiectos. Sparſa
hæc tot oppida, locis opportunis, & in iis Romanus ſan-
guis: quid niſi tot arces, & propugnacula erant Romani
Imperij? Quidlibet nihil tam validum, quam talis aliqua
deductio: & vbi ij, qui agros in alieno accepere, ſemper o-
bligãtur, aut tueri iura, imperiumque donantium, aut pel-
li, ſi & ij pellantur. Atque hic primus præcipuuſque aſpe-
ctus vtilitatis, acceſſere mox, valde aucta re Romana, duo
alteri. Prior vt plebem inopem, & grauem ſic exhaurirẽt:
alter vt militibus emeritis præmia largirentur. Nam ecce
in tanta Vrbe, & creſcente Ciuium tenuiorum numero p
tot manumiſſiones: quæ ratio alendi, aut ſubſiſtendi fuit,
niſi vt emitterent? non aliter, quam vbi aluearia plena, no-
ua examina in alia, & noua transfunduntur. Sic & occulto
Politico cõſilio ſẽtina, & fex vrbis cohoneſtato colore edu-
cebatur: purior, meliorq. pars aſſeruabatur. militib. præmia
agri, & ſedes dabantur, regimen illic, & honores pecunia
etiam ad inſtrumenta, iumenta, & ſi quid opus coemen-
5 dum. † Decuriones itaque, quibus educendarum colonia-
rum cura mandabatur, ex eo dicti, quia decima pars eorũ,
qui in Colonias deducerentur, conſilij publici gratia conſcri-
bi ſolita ſit d. §. Decuriones, & de his eſt tit. C. de Decurio-
nibus. Fuerunt autem antea alij Vrbani, alij municipales.
Vrbani qui præerant turmæ, quæ conſtabat ex duobus, &
triginta equitibus, qua ſignificatione ſumi arbitror in tit.
C. de hæreditate Decurionum. Municipales verò erant, q
Romæ Senatores, ſecundum Vallam lib. 6. elegan. cap. 32.
Nam qui in Senatu, & conſilijs reipublicæ municipales eſ-
ſe poterant decuriones erant, de quorum officio, & digni-
tate eſt tit. ff. ad municipal. & C. de magiſtrat. municipal.
Demum Decuriones generaliter appellari cœperunt Prin-
cipes, ſeu capita cuiuslibet ordinis, & ordo ipſe Decuria vo-
cabatur, vt Decuria iudicum, Decuria ſcribarum, Decuria
cubiculariorum. Inde Decurionatus. Sed redeundo ad De-
curiones de quibus in d. §. Decuriones, & in toto hoc titulo
5 eſt agendum. † Notandum quod Decuriones fieri non poſ-
ſunt ſerui, immo ne liberti quidem leg. 2. C. ſi ſeruus, aut li-
ber: ex liberta tamen muliere natus, quamuis ex ſeruo pa-
tre, non prohibetur Decurio fieri in ſua ciuitate d. l. 2. &
l. ſeuerus 9 ff. de decurionibus. Nauicularij quoque decu-
riones fieri nõ poſſunt d. l. Seuerus 9. in fine. Item Surdi, &
muti, qui in totum non audiunt, vel loquuntur leg. hono-
res 7. §. 1. ff. eod. Item pauperes leg. ad ſubeunda 46. C. de
decurionibus. Neque minores viginti quinque annis decu-
riones creari poſſunt, niſi ex cauſa leg. ad rempublicam 8.
ff. de muneribus, & honoribus l. non tantum 11 ff. de decu-
rionibus l. ſpurij 6. §. 1. ff. eod. l. ſi pater 8. C. quando prouo.
non eſt neceſſe. Huc pertinent allegata ſupra in lib. 2. tit. 4.
Neque ij, qui annum quinquageſimumquintum exceſſe-
6 runt l. 3. & 5. ff. de iure immunit. † Hæretici ſanè à Curiali
fortuna non excuſantur, honores tamen, & priuilegia de-
curionum non habent. Nouella conſti. 45. in princip. l. om-
nes 49. C. de decurionibus leg. generaliter 3. §. fin. ff. eodem
7 & ſupra lib. 3. tit. 110. & ſequen. † Spurios verò poſſe in or-
dinem legi nulla dubitatio eſt: ſed ſi habeat competitorẽ
legitimè quæſitum, præferri hunc oportet d. l. 3. §. ſpurios
8 l. ſpurij 6. in princip. ff. eod. † Ij quoque, qui ab ædilib. fla-
gellis cæſi ſunt, deficientibus alijs honeſtis viris decuriones
creari non prohibentur leg. eos qui 12. ff. de decurionibus.

9 † In tẽpus relegatos, & reuerſos in ordine allegi ſine per-
miſſu Principis non poſſe reſcriptum eſt leg. in pe[illegible] ff.
10 eod. † Is quoque qui in relegatione natus, non prohibetur
11 honore decurionatus fungi d. l. 13. §. penultim. † Qui iudi-
cij publici quæſtionem citra veniam abſolutionis deſerue-
runt, decurionum honore decorari non poſſunt: cum notẽ-
tur ignominia, veluti calumniæ cauſa iudici publico dam-
12 nati leg. ſpurij 6. § qui iudicij ff. de decurionibus. † Filij fa-
miliarum decuriones fieri non prohibentur, quemadmo-
dum literarum quoque expertes l. filio 5. C. eod. leg. exper-
13 tes 6. C. eod. † Porrò notandum quod ſola albi præſcri-
ptione minimè decurio fiat, qui ſecundum legem decurio
14 creatus non ſit leg. Herennius 10. ff. de decurionibus. † Sed
neque pœnæ gratia decurionem aliquem creari oportet l.
15 ne quis 38. C. eod. † Decuriones autem ad magiſtratum,
vel exactionem annonarum ante tres menſes, vel amplius
nominari debent: vt ſi querimonia eorum iuſta videatur,
ſine impedimento in abſoluendi locum alius ſubrogetur
16 leg. 1. C. de magiſtr. municip. † De modo legitimo creandi
decuriones, & alios magiſtratus municipales dicetur infe-
17 rius tit. 45. † Creatione verò facta, nominatus per appella-
tionem excuſationes ſuas opponere debet: qua omiſſa non
admittendus eſt poſtea contradicere volens, quod non re-
ctè creatus ſit decurio d. l. 13. §. fina. & ff. de decurio. leg. 2.
18 C. eod. † Officia & priuilegia decurionum ipſis creatis ſũt
proponenda, decuriones ergo creati à Ciuitate ſua recede-
re non poſſunt, nec relicta curia militare, nec religionis er-
go vitam ſolitariam ſequi, nec aduocationis gratia peregri-
nari l. 1. ff. de decurionibus leg. omnes 50. leg. decurionum
53. leg. ſi quis 55. C. eodem leg. 1. in fine C. de priuileg. cor-
por. leg. curiales 25. leg. ſi quis 16. leg. quidam 26. leg. Ale-
xandrinus 56. leg. qui derelicta 17. C. de decurionibus, cum
alijs allegatis ſupra lib. 3. ti. 2. Planè ob publicam neceſſi-
tatem abeſſe poſſunt d. leg. curiales 25. Sed & ſuæ rei cauſa
impetrata prius licentia d. leg. 25. & d. leg. 16. Quod ſi alias
relicta Ciuitate aliò profectus fuerit, à Præſide prouinciæ re-
uocandus eſt, aut ſi Præſidis deſit copia, in eundem manus
iniectione conceſſa à quolibet reduci, & ſuæ curiæ vindi-
cari poteſt leg. qui derelicta 17. leg. generali 54 & ſequent.
19 C. de decurionibus. † Curiales quoque ſingularum ciuita-
tum etiam inuiti, vel ſeparatæ intra Ciuitates, quas olim
habuerunt domus, vel de nouo ædificare coguntur, illic
ſemper muneribus inſeruituri, & acturi frequentiam ſua-
20 rum ciuitatũ l. ſingularum 8. C. de ædificijs priuatis. † Præ-
terea curialis, neque procurator, neque conductor aliena-
rum rerum, nec fideiuſſor aut mandator conductoris eſſe
poteſt: alioquin nulla obligatio, vel actio locatori neq. cõ-
ductori ex huiuſmodi contractu dabitur leg. curialis 30.
C. de locat. & conduct. leg. ſi quis 34. C. de decurionibus.
Planè decurio, vel curialis, qui prohibetur conducere, ſi iu-
re ſucceſſerit in conductionem, remanet in ea: quod & in
omnibus ſimilibus ſeruandum eſt leg. decurio. 4 ff. eodem.
21 † Quod autem, quis ſuo nomine exercere prohibetur, id
neque per ſubiectam perſonam agere debet. Et ideo ſi de-
curio ſubiectis aliorum nominibus prædia publica colat,
quæ decurionibus conducere non licet: tum ſecundum le-
gem vſurpata reuocari debent leg. 1. §. 1. ff. de adminiſtrat.
22 rerum ad ciuit. pertinent. † Decurio etiam ſuæ Ciuitatis
vectigalia exercere prohibetur leg. ſpurij 6. §. decurio. ff.
23 de decurionibus, † & à tabellionis officio abſtinebit l. vni-
24 uerſos 15. C. eodem. † Neque per ſubſtitutum curiales ſun-
25 ctiones implere poteſt leg. nullus 60. C. eodem. † Actionib.
tamen publicis reipublicæ procurator vti debet leg. procu-
26 ratores 30. C. eod. † Quilibet autem principalium, vel de-
curionum, ſi vel decoctor pecuniæ publicæ, vel fraudolen-
tus in adſcriptionibus illicitis, vel immoderatus in exactio-
ne fuerit inuentus, plumbatarum ictibus ſubijcitur l. quili-
27 bet 40. C. eod. † Præterea decurionum prædia tam vrbana
quam ruſtica ſine decreto alienari prohibentur, & non ni-
ſi neceſſitate vrgente alienatio permittenda eſt leg. 1. C.
de prædijs decurionum l. ord. ne 15. §. in fraudem ff. ad mu-
nicipalem. Quanquam iure antiquo ſola venditio prædio-
rum decurionum erat prohibita, donationibus, permuta-
tionibus, & alijs contractibus etiam ſine decreto permiſſis
leg. 3. C. de prædijs decur. Sed iure nouo omnis alienatio ta-
lium prædiorum decretũ deſiderat, quamuis mortis cauſa
donatio fiat, excepta donatione propter nuptias, & dotis
cauſa: in his enim alienationis ſpeciebus decretum nõ exi-
gitur.

Digitized by Google

vacet. Alia cauſa eſt eius, qui ad tēpus ordine remouetur,
hic.n. impleto tempore decurio eſt. Sed & in huius locum
ſublegi poterit, & ſi locum plenum inuenerit, expectare
debet donec locus vacet. Reſtitutus tñ in ordinem eũdem
locum tenebit, quem pridem habuit d. §. reſtitutus, cum
47 alijs allegatis ſupra lib. 1. ti. 4. & 5. † Primus curiæ cũ mu-
nerib. vniuerſis expletis ad ſummum peruenerit gradum,
comitiuæ primi ordinis fruitur dignitate in curialib. tñ p-
manet l. curialis 47. C. de decurionib. Ideoq. curiales, q ho-
norariam adepti ſunt comitiuam dignitatem, obſequi de-
bent iis, quorum moderationi ſunt commiſſi, nec ſe exiſti-
mare ideo meruiſſe dignitatem, vt iudicũ præcepta diſpi-
48 ciant d. l. 47. † De decretis decurionum, ſciendum, quod id
quod ſemel ordo decreuit, non oportet reſcindi: niſi ex cã,
id eſt, ſi ad publicam vtilitatem recipiat reſciſſio prioris
decreti l. quod ſemel 5. ff. de decret. ab ord. facie. Ambitio-
ſa quoq. decreta decurionum reſcindi debent, ſiue aliquẽ
debitorẽ dimiſerint, ſiue largiti ſint l. ambitioſa 4. ff. eod.
Proinde (vt ſolent) ſiue decreuerint de publico alicui, vel
prædia, vel ædes, vel certam quãtitatem præſtari: nihil va-
lebit huiuſmodi decretum d. l. 4. §. proinde. Sed & ſi ſalariũ
alicui decuriones decreuerint, decretum id non nunquam
vllius erit momenti: vt puta ſi ob liberalem artem fuerit
conſtitutum, vel ob medicinam: ob has.n. cauſas licet con-
ſtitui ſalarium d. l. 4. §. ſed & ſi & l. 1. C. de præbendo ſala-
49 rio. † Decurionibus item facultatibus lapſis alimenta de-
cerni permiſſum eſt; maximè ſi ob munificentiam in pa-
triam patrimonium exhauſerint l. decurionibus 8. ff. de de-
50 curionib. † Inſuper qui liberalium ſtudiorum antiſtites
ſunt, & qui medendi cura funguntur, decreto decurionũ
immunitas nemini eorum tribui poteſt l. 1. C. de decreto
decurio. Medicorum autem intra numerum præfinitum
conſtituendorum arbitrium non Præſidi prouinciæ com-
miſſum eſt, ſed ordini, & poſſeſſoribus cuiuſq. ciuitatis, vt
certi de probitate morum, & peritia artis eligant ipſi, qui-
bus ſe, liberoſq. ſuos in ægritudine corporum committant
l. 1. ff. de decret. ab ordi. facien. leg. 2. C. de decret. decurio.
51 † Præterea illa decreta, quæ non legitimo decurionum nu-
mero coacto facta ſunt, non valent l. 2. ff. de decret. ab ord.
52 facien. † Legitimus autem decurionum numerus dicitur
maior pars decurionum. Nam quod maior pars curiæ ef-
53 ficit, pro eo habet̃ ac ſi omnes egerint. † Maior verò pars
ita intelligenda eſt, vt complectatur duas tertias, nam lege
municipali cauetur, vt ordo non aliter habeatur, q̃ duab.
partib. adhibitis l. 2. ff. de decre. ab ord. facien. l. nominatio-
num 45. C. de decurionib. l. nulli 3. cum leg. ſeq. ff. quod cu
54 iuſq. vniuerſit. nom. † Illud ẽt notandum, quod & patris
ſuffragium filio proderit, & filij patri: item eorum, qui in
eiuſdem patris poteſtate ſunt: quaſi decurio enim hoc de-
dit, non quaſi domeſtica perſona l. illud 5. cum ſeq. ff. de
decret. ab ord. faciendis. Quod in actore conſtituendo, &
in bonorum petitione erit ſeruandum: niſi lex municipij,
55 vel perpetua conſuetudo prohibeat, vt ibi. † Minores vi-
gintiquinq. annorum decuriones facti, ſportulas quidem
decurionum accipiunt, ſed interim ſuffragium inter cæte-
ros ferre non poſſunt l. ſpurij 6 §. 1. ff. de decurionibus. l. ad
rempublicã 8. ff. de munerib. & honoribus. Hæc de ordinis
decretis, quorum pœna ſcientes non ignorantes punit leg.
56 municipali 6. ff. de decurionib. † De filijs verò decurionũ,
hæc maximè in iure cauta ſunt, primum quidem, qd cum
patrib. curiali fortunæ ſubiaceant, vt ſi patres deceſſerint,
teneatur agnatio: niſi fortè, quis ſponte ſe curię obtulerit:
huius.n. liberi curię non ſunt obnoxij: excepto eo ſi pater
filium ſuum naturalẽ curię obtulit, vel alios legitimos libe-
ros non habens hæredem inſtituit: hoc.n. caſu non ſolũ na
turalis curiæ ſponte oblatus curialis efficitur, ſed ẽt liberi
ex eo deſcendentes l. ſi quis 55. in fine C. de decurionib. l. in
ſucceſſione 48 C. eod. l. qui conditioni 4. C. de his qui ſpon-
te l. eos qui 4. in prin. & §. fi. C. eod. Adeo aũt filij decurio-
nis, patris ſequuntur conditionem, vt quamuis mater alte
rius ſit originis, vel conditionis, ideoq. per reſcriptũ filius
à curia ſit liberatus, nihilominus curiæ nexib. ſit obſtrictus
l. exemplo 36. C. de decurionib. Nouell. c. 38. §. ad hæc qm̃.
57 † Planè nati ex matre inquilina domus Cæſaris, & patre
decurione matris non patris conditionẽ ſequuntur d. § ad
hæc. Nõ excuſat aũt filium, q̃uis ipſe Aduocatus ſit, vel pa
ter eius magiſter, vel miles fuerit l. in filijs 55. l. priuilegio
58 27. C. de decurionib. † Maiores tñ dignitates filiũ à curia-
li nexu liberant: vt puta Senatoria, & ſimiles, de qua re in-
59 fra ti. 46. & 47. † Planè nepoti non præiudicat cõditio Aui,
vt quis auus curialis fuerit, pater tñ nõ fuerit, nepos, ppte
rea curialis cẽſeatur l. eos 22. C. de decurionib. l. ſi ille 62. l.
neq. 61. C. eod. Quamuis veteres Principes indulxerunt ex
materno genere curialib. Antiochenis adſcribi eos, quos pa
tris conditio nullius ciuitatis iuri vindicaret. Quo tñ caſu,
ſi curia Antiochena ex filia curialis nati nullã feciſſet cõdi-
tionis controuerſiã, nos nepotes eius vindicare prohibebat
60 d. l. 22. 61. & 62. † Quẽadmodũ aũt filij decurionũ patrum
conditionẽ ſequuntur, ita ẽt certis fruuntur priuilegijs pp
eandẽ conditionẽ. Nam non torquẽtur, nec alijs plebeiorũ
pœnis ſubijciuntur, p ea q̃ deducta fuere ſupra lib. 1. ti. 20.
Nec intereſt naturalis ſit, an adoptiuus l. cũ 4. C. de decurio-
nib. Planè huiuſmodi priuilegijs nõ gaudet filius, cuius pa-
ter ordine motus ſit, vel relegatus l. 2. §. in auo ff. de decu-
61 rionib. Qd tñ diſtinctionẽ recipit. † Nã ſi pater ordine mo
tus ſit ante cõceptionẽ filij, hic quaſi plebei filius in hono-
rib. ſpectatur: q ſi poſt cõceptionẽ pater dignitatẽ amiſe-
rit, benigne dicẽdũ erit, vt decurionis filium intuendũ d. §.
in auo. Proinde hic quoq. q poſt patris relegationẽ natus
eſt, ſi quidẽ ante conceptus ſit, ſimilis ſenatoris filio habe-
bitur: ſi poſtea nocebit illi relegatio d. §. in auo. Sed & ſi ad
tẽpus ordine moto patre fuerit natus, medioq. tẽpore cõ-
ceptus, & editus ſit, quaſi decurionis filius erit, licet pater
eius ante obierit, q̃ in ordinẽ redierit, nec patris nota filius
maculabitur d. l. 3. §. ſi ad tẽpus, & § in filijs, & §. pterea. Il
lud nõ intereſt, vt qs decurionis filius reputetur, q̃nis eo tẽ
pore conceptus, & natus ſit, quo pater adhuc nondũ decu
rio fuerit d. §. pterea. Sed & ſi cõceptus ſit à plebeio, mox
ante editionẽ pater eius decurionatũ adeptus, ante editio-
nẽ amiſerit: non infauorabiliter, mediũ tẽpus illi prodeſſe
velut iã nato, Vulpianus reſpõdit d. §. pterea. Plane ex libe
ra cõceptus, & ſeruo velut ſpurius habetur, nec vt decurio
nis filius (q̃uis pater eius naturalis manumiſſus, & natalib.
ſuis reſtitutus hunc fuit adeptus honorem) defendi põt l.
62 ex libera 6. C. vt in poſſeſ. lega. † Porrò amittitur decurio-
natus, ſi decurio factus ſit infamis, ſi relegatus ſit, vel ordi-
ne motus l. infamia 8. C. de decurionib. Si tñ ad tẽpus ordi
ne motus ſit, finito tẽpore priſtinum locũ recipit: ſec⁹ ſi ad
tẽpus ſit relegatus, vt ſupra oſtẽſum fuit. Ex crimine tñ qđ
ignominiã importat ordine motos, in perpetuum moueri
placuit l. 5. C. de decurionib. Ad tempus aũt exulare iuſſus
ex crimine leuiore velut tranſacto negocio non inter infa-
mes habebimus d. l. 5. Præterea quicunq. decurionum cen
ſuali miniſterio ſponte ſe mancipauerit, amittit ordinis ſui
dignitatẽ, ſi eũ neceſſitas q̃ſtionis ſubeũdæ inuenerit l. 2. C.
63 de tabularijs. † Cecitas ſane, & ſenectꝰ decurionis à curiali
fortuna eũ nõ liberat d. l. infamia 8. C. de decurionib. hacte
nus de decurionib. & curialib. ideo ad reliquos pgendum.

SVMMARIVM.

1 *Legati, & legationes ſẽper ĩ uſu fuere & maximo honore habiti.*
2 *Legati quo modo, & ordine deſtinentur.*
3 *Legatione functi biennio vacant.*
4 *Legatione tranſmarina functi biennio vacant.*
5 *Debitores fiſci non prohibentur legatione fungi, debitores reipu blicæ ſic.*
6 *Legatione fungi prohibetur, qui poſtulare non poteſt, nec miſſus in arenam.*
7 *Legationibus pluribus quis fungi poteſt.*
8 *Accuſator nõ cõpellẽdus legationẽ ſuſcipere ad amicũ accuſati.*
9 *Filius propter legationem patris non excuſatur ab hoc munere.*
10 *Legati legationem ſuam deſerere non poſſunt, nec per alios implere, nec alienis proprijs negocijs intromiſcere.*
11 *Legati legationem deſerentis pena.*
12 *Libellũ legati de alijs negocijs ſuis dare prohibentur, limitatur.*
13 *Legati pupilli nomine agere poſſunt.*
14 *Legati domum emere poſſunt.*
15 *Legati per alium, quod à Principe poſtulare poſſunt, & negociũ gerere, quod non ſit contra rempublicam, limitatur.*
16 *Legati non dant vicarios niſi filios.*
17 *Legati quandoq. alium in legationem mittunt.*
18 *Legatiuum quibus legatis reſtituendum.*
19 *Legati pro expenſis actionem habent.*
20 *Legati conuenti reuocandi domum ius habent.*
21 *Legati Sancti habentur.*
22 *Pena offendentis legatos.*

Digitized by Google

23 Legati cum honore recipiendi, tenendi, & remittendi.
24 Legati hoſtium an poſſint intercipi.
25 Legati Apoſtolici vnde ducti.

De Legatis, & Legationibus. Tit. 25.

1 LEgati,† & legationes apud gentes maximè in arduis
componendis ſemper vſui fuere, vt docent, & ſacræ,
& prophanæ hiſtoriæ in hebraicis, græcis, & latinis li
teris poſteritati omni relictæ. Liuius Romanæ hiſtoriæ ſcri
ptor, qui memorata legatorum conſulum authoritate, &
officio, de quo luculenter apud Alex. ab Alex. lib. 6. Geni-
al. dierum c. 3. per multas legationes à Romanis, & miſ-
ſas, & receptas paſſim in ſua hiſtoria recenſet, longe diuer
ſas à legatorum conſulum legatione. Erat. n. veteribus ius
horum legatorum Sãctum, & inuiolabile, cum hominum
præſidio munitum, tum diuino iure defenſum: quod etiã
inter bella, & hoſtium tela incolume ſeruabatur, vt apud
eundem Alex. ab Alex. lib. 5 Genia. dierum c. 3. præclare
videri poteſt, de quo ac de illorum officio, quid in iure cau
2 tum, eſt dicendum. † Ante quam autem legatio deſtinetur,
vniuerſi curiales conuenire debent, & decreta cũ ſua ſub-
ſcriptione interponere, eaq. Præſidi ſeu Præfecto prius in-
ſinuare, vt eius relatione comitari legatione perpenſa res
ordinetur l. vlti. C. de legationibus libr. 10. Præcipitur verò
omnibus ciuitatibus, ne plures quam ternos legatos mit-
3 tant, & vt ordo in legationibus iniungendis ſeruetur: † hiq.
qui legatione functi ſunt, biennij vacationem habent, nec
interim ad aliam legationem ſuſcipiendam cogi poſſint,
etiam ſi de eadem cauſa litigetur. Nec intereſt, vtrum lega
tio in vrbe an in prouincia agente Imperatore mandetur
l. Paulus 8. in princ. ff. de legationib. l. legato 12. ff. de vacat.
4 mun. l. 2. C. de honor. non continua. † Sed transmarina le-
gatione perfunctos conſtitutum eſt biennij vacationem
munerum Ciuilium, & honorum habere, non eos, qui de
proximo obſequium reipublicæ videantur exhibuiſſe leg.
transmarina 3. C. de legationib. ſed & plura de hac re infra
5 tit. 46. † Debitores fiſci non prohibentur legatione fungi l.
ſciendum 4. §. debitores ff. de legationibus. Debitores tamẽ
6 reipublicæ prohibentur d. l. 4. in princ. † Sed & eos quibus
ius poſtulandi non eſt, legatione fungi non poſſe, conſtitu-
tum eſt d. l. 4. Ideoq. in arenam miſſus non iure legatus eſ-
7 ſe põt d. l. 4. † Eundem autem plures legationes ſuſcipere
prohibitum non eſt, præſertim ſi ſumptus, & itineris com
pendium id ſuadeat l. eundem 16. in prin. ff. de legationib.
8 Si accuſatio alicuius publice inſtituta ſit, non eſt compellẽ
dus accuſator ad eum legationem ſuſcipere, qui ſe amicũ,
vel domeſticum dicit eius, qui accuſatur d. l. 4. § ſi accuſa-
9 tor. † Filio autem propter legationem Patris excuſatio à le
10 gatione non datur l. filio 6. ff. de legationib. † Porrò legati
officium eſt, ne deſerat ſuam legationem, neq. alienis pro-
prijſq. negocijs ſe interponat, & vt per ſe, non per alium le
11 gationẽ impleat l. 1. & 2. § 1. ff. de legationib. l. 2. C. eod. † Nã
legatus ſi deſeruerit legationem pœna afficitur extraordi
naria, motus ordine, vt plerunq. ſolet d. l. 1. Vtrum autem
deſeruerit legationem, an ex neceſſaria cauſa moram paſ-
ſus ſit, ordini patriæ ſuæ probare debet l. 2. §. 1. ff. de legar.
Ceſſatio tamen vnius legati ei, qui munus, vt oportet obijt
non nocet d. l. 2. §. ceſſatio. Præterea legatus, (vt dictũ eſt)
neq. alienis, neq. proprijs ſe interponere debet l. Paulus 8. §.
12 fi. ff. de legar. l. is qui 15. ff. eod. † Ideoq. libellum ſine per-
miſſu Principis, de alijs ſuis negocijs dare nõ poteſt d. l. 15.
In hac tamen cauſa non eſt, qui cum amico ſuo prætore
gratis conſilium participat d. §. fi. Sed & reſponſum eſt de
eo damno, quod legationis tempore legatus paſſus eſt, poſ
ſe eum ẽt legationis tempore experiri l. Paulus 9. & l. legati
13 10. ff. de legationibus. † Antoninus quoq. Imperator permi
ſit legato pupilli nomine, & inſtituere, & defendere cauſã,
ſi et legationi, quam ſuſceperat, nondum renunciaſſet: pꝑ
pterea cum participem officij ipſius abſentem eſſe diceret l. ſi
14 abſenti 11. §. qui legationis ff. de legationib. † Plane domũ
emere legatus etiam non perfecta legatione non prohibe-
15 tur l. legatus 12 ff. eod. † Sed & per alium nihilominus qd
à Principe poſtulare, vel aliud negocium gerere põt, adeo
quidem, vt & contra rempublicam cuius legatus eſt, per
alium à Principe quid poſtulare poſſit l. 2. in prin. ff. de le-
16 gatio. † Præterea ad officium legati (vt diximus) pertinet,
per ſe non per alium legationem expedire. Nam legati Vi
carios dare non poſſunt, niſi filios ſuos l. ſciendũ 4. in princ.
17 & §. legati ff. eod. † Si tamen abſenti iniuncta eſt legatio,
eamq gratuitam ſuſcepit, põt is, & alium in legationẽ mit-
18 tere l. ſi abſenti 11. in prin. ff. de legatio. † Porrò his, qui nõ
gratuitam legationem ſuſceperint legatiuum. i. viaticum
19 ex forma reſtituitur l. 2. §. fi. ff. eod. l. 2. C. eod. † Sed & lega-
to, qui in negocio publico ſumptum fecit, danda in muni-
cipes actio eſt l. ſicut 7. §. 1. ff quod cuiuſq. vniuerſitat. d. l.
2. §. fi. & d. l. 2. ff. & C. de legationibus. Et ſi legatus in mune
re legationis antequam ad patriam reuerteretur, deceſſit:
ſumptus qui proficiſcenti ſunt dati, non reſtituuntur l. le-
20 gatus 10. §. fi. ff. de legatio. † Legatis inſuper, ſi tempore le-
gationis conueniantur, reuocandi domum ius datur l. 2. §.
legatis ff vbi quis ager. vel conueni. & per ea, quæ dicta sũt
21 ſupra lib. 2. tit. 2. † Sancti etiam habentur legati, vt dictum
22 eſt, & probatur in l vlt. ff. de legatio. † Et quid iuris ſit ſi le
gati hoſtium pulſentur, vel iniuria afficiantur, definitur in
d. l. vlti. & in l. 7. ff. ad legem Iul. de vi publica, & dictũ fuit
ſupra lib. 1. tit. 30. nu. 10. ſi quis enim legatum hoſtium pul
ſaſſet, contra ius gentium id commiſſum eſſe exiſtimatur,
quia Sancti habentur legati d. l. vlt. & d. l. 7. & contra pul-
ſantes, ſeu offendentes Legatos, & Nuncios Apoſtolicæ ſe-
dis adeſt Bulla Pij V. quæ ſingulis annis publice, & alta vo-
ce legitur in die Cœnæ Domini, de qua Viuius opin. 88. n.
23 2. & 3. † Ideoque ſecundum vetuſtum ius gentium cũ ho
nore, & recipiendi, & tenendi, & illæſi remittendi ſunt, ita
enim conſueuere gentes vniuerſæ, & Romani præ cæteris.
Nam Fidenates, qui contra ius gentium legatos Romanos
occiderunt pœnam tanti ſceleris atrocem, ſed iuſtam, vſq.
ad excidium ſuæ ciuitatis, cladem ſuſtinuerunt. Legatorũ
verò, qui Fidenis cæſi fuerat ſtatuæ publicẽ pro roſtris Ro
24 mæ erectæ ſunt. † An autem licitum ſit Legatos hoſtium
euntes ad alios Reges ad congregandas vires intercipere,
& quod ſic, docent exempla Athenienſium, & Romano-
rum, Illi enim interceperunt legatos Lacedæmoniorũ eun
tes ad Regem Perſicum, vt eum ſibi adiungerent contra
Atticam Ciuitatem, vt recenſet Thucydides libr. 1. & Ro
mani cæperunt legatos Hannibalis euntes ad Regẽ Mace
donicum, vt recenſet Liuius libr. 3. decad. 3. quæ exempla
docent, fuiſſe vſitatum, legatos hoſtium perferentes man-
25 data nocitura patriæ, intercipere. † Sed & legati Apoſtoli-
ci, qui ab his gentium traxerunt originem, hæc eadem, &
alia maiora habent priuilegia, vt ſpecialiter dictum fuit
ſupra lib. 3. tit. 15. & hoc lib. tit. 11. & de his hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Actor, & ſyndicus Ciuitatis inter publicas perſonas numeratur.*
2 *Syndicus, & actor qualiter conſtituatur.*
3 *Suffragium ipſius, & Patris, & filij prodeſt ad ſyndicum, & actorem conſtituendum.*
4 *Filiusfamilias actor dari poteſt.*
5 *Actor dari poteſt ad omnia peragenda.*
6 *Actor acquirit ciuitati etiam actionem.*
7 *Actor pro quacunq. controuerſia nondum orta an dari poſſit.*
8 *Syndici omnia ſecundum locorum conſuetudinem agunt.*
9 *Actor datus poſt prohibitus non agit.*
10 *Actor ex quibus cauſis mutari poteſt.*
11 *Actor fungitur partibus procuratoris.*
12 *Actorem, & ſyndicum quibus habere permiſſum.*
13 *Actor pro repub. ſeu vniuerſitate, non pro ſingulis interuenit.*

De actore vniuerſitatis, vel ſyndico. Tit. 26.

1 ACtor † vniuerſitatis, ſiue ſyndicus inter publicas p-
ſonas ciuitatũ numerari põt. Nulli aũt permittitur
nomine ciuitatis, vel curiæ experiri, niſi ei, cui lex
permittit, aut lege ceſſante ordo dedit: cũ duæ partes adeſ
ſent, aut amplius q̃ duæ l. 3. cũ l. ſeq. 4. ff. quod cuiuſq. vni-
2 uerſitatis nomi. † Plane vt duę partes decurionum affuerint, is
quoq. quem decernunt, ad numerari poteſt, vt in allegatis
iuribus. Si decuriones decreuerunt actionem per eum mo
uendam, quem Duumuiri elegerint, is videtur ab ordine
electus, & experiri põt l. item eorum 6. §. ſi decuriones ff.
eod. Parui enim refert, ipſe ordo elegerit an is cui ordo ne-
3 gocium dedit d. leg. 6. §. parui. † Illud notandum, quod
& pa-

& patris ſuffragium filio proderit,& filij patri : item eorũ
qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt. Quaſi decurio enim
dedit,non quaſi domeſtica perſona. Quod & in honorum
petitione erit ſeruandum;niſi lex municipij, vel perpetua
conſuetudo prohibeat l illud,cum l.ſequen.6. ff.quod cu-
4 iuſque vniuerſit. nomi. † Actor etiam filiusfamilias dari
5 poteſt, d.l.6. §.fin. † Conſtitui autem actor poteſt non ad
agendum ſolum, vel defendendum, ſed ẽt ad operis noui
nunciationem,& ad ſtipulationes interponendas,veluti le-
gatorum damni infecti, iudicatum ſolui; quamuis ſeruo
potius Ciuitatis cauere debeat, l.vlt. ff.quod cuiuſq; vni-
6 uerſit.nomin.† Sed & ſi actori cautum fuerit vtilis actio
adminiſtratori rerum Ciuitatis dabitur, d.l.vlt.§.ſed & ſi.
7 † Si ita decreuerit ordo, vt quæcunque incidiſſet cõtrouer
ſia,eius petendæ negocium Titius haberet:ipſo iure id de-
cretum nullius momenti eſſe videtur; quia nõ poſſit videri
de ea re,quæ adhuc in controuerſia non ſit, decreto datã
8 perſecutionem, d.l.6. §.ſi ita. † Sed hodie hæc omnia per
ſyndicos ſolent ſecundum locorum conſuetudinem expli-
9 cati,d.l.6. §.ſed hodie. † Si actor datus poſtea decreto de-
curionum prohibitus ſit,exceptio ei nocebit,d.l.6. §.quod
10 ſi actor.† Ex iiſdem autem cauſis mutãdi actoris poteſtas
erit,ex quibus etiam procuratoris,quas ſupra lib.2.tit.11.
11 enumerauimus.† Sed & alia,quæ de procuratore diximus
in d.lib.2.tit.10.de actore quoque erunt intelligẽda. Nam
actor ille procuratoris partibus fungitur, & iudicati actio
ei ex edicto non datur,niſi in rem ſuam datus ſit,& conſti-
12 tui ei poteſt,d.l.6.§.actor itaque. † Non ſolum autem Ci-
uitates actorem,ſiue ſyndicum habent, ſed etiam quibuſ-
cunque permiſſum eſt corpus habere collegij, ſocietatis,
ſiue cuiuſcunque alterius nomine;eorum proprium ad e-
xemplum Reipublicæ habere res communes, arcam com
munem,& actorem, per quem tanquam in Republica,
quod communiter agi fieri oporteat agatur,l.1.§.quibus,
ff.quod cuiuſque vniuer.nom.cap.1.vbi gloſs.de ſyndico.
13 † Nec dicendum erit,hunc quaſi a pluribus datum ſic ha-
beri;hic enim pro Republica,vel vniuerſitate corpore,val
collegio,non pro ſingulis,interuenit. l.x. ff.quod cuiuſque
vniuerſit.nomi.d.c.1.& ibi glo.& Doctores de ſyndico.

SVMMARIVM.

1 *Curatoris Reipublicæ officium.*
2 *Curator officio ſuo non fungens tenetur Reipublicæ quanti intereſt functiſſe.*

De curatore Reipublicæ. Tit. 27.

CVrator etiam Reipublicæ inter publicas Ciuitatis
1 perſonas numeratur. † Ad huius enim officiũ per-
tinet agros Reipublicæ retrahere, licet à bonæ fi-
dei emptoribus poſſideantur; cum poſſint ad authores
ſuos recurrere,l.vlt.§ impp.ff de adminiſt.rerum ad ciui
tat.pertinent. Item pecunia ad annonam deſtinatã,vel di-
ſtractis rebus exigere,l.10.§.item reſcripſerunt. ff.eo. Hu-
ius enim curæ præ cęteris erat incumbere,vt annona vndi-
que in vſum Ciuitatis deferretur. Sed & ad officinam cu-
ratorum Reipublicæ ſpectabat, vt dirutæ domus extrua-
rentur à Dominis teſte Paulo I.C. in l.46. ff.de damno in-
fect. Ideoque ſi quas viderent ædes in Ciuitatibus ruino-
ſas ſolent illi adire Præſidem,& poſtulare, vt deformitati
auxilium ferret, tum Præſes euocari iubebat ædificij Do-
minum,eique refectionem imperabat, & tandem aduer-
ſus detrectantem decernebat Reipublicæ curatori compe
tens remedium. Eoque remedio impetrato ædificium rui-
noſum publico ſumptu reficiebat Reipubl. curator, & ſi
Dominus poſt opus refectum intra quatuor menſes ſortẽ
cum vſuris non perſolueret, eius dominio priuabatur, &
iure ædificium Reſpublica diſtraheat,d.l.46 Et hoc qui-
dem illud competens remedium eſt,quo deformitati au-
xilium ferebatur à D.Marco introductum. Ratat.in l.do
mum ſuam.ff.de reg.iuris. De hoc enim curatore habetur
in l.fin.ff.de offic.aſſeſs.in l.37. ff.de pactis, de quo ſingu-
larem librum ſcripſit Vlpianus. Fit etiam mentio de eo in
l.Lucius,§.Sempronij, ff.de adminiſtr.tutor. & per nos in
tract.da tutela,& cura,lib.1.tit.vlt.propè finem. Item ſo-
lebat etiam exigere cautionem fideicõmiſſi nomine Rei-
2 publicæ relicti,l.2.C.de adminiſtr.rerumpubl. † Quod ſi
officio ſuo non ſatisfecerit, quanti Reipublicæ intereſt,
conueniri poteſt, d.l.2. de qua actione cum alijs ſimilibus
dicitur infra tit.33.& hæc de perſonis publicis Ciuitatum
dicta ſufficiant; nunc verò de priuatis perſonis Ciuitatum
diſſerere reliquum eſt noſtri inſtituti.

SVMMARIVM.

1 *Collegia,& corpora priuata regulariter prohibita.*
2 *Vectigalium publicorum ſocijs licet corpora habere.*
3 *Collegia Romæ certa ſunt,& licita.*
4 *Milites prohibentur habere collegia.*
5 *Collegia religionis cauſa licita.*
6 *Collegium tres faciunt.*
7 *Serui in collegium tenuiorum coeunt.*
8 *Collegium vnum licitum cuique habere licet.*
9 *Collegia illicita diſſoluenda.*
10 *Collegij ius in vno reſidet,& conſeruatur.*
11 *Collegij proprium eſt habere res communes,arcam communem actorem,& ſyndicum.*
12 *Collegij & corporis eiuſdem ſodales dicuntur.*
13 *Collegæ pactionem lex facit.*
14 *Debitor vniuerſitatis non debet ſingulis, nec e contra, niſi ad vnum reducatur.*
15 *Ciuitate non defenſa,quid iuris.*
16 *Collegia licita habent ſua iura, & priuilegia, quæ non competunt omnibus collegijs.*
17 *Pœna collegij illiciti quæ.*

De Collegijs,& corporibus. Tit. 28.

COllegia Romæ à Numa Pompilio Rege Romano-
rum ſecundo creduntur inuenta,& inſtituta, teſte
Plutarcho in eius vita, Valerio lib.1.& Plinio libro
34.c.1.de quibus Cicero pro domo, & in Sextiana mẽtio-
nem facit. Collegium aũt à colligendo dictum eſſe tradit
glo.in verbo collegium,de vſuris cap.1. Vnde collegas non
inepte dicimus eos ẽt qui ſimul habitant,quaſi vna ſe colli
gant, ex glo.in l.1 ff.quod cuiuſque vniuer.nomi. quæ etiã
M.Varronis ſententia eſt;eam tamen non ſatis probat Al-
ciatus,qui ab eligendo collegas dictos, quaſi in idem mu-
nus collectos; mauult, & qui eiuſdem ſunt poteſtatis, vt
ſcribit Vulpianus in l collegarũ,ff.de verbor.ſignif. l.Ne-
ratius.ff.eo. Diciturq; collegium ſiue corpus ſocietas quę-
dam hoĩum ita contracta, vt ex pluribus perſonis veluti
vna perſona,& vnũ corpus fiat,l 1.ff.quod cuiuſq;vniuer.
nomi. Nam quæ collegij,vel corporis alicuius ſunt ſingu-
lorũ hoĩum non ſunt ex quibus id coaleſcit, ne pro parte
quidem,l.in tantum,§.vniuerſitatis,ff.de rer.diuiſ. Et ideo
non agunt cõi diuidundo, aut pro ſocio inter ſe earũ rerũ
noĩe,quæ collegij ſunt,nec eas partiri,ac diuidere poſſunt,
niſi collegio diſſoluto,l.3 ff.de collegijs,& corporibus. Sed
animaduertendum eſt,oĩa huiuſmodi corpora,collegiaq;
veteribus ſuſpecta, ſemper fuiſſe propter coniurationẽ in
corpus,& alia quædã incommoda. Vnde fit,vt nullũ colle
gium regulariter licitũ ſit, niſi ſpecialiter permiſſũ fuerit,
d.l.3.l.1.& toto tit ff quod cuiuſque vniuerſit.nomi.l.2.ff.
1 de extraord.crimin.† Nam neque ſocietas,neq; collegiũ,
neque huiuſmodi corpus, paſſim omnibus habere conce-
ditur. Nam & legibus,& Senatuſcõſultis,& principalibus
conſtitutionibus ea res coercetur,d.l.1.in princip. ff.quod
2 cuiuſq; vniuer.nomi.† Paucis admodũ in cauſis, authore
Numa,vt dictum eſt,conceſſa ſunt hmõi corpora;vt ecce
vectigalium publicorũ ſocijs permiſſum eſt corpus habe-
re,vel auri fodinarum, vel argenti fodinarum, vel ſalina-
rum,dicta l.1.§.paucis,& leg.1.& toto titul.ff.de collegijs.
3 † Item collegia Romæ certa ſunt, quorum corpus Sena-
tuſconſultis, atque conſtitutionibus principalibus confir-
matum eſt,veluti Piſtorum, & quorumdam aliorum, &
nauiculariorum,qui & in prouincijs ſunt,d.l.1.§.item col-
4 legia. ff.quod cuiuſque vniuerſit. nomin. † Milites autem
in Caſtris collegia habere, ſpecialiter etiam prohibitum
eſt: tenuioribus tamen permittitur ſtipem menſtruã con-
ferre,dum tamen ſemel in menſe coeant; ne ſub prætextu
huius illicitum collegium coeant. Quod non tam in vrbe,
ſed & in Italia, & in prouincijs locum habet, leg.prima,
in principio, Codic. de collegijs, & corpor.leg.tertia, ff.
5 eodem. † Religionis cauſa coire prohibitum non eſt;

Digitized by Google

dum tamen ſub prætextu religionis, vel ſub ſpecie ſoluen-
di voti; cætus illiciti non habeantur d. l. 1. §. 1. ff. eod. leg. 2. ff.
de extraordin. crimin. In ſumma niſi ex S. C. vel Cæſaris
authoritate collegium, vel quodcunq. tale corpus coierit,
contra Senatuſconſulta, & mandata, & conſtitutiones col-
legium celebratur l. collegia 3. in prin. & §. 1. ff. de collegijs
6 c. dilecta 14. de exceſſ. prælator. † Porrò conuenit tres
collegium facere poſſe leg. Neratius 85. ff. de verbo. ſignifi.
7 † Seruos etiam licet in collegium tenuiorum recipere vo-
lentibus tamen dominis; nam ſi inuito, vel ignorante domi
no, ſeruos in collegium tenuiorum recipiant curatores ho-
rum corporum, centum aureorum pœna in ſingulos ho-
8 mines tenentur l. collegia 3. §. fi. ff. de collegijs. † Non licet
autem amplius quam vnum collegium licitum habere, &
ſi quis in duobus fuerit, reſcriptum eſt eligere eum opor-
tere, in quo magis eſſe velit, accepturum ex eo collegio, à
quo recedit, id quod ei competit ex ratione, quæ commu-
9 nis fuerit l. 1. §. fi. ff. eodem. † Sed & collegia, ſi qua fuerint
illicita mandatis, & conſtitutionibus, & Senatuſconſultis
diſſoluuntur, ac permittitur eis, cum diſſoluuntur pecu-
nias communes, (ſi quas habent) diuidere, pecuniamque
inter ſe partiri l. collegia 3. in princip. l. 1. §. fi. ff. de collegijs.
10 † In collegijs, & corporibus, vel vniuerſitatibus nihil re-
fert vtrum omnes ijdem maneant, an pars maneat, vel om
nes immutati ſint. Sed & ſi vniuerſitas ad vnum recidit,
magis admittitur poſſe eum conuenire, & conueniri; cum
ius omnium in vnum reciderit, & extet nomen vniuerſita
tis l. ſicut 7. §. in decurionibus ff. quod cuiuſque vniuer. no
mi. Quod multo magis extrahit, & conſentibitur in duo-
bus, vt per glo. in cap. 1. de electio. probat Tholoſanus no-
ſter in tracta. de Beneficijs c. 15. ver. duo faciunt, & in tri-
11 bus, vt per text. in d. leg. Neratius ff. de verbo. ſignifi. † Por
rò corporum huiuſmodi proprium eſt (vt diximus) habe-
re res communes, arcam communem, & actorem ſiue Syn-
dicum leg. 1. §. quibus ff. quod cuiuſque vniuerſit. nom. &
12 ca. 1. de Syndico. † Qui verò eiuſdem corporis, vel collegij
ſunt, ſodales appellantur, quibus poteſt item facere ex pa-
ctionem, quam velint, ſibi ferre, dum ne quid ex publica
lege corrumpant l. ſodales 4. ff. de colleg. Id quod ex le-
ge Solonis translatum eſt in Romanos. Hinc videmus Aca
demiæ literatorum, Companiæ, ſeu ſodalitia artificum, &
negociatorum, & ſimilium à Principe permiſſa habere
13 ſuas leges peculiares. † Quod ſi populus, vel eiuſdem re-
gionis cultores, vel ongorum ſacriculi, vel nautæ, vel ſo-
dales, vel commune ſepulchrum habentes, vel publicani,
vel in ſocietatem coemendorũ pecorum, aut negociatio-
nis, aut cuiuſcunq. alterius rei coeuntes paciſcantur inter
ſe, ratum eſto, quatenus publica id monumenta non prohi
14 beant d. l. ſodales 4. † Si quid vniuerſitati debetur, ſingulis
non debetur; nec quod debet vniuerſitas, ſinguli debent,
niſi vniuerſitas ad vnum reciderit; nam hic conuenire, &
conueniri poteſt l. ſicut 7. §. ſi quid, & §. fin. ff. quod cuiuſq.
15 vniuerſit. nomi. c. cum clerici 19. de verbor. ſignifi. † Si Ciui
tas, vel alia vniuerſitas non defendatur, id quod commu-
ne eſt poſſidetur, & venit: ſi nihil corporale eſt, quod poſſi
deatur, per actiones debitorum Ciuitatis agentibus ſatiſ-
fieri oportet l. 1. §. quod ſi nemo ff. quod cuiuſque vniuer-
16 ſitat. nom. l. ciuitates 8. ff. eod. † Poſtremo habent quæli-
bet corpora licita ſtatuta, atque priuilegia, quæ ijs, qui ſo
lo nomine in corpore, vel collegio ſunt, non competũt, ſed
nec ijs quidem, qui ſupra legitimum numerum additi ſũt
leg. qui ſub prætextu 9. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. 1. in princ.
17 & §. quod autem C. de collegiatis. † Tandem notandum
eſt collegium omne illicitum extra ordinem coerceri; qui-
nimò ea pœna puniri, qua crimen læſæ maieſtatis l. 2. ff. de
colleg. & corpori. quod eſt argumento publicas accuſatio-
nes concurrere cum accuſationibus extraordinarijs l. hæc
verba ad legem Iuliam de adulte. l. ſepulchri de ſepulchro
violato. Dicta enim tit. 22. lib. 47. Pandect. de collegijs, &
corporib. Hæc de collegijs & corporibus ciuitatum in ge
nere dicta ſufficiant, nunc de certis eorundem collegijs in
ſpecie dicendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſorum artium liberalium, & Doctorum officia.*
2 *Profeſſorum numerus certus præſcribitur.*
3 *Profeſſores linguarum constituendi ſunt.*
4 *Magiſtri ſtudiorum quales eſſe debeant, & qualiter eligendi.*
5 *Mercedes & ſalaria profeſſoribus arbitrio Præſidis conſtituẽda.*
6 *Profeſſores cum vxoribus, & filijs ſunt immunes à muneribus ciuilibus.*
7 *Profeſſores quare reprobandi.*
8 *Profeſſores pro licentia docendi nihil ſoluunt.*

De profeſſoribus artium liberalium, & Docto-ribus. Tit. 29.

1 PRofeſſores † artium liberalium, & Doctores iubẽtur
abſtinere ab oſtentatione vulgari, & inſtitutione pri-
uata, niſi fortè quidam priuatæ tantum inſtitutioni
vacare, & à publica profeſſione abſtinere velint l. 1. in prin.
C. de ſtudijs liberal. vrbis, de hac re plura diximus in gl. ſta
2 tuti vrbis li. 3. c. 1. † Certus item profeſſorum numerus cõ-
ſtituitur tam in vrbe Romana, quam Conſtantinopoli, ni-
mirum oratores tres, Grammatici decem, Sophiſtæ quin-
que, Phiſicus vnus, Iuris legũq. profeſſores duo, ita vt vni-
cuiq. loca ſpecialiter deputata ſint, ne diſcipuli ſibi inuicẽ
poſſint obſtrepere, vel magiſtri, neue vocem confuſio per-
mixta aures quorundam, aut mentes à ſtudio literarum a-
3 uertat d. l. 1. §. habeant. † Sunt etiam inſtituendi profeſſo-
res linguarum Hebraicæ, Arabicæ & Chaldaicæ Clem. 1.
de magiſtris, omnibus n. linguis per Spiritum ſanctum in-
ſtituti Apoſtoli, omnibus gentibus Euangelium Sanctum
prædicarunt Acto. 2. Harum enim linguarum radicem, &
concordantias ad confirmationem fidelium, & ad confu-
ſionem hæreticorum felici, ac infatigabili penna laudan-
doq. conatu molitus eſt Reuerendus Pater Frater Marius
de Calaſio ordinis minorum de obſeruãtia Sancti Franci-
4 ſci Pater noſter ſpiritualis in Ara Cœli Vrbis. † Magiſtros
autem ſtudiorum, Doctoreſq. oportet excellere morib. pri
mum, deinde facundia. Et quiſquis docere vult, non repẽ-
te nec temere ad hoc munus proſilire debet: ſed iudicio or
dinis probatus, decretum Curialium prius obtinere de-
bet, optimorum conſenſu conſpirante l. magiſtros 7. C. de
5 profeſſoribus diſt. 37. c. de quibuſdam. † Mercedes, & Sala
ria profeſſoribus conſtitui iubentur arbitrio Præſidis l. 1.
in prin. cum l. ſeq. ff. de extraordin. cogni. l. medicos 6. in fi-
ne C. de profeſſorib. c. 1. c. quia nonnullis 4. c. vlt. §. fi. de Ma
6 giſtris. † Præterea cum vxoribus & filijs, nec non & rebus,
quas in Ciuitatibus ſuis poſſident, ab omni functione, &
ab omnibus muneribus Ciuilibus, vel publicis immunes
eſſe præcipiuntur, vt neq. in prouincijs hoſpites recipere,
nec vllo fungi munere, nec ad iudicium deduci, nec exhiberi,
vel exhiberi, vel iniuriam pati debeant d. l. 6. in prin. c. cum
7 deputati 16. de iudicijs. † Si verò ſe non vtiles ſtudentibus
præbeant, ordinis decreto reprobari poſſunt l. 2. C. de pro-
8 feſſoribus. † Sed pro licentia docendi nihil eſt ab eis accipiẽ
dum, nec facultas vt lenti docere neganda c. 1. §. pro licen-
tia, de Magiſtris. Grammaticam, Rethoricam, Dialecticã,
& alias liberales artes publice docuit Diuus Auguſtinus,
& de omnibus poſteritati monumentum reliquit. Varias
autem apud diuerſas gentes puerorum inſtitutiones, &
apud Romanos contingit, & inſimul promit. Alexand. ab
Alex. lib. 2. Genial. dierum c. 25.

SVMMARIVM.

1 *Philoſophi mercedem non petunt, nec immunes ſunt.*
2 *Philoſophi omnem fortunæ vim ferre profitentur.*
3 *Philoſophi quales immunes à ſordidis.*
4 *Theologi ſtudioſi ad ſcholas mittendi.*

De Philoſophis. Tit. 30.

1 PLanè † Philoſophos hoc primũ profiteri oportet, mer
cenariã operã ſpernere l. 1. §. an philoſophi ff. de extra-
ordi. cognit. Ideoq. mercedes petere nõ poſſunt, nec à
patriæ muneribus excuſantur d. l. 1. & l. reddatur 8. C. de pro-
2 feſſorib. † Turpe n. eſt, vt patriæ functiones ſerre non poſ-
ſint, cum ẽt fortunæ vim ſe ferre profitentur d. l. 8. §. turpe l.
profeſſi in. 6. C. de munerib. patrimon. l. in honoribus 8. §.
philoſophis ff. de vacat. muner. l. vlt. in prin. C. de profeſſo.
& medic. Hunc ſecunda muſa Hetruſcha cecinit.

Qual

Digitized by Google

Qual vaghezza di lauro, qual di mirto?
Pouera, e nuda vai Filoſofia
Dice la turba al vil guadagno inteſa.

3 Philoſophus † tamen, qui ſe frequentes, atque vtiles per
eandem ſtudiorum ſectam contendentibus præbent, tu-
telas, item munera ſordida corporalia remitti placuit, non
ea, quæ ſumptibus expediuntur, dicta l. 8. § philoſophis.
ff. de vacat. munerum, & per ea quę deduximus in tracta-
tu de tutela, & cura, libro 1. titul. 8. numero 24. & ſequent.
Etenim verè philoſophantes pecuniam contemnunt, cu-
ius retinendæ cupidine fictam aſſeuerationem detegunt,
dicto §. Philoſophis. Qua propter tales venales in deriſio-
nem ſub haſta propoſuit emere volentibus omnium deri-
ſor Lucianus in dialogo, vitatum auctio, nuncupato. Sed
ex l. vlt. C. de profeſſoribus, & medicis ab omnibus mune-
4 ribus facti ſunt immunes. † Theologiæ, ſtudioſi ſunt ad
ſcholas tranſmittendi c. vlt. de magiſtris. vt inde Euangeli-
cæ prædicationi habiles euadant.

S V M M A R I V M.

1 *Medici à decurionibus conſtituuntur.*
2 *Medicis de ſalario extra ordinem ius dicitur.*
3 *Archiater quis conſtituendus, & in eius locum ſubrogandus.*
4 *Medici quæ accipere poſſint.*
5 *Medici curam pauperum ſuſcipere debent libenter.*
6 *Medicus ſemel approbatus poteſt reprobari.*
7 *Iuſiurandum Hypocratis medicorum Principis.*
8 *Medici infirmis confeſſionem ante omnia ſuadere debent.*

De Medicis. Tit. 31.

1 MEdici † decreto decurionum conſtituuntur, l. 1. ff.
2 de decret. ab ordin. facien. † His extra ordinem
de ſuo ſalario ius dicitur, l. 1. §. medicorum, ff. de
extraordin. cognit. & per ea quæ dicta ſont ſupra libro 2.
3 tit. 58. † Si quis in Archiatri, ideſt Prothomedici, defuncti
locum ſubrogandus eſt, non ante particeps fiet, quam pri-
mis, qui in ordine reperiuntur, ſeptem vel amplius iudi-
cantibus idoneus approbetur: ita tamen, vt quicunque fue
rit admiſſus, non in priorum numerum ſtatim veniat, ſed
eum ordinem conſequatur, qui in cæteris ad priora ſubie-
ctis vltimus poterit inueniri, l. ſi quis 10. C. de profeſſorib.
4 † Ea verò ſola medicos accipere conuenit, quæ ſani offe-
runt pro obſequijs, non ea quæ periclitantes pro ſalute
promittit, l. archiatri 9. C. de profeſſor. l. medicus 3. ff. de
5 extraordin. cognit. † Pauperum quoque curam non aſper-
6 nanter ſuſcipient, d. l. 9. in princ. C. de profeſſor. † Repro-
bari autem poſſe medicum à Republica, quamuis ſemel
approbatus ſit, Imperator Antoninus reſcripſit, l. 11. §. re-
7 probari. ff. de muneribus. † Et Hipocrates inter medicos
facile Princeps tale pro erogando ſuo talento præſtitit ius
iurandum. Teſtor Apollinem medicum, & Aeſculapium.
Hygiamque, & Panaceam Aeſculapij filios, & Deos, ac
Deas omnes: me quantum in me erit, & quantum iudiciũ
meum valebit, hæc omnia obſeruaturum, quæ hoc iure-
iurando, atque ijs tabellis continentur. Tributurum me
præceptori meo à quo hanc artem edoctus ſum, non mi-
nus quam parenti, à quo ſum genitus, & vitam cũ eo com
municaturum: ac res omnes, quas illi neceſſarias eſſe intel-
ligam, pro viribus meis miniſtraturum. Progeniẽ eius lo-
co fratrum habiturum: hanc artem egentibus ſine merce-
de, & ſine pactionibus edocturum; Præcepta omnia libe-
rè, & fideliter traditurum, & præceptoris mei liberis, cæ-
teriſque diſcipulis, qui ſe legibus medicinæ adſtrinxerint,
atque iurati fuerint, alij præterea nemini. In curãdis ægro-
tis pro viribus, & pro iudicio meo rebus vtilibus vſurum,
nemini ægritudinem illaturum, nihil per iniuriam factu-
rum. Rogatum letale venenum nemini daturum, neque
id cuiquam conſulturum: neque mulieri prægnanti ad in-
terficiendum conceptum fœtum peſſum porrectorũ: vi-
tam meam, atque artem meam puram, atque integrã ſer-
uaturum. Laborantes lapillo haud quaquam exciſurum,
ſed expertis huius artis hoc negocium permiſſurum: quã-
cunque domum ingreſſus fuero, dumtaxat liberandis æ-
grotis operam daturum, tamen iniuriam oẽm corruptelã,
omne genus turpitudinis, res etiam venereas ſpontè mea
euitaturum, ſiue muliebria corpora curauero, ſiue virilia,
ſiue hominis liberi, ſiue ſerui. Quæ inter curandum, vel vi-
dero, vel etiam extra curam in vita hominum cognouero,
quæ reticenda eſſe intelligam nemini aperturum, ſed inte-
meratam taciturnitatem ſeruaturũ. Præſens igitur iuſiu-
randum integrè, atque incorruptè ſeruanti mihi, omnia tã
in vita, quam in arte mea proſpera, feliciaque ſuccedant,
& gloria in æternum parata ſit: tranſgredienti verò, atque
periuro contraria omnia eueniant. Simile iuſiurandũ Deo
vero, & viuo, & immortali eſſet præſtandum, & obſeruan
8 dum pariter per Medicos Chriſtianos. † Qui ante omnia
infirmum ad ſacramentalem pęnitentiam, & confeſſionẽ
inducere debent, vt omnia eis cooperentur in bonum, nec
quicquam illi ſuadere, quod ad animæ periculum tendat,
c. cum infirmitas 13. de pœnitentijs.

S V M M A R I V M.

1 *Salaria iuris ſtudioſis debentur.*
2 *Argentarij viri non fœmina eſſe poſſunt.*
3 *Argentariorum priuilegia.*
4 *Mercatores eſſe non poſſunt nobiles, immunes tamen ſunt.*
5 *Mercatoribus certa loca ſunt conſtituta.*
6 *Mercatores merces ſecundum precium ſtatutum vendunt.*
7 *Mercatoribus militare, & arma ad hoſtes transferre eſt inter-
dictum.*
8 *Mendicantes ſinguli inſpiciendi an ſint validi, ac iuuenes, &
ad labores adigendi.*

De alijs varijs collegijs. Tit. 32.

1 IMperator † Antoninus reſcripſit iuris ſtudioſos, qui ſa-
laria petunt, hæc exigere poſſe. l. Diuus 4. ff. de extraor
din. cognit. l. 1. ff. de offic. aſſeſſor. & fuit dictum ſupra
2 lib. 2. tit. 58. † De argentarijs eſt ſciendum, quod illorũ ope-
ra virilis eſt, ideoque fœminę ab officio argentarij ſunt re-
motæ, l. fęmina 12. ff. de edendo. Seruus autẽ argentarius
eſſe non prohibetur, l. prætor ait 4. §. ſed & ſi ſeruus. ff. eo.
3 † Cum autem argentariorum officium neceſſarium ſit, ali-
quot ijs priuilegia ab ipſo Imperatore indulta ſunt, quæ
paſſim locis ſuis inſerta ſunt, & inſerentur. Nouel. conſtit.
4 136. † De mercatoribus hæc ſunt notanda, quod Nobilibus
mercimonijs ſit interdictum, quodque mercatores ad do
mum Principis pertinentes debent eſſe quingenti ſexagin
ta tres, qui à muneribus perſonalibus ſunt immunes, l. no-
5 biliores 3. C. de commercijs, & mercator. & l. 5. C. eo. † Præ
terea mercatoribus certa loca definita ſunt, vltra quæ ne-
gociationes ſuas exercere prohibentur, l. mercatores 4. C.
6 eod. † Sed & ſecundum auctionis formulã merces vendere
iubentur: quemadmodum, & artificibus, ſed & mercena-
rijs certa formula fuit preſcripta, vltra quã merces vende-
re, operasve locare ſub pęna tripli prohibentur. Nouell. c.
7 122. † Poſtremò interdictum eſt mercatoribus, ne militẽt,
ne arma, & alia quædam ad hoſtes transferant, l. 1. C. quæ
res export. non debeant, de quibus quidem rebus dictum
8 fuit ſupr. lib. 1. tit. 29. † Reliquum eſt dicere de mendicãti-
bus, non quidem religionis, ex voto, de quibus ſupr. in lib.
3. tit. 41. & in Concil. Triden. ſeſſio. 25. de reform. c. 2. & 3.
Sed de ſæcularibus, qui ſinguli inſpiciendi ſunt, & explo-
randi de valetudine, ac ætate, & ſi qui reperti fuerint mi-
nimè debiles, à mendicitate ad labores adigendi ſunt, l. 1.
C. de mendicant. validis. Nouel. c. 8. §. at ſi quis. Sunt enim
eorum petulantia Reipublicæ moleſti, ac diei Culices, vt
dicebat Cardinalis Aſcanius Columna; ideoque validi, ęta-
te integri, membris fortes ad labores adigendi, vt dictũ eſt.
hactenus ergo de perſonis, reliquum eſt, vt de rebus Ciui-
tatum diſſeramus.

S V M M A R I V M.

1 *Res Ciuitati acquiruntur pollicitatione.*
2 *Pollicitatio differt à pacto.*
3 *Pollicitum ob honorem conſequendũ exigitur quaſi debitum.*
4 *Pollicitatio ſine cauſa debetur opere incepto.*
5 *Cepiſſe qualiter intelligatur.*
6 *Ceptum quod eſt deſeri non debet.*
7 *Pollicitatio facta ob cauſam debetur, & ſi ceptum non ſit.*
8 *Pollicitationem ob honorem ſeu ſacerdotium heres non adim-
plet, niſi pollicitum inceperit.*

Digitized by Google

9 *Promiſſam pecuniam, qui ſoluere incapit totam ſoluit.*
10 *Pollicitans ne honoribus fungatur, honores ſuſcipiet, & pollicitum ſoluet.*
11 *Conditiones vtiles donationi reipublicæ factæ appoſitæ implentur, inutiles non, & donatum debetur.*
12 *Vectigal vetitum à legante exercetur, & legatum debetur.*
13 *Relegatus opus promiſſum perficere debet per alium.*
14 *Pollicitatio obligat maſculos & fœminas pollicitantes.*
15 *Pollicitatio, & per epiſtolam fit.*
16 *Pollicitatio pœnitentia non reuocatur, nec acceptilatione.*
17 *Operis polliciti perfecti periculum non pertinet ad pollicitantem, nec ſumptus rationem reddere debet.*
18 *Opus pollicitum aetrectans cogendus eſt perficere.*
19 *Heres opus inchoatum perficere debet.*
20 *Pollicitans factus pauper quid iuris.*
21 *Vſura ex liberalitate non debentur, limitatur.*
22 *Tempus operis non præfinitum Præſes ſtatuit.*
23 *Legatum ad certam ſpeciem relictum in alios vſus non conuerti, limitatur.*
24 *Legatum municipio ad venationem, & ſpectacula vertitur in alios vſus municipij cum memoria legantis.*
25 *Torneamenta non ſunt exercenda, limitatur.*
26 *Pecunia ad opus incertum legata, in veteribus reficiendis eroganda.*
27 *Nomen legantis in operibus inſcribendum non alterius.*
28 *Nomen incipientis non perficientis opus inſcribendum.*

De rebus Ciuitatum. Tit. 33.

DE rebus Ciuitatum agendum, primum quidem in
genere de iis acquirendis, & alienandis: hinc de
quibuſdam huiuſmodi rerum ſpeciebus. † Acqui-
1 runtur autem Ciuitati cum alijs modis, tum ex pollicita-
tionib. & legatis, de quib. coniunctim hic eſt pertractãdũ.
Pollicitatio n. eſt ſolius offerentis promiſſio. l. pactum ff.
de pollici. l. ſciendum § 1 ff. de ædilic. edic. c. Aliquando eſt
nuda ſponſio l. pollicitatione C. de donatio. ante nupti. &
in inſtrumẽto operatur effectum pacti ſimplicis, vt inſtru
mentum aliquid operetur. Bal. in l. 1. verſ item oppono C.
de dotis promiſ. Bal. Nouell. in tracta. dotis in t. priuilegio
6. parte col. 2. Videtur autem ab haſta, & auctione id ver-
bi acceptũ fuiſſe, priuſquam. n. ad licitationem veniamus,
accipitur à licitis dignum precium offerentis taxatio: qui
idcirco polliceri dicitur, quia liceri põt: ſicut & poſſidere
dicimus, qui põt ſedes ponere. Poſtquam aũt, quis pollici-
tus fuerit, ideſt precium aliquod obtulerit, tũc fit auctio:
& qui pluris licitatus fuerit, rem obtinet. Hinc metaphori
cos nomen ſumpſit pollicitatio, quæ reipublicæ fit, ex pa-
rergon Alciati Vlpia. in l. cum duob. §. ſi in coeunda ff. pro
ſocio pollicitatorem, priuatum licitatorem intelligi vult,
hoc eſt, eum qui offert ſe ad colẽdũ iure ſocietatis agrũ.
Pollicitatio tñ plerunq. ea dicitur, quam quis reipublicæ,
vel Ciuitati facit de aliquo opere publico conficiendo, vt
l. 5. ff. ad legem Falci. l. 46 §. 1. ff. de adminiſt. tuto. l. 6. §. debi
tores in fine ff. de muneribus, & hono. l. 1. C. de ratioci. ope.
publ. Plin. lib. 10. epiſt. inquit. Hinc theatro ex priuatorum
pollicitationibus multa debentur. Sed tamen quælibet alia
promiſſio etiam pollicitatio vocatur l. 43. ff. de contrahen.
2 empt. l. 1 § penul. ff. de collat. dotis. † Differt ergo pollicita-
tio à pacto, quod pactum ſit duorum conſenſus, atq. con-
uentio, pollicitatio verò offerentis ſolius promiſſum l. pa-
ctum 3. in prin. ff. de pollicita. & vt deduximus in opuſcu-
lo de differentijs indiuiduorum vtriuſq. iuris, in verbo pa
ctum, & pollicitatio. Vel pollicitatio eſt cum neq. prouoca
ti neq. interpellati, ſponte noſtra nos ex abundantia quadã
liberalitatis offerimus, vel pollicitatio eſt ſolius offerentis
promiſſum. Non dicit pollicitationem eſſe ſolius offeren-
tis conſenſum, ſed eſſe vnius promiſſum. Nam & in pollici-
tione duorum ineſt conſenſus, ſed non expreſſus, neq. de-
claratus niſi ab eo, qui promittit alteri tacenti, & non ro-
ganti. At in pacto non conſenſus eſt duorum tñ, ſed etiam
conuentio, quod vtriuſq. verbis conuentum eſt, vt excluſ-
ſum. vt ita ſiat Pollicitatio, cũ quid promittitur alicui non
petenti, cum de eo antea ne cogitatum quidem eſſet, & tñ
duorum ineſt cõſenſus, quod is cui facta eſt promiſſio, nõ
reclamat, ſed promiſſis acquieſcit. Hoc. n. eſt vulgatum in
iure, qui tacet videtur conſentire. Neq verò id eſt ignotum
grammaticis, qui promiſſionis & pollicitationis eam eſſe
differentiam tradunt, quod promittimus rogati, pollice-
mur vltro, vt notat Donat. ad Teren. Quamquã ipſe euſ-
dem ea ſignificationis eſſe dicit: niſi quod pollicitatio ma-
ioris eſt aſſeuerationis, quod enim pollicemur, magis aſſe-
ueranter promittere ſolemus, vt fidem faciamus iis, quos
volumus ſpe, & promiſſis tenere. Idem ait pollicitationem
multarum rerum promiſſionem, vt videatur hanc à ver-
bo Græco πολὺ velle deducere, quo latini tanquam ſuo
vtuntur in compoſitionib. verborum, vt cum dicimus, pollẽ
re, & polluere, quaſi valde luere, & multo luto aſpergere,
& contaminare. Sic polliceri idem erit, quod multum, aut
res multas liceri, tractum credo ab iis, qui res in forum de-
ferunt, & proponunt venales omnibus, atq. vltrò offerunt
3 & licentur. Conn. li. 5. c. 8. n. 1. † Et ideo illud conſtitutũ eſt,
vt ſi ob honorem pollicitatio fuerit facta, quaſi debitum
exigatur d. l. 3. ff. de pollicitationib. Ideoq. ſi quis ſui alieni-
ue honoris cauſa opus facturum ſe in aliqua Ciuitate pro-
miſerit, ad perficiendum tam ipſe quam hæres eius obliga
tus eſt l. ſi quis 14. in princ. l. de pollicitationib. 8. §. quod ſi
4 detrectat. ff. de pollicitationibus. † Plane ſi ſine cauſa pro-
miſerit, non erit obligatus: niſi fortè opus facere cœperit l.
1. §. 1. & §. item ſi ſine l. pactum 3. l. toties 6. §. 1. l. ob cauſam
5 7. l. propter 4. ff. eod. l. hoc iure 19. ff. de donationib. † Cœ-
piſſe autem ſic accipimus, ſi fundamenta iecit, vel locum
purgauit d. l. 1. §. item ſi ſine ibi cœpiſſe. Sed & ſi locus illi
petenti deſtinatus eſt, magis eſt. vt cœpiſſe videatur d. §. itẽ
ſi ſine ibi, ſed & ſi locus. Item ſi apparatum ſiue impenſã
in publico poſuit d. §. item ſi ſine, ibi item ſi, ſed & ſi non
ipſe cœpit, ſed cum certam pecuniam promiſiſſet ad opus,
reſpublica contemplatione pecuniæ cœpit opus facere, te-
nebitur quaſi cœpto opere d. l. 1. § ſed ſi non ipſe. Nec inte-
reſt promittentis an alterius ſumptibus opus inchoatũ ſit:
6 † deſeri autem quod cœptum eſt, non oportet d. l. 1. §. ſed ſi
7 columnas ff de pollicitationibus. † Sed & ſi ob caſum, quẽ
Ciuitas paſſa eſt, quis promiſerit ſe quid facturum, & ſi
non inchoauerit, omnimodo tenetur leg. ob caſum 7. ff. de
8 pollicitat. l. propter incendium 4. ff. eod. † Si quis ob hono
rem, vel ſacerdotium pecuniam promiſerit, & antequam
honorem, vel magiſtratum ineat, decedat: non oportet hæ
redes eius conueniri in pecuniam promiſſam: niſi fortè ab
eo, vel ab ipſa republica eo viuo opus fuerit incohatum l.
ſi quis 11. ff. de pollicita. l. æſtimationem 16. §. 1. ff. de mune
9 ribus. † Sed & qui pro honore pecuniam promiſit, ſi ſol-
uere eam cœpit, totam eam præſtare operis inchoati exem
10 plo cogendus eſt l. toties 6. §. 1. ff. de pollicitat. † Cum qui-
dam ne honorib. fungeretur, opus promiſiſſet; tam hono-
res ſubire cogendum, quam operis inſtructionem Impe-
11 rator Antoninus reſcripſit l. priuatis 12. §. fi. ff. eod. † Idem
reſcripſit conditiones donationibus appoſitas, quæ in rem
publicam fiunt, ita demum ratas eſſe, ſi vtilitatis publicæ
intereſt; quod ſi damnoſæ ſunt, eas obſeruari non debere l.
12 Impp. 13. §. item reſcripſerunt ff. eod. † Et ideo non obſer-
uandum eſſe quod defunctus certa ſumma legata, vetuit
vectigal exercerí; eſſe enim tolerabilia, quæ vetus conſuetu
13 do comprobat d. §. item reſcripſerunt. † Et ſi autem is, qui
opus reipublicæ facturum ſe promiſit, poſtea ad tempus
relegatus eſt, tamen gratiam muneris, quod ſponte obtu-
lit, mittere non debet: cum & abſens per amicum perfice
re opus iſtud poſſit leg. de pollicitationibus 8. ff. de pollicit.
14 † Non tantum maſculos, ſed etiam fœminas, ſi quid ob
honorem pollicitæ ſunt, debere implere ſciendum eſt lege
15 toties 6 §. non tamen ff. eod. † Sed & ex epiſtola quoque,
quam muneris edendi gratia abſens, quis emiſit, compelli
16 poteſt ad editionem l. Charidemo. 5. ff. eod. † Si quis, poſt-
quam ex pollicitatione tradiderat rem municipibus, vindi
care velit; repellẽdus eſt à petitione, æquiſſimum enim eſt,
huiuſmodi voluntates in Ciuitates collatas pœnitentia nõ
reuocari leg. pactum 3. §. fina. ff. de pollicitatio. ſed & ſi de-
ſierint municipes poſſidere, dicendum erit actionem eis
concedendam d. §. fina. Acceptilatio quoque à magiſtratu
municipali pollicenti facta, ei non prodeſt lege lex Iulia. 7.
17 §. ultimi quoque ff. ad legem Iul. repetund. † Si quis autem
opus, quod pollicitus eſt perfecit, & aſſignauit, deinde id
fortuito caſu aliquod paſſum ſit periculum, ad eum, qui
fecit non pertinet l. 1 §. fi. ff. de pollicit. Sed & opere pfecto
& aſſignato, nihil ei qui fecit, eiuſue hæredes rõcinium,
vel diſcuſſionem aliquam, quaſi non integram promiſſã
quar-

quantitatem in id opus erogatam, vel ſimiliter facto opere, aut alia quacunque ratione, quocunque modo, quocunque tempore ſubſtinere oportet, l. 1. §. qui verò opus,
18 C. de ratiocinijs oper. public. † Porrò ſi quis opus Reipublicæ pollicitus, detrectat, actores conſtituit, qui legitimè pro Ciuitate agere poſſint, nomine publico adueſ. aduerſus eum, iudicem poſcunt, qui cognoſcet: & ſi opus ab eodem perfici debere conſtituerit, obeat cum Reipublicæ ob hanc cauſam iubebit, dict. l. de pollicitationibus. 8. §.
19 quod ſi detrectat. ff. de pollicit. † Si quis autem, antequã opus inchoatum perficeret, deceſſerit: hæres eius, extraneus quidem neceſſe habet, aut perficere id, aut partem quintam patrimonij relicti ſibi ab eo, qui id opus facere inſtituerat (ſi ita mali) Ciuitati, in qua id opus fieri cœptũ eſt, dare, l. ſi quis. 14. cum l. ſequen. ff. de pollicit. l. 9. ff. eod. Is autem, qui ex numero liberorum eſt, ſi hæres extitit, nõ quintæ partis, ſed decimæ concedendæ afficitur, d. l. 14. §. is autem. Inter liberos nepotem quoque ex filia contineri reſcriptum eſt, d. §. is autem, & d. l. 9. Et hæc quidem obtinent, ſi opus ſine cauſa promiſſum cœptum eſt, ideoque obligatio ſit perfecta, alioquin ſi ob honorem, vel aliam cauſam promiſſum ſit, in ſolidum obligatus eſt hæres, quemadmodum, & defunctus vtroque caſu in ſolidum eſt obligatus. d. l. 14. §. hæredem verò, & l. ſiues. 6. in princi
20 pio, ff. de pollicitat. & l. ſi quis. 11. eod. † Imperator tamẽ Pius Antoninus conſtituit ipſum etiam donatorem pauperem factum ex promiſſione operis cœpit quintam partem patrimonij ſui debere, dict. l. 9. §. ſed & ipſum donatorem. Idem reſcripſit, opera deſtruere debere eos, qui pro honore polliciti ſunt, non pecunias pro his inferre cogi, l. Impp.
21 13. in princ. ff. de pollicitat. † Liberalitatis autem in Rempublicam factæ vſuræ non exiguntur, niſi mora in ſoluendo facta ſit, l. liberalitatis. 16. ff. de vſuris, l. 1. in princip. ff. de pollicitat. l. ſi legatum. 5. ff. de operib. public. l. cum quidã. 17. §. fin. ff. de vſuris, & ſupra tit. 7. num. 21 & 26. & ſequẽ.
22 † Si autem dies non ſit ab his, qui in opus Reipublicæ pecuniam legauerint, præfinitus: à Præſide tempus ſtatuendum eſt. & niſi opus fecerint hæredes, vſuras leuiores intra ſex menſes, ſi minus ſemiſſes vſuras Reipublicæ pendent, d. l. 1. in princ. & d. l. 12. §. fina. Si verò dies dictus eſt, pecuniam intra diem, niſi dependant, dicentes forte ſe non inuenire materiam, aut de loco controuerſiam facientes, ſemiſſes protinus pendent, d. l. ſi legatum. 5. §. ſi verò dies, ff.
23 de operib. publicis. † Poſtremò, quod ad certam ſpeciem Ciuitati relinquitur, in alios vſus conuertere citra Principis authoritatem non licet, & forma à teſtatore præſcripta non eſt negligenda, l. 1. ff. de adminiſtr. ret. ad Ciuit. perti. l. legatam. 4. ff. eod. Si tamen in opus aliquod pecunia legata ſit, quod Falcidiæ legis interuentu fieri non poteſt, permittitur ſummam, quæ eo nomine debetur, in id, quod maximè neceſſarium Reipublicæ videatur, conuertere, l. pecuniam 7. in princ. ff. de oper. public. l. legatum. 4. in princip. ff. de adminiſtrat. ret. ad Ciuit. Et ſi plures ſummæ in plura opera legantur, & legis Falcidiæ interuentu, quod relinquitur omnium operum inſtructioni non ſufficit, permittitur in vnum opus, quod Ciuitas velit erogari, d.
24 l. 4. † Sed & in municipio pecuniam legatam, vt ex reditu eius venatio, aut ſpectacula edantur, Senatus in eam cauſam erogari vetuit, & pecunia eò legata, in id, quod maximè neceſſarium municipibus videatur, conferri permittitur, vt in eo munificentia eius, qui legauit, inſcriptione
25 ne notetur, d. l. 4. §. fin. † Nam torneamenta non ſunt exercenda, ca. 1. in princ. de torneamentis, niſi illa ſint, quæ ſine vitæ diſcrimine poſſint exerceri, & pro illis exercendis legata relinqui. Extrauagan. commun. c. Ioan. 22. de torneamentis. talia enim poſſunt exerceri, & pro illis exercendis legata relinqui, vt in d. §. fin. & ſi in aliud opus conuertantur, eſt obſeruandum, quod ibi diſponitur, non autẽ laus, & munificentia alterius vſurpanda, & ſibi tribuendum, ar
26 mis inſcriptionibus, & elogijs in ſe conuerſis. † Sed & ſi ad nouum opus pecunia ſpecialiter legata non ſit, vetera ex hac reficienda ſunt, l. Decuriones 5. §. fin. ff. de adminiſtrat. ret. ad Ciuit. Idem dicendum, & ſi ſatis operum Ciuitas habeat, & non facilè ad ea reficienda pecunia inueniatur: nã & hoc cam pecunia in opera noua legata, potius in tutelã eorum operum, quæ ſunt, conuertenda, quam ad inchoandum opus eroganda, l. pecuniam. 7. in princ. ff. de operib.
27 public. † Et id, vt in eis munificentia eius, qui legauit, inſcriptione notetur, non alterius non munificentis auari, inuidi, & ambitioſi, d. §. fin. & d. l. 4. ff. de adminiſt. rer. ad Ciuit.
28 † Et tanta fuit veterum Romanorum modeſtia, vt illi (qui plures fuere) qui perfecerunt opera ab alijs cœpta, noluerint ea inſcriptione aliqua notari, ſed mandarunt inſcribi nomina illorum, qui inceperunt, & Ioannes XXII. qui publicauit Clementinas à Clemente V. collectas, voluit illas ab authore Clementinas nuncupari, non autem à ſe, qui opus perfecit, & publicauit. Dorunm cõ ventum eſt, vt cum manifeſto furto deſtruantur antiqua opera perfecta, vt & illis, vel renouatis, vel reſtauratis, vel alijs in eodẽ loco conſtructis deleta priorum authorum memoria, ambitioſorum inſcriptione ſola notentur, ſumptibus non ſuis, vt eorum nomina, & inſignia, quaſi herba muralis, in omni opere legantur, & appareant, non ſine publico damno cum hæc retrahant multorum animos à munificentia.

S V M M A R I V M.

1 *Ciuitas res ſuas pro ſuo commodo ſeruata certa forma poteſt alienare, & locare.*
2 *Locatio in perpetuum qua forma à Ciuitate facienda.*
3 *Locatio rerum Ciuitatis Decurionibus non facienda.*
4 *Agri publici locati non reuocantur, nec per ſucceſſores.*

De rebus Ciuitatum alienandis, & locandis, Tit. 34.

1 DE rebus Ciuitatum acquirendis dictum eſt, ſequitur nunc de ijs alienandis, & locandis. † Licet autẽ Ciuitatibus res ſuas quolibet titulo acquiſitas pro ſuo commodo vendere. Dum tamen in Vrbe quidem Imperiali authoritate, in Prouincijs verò præſentibus omnibus, ſeu plurima parte tam curialium, quam honoratorum, & poſſeſſorum Ciuitatis, & iuramento interueniente conſentientibus venditio fiat, l. 2. C. de prædijs decurionũ. Venditione autem, vel locatione rerum Ciuitatis ritè peracta, quamuis poſtea melior conditio fuerit allata, tamen ab ea recedere, niſi de eo ſpecialiter conuenit, non licet, l.
2 Licitis. 21. §. final. ff. ad municip. † In perpetuum verò res Ciuitatis ita locandæ ſunt, ſi prius proiectis edictis in eũ Canonis modum conſendentium augmento, peruentum ſit, vt extendi vltra, aut ſuperari ab alterius oblatione non
3 poſſit, l. loca. 3. C. de locatio. prædior. ciuil. † Decurionibus autem res Ciuitatis locandas non eſſe, iam dictum ſunt ſupra tit. 24. † Agri publici, qui in perpetuum locantur, à cu-
4 ratore Reipublicæ ſine authoritate principali reuocari non poſſunt, l. cotem. 11. §. 1. ff. de publ. l. 1. §. 1. ff. ſi ager. vectigalis. l. 2. C. de locat. prædio. ciuil. Nec vtique de exemplo poſterioris locationis, præteritarum conductionum, quæ ſuam legem habuerunt, rationem iniri oportet, l. 2. in princip. ff. de adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertinen. Sed & plura de locatione rerum Ciuitatis dicta ſunt ſupra tit. 14. in locatione vectigalium. Nec ſucceſſores in adminiſtratione Reipublicæ poſſunt locationes per ſuos anteceſſores factas reſcindere per allegata in tractat. de tutela, & cura libro 3. quæſt. 56. num. 4.

S V M M A R I V M.

1 *Ciuitas agit, & excipit.*
2 *Conductor ex locato agit ſi vectigal ſoluit.*
3 *Familiæ erciſcundæ, finium regundorum, aquæ arcendæ Ciuitas agit, & excipit.*
4 *Ciuitas ex delicto agit & excipit.*
5 *Ciuitas ex facto magiſtratus tenetur.*
6 *Magiſtratus depoſito officio an teneatur.*

De actionibus aduerſus Ciuitatem. Tit. 35.

1 NVnc † de actionibus aduerſus Ciuitates competentibus dicendum. Nam ſicut municipum nomine actio datur à iure, ita & aduerſus eos actionem dandam iuſtiſſimè placuit, l. ſicut. 7. l. ſi tibi. 9. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomi. l. 1. cum duobus legibus ſequentibus, ff. ſi

2 ff.ſi ager vectigalis. † Sed ex locato ita tamen ſi vectigal
3 ſoluant, d.l.1.cum ſequent. † Vnde ſi alicui cum municipi-
bus hæreditas communis erit, familiæ erciſcundæ iudiciū
inter eos redditur. Idem dicendum eſt in finium regundo-
rum, & aquæ pluuiæ arcendæ iudicio, dicta leg.ſi tibi.9.
4 † Sed & ex delicto actio aduerſus municipes datur, re-
ferturque ad vniuerſos, quod publicè fit per maiorem par
tem, l.aliud eſt.120.§.1.ff.de reg. iuris cum alijs latè allega-
5 tis per nos in glo.ſtatuti Vrbis lib.2.ca.43. † Item ex facto
magiſtratus Ciuitas tenetur, quia municipes intelliguntur
ſcire, quod ſciunt hi, quibus ſumma Reipublicæ commiſſa
eſt, l.in honorarij.34.§.fin.de actio.& obligat.l.municipes.
14.ff.ad municipalem. Ipſus autem Duumuiros, & cura-
torem Reipublicæ actionem ex contractu magiſtratus e-
tiam poſt annum excipere cogi, ſupra dictum eſt in titul.
23.& 27.d.l.in honorarijs.34.§.fina.ff.de action.& obligat.
6 † Planè in magiſtratum, qui adminiſtrationis tempore
creditoribus Reipublicæ nouatione facta pecuniam ca-
uit, poſt depoſitum officium actionem denegari non opor
tet, l.curatores.3.§.in eum ff. de adminiſtr. rer.ad Ciuitat.
pertinent. Diuerſa eſt cauſa eius, qui ſolui conſtituit, ſimi-
lis etenim videtur ei, qui publicè vendidit, aut locauit, d.§.
in eum. Hactenus de rebus Ciuitatum tam acquirendis,
quam alienandis, nec non de actionibus aduerſus Ciuita-
tem competentibus dictum ſit. Reliquum eſt, vt de rebus
Ciuitatum in ſpecie agamus.

S V M M A R I V M.

1 *Opus publicum nouum priuato facere licet, limitatur.*
2 *Opus publico ſumptu priuato facere non licet, limitatur.*
3 *Opera publica reſtaurare licet cuicumque.*
4 *Operum publicorum cura Præſidi demandata.*
5 *Opera priuata ob publica demoliri licet.*
6 *Opera publica ſine cautione non locanda.*
7 *Conductore perficiendi operis punito quid iuris.*
8 *Nomen Principis in opere publico inſcribendum, limitatur.*
9 *Nomen priuatus inſcribens in publico opere punitur.*
10 *Opus vetus ornans non delet nomina aliorum ſi ſuum inſcri-
bit.*
11 *Nomen priuati quando in opere publico inſcribendum.*
12 *Domus publicas oportet vindicare publico vſui.*
13 *Baſilicæ ſunt conſeruandæ, & venerandæ.*
14 *Turres, & muri pro munitione Ciuitatis aſſeruandi.*
15 *Opere publico conceſſo quid veniat.*
16 *Operum publicorum lites agnoſcit Præſes.*

De operibus publicis. Tit. 36.

PVblicorum operum diſtributiones ſunt tres, è qui-
bus vna eſt defenſionis, altera religionis, tertia oppor
tunitatis. Defenſionis eſt murorum turriumque, &
portarum ratio ad hoſtium impetus perpetuo repellēdos
excogitata. Religionis, Dei, ac Sanctorum templorum, Ba-
ſilicarum, fanorum, ædiumque ſacrarum collocatio. Op-
portunitatis, omnium locorum ad vſum publicum diſpo-
ſitio, vt portus, fora, porticus, balnea, theatra, in ambula-
tiones plateæ, cæteraque, quæ iiſdem rationibus in publi-
1 cis deſignantur locis. † Opus igitur publicum nouum pri-
uato etiam ſine Principis authoritate facere licet, præter
quam ſi ad æmulationem alterius Ciuitatis pertineat, vel
materiam ſeditionis præbeat, vel circa theatrum, vel am-
2 phitheatrum ſit. † publico verò ſumptu opus nouum ſine
Principis authoritate fieri non licere conſtitutionibus de-
claratur: exceptis horreis, & ſtabulis publicis, l.opus.3. l.
3 de operibus.6.ff. de operibus publicis † Sed & ea inſtau-
randi, quæ iam deformibus ruinis intercidiſſe dicuntur, li-
centia vnicuique conceſſa eſt, l.intra vrbem.4.§.ea tamen,
C.de operibus publicis. Quinimmo prohibitum eſt noua
opera inchoare prius quam cœpta perficiantur, vel vetu-
4 ſtate collapſa reficiantur, l.vlt. C.de operib.public. † Por-
rò cura operum publicorum Præſidi Prouinciæ demanda-
ta eſt, vt is procuret, quod opera maximè neceſſaria pecu-
nia publica reficiantur. Nouella c.17.§. ſed & rerum. Sed
& pontium, viarum, portuum in quibuſcumque ſuæ Pro-
uinciæ locis, item murorum curam habere debet, d.§.ſed
5 & rerum. † Licet autem operis publici gratia, vel ob pu-
blicam commoditatem priuata opera demoliri, æſtima-
tione operis domino præſtita. Si tamen vltra quinquagin-
ta libras argenti opus deſtruendum æſtimetur, Princeps
prius ea de re conſulendus eſt, l.ſi quando.8. l.ædificium.
6 13.C.de operibus public. † Præterea, & illud conſtitutum
eſt, ne opera publica ſine cautione locentur. quamquam,
& ſine cautione ij, quibus cura operum publicorum man-
data eſt, vel pecunia ad extructionem credita, vſque ad
annos quindecim ab opere perfecto cum ſuis hæredibus
ipſo iure obligati ſunt, vt ſi quid vitij ædificatione intra
præſtitutum tempus contigerit, de eorum patrimonio (ca-
ſu tamen fortuito excepto) reformetur, l.omnes.7.C.de o-
7 perib. publicis. † Conductore perficiendi operis punito, ſi
fideiuſſor, qui pro eo interuenerat, idem opus alij extruen-
dum locauerit, ne à ſecundo redemptore opere perfecto,
vſurarum præſtationem hæres fideiuſſoris recuſare non
debet. cum & prior cauta in bonæ fidei contractu in vni-
uerſum fideiuſſorem obligauerit, & poſterior locatio
(quia ſuum periculum agnouerit) ſolidæ præſtationi Re-
publicæ eum ſubſtinuerit, l.2.§.conductore, ff.de adminiſt.
8 rer ad Ciuit. pertin. † Qui liberalitate, non neceſſitate de-
biti redditus ſuos ad opera facienda conceſſit, munificen-
tiæ ſuæ fructum de inſcriptione nominis ſui operibus, ſi
qua fecerit, capere per inuidiam non prohibetur, alias nul
lius nomen, præterquam Principis, licebit inſcribere, nec
Præſidis quidem, l.2.in princ.& l.3.§ fin.cum l.ſeq. ē.ff. de
9 operib. public. † Si qui iudices perfecto publicis pecunijs
operi ſuum nomen ſine nomine Principis memoriæ inſcri-
pſerint, maieſtatis teneantur obnoxij, l.ſi qui 9. C.eodem.
10 † Sed & ſi non nouum opus fecerit quis, verum opus ab
alio cœptum adornare marmoribus, vel alio quodam mo
do ex voluntate populi facturum ſe pollicitus ſit, nominis
proprij titulos ſcribendo, manentibus priorum titulis, qui
ea opera feciſſent, id fieri debere, Senatus cenſuit, l. pecu-
11 niam.7.§.ſi quis, ff.de operib. public. † Si priuati in opera,
quæ publica pecunia fiant, aliquam de ſuo adiecerint ſu-
mam, ita titulo inſcriptionis vti debent, vt quantam ſum-
mam in id opus contulerint, inſcribant, d.l.7.§.fin. Non au
tem eius nomine, cuius liberalitate opus extructum eſt,
eraſo, aliorum nomina inſcribantur, & propterea reuocen
tur ſimiles Ciuium in patriam liberalitates, Præſes Prouin
ciæ authoritatem ſuam interponet, l.2.§.fina.ff.de operib.
public.d.l.7 § ſi quis, ibi. manentibus priorum titulis, ff.eo-
12 dem. † Præterea iudicum, & domos publicas oportet pu-
blico iuri, atque vſui ſemper vindicare, l.prætoria.3.C.eo-
dem, l qui ſine.19.l.Baſilicam.20.l.Turres.17.C.eodem.
13 † Et Baſilicam alicuius imaginis, & picturarum cuiuſli-
bet honoris tabularum obumbratione fuſcari, in eā equos
intromittere, vel nuptias in ea celebrare non licet, d.l.Baſi-
licam.20. Quæ autem apud veteres Romanos Baſilicæ
fuiſſent, & vnde ad templa Dei, & Sanctorum cultum trāſ
latæ, docet Alciat.lib.1. prætermiſſ. ex Vitruuio, & l. pedi-
culis, §.3.ff.de auro, & argen.lega.& in rub C. de ſacroſan.
Eccleſ. Archid.in canon oportet 2.diſt.42.& in diſt.2. cap.
14 perfectis, §.Epiſcopum. † Turres tamen, & muri pro mu-
nitione Ciuitatum in terris priuatorum fabricati, illorum
vſui deſeruire, eorum cura, & ſumptu reparari debent, d.
15 l.Turres.17. † Conceſſo generaliter opere publico à Princi
pe alicui priuato, intelligi id debet de opere deſtructo, &
diruto, quod parum ſit in vſu Ciuitatis, l. ſi aliquam 14.C.
16 de operib.publ. † Controuerſiæ autem, quæ occaſione pu-
blicorum operum extruendorum, vel reficiendorū oriun-
tur, ad Præſidis cognitionem pertinent, l.2.§.1.ff.de operi-
bus public. Hæc de operibus publicis in genere dicta ſunt.
Eorum verò ſpecies ſunt Baſilica, de qua paulo ſuperius
dictum eſt: item prætorium, muri, & portæ Ciuitatum, ſta-
tuæ, & imagines, & aquæductus, de quibus ſingulis nonnul
lis omiſſis ordine dicendum.

S V M M A R I V M.

1 *Prætoria, quæ dicantur.*

De Prætorijs. Tit. 37.

1 PRætoria † quidem, quibus (teſte Vitruuio de Archite
ctura lib.5.c.1.) ærarium, carcer, curia ſunt coniungen
da, erant loca, & ædificia publica, in quibus publicè
magiſtratus, vel ius reddere, vel habitare ſolebant, l.nulli.
14.

14.C.de offic.Rector. Nouella c.24.in princip. Vbi autem palatium erat,& prætorium, palatium quidem habitationi Præſidis, Prætorium autem ſuſcipiendis, conſeruandiſque ſpeciebus publicis horreorum vice, vel alij neceſſariæ rei deputabatur, vt in allegatis. Prætoria porrò in conſtitutionibus Domus magnificæ intelliguntur Præſidum, iudicumve cauſa in vrbibus extructæ, vt dictum fuit, & probatur in l.11. C.de Epiſc.& Cleric.in l.3.C.de operibus public.in l.3.C.de metat.& Epid.lib.12.& in l.vlt.de offi. omnium iudic. Alciatus in Comment.de verbor. ſignificat. inquit. Prætorium ideo Imperatoria etiam domus dicta eſt, quod quemcumque militum Imperatorem antiqui, & Prætorem dixere, Sicut principium pro Principis tabernaculum accipiunt, l.4.[illegible] in fine, ff. de re militari. Sed & Prætorium veteres appellarunt partem Villæ lautius ædificatam,& patrifamilias habitationi relictam, l.2.ff.de ſeruit.ruſtic.prædio.l.12.ff.de vſu,& habit.l.83.§.1.l.91.§.pater.l.35.§.Caius, ff.de legat.2. Nam vt in Vrbe ſolius Principis domus Prætorium appellabatur, reliquorum Ciuium non vtique, ne vel hac vna re Principis dignitate participarent, ſic in villis ruſticis, in quibus ferè quiſque dominium tantum habet in ſuos, quantum Princeps in ſubditos, Prætorium dixerunt, vbi ſcilicet quaſi Rex Villæ, & Princeps habitaret. Sed hic accipimus pro eo, quod à principio dictum eſt. Reliquum eſt, vt ad alia deſcendamus.

SVMMARIVM.

1 *Muri Ciuitatis ſancti, nec aliquid in eos immittendum.*
2 *Muros violantis pœna.*
3 *Ciues per portas non per muros ingredi licere.*
4 *Muros perforans, vel inde aliquid abſtrahens punitur.*
5 *Muros ſine licentia nemo reficit.*
6 *Murorum Ciuitatum cura ad quos ſpectet.*
7 *Muri Ciuitatum quorum ſumptibus reficiendi.*
8 *Muri, & portæ ſine licentia non habitanda.*

De muris Ciuitatum. Tit. 38.

1 MVros † in municipijs, & Ciuitatibus Sanctos eſſe
dicimus, prohibetique oportet, ne quid in his im-
mittatur, l.ſanctum.8.§.fin.ff.de diuiſ.rer.l.1.§.1.
ff.eod §.ſanctæ quoque Inſt. de rerum diuiſio. Muniunt
enim muri Ciuitatem, illamque ab omni hoſtium impetu
defendunt, vt dictum fuit in tit.36.in princ.& dicit Bart.
& alij in l.ſacram, ff.de rerum diuiſ. in l.hoc iure ff. de iu-
ſtit.& iure, in l.ſi quis violauerit, & in leg. final. ff. eodem.
2 † Ideoque muros ſanctos dicimus, quia pœna capitis con-
ſtituta eſt in eos, qui aliquid in muros deliquerint, viola-
uerint, ſcalis admotis, vel alia qualibet ratione tranſcende-
rint, d.l.1.§.1.& l.vlt.ff. de rer. diuiſ.l. qui perforauerit. 11.
3 ff.ad legem Iul. peculatus. † Nam Ciues aliò, quam per
portas egredi non licet, cum id hoſtile, & abominandum
ſit, d.l.vlt. Et Romuli frater Remus Lictore necatus tra-
ditur ob id, quod Romæ naſcentis murum tranſcendere
voluerit, Prima namque lege Romulus cauit. Ne quis niſi
per portas ingrederetur, egrederetur ve, [illegible] ſacroſan-
4 cta eſſent. † Sed & qui perforauerit muros, vel inde ali-
quid abſtulerit, peculatus accuſatione tenetur, l. qui per-
5 forauerit. 11. ff. ad legem Iuliam peculatus. † Muros mu-
nicipales, nec reficere licet ſine Principis, vel Præſidis au-
thoritate, nec aliquid eis coniungere, vel ſupponere, l. ſa-
cra loca. 9.§. penultimo, ff.de rerum diuiſ.l. ſanctum. 8. §.
6 final ff.eodem. † Iubentur tamen in vniuerſum omnes or-
dines, atque incolæ Vrbium ſingularium muros, vel nouos
facere, vel veteres ſtrenuè renouare: ſcilicet hoc pacto im-
pendijs ordinandis, vt adſcriptio ſeruetur pro viribus ſingu-
lorum, deinde adſcribantur per æſtimationem futuri ope-
ris territoria Ciuium: ne plus poſcatur aliquid, quam ne-
ceſſitas imperauerit, neve minus, ne inſtans impediatur ef-
fectus, l.omnes.11. C.de operibus public. vt & ſupra libro
7 tertio, titul. 69. dictum fuit. † Sed & reſtaurationi mœ-
nium publicorum tertia portio eius Canonis, qui ex locis
fundiſve Reipublicæ annua præſtatione confertur, alia
conſtitutione deputatur, l.ne ſplendidiſſimæ.10.C.eodem.
l.reſtaurationi.3.C.de diuerſis prædijs Vrbanis, l.vltima, in
principio, C.de venden.reb.Ciuit.l.Turres 17.C. de operib.
8 public. † Poſtremò, neque muri, neque portæ habitari ſi-
ne permiſſu Principis propter fortuita incendia poſſunt, l.
neque.3. ff. ne quid in loco ſacro fiat. Nunc de ſtatuis intra
mœnia Ciuitatis erigendis.

SVMMARIVM.

1 *Statuæ cur concedi ſolent.*
2 *Statuarum inuentores Hetruſci.*
3 *Statuæ & imagines innumeræ in Vrbe aureæ, argenteæ, æneæ, eburneæ, marmoreæ.*
4 *Statuæ, & imagines ante diluuium inuentæ.*
5 *Statuas in municipio, vel in Vrbe poſitas nemo repetit.*
6 *Statuæ in priuatis operibus poſitæ, an amoueri poſſint.*
7 *Statua ad honorem in publicum, cuius ſumptibus erigenda.*
8 *Statua Principis quemodo erigenda.*
9 *Statua Principis deponenda & reponenda*
10 *Cuſtodes Statuarum nocturni deputati, qui Præfectum habent.*

De ſtatuis, & imaginibus. Tit. 39.

1 COncedi † igitur ſolet, vt imagines, & ſtatuæ, quæ or
namento Reipublicæ ſint futuræ, & memoria vir-
tutum Heroum, in publico ponantur, l.2. ff. de lo-
co publico fruendo, de quibus plura notatu digna referun
tur in Polyantea in verbo ſtatuæ. Sine tamen Principis p-
miſſu nemo ſibi ſtatuas æneas, argenteas, vel marmoreas
ponere poteſt, l.1.C.de ſtatuis,& imaginib. Caſſiodorus li
2 bro 7. refert. † Statuas primum in Italia noſtros Hetru-
ſcos inueniſſe, quas amplexa poſteritas, penè parem popu-
lum Vrbi dedit, quam natura procreauit. Ludit in verbo
eleganter, nec minore copia factos ab arte illos homines
in Vrbe fuiſſe vult, quam iſtos à natura. Ludit in verbo, re
ſerò dicit, & P. Victor in fine deſcriptionis ſuæ claudit. Ta
bulæ, & ſigna ſine numero, hæ imagines in tabulis pictæ
ſunt. Multitudo, precium, ſpecies, incredibilis Nullum pu-
blicum opus, vbi non hæc ornamenta, & nihil magis in to-
3 ta Vrbe admirandum elegantioribus ingenijs fuit. † De
precio ſtatuarum omiſſis marmoreis illis, & æreis infini-
tis, fuere magni valoris reſpectu materiæ, aureæ, argenteæ,
& eburneæ ſubdialæ [illegible] magis, quam marmoreæ quia
harum nullæ reſtant, marmoreæ verò multæ ſaltim bar-
bara manu, ſeu caſu truncæ, & mutilæ: & argenteæ qui-
dem ſub Auguſto maximè increbuerunt. Sed ille eas mo-
deratus eſt. Domitianus verò ſuperbia ambitioſa ſtatuas ſi-
bi in Capitolio non niſi aureas argenteaſque (teſte Suero-
nio) poni permiſit, ac ponderis certi, vt ex verſibus Statij
his fit nobis manifeſtum.

Da Capitolinis æternum ſedibus aurum,
Quo niteant ſacri centeno pondere vultus.

Plinius in Laudatione Traiani inquit, ita tuam ſtatuam
in veſtibulo Iouis Opt. Max. vnam alteramve, & hanc æ-
ream cernimus. Et hæc res ad tantum numerum aſcendit,
vt opus fuerit prohibere illarum erectionem ſine Princi-
4 pis permiſſu, vt à principio dictum fuit † Sed & ante di-
luuium ſtatuæ, ſimulachra, & imagines inuentæ fuere, te-
ſte Tertulliano ex libris Henoch [illegible] ſupra in titul. 5. in
5 princ. † Si quis autem ſtatuas in municipio ea mente po-
ſuit, vt eæ municipij eſſent, & eas perſe vult excludi eum
oportet præſcriptione in factum data l. penult. ff. de exce-
6 ptio. [illegible] quod vi, aut clam. † In priuatis ope-
ribus, inuitis his, qui fecerint ſtatuas alijs poni ſe non poſ-
ſumus, l.in priuatis, 12. ff.de pollicitationibus. Quamquam
autem virtutum præmia tribui merentibus conueniat, ta-
men alio [illegible] honores alijs dari nouum occaſionem præſta
7 re non oportet. † Idcirco quoties, vel iudicibus, vel cuiuſli
ber alteri ſtatua fuerit à quocumque Collegio, ſeu officio
ponenda, nequaquam ex deſcriptione ſumptus colligi poſ
ſunt, ſed eius cuius ad honorem ponitur expenſis ſtatua
collocari debet, l.vlt.C.de ſtatuis,& imaginib. l.virtutum.
8 3.C.eodem. † Quoties verò in honorem Principis ſtatua in
publico ponitur, iudex loci intereſſe præſes, non ta-
men eam adorare debet, l.2.C.eod. ff. de loco publ. fruendo.
His enim talis non debetur cultus, qualis Dei Beatæ Virgi-
9 nis, & Sanctorum, de quibus ſupra lib.5. tit.63. † Sic quan-
do vſus exegerit, vel porticus, vel ædes vetuſtate, vel for-
tuitis caſibus conceſſas reparari, licet tamen Conſulto
Principe cum reuerentia tamen, imaginem Principis depone-
re,

Digitized by Google

re, ita tamen, vt refectis ædificijs loco proprio reponatur, 10 l. ſi quando. 15. C. de oper. pub. publ. † Verum, quia aureæ, argenteæ, æneæ, eburneæ erant furibus expoſitæ, & vt publicæ non poterant à priuatis vindicari, l. ſtatuas. 41. ff. de acquiren. rer. domin. l. Fulcinius. 13. ff. de priuilegijs creditor. leg. penult. ff. de except. l. is, qui. 11. §. 1. ff. quod vi, aut clam. Ideoque fuerũt deputati illarum nocturni cuſtodes, quorum Præfectus Comitiuæ Romanæ dicebatur. Cuius formula hæc in Caſſiodoro lib. vlt. legitur. Si clauſis domibus inſidiari ſolet nequiſſimum votum, quanto magis in Romana Ciuitate videtur illicitum, qui in plateis pretioſum repetitur, quod poſſit auferri? Nam quidam populus copioſiſſimus ſtatuarum, greges etiam abundantiſſimi eorum, tali ſunt cautela ſeruandi, quali, & cura videntur affixi. Quare per inductionem illam Comitiuæ Romanæ tibi concedimus dignitatem. Officium tuum, & milites conſuetos, noctibus potius inuigilare compelle: in die autem Ciuitas ſe ipſa cuſtodit. Atque hic eſt, qui Comes Romanus appellatus, quia Romam, & eius opera ſeruabat. Quæ tamen ſolers adhibita cura non tantum potuit, quin hoſtilis manus tandem illas raperet, frangeret, truncaret, vt vana in aurum, argentum, lapides, ſeu in aliam materiam, vel ſculpta, vel ſcripta, vel fixa hominum memoria ſemper fuerit, vt docuit omnium vorax tempus, quod haſce Romanorum, & aliarum gentium, vel ſculptas, vel ſcriptas, vel fixas deuorauit memorias. Hinc Petrarcha in Triumpho temporis in fine canendo concludit.

Tanto vince, & ritoglie il tempo auaro;
Chiamaſi fama, & è morir ſecondo;
Ne più, che contra'l primo, è alcun riparo.
Coſì'l tempo trionfa i nomi, el mondo.

Et proprius Baldas. Caſtil. cecinit ita de Vrbis ruinis.

Superbi Colli, e voi ſacre ruine,
Ch'il bel nome di Roma anchor tenete,
Ahi che reliquie miſerande hauete
Di tante anime eccelſe, e pellegrine
Trionfi archi, coloſſi, opre diuine
Trionfal pompe glorioſe, e liete,
In poca polue pur conuerſe ſete,
E fatte al vulgo vil fauola al fine.
E ſe bene alcun tempo al tempo guerra
Feron l'opre famoſe à paſſi lenti,
E l'opre, e i nomi inſieme il tempo atterrà
Dunqu'io viurò fra i miei martir contento,
Che ſe'l tempo dà fine à ciò ch'è in terra
Darà forſe anchor fine al mio tormento.

Sed ijs decantatis ruinis, noſtra ætate verè contraponitur, quod Hetruſca muſa in ſtrepitu fori cecinit ità de Vrbe.

Roma ch'ha viſto in ſe tante ruine,
Quante volte riſorſe, & quante giacque,
Eccelſa mai, ne mai più bella nacque,
Qual nell'opre di Paolo alte, e diuine:
E ſe da i Colli ſuoi le pellegrine
Bellezze contemplò, quand'ognun tacque
Al ſol cenno di lei, ecco rinacque
Ammiranda à ciaſcun, Signora al fine.
Che ciò che con sì longa, & aſpra guerra
In lei gl'empi guaſtar (opre nefande)
Con ſcelerata man gettando in terra.
Più glorioſe eccelſe, e memorande
In ſeno hor le vagheggia, e in ſen le ſerra,
Moſtrandoſi ad ognun più bella, e grande.

Et de Colle Quirinali.

Corruerant miseranda ſenex non Marte, ſed æuo
Roma Quirinalis dilacerata iugo.
Squallebant monumenta Ducum fœdata ruinis,
Caſaris, & therma, tecta, theatra rogis.
Nunc mihi ſurgit honos, aquataque machina Cœlo,
Elyſiis Pauli munere ditor agris.
Tempus edax rerum premit hoc ſub colle Quirinus,]
Sæua attentati temporis ora domat.
Et qui Cæſareas proſtrauit fulmine turres
Iupiter, hic manica, ferrea vincla gerit.
Quis neget Aeneæ magna de ſtirpe Camillum?
Hic patriam viua reddidit, ille Patrem.

Quare autem maiorum imagines in poſtibus, & arma in atrijs, & veſtibulis haberent veteres Romani, docet Alex. ab Alexan. lib. 5. Genial. dierum, c. 24. Petrarcha in dialogo 41. de ſtatuis monet amplius æquo, nec amandæ, nec diligendæ, ne aut ſtultitiæ teſtes, aut auaritiæ miniſtræ, aut fidei, & religioni vetæ, & præcepto illo. Cuſtodite vos à ſimulachris, ſint rebelles. Non enim ſolum opera manu facta, ſed etiam ipſam naturam paulatim exedendo, perimit vetuſtas, Æternitas ſola æterni Dei æternè permanet.

S V M M A R I V M.

1 *Aquaductuum principium in Vrbem.*
2 *Aquaductuum copia ſumptus, & magnificentia.*
3 *Aquaductus antiqui opera Gigantum.*
4 *Aqua virgo à quo ducta.*
5 *Curatores aquaductuum conſtituti.*
6 *Aquaductus publici per quindecim pedes ab omni latere liberi ab omni priuato opere plantationis arborum.*
7 *Aquarum, poſſeſſores immunes ab extraordinarijs muneribus, vt illas muniant.*
8 *Aqua à publico ductu non deriuanda ſub pœna, limitatur.*
9 *Aqua impetrata ex caſtellis deriuanda.*
10 *Aqua impetrari non poteſt ex aquaductu Palatij.*
11 *Pecunia pro aquaductibus expurgandis, ac reparandis, vnde ſumenda, & nec ad alium vſum vertenda.*
12 *Aqua, & fontes ſemel publica, nunquam priuata fieri poſſunt.*
13 *Vſus aquæ priuatus fieri poteſt.*
14 *Cuſtodum aquarum ſignum, & immunitas.*
15 *Plumbea fiſtula ab vtroque latere decem pedes liberos habere debent ab arboribus.*
16 *Apparitorum aquarum facultas, & iuriſdictio.*

De aquæductibus, & fontibus. Tit. 40.

1 IVlius † Frontinus olim aquarum curator, duos de tota hac re ſcripſit libellos, quos Neruæ Auguſto Imperatori, à quo aquarum curam ſuſcepit dicauit, quo factum, vt memoria Neruæ Frontini, & huius artis poſteris ſit relicta. Diu enim (vt ipſe artem docendo inquit) Roma ſine aquæductibus, & Tiberis, ac ſi qui fontes natiui erant ſufficiebant populo, ſed nondum ſic aucto. Vrbe dein magna, plena, & cum in Collibus procul à flumine degerent: Optimum rerum aqua, vt poeta canebat, quæſita, & per tubos, ac canales in fornicibus laterinijs Romam aduecta. Id factũ primo, anno Vrbis 441. cum Appius Claudius Cēſor, idem qui vias ſternere inſtituit, hoc quoque bonum inuenit. Ab eo eſt aqua Appia per milliaria circiter vndecim deducta. Hoc initium, cui Deus bonus maiora dedit incrementa. Nam egebat ſanè ille populus aquis non ſolũ ad potum, ſed ad balnea, ad fullonicas, ad Naumachias, & Circos. Atque ita vbertim deducta fuit, vt quiſque domi, aut in vicino haberet copiam, & Strabo ſcribit. Flumina per Vrbem, & Cloacas videri fluere, atque vnamquãque domum propemodum habere fiſtulas, & canales, quibus aquam inducat, quod idem ferè, & hodie conſpi-
2 cimus. De eadem re Plinius inquit. † Si quis diligentius æſtimauerit aquarum abundantiam in publico, balneis, piſcinis, domibus, Euripis, Hortis, Suburbanis villis, ſpacioque aduenientium extructos arcus, montes perfoſſos, conualles æquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuiſſe in toto Orbe terrarum. Caſſiodorus. Formas appellat hos ductus, quod & Iuriſconſulti, atque inferior ætas fecit. De ijs igitur inquit. In formis Romanis vtrumque præcipuũ eſt, vt & fabrica ſit mirabilis, & aquarum ſalubritas ſingularis. Quot enim illic flumina quaſi conſtructis montibus perducuntur, naturales credas alueos, ſoliditate ſaxorum, quando tantus impetus fluminis, tot ſæculis potuit ſubſiſtere. Et Iulius Frontinus antea citatus paucis, fidiſque verbis inquit. Magnitudinis Romani Imperij id præcipuum eſſe indicium. Loquens de hac tota aquarum ductione, & vt Procopius refert fuere in Vrbem perducti quatuordecim coctili laterculo per priſcos illos ædificati ea latitudine, ac ſimul altitudine, vt vir eques commodè per eos poſſit incedere. Arcus, & fornices quos in quibuſdam locis

ſuble-

Digitized by Google

ſubleuatos centum nouem pedes Iulius Frōtinus affirmat.
& quoſdam à quadrageſimo milliari perductos videmus
per valles, per montes, per tot inæqualia ſupra iuſta terrã.
Hinc Rutilius de ijs canens, inquit.

Quid loquar aerio pendentes fornice riuos?
Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas.
Hos potius dicas creuiſſe in ſidera montes.
Tale Giganteum Græcia laudat opus.

3 † Certè ſunt, aut videntur opera Gigantum. & mẽs ob-
nubilat Architectis noſtris, cũ vel reliquias paucas, & rui-
nas vident. Extant iuxta Sublaquem Aquæductus Clau-
diani fornices, & ingentes pilæ ſubſtentantes, de quibus
Leander Albertus, qui eas vidit, ac ſedulò ſcrutatus eſt, ita
inquit. Fieri profectò non poſſe ſcio, quin omnino incredi-
bilis ſit, niſi oculis vſurpetur, operis huius ratio admiran-
da. Nec enim maius quicquam excogitari poſſe humano
ingenio arbitror, quod hic Romani effoſſis tanto ſpatio
montium intimis viſceribus fecerunt. Ad quæ opera pa-
tranda nunc totus orbis infirmus videatur. & Plinius de
eodem Claudij aquæductu, inquit. Vicit antecedentes a-
quarum ductus nouiſſimum impendium operis inchoa-
ti à Caio Cæſare (Calligula intelligit) & peracti à Clau-
dio. Quippè à quadrageſimo lapide ad eam excelſita-
tem, vt in omnes vrbis montes leuarentur, influxere Cur-
tius, atque Cæruleus fontes. Hoc ipſum notat Caſſiodorus
inquiens. Claudiam, per tantam faſtigij molem, ſic ad A-
uentini caput eſſe perductam, vt cum ibi ex alto lapſa ce-
cidens, cacumen illud excelſum, quaſi imam vallem ir-
rigare videatur. Erogati in id opus fuere ſeptem no-
ſtri milliones, & ſemis. Et Plinius de Lacubus, alijſque
4 additamentis aquæductuum inquit. † Agrippa in ædili-
tate ſua, adiecta virgine aqua, cæteris corriuatis, atque
emendatis, lacus ſeptingentos fecit, præterea ſaliẽtes cen-
tumquinque, Caſtella centumtriginta: complura etiam
cultu magnifica. Operibus ijs ſigna trecenta aerea, aut
marmorea impoſuit, columnas ex marmore quadringen-
tas, eaque omnia annuo ſpatio. Hæc vnus Agrippa, & vno
5 anno. † Quare vt conſeruarentur, & augerentur prout, &
auctæ, & conſeruatæ fuerunt vſque ad barbaram, & im-
piam Gothorum Duce Totila irruptionem, Auguſtus in-
ſtituit aquæductuum curatores cum lictoribus, ſeruis, ſcri-
bis, librarijs, accenſis, & preconibus, vt Frontinus ipſe cu-
rator ſcripſit. Sed præcipuum quod familiæ, & homines
certi ad tuenda hæc opera ſumptu publico tolerari: quod
idem Frontinus refert. Et Agrippam primo per ſeruos pri
uatos ſuos hæc feciſſe, eamque familiam Auguſto morien-
tem legaſſe. Auguſtum deinde publicaſſe, & deinceps man
ſiſſe, atque habuiſſe homines circiter. 240. Erat autem, in-
quit, & altera familia Cæſaris dicta, & numerus eius 360.
quam Claudius, cum aquas in vrbem perduceret, inſti-
tuit; addit, in vtraque varia miniſteria fuiſſe Villicos, Ca-
ſtellarios, Curatores, Silicarios, Tectores, alioſque opifi-
ces. Harum aquarum partem per eoſdem antiquos, ſed
reſtauratos à Gothicis ruinis aquæductus, & inde publi-
cos, & priuatos Fontes habemus Summorum Pontificum
munificentia Nicolai V. Sixti V. & Pauli V. De aquarum
inuentionibus, experimentis, perductionibus, librationi-
bus, inſtrumentis ad hunc vſum, nec non alijs hauriendi
aquam, altiuſque extollendi tradunt Frontinus vbi ſupra,
& Vitruuius de Architectura, lib. 8. c. 1. & ſequen. & libro
12. c. 9. & ſequentibus. Verum quia circa aquæ ductus tũ
extruendos, non conſeruandos multa flagitia committe-
bantur, & inter priuatos, circa priuatas fiſtulas vtique ex-
truendas, & conſeruandas lites oriebantur, neceſſariũ fuit
legibus occurrere, & deſuper magiſtratum inſtituere, qui
ſecundum illarum diſpoſitionem eas ſine debito termi-
naret, ideoque præmiſſis prælibatis, nunc quid de aquæ
ductibus, & fontibus, & contingentibus circa eas in iure
6 cautum ſit, eſt dicendum. † In primis enim prohibetur, ne
intra quindecim pedes ab vtroque latere aquæductus,
etiam in priuatorum prædijs, arbores ſint, ne earum radi-
ces fabricam formæ corrumpant, l. 1. § fin. l. 6. & 10. C. de
7 aquæductibus. † Aquarum quoq; poſſeſſoribus, per quo-
rum fines formarum meatus tranſeunt ab extraordinarijs
muneribus immunitas datur, vt eorum opera aquarum
ductus ſordibus cõpleti mundentur, l. 1. C. de aquæducti-
bus. Quod ſi neglexerint, amiſſione poſſeſſionum mulctã-
8 tur, d. l. 1. §. quod ſi. † Quæ quidem pœna etiam ijs infligi-
tur, qui ex aquæductu publico aquam ad ſuum fundum
deriuant, leg. 2. & 10. C. eod. Niſi fortè ius aquæ, vel longo
vſu acquiſiuerint, vel ab Imperatore impetrauerint, quo
tamen poſteriore caſu Imperiale reſcriptum Præfecto vr-
bi, non alij intimandum eſt, l. ſi quis 5. & l. diuinam 11. C.
9 eod. † Sed & qui ius illud impetrauerunt, aut ex caſtellis,
aut ex ipſis formis aquam ducere debent, non fiſtularum
curſum, ac ſoliditatem attentare, neque ab ipſo aquædu-
ctu trahere: quod ſi aliter fecerint, & ius impetratũ amit-
tunt, & extra ordinem puniuntur, l. eos qui 5. C. de aquæ-
10 ductibus. † Sed & ſi quis vſum aquæ ex aquæductu Pala-
tij Hadriani impetrauerit reſcriptum illud nullius eſt mo
11 menti, l. omnis 6. in princ. C. eod. † Pecuniam autem ad a-
quæductus expurgandos, ac reparandos à ruinis ex vecti-
gali eſſe parandam diſponitur, illo videlicet obſeruando,
vt nemo eorum, qui ius aquæ poſſident, quamcunque de-
ſcriptionem ſubſtineant, nam execrabile videtur, domos
huius almæ vrbis aquam habere venalem, l. ad reparatio-
nem 7. C. de aquæductib. Et ſi quis ampliſſimã præfectu-
ram gubernans aurum aquæductui deputatum ad alterũ
quodlibet opus, non aquæductus, vel aquæ publicæ com-
petens, extruendum, vel curandum priuauerit conuerten-
dum, de ſuis facultatibus eandem ſummam aquæductus
titulo repenſare cogetur. Separatus verò arcarius aurum
aquæductus ſuſcipit, glorioſiſſimorum Conſulum libera-
litate, vel ex alijs titulis ad aquas publicas pertinentibus
collectum, vel poſtea colligendum, l. hac lege 8. C. de aquæ
ductibus, & vt latius deduximus ex l. 1. 2. & 3. §. fin. C. de
Conſulibus, & vt in glo. ſtatuti vrbis, lib. 1. c. 15. & libro 3.
12 c. 4. † Sed & diligenter inueſtigare decretum eſt, qui publi
ci ab initio fontes, vel cum eſſent ab initio fontes priuati;
poſtquam publicè vſum præbuerunt, ad priuatorũ vſum
conuerſi ſunt, ſiue ſacris apicibus per ſubreptionem impe-
tratis, ac multo amplius, ſi authoritate illicita, nec apperi-
to colore ſacri oraculi huiuſmodi aliqui pertentatũ fuiſſe
dignoſcitur: vt ius ſuum Regiæ Ciuitati reſtituatur, & qđ
publicum fuit aliquando, minime ſit priuatum, ſed ad cõ-
munes vſus recurrat, ſacris oraculis, vel pragmaticis ſan-
ctionibus aduerſus commoditatem vrbis quibuſdam im-
pertitis, iure ceſſandis, nec longi temporis præſcriptione
ad circumſcribenda iura Ciuitatis proficiunt, l. diligenter
13 9. C. de aquæductibus. † Vſum tamen aquæ veterem lon-
goque dominio conſtitutum ſingulis manere debet, nul-
laque nouatione turbari poteſt, ita vt quantitatem anti-
quam non excedant. In eos enim manſura pœna, qui ad
irrigationes agrorum, vel hortorum delitias furtiuis aqua
14 rum meatibus abutuntur, l. vſum 4. C. eodem. † Vniuerſos
verò aquarios, vel aquarum cuſtodes, quos Hydrophyla-
cas nominãt, qui omnium aquæductuum huius regiæ vr-
bis deputati ſunt, ſingulis manibus eorum felici nomine
pietatis Principis impreſſo ſignare decernitur, vt huiuſmo
di adnotatione manifeſti ſint omnibus, nec à procurato-
ribus domorum, vel quolibet alio ad vſus alios poſſunt a-
nelli, vel angariarum, vel operum nomine teneri. Quod ſi
quem ex eiſdem aquarijs mori contigerit, eum nihilomi-
nus, qui in locum defuncti ſubrogatur, ſigno eodem no-
tari præcipitur, vt militiæ quodammodo ſociati, excubijs
aquæ cuſtodiendæ inceſſanter inhæreant, nec muneribus
alijs poſſunt occupari, l. decernimus 10. §. vniuerſis, C. de a-
15 quæductibus. † Præterea de plumbeis fiſtulis ducentibus
ad thermas, quæ Achilleæ nuncupantur, eadem forma ſer
uari debet, ſcilicet nullis intra decem pedes arboribus co-
arctari, ſed ex vtroque latere decempedale ſpatium inte-
grum, illibatumque ſeruari. Etenim memoratas fiſtulas
thermis tantũ, & Nymphæis quibus deputatæ ſunt debẽt
16 inſeruire. † Facultate attributa apparitoribus circumeun-
di ſine formidine domus, ſuburbana, balnea, ad requiren-
dum, ne qua deceptio, vel ſuppreſſio, vel inſidiæ cõtra pu-
blicam vtilitatem à quoquam penitus attentetur, l. omnis
6. §. fin. C. de aquæductibus.

SVMMARIVM.

1 *Priuatus iuxta publica ædificia relicto quindecim pedum ſpatio ædificare poteſt. iuxta priuatum decem.*
2 *Maniana vnde dicta.*
3 *Maris proſpectus vt non impediatur.*
4 *Balneum quomodo conſtruendum.*

5 Con-

Digitized by Google

5 *Concameratio ſtructuræ genus.*
6 *Domus, & villa non diruenda.*
7 *Marmora vnius domus ad aliam non transferenda.*
8 *Ciuitas non eſt ornamentis ſpolianda.*
9 *Statua, & columna non transferenda.*
10 *Priuati cogendi reficere ædificia, & domus dirutas extruere.*
11 *Priuati pro ſolo publico domus ſoluunt penſiones.*
12 *Omnia contra ornatum dirui ſemper poſſunt.*
13 *Præſcriptio iuri publico non reſiſtit.*

De operibus, & ædificijs priuatis. Tit. 41.

1 SI quis igitur † priuatus iuxta ædes publicas ædificare
velit, ſpacium quindecim pedum relinquere in medio
debet, l. ſi cui. 9. l. Mœniana. 11. C. de ædificijs priuatis.
Idem dicendum ſi quis iuxta ædificia, vel horrea publica
menianum ædificet. Sin autem duo mœniana priuatorum
extruuntur decem pedum ſpacium in medio relinquẽdũ
2 eſt, d. l. Mœniana 11. † Mœniana autem Accurſius ſubti-
lis, ſed omnium conſenſione patrum eruditus, à mœnibus
dicta putat, cui tamen Alciato teſte in l. malum nauis, ff. de
verbor. ſignificat. Doctiſſimi Grammaticorum meritò ad-
uerſantur. Verum vt ſcribit Feſtus, appellata ſunt à Menio
Cenſore, qui primus in foro vltra columnas tigna proie-
cit, quò ampliarentur ſuperiora ſpectacula. Hinc Menia-
num opus pergulis extra ædificium proiectis factũ, quod
noſtrates, Ringhiera, ſeu mignale appellant. Aſconius ver
bi originem ſic explicat: Menius, cum domum venderet
Catoni, & Flacco Cenſoribus, vt ibi Baſilica ædificaretur,
exceperat ius ſibi vnius columnæ, ſuper quam tectum
proijceret ex prouolantibus tabulis, vnde ipſe, & poſteri
eius ſpectare munus gladiatorum poſſent. Ex illo Menia
columna vocitata eſt. Idem tradunt Porphir. in Iauol. in l.
20. ff. de ſeruitut. vrban. & in l. 242. ff. de verbor. ſignificat.
Vlpianus in l. 2. §. 3. ff. ne quid in loco publ. & Imperator in
l. penult. C. de ædificijs priuat. De qua inſimul, & de exe-
dra propriam affert ſignificationem vir variæ eruditionis
3 Alex. ab Alexan lib. 5. Genial. dierum, ca. 11. † Sin denique
ædificium extruendum proſpectui in mare impedimento
futurum eſt, centum pedum ſpacium non ſolum per dire-
ctum, ſed etiam per tranſuerſum relinqui debet. Nouella
c. 63. Quid autem ſit pedis ſpacium declarant Alciatus iã
citatus ſupra lib. 1. tit. 40. & Alex. ab Alex. lib. 2. Genial. die-
4 rum, c. 20. † Si quis balneum extruere, & ædificium ſuper
imponere velit, ita permittitur illi, vt concameratis ſuper-
inſtruat, & ipſum concameret, nec modum vſitatum alti-
5 tudinis excedat, l. 1. C. de ædificijs priuatis. † Eſt enim Con
cameratio, vel (vt in Pandectis Florentinis) Concamara-
tio, in l. ſi cui ædes. 31. ff. de legat. 3. Structuræ genus arcua-
to opere conſtans, ex Vitruuio libro 6. capit. vltimo, de Ar-
6 chitectura. † Senatus cenſuit, ne quis domum, villamve
dirueret, quo plus ſibi acquireretur, neu quis negociandi
cauſa eorum quid emeret, venderetve: pœna in eum, qui
aduerſus Senatuſconſultum feciſſet conſtituta, vt duplum
eius, quanti emiſſet, in ærarium inferre cogeretur. in eum
verò, qui vendidiſſet, vt irrita fieret venditio. Nec ſolum
huic Senatuſconſulti locus eſt, ſi quis ſuam villam, vel do-
mum, ſed & ſi alienam vendiderit, l. Senatus. 52. ff. de con-
trahend. empt. l. 2. C. de ædific. priuatis, l. nemini. 2. C. eod.
7 l. vltima, C. de damno infecto. † Cæterum de alia domo in
aliam marmora, vel quid ſimile transferre licere exceptũ
eſt, dicta l. 2. §. cæterum. Nec tamen ita transferre licet, vt
integris ædificijs depoſitis publicus deformetur aſpectus,
8 dicto §. cæterum. † Sed & ſi quis Ciuitate ſpoliata, mar-
mora, columnas, vel ſimilem ornatum ad rura tranſtule-
rit, priuabitur ea poſſeſſione, quam ita ornauerit, l. ſi quis
6. C. de ædificijs priuatis. Si quis verò ex alia in aliam Ciui-
tatem labentium parietum marmora, vel columnas de
proprijs domibus in proprias transferre voluerit, quo-
niam vtrobique hæc eſſe publicum decus eſt, licenter hoc
facit, dicta l. 6. §. ſi quis autem. Data ſimiliter facultate e-
tiam de poſſeſſione ad aliam transferendi, quamuis per
muros, vel etiam per mediam Ciuitatem transferri neceſ-
ſe ſit, ita vt ea ſolummodo, quæ illata fuerint Ciuitatibus,
exportentur, dicta l. 6. §. data. Sed & ſi ad opus publicum
transferat marmora, & columnas, quamuis ædificio vrba-
no detraxerit, licito iure facit, l. vltima in fine, ff. de damno
infecto. Item ſi quod vxoris in ædificium viri iunctum eſt,
citra metum S. C. detrahi poteſt, l. Marcellus. 45. ff. de do-
9 natio. inter vir. & vxor. † Sed & nemini columnas, vel ſta-
tuas cuiuſcumque materiæ ex alia eadem Prouincia, vel
auferre licet, vel mouere, l. nemini 7. C. de ædificijs priua-
10 tis. † Porrò ad Præſidis Prouinciæ officium ſpectat, vt in-
ſpectis ædificijs dominos eorum cauſa cognita reficere ea
compellat, & aduerſus detrectantem competenti reme-
dio deformitati auxilium ferat, l. Præſes. 7. ff. de offic. Præſi
dis, l. ſingularum 8. §. poſſeſſores, C. de ædificijs priuatis, l.
ſi ſecundum 4. C. de iure Reipublicæ. Sed & ad curatoris
Reipublicæ officium ſpectat, vt dirutæ domus à Domino
extruantur, l. ad curatoris. 46. ff. de damno infect. Domum
verò ſumptu publ co extructam, ſi dominus ad tempus
pecuniam impenſam cum vſuris reſtituere noluerit, iure
eam Reſpublica diſtrahit, dicta l. 46. Planè ſi is, cuius do-
mus corruit, non eandem ſpeciem reſtituere, ſed in hor-
tum, vel quid ſimile conuertere aream velit, conſuetudine
loci defendi poteſt, l. an in totum. 3. C. de ædificijs priuatis.
11 † Poſtremò pro ædibus, quas priuati in ſolo Reipublicæ
extruxerunt, placitam præſtare penſionem coguntur, l. 1.
12 C. de diuerſis prædijs vrban. † Omnia verò, quæ in foro,
vel in quocumque publico loco contra ornatum, & com-
modum, ac decoram faciem Ciuitatis extructa ſunt, di-
rui poſſunt, & debent, temporis præſcriptione non obſtan-
te, l. præſumptio. 5. l. quicumque. 6. l. ſi quando. 8. & l. ædi-
13 ficia. 13. C. de operibus publicis. † Si quidem præſcriptio
temporis iuri publico non debet obſiſtere, ſed ne reſcri-
pta quidem, dicta lege quinta, in principio. Hinc pertinet
Conſtitutio Sanctæ memoriæ Gregorij XIII. de ædificijs,
& iure congrui publicata Calendis Octobris 1574. qua o-
pitulante conſpicimus Vrbem, vbique illuſtratam, atque
adeo renouatam, & ornatam, vt ornatior, ac pulchrior
nunquam viſa fuerit retroactis temporibus.

SVMMARIVM.

1 *Agricola primus Adam omnium parens.*
2 *Agricultura ars nobiliſſima.*
3 *Pecunia pro annona frumentaria paranda, nec moram in ſolutione debent recipere, nec compenſari.*
4 *Pecunia pro annona frumentaria in alium vſum conuerti non poteſt.*
5 *Pecunia frumentaria cum incremento reſtituitur.*
6 *Frumenta de horreis publicis in alios vſus non debent conuerti.*
7 *Frumenta publica quanti vendenda.*
8 *Annona ciuiles dantur pro meritis, & varia fiunt diſtributiones.*
9 *Frumenti permutatio illicita.*
10 *Frumenta quantij vendenda non eſt penes arbitrium ordinis Ciuitatis.*
11 *Aeſtimatio grani per iniuriam facti quid iuris.*
12 *Accuſatio publica nomine annona introducta, & contra quos.*
13 *Dardanarij annonam vexant, & attentant.*
14 *Extractionum ius impediendi eſt de regalibus.*
15 *Extrahendi annonam à ſolo Principe facultas concedi poteſt, et moderatè.*
16 *Facultas extrahendi conceſſa poteſt denegari.*
17 *Dardanarij, qui dicuntur.*
18 *Dardanius quis.*
19 *Pantapoli, qui.*
20 *Menſuras, & pondera falſare non licet.*
21 *Magiam dæmoniacam exercentes in annona oneranda comburuntur.*
22 *Statera adulterina, & menſura falſa onerant annonam.*
23 *Mulier accuſans de annona auditur.*
24 *Infames de annona accuſare poſſunt.*
25 *Milites de annona accuſant.*
26 *Serui de annona accuſant.*
27 *Indultum contra annonam non valet.*
28 *Feudatarij in præiudicium regalis Ciuitatis extractiones à feudis non poſſunt impedire.*

De re frumentaria Ciuitatum, ſeu de annona. Tit. 42.

SIne agrorum cultura fruſtra de re frumentaria, ſeu de
frumentaria annona: nam ex cultura agrorum proue-
1 niunt frumenta, & annona frumentaria. † Culturæ in-
uentor, & primus Agricola fuit Adam primus Pater ex
indicto ſibi à Deo præcepto. in ſudore vultus tui veſceris
pane tuo. fuit enim ipſe Agricola, & exemplum agricola-
2 rum. † Nobiliſſima itaque eſt ars agriculturæ, tum reſpe-
ctu temporis, tum reſpectu inuentoris, reſpectu temporis
nulla antiquior, & omnis antiquitas eſt cum nobilitate cō
iuncta, reſpectu inuentoris nulla nobilior, habet enim Deū
ipſum Doctorem, & Adam primum hominem primum
Exequutorem, eius plures laudes, & priuilegia numerauí-
mus in glo. ſtatuti Vrbis lib. 3. c. 4. de hac arte tradunt præ-
cepta Varro. Columella Virgilius, & alij plures, & Cicero
de officijs 1. de ea inquit, Omnium rerū ex quibus aliquid
exquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil
dulcius, nihil homine libero dignius, & pro Roſc. inquit,
Vita ruſtica, quam nos agreſtem vocamus, parſimoniæ, di-
ligentiæ, iuſtitiæ magiſtra eſt, maximè diſiuncta eſt à cupi-
ditate, & cum officio coniuncta, & agricolæ ſemper ita vi-
uunt, vt quæſtum noſcant nullum, fructum autem eū ſo-
lum, quem labore pepererint. Et Cato maior inquit, Homi
num generi vniuerſo cultura agrorum eſt ſalutaris, nulla
vita beatior eſſe poteſt, neque ſolum officio, ſed & delecta-
tione, & ſaturitate, copiaque rerum omnium, quæ ad vi-
ctum hominum, & cultum etiam pertinēt: parat nobis pa
nem, & vinum, & oleum, vt fiat à ſacerdotibus carnis, &
ſanguis Dei Deus, & oleum vnctio ſpiritalis, & ſacramen-
tum; Reſpectu verò officij tam officioſa eſt agricultura,
vt omnia omnibus etiam animantibus neceſſaria ſuppedi-
tet. Hinc Virgil. in Georg. canendo eius laudes, & commo-
da lib. 2. in fine, inquit.

Agricola incuruo terram dimouit aratro.
Hinc anni labor: hinc patriam paruoſque nepotes
Suſtinet: hinc armenta boum, meritoſque iuuencos,
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,
Aut fœtu pecorum, aut cerealis mergite culmi,
Prouentuque oneret ſulcos, atque horrea vincat.

Horatius Ode 2. in Epod.

Beatus ille, qui procul negotijs,
Vt priſca gens mortalium.
Paterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore.
Nec excitatur claſſico miles truci:
Nec horret iratum mare:
Forumque vitat, & ſuperba Ciuium
Potentiorum limina.

Et Boeth. 2. 5.

Felix nimium prior ætas,
Contenta fidelibus aruis,
Nec inerti perdita luxu:
Facili, quæ ſera ſolebat,
Ieiunia ſoluere glande.

Quapropter vti officioſiſſima omnium artium, altrix om-
nium hominum ſemper in omni benè inſtituta Republica
fuit in maximo honore, & exiſtimatione, & agricolæ ipſi
tanto in honore apud priſcos habiti fuere, vt ſæpè ab ara-
tro ad Conſulatum, culmen omnium dignitatum, fuerint
3 euocati. † Fuit etiam in Republica omni conſtituta pecu-
nia præcipua pro annona frumentaria in ſtipendiū, & auxi
lium agricolarum, quæ pecunia frumentaria dicebatur, &
dicitur adhuc. Itaque pecuniæ huius frumentariæ debitor
ſuo nomine, quam primū ſoluere iubetur, neceſſaria enim
omnibus rebuspublicis frumentaria pecunia moram ſolu
tionis accipere non debet, l. 2. §. frumentariæ. ff. de admini-
ſtrat. rer. ad Ciuit. pertine. Sed nec compenſari in erogata
4 huiuſmodi pecunia debet, d. l. 2. §. ad frumenti. † Proinde
ſi frumentaria in alios vſus, quam quibus deſtinata eſt, cō-
uerſa fuerit, velut in opus balneorum publicorum, licet
ex bona fide datum probetur, compenſari tamen frumen-
tariæ pecuniæ non oportet, verum ſolui à curatore Repu
blicæ iubetur, d. l. 2. §. ſi autem, & l. 2. C. de frumento Vrbis.
Et ſi contra abſentem pronunciatum eſt, inanis eſt quere-
la, d. l. 2. §. ideoque ff. de adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertinent.
5 † Cum incremento autem debito frumentaria pecunia ex
cauſæ reſtituetur. d. l. 2. §. quod de frumentaria. Immodicæ
tamen, & illicitæ computationis modus non adhibetur, id
eſt, ne commodorum commoda, & vſuræ vſurarum incre-
6 mentum faciant, d. l. 2. §. ſi indemnitas. † Ipſa quoque fru-
menta de horreis publicis in alios, quam quibus deſtinata
ſunt, vſus conuerti non debent, neque pro annona ſolui, l.
7 1. C. de frumento Vrbis. † Porrò minimè æquum eſt decu
riones Ciuibus ſuis frumentum vilius, quam annona exigit,
vendere, neque ius eſt ordini cuiuſque Ciuitatis, precium
grani, quod inuehitur ſtatuere, l. Imperatores 3. ff. ad legē
8 Iul. de annona, l. 1. C. de frumento Alexandrino. † De an-
nonis ciuilibus notandum, quod hæ non dantur pro titulis
dignitatum, ſed pro meritis, l. 1. C. de annonis ciuilib. & va-
riæ fiunt diſtributiones, vt in l. 2. C. eod. & in l. 2. C. de fru-
9 mento Alexandrino. † Sed frumenti permutatio prohibi-
ta eſt, & ne alia ſpecies pro alia detur, l. vlt. C. de Canone
frumentario Vrbis, l. 1. C. de frumento Vrbis Conſtantino-
10 polita. † Quanti vendendum frumentum ſit non eſt penes
arbitrium ordinis Ciuitatum, l. 3. in princip. ff. ad leg. Iul. de
anno. l. 1. C. de frumento Alexandrino. l. non debere. 8. ff. ad
municipalem, l. decuriones. 6. in princ. ff. de adminiſtr. rer.
11 ad Ciuit. pertin. † Et grani æſtimationem per iniuriā poſt
emptionem ablati, quæ rationibus publicis refertur. Cura-
tor Reipublicæ domino reſtitui iubet, l. 2. §. grani, ff. eodē.
12 † Sed & illud non eſt prætereundum ſilentio, quod anno-
næ nomine publica ſit introducta accuſatio. Nam lege Iu-
lia de annona pœna ſtatuitur aduerſus eum, qui cōtra an-
nonam fecerit, ſocietatēve coierit, quo annona carior fiat,
l. 2. in princ. ff. ad leg. Iul. de annona. Eadem lege cōtinetur,
ne quis nauem, nautamve retineat, aut dolo malo faciat,
quo magis detineatur, & pœna viginti aureorum ſtatuitur,
13 d. l. 2. §. fin. † Sed & annonam attentare, & vexare, vel ma-
ximè Dardanarij ſolent, quorum auaritię obuiam itum eſt
tam mandatis, quam conſtitutionibus, l. annonam 6. ff. de
14 extraordi. crimini. † Huc pertinent Conſtitutiones Princi
pum omnis annonæ extractiones inhibentes. Huc enim ius
eſt de regalibus, c. 1. vbi Bald. Iſer. & alij tit. Quæ ſint rega-
lia. Lauden. de Principe. quæſt. 362. Capyc. in inueſtitura,
15 ver. cum itribus. Tuſcus in verbo Regalia nu. 16. † Et ideo
à ſolo ſupremo Principe poteſt facultas extrahendi anno-
nam concedi, & prohiberi. Quæ quidem, vel non eſt con-
cedenda, vel ita moderatè debet concedi, vt conceſſa ne
quid minimum deſit ſibi, & ſubditis ſuis, vt ex Ariſt. in 2.
Ethic c. 6. Lucas de Penna, & Ioan. de Platea, in l. ſi quis. C.
de aquæductib. lib. 11. l. Præſes, C. de ſeruit. & aqua. Ripa
de Peſte par. 2. num. 16. & 189. Florianus in l. ſi pendentes,
§. ſi quid, ff. de vſufruct. Et vbi non eſt prohibita poteſt à
Principe ſupremo, ad quem pertinent regalia prohiberi.
Doctores in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitutionibus.
Syluan. in conſ. 35. nume. 32. Roland. in conſ. 3. nu. 13. lib. 2.
Brun. in conſ. 151. li. 2. Quod id facere maximè debet, quan
do adeſt, vel eſt ſuſpecta penuria. Franciſ. Marc. deciſ. 230.
& 236. par. 2. Socin. iun. in conſ. 76. lib. 4. Surdus in conſ. 210.
16 nume. 9. lib. 2. & in conſ. 558. lib. 4. † Et ſi fortè facultas ex-
trahendi conceſſa fuerit, quando aderat ſpes vbertatis, &
poſtea ſpe fruſtrata, apparuerit ſterilitas, poteſt, & debet
Princeps fortè à Dardanarijs in publicum annonæ detri-
mentum fraudatus facultatem illam quanto citius reuoca
re, & fraudulenter extortam, vel aliter prohibere, conceſ-
ſione antea data non obſtante, l. qui ſaxum. vbi Caſtren. ff.
de donatio. l. quarumdam, ff. de acquir. poſſeſſ. Afflict. in
cap. poſt natale in 6. notabili. de pace tenenda, & deciſ. 290.
17 Ita enim ars deluditur arte. † Dardanarij enim dicuntur,
qui annonam mercesve coemptas tantiſper ſupprimunt,
dum carius eas vendendi occaſio ſe offerat, vel aliò tranſ-
ferunt lucrandi cauſa, à Dardano, vt quidam aiunt Mago
nuncupati, vt ex Vlpiano in leg. 6. ff. de extraordin. crimi-
nibus, & in leg. 37. ff. de pœnis. Sed & Dardaniæ Colu-
mellæ magicæ ſunt, quorum maleficijs, & magicis ve-
nenis annona auertebatur in eorum horrea, & in metien-
do menſura minuebatur, eiuſque modo ſubtrahebant,
& erat odioſiſſimum magiæ, & infame vocabulum, Vn-
de Poeta

At ſi nulla valet medicina repellere peſtem
Dardaniæ venient artes.

Hinc lege 12. tabularum cautum eſt. Ne quis alienam ſe-

getem pellexerit. Quod ideo cautum fuerat, quia Carmi-
ne euocari fruges, & aliò transferri, etiam veteres Roma-
ni crediderę, quod ne liceret ad alterius iniuriam fieri, e-
tiam lege ſanxerunt, vt explicat Alexand. ab Alexand. li-
bro ſexto, Genial. dierum, capitu. decimo, & Martinus del
Rio diſquiſitionum magicarum libro ſecundo, quæſt. 12.
18 † Dardanius etiam ab Apuleio inter inſignes magos no-
minatur, vt autem arcarius, buccularius, ſignarius dicitur,
quæ formano in multis artificum vocabulis obſeruatur,
ita, vt in opificio, & artificio aliquo, Dardanius eadem pro
portione dicitur. Nec verò in annona tantum, ſed & in a-
lijs mercibus Dardanarij eodem l. C. authore dicebantur,
Et Cuiacius libro decimo, obſeruat. cap. 19. Dardanarij, in-
quit, iidem ſunt, & Pantapolæ, & Seplaſarij, ſi gloſſis vete
rum credimus, quæ Seplaſarios, & Dardanarios Pantopo-
las exponunt, & Pantametabolos, quo genere hominum
nihil eſt fraudolentius, nihil iniquius in oneranda annonà
mercium quarumlibet, & ideo varijs conſtitutionibus
fraudes, calliditates, ſtellionatus eorum coercentur, Non
etiam genus omne improbatur negociationis huiuſmodi.
Nam & Reipublicæ viles ſunt, & Vrbe aliquando electi
cum fuiſſent, reuocantur. Nouella Valentini. De Pantapo
19 lis ad Vrbem Romam reuocandis. † Græcos negociato-
res, quos Pantapolos appellant, in quibus manifeſtum eſt
maximam ineſſe multitudinem, magnamque in emendis,
vendendiſque mercibus diligentiam, vlterius non patimur
ſacræ Vrbis habitatione ſecludi, licet eos diſſenſio, & maxi
mè inuidia tabernariorum, quam venerabilis Romæ vtili-
tas à negociatione ſummouerit, Idcirco hoc edicto ſinguli
vniuerſique cognoſcant, Pantapolis ad Vrbem Romam
redeundi, negociandique licentiam reſtituram, vt cura per-
20 uigili Vbertas populo miniſtretur. † Sed ſi fortè vel men-
ſuras, & pondera falſarint, vel legibus conſtituta precia ex-
ceſſerint, vel vndique coemptas merces ſuppreſſerint, dum
ex raritate charitatem affectant, hi conſtitutionibus coer-
centur, l. in Dardanarios. ff. de pœnis. Hi ſunt Dardanarij,
qui his artibus attentant, vexant, vexant annonam, vt lo-
quitur Vlpianus, contra quos plura deduximus in gloſ. ſta-
tuti Vrbis libro 3. cap. 5. & 6. Mandatis denique, de his ita
cauetur Præterea debebis cuſtodire, ne Dardanarij vllius
mercis ſint, ne aut ab his, qui coemptas merces ſupprimũt,
aut à locupletioribus, qui fructus ſuos æquis precijs ven-
dere nolunt, dum minus vberes prouentus expectant an-
nona oneretur. Pœna autem in hos varia ſtatuitur, Nam
plerumque ſi negociantes ſint, negociatione tantum eis
interdicitur, interdum & relegari ſolent, humiliores ad o-
pus publicum dati, l. annona. 6. in principio, ff. de extraor-
21 din. crimin. cum alijs citatis in allegatis noſtris gloſſis. † Sed
ſi Dæmoniacam Magiam exercere in annonis onerandis
reperti fuerint, vt plures ſæpè inuentos fuiſſe teſtatur Mar
tinus del Rio libro ſecundo diſquiſitionum magicarum,
quæſtione duodecima per totam, vt hæretici comburun-
22 tur. † Onerant quoque annonam ſtateræ adulterinæ, ſeu
falſæ menſuræ, de quarum pœna dictum fuit ſupra libro
23 primo, titul. 40. † Mulierem propter publicam vtilitatem
ad annonam pertinentem audiri à Præfecto annonæ deſe
rentem oportet, leg. Imperatores, 3. §. final. ff. ad legem Iu-
24 liam de annona. † Famoſi quoque accuſantes ſine vlla du-
25 bitatione admittendi ſunt. † Milites etiam, qui cauſas alie
nas defendere non poſſunt, qui pro pace excubant, vel ma
gis ad hanc accuſationem admittendi ſunt dicto §. final.
26 † Serui quoque deferentes audiuntur contra dominos,
& alios. Sed & inter ſeruum, & dominum iudicium con-
ſtat, ſi annonam publicam fraudaſſe dicat Dominum, le-
27 ge prima, ff eodem. † Obſeruandum etiam eſt, quod ſi
quid frumenti, vel hordei Vrbicarij Canonis remiſſione
indultum eſt, ſpeciali beneficio contra commodum publi-
cum reſcripta elicita non valent, leg. ſecunda, C. de Canone
frumentario, & per allegata paulo ſuperius, numero deci-
28 mo ſexto. † Tandem eſt obſeruandum non licere feuda-
tarijs Pontificis, Imperatoris, vel Regis quicquam circa
annonam ſtatuere in præiudicium Pontificiæ, Imperialis,
ſeu Regalis Ciuitatis prohibendo ſubditis cuiuſcumque
annonæ extractionem, l. ex hoc iure. vbi Doctor. ff. de iuſti-
tia, & iure. Rolandus in conſilio tertio, libro tertio. Lader-
chius in conſilio ſeptuageſimo primo, numero ſexto. Auc-
nionen. deciſione 40. numero tertio, & per allegata ſupe-
rius, numero decimo quarto, & ſequen. & ſi aliter pro vti-
litate ſuorum ſubditorum prohibere poſſint, vt per Rolan
dum in conſil. 3. numero 14. & ſequen. & Nattam in conſi-
lij 642.

S V M M A R I V M.

1 *Agros vectigales, & non vectigales Ciuitates habent.*
2 *Agri vectigales, qui.*
3 *Agri non vectigales, qui.*
4 *Nummus, & numiſma publica res eſt, & quare inuenta.*
5 *Nummi æſtimationem non minuit vetuſtas, ſed pondus, & im proba ſpecies.*
6 *Solidi imminutio omnium ſpecierum imminutionem facit.*
7 *Solidorum omnium precium vniforme.*
8 *Pecunia publica fœneranda.*
9 *Inſolentia iniurioſa, & diligentia non ambitioſa.*
10 *Pecunia publica ſine pignoribus non credenda.*
11 *Ornatus Ciuium, & equorum qualis.*
12 *Arma à priuatis nec conficienda nec emenda.*
13 *Reſpublica vt pupilla iuuanda extra ordinem.*
14 *Reſpublica habet ius acquirendi, & poſſidendi.*
15 *Reſpublica præfertur Chirographarij creditoribus, limitatur.*

De alijs rebus Ciuitatum, tam publicis, quam priuatis, & de Ciuitatum priuilegijs. Tit. 43.

1 INter † Ciuitatum res ſunt, & Ciuitatum agri alij ve-
ctigales, alij non vectigales, l. 1. in princ. ff ſi ager vecti-
2 gal. vel emphyt. † Vectigales vocantur, qui in perpe-
tuum locantur, id eſt hac lege, vt quamdiu pro his vecti-
gal pendatur, tamdiu, neque ipſis, qui conduxerunt, ne-
que his, qui in locum eorum ſucceſſerint, auferri eus li-
3 ceat. † Non vectigales ſunt, qui ita colendi dantur, vt pri-
uati agros noſtros colendos dare ſolemus, dict. l. 1. §. 1. & 2.
4 † De nummo, ſeu numiſmate, tanquam publica de re nunc
dicendum. Et ſanè eius rationem eleganter reddit Paulus
I.C. dicens. Quia non ſemper, nec facilè concurrebat, vt
cum tu haberes, quod ego deſiderarem, inuicem ego ha-
berem, quod tu accipere velles, vt permutatio neceſſarij
cum neceſſario inter nos fieri poſſit, electa materia eſt, cu-
ius publica, ac perpetua æſtimatio difficultatibus permu-
tationum equalitate quantitatis ſubueniret, l. 1. in princip.
ff. de contrahen. empt. vbi Budæus. Nam Theſeus Rex A-
thenienſium X. ſecundum Plutarchum in eius Vita primus
ſtatuit nummum, bouemque in eo incidit anno mundi
2975. ſecundum Genebrardum in Chron. Ea n. quæ mate
ria forma publica percuſſa, vſum, dominiumque non tam
ex ſubſtantia præbet, quam ex quantitate, nec vltra merx
5 vtrumque eſt, ſed alterum precium vocatur. † Porrò æſti-
mationem non minuit vetuſtas, d. l. 1. Ideoque ſolidos vete
rum Principum à vendentibus ſine tergiuerſatione accipi o-
portet, modo ſi iuſti ponderis ſint, & ſpeciei probæ, l. 1. C.
6 de veteris numiſmate poteſtate. † Pro imminutione verò,
quæ in æſtimatione ſolidi tractatur, omnium quoque ſpe-
7 cierum precia decreſcere oportet, l. 2. C. eod. † Obryzato-
rum denique omnium ſolidorum vniforme precium po-
ſtulandum eſt, l. vniuerſos. 3. C. eod. Sed veterum collatio-
nem numiſmatum cum his, quæ modo expenduntur pu-
blica authoritate percuſſa, & plura nummorum aliquot no-
mina, præter ante dicta, profert Alexan. ab Alex. lib. 2. Ge-
nial. dierum, cap. 20. in fine, & libro 4. capit. 15. & Didacus,
8 Couarruuias in opuſculo. de veteri numiſmate. † Porrò
de pecunia fœneranda illud cauetur, vt ſi benè collocatæ
ſunt pecuniæ publicæ, in ſortem debitores non inquietern-
tur, & maximè ſi pariant vſuras, l. ſi benè. 33. ff. de vſuris,
leg. Caius 11. ff. eodem. Si non pariant, proſpicere Reipu-
blicæ ſecuritati debet Præſes Prouinciæ: dummodo non
acerbum ſe exactorem, nec contumelioſum præbeat, ſed
moderatum, & cum efficacia benignum, & cum inſtantia
9 humanum: † nam inter inſolentiam iniurioſam, & dili-
gentiam non ambitioſam multum intereſt, dict. l. 11. & No
uella conſtitut. 128. §. ac cum de Vrbibus vſque ad §. ad hæc
10 ſancimus. † Præterea proſpicere debet, ne pecuniæ publi-
cæ ſine pignoribus idoneis, vel hypothecis credantur. ſed
& plu-

Digitized by Google

& plura de publica pecunia conſtituenda, & cuſtodienda
11 tradit Iuſtinianus in ſuis Conſtitutionibus. † De veſtitu,
& ornatu Ciuium, & equorum nonnulla diſponuntur in
12 l. 1. C. nulli licere in frenis. † Nec non & de armis à priua-
tis non conficiendis, nec emendis diſponuntur in Nouella
c. 85 Magno illo Deo, & Seruatore noſtro, &c. De priuile-
13 gijs verò Ciuitatum ſuperſunt quædam. † nimirū, quod
Reſpublica, vt pupilla extra ordinem iuuetur, l. Rempubli
14 cā. 3. C. de iure Reipublicæ. † Quod vt priuatus ius acqui-
rendi, & poſſidendi habeat, l. 2. C. de diuerſis prædijs Vr-
15 banis. † Quod denique omnibus alijs creditoribus Chiro-
graph arijs præferatur, l. penul. in fine, ff. de priuilegijs cre
dit. l. 2. C. de debitor. Ciuit. Niſi concurrat cum fiſco, l. ſimi
le. 10. ff. ad municipalem, l. a. C. de iure Reipublicæ Vel niſi
bona debitoris ſint alij expreſsè pignori obligata, l. ſi igno-
rante. 3. C. de remiſſ. pignor. & per ea, quæ dicta ſunt ſu-
pra libro ſecundo, titu. 56. Sed & adſunt alia quædam pri-
uilegia Ciuitatis Nicęnſium in l. vltima, C. de diuerſis
prædijs vrbanis, & aliarum Ciuitatum, quæ ſunt iuris Ita-
lici, de quibus ſupra titu. 8. Sed & plura alia Ciuitatis iura,
& priuilegia habentur ſupra tit. 28. & tit. præcedenti. ha-
ctenus ideo de rebus Ciuitatum.

SVMMARIVM.

1 *Actus Ciuitatum, qui.*
2 *Conſultationes publicæ qualiter, & vbi agendæ.*
3 *Nundinæ franchæ, & liberæ.*
4 *Ruſtici venientes ad nundinas ſtatim ad opera reuerti iuben-
tur, nec non, & alij qui pro annona operantur.*
5 *Negociatores ad nundinas, & alij non ſunt conueniendi ab ali-
quo, nec moleſtandi.*
6 *Nundinæ in templis, & cæmeterijs non celebrandæ.*
7 *Ludi, & ſpectacula, vbi celebranda.*
8 *Pecunia ludis, & ſpectaculis deſtinata alios in vſus poteſt con-
uerti.*
9 *Spectacula cruenta prohibita omni iure.*
10 *Infauſtum, quod in ſpectaculis accidit non punitur.*
11 *Equi ad ludos deputati in alium vſum non vertendi.*
12 *Maiuma lætitia reddita.*
13 *Maiuma quid.*
14 *Feſti populi conuentus liciti.*
15 *Feriæ certæ indictæ ſeruandæ.*
16 *Feriarum dies, qui.*
17 *Res tempore perituras curare, licet diebus feriatis.*
18 *Emancipare, manumittere, tranſigi, & paciſci diebus feriatis
licet.*
19 *Ferias nullus iudex ſuo motu conſtituit.*
20 *Feſti dies Canonico iure indicti ſeruandi.*

De actibus Ciuitatum. Tit. 44.

1 DE actibus Ciuitatum ſupereſt, vt dicamus, † cuius
modi ſunt Conſultationes publicæ, muneta, & ho-
nores, nundinæ, ludi, & ſpectacula, conuentus, &
2 publicæ Ciuium lætitiæ, feriæ, & feſti dies, &c. † De Con-
ſultationibus ergo publicis, hoc præcipitur, vt in loco pu-
blico de communi vtilitate Prouincialium ſententia pro-
feratur, atque id, quod maioris partis probauerit aſſen-
ſus, ſolemnis firmet authoritas, l. ſi quod. 5. C. de legatis. l.
quoties. 6 C. eodem. Sed in templis habendæ non ſunt, ca-
pit. decet. 2. §. ceſſent. de immunitate Eccleſ. in 6. De nun-
dinis cauetur, quod non vtendo decem annis ius earum
3 amittitur, leg. prima, ff de nundinis. † Franchæ itaque, &
liberæ à tributis, & vectigalibus, & cum alijs priuilegijs à
Principe impetratæ per non vſum decennalem amittun-
4 tur, dicta lege prima. † Ruſtici quoque confeſtim, vbi de-
tulerint mercem, tradere eam, & ad opera ſua reuerti iu-
bentur, leg. ſecunda, ff. eodem. Si quis enim ipſos cultores
agrorum, vel piſcatores deferre vtenſilia in Ciuitatem iuſ-
ſerit, vt ea ipſi diſtrahant, deſtituetur annonæ præbitio,
cum auocentur ab opere ruſtico, dicta lege ſecunda. Sum-
mæ enim prudentiæ, & authoritatis apud Græcos Plato
cum inſtitueret quemadmodum Ciuitas benè, beatèque
habitari poſſet, in primis hos negociatores neceſſarios di-
xit. Sic enim libro ſecundo in tranſlatione Latina, inquit.
Pluribus ſanè non Agricolis tantum, ſed etiam opificibus
opus eſt, adeoque alijs quoque miniſtris, tum qui impor-
tent ſingula, tum qui exportent. Hi verò mercatores
ſunt. At verò agricola ſi quid eorum, quæ effingit, aut
quis alius opificum in forum deferat, niſi eodem tempore
adueniat, quò alij eius rei indigentia adducti cum eo con-
trahant, neglectu ne domi artificio iners in foro deſidebit?
minimè. Sed ſunt, qui cum hoc videant, huic ſe miniſterio
5 ſubmittant. † Illud etiam de nundinis eſt notandum,
quod tempore nundinarum negociatores, & alij ad nun-
dinas concurrentes non poſſint ibi ex ante geſto conueni-
ri, leg. prima, C. de nundinis. Quod idem ſtatutum eſt de
emporijs, ſeu vt vulgus dicit, de mercatibus publicis, quæ
exercentur ſingulis hebdomadis in Ciuitatibus. Nam con-
currentes ad ea ſub prætextu priuati ante contracti debi-
6 ti non ſunt moleſtandi, dicta leg. prima. † Verum non in
templis, nec in Cœmeterijs ſunt celebrandæ, cap. decet. 2.
7 §. ceſſent, de immunitate Eccleſ. in 6. † De ludis, & ſpecta-
culis illud cauetur, ne in loco, in quo Principis imagines
conſecrantur, ludi, vel ſpectacula fiant, aut hiſtriones, vi-
leſve picturæ introducantur, leg. ſi qua. 4. C de ſpectacu-
lis. Ne ludi ex Ciuitatibus in oppida transferantur, leg. ne-
8 mo 5. C. eodem. † Vt pecunia ſpectaculis deputata neceſ-
ſitate exigente in refectionem murorum collocetur, ijſque
refectis priſtinę cauſæ reſtituatur, leg. prima, C. de expenſ.
9 public. ludor. † Vt cruenta ſpectacula gladiatorum ceſ-
ſent, leg. prima, C. de gladiator. Spectacula enim non pro-
hibentur incruenta, leg. prima, C. de ſpecta. Extrauagant.
10 Ioannis XXII. de torneamentis. † Deſeruientes enim ſa-
cris ludis permiſſis, ſi quid in illis agendis infauſtum acci-
derit, nullo afficiuntur ſupplicio, leg. ſecunda, C. de ſpecta-
11 culis. † Et Equi ad ludos deputati, non ſunt in priuatum
commodum vtendi, leg. quiſquis. 3. Cod. de ſpectaculis.
12 † Maiumæ Prouincialibus lætitia reddita eſt, ita tamen, vt
ſeruetur honeſtas, & verecundia caſtis moribus perſeue-
13 ret, leg. prima, C. de maiuma. † Eſt enim maiuma feſtiui-
tas, quæ fit Romæ Maio menſe. Nam Romani maritimā
Vrbem adeuntes Hoſtiam, inter aquas voluptatibus in-
cumbebant, inuicem ſe ſe inuadentes. Quam quidem ſo-
lemnitatem ſubſtulit Anaſtaſius Imperator. Sed & in
diem præſentem, quercum Calendis Maij ludentes in Vr-
bem iuuenes portant, erigunt, & proſiliunt. Et Eluetij Sū-
mi Pontificis ſpiculatores illam plenam varijs volatilibus,
& exculentis alijs onuſtam cum, militari pompa deferunt
in Atrium Pontificis, illoque ſpectante erigunt, & firmāt,
data omnibus licentia aggrediendi, & auferendi anima-
lia, exculenta, & arborem. Quod fit non ſine certamine,
& diſcrimine iuuenum ludentium. Quale huiuſmodi fe-
ſtum eſſet oſtendit Alciatus ex Suida libro quinto parer-
gon iuris, cap. primo, & in titul. C. de maiuma. Hæc eadem
feſtiuitas floralia dici, quod omnes maiuma floribus cele-
brent, teſtis eſt Gyrald. hiſt. Deorum Syntag. 1. In illo men
ſe Maio in Orbe terrarum vniuerſo fiunt ioci aliqui, ludi,
& feſtiuitates propter ſpem futuræ meſſis, quam menſis
proximam hominibus oſtendit. Et Romani diebus Domi-
nicis totius menſis adhuc confluunt ad quemdam amœ-
num locum nuncupatum Caſarella, ibique omnes ſub ar-
borum vmbris, vel propè fontem viuum ampliſſimis her-
boſis, & florentibus pratis circumdatum inſident, vel per
prata tripudiantes choreas, & iocos trahunt, nobilibus do-
minis ruris à quorum familia Villa nomen ducit, nemini
reſiſtentibus, quamuis non mediocre damnum ex hac po-
14 puli lætitia ſubſtineant. † Porrò feſtos conuentus Ciuium,
& communem omnium lætitiam leges permittunt, dum-
modo abſit ſuperſtitio, & ſacrificium, leg. vt prophanos.
4. C. de ſacrific paganorum, & Alexan. ab Alexand. omnis
antiquitatis indagator in libro quarto, Genial. dierum, ca-
pit. ſeptimo, & octauo, plures profert veterum Romano-
rum feſtos dies, atque publicos ludos, & in libro quinto,
capit. decimo ſexto, quem primus legem theatralem tule-
rit, & quot leges plebem ab optimatibus diſtinxerint lu-
15 culenter prodit. † Feriæ quoque certæ indictæ ſunt, in
quibus niſi feriatum fuerit, pœna legibus definita com-
16 mittitur. † Sunt feriarum dies hi. Dies Dominicus, ſiue
Solis, leg. ſecunda, in principio, & l. 8. C. de ferijs, leg. omnes
dies. 7. §. dies ſolis, l. dies 10. C. eodem. Quo prætermiſſo Ec-
cleſiæ conuentu non eſt eundum ad ſpectacula. vt de con-
ſecrat. diſt. 1 c. qui die ſolemni. Immo illo die prohibent ir
celebrari, d. l. 10. & nos in gloſ. ſtatuti Vrbis libro 1. cap. 58.

Item Calēdæ Ianuariæ, quindecim dies paſchales, dies Na-
talis, & Epiphaniarum Chriſti d.l.omnes 7. C.de ferijs, &
alij ſimiles, in quibus tum à forenſibus, tum ab alijs nego-
cijs ceſſandum eſt d.l.7.& d.l.10.& toto tit.C.de ferijs Sed
& à ſpectaculis, & obſcenis voluptatibus ſub pœna amiſ-
ſionis militiæ, & bonorum ceſſandum eſt l.8.& 10. C. de
ferijs, & nos in d.glo.& quod in hiſce diebus geſtum erit,
17 nullius cenſetur eſſe momenti l.2.in fine C.eodem.† Exci-
piuntur tamen res tempore perituræ, quas diebus feriatis
curare prohibitum non eſt leg.omnes 3.C.eod. Item ope-
18 ra ruſtica d.leg.3.† Emancipationes, manumiſſiones l.2.
in princip.& leg.actus 8.C.eodem pacta, & tranſactiones
d.l.10.§.pacta conferant C.de ferijs capi.licet capit.vltim.
eod.titu.concordantque cum citatis legibus. Item & bella
iuſta, quæ in neceſſitate etiam diebus feſtis geri poſſunt te
ſte Diuo Thoma in 2.2.quæſt.40.articu.4.& ſupra lib.5.ti
tulo 1 numero 9. Non enim excipiuntur exactiones debiti
neque ludi, vel ſpectacula, vel etiam obſcenæ voluptates,
19 vt diximus d.leg.10.& l.omnes 7.§.fin.† A nullo autem iu
dice præſumi debet, vt authoritate ſua ferias aliquas con-
dat: non enim Imperiales ferias vocari oportet, quas admi-
niſtrator edixerit: ac per hoc, ſi nomine eximantur care-
bunt effectu etiam, & fructu l.à nullo 4.C.de ferijs. Sed de
20 ferijs plura dicta ſunt etiam ſupra lib.2.titu.1. † Verum
quia feſti, dies plures iure canonico, quam ciuili iure indi-
cuntur propter auctum Sanctorum numerum, ideo in illis
cuſtodiendis cum ante dicta diſtinctione erit ius canonicū
obſeruandum, vt in cap.1.2.& toto tit.de ferijs, vt & ſecun
dum leges diſponitur.

S V M M A R I V M.

1 *Munus quot modis dicatur.*
2 *Honor municipalis, quid ſit.*
3 *Vacatio muneris quid.*
4 *Munus duplex.*
5 *Munus publicum quid.*
6 *Munus eſt cura extruendi, vel reficiendi opera publica.*
7 *Iudicare munus publicum eſt.*
8 *Tutela munus publicum eſt.*
9 *Munus publicum ſiue ciuile triplex.*
10 *Munera perſonalia, quæ & quot longo ordine referun-
tur.*
11 *Munera patrimonialia, quæ & quot.*
12 *Munera mixta partim perſonalia partim patrimonialia, quæ.*

De muneribus, & honoribus. Titulus 45.

1 MVnus † tribus modis accipitur. Vno donum, & in-
de munera dicuntur dari mittine. Altero onus, qd
cum remittatur, vacationem militiæ munerisque
præſtat, inde immunitas appellatur l.munus 18. ff.de ver-
bor.ſignifi.vbi glo.Alciatus, & Rebuffus. Tertio officium
dicitur, vnde munera militaria, & quoſdam milites muni-
fices vocamus d l.18.§.tertio. Igitur & municipes dicūtur,
quod munera Ciuilia capiant d.l.18.in fine, & teſte Vlpia
no in l.munus 214 ff.eod.titu.propriè eſt, quod neceſſariè
obimus lege, more, imperioue eius, qui iubendi habet po-
teſtatem. Dona autem ſunt, quæ nulla neceſſitate iuris
officij, ſed ſponte præſtantur, quæ ſi non præſtentur, nulla
repræhenſio eſt, & ſi præſtentur plerumque laus ineſt. Sed
in ſumma in hoc ventum eſt, vt non quodcunque munus,
id & donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus
2 rectè dicatur d.l.munus 214.† Honor verò municipalis eſt
adminiſtratio reipublicę cum dignitatis gradu, ſiue cum
ſumptu, ſiue ſine erogatione contingens, qui muneris ap-
pellatione non continetur l.honor 14 ff.de munerib.& ho-
3 norib.† Ideoq.cui muneris publici vacatio datur, ei nō re-
mittitur, ne magiſtratus fiat: quia id magis ad honorem,
quam ad munus pertinet. Cætera omnia, quæ ad tempus
extra ordinem exiguntur, veluti munitio viarum, ab hu-
iuſmodi perſona exigenda non ſunt leg.cui muneris 12 ff.
4 eodem. † Portò munus aut publicum eſt, aut priuatum.
5 † Publicum munus dicitur, quod in adminiſtratione reipu
blicæ cum ſumptu ſine titulo dignitatis ſubimus d.l.1.§.1.
ſeu eſt officium priuati hominis, ex quo commodum ad
ſingulos, vniuerſosque ciues, remque eorum imperio ma-
giſtratus extraordinario peruenit, d.§.1.& l.pupillus 139.
6 §.munus, ff.de verbor.ſignificat. † Huius generis eſt cura
extruendi, vel reficiendi opera in ciuitate, leg.cura 4. ff.de
7 munerib.& honorib.† Sed & iudicare munus publicū eſt,
8 leg.quippe 78.ff.de iudicijs.† & tutelam, & curam placuit
munus eſſe. Inſt.de excuſat. tutor. in princip. de quo dixi-
9 mus in tractatu de tutela, & cura, libr.1.tit.1. † In ſumma
publica, ſiue ciuilia munera triplicia ſunt: perſonalia ni-
mirum, patrimoniorum, & mixta, l.munerum 18.in prin-
10 cip.ff.de munerib.& honorib. † Perſonalia munera ſunt,
quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione ſi-
ne aliquo gerentis detrimento expediuntur, d.l.18.leg.1.&
l.6.§.ſciendum, ff.eod.& d.l.1.§.illud tenendum, & d.l.18.
§.1. Veluti tutela, cura, Calendarij curatio.dicta l.18.§.1.
Quæſtura quoque in quibuſdam Ciuitatibus inter hono-
res non habetur, ſed perſonale munus eſt, dicto §.1.ver.&
quæſtura. Tyronum ſiue equorum productio, & ſi qua a-
lia animalia neceſſaria producenda, vel res peruehendæ
ſiue perſequendæ ſunt, vel pecuniæ fiſcalis, ſiue annonæ,
vel veſtis, perſonale munus eſt, dicto §.primo, ver. Tyronū.
Curſus vehicularis ſolicitudo, item angariarum præbitio
perſonale munus eſt; cura quoque emendi frumenti, & o-
lei; nam & harum ſpecierum curatores creari moris eſt,
dicto §.primo, in fine. Sed & inter perſonalia munera in
quibuſdam Ciuitatibus numeratur calefactio publici
balnei, ſi ex redditibus Ciuitatis alicuius curatori pecunia
ſubminiſtratur: item cura cuſtodiendi aquæductus. Ire-
narchæ quoque qui diſciplinæ publicæ, & corrigendis mo
ribus præficiuntur, ſed & qui ad faciendas vias eligi ſolēt
perſonale munus ſubſtinent: cum nihil de proprio patri-
monio in hoc munere conferant, dicta leg.18.§.inter per-
ſonalia. Item Epiſcopi qui præſunt pani, & cæteris venali-
bus rebus, quæ Ciuitatum populis ad quotidianum victū
vſui ſunt, perſonalibus muneribus funguntur, dicto §.in-
ter perſonalia ibi.item Epiſcopi. Qui annonam ſuſcipit,
vel exigit, vel erogat, & exactores pecuniæ pro capitibus
perſonalis muneris ſolicitudinem ſubſtinent, dicta leg.18.
§.qui annonam, l.1.§ primo, & §.æquè ff.de muneribus, &
honoribus. Sed & curatores, qui ad colligendos Ciuitatū
publicos redditus eligi ſolent perſonali muneri ſubiiguntur,
dicta leg.18.§ ſed & curatores Hi quoque qui cuſto-
des ædium, Archiotæ, vel Logographi, vel tabularij, vel
Xenoparochi (vt in quibuſdam Ciuitatibus) vel Lime-
narchæ, vel curatores ad extruenda, vel reficienda ædificia
publica, ſiue palatia, ſiue naualia, vel manſiones deſtinan-
tur (ſi tamen pecuniam publicam in operis fabricam ero-
gent) & qui faciendis, vel reficiendis nauibus, vbi vſus
exigit, præficiuntur, muneribus perſonalibus adſtringun-
tur. Sunt Archiotæ archiuiorum cuſtodes, leg.vltim. §.hi
quoque, ff.de muneribus, & honorib.& ita arguit ex leg.9.
§.non nunquam, ff.de pœnis, & ex Nouella conſtit.15. Al-
ciatus. Logographi ſunt qui libros rationum ſcribunt Al-
ciat.in titul. C.de tabul. ſcrib. & Logograp.libro decimo,
Limenarchæ verò ſunt, qui oræ præſunt maritimæ, maxi-
mè in hoſtium confinio. de his habetur in dicta leg.mune-
rum, §.qui annonam, ff.de muneribus, & honorib. in l.Li-
menarchæ, ff.de ſeruis fugitiuis, & in l.non idcirco, C.de
liberali cauſa. Camelelaſia quoque ſimiliter perſonale
munus eſt tnam ratione habita.& alimentorum, & came-
lorum, certa pecunia Camelarijs dari debet, vt ſolo corpo-
ris miniſterio obligentur. Hos ex alio ordine vocari, nec vl-
la excuſatione liberari, niſi ſola læſi, & inutilis corporis in-
firmitate, ſpecialiter expreſſum, dicta l.18.§.Camelelaſia.
ff.de munerib.& honorib. Eſt enim Camelalaſia camelo-
rum curatio, & præfectura. Cuiac.libro 9. obſeruat.cap.9.
Legati quoque, qui ad ſacrarium Principis mittūtur: quia
viaticum (quod legatiuum dicitur) interdum ſolent acci-
pere, munus perſonale dicuntur ſubſtinere, d.l.18.§.legati.
Sed & Nicoſtrategi, & piſtrinorum curatores perſonale
munus ineunt. d.§ legati. Defenſores quoque quos Græci
ſyndicos appellant, & qui ad certā cauſam agendam, vel
defendendā eliguntur, laborem perſonalis muneris aggre
diuntur, d.l muneruni 18. §.defenſores, ff.de munerib.&
honorib. Iudicādi quoq; neceſſitas inter munera perſona-
lia

lia habetur, dict. l. 18. §. iudicandi. Si quis etiam fuerit electus, vt compellat eos, qui propè viam publicam poſſident, ſternere vias perſonale munus eſt. Pari modo, qui acceptandis, ſiue ſuſcipiendis cenſualibus profeſſionibus deſtinantur, ad perſonalis muneris ſolicitudinem animum intendunt, dicta leg. 18. §. ſi quis etiam. Maſtigophori quoque qui agonothetas in certaminibus comitantur, & ſcribæ magiſtratus, perſonali muneri ſeruiunt: item is, cuius officio in bonis vſucapiones interpellantur, ac ne debitores liberentur, prouidetur, dicta leg. 18. §. maſtigophori. Sunt enim hi Lictores, qui virgas in ſacris certaminibus ferebant, quibus turbam ſummouerent, vt faciunt hodie ſpiculatores Principum verberando. Agonothetæ verò dicuntur, qui certamen conſtituunt, & deſignant, certaminibuſque præſident. & Tertullian. in lib. ad Martyr. Bonum, inquit, agonem ſubituræ eſtis in quo Agonothetes Deus viuus eſt. Et præmia, quæ his iam euictis diſtribuebantur, dicebantur Agonothetica, quæ ipſi Agonothetæ Athletis adiudicabant. Alciat. in l. iubemus, C. de fundo patrimoniali libro vndecimo. Item & Carboniano edicto bonorum poſſeſſione petita, ſi ſatis non detur, cuſtodiendis bonis curator datur, perſonali fungitur munere, leg. prima, §. æquè ibi. item ex Carboniano, ff. de muneribus, & honoribus. His ſimiles ſunt bonis dati curatores, quæ fuerunt eius, qui ab hoſtibus captus eſt, & reuerti ſperatur, dicta leg. prima, §. his ſimiles. Item cuſtodiendis ab eo relictis, cui nec dum quiſquam ciuili, vel honorario iure ſucceſſit curatores conſtituti, dicta leg. prima, §. item cuſtodiendis. Æquè perſonale munus eſt annonæ diuiſio, cura prædiorum publicorum, publicæ viæ muniendæ, arcæ frumentariæ, & quæcumque aliæ curæ ſunt ſimiles iſtis, dicta l. 1. §. 1. Ex his enim, quæ retulimus hic, & in tractatu de tutela, & cura libro primo, titu. 13. Cætera per leges cuiuſque Ciuitatis, & ex conſuetudine longa intelligi

11 poterunt. † Patrimoniorum ſunt munera, quæ ſumptibus patrimonij, & damni adminiſtrantis expediuntur, l. munerum. 18. §. patrimoniorum, ff. de muneribus, & honoribus, leg. prima, §. illud tenendum, ff. eodem. Munera autem, quæ patrimonijs indicuntur, duplicia ſunt. Nam quædam poſſeſſoribus iniunguntur, ſiue municipes ſint, ſiue non ſint: quædam non niſi municipibus, vel incolis, l. reſcripto. 6. §. final. ff. de muneribus, & honoribus, dicta leg. 18. §. patrimoniorum. Intributiones, quæ ex agris ſiũt, vel ædificijs, poſſeſſoribus indicuntur, munera verò, quæ patrimoniorum habentur, non alijs, quam municipibus, vel incolis, dicto §. final. & dicto §. patrimoniorum. Prioris etiam generis ſunt agminales, ſiue curiales æqui alendi, mulæ, angariæ, atque veredi, dicto §. patrimoniorum, & leg. quarta, C. de muneribus patrimon. Angaria vox Perſica eſt, ex qua Latini formarunt verbum angario, id eſt, cogo, vt apud Matth. 27 Lucam 15. Angariauerunt Simonem quendam Cyreneum, vt tolleret Crucem Ieſu, & Vlpianus libro 50. ff. de priuileg. veter. Naues, inquit eorum angariari poſſe, Aelio Firmio, & Antonio Claro Veteranis reſcriptum eſt. Et eſt propriè angaria omnis ſeruitus coacta, & operæ publicæ ob negocium aliquod obortum, cui celeriter prouidendum eſt, impoſitæ, a quibus nemo excuſatur, leg. vndecima, C. de ſacroſanct. Eccleſ. prouidendum eſt, videlicet, vel perſonaliter, vel nauibus, vel iumentis ſecundum Alciat. Accurſium, & Cuiac. in l. nullus, C. de fabricenſ. leg. penultima, ff. de priuat. Ver. & in procemio, titul. de curſu public. C. libro 11. Sunt enim Veredi publici Equi curſales, nunc *poſta*, leg. 8. C. de curſu publico. Prima origo nominis Veredorum, quod vehebant, ſiue ducant rhedas, prouenit. Sed & cœpere appellari etiam ſine rheda Cuiac. in rubric. C. de curſu public. Præterea habent Ciuitates quædam prærogatiuam, vt hi, qui in territorio earum poſſident, certum quid frumenti pro menſura agri per ſingulos annos præbeant, quod genus collationis, muneris poſſeſſionis eſt, dicto §. patrimoniorum, ibi. præterea. Patrimonij ſunt munera rei vehicularis, item nauicularis, decemprimatus, l. 1. in principio, ff. de muneribus, & honoribus. Decemprimi enim ſunt, qui tributorum exactioni ita præſunt, vt ſi qua detrimenta fiſcus defunctorum culpa contraheret, ipſi ſuis ſumptibus reſarcirent. Eorum namque adminiſtratione nequaquam in Reipublicæ gubernatione, Ciuitateque regenda, ac defendenda verſabatur, ſed potius in ſumptibus Reipublicæ cauſa faciendis, nimirum ſi inter patrimonialia munera ibi numeretur. Decaprotum fieri etiam patrimonij onus eſt, ideoque minor viginti quinque annis fieri poteſt, non militans tamen, l. Decaprotos. 3. ff. de muneribus, & honoribus. Sunt enim Decaproti, & Iſocaproti tributa exigentes, & corporale miniſterium gerunt, & pro omnibus defunctorum fiſcalia detrimenta reſarciũt, dicta leg. 18. §. 3. ff. de muneribus, & honoribus, & Cicero pro Roſcio. Itaque decurionum ſtatim decretum fit, vt decemprimi proficiſcantur ad L. Syllam. Exactionem tributorum, & extraordinarias indictiones patrimonij onus eſſe conſtat, dicto §. Decaprotos. Item munus hoſpitis in domo recipiendi, dicta lege tertia, §. munus. Item viarum muniones, prædiorum collationes non perſonæ, ſed locorum munera ſunt, leg. honor. 14. §. viarum, ff. de muneribus, & honoribus. Elæemporia hoſpitatura apud Alexandrinos patrimonij munus æſtimatur, dicta lege munerum. 18. §. Elæemporia Item & Opſronia, id eſt olei, & legumina coemenda cura. Suſceptores quoque vini per Prouinciam Africam munus gerunt, dicto §. Elæemporia. Sed & Protaſtaſiæ, vel Sacerdotiæ munus non corporale, ſed tantum patrimonij eſſe conſtat, leg. nec protaſtaſiæ 8. C. de muneribus patrimonialib. Eſt protaſtaſia quædam auxiliaris turma, vt notat ibi Alciatus. Sacerdotiæ verò fuerunt apud illos qualia nunc nos Chriſtiani beneficia vocamus, tranſlata ab Apoſtolis ad Dei cultum, vt Flamines Archiflamines, & ſimiles, vt latis in libro tertio, titulo 120. numero decimo quarto dictum fuit. Superindictiones quoque patrimonij ſunt munera, leg. vltima, C. de in oneribus, & honoribus. Eſt enim ſuperindictum, ſeu ſuperindictio extraordinarium munus vltra ſolitam, & Canonicam collationem indictum, lege prima, C. de indictio. libro decimo, leg. prima, C. de ſuperindicto, vbi Cuiac facit diſcrimen inter ſuperindictum, & ſuperindictionem.

12 † Mixta munera ſunt, id eſt perſonalia, & patrimonialia ſimul Decemprimatus, Vigintiprimatus, vt Herennius Modeſtinus, & notando, & diſputando benè, & optima ratione decreuit, & erant Decemprimi decem viri ex Decurionum ordine conſtituti, qui tributorum exactioni præerant. Nam Decaproti, & Icoſaproti tributa exigentes, & corporale miniſterium gerunt, & pro muneribus defunctorum fiſcalia detrimenta reſarciunt, vt meritò inter mixta hoc munus numerari debeat. Sed & quæ ſupra perſonalia eſſe diximus, ſi hi, qui funguntur ex lege Ciuitatis ſuæ, vel more quid de proprijs facultatibus impenſæ faciunt, vel annonam exigentes deſertorum prædiorum damnum ſubſtinent, mixtorum definitione continebuntur, d. l. munerum. 18. §. mixta, ff. de munerib. & honorib. & de his hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Munera, & honores à quo, & qualiter iniungendi.*
2 *Nominatio ad munera, & honores facienda ante iniunctionem.*
3 *In muneribus iniungendis, quæ conſideranda.*
4 *Operarum præbitio a Ciuibus non exigenda.*
5 *Romulus de ſtatu Reſpublicæ cogitauit, vt paci, & bello idoneus eſſet.*
6 *Diuiſio multitudinis facta à Romulo cum aſſignatione Ducis.*
7 *Tribus, Curia, & Decuria.*
8 *Patres, & plebei.*
9 *Patricij ſub ſe plebeios habent.*
10 *Magiſtratus.*
11 *Patres conſcripti.*
12 *Patriciorum officia.*
13 *Plebeiorum officia.*
14 *Ciues immunes ab operarum præbitione.*
15 *Gleba, & follis quid.*
16 *Municeps muneris particeps.*
17 *Municeps vnuſquiſque ſuæ Ciuitatis, & municipium Ciuitas.*
18 *Municipes Ciues.*
19 *Municipem quid faciat.*
20 *Mulier nupta ſequitur virum in muneribus.*
21 *Vicus ſequitur Ciuitatem, cuius Vicus eſt.*

22 *Adoptiuus ad quæ munera teneatur.*
23 *Libertini patronorum originem ſequuntur in muneribus.*
24 *Res patronorum muneribus libertorum non ſunt ſubiecta.*
25 *Adoptione ius originis non mutatur.*
26 *Originis aſſumptio non perimit veritatem.*
27 *Mendacio, vel errore origo non amittitur.*
28 *Similitudo nominis non probat.*
29 *Municeps, & incola vtrobique munera ferunt.*
30 *Incola quis.*
31 *Domicilium, vbi quis habere dicitur.*
32 *Senatores in Vrbe domicilium quocumque vadant habent.*
33 *Miles, vbi meret domicilium habet.*
34 *Relegatus, vbi domicilium habet.*
35 *Domicilium poteſt quis mutare, limitatur.*
36 *Incolatus an poſſit renunciari.*
37 *Domicilium re, & facto transfertur, ac permutatur.*
38 *Morans in territorio non eſt incola Ciuitatis.*
39 *Morans in Ciuitate cauſa ſtudij, vel alia, non eſt incola.*
40 *Filiusfamilias domicilium vbicumque habere poteſt.*
41 *Romani origine, vbique munera ſubeunt Vrbis.*
42 *Domus ſola non facit domicilium, nec poſſeſſio, limitatur.*
43 *Domicilium patris alibi non obligat filium.*
44 *Filius ſequitur Ciuitatem non domicilium patris.*
45 *Liberti domicilium, & originem patroni ſequuntur.*
46 *Mulier quamdiu nupta ſequitur domicilium viri; & vidua retinet.*
47 *Mulier quando ſequatur originem propriam.*
48 *Sponſa ſequitur propriam originem.*
49 *Fœneratores munera patrimonialia ſubeunt.*
50 *Cogendi omnes ad munera, qui excuſationem non habent.*
51 *Cautio Rempublicam ſaluam fore ab omnibus praſtanda, limitatur.*
52 *Cauere nemo cogendus inuitus pro alio.*
53 *Sumptus quos vnus fecit pro virili à conſortibus recuperat.*
54 *Magiſtratus dolum, & negligentiam latam Reipublica praſtat & diligentiam debet.*
55 *Periculum debitorum Reipublica ſpectat ad magiſtratum, & illius fideiuſſores, limitatur.*
56 *Fideiuſſores non tenentur pro ſucceſſore in magiſtratu, pro quo non obligarunt.*
57 *Pater an teneatur pro filio in magiſtratu electo.*
58 *Geſtum in Republica quid dicatur.*
59 *Pater filio Decurioni ſumptus miniſtrat.*
60 *Pater quando dicatur conſentire filium magiſtratum fieri.*
61 *Adoptans decurionem onus ſuſcipit.*
61 *Vitricus onera ciuilia priuigni non ſuſcipit.*
63 *Pater verus non tenetur de omnibus oneribus, de quibus filius.*
64 *Hæres patris pro muneribus filij ſuſceptis poſt mortem non tenetur, limitatur.*
65 *Hæredes illius qui munus ſuſcepit ſunt obligati, limitatur.*
66 *Pœna non tranſit ad hæredes.*
67 *Nominator ad munus tenetur pro nominato.*
68 *Pœna non tranſit ad nominatorem, nec ad fideiuſſorem.*
69 *Caſus fortuitus nemo praſtare debet.*
70 *Collega ex mala muneris adminiſtratione Collega conuenitur.*
71 *Magiſtratuum officium indiuiduum eſt, & periculum commune, limitatur.*
72 *Munus ſuſcipere detrectans tenetur ad damnum, ſi quid acciderit.*
73 *Reipublica ius pacto mutari non poteſt.*
74 *Succeſſor in munere anteceſſoris factum non praſtat, limitatur.*
75 *Vxor pro marito decurione non conuenitur.*
76 *Frater pro fratre decurione non conuenitur.*
77 *Conuentus pro munere adminiſtrato ad quid teneatur.*

De muneribus, & honoribus iniungendis, & nominatione facienda. Tit. 46.

1 AD Prouinciæ † Præſidis officium pertinet prouidere, vt munera, & honores in Ciuitatibus æqualiter per vices ſecundum ætates, & dignitates, aut
gradus munerum, honorumque, qui antiquitus ſtatuti
ſunt, iniungantur, ne ſine diſcrimine, & frequenter his oppreſſis, ſimul viris, & viribus Reſpublicæ deſtituantur, l.
& qui. 3. §. Præſes, ff. de muneribus, & honoribus. Sicut
enim Princeps ipſe in magiſtratibus diſtribuendis ordinem iuſtum, & à legibus definitum ſeruare intendit, vt dictum fuit ſupra libro 1. titul. 4. & Summus Pontifex ordines, dignitates, & prælaturas Eccleſiaſticas digniſſimis cōferre præſumit, vt debet, ſicut dictum fuit ſupra libro 3.
titu. 2. 4. 8. & ſequentibus, ita Præſidentes in Prouincijs, &
Epiſcopi in eorum diœceſibus in diſtributionibus munerum, honorum, & dignitatum, quarum diſtributio ad ipſos pertinet eundem, & Summi Pontificis, & Principis
præſcriptum ordinem ſeruare tenentur, vt vbique Chri-
2 ſtiana Reſpublica ſeruetur incolumis. † Obſeruare item
oportebit magiſtratus, vt decurionibus ſolemniter in Curiam conuocatis, nominationem ad certa munera faciant,
eamque ſtatim in notitiam eius, qui fuerit nominatus, per
officialem publicum perferri curent: habituro appellandi, ſi voluerit, atque agendi facultatem apud Præſidem
cauſam ſuam iure conſueto, quem ſi conſtiterit nominari
minimè debuiſſe, ſumptum litis eidem à nominatore reſtitui oportebit, leg. ſecunda, C. de decurionibus. Et ideo ante tres menſes, quam adminiſtratio ſuſcipienda eſt, erit
nominatio facienda; leg. prima, C. de magiſtrat. munici-
3 pal. † De honoribus autem, ſiue muneribus iniungendis
cum quæritur, in primis conſideranda perſona eſt eius, cui
defertur honor; ſeu muneris adminiſtratio: item originalium: facultates quoque, an ſufficere iniuncto muneri
poſſint: item lex, ſecundum quam muneribus quiſque
fungi debeat, l. honor. 14. §. de honoribus, ff. de muneribus,
4 & honoribus. † Planè operarum præbitio à Ciuibus exigenda non eſt, nec vt actus Reipublicæ à libero homine geratur, leg. prima, C. ne oper. à collat. exig. leg. prima, & ſe-
5 cunda, C. ne quis liber inuitus. † Nam Romulus primus
Rex, & Vrbis conditor cogitans, quod non ſatis eſt Ciuitatem mœnibus, ac amplis, profundiſque foſſis munire,
verum oportere quoque eandem bellorum potentia,
quæ fortitudine paratur, & aſſiduo ſtudio, in ciuilibus
perturbationibus concordia Ciuium corroborare, & firmare. Primo igitur de tali Reipublicæ ſtatu cogitauit, qui
& paci, atque bello idoneus eſſet maximè, & commodus.
6 Eum igitur talem inſtituit. † In tres partes diuiſa vniuerſa multitudine, ſingulis præclarum aliquem Virum Ducem præpoſuit. Deinde vnamquamque rurſus in decem
7 partibus, totidem fortiſſimos viros ei præfecit. † Has Curias, illas Tribus vocari voluit. Diuiſæ autem ſunt rurſus
Curiæ in Decurias, vocabaturque ſingularum Præfectus
Decurio. Poſtquam autem hoc modo omnes in Tribus, &
Curias deſcripſiſſet, populum Vrbanum vniuerſum in
triginta æquales partes diſtribuit, ac ſingulis Curijs ſuam
partem attribuit: exempta ex ſingulis tantulla portione,
quæ ſufficeret templis, delubriſque conſtituendis, ſimulque parte aliqua in commune relicta. Deinde ſingulis
Curijs ſacra ſua conſtituit, ſuoſque cuique diuinis, quos
venerari ſemper deberent, aſſignans: & ſacris faciendis
certos ſumptus definiuit, quos ex ærario ſuppeditari o-
8 porteret. † Tertio Illuſtres genere, & virtute Claros,
opibuſque, vt tum ferebant tempora, abundantes,
quibus eſſent liberi, ſecreuit ab obſcuris, egenis, & humilibus. Inferioris fortunæ homines plebeios vocauit,
potioris vero, Patres: ſiue quod ætate anteirent alios,
ſiue quod haberent liberos, ſiue propter nobilitatem
generis, ſiue propter hæc omnia, vel ob ſolam virtu-
9 tem. † Hi deinde Patricij dici cœperunt. Plebeios ſub
commendatione Patriciorum eſſe voluit, optione vulgò data, vt quem quis vellet Patronum ſibi eligeret:
Hic clienti ſuo de iure interrogatus reſpondebat, nec
10 non alijs iuuabat rebus. † Quarto Magiſtratus præfecit, vt eſſent, quibuſcum adminiſtraret Rempublicam.
Secreuit ita centum Viros ex ordine Patricio, ratione hac adhibita. Ex omnibus vnum præcipuè declarauit, cui rerum Vrbanarum regimen committeret,
quoties ipſe foras exercitum duceret. Præterea Tribum
vnamquamque iuſſit tres Viros ſeligere, qui per ætatem maximè ſaperent, & genere præcellerent. Poſt
hos nouem, mandauit ſingulis Curijs, vt è Patricijs ternos eligerent, adiectiſque ad illos nouem, quos tribus
lege-

11 legerant. † His nonaginta promotis, centenarium exple-
uit Senatorum numerum, & hi electi. Patres conſcripti
vocati ſunt. Condita itaque, & diuiſa Ciuitate, inſtitutis ſa
cris, & ordine facto inter ciues, leges tulit, inter quas quod
12 attinet ad munera, & honores legitur hæc. † Vt Patricij ſa
cra curarent, magiſtratus gererent, ius redderent, ſecum
13 Rempublicam adminiſtrarent, res Vrbanas obirent. † Ple
bei verò ab iis negotiis immunes, quippe qui talium im-
periti eſſent, nec vacaret eis propter inopiam, agros cole-
rent, pecora alerent, exercerent que ſumptuoſa opificia: vt ſ e-
ela re explicat Alex. ab Alex. lib. 1. Genial. dierum. c. 16. &
14 17. & lib. 5. c. 18. † Exinde obſeruatum eſt, vt ſemper, & v-
bique Ciues à præbitione operarum ſint immunes, vt in d.
l. 1. C. ne operæ collat. exig. Vtpote occupati pro plebe in
aliis dignioribus magiſteriis. Item ſi cui Reſpublica neceſ-
ſitatem impoſuerit ſtatuarum Principi ponendarum, qui
non promiſit: non eſt neceſſe ei obtemperare, l. totus 6. §.
fin. ff. de pollicitationibus. Præterea glebam, vel follem, ſi-
ue ſeptem ſolidorum functionem, ſiue quamlibet huiuſ-
modi collationem, tam circa perſonas, quam circa res, &
15 prædia exigere prohibitum eſt, l. 2. C. de prætorib. † Gle-
ba autem, & follis erat idem nummi genus, quod Senatori
in prouinciis debebatur, & Glebale onus Senatorium vo-
cat Cuiacius in l. ius Senatorium. C. de dignitatib. libro 12.
16 ſublatum, vt dictum eſt in d. l. 2. † Porrò munera, & hono
res iniunguntur municipibus cuiuſque Ciuitatis, qui ideo
dicti ſunt, quod munera ciuilia capiant: Nam proprie mu
nicipes appellantur muneris participes, recepti in Ciuita-
tem, vt munera nobiſcum facerent, l. munus 18. in fin. ff. de
verbor. ſignific. Gellius Noct. Act. lib. 16. c. 13. dicit, quod mu
nicipes erant Ciues Romani, ex municipiis ſuo iure, & le-
gibus ſuis vtentes, muneris tantum cum populo Romano
honorarii participes, à quo munere capeſſendo appellati
videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque vlla populi Ro-
mani lege adſtricti, cum nunquam populi eorum fundus
17 fieret. † Deinde obſeruatum eſt, vt vnuſquiſque ſuæ Ciui-
tatis municeps dicatur, vnde & municipium pro ipſa Ci-
18 uitate ponitur, in l. de die, §. tutor. ff. qui ſatiſd. cogan. † Sed
abuſiue municipes dicimus ſuos cuiuſcunque Ciuitatis ci-
ues, vt puta Campanos, Puteolanos, l. 1. in princ. ff. ad mu-
nicipalem. Sed & municipes intelligendi ſunt hi quoque,
qui in eodem municipio nati ſunt, l. municipes 228. ff. de
19 verbor. ſignific. † Municipem verò facit aut natiuitas, aut
manumiſſio, aut adoptio. l. 1. in princ. ff. ad municipal. leg.
Ciues 7. in princ. C. de incolis. Qui igitur ex duobus Cam-
panis parentibus natus eſt, Campanus eſt. Sed & ſi ex pa-
tre Campano, matre Puteolana, æque municeps Campa-
nus eſt, niſi fortè priuilegio aliquo materna origo cenſea-
tur; tunc enim maternæ originis municeps erit. Vt puta,
Ilienſibus conceſſum eſt, vt qui matre Ilienſi eſt, ſit eorum
municeps, etiam Delphis hoc idem tributum, & conſerua-
tum eſt, l. 1. §. qui ex duobus, ff. ad municipalem. Sed &
eius, qui iuſtum patrem non habet, prima origo à matre,
eoque die, quo editus eſt, enumerari debet, d. § qui ex duo
bus, l. eius cui 9. ff. eod. Alias regulariter filius apud origi-
nem patris, non in materna Ciuitate, & ſi ibi nati ſunt (ſi
modo non domiciliis retineantur) ad honores ſeu mune-
ra compelli oportet; quamuis quis ſpeciale reſcriptum im
petrauerit, vt matris potius quam patris originem ſequa-
tur, d. § qui ex duobus. ibi. ſed & ſi, l. filios 3. C. de munici-
pib. & originariis. l. nullus 44. C. de decurionib. l. exemplo
20 36. C. eod. † Mulier, quæ alterius Ciuitatis incolæ nupta
eſt, ibi vnde originem trahit, non cogitur muneribus fun-
gi. l. Imperatores 38. §. item reſcripſerunt. ff. ad municipa-
21 lem. † Qui ex vico ortus eſt, eam patriam intelligitur ha-
bere, cui Reipublicæ vicus ille reſpondet. l. qui ex 30. ff. eo.
22 † In adoptiua familia ſuſceptum exemplo dati muneri-
bus ciuilibus apud originem aui quoque naturalis reſpon
dere oportet, l. libertos 17. §. in adoptiua. ff. eod. Quamuis
in iſto fraudis ne ſuſpicio quidem interuenerit, vt ibi. Ma-
numiſſio quoque (vt dictum eſt) municipem facit, l. aſſu-
23 ptio. 6. §. fin. ff. ad municipalem. † Ideoque libertini origi-
nem patronorum, & domicilium ſequuntur: item qui ex
his naſcuntur. d. §. fin. & l. filij 22. ff. eod. Vnde libertos, &
eo loco munus facere debere, vnde patronus erit, & vbi
ipſi domicilium habebunt, placet l. de iure 37. §. libertos,
ff. ad municipal. & d. l. 22. §. municeps, leg. municeps 23. §.
denique, l. eius qui 27. ff. eod. l. & qui originem, §. liberti, ff.
de munerib. Ex cauſa fideicommiſſi manumiſſus in mune
ribus ciuilibus manumiſſoris originem ſequitur, non eius
qui libertatem reliquit, l. libertos 17. §. ex cauſa, ff. ad mu-
nicipalem, l. 2. C. de municipibus. Si quis autem à pluribus
manumiſſus ſit, omnium patronorum originem ſequitur,
non eius qui libertatem reliquit, l. libertos 17. §. ex cauſa,
ff. ad municipalem, l. 2. C. de municipibus. Si quis autem à
pluribus manumiſſus ſit, omnium patronorum originem
ſequitur, l. ſi quis 7. ff. ad municipalem. Sed & ſi quis pa-
tronum habeat duarum Ciuitatum municipem, per ma-
numiſſionem earumdem Ciuitatum eſt municeps, l. eius
qui 27. ff. eod. Ita verò liberti muneribus fungi debent a-
pud originem patronorum, ſi ſua patrimonia ſufficientura
24 habeant oneribus, d. l. 3. §. liberti, ff. de muneribus. † Res
enim patronorum, muneribus libertinorum ſubiectæ non
ſunt, d. §. liberti. Adoptione quoque municipem fieri dixi-
25 mus, l. ordine 15. § fin. ff. ad municipal. † Ius tamen origi-
nis in honoribus ſubeundis, ac muneribus ſuſcipiendis a-
doptione non mutatur; ſed nouis quoque muneribus filius,
per adoptiuum patrem adſtringatur, d. §. fin. l. libertos 17.
§. in adoptiua. ff. eod. Si autem emancipetur filius ab ado
ptiuo patre, non tantum filius, ſed etiam ciuis Ciuitatis,
cuius per adoptionem fuerat factus, eſſe deſinit, l. ſed & ſi.
56. ff. eod. Hæc de natiuitate, manumiſſione, & adoptione
26 quatenus municipem faciant dicta ſint. † Porrò aſſumptio
originis, quæ non eſt, veritatem naturæ non perimit, vt pu-
ta ego originarius Collenſis, quamuis Ciuis Romanus aſ-
ſumptus, naturæ veritatem non perimo, l. aſſumptio 6. ff.
27 ad municipalem. † Errore enim veritas originis non amit-
titur, nec mendacio dicentis ſe eſſe vnde non ſit, deponi-
tur; neque recuſando quis patriam, ex qua oriundus eſt, ne-
que mentiendo de ea, quam non habet, veritatem mutare
28 poteſt, d. l. 6. † Sed & ſola nominis ſimilitudo ad cõfirman
dam cuiuſque originem ſatis non eſt. Verum cum quæri-
tur an municeps quis ſit, etiam ex ipſis rebus probationes
29 ſumi oportet, l. vlt. §. penult. ff. ad municipalem. † Ad hæc
quiſque non ſolum ibi vbi municeps eſt, ſeu vnde oriundus
eſt, vt iam ſuit probatum, ſed etiam vbi incola eſt ad mu-
nera ciuilia tenetur, l. priuilegia 5. l. ſi in 6. C. de incolis, leg.
pupillus 239. §. incola. ff. de verborum ſignific. l. ciues 7. C.
30 de incolis. † Incola autem eſt, qui in aliquam regionẽ do-
micilium ſuum contulit, nec tantum hi, qui in oppido mo-
rantur, incolę ſunt, ſed etiam qui in alicuius oppidi finibus
ita agrum habent, vt intra eum ſe quaſi in aliquam ſedem
31 recipiant, d. §. incola. † Et in eo loco ſingulis habere do-
micilium non ambigitur, vbi larem, rerumque ac fortuna-
rum ſuarum ſummam conſtituunt, vnde rurſus non ſint
diſceſſuri, ſi nihil auocet. Vnde cum profecti ſunt, pere-
grinari videntur, quod ſi redierint, peregrinari iam deſie-
runt, d. l. ciues 7. C. de incolis. Planè iuriſprudentibus pla-
cuit, duobus locis poſſe aliquem habere domicilium, ſi v-
troque ita ſe inſtruxerit, vt non ideo minus apud alterum
ſe collocaſſe videatur, l. aſſumptio 6. § iuris. ff. ad munici-
palem, l. Labeo 5. l. eius qui 27. §. Celſus. ff. eod. Si quis autẽ
negotia ſua nõ in colonia, ſed in municipio ſemper agit, in
illo vendit, emit, contrahit, in eo foro, balneo, ſpectaculis
vtitur, ibi feſtus dies celebrat, omnibus denique munici-
pij commodis, nullis coloniarum fruitur, ibi magis habere
domicilium, quam vbi colendi cauſa verſatur. vide-
32 tur, l. eius qui 27. §. 1. ff. ad municipalem. † Senatores qui
liberum commeatum, id eſt, vbi velint morandi arbitriũ
impetrauerunt, domicilium in vrbe retinent, l. filij 22. §.
33 penul. ff. ad municipalem, l. Senatores 8. C. de incolis. † Mi-
les ibi domicilium habere videtur, vbi meret, & ſi nihil ibi
33 poſſideat, l. municeps 23. §. fin. ff. ad municipalem. † Rele-
gatus quoque domicilium ibi, vnde arcetur retinet: & in
eo loco, in quem relegatus eſt, interim neceſſarium domi-
cilium habet, l. eius qui 27. §. fin. ff. eod. l. relegatus 22. ff. eo.
35 † Nihil autem impedimento eſt, quo minus quis domici-
lium alio transferre poſſit; modo antequam ad honores,
vel munera nominaretur, transferat, l. nihil 31. ff. ad muni
36 cipalem, l. 1. C. de incolis. † Nam muneribus publicis iam
deſtinatus, niſi perfecto munere incolatui renunciare non
37 poteſt, l. incola 34. ff. ad municipalem. † Sed & domiciliũ
re & facto transfertur, non nuda conteſtatione. Sicut in
his exigitur, qui negant ſe poſſe ad munera, vt incolas vo-
cari, l. domicilium 20. ff. eod. Temporaria quoque permu-
tatio ius prouinciæ, vel incolatus nõ innouat, l. nemo 163.
ff. de

38 ff.de reg.iuris.† Illud etiam ſciẽdum eſt, eum qui in agro,
vel territorio alicuius Ciuitatis moratur, incolam non exi
ſtimari;qui enim eius ciuitatis præcipuis non vtitur, is nec
39 incola quidem exiſtimatur l.35.ff.ad municipalem.† Nec
ipſi,qui ſtudiorum cauſa aliquo loco morantur, domici-
lium ibi habere creduntur,niſi decem annis tranſactis, eo
loco ſedes ſibi conſtituerint l.2.C.de incolis. Idem dicen-
dum eſt,& in patre,qui propter filium ſtudentem frequẽ
40 tius ad eum commeat.d.l.2.† Placet autem filiumfamilias
domicilium habere poſſe non vtique ibi,vbi pater habuit,
ſed vbicunque ipſe domicilium conſtituerit l. placet 3. cũ
41 leg.ſequen.ff.ad municipalem.† Et qui originem ab vrbe
Roma habent,ſi alio loco domicilium conſtituerint,mune
42 ra eius ſubſtinere debent l.& qui 3.ff.de munerib.† Plane
ſola domus poſſeſſio, quæ in aliena ciuitate comparatur
domicilium non facit l.libertus 17.§.ſola ff. ad municipalẽ
leg.cum neque 4.C.de incolis.Idem etiam de alio quocun-
que prædio intelligendum eſt, quamuis à Decurione illud
comparauerit d.leg.4.ibi,vel poſſeſſionem.Nam ſola ratio
poſſeſſionis ciuilibus muneribus poſſeſſori iniungendis ci-
tra priuilegium ſpecialiter ciuitati datum idonea non eſt
leg.libertus 17.§.ſola ratio,& §.ſola domus ff.ad municipa
lem,& d.l.4. Niſi patrimoniorum ſint munera, de quibus
43 ſupra titu.45.dictum eſt. † Patris etiam domicilium filiũ
alibi habitantem non obligat leg.libertus 17.§.patris ff.ad
44 municipalem l. aſſumptio.6.§.filius ff.eod.† Nam filius
ciuitatem quidem,ex qua Pater eius oriundus eſt,non au-
45 tem domicilium ſequitur d.§.filius. † Aliud tamen iuris
eſt in libertis,qui originem ſimul,& domicilium patrono-
rum ſequuntur,nec non & hi,qui ex his naſcuntur d.l.6.§.
fina.& l.filij 22.ff.ad municipalem leg.1.§.fin.C.ad legem
46 Viſcelliam. † Sed & mulierem,quandiu nupta eſt,incolá
eiuſdem ciuitatis videri reſcriptum eſt, cuius maritus eius
eſt,& ibi vnde originem trahit,non cogitur munerib. fun-
gi leg.Impp.38.§.item reſcripſerunt ff. ad municipalem l.
1.C.de mulieribus in quo loco,&c.Sed & vidua mulier a-
miſſi mariti domicilium retinet exemplo clariſſimæ perſo
næ per maritum factæ: ſed vtrunque alijs nuptijs interue-
nientibus permutatur d.leg.22.§.1.leg.mulier 9.C.de inco-
47 lis. † Mulieres tamen,quæ in matrimonium ſe dederint
non legitimum, non ibi muneribus funguntur, vbi mariti
ſunt,ſed vnde ipſæ ortæ ſunt l.de iure 37.§.fin. ff.ad muni-
48 cipalem.†Ea quoque,quæ deſponſata eſt,ante contractas
nuptias ſuum non mutat domicilium leg.ea quæ 32.ff.eo-
49 dem.† Poſtremo,qui fœnus exercent,omnibus patrimonij
intributionibus fungi debent, & ſi poſſeſſionem non ha-
beat leg.filij 22.§.fi ff.ad municipal.leg.18.§.patrimonio-
rum ff.de muneribus,& honoribus. Hactenus dictum eſt
50 de ijs,quibus munera iniungi poſſunt. † Qui igitur ex his
non habent excuſationem, etiam inuiti honoribus,atque
muneribus fungi coguntur leg.ſi quis 9.ff.ad municip.leg.
prætor 13.§.qui autem C.de vaca.muner.Nam ſi quis ma
giſtratus in municipio creatus munere iniuncto fungi de-
trectet, per Præſidem munus agnoſcere cogendus eſt re-
medijs,quibus tutores quoq; ſolent cogi ad munus, quod
iniunctum eſt,agnoſcendum d.leg.9.& d.§.qui autem de
quibus nos in tractatu de tutela,& cura lib.1.tit.8.in prin.
51 † Cautionem quoque rempublicam ſaluam fore præſta-
bit non minus is,qui compulſus magiſtratu fungitur, quã
qui ſponte officium agnouit leg.vltim.§.fin. ff.ad munici-
pal. Plane Imperatores Verus,& Antoninus reſcripſerunt,
à Curatore Calendarij cautionem exigi non debere, cum
à Præſide ex inquiſitione eligatur exemplo leg.vlt.§.item
reſcripſerunt ff.de adminiſtr.rer.ad ciuitat.pertinen.&
exemplo tutorum,& curatorum,de quibus in d.tracta.de
52 tutela,& cura lib.2.titu.1. † Inuitus autem filius pro patre
rempublicam ſaluam fore cauere non cogitur;nec mutat,
ſi pater,priuſquam ad munus nominaretur,partem bono
rum ſuorum donationis cauſa in filium contulit leg.cura-
tores 3.§.filium ff.de adminiſtr.rer.ad ciuitat.pertinẽ.leg.
53 leg.æſtimationem 16.§.inuitus ff.de muneribus.† Si vnus
ex pluribus eiuſdem muneris conſortibus ſumptus fecerit
ſolus, pro virili eos à conſortibus repetere poteſt leg.1.C.
ſumptus iniuncti muneris. Idem dicẽdum eſt,ſi quis ſum-
ptus de ſuo fecerit,quos reſpublica facere debuit: nam &
hunc indemnem eſſe oportet l.vlt.§.item reſcripſerunt ff.
54 de adminiſt.rer.ad ciuit.pertinent. † Contra ſi quis malè
in munere ſuo peragendo verſatus fuerit,eo nomine reipu

blicæ tenetur.Nam magiſtratus reipublicæ non dolũ ſolũ-
modo,ſed & latam negligentiam, & hoc amplius ẽt dili-
55 gentiam debent l.magiſtratus 6.ff.eod. † Vide & nomi-
num,quæ deteriora facta ſunt tempore curationis, pericu
lum ad ipſum curatorem ciuitatis pertinet: quæ verò an-
tequam curator fieret,idonea non erant, eorum periculũ
ad eum non pertinebit l.vlti.§ penult.ff.eod.ex mala ergo
muneris adminiſtratione non ſolum is,qui adminiſtrauit,
ſed ẽt fideiuſſor eius tenebitur l.vltim.§.Imperatores ff.ad
municipalem l.2.C.quo quiſq ordi. Ita tamen,ſi res ab eo
ſeruari non poteſt,pro quo interceſſit d.§.Imperatores,&
d.l.2.& l.curatores 3.§.n.ff.de adminiſtr.rer.ad ciuitatem.
Sed & fideiuſſores magiſtratuum in his, quæ ad reipubli-
cæ adminiſtrationem pertinent,teneri,non in his, quæ ob
culpam,vel delictum eis pœnæ nomine irrogatur, placuit
l.libertus 17.§.fi.& l.1.C.de periculo eorum,qui pro magi
56 ſtratu,exemplo l.2.§.ſed ſi filius ff.ad municipalem.† No-
minati inſuper ſucceſſoris periculum fideiuſſores nominã
57 tis non tenet l.2.C.de periculo nominator.† Quoties filiuſ-
familias voluntate Patris,decurio creatur, vniuerſis mune-
ribus,quæ decurioni filio iniunguntur,obſtrictus eſt Pater
quaſi fideiuſſor pro filio. Conſenſiſſe autem Pater decu-
rionatui filij videtur,ſi præſens nominationi non contradi
xit l.2.in prin.ff.ad municipalem. Proinde quicquid in re-
publica filius geſſit; Pater vti fideiuſſor præſtabit d.leg.2.
58 † Geſtum autem in republica accipere debemus, pecuniã
publicam tractare,ſiue erogãdum decernere.Sed & ſi cu-
ratores operum,vel cuius alterius reipublicæ creauit, tene
bitur.Sed & ſi ſucceſſorem ſibi nominauit, Patrem obſtrin
get.Sed & ſi vectigalia locauit,Pater erit obſtrictus d.l.2.
§.geſtum,& ſeq.l.filiusfamilias 7.ff.de adminiſtr.rer.ad ci
59 uit.perti.† Sumptus inſuper munerib.& honorib.sũminiſ-
ſtrare filiofamilias decurioni cõſenſu ſuo creato Pater cõ-
pellitur,quamuis ipſe ab honorib.& munerib.ciuilibus ſit
immunis l.ſponte 17.§ immunis ff.de munerib.l.ſi filius 4.
C.ne filius pro patre l.& qui 3.§.quod pater, & §.penult.
ff.de munerib.l.de munerib.5.in fine C.de decurionib.l.ſi-
ne periculo 4.C.de filijsfamilias,& quemadmodum, & c.
l.2.§.1.ff.ad municipalem l.honores 7.§.fi.ff.de decurioni-
bus l.2.in fine C.de filijsfamilias. Pater aũt,qui filio decu-
rione creato prouocauit,& ſi præſcriptione tẽporis exclu-
ſus fuerit,ſi quod geſtum eſt,non habuit ratum: ciuilibus
munerib.pro filio non tenebitur l.ſpurij 6.§.pater ff.de de-
curionib.l.2.C.de filijsfamilias.Cui tñ reſcriptum Impera
toris Antonini contradicere videtur,dicentis. Cum appel-
laſſe te dicas,oſtendis cauſam ad te pertinere; poteras.n.
nominato filio tñ conteſtari, & non cõſentire oneri ei de-
60 lato d.l.2. † Tunc autem conſentiendo Pater ad decurio-
natum filij obligatur,ſi filium in poteſtate habeat, non ẽt
ſi emancipato filio creato conſentiat l.1.C.eod.tit.de filijſ-
fam.Niſi fortè conſulto filium emancipauerat,ne pro ma
giſtratu eius caueret:hoc.n.caſu perinde bona eius tenen-
tur,atq.ſi fideiuſſor pro eo extitiſſet l.vl.§.antepenul.ff.ad
municipalem.Sed & ſi pro infante filio, quem decurionẽ
eſſe voluit,Pater fidem ſuam obſtrinxerit: tñ interim one-
ra ſubſtinere non cogitur;cum ad ea,quę mandari poſsũt,
voluntatem dediſſe videatur l.Lucius 21.§.penulti.ff.eod.
61 l.1.§.fi.C.de honorib.& muner.non cont. † Si qui decu-
rionem adoptauit,onera decurionatus eius videtur ſuſce-
piſſe,exemplo Patris,cuius voluntate filius decurio factus
62 eſt d.l.21.§.idem reſpondit.† Vitricus aũt onera ciuilium
munerũ nomine priuigni ſui ſuſcipere nulla iuris rõne co-
63 gitur l.& qui 3.§.vitricus ff.de munerib. † Sed & verus
Pater non de omnib.tenetur,de quib.filius Si.n.filius tuto
tes dare non curauerit,vel minus idoneos elegerit,nec ſatis
exegerit,vel nõ idoneum acceperit:ipſe quidẽ quin ſit ob-
ſtrictus,nulla dubitatio eſt. Pater verò ita demum obliga-
tur,ſicut & fideiuſſores ſolent;qa fideiuſſores rẽpublicam
ſaluam fore promittunt.Reipublicæ aũt nihil (q ad rẽ pe
cuniariã attinet) intereſt pupillis tutores dari l.2.§.ſed et ſi
filius ff.ad municipalem.Similiter,quẽadmodum in fide-
iuſſore antea dictum eſt,ita ẽt in Patre dicẽdum eſt, vt nũ
alias conueniri poſſit,quam ſi res à filio non poſſit ſeruari
l.libertus 17.§.filium ff.ad municipalem leg.1.in fine C.de
decurionib.Ideoque ante filium ex perſona ſua reſpublica
debet cõuenire,quam Patrem ex perſona filij: nec ad rem
pertinebit,an filius caſtrenſe peculium tantũ poſſideat,cũ
64 ante multaſſet,vel poſtea d.§.filium. † Sed & reſponſum
eſt

Digitized by Google

eſt hæredes Patris propter munera filij, quæ poſt mortem
Patris ſuſcepit, iure conueniri non poſſe. Quod reſponſum
& ad eum pertinet, qui à Patre decurio factus, poſt mortẽ
Patris munera ſuſceperit: ſi nihil de expediendis munerib.
bus teſtamento Pater cauit. l. Lucius 21. §. idem reſpondit,
ff. ad municipalem, l. & ſi 15 ff. de munerib. l. & qui 2. §. fi-
nal. ff. eod. l. 1. C. decurionib. l. 1. C ſi poſt creationem quis
deceſſerit. Si tamen de ſuo proprio patrimonio muneris
editionem filij nomine Pater promiſit, onus erogationis
etiam poſt mortem Patris hæredibus eius incumbet, l. 1. C.
de periculo ſucceſſ. Multo magis ſi emit. Hæc de Patre no-
65 minati ad munus, patriſque hæredibus dicta ſint. † Sed &
hæredes eius, qui munus geſſit, perinde ac ipſe tenentur, l.
vlt. §. 1. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinen. l. Impp. 18. §.
Impp. ff. ad municipalem, l. cum te 4. C quo quiſque ordi-
ne conuen. Et ſi quid malè geſtum eſt & operum periculũ
ad hæredes etiam curatorum pertinet, vt in allegatis. Pla-
nè curator operum creatus præſcriptione motus ab excu-
ſatione perferẽda, ſicut ceſſationis nomine, in qua quoad
vixit, moratus eſt, hæredes ſuos obligatos relinquit: ita tẽ-
poris quod poſt mortem eius ceſſit, nullo onere eos ob-
ſtrinxit, l. 1. in princip. ff. de operib. public. Ideoque damno
etiam, ſi quod poſt mortem eius dolo, vel culpa collegarũ
ceſſit, onerari eos non oportet, l. 1. §. fin. C. quo quiſque or-
66 dine conueniat. † Sed & ſi curator in diſtrahendis bonis
fraudem quid geſſerit, vt in duplum teneatur: hæc pœna
ad eius hæredes non deſcendit, l. vlt. §. item reſcripſerunt.
67 ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. † Præterea ex mala muneris
adminiſtratione is quoque, à quo is qui adminiſtrauit, ad
munus, vel honorem nominatus eſt, conueniri poteſt: ſi
modo res à nominato ſeruari non poſſit, l. honor 14. §. ple-
bei, ff. de muneribus, l. ſine periculo 4. C. de filijsfamilias.
Ideoque prius nominatus, ſeu qui adminiſtrauit, eiusve
hæres conueniendus eſt, ſed & fideiuſſor: quibus omnibus
excuſſis, ſi ſolidum ſeruari non poteſt, nominator tenebi-
tur, l. quid ergo 13. in princip. ff. ad municipalem, l. cum te
4. C. quo quiſque ordine conueniat. l. 2. C. eodem. Si tamen
nominatus non ex ſuo facto ſit obligatus, ſed ex facto eius
quem ipſe in locum ſuum nominauit: nihil ea res priori
nominatori obeſt; nam nominati ſucceſſoris duntaxat quiſ-
que periculum ſuſcipere compellitur, nec ad nominatoris
nominatorem manus inie porrigi poſſunt, l. 2. C. de peri-
culo nominator. Planè ex facto collegæ nominati nomina-
tor conueniri poteſt; ſi a collega res ſeruari non poteſt, cũ
ſcire debuerit, eum qui nominaretur, indiuiduum officiũ,
& commune periculum ſuſcepturum, l. Imperator. 11. §.
fin. cum l. ſequen. ff. ad municipalem, l. quid ergo 13. ff. eo.
l. 2. in fine, C. quo quiſque ordine, l. ſi ita 3. l. cum te 4. in fi-
68 ne, C. eod. † Quod autem ſupra diximus, fideiuſſores, ad
ea quæ pœnæ nomine ei, pro quo interceſſerint, irrogan-
tur, non eſſe obligatos: idem de nominatore quoque acci-
pi debet: nam & his pœnalibus actionibus non adſtringi-
tur, in quas incidit is, quem nominauit: ſatiſque eſt dam-
num Reipublicæ ab eo, quemadmodum & à fideiuſſori-
69 bus præſtari, l. libertas 17. §. fin. ff. ad municipalem. † Sed &
ſi eo tempore, quo eſt nominatus idoneus, poſtea lapſis fa-
cultatibus damnum debitis Reipublicæ dederit; quia for-
tuitos caſus nullum humanum conſilium prouidere po-
teſt, nominator, ſiue creator, hoc nomine nihil præſtare
debet, l. 2. §. ſi eo tempore, ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. per-
tint. & exemplo eorum, quæ deduximus in tract. de tute-
la, & cura, lib. 2. tit. 25. num. 21. & tit. 35. numero 14. Idem
multo magis dicendum eſt, ſi nominatus finito magiſtratu
idoneus fuerit, l. ordine 15. §. in eum, ff. ad municipalem, l. 1.
70 C. de periculo nominator. hæc de nominatore. † Collega
inſuper ex mala muneris adminiſtratione alterius collegæ
conueniri poteſt. l. Imperator 21. in princip. ff. ad munici-
palem, l. vlt. §. item reſcripſerunt, ff. de adminiſtr. rer. ad ci-
71 uit. pertin. l. 1. & 3. C quo quiſque ordine. † Nam magiſtra-
tuum officium indiuiduum eſt, ac periculum commune.
Quod ſic tamen intelligi oportet, vt ita demum collegæ
periculum adſcribatur, ſi neque ab ipſo, qui geſſit, neque
ab his, qui pro eo interuenerunt, res ſeruari poſſit, & ſol-
uendo non fuerit ordine depoſito. Alioquin ſi perſona eo-
rum, vel cautio ſit idonea, vel ſoluendo fuerit, quo tẽpore
conueniri potuit, vnuſquiſque in his, quæ adminiſtrauit
tenetur, d. l. 11. Sed & exemplo fideiuſſoris priorẽ placuit
conueniendum eum, qui nominauit, quam collegam: quo-
niam collega quidem negligentiæ, & pœnæ cauſa, qui ve-
rò nominauit fidei ratione conuenitur, & ei contra collegã
nominati vtilem actionem dari non oportet. d. l. Impera-
tor 11. § fin. cum l. ſequen. ff. ad municipalem, l. 2. 3. & 4. C.
quo ordine. Proinde ſi alter ex magiſtratibus toto anno
abfuerit, aut fortè præſens per contumaciam, ſiue ignauiã,
vel ægram valetudinem Reipublicæ negocia non geſſerit,
& omnia collega ſolus adminiſtrauerit, nec tamen tota res
ab eo ſeruari poſſit; talis ordo dabitur, vt in primis qui ne-
gocia geſſit Reipublicę & qui pro eo cauerunt in ſolidum
conueniãtur; mox peractis omnibus periculum agnoſcat,
qui non idoneum nominauerit; poſtremo alter ex magi-
ſtratibus, qui Reipublicæ negocijs ſe nõ immiſcuit, l. quid
ergo 13. ff. ad municipalem, cum alijs citans ſupra, & in
tracta. de tutela, & cura, libro 2. tit. 25. & alibi. Planè quo-
ties duobus non ſeparatim, ſed pro indiuiſo munus iniun-
gitur, ita vt vnuſquiſque eorum periculo ſoliditatis videa-
tur obſtrictus; manus ad nominatorum, priuſquam vtri-
que, qui id munus adminiſtrauerunt, ſolemniter fuerint
excuſſi, nulla ratione porrigi poſſunt, l. 2. in princip. C. quo
quis ordine, & d. l. 3. eod. Si verò ſeparatis portionibus ad
munus nominati ſint; prius pro portione conueniantur
qui id adminiſtrauerunt, item fideiuſſores eorum. Si ne-
mini ab his quidem fideiuſſoribus indemnitas fuerit ſer-
uata, tunc demum creatorem: ac ſi ne is quidem ſufficiat,
nouiſſimè participem muneris conueniri debere leges vo-
lunt, vt in allegatis. Huc pertinent deducta per nos in tra-
cta. de tutela, lib. 2. tit. 26. num. 20. & 25. de pluribus tuto-
ribus eiuſdem tutelæ diuiſis à teſtatore, à iudice, vel intce
72 ſe. † Sed & qui iniunctum munus à magiſtratibus ſuſci-
pere ſuperſedit, poteſt conueniri eo nomine propter dam-
num Reipublicæ, quamuis eo tempore, quo creatus eſt, in
aliena fuerit poteſtate, l. Lucius 21. in princ. ff ad munici-
73 palem. † Ius etiam Reipublicæ pacto mutari non poteſt,
quominus magiſtratus collegæ quoque nomine cõueniri
queat, l. 2. §. ius Reipublicæ, ff. de adminiſtrat. rer. ad ciuit.
74 pertinent. l. curatores 3 in princ. ff. eodem. † De ſucceſſore
ſciendum, quod hic anteceſſoris ſui factum non præſtat, l.
prouidendum 23. C. de decurionibus. Si tamen nomen, quod
anteceſſor fecit, ſucceſſor agnouit, eius periculum ab ante-
ceſſore in ſucceſſorem transfertur, l. Titio 36. §. Titius ff. ad
municipalem. Et qui nouiſſimus nomen probauit indem-
nitati Reipublicæ ſatisfacere debet, ſi nomen ad ſucceſſo-
rem idoneum tranſmiſiſſe non doceatur, d. l. 36. §. cum igi-
tur. Si autem nomen idoneum tranſmiſſum eſt, quilibet
ſui temporis periculum præſtat, ſi cum nomine publico
agere poſſet, id facere ſuperſedit, l. 1. in fine, C de peric. no-
minator. l. curatores 3. §. prædium, ff. de adminiſtr. rer. ad
ciuit. pert. Cum ergo publicum prædium in annos quinq;
idonea cautione non exacta curator Reipublicæ locaſſet,
& cæteris annis colonus reliqua traxiſſet, neque de fructi-
bus prædij mercedes aſſeruari poſſent: reſponſum eſt ſuc-
ceſſorem eius, qui locauit teneri, d. §. prædium. Item in ve-
ctigalibus quoque conſtitutum eſt, vt ſui temporis ſinguli
periclitarent, d. § prædium. Sed ſi non Reſpublica, ſed is qui
cum anteceſſore tanquam cum publica perſona contra-
xit, agat huic enim aduerſus ſucceſſorem etiam tanquam
publicam perſonam competit actio. l. in honorarijs 34. §.
fin. ff. de actio. & obligatio. cum alijs citatis ſupra num. 14.
75 † Poſtremo hoc loco ſciendum, quod vxor pro marito de-
curione conueniri non poſſit, l. vxorem 11. C. de decurioni-
76 bus. † Nec frater pro fratre, quamuis indiuiſa bona ha-
beant, l. licet 7. C. eod. Hactenus aduerſus quos ex mala mu-
neris adminiſtratione competat actio explicatum eſt. Reli-
quum eſt, vt videamus quid, & quantum veniat in hanc
77 actionem. † Quo loco ſciendum, eos qui ex officio, quod
adminiſtrauerunt conueniuntur ad damnum ſortis tantũ,
non etiam ad vſuras teneri: niſi fraus aliqua arguatur, vel
pecuniam publicam apud ſe retinuerint, vel in ſuos vſus
conuerterint, l. conſtitutionibus 24. l. Lucius 21. §. Paulus,
ff. ad municipalem, l. 1. C. de his qui ex officio. l. cum quidã
17. §. eos qui, ff. de vſuris. & l. vlt. C. de adminiſtrat. rer. ad
ciuitatem pertine. quibus conueniunt ea, quę de pupillari-
bus vſuris debitis à tutoribus, & curatoribus in eiſdẽ ca-
ſibus in tract. de tutela, & cura, lib. 2. tit. 27. cum valeat ar-
gumentum de pupillo ad Rempublicam. Nam in ſpecie
pro Republica reſcriptum eſt, eum qui pecuniam publi-
cam magiſtratus ſui tempore, & poſt non pauco tempore
deti-

detinuerat, vſuras etiam præſtare debere: niſi quid allegare poſſit, qua de cauſa tardius intulerit, d.l.vlt. § fin. Curatores ſi in bonis diſtrahendis negligenter ſe geſſerint, in ſimplum: ſi per fraudem in duplum tenentur, d.l.vlt.§.itē reſcriptum. Poſtremo cum ſupra dictum ſit, magiſtratum etiam collegæ ſui nomine teneri. Sciendum eſt, ſi quis pro collega ſuo conuentus ſoluerit, ei eo nomine aduerſus collegam eiuſque hæredes actionem dari ad repetendum id quod ſoluit; quæ tamen actio nominatori aduerſus nominati collegam denegatur, l.2.§.ius Reipublicæ, ff.de adminiſtr.rer.ad ciuit.pertin. l.& ei 12. ff.ad municipalē hactenus itaque de actione.

SVMMARIVM.

1 *Excuſationum, & vacationum cauſæ plures.*
2 *Munera corporalia fœminis non iniunguntur.*
3 *Fœminæ munera patrimonialia ſubſtinent.*
4 *Fœminæ aliqua munera perſonalia ſubſtinent.*
5 *Minores 25. annis ad munera, & honores non admittuntur. limitatur.*
6 *Aetas maior excuſat, & quæ ætas.*
7 *Munera patrimonialia omnis ætas ſubſtinet.*
8 *Diuites non excuſantur à muneribus.*
9 *Aetas 70. annorum ab honoribus non excuſat. limitatur.*
10 *Senes ordinationibus debent adeſſe.*
11 *Aduerſa valetudo excuſat à muneribus. limitatur.*
12 *Cæcitas vacationem munerum præſtat.*
13 *Surditas, & mutitas ab honoribus excuſat.*
14 *Liberi à muneribus perſonalibus vacant.*
15 *Numerus liberorum ab antea ſuſceptis muneribus non liberat.*
16 *Filius defunctus excuſationem non præſtat, niſi in bello ſit defunctus.*
17 *Filius captus ab hoſtibus excuſationem non præſtat.*
18 *Adoptiui filij non proſunt ad vacationem munerum.*
19 *Nepotes an liberent à muneribus.*
20 *Numerus liberorum ab honoribus non excuſat. limitatur.*
21 *Ordo in honoribus, & muneribus iniungendis ſeruandus.*
22 *Ab honoribus ad honores temporalis datur vacatio.*
23 *Patri, & filio in eadem domo honores continuari non debent.*
24 *Vicarius alieni muneris an excuſetur.*
25 *Neceſſitatis cauſa vacatio omnis tollitur.*
26 *Defenſio Reipublicæ ſemel tantum ſuſcipienda. limitatur.*
27 *Volens vacationem non obtinet.*
28 *Sacerdotium ſponte quis iterare poteſt.*
29 *Approbatus ſemel improbari non debet.*
30 *Idem eodem tempore duas cauſas operis non adminiſtrat.*
31 *Idem in duabus ciuitatibus eodem tempore honores non ſubſtinet.*
32 *Munus ſubſtinenti honor deferri poteſt, non è contra.*
33 *A decurionatu ad alium honorem vacatio non eſt.*
34 *Munera duo ſponte ſuſcipere poteſt qui vult.*
35 *Duo ex eadem familia ad idem munus non adigendi.*
36 *Senatores ad munera non tenentur.*
37 *Sordida munera ab illuſtribus non ſubſtinentur, vbi numerantur plures, & dantur plures limitationes.*
38 *Senatores, & eorum filij excuſantur à muneribus.*
39 *Decuriones curiales excuſantur, cum declaratione.*
40 *Militantes in ſacris ſcrinijs excuſantur à muneribus.*
41 *Magiſtri ſacrorum ſcriniorum excuſantur à muneribus.*
42 *Comites præſidum proconſulum, procuratorum Cæſaris excuſantur à muneribus.*
44 *Cubicularij ſilentiarij excuſantur à muneribus.*
45 *Præpoſiti laborum / Agentes in rebus / Cornicularij* } *excuſantur à muneribus.*
46 *Præfecti primi ſcrinij excuſantur à muneribus.*
47 *Apparitores / Procurator Cæſaris* } *excuſantur à muneribus.*
48 *Prothonotarij / Notarij / Referendarij* } *Principis excuſantur à muneribus.*
49 *Cartularij / Protectores* } *excuſantur à muneribus.*
50 *Sacerdotes / Clerici* } *excuſantur à muneribus.*
51 *Milites in caſtris degentes excuſantur à muneribus. limitatur.*
52 *Negociatores annonæ excuſantur à muneribus.*
53 *Nauicularij / Olearij* } *excuſantur cum declaratione.*
54 *Naues Senatoribus habere prohibitum.*
55 *Negociatorum annonæ vacatio reſtringitur.*
56 *Frumentarij, & alij plures immunes.*
57 *Tutela à muneribus non excuſat.*
58 *Artifices artium plures immunes. limitatur.*
59 *Coloni Cæſaris immunes declaratur.*
60 *Conductores vectigalium immunes declaratur.*
61 *Menſores frumenti immunes.*
63 *Ludi Magiſtri non ſunt immunes, nec alij plures.*
64 *Hydraulæ qui.*
65 *Atlethæ immunes, cum declaratione.*
66 *Studioſi artium liberalium immunes.*
67 *Libertinitatis conditio immunitatem non tribuit.*
68 *Infames immunitatem non habent.*
69 *Dati in metallum / Capti ab hoſtibus* } *non immunes.*
70 *Honores, & munera vendenda non ſunt.*
71 *Honoribus pœnæ cauſa interdici poteſt.*
72 *Maioribus interdictus minores honores conſequi poteſt.*
73 *Pœna immunitatem munerum non tribuit.*
74 *Maioribus honoribus functus ad minores non reuocandus.*
75 *Incola alterius loci non vacat à muneribus ſuæ originis.*
76 *Inopes munera corporis ſubſtinent. limitatur.*
77 *Dos pro muneribus mariti an computanda.*
78 *Ad munera propter inimicitias nominatus excuſandus.*
79 *Pœnæ nomine curiæ addictus ſententia erit nulla.*
80 *Filius propter Patris diſſenſum non excuſatur.*
81 *Renunciatio originis non excuſat à muneribus.*
82 *Princeps immunitatem concedere poteſt. limitatur.*
83 *Curiales ad curiam retrahendi.*
84 *Munus gerere promittens inexcuſabilis redditur.*
85 *Sponte munus ſuſcipiens inexcuſabilis redditur. limitatur.*
86 *Vocatus ad munera compellendus.*
87 *Sponte munus ſuſcipiens aliquando ſe excuſat.*
88 *Excuſationem habens vocatus ad munus appellat.*
89 *Nominationes ad munera ſine conſilio factæ nullæ.*
90 *Immunitas ex cauſa ceſſat, cauſa finita. limitatur.*
91 *Patrimonij munera inexcuſabilia.*
92 *Immunitas munerum perſonalium, & curialium quid contineat.*
93 *Indultum ſpeciale excuſat à muneribus patrimonialibus. limitatur.*
94 *Muneris publici vacationem habens collationes ſuperindictas non ſoluit. limitatur.*
95 *Expeditionis tempore nemo excuſationem habet.*
96 *Eccleſia pro bello ſacro fert opem, & contribuit.*
97 *Immunitas in tranſitu Imperatoris ceſſat.*
98 *Immunitas Patris non competit ſi ijs. limitatur.*
99 *Immunitatis cognitio in dubio ad quem pertineat.*
100 *Tutor datus non appellat, ſed excuſationes proponit.*
101 *Vocatus ad munus appellat.*
102 *Appellatione pendente honor interim vſurpandus nō eſt, ſed abſtinendum.*
103 *Vnus ſi appellat, collega ſubſtinet officium vtriuſque, ſi vterque appellauit alter creandus.*
104 *Defuncto vocato pendente appellatione, expirat iniuncti muneris quæſtio. limitatur.*

De excuſationibus, & immunitatibus. Tit. 47.

1 EXcuſationum † ergo, & immunitatum ſiue vacationum à publicis muneribus cauſæ plures ſunt, quarum omnium duo ſunt genera. Vnum plenius, cum & militiæ datur vacatio; alterum exiguius, cum nuda muneris vacatio conceditur. l.Prætor. 13. §.duo. ff.de vacat.& excuſat. muner. Species autem ſingulorum generū
2 hæ ſunt. Prima quidem in ſexu eſt. † Nam corporalia munera fœminis ipſe ſexus denegat, quo minus honores, vel munera ipſis iniungantur, l.& qui originem 3. §.corporalia. ff.de muner.& honoribus, l.fœminæ. ff.de regul.iuris.
3 † Patrimoniorum verò munera etiam mulieres ſubſtinere de-

Digitized by Google

re debent, l. patrimoniorum 9. C. de munerib. patrimon. l.
4 1. §. fin. C. de mulierib. in quo loco. † Plane quædam perſo
nalia munera, quorum fœminæ quoque ſunt capaces, à
quibus illis vacatio non datur, d. l. 1. & l. perſonalibus 5. C.
5 de his mun. libert. † Minores etiam vigintiquinque annis
ad honores, & munera admitti non oportet, l. ad Rempu-
blicam 8. ff. de munerib. l. 2. ff. de vacat. muner. l. 2. §. fin. ff.
de reg. iuris. Multo minus impuberes quamuis neceſſitas
penuriæ hominum vrgeat, d. l. 2. & ſupra lib. 2. tit. 3. & 4.
Planè quæ munera patrimonijs iniunguntur, vel intribu-
tiones, talia ſunt, vt neque ætas ea excuſet, neque alia præ-
rogatiua, quę alioquin à perſonalibus muneribus ſolet ex-
cuſare, l. reſcripto 5. §. ſciendum eſt. ff. de muneribus. De-
caprotos ergo minores annis vigintiquinque fieri (non mi-
litantes tamen placuit, l. & qui 3. § decaprotos. ff. eod. Sed
& alia plura de minorum excuſatione dicta ſunt ſupr. tit.
6 24. & lib. 2. tit. 4. † Maior quoque ætas excuſationem præ-
ſtat, l. maiores 3. ff. de iure immunitat. l. ſemper 5. ff. eod. l.
& qui 3. §. quamuis. ff. de muneribus, l. 2. §. quem ita. ff. de
vacat. muner. l. non tantum 11. ff. de decurionibus, l. ſi vltra
10. C. eod. Nam ſemper ſenectus Romæ venerabilis fuit,
maioresque pene eundem honorem ſenibus, quem magi-
ſtratibus, tribuebant. ita circa munera municipalia ſubeun
da idem honor ſenectuti tributus eſt, l. ſemper 5. ff. de iure
immunit. Contrarium tandem vſu venit, vacant enim ſe-
nes etiam ab honoribus, omnia iuuentus rapit. Maiores ſe-
ptuaginta annis à tutelis, & muneribus vacant. §. item ma-
ior. Inſt. de excuſ. tutor. l. 2. ff eod. l. 1. C. qui ætate ſe excu-
ſant, cum alijs allegatis in tractatu de tutela, & cura, libro
1. tit. 8. num. 5. Sed & is qui ingreſſus eſt ſeptuageſimum,
non dum egreſſus, hac vacatione munerum non vtetur,
quia non videtur maior eſſe ſeptuaginta annis, qui annū
agit ſeptuageſimum, l. maiores 3. ff. de iure immunitat. Pla
nè maiores annis quinquagintaquinque ad decurionatus
honorem inuiti vocari conſtitutionibus prohibentur, l. 2.
§. fin. ff. de decurionibus, l. vlt. C. qui ætat. ſe excuſant, d. l.
7 11. ff. de decurionibus. † A muneribus tamen patrimonio-
rum, vt antea quoque dictum eſt) nulla ætas excuſationē
præſtat, l. neque 5. C. de munerib. patrimon. l. reſcripto 6.
8 § ſciendum, ff. de muneribus. † Sed & eum, qui in ſenectu-
te locuples factus, & ante nullo munere publico functus
eſt, dici poteſt non eximi ab hoc onere priuilegio ætatis;
maxime ſi non iam corporis habeat vexationem, quam
pecunię erogationē indicti muneris adminiſtratio, & ex ea
ſit Ciuitate, in qua non facile ſufficientes viri publici mu-
neribus inueniantur, l. ſemper 5. §. 1. ff. de iure immunitat.
Legem quoque reſpici cuiuſq; loci oportet, an, cum quaſ
communitates nominatim complecteretur, etiam de nu-
mero annorum in ea commemoretur, d. l. 5. §. legem quo-
9 que, l. non tantum 11. in fine, ff. de decurionibus. † Sed &
ætas ſeptuaginta annorum ab honoribus, aut muneribus
his cohærentibus excuſationem non præſtat, ſed à munera-
bus tantum ciuilibus, l. 2. § numerus, ff. de vacat. munar. l.
in honoribus 8. ff. eod. Maiores tamen annis quinquagin-
taquinque ad decurionatus honorem inuitos cogi non o-
portere iam diximus. Sed & ſi ei rei conſenſerint, & ſi ma-
iores annis ſeptuaginta ſint, munera quidem ciuilia ſubi-
re non coguntur, honores autem gerere debent, l. 2. §. fin.
10 ff. de decurionib. l. cum decurionatus 3. C. eod. † Is quoque
qui per ſenectutem à decurionatu vacare cœpit, ordina-
tioni nihilominus, quæ per plurimos citò definiri ſolet, ad-
11 eſſe debet, l. decurionibus 41. C. de decurionib. † Præterea
valetudo aduerſa excuſationem à muneribus præſtat, l. 2.
§. quem ita. ff. de vacat. & excuſat. muner. l. munerum 18.
§. Camelelaſia. ff. de munerib. l. prætor 13. ff. de vacat. mu-
ner. l. quibuſdam 6. ibi valetudinarij, ff. de iure immunit. l.
2. C. qui morbo ſe excuſ. Sic Prætor eos, quoſcunque intel
ligit operam dare non poſſe ad iudicandum pollicetur ſe
excuſaturum: fortè quod in perpetuum quis operam da-
re non poteſt, quod in eam valetudinem quis incidit, vt
certum ſit, eum ciuilia officia ſubire non poſſe; aut ſi alio
morbo laboret, vt ſuis rebus ſupereſſe non poſſit, d. l. Præ-
tor 13. ff. de vacat. muner. Cæterum quæ per conſiliū pru-
dentis viri, vel patrimonio ſufficiēns in honores obiri poſ-
ſunt, niſi certis, & receptis probabilibus cauſis non remit-
tuntur, l. 2. §. corporis. ff. eod. Podagræ quoque valetudo
nec ad perſonalium munerum excuſationem prodeſt, niſi
ita quis ex pedibus laboret, vt ne ſuis quidē rebus ſuper-
eſſe poſſit, l. podagræ 3. C. qui morbo ſe excuſ. vt obſerua-
tum etiam fuit in d. tract. de tutela, & cura, libro 1. titul. 8.
12 † Cæcitas qua quis omnino non videt vacationem perſo-
nalium munerum præſtat, l. 1. C. eod. & d. tit. 8. & ſupra li-
13 bro 2. tit. 4. † Surdus, & mutus, ſi in totum non audiat, aut
non loquantur, ab honoribus ciuilibus, non etiam à mune-
ribus excuſantur, l. honores 7. §. 1. ff. de decurionib. l. 2. §. mi
14 nus. ff. de vacat. & excuſat. muner. † Liberi quoque à mu-
neribus ciuilibus perſonalibus, nō etiam patrimonialibus
excuſationem parentibus præſtant, l. 1. C. de ſumpt. recu-
perat. l. eos qui 6. C. de his qui num. liber. l. de perſonalibus
5. C. eod. l. & qui 3. §. quamuis. ff. de muner. l. cum 4. ff. eod.
d. l. 3. §. cum. Nam quinque liberorum incolumium Pater
à muneribus excuſatur, d. l. 1. cum alijs mox citatis. Sed &
trium incolumium liberorum Pater à legationibus publi-
15 cis excuſatur, l. 1. C. de legationib. † Planè numerus libero-
rum poſtea impletus ſuſceptis antea muneribus non libe-
16 rat. l. 2. §. qui ad munera. ff. de vacat. muner. † Defunctus
quoque filius ad excuſationem munerum non prodeſt,
præter quam in bello amiſſis, l. 2. §. qui ad munera, & l. vl-
17 tim. in princ. ff. eod. † Ab hoſtibus autem captum filium,
ac nec dum reuerſum, ad excuſationem munerum perſo-
nalium Patri proficere non poſſe magis placuit, l. 2. C. de
his qui numero liber. Liberi verò incolumes, etiam ſi in
poteſtate patris ſui eſſe deſierint, excuſationem à munerі-
18 bus præſtant, l. 2. §. incolumes. ff. de vacat. muner. † Ado-
19 ptiui tamen filij non proſunt, d. l. 2. §. adoptiui. † Nepotes
autem in locum parentum ſuccedentes vice eorum pro-
deſſe conſueuerunt, l. nepotes 3. C. de his qui numero liber.
20 † Ab honoribus tamen numerus liberorum non excuſat,
præter quam à ſacerdotio. l. 2. §. numerus. ff. de vacat. mu-
ner. l. in honoribus 8. in princip. ff. eodem, l. 1. C. de his qui
numero liber. Sed & ſi non ab omnibus muneribus libero-
rum numerus Patri vacationem præſtat: tamen duode-
cim liberorum Pater à decurionatu liberatur, & ſexdecim
liberorum ab omnibus muneribus excuſatur, l. ſi quis 24.
C. de decurionib. l. ſemper 5. §. demonſtrantt. ff. de iure im-
21 munit. † Præterea ordo in honoribus, & muneribus iniun
gendis obſeruari debet: nec alias compellendus quis eſt
munere fungi, quam ſi priores facti ſunt, l. quis iam 52. C.
de decurionibus, l. vlt. § ſanè, C. de honoribus, & munerі-
bus, l. cum re 5. C. quemadmodum ciuilia mun. l. vltra 4. C.
eod. l. 1. C. de honorib. ad munera. l. & qui 3. §. præſis. ff. de
munerib. l. ſciendum eſt 4. § ordine. ff. de legatio. l. 2. C. de
honorib. l. 2. C. de Apochis publicis, cum alijs allegatis ſu-
pra, libro 1. tit. 4. libro 2. tit. 4. & libro tertio, & tit. 2. & 8.
22 † Et ab honoribus ad honores eiſdem quinquennij datur
vacatio: triennij verò ad alios, legatione verò perfunctis
biennij vacatio conceſſa eſt, d. l. 2. C. de honoribus, & mu-
neribus. Planè præſcriptio temporum, quæ in honoribus
repetundis, vel alijs ſuſcipiendis data eſt, apud eoſdem ſer
uatur, non apud alios, l libertos 17. §. præſcriptio. ff. ad mu
nicipalem. Sed nec alijs competit, quam his qui ad eoſdē,
vel alios honores, eademque vel alia munera de nouo vo-
cantur, l. 2. C. de honorib. & munerib. non continuandis.
Ideoque fratribus eorum, licet communia poſſideant bo-
na, minimè prodeſt, dicta l. 2. & l. 1. C. eod. & l. 3. C. eod. l. fi-
23 lio 6. ff. de legationibus † Patri tamen, & filio in eadem do
mo honores, & munera continuari non debent, dicta l. 1.
24 C. de honorib. & munerib. non continuandis. † Vicarius
autem alieni muneris voluntate ſua datus ordine legatio-
nem, aliudve munus ſuſcipere, non admiſſa temporis præ-
ſcriptione cogetur. l. Vicarius 13 ff. de legationib. l. filius 7.
ff. eo. Proinde filius decurio pro Patre legationis officium
ſuſcipiens, quo minus ordine Legatus proficiſcatur, non
excuſatur, Pater tamen biennij vacationem vindicare po-
25 teſt, quia per filium legatione functus videtur, d. l. 7. † Sed
& quoties penuria eſt eorum, qui magiſtratum ſuſcipiūt,
immunitas ad aliquid infringitur & ex his, qui iam functi
ſunt, creantur, l. vt gradatim 11. §. 1. & §. quoties, ff. de mu-
nerib. l. reſcripto 6. ff. eod. l. honor 14. § fin. l ſciendum 4. §.
ordine. ff. de legationibus, & ita in hoc caſu debet intelli-
gi. leg honoribus 7. ff. de decurionibus. Ideoque ſi le-
gatio de primoribus viris deſideret perſonas, & qui or-
dine vocantur, inferiores ſint: non obſeruandum ordi-
nem, reſcriptum d. §. ordine ibi, ſed ſi legatio. Ita enim
dicunt Principes quando ordinem ſeruare non intendunt,
totumque ordinem magiſtratus omnis diſtribuendi con-
tur-

26 turbant. † Defenſionem quoque reipublicæ amplius quã
ſemel ſuſcipere nemo cogitur; niſi id fieri neceſſitas poſtu
27 let leg. æſtimationem 16. §. fin. ff. de muneribus. † Sed &
reſcriptum eſt, interualla temporum in continuandis honoribus, inuitis, non etiam volentibus conceſſa eſt: dum
ne quis continuet honores leg. Diuus 18. ff. ad municipalẽ
leg. honor 54. §. gerendorum in fine ff. de muneribus leg. 1.
in fine C. de Caſtrenſianis leg. nemo 5. C. de aſſeſſor. l. ne-
28 mo 6. C. eod. leg. 1. C. ad legem Iul. de ambitu. † Ideoque
ſponte prouinciæ ſacerdotium iterare nemo prohibetur
29 leg. ſponte 57. ff. de muneribus. † Sed & iudicibus illuſtri
præditus poteſtate, licet conſiliarios ſibi eoſdem ſecundo,
ac tertio, & ſæpius adiungere: quia qui ſemel rectè cognitus eſt, ob hoc ſolum non debet, quod iam probatus eſt,
improbari leg. licet 12. C. de aſſeſſoribus. Idem dicendum
eſt in domeſtico ex agentibus in rebus principalibus eligẽ-
30 do leg. 4. C. de princip. agent. in rebus. † Præterea eodem
tempore idem duas curas operis non adminiſtrabit l. vlti.
§. fina. ff. de vacat. muner. exemplo leg. ab his § fin. ff. eod.
cum alijs citatis ſupra lib. 2. titu. 5. num. 33. & diſtinct. 99.
cap. 5. Ideoque defenſores reipublicæ ab honoribus, & mu
31 neribus eodem tempore vacant d. §. fin. † Sed nec in duabus Ciuitatibus honores eodem tempore ab vno gerendi
ſunt leg. libertus 17. §. præſcriptio ff. ad municipalem. Cũ
ergo ſimul vtrobique deferuntur, potior eſt originis cau-
32 ſa d. §. præſcriptio. † Munus tamen ſubſtinenti honor deferri poteſt l. honorem 10. ff. de muneribus. Quamuis contra honorem ſubſtinenti munus imponi non poſſit leg. à
33 decurionatu 5. ff. de vacat. muner. † Sed & à decurionatu,
quamquam his quoque honor eſt, ad alium honorem nul
la vacatio tribuenda eſt: licet alias quis duplici honore ſi-
34 mul fungi non poſſit d. leg. 5. † Sed & fruſtra altero mune
ſe exonerari petit, qui vtrunque ſponte ſuſcepit leg. 1. §.
ſponte ſuſcepit leg. 1. §. fin. ff. de operibus public. Ideoque
curam operis aquæductus in alio iam munere conſtitutus
poſtea ſuſcipiens, præpoſterè viſus eſt petere exonerari
priore munere, vtriſque iam implicitus: quando ſi alterũ
tantum ſubſtinere eum oportuiſſet, ante probabilius impetraſſet propter prius munus à ſequente excuſationem
35 d. §. fina. † Præterea ex eadem familias duos ad idem munus deſtinari, periniquum videtur leg. ſi hi. 3. C. de filijsfami. leg. 1. C. de honorib. non continuandis. Ideoque filius,
qui cum Patre ad protaſtaſiæ. vel ſimile munus vocatus
eſt, ab huiuſmodi neceſſitate liberatur, ſi modo in Patris
poteſtate ſit conſtitutus. Nam ij qui emancipati ſunt, atq.
ex familia exierunt, retineri debent d. leg. 3. & dicta leg. 1.
36 † Porrò municeps deſinit eſſe Senatoriam adeptus dignitatem, & hoc quantum ad munera; quantum verò ad honores, retinetur credere originem leg. municeps 64. §. fina.
37 C. de decurionibus. † Ab alijs quinque illuſtribus perſonis
ſordida munera, & extraordinariæ neceſſitatis damna remouentur d. leg. vltim. Proinde Patricij, Conſules, nec non
magiſtri militum, Præfecti prætorio Orientis, vel Illyrici,
vel Vrbis adminiſtrationem in actu poſiti gerentes, cum
alijs quibuſdam in iure ſpecialiter nominatis, omnimodo
cum facultatibus ſuis, & poſt eam dignitatem progenitis
filijs à curiarum nexibus, & honore ſunt immunes: anterioribus filijs in conditione priſtina remanſuris, d. leg. nemi
ne 64. §. fin. C. de decurionibus. Nouella conſtitu. 38. §. poſt
hæc l. curialibus 66. C. de decurionibus l. vniuerſi 4. C. de
legatio. Nouella conſtit. 69. Ijs autem, qui in actu ſunt, non
honoratis dignitatibus, hæc immunitas non tribuitur, vt
in allegatis iuribus. Quemadmodum nec illis, qui ſuffragio perceperint dignitates leg. vniuerſi 4. C. de legationib.
Sed & à portus, aquæductus, & murorum inſtauratione
ſiue extructione dignitatis priuilegio nemo excuſatur leg.
ad portus C. de operibus publ. cum alijs allegatis ſupra libro 3. titu. 69. num. 2. & ſequen. Hæc de ijs, qui in dignitate
poſiti ſunt, excuſandis in genere dicta ſunt, nunc de qui-
38 buſdam excuſandis in ſpecie eſt dicendum. † Et quidem
Senatores, & eorum filij, filiæque quoquo tempore nati natæue, itemque nepotes, & pronepotes ex filio origine eximuntur, licet municipalem retineant dignitatem l. filij 22.
§. Senatores l. municeps 23. ff. ad municipalem leg. nemo 5.
C. eod. ideoque à muneribus ſunt immunes, non tamen ab
39 honoribus. vt dictum eſt leg. 4. C. de dignitatibus † Decuriones etiam, & Curiales extraordinarijs, & ſordidis muneribus non grauantur: ab ordinarijs autem, & curialibus
hnno. ib. 15, ac muneribus non excuſantur leg. curiales 11.
C. de decurion. leg. humilioribus 14. C. de ſuſceptor. præpoſ. l. 2. C. de ſilentiarijs l. decurionibus 3. C. eodem l. libertus 17. §. exigendi ff. ad municipalem exigendi tributi munus inter ſordida munera non habetur; & ideo decurioni-
40 bus quoque, mandatur d. §. exigendi. † Præterea, qui in
ſacris ſcrinijs militant, ſunt immunes, adeo, vt ſuper omnibus quoque, quas in prouincijs poſſident, metatorum moleſtia liberãtur leg. iubemus 4. C. de proximis ſacror. ſcrin.
leg. in ſacris 9. C. eod. l. 1. & 2. C. de priuilegijs eorum, qui
41 in ſacro palatio. † Magiſtri quoque, & proximi ſacrorum
ſcriniorum poſt depoſitum etiam officium ab omni indictionis onere ſine ciuilium, ſiue militarium iudicum im-
42 munes habentur leg. 1. C. de magiſtr. ſacror. ſcrin. † Comites inſuper Præſidum, Proconſulum, Procuratorumve Cæſaris à muneribus, vel honoribus vacant l. legato 12. §. fin.
ff. de vacat. muner. ſecus de alijs comitibus Curiæ obnoxijs
iure cautum eſt l. neminem 64. C. de decurionibus. Cæteri
verò comites, quæſtores, vel magiſtri officiorum, qui antedictam conſtitutionem in adminiſtratione, & dignitate illa
fuerunt: ad hos enim iam propoſita conſtitutio, tanquam
ad præterita non porrigitur l. Diuæ 65. C. eod. cum alijs al-
43 legatis ſupra lib. 1. titu. 1. † Præter hos immunes quoque
ſunt Palatini, horum liberi l. 1. C. de palatinis l. ab officio 6.
l. palatinos 50. l. viros 13. l. inter alia 14. C. eodem l. 1. 2. & 3.
44 C. de priuilegijs. † Cubicularij l. 1. C. de præpoſitis ſilentiarij l. 2 C. de ſilentiarijs l. decurionibus 3. C. eod. Præpoſiti
45 laborum l. 1. C. de præpoſitis laborum. † Agentes in rebus
l. 2. § fin. C. de priuileg. eor. qui in ſacro palatio Cornicula-
46 rij præfecturæ l. 1. & vlt. C. de appartor. præf. prætor. † Primiſcrinij, & numerarij præfecti prætorio d. l. vltim. Apparitores magiſtrorum militum leg. 2. C. de apparit. magiſtr.
47 milit. † Procurator Cæſaris leg. 1. C. de excuſatio. muner.
48 † Prothonotarij, Notarij, & referendarij Principis, & alij,
de quibus in l. eos qui 1. C. eodem, & in leg. 11. C. eodem.
49 † Chartularij largitionalium titulorum l. præcipit 3. C. de
canone largit. Protectores, & præpoſiti leg. 2. C. de excuſa.
50 mun. † Sacerdotes, & Clerici l. prætor. 13. ff. de vacat. muner. l. omnes 32. per totam, & §. penultim. C. de Epiſcop. &
51 clericis, cum alijs citatis ſupra libro 3. titu. 6. 10 & 69. † His
qui Caſtris operam per militiam dant, nullum municipale
munus iniungi poteſt. Cæteri autem priuati, quamuis militum cognati ſint, legibus patriæ ſuæ, & prouinciæ obedire debent leg. & qui 3. §. 5. ff. de muneribus l. ab his 10. §. angariam ff. de vacatio. muner. leg. ſecunda C. de re militari.
Plane qui obnoxius muneribus ſuæ Ciuitatis, nomen militiæ defugiendi oneris municipalis gratia dedit, deteriorem cauſam reipublicæ facere non poteſt leg. cum 4. §. fina. ff. de muneribus. Sed & is, qui vltra commeatum abeſt,
vel vltra formam commeatus datam, ad munera euocari
poteſt leg. ſecunda §. final. ff ad municipalem. Ignominiæ
quoq. cauſa dimiſſus honoribus quidem abſtinere debet: à
muneribus autem ciuilibus non excuſatur leg. 2. C. de his,
qui non impletis ſtipendijs leg. 1. C. eod. Qui verò ob ſenium dimiſſus eſt, quia honeſtam miſſionem conſecutus
eſt, à Ciuilibus muneribus ſimul, & honoribus vacationẽ
habet, quamuis alia veteranorum priuilegia illi non competant d. leg. 2. Veterani etiam inter cætera priuilegia immunitate gaudent munerum perſonalium, non etiam patrimonialium l. 1. C. de veteranis l. à muneribus 7. ff. de vacat. muner. l. veteranis 9. C. quando prouoc. non eſt neceſſe
l. veteranos 3. ff. de veteranis l. 2. in fine leg. viæ 4. ff. eodem.
Sed nec viæ ſternendæ immunitatem habent, & naues eorum angariari poſſunt dicta leg. viæ 4. Honeſtè autem Sacramento ſolutis data immunitas etiam in eis ciuitatibus,
apud quas incolæ ſunt, valet: nec labefactatur, ſi quis eorum voluntate ſua honorem, aut munus ſuſceperit leg. 2.
ff. de veteranis. Sed & ita demum veteranis munerum
perſonalium vacatio datur, ſi poſt viceſimum annum militiæ, quam in legione, vel vexillatione, non in cohorte militauerunt, honeſtam, vel cauſariam miſſionem conſecuti
eſſe doceantur leg. veteranis 13. C. de his, qui non impletis
ſtipendijs. Vacationum aũt priuilegia non pertinent ad liberos veteranorum leg. in honoribus §. vacationum ff. de
vacatio. muner. Procuratores verò abſentium reipublicæ
cauſa, munerũ ciuilium vacationem non habent l. procu-
52 ratores 5. C. de excuſa. muner. † Negociatores inſuper, qui
annonam Vrbis adiuuant, item nauicularij, qui annonæ
Vrbis

Digitized by Google

vrbis ſeruiunt immunitatem à muneribus publicis conſe-
quuntur, quamdiu in eiuſmodi actu ſunt, l. ſemper, §. ne-
gociatores, ff. de iure immun. l. his qui 3. ff. de vacat. mune.
Nam remuneranda pericula eorum, quin ẽt adhortanda
præmijs merito placuit: vt qui peregrè muneribus quidẽ
publicis, cum periculo, & labore fungerentur, à domeſti-
cis vexationibus, & ſumptibus liberarentur: cum non ſit a-
lienum dicere, ẽt hus Reipublicæ cauſa, dum annonæ vr-
53 bis ſeruiunt, abeſſe, d. §. negociatores. ibi. nam &c. † Sanè
nauicularij, & mercatores olearij, qui magnam partem pa
trimonij ei rei contulerunt, intra quinquennium muneris
publici vacationem habent, l. nauicularij 5. ff. de munerib.
Qui aũt ob hoc tantum in nauibus ſunt, vt in eis agendi
cauſa operentur, nullo iure immunitatem habent, leg. 1. in
princ. ff. de iure immun. Sed & reſcripto Imperatoris Ha-
driani continetur; immunitatem nauium maritimarũ dũ-
taxat habere, qui annonæ vrbis ſeruiant. l. ſemper 5. §. Di-
uus. ff. eo. Licet aũt in corpore nauiculariorum quis ſit, na-
uem tamen, vel naues non habeat, nec omnia ei congruant,
quæ principalibus conſtitutionibus cauta ſunt: non poteſt
priuilegijs nauicularijs indultis vti. d. l. 5. §. licet. Sed & qui
in fraudem ciuilium munerum imaginem nauicularij in-
duit, hoc priuilegio non vtitur, d. l. 5. §. Diuus Pius. Idem di
cendum de eo, qui honorem decurionatus agnouerit, d. l.
5. §. fin. Sed nec liberis, vel libertis nauiculariorum hæc im-
munitas competit, d. l. 5. §. immunitati. ff. de iure immunit.
His ẽt qui naues marinas fabricauerint, & ad annonã po-
puli Romani præbuerint, non minores 50. millui modio-
rum, aut plures ſingulas non minores decem millium mo-
diorum, donec hæ naues nauigant, aut aliæ in earum locũ,
muneris publici vacatio præſtatur ob naues. l. his qui 3. ff.
54 de vacat. muner. † Hanc vacationem Senatores habere nõ
poſſunt: quod non habere illis nauem ex lege Iulia repetũ-
55 darum licet, d. l. 3. to fi. † Porrò quod ſupra de negociato-
ribus annonarijs, qui magnam partem patrimonij ei rei
contulerint, dictum eſt, quod ſcilicet intra quinquẽnium
muneris publici vacationem habeant: ita accipi debet, vt ſi
quis in maiore pecuniæ ſuæ parte negociationẽ exerceat,
rurſusque locuples factus, in eadem quãtitate negociatio-
nis perſeueret, teneatur muneribus: ſicuti locupletes, qui
modica pecunia comparatis nauibus, ſe publicis munerib.
ſubtrahere tentant, d. l. 5. §. negociano. ff. de iure immunit.
56 †. Priuilegium aũt frumentarij negociatoribus cõceſſum,
& ad honores excuſandos pertinet, l. eos qui 9. §. fin. ff. de
vacat. muner. Porrò negociatores quoque Principis, Ve-
ſtiarij, Linteones. Purpurarij, & Parthiarij, qui Principi
deſeruiunt, ab omni munere immunes ſunt, l. negociatores
57 7. C. de excuſ. muner. † Tutela à muneribus ciuilibus non
excuſat; vtpote cum nec tres ſimul iunctæ diuerſarum do-
muum huiuſmodi beneficium præſtent. l. tutelæ 3. C. eod.
58 † Immunes quoque ſunt Artifices hi. Architecti, Medici,
Pictores, Statuarij, Marmorarij, Lecticarij, ſeu Arcarij,
Clauiciarij, vel Quadratarij, Structores, ideſt, Aedificato-
res, Sculptores, Signatij, Muſinatij, Deauratores, Albini,
Argentarij, Barbaricarij, Diatretarij, Aerarij, Fuſores, Li-
gnarij, Fabricarij, Perticarij, atque Liberatores, Figuli, Au
rifices, Vitrarij, Plumbarij, Specularij, Eborarij, Pelliones,
Fullones. Carpentarij, Dealbatores, Cluſores, Trigarij. Ti-
gnarij, Bracleatij; & alij plures, de quibus in l. 1. & 2. C. de
excuſat. l. ſemper 5. § quibuſdam, ff. de iure immun. l. vlt.
ff. eo. Hi enim oẽs, vel horum ſimiles artifices ab vniuerſis
muneribus ſunt immunes: quoniam in diſcẽdis huiuſmo-
di artibus, & his ſimilibus Reipublicæ vtilibus ociũ eſt ac-
commodandum, quo magis cupiãt, & ipſi peritiores fieri,
& ſuos filios erudire, vt in allegatis legibus. Sunt enim prę-
mijs, & immunitatibus artes oẽs Reipublicę vtiles nutriẽ-
dæ ab habentibus poteſtatem exemplo Imperatoris ita pu
blicis legibus conſtituentis. Hinc variæ apud diuerſas gen-
tes puerorum inſtitutiones, & apud Romanos ipſos ad pu
blicam vtilitatem legutur introductæ apud Alex. ab Alex.
lib. 2. Genial. dier. c. 25. Verum ab hac vniuerſali artificum
immunitate excipiuntur primum quidem ij, qui artificiũ
non exercent, l. qui ſub prætextu 9. C. de ſacroſan. eccleſ. l.
1. in princ. C. de collegiatis. Deinde locupletes, qui munera
ciuitatum ſubtinere poſſunt, d. l. 5. §. quibuſdam, ff. de iu-
re immunitatis. Tertio qoi extra numerum medicinã, vel
ſimilem artem exercent, l. nec intra 5. C. de profeſſorib. l. 1.
l. medicos 6. C. eod. Poſtremo medici, quibus decreto decu
rionum immunitas ſpecialiter data nõ eſt, vel eſt adẽpta,
d. l. nec intra 5. Venatoribus immunitas ob hanc profeſſio-
nem ſolã nullo iure cõceditur, l. venatoribus 6. C. de excuſ.
muner. Non obſtante, l. vlt. ff. de iure immunit. d. l. 6. ſubla
59 ta. † Coloni Cæſaris à muneribus municipalibus liberan-
tur, vt idoneiores prædijs fiſcalibus hẽantur, l. ſemper 5. §.
colono. ff. eo. l. 1 C. de agric. & mancip. l. dominicos 5. C. eo.
l. Impp. 38. §. 1. ff. ad municipalem. Imperator tñ Seuerus
reſcripſit, Colonos prędiorũ fiſci muneribus fungi ſine dã-
no fiſci oportet, idq; excutere Præſidẽ adhibito procura-
tore dẽt, d. §. 1. Planè qui in fraudẽ ordinis in honoribus ge
rẽdis, cũ inter eos ad primos honores creari poſſint, qui in
ciuitate numerabantur, euitandorũ maiorũ onerũ gratia
ad colonos prædiorũ ſe tranſtulerint, vt minorib. ſubijciã-
tur: hanc excuſationẽ ſibi non parauerunt, l. 1. §. qui in frau
60 dẽ. ff. de vacat. muner. † Conductores inſup vectigaliũ fi-
ſci, neceſſitate ſubeundorũ municipaliũ munerum nõ ob-
ſtringuntur; idq; ita obſeruandum Diui fratres reſcripſe-
runt. l. ſemper 5. §. conductores. ff. de iure immun. Ex quo
principali reſcripto intelligi põt, non honori conductorũ
datũ, ne cõpellantur ad munera municipalia, ſed ne exte-
nuentur facultates eorũ, quæ ſubſignatæ ſunt fiſco. Vnde
prohibendi ſunt à Præſide, vel procuratore Cæſaris etiã ſi
vltro ſe offerant municipalibus muneribus; niſi pari ... fi-
ſco feciſſe dicant, d. §. cõductores ibi. ex quo principali &c.
Planè non alios fiſci vectigaliũ redẽptores à muneribus ci
uilibus, ac tutelis explicari placuit, quã eos qui præſentes
negociũ exercent. l. in honorib. 8. §. 1. ff. de vacat. mune. Sed
& eos tantũ qui mancipatum ſuo noie vectigal à fiſco con
ducunt. Quare eos qui ab his quædã exercenda ſuſcipiunt
nullis priuilegijs eſſe munitos, haud dubij iuris eſt, l. 1. C.
61 quib. muner. excuſ † Corpus itẽ menſorum frumẽti iuxta
annonã vrbis hẽt vacationẽ, in prouincijs non itẽ. l. ab his
10. §. 1. ff. de vacat. muner. l. vlt. in princ. ff. de iure immunit.
62 † De Profeſſorum, & Philoſophorũ immunitate dictũ eſt
ſup. tit. 29. Quibus hoc addendũ eſt, quod qui Romę profi
tentur, perinde in patria ſua excuſentur à muneribus, ac ſi
in patria ſua profiterentur, l. eos qui 9. ff. de vacat. muner.
Sunt. n. & præmijs, & honoribus fecundanda ingenia, non
aũt fuganda. Poetæ tñ nulla immunitatis prærogatiua iu-
uantur: paſcuntur Muſis; quod ẽt de calculatoribus dicen
63 dũ, l. poetæ 3. C de profeſſorib. l. oratione 4 C. eod. † Itẽ de
ludi magiſtris, qui primis literis pueros induunt. l. vt grada
tim 11. §. fin. ff. de muner. l. 2 §. fin. ff. de vacat. muner. Nec tñ
his quod ſupra vires ſit indicatur ad Præſidis religionẽ pti
net, ſiue in ciuitatibus, ſiue in vicis primas literas doceãt, d.
64 §. fin. † Hydraulæ quoque munerũ ciuiliũ immunitatẽ ſibi
conceſſã iure approbare minimè poſſunt. l. hydraulæ 4. C.
de excuſ. muner. Sunt hi, quibus cura aquę ferẽdę in pala-
tiũ Principis mandat. Hydraulicas deſcribit Vitruuius lib.
10. quorũ ratiocinatio per difficilis eſt, niſi experto; & qui
in rẽ præſentẽ venerit, vt ipſe ait. Hydraulaces ſũt aquarij
ſulci, & ſcaturigines. l. 1. §. itẽ Sabinus. ff. de aqua pluu. arcẽ.
65 † Athletis ita demũ, ſi per oẽm ętatẽ certaſſe, coronis quo-
que non minus tribus certaminis ſacri, in quibus vel ſemel
Romæ, ſeu in antiqua Græcia meritò coronati, nõ æmulis
corruptis, ac redẽptis probent, ciuiliũ munerũ tribui ſoler
vacatio. l. 1. C. de athletis. de his & alijs certaminib. cecinit
66 Virgil. Aeneid. 5. † Studioſis liberaliũ artiũ, maximè iuris,
vſque ad 25. ætatis annũ. ſi ciuium inopia non eſt, munerum
perſonaliũ, non ẽt patrimoniorũ vacatio dat. l. 1. C. qui ęta
67 te, vel profeſſio. l. 2. C. eo. † Cõditio libertinitatis de mune-
ribus ciuilibus tribuere non põt excuſationẽ, nec in ea qui-
dẽ ciuitate, vbi domiciliũ libertinus hẽt; nec ad rem perti
net, ẽt ſi operas patrono capio luminibus miniſteriũ exhi-
beat. l. 1. C. de libertinis. l. libertus 17. in princip. & §. 1. ff. ad
municipalẽ. Liberti tñ Senatorũ, qui negocia patronorum
gerunt, à tutela decreto patrũ excuſent, d. §. 1. Qui Impera
torẽ appellant, & cauſã propriã acturus Romã profectus
eſt; quoad cognitio finẽ accipiat ab honorib. & ciuilib. mu
nerib. apud nos excuſãt. l. in honorib. 8. §. fin. ff. de vacat. mu
68 ner. † Infames immunitatẽ nõ hẽnt, cũ hæc priuilegij non
notæ ſit. l. nec infames 12. C. de decur. l. 1. C. de infam. l. & q
3. § ſi in metallũ. ff. de muner. l. oẽs 49. C. de decurion. Nou.
69 c. 45. in prin. † Proinde ſi in metallũ datus in integrũ reſti-
tutus ſit, perinde ac ſi nec dãnatus fuiſſet, ad munera, & ho
nores vocat; nec opponet fortunã, & caſus triſtiores ſuos
ad hoc ſolũ, ne patriæ idoneus ciuis eſſe videat, d. §. ſi metal
lũ. Planè capti ab hoſtibus cũ oĩa cõmoda per captiuitatẽ
amittant, ẽt ab oneribus ciuilibus liberantur, l. libertus 17.

§.poſtliminio,ff.ad municipalẽ. Poſtliminio tamẽ regreſſi
muneribus patriæ obtẽperare coguntur, quãuis in alienæ
70 Ciuitatis finibus conſiſtant,d.§ poſtliminio. † Æſtimatio-
nẽ honoris,aut muneris in pecunia pro adminiſtratione of
ferentes audiẽdi nõ ſunt,l.æſtimationẽ.16.ff.de munerib.l.
illud.9.C.de excuſat. Qui enim emit,vult poſtea carius vẽ
dere,vt dicit D.Thom.& alij citati ſupra lib.1.tit.4. Idem
dicendum eſt,ſi quis opus promittat,ne honoribus funge-
71 retur,l.in priuatis.15.§.fin.ff.de pollicitat. † Honoribus ali-
cui pœnæ cauſa interdici poſſe,dubiũ nõ eſt:quo caſu,nec
volens ad honores admittitur,nõ ſolũ ad eos, quibus ꝓhi-
bitus eſt,ſed ẽt ad maiores ijs,l.relegatorũ.7.§.ſolet. vſque
ad finem legis cum lege ſequen.ff.de interdict.& relegatis.
72 Maioribus tñ prohibitus minores petere non prohibetur,
73 vt in allegatis iuribus,& ſup.lib.1.titu.4 † Sed & ſi hono-
res,quibus prohibitus quis eſt,habuerint mixtam muneris
grauẽ impenſam:honoribus quidẽ arcetur,impẽdia tamẽ
nihilominus præſtabit,d.§ ſolet.cũ l.ſequente. Muneribus
enim ſi quis pœnæ cauſa fuerit prohibitus,nihil valebit ſẽ
tentia, nã immunitatẽ pœna tribuere non debet, vt ibidẽ.
74 † Porrò maioribus honoribus functus ad minores deuo-
75 cari non debet,l.2.C.quemad. ciuilia munera. † Supra di-
ximus ,obligari nos ad munera , & honores ratione origi-
nis,& incolatus. Ideoque incola alterius loci nõ excuſatur
à muneribus ſuæ originis, nec ob id,quod in patria mune-
ra ſubſtinet,, in ea Ciuitate,in qua incola eſt, à muneribus
excuſatur,l.incola.29.ff.ad municipalem,l.& qui.3.in prin
cip.ff.de munerib.l.1.C.de municipal.l.ſi quis 5. C.eodem.
76 † Inopes onera patrimonij ipſa nõ habẽdi neceſſitate non
ſubſtinent: corpori aũt indicta obſequia ſoluunt, l.cura.4.
§.inopes,ff.de munerib.l reſcripto 6.ff.eod.l.5.§.fina.ff. de
vacat.muner.l.vltra modũ 4.C.quemad. ciuil.muner.l.cũ
facultates 4.C.de his,qui numero liberor.§.ſed & propter
inſt.de excuſat. Planè ſi quis pp cenſum tenuiorẽ vacatio-
nẽ meruerit , non pp rerũ anguſtias ad perſonalia munera
tenetur,l.eos,qui.6.§.fin.C.de his,qui numer.liber. Auctis
aũt medio tpe facultatibus,paupertatis obtentu non excu-
ſatur,l.ab his.10 §.auctis. ff.de vacat. muner.l.cura 4.§.1.
ff.de munerib.Idẽ dicendũ ſi quis in fraudẽ ciuiliũ mune-
rũ bona alienauerit,l.ordine.15.§.in fraudem, ff ad muni-
cipalẽ. Res aũt patronorũ muneribus libertinorũ ſubiecta
77 non eſt.l.& qui.3.§.liberti,ff.de muner. † Similiter quam-
uis conſtante matrimonio dos in bonis ſit mariti, tñ ſi ad
munera municipalia accepto modo ſubſtãtiæ vocetur, dos
non eſt cõputanda,l.Lucius.12.§.idẽ reſpondit,ff ad muni
78 cipalẽ. † Si propter inimicitias ad munera ciuilia quis vo-
cetur, hæc nominatio non nocebit, cũ publicæ quoq; vti-
litatis interſit,nõ ex inimicitia creationes fieri,ſed examina
tione vera,& cõmodo Reipublicæ,l.1.C. ſi propter inimi-
79 citias. † Sed & ſi quis per infamiam pœnæ noĩe Curię,vel alij
corpori ſit addictus,ſententia nõ valebit,l.ne quis.38.C de
80 decurionib. † Non aũt excuſat filiũ , quãuis in patris con-
ſtitutũ poteſtate,ſi pater honori eius,vel muneri non con-
ſenſit,l.& qui.3.§.quod pater.& §.ſi filius, ff.de munerib.
81 l.honor.14.§.plebei,ff.eod. † Nec adiuuat aliquem renun-
ciatio originis; nã nemo põt voluntate ſua origine propria
82 eximi,l.origine.4. C.de municipib † Sed nec Præſidis, vel
cuiuſcũque iudicis arbitrio quis à cura,vel muneribus libe
rari põt, Verũ Imperialis authoritas requiri debet,quam-
quã ne reſcripto quidẽ Imperiali quis à Curiæ nexibus libe
rari põt,l.nemo.14.C.de decurionib.l.à munerib.13.C.eo.
l.quotieſcũque 37.C.eod.l.vacuatis.19 l.nullus.28.l.ſi quis
83 6.l.omnes.43.l.61.& l.vlt. C.eod.& l 63 C.eod. † Curiales
quoque qui ſe priuilegio domus Cæſaris defendũt,ad Cu-
riã retrahẽdi ſunt,l.curiales.39.l.ex omnibus.31. C.de de-
curionib. Nec curialia onera patria,& ſi neceſſitas non exi-
git,remittũtur,l.in filijs.55.ibi & ſi neceſſitas,&c.C.de de-
84 curionib. † Sed & cauſæ oẽs ſupranarratæ,ex quibus excu
ſatio à muneribus,& immunitas cõpetere põt,primũ qui
dẽ ad excuſandũ nõ proſunt,ſi is,qui excuſatione vtit,an-
tea munus geſturũ ſe promiſerit,niſi id per errorẽ geſturum
ꝓmiſerit,§.itẽ ſi pp.inſt.de excuſatio.l.libertus.17.§. error.
85 ff.ad municipa. † Idẽ dicẽdũ eſt,ſi quis excuſatione nõ op
poſita munus ſponte ſuſcepit,l.ſemper.5 §.fina.ff. de iure
immunit.l.ꝓ.or.13.§.ſi poſt cauſã. ff. de vacat. muner.l.1.
C.de his,qui ſpõtè munera.Nam nec hoc caſu excuſare ſe
poſtea,dũmodo error nõ interuenit,poterit: niſi fortè cau
ſa excuſationis poſt munus ſuſceptũ illi contigerit, quo tñ
caſu non paſſim excuſatio illi prodeſt, d.§.ſi poſt cauſam.
Nec enim ſi iudici poſt ſuſceptũ iudicium iuſta cauſa acci
dit,vt ad tẽpus excuſetur, in aliũ trãsferri iudiciũ debet, ſi
cũ captione id futurum eſt alterutrius litigatoris: tolerabi
lius enim eſt,interim iudicẽ,q ſemel cognouit, tãtiſper ex-
pectare,q̃ iudici nouo rẽ rurſus iudicãdã cõmittere, d.§.ſi
poſt cãm,l.de qua re.74.ff.de iudicijs. Sed & ſi cauſa, quæ
poſt ſuſceptũ munus accidit,ex volũtate eius, q munus ſu
ſcepit,pẽdeat,nihil illi excuſatio ꝓdeſt, d.§.ſi poſt cãm, &
86 l.1.C.de his,qui ſpõtè, & d.l.74. † Proinde ſi qs ad mune-
ra municipalia vocatus ſit, antequã negociari cœperit, vel
antequã in Collegiũ aſſumeret,q immunitatẽ pariat,com
pellẽdus nihilominus ad honorẽ gerẽdũ,d.l.ſẽper.5.§.fin.
ff.de iure immunit.cũ alijs citatis,Idẽ dicẽdũ ẽr,ſi ad mune
ra vocatus ſit,antequã ſeptuagenarius fieret, vel antequã
87 liberos ſuſciperet,l.in honorib.8.ff.de vacat.muner. † Pla-
nè,q ſpõtè honorem,vel munus ſuſcepit certa lege,vel pa
cto ſeruãdæ immunitatis,pacti replicatione aduerſus exce
ptionẽ ꝓpoſitã ſe tuebit,d.l.1.in fi.C.de his, q ſpõtè,l.2.in
prin.ff.de iure immunit.Sed & ſi partẽ tm̃ honoris,vel mu
neris ſuſcepit,vel aliud,q̃ q illi nũc iniũgit,nõ nocebit, d.l.
5.in fi.l.2.ibi.nec labefactat,ff.de veteranis,l.cura 4.in prin.
ibi.nec ſi p vim,ff.de munerib.l.2.C.de his,q ſpõtè,l.q cõ-
ditioni 3.C.eo. Nã qui publici muneris vacationẽ hẽt,ſi ali
quẽ honorẽ,excepto decurionatu, ſpontè ſuſceperit,ob id
q patriæ ſuæ vtilitatib. ceſſerit, vel gloriæ cupiditate pau-
liſper ius publicũ relaxauerit, cõpetẽs priuilegiũ non amit
tit,d.l.2.& 3.Sed & ſi,cũ ſub cõditione quis ſpõtè munus,
vel honorẽ ſuſcepiſſet,cõditio iſta defecerit,nõ nocebit illi
88 ſuſcepiſſe,l.2.in prin.ff de iure immunit. † Præterea,q ex-
cuſationẽ,vel immunitatẽ hẽt,ad munus,vel honorẽ voca
tus appellare dẽt,l.1.in prin.ff.de vacat.muner.l.51.§.ſi quis
tutor,ff.qñ appellãdũ,l.nõ vr̃ 4.C.de munerib. patrimon.
l.ſi ad 4.C.de appell.l.hi,qui. 7.l.Ciues.11.C.eo.l. Impera-
tores.13.§.1.ff. de decurionib. Et ſi ipſa pſinita in eiuſmodi
appellatione peragẽda nõ ſeruauerit,meritò pręſcriptione
89 repellit, vt in iuribus allegatis. † Noiationes tñ citra conſi
liũ publicũ factæ nõ valẽt,de quibus nec appellare neceſſe
eſt,ſi ſolẽnitas deeſt,l.noiationes.27. C.de appellation. Idẽ
dicẽdũ ſi minor 25. annis noiatus appellationẽ omiſerit,l.
ſi pater.8.C.qñ prouoc. nõ eſt neceſſe. cũ alleg.in tract.de
90 tutela,& cura,l.3.q.15. ſub nu.5. † Præterea ſi cui ob cer-
tã cãm immunitas cõceſſa ſit,finita cauſa, finit quoq. im-
munitas,excepta ea,q̃ data eſt militib.l.veteranis 9.in fi.C.
qñ ꝓuocare nõ eſt neceſſe. His enim immunitas durat,nõ
quãdiu militauerint, ſed quãdiu vixerint, d.l.9.& l.12. &
91 14.C.de excuſat.muner. † Quæ munera patrimonij iniũgũ
tur,vel intributiones,talia ſunt,vt neq. ætas ea excuſet,nec
numerus liberorũ,nec alia ꝓrogatiua, q ſolet à pſonalibus
muneribus exuere,l.reſcripto.6.§.q̃ munera,ff. de muneri-
bus,l.munerũ 18.§.patrimoniorũ,& §.pen.ff.eo.l 2.§. q pa
trimoniorũ,ff.de vacat.muner.l.à munerib.7.l.ab his.10.ff.
eo.l.2.in fi.ff.de veteranis,l.2.C.de munerib.patrimon. l. 5.
92 5.7.10.C.eo. † Proinde ſiue pſonaliũ dũtaxat,ſiue ẽt curia-
liũ munerũ immunitas alicui cõceditur,is neque ab annona,
neq. ab angarijs,neq. à veredo,neq. à naue, neq. ab hoſpi
te recipiẽdo,neq. à capitatione excuſare ſe põt,d.l.mune-
93 rũ 18.§.pen.exceptis militib.& veteranis,d.§.pen.† Excipiũ
tur tñ & alij,q bus ſpecialiter indultũ eſt,vt a patrimonio-
rũ quoq onerib.immunes ſint,de qua re ẽt ſup.tit.8.dictũ
eſt.Sed & excipiuntur pdia Principis,quãuis in ppetuũ alij
ſint locata,l priuatæ.10.C.de excuſat.muner.l.eũdẽ ter.15.
C.eo l.2.C.de collat.fundo.patrimo.l.1.C.de priuilegijs do
mus Auguſtæ,l.vlt.C.eo. Niſi fortè publicæ ſpẽs ſint tranſ
uehẽdæ,vel viæ publicæ ſternẽdæ, vel põtes cõnciẽdi, l.2.
C.eo.l.3.C.de collat.fundor.fiſcal.l.abſit.4.C.eod.l.1.C.de
collat.fundor.patrimo. Sed & ꝓ Tyronibus in corporibus
poſtulatis pcia cõferri ex fundis ppetuarijs Imperatoris p̃-
ceptũ eſt,l.3.C.de priuil. domus Auguſtæ. Excuſat.denique & alij qdẽ à munerib. patrimoniorũ, vt ex cauſis im-
munitatum ſuperius expoſitis apparet.Quoties tamen vr-
gente neceſſitate comparationes frumenti , vel hordei , a-
liarumque ſpecierum quibuslibet Prouincijs indicuntur ,
nulli penitus poſſidentium ſe ſe ſub cuiuſcumque priuile-
gij occaſione excuſandi tributur facultas, l.1.C. vt nemi-
ni liceat in empt. ſpecie.l.1.& vltima. C. de quibus mune-
ribus nemini liceat ſe excuſare. Idem dicendum ſi viæ pu-
blicæ inſtruendæ ſint , vel pontes, vel muri conſtruendi ,
vel

Digitized by Google

vel alia opera publica extruenda, l. abſit. 4. C. de priuilegijs
domus auguſtę, l. ad portus. 6. C. de operib. public. l. cum mu
neris. 12. ff. de munerib. cum alijs citatis ſupra lib. 3. titu. 69.
94 † Sed & qui muneris publici vacationem habet, per ma-
giſtratus ex improuiſo collationes indictas rectè excuſat,
eas verò, quæ ex lege fiunt, recuſare non debet, l. 1. C. de va
cat. muner. l. 8. §. qui munera. & l. hi, qui. 6. ff. de vacat. mu-
95 ner. † Nullus inſuper penitus cuiuslibet ordinis, ſeu digni-
tatis, vel Sacroſancta Eccleſia, vel domus Regia tempore
expeditionis, excuſationem angariarum, vel perangariarū
habet, l. 1. C. de quibus munerib. nemini liceat ſe excuſare,
l. munerum 18. §. pen. ff. de munerib. l. ſunt munera 11. ff. de
vacat. muner. l. neminem. 11. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. nul-
lus. 21. C. de curſu publico. Et id ſeruata forma quoad Ec-
cleſiam, de qua ſupra lib. 3. tit. 6. ver. ſi neceſſitas, & tit. 69.
96 ver. ideoque ſi exercitus. † Tunc enim, & Eccleſia ipſa pro
bello ſacro opem affert, & Summus Pontifex concedit de-
97 cimas Imperatori. † Idem dicendum, ſi in tranſitu Impe-
ratoris munera iniungantur, nam & hoc caſu ceſſat immu
nitas, l. 2. C. de quibus munerib. &c. & d. l. neminem 11. C.
98 de ſacroſanct. Eccleſ. cum allegatis in d. tit. 69. lib. 3. † Scien
dum etiã eſt liberis eius, qui immunitatem habet hoc pri-
uilegium non competere, l. & qui. 3. §. quamuis, ff. de mune
rib. l. caſus 4. C. qui morbo ſe excuſant, l. ſemper. 5. §. im-
munitati, ff. de iure immunit. Niſi ſpecialiter illis ſit conceſ
ſum, l. medicos. 6. C. de profeſſor. l. vlt. §. fin. C. eod. & exem
plis alijs ſupra propoſitis, Immunitates autem generaliter
tributæ eo iure, vt ad poſteros transmitterentur, in perpe-
tuum ſuccedentibus durant, l. immunitates. 4. ff. de iure im
munit. Ad eos tamen poſteros, & liberos pertinẽt, qui eius
familiæ ſunt, l. vacatio 13. ff. de muneribus, l. 1. §. fin. ff. de iu
re immunit. l. ſordidorum 13. C. de excuſat. muner. l. & qui
99 3. §. 1. ff. de munerib. † Quoties autem quæritur, an excu-
ſatio competat, nec ne, Præſidis Prouinciæ eſt cognitio. Nã
de iure omnium incolarum, quod quæque Ciuitates ſibi
vendicant, Præſides Prouinciarum cognoſcunt. Cũ tamen
quis ſe negat incolam eſſe, apud eundem Præſidem Pro-
uinciæ agere debet, ſub cuius cura eſt ea Ciuitas, à qua vo
catur ad munera, non apud eam, ex qua ipſe ſe dicit oriun
dum eſſe, l. de iure. 3. ff. ad municipalem, l. 1. in fine, C. de va
catio publicor. muner. l. 2. C. de decurionib. l. generali. 54
C. eod. Niſi agatur de immunitate Eccleſiæ, bonorum, ac
perſonarum illius, tunc enim cognitio immunitatis erit
Epiſcopi, vel alterius Ordinarij iudicis Eccleſiaſtici, c. non
minus, de immunitate. cum alijs citatis ſupra lib. 3. titu. 69.
100 † Portò ſi quis tutor datus fuerit, vel teſtamento, vel à
quo alio, qui ius dandi habet, non oportet eum prouocare,
ſed intra tempora præſtituta excuſationem allegandã ha-
bet, & ſi fuerat repulſa, tunc demum appellare debebit, l.
1. §. ſi quis tutor. Cæterum ante ſiniſtra appellatur, d. §. ſi
quis tutor. Cum alijs citatis in tractatu de tutela, & cura li
101 bro 2. titul. vlt. † At alia cauſa eſt eorum, qui ad aliquod
munus, vel honorem vocantur, cum dicant ſe habere excu
ſationem; nam non aliter allegare poſſunt cauſas immuni-
tatis ſuæ, quam ſi appellationem interpoſuerunt, d. l. 1. §. a-
102 lia cauſa, ff. quando appellan. ſit, cum alijs allegatis. † Pen
dente autem appellatione, ſi is contra quem propter hono
res appellatum eſt, honorem vſurpauerit coercendus eſt, l.
reus. 7. §. cum contra, ff. de muneribus. l. ſi vt proponis 3. C.
quando prouoc. non eſt neceſſe. Is quoque, qui honoribus
ſecundum ſententiam vti prohibitus eſt, ſi appellauerit, ab-
ſtinere interim à petitione honoris debet, d. l. 7. §. ergo & ſi
103 is. † Si magiſtratus creatus appellauerit, collega eius in-
terim vtriuſque officium ſubſtinere debet, l. Imperatores.
21. §. ſi magiſtratus, & §. in locum, ff. de appellatio. Si verò
vterque appellauerit, alius interim in locum eorum crean-
dus, & is, qui nõ iuſtè appellauerit, damnum, ſi quod Reſ-
publica paſſa ſit, agnoſcet, vt in dictis iuribus, & l. 1. in fine,
ff. ſi tutor creatus appella. l. 2. in fine, C. de decurionib. l. 1.
C. de ſumptuum recuper. Si autem iuſta ſit appellatio, &
hoc pronuncietur, iudex æſtimabit, cui hoc adſcribendum
104 ſit, d. §. ſi magiſtratus. cũ alijs citatis. † Poſthæc è eo, qui
excuſationem propoſuit, pendente appellatione defuncto,
expirat honoris, vel muneris ei iniuncti quæſtio: niſi fortè
periculum, vel damnum contigerit ob eius appellationẽ:
hoc enim caſu ſucceſſores eius cauſam appellationis pro-
ſequi debent, leg. 1. ff. ſi tutor, vel curator, vel magiſtratus
appella. l. 1. §. final. ff. ſi pendente appellat. mors interue-
nerit. hactenus ergo de excuſationibus, & immunitati-
bus.

SVMMARIVM.

1 *Curſus publici cura ad quos ſpectet.*
2 *Curſus publici exhibitio, cui committenda.*
3 *Mallo euectioni deputatus, nec alijs ſubtrahendus.*
4 *Equi non lignis, ſed faſtibus agitandi, nec ad alios vſus vſur-pandi.*
5 *Veredi reparandi ſtabula extruenda pro curſu.*
6 *Pabula curandum ne deſint animalibus.*
7 *Curſu publico, cui liceat vti, vel non.*
8 *Diuertere à curſu publico prohibitum.*
9 *Euectio quid ſit.*
10 *Nauiculario muneri prædia nauiculariorum obnoxia.*
11 *Naufragia pro rata à Collegio naucleorum ſpectant.*
12 *Via ſternenda, pontes erigendi, maria, & flumina cuſtodien-da.*
13 *Viarum ſternendarum vſum inuenit Appius Claudius.*
14 *Strata à via differt.*
15 *Viæ inter publicas res computantur.*
16 *Publicæ viæ quæ dicantur.*
17 *Via publica nemo vti prohibetur.*
18 *Via publica non eſt exaranda nihilque in ea proijciendum, nec ponendum.*
19 *Actio de deiecto, & effuſo, poſito, & ſuſpenſo pro via tuenda competit.*
20 *Viæ publicæ ſunt aperiendæ, reficiendæ, purgandæ.*
21 *Viam aperire quid ſit, quid purgare, quid reficere.*
22 *Via ſine damno vicinorum munienda.*
23 *Interdictum aperiendæ viæ, &c. perpetuum.*
24 *Vias publicas ante ſuas ædes quis conſtruere debet, limitatur.*
25 *Inquilinus, & conductor de penſionibus vias reficit.*
26 *Via publica in agrum vicini non reijcienda.*
27 *Via publica amiſſa in agris facienda.*
28 *Via publica intrans publicam plateam non dicitur amplius via.*
29 *Noë primus Nauis inuentor.*
30 *Claſſes Romanorum maritimæ.*
31 *Naualis militia ſemper vilis, ac vilium apud Romanos.*
32 *Phari vſus antiquus.*
33 *Claſſes fluminum.*
34 *Mare, littora, portus, flumina publica.*
35 *Littus quid ſit, illius vſus publicus.*
36 *Ripæ fluminum publicæ.*
37 *Riparum proprietas, cuius ſit.*
38 *Littus, & Ripa, vt publica via munienda.*
39 *Flumen à Riuo differt.*
40 *Flumina quædam publica quædam non.*
41 *Fluminis publici definitio.*
42 *Fluminum publicorum, & marium vſus publicus, vt aeris, cum declaratione.*
43 *Piſcandi ius commune.*

De curſu publico, & munere nauiculario. Tit. 48.

1 REſtant muneris duæ ſpecies deſcribendæ, ſcilicet
curſus publici, & rei nauiculariæ. † Curſus igitur
publici cura ad agentes in rebus pertinet, l. 2. C.
de curioſ. & ſtationarijs, l. agentes 4. C. eodem. Agentes in
rebus, qui fuerint non ſatis conſtare putat Spiegel, niſi
quod generis vocabulum ſit, in eos relatum, qui res Princi
pis agunt, quos aut procuratores Principis, ſeu Commiſſa-
rios vocant. Platerius magiſtrianos per eos intelligit, qui in
rebus, & actu militabant, quibus curæ erat euectiones in-
ſpicere, & curas agere, vt d. l. 2. & vlt. C. de curioſ. & ſtatio.
lib. 12. De his extat titulus, C. eodem lib. 12. & loquitur No
uella conſtitut. 17. Cæterum poſt Cuiacium nullus, qui hi
ſint, melius explicaſſe videtur, quam Turnebus libro 13.
aduerſariorum, capit. 10. tomo ſecundo. Satis eſt, quod ad
illos cura publici curſus pertinere poterat. Horum mu-
nus hodie poteſt conuenire Magiſtris poſtarum, quaſi
poſitis collocatiſque certis in locis, ſemperque in procin-
ctu excubantibus, ſecundum Budæum in reliquis anno-
2 tation. in Pandectas. † Exhibitio autem curſus publici

Digitized by Google

ſecundum locorum conſuetudinem, vel curialibus, vel co-
hortalibus debet committi: vel his qui ſuo periculo à Præ-
fecto prætorio ſub competente cautela excipitur, l. publici
14. C. de curſu publico. l. curſum 22. C. eod. Ad curſum au-
tem publicum exhibendum omnes pabula, & pecuniam,
non etiam equos conferre tenentur, l. nullus 21. C. eod. tit.
3 † Mulio euectioni deputatus à nemine ſubtrahendus, ne-
que ſtabularij, & equorum curatores à veredarijs ſpolian
di, l. nemo 17. l. nõ patimur 13. C. de curſu publico Budeus
4 vbi ſupra. † Equi curſus publici non lignis, vel fuſtibus, ſed
flagellis tantummodo agitandi, leg. 1. C. de curſu publico.
Nec ad alios vſus vſurpandi ſunt, l. 2. in princ. & l. grauiſſi-
mè, C. eod. Hinc diſcreta pro brutis animalibus, contra
5 indiſcretos homines illis abutentes conſtitutio. † In omni-
bus inſuper prouincijs veredorum quarta pars reparari
iubetur; & impenſis publicis ſtabula extrui prohibetur, l.
6 in omnibus 7. C. eod † Curandum item eſt, ne pabula ani-
malibus publicis deſint, l. anim alia 18. C. de curſu publico.
Neque ideo prouinciales vltra quam iuſtitiæ ratio ſinit
7 prægrauentur, d. l. 18. † Non autem cuiuis curſu publico
vti permittitur, ſed Senatoribus, legatiſque Gẽtium, dum
ad Imperatorem, vel ab eo proficiſcuntur, & alijs quibuſ-
dam, l. 1. C. de curſu publico, l. euectionum 6. C. eod. Sed &
is, cui iudex curſum publicum conceſſerit eo vti poterit, l.
iudicibus 9 C. eod. l. 2. C. de cohortalibus. Nullus tamen pri
uatus euectione vti debet, licet impetrauerit, l. nullus 11.
C. de curſu publico. Erant autem euectiones literæ, diplo-
mata, & exhibitiones publici curſus. l. 1. C de numerarijs,
l. 3. 4. 6. §. penult. & vlt. C. de curſu publico. l. 2. C. de cõmea-
tu. l. 2. C. de curioſ. lib. 2. Budeus in reliquis annot. in Pan-
dectas. D August. epiſt. 55. inquit. Zenobius magiſter me-
moriæ factus eſt, & miſit nobis euectionem cum annonis.
Sulpitius Seuer. lib. 2. hiſtor. ſacr. Hilarius, inquit, iã exilij
annum in Phrigia agẽs, inter reliquos Epiſcopos per Vica-
rium, ac Præſidem data euectionis copia adeſſe compelli-
tur Symmach. lib. 2. epiſt. 261. inquit, Tibi igitur hoc mu-
nus iniungo, vt impetratis euectionibus in adminiculum
Prætoriæ functionis habitum meritis meæ apud eum ple-
nius exequaris. Nullus item Ducum cohortalium, vel ap-
pariorum eo vtatur, l. nemo 20. C. eod. de curſu publico. l.
iudicibus 9 C. eod. Verum euectio inſpicienda, & à iudice
cognoſcenda eſt, l. 1. C eod Budeus vbi ſupra. Quot autem
curribus, & equis in publico curſu ſit vtendum, definitur
in l. 4. in l. ſi quis 15. & in l. vlt. C. de curſu publico. Sed &
de curſu publico in quibuſdam locis tollendo, nec permit-
tendo niſi ex cauſa peculiari, definitur in l. curſum 22. C.
eod. Sed quia veredorum quoque cura pari ratione tra-
ctanda eſt: ſexaginta libras ſella cum frenis, ſexaginta iti-
dem auerta non tranſeat: ſub pęna de qua in l. quoniam
12. C. eod. procurius, l. explicatione vide Budeum vbi ſupr.
8 Sunt etiam currus reparandi, l. 7. in princ. C. eod. † Si quis
autem per publicum curſum iter faciens, cuiuſcunque di-
gnitatis, vel militiæ, ab itinere recto diuerterit, eſt coercen
dus, leg ſi quis 5. C. de curſu publico. Et vt agendi itineris
poſſit eſſe moderatio, deni veredi per dies ſingulos ex vtra
quę parte dimittendi ſunt ſub pęna, de qua in l. vt agendi.
9 C. de curſu publico. † Si quis autem formam, ac tempus e-
uectionis non obſeruauerit. Sunt ſtatutæ pęnæ cum diſtin
ctione perſonarum, in l. euectiones 3. C. eod. vbi euectionẽ
Imperator ipſe vocat literas, in quibus, an & quatenus cui-
que curſus publicus ſit permittendus, continetur, in qua
ſignificatione accipitur etiam in l. iubemus 23. C. eod. & in
10 alijs allegatis ſupra ſub num 7. † De munere autem nau-
culario à publico curſu non abſimili niſi reſpectu elemen-
ti aquæ, in quo exercetur, duo maxime cauta ſunt; Primũ
quidem, vt huic muneri prædia nauiculariorum ſint ob-
noxia: & ſi fuerint alienata, cum ſuo onere ad alium trans-
ferantur, non obſtante pacto inter emptorem, & vendito-
rem in contrarium inito. Nec diſtinguitur, quamuis Impe
ratori ſint alienata. l. 2. C de prædijs, & omnibus rebus na-
uicular. l. 1. & 3. C. eod. Domus quoque à nauiculario ven-
dita pro tanto modo ad hoc munus obligatur, quantum
habet emolumenti ſi pecunia muniretur, d. l 2. § domus.
11 † Alterum quod de munere nauiculario cautum eſt, perti
net ad naufragia, quibus contingentibus cautum eſt, vt ſi
frumentum publicũ perierit, iactura illa ab vniuerſo nau-
cleorum collegio pro rata contingentis muneris reſarcia-
tur. l. vlt. C. de naufragijs. Sed & plura de hoc munere di-
cta ſunt ſup. tit. 10. de tributis, & alijs fiſci ſpeciebus tranſ-
12 mittendis, ac tranſuehendis. † Verum pro munere curſus
publici, & munere nauiculario explendis ſunt ſternendæ
viæ, pontes ſuper fluminibus erigendi, necnon maria, &
flumina à piratis, latronibus, & graſſatoribus cuſtodiẽda,
vt fuit in pluribus locis pronunciatum, ideoq; de illis, vti
13 de rebus ad publicum pertinẽtibus diſſerendũ eſt. † Vſum
aũt ſternendarum viarum Appius Claudius Cẽſor primus
inſtituit, vt ſupr. in tit. 4. probatum fuit. Et via, quam ipſe
ſternendam curauit, ab eius nomine Appia fuit appellata.
De ea Procopius lib. 1. de bello Goth. inquit. Beliſarius via
latina exercitum duxit, Appia ad leuam dimiſſa. Hanc
Appius Romanorum Cenſor ante annos nongẽtos ſtru
xerat, & à ſe dederat nomen. Longitudinem eius quinque
dierũ ſpatio vir expeditus poſſit emetiri. Ab vrbe Roma
Capuam pertinet, ea latitudine, vt duo currus ex aduerſo
obuij, libere queant permeare, & commeare. Et eſt ſanè
hæc via, præter cęteras, ſpectabilis. Siquidem Appius ex
alia, & longinqua tunc, vt reor, regione exciſos lapides, &
hos quidem ſiliceos, ac ſuapte ingenio duriſſimos in hanc
viam vehendos curauit. Quos planos deinde ac leues red-
ditos, & quadratos inciſione factos, iunxit & in ordine lo-
cauit metalli nihil vel alterius rei inſerendo. Sunt tamẽ ita
connexi, & valde inter ſe hærent, vt ſpeciẽ viſentibus præ-
beant, non coniunctos ita, ſed congenitos eſſe & quamuis
iam tot ſæculis atterantur, aſſiduis plauſtris, iumẽtiſque,
tamen neque ſerie ſua vel minimum exeunt, & dimouen-
tur, neque franguntur, aut læuorem ſuum amittũt. Sed in
Liuio lib. 41. legitur Q. Fuluium Flaccum, & A. Poſthumiũ
Albinum Cenſores, vias ſternendas ſcilicet in vrbe, & ex-
tra vrbem glarea ſubſtruendas, marginandaſque, Primos
omnium locaſſe. Quomodo e[illegible] primi omniũ cum hi fue
rint Cenſores anno vrbis 58[illegible] Appius aliquot ætatibus
pręceſſit? Quid, quo Flaminia via diuturne ſtrata, & ſub bel
lum Punicum ſecundum? Sed obſeruantibus Liuij relata
verba conſtat Cenſores illos non primos fuiſſe, qui vſum
ſternendarum viarum conſtituerint, nec ipſe hoc dicit. Nã
ſilice, vel glarea dicit primos ſubſtinendas marginandaſq;
vias in vrbe, & extra locaſſe, quid longè diuerſum ab inſti-
tuto Appij. & Tibullus ipſe hoc idẽ obſeruaſſe credimus
dum cecinit.

Namque opibus congeſta tuis Glarea dura
Sternitur hic apta iungitur arte ſilex.

Et marginari ſolet. quod firmiter arctatur, & ſtringitur
lapidibus grandioribus, & ij ad duplicem vſum vt dupli-
ces lapides erant conſtituti. Priores vt Cippi quidam emi-
nentes, in quibus inſidere feſſis, onera reclinare, aut & aſcẽ
dere ex ijs in equum fas eſſet. Ij crebriores diſpoſiti per to
tam viam; alteri autem rariores, qui vt Columnellæ exta-
bant, & notis numerorum inciſis milliaria notabant, & v-
trumque G. Gracchus inſtituit, vt notat Plutarchus; &
gratum fuit in vulgus. Nihil enim magis ad tædium, & fa-
tigationem eſſe conſtat, quam ignaros ſpatiorum uberia-
re; & contra, refici animum ac vires ea ſignatione. Hinc
Quintilianus bene. Partitio reficit audientem, non aliter
quam facientibus iter, multum detrahunt fatigationis no-
tata inſcriptis lapidibus ſpatia. & Rutilius canendo.

Internalla via feſſis præſtare videtur,
Qui notat inſcriptus millia multa lapis.

Hinc ille mos per lapides computandi, quos Græci ab
hac notatione milliarium vocant, ideſt ſigna, ſiue notas, vt
non poſſit dubitari Appium Claudium fuiſſe primum,
qui ſternendarum viarum vſum inſtituit, vt iam diximus,
& dicit Iulius Frontinus de aquæductibus, dum eidẽ Ap-
14 pio ductus aquæ ad vrbem vſque attribuit. † Hinc ſtra-
tam viam à via differre voluerunt. Bart. & alij in leg. pri-
ma. § penult. ff. de via publica, leg. ſtratæ 4. C. de priuileg.
dom. Auguſtæ, leg. 6. de itinere munien. Iſidor. libro 15. E-
tymol. cap. vlt. & Procop. libro ſecundo, de bello Perſico
Cæpolla de ſeruit. ruſticor. prædior. Quod ſtrata dicatur
ex lapidibus, vel ſilicis conſtructa, via verò ſine lapidibus,
vt, ſtatutum diſponens de vna non habeat locum in alte-
15 ra. † Sed & inter publicas res, & publicæ connumeran-
tur viæ. Publici enim loci appellatio quemadmodum
accipiatur, Labeo definit; vt & ad areas, & ad inſolas,
& ad agros, & ad vias publicas, itineraque publica per-
tineat, in lege ſecunda, §. publici, ff. ne quid in loco pu-
16 blico. † Publicas enim vias dicimus, quas noſtri Præ-
torias

Digitized by Google

torias alij conſulares vias appellant dict. l. 2. § publicas, &
eas dicimus, cuius etiam ſolum publicum eſt d. l. 2. §. viam
publicam. Sed & ſpecies viæ publicæ eſt etiam via vicina-
lis, cum declaratione, de qua in l. vlt. C. de locis, & itineri-
17 bus publicis, & in d. l. via rum ibi vicinales. † Via itaq. pu-
blica nemo rectè vti prohibetur d. l. 2. §. fi. l. per agrum 11.
C. de ſeruitutibus. Rerum n. communium omnibus æqua-
lis eſt vſus; neq. cuiquam verendum vitio, quod ius publi-
cum conceditur. Cæterum viam publicam eſſe de regalibus,
extat relatum in c. 1. quæ ſint regalia. Bart. in l. continuus §.
cum quis de verbo. oblig. exiſtimat ad ciuitates pertinere
& ideo per viam publicam aquam ſine permiſſu Principis
ducere non licet l. ſi in publico 18. §. fi. ff. de aqua pluuia ar-
18 cenda l. ſeruitutes 14. §. publico ff. de ſeruitutib. † Non eſt
via publica exaranda l. ſi in agrum 4. in fine ff. de via publi
ca. Nihilq. in eam proijciendum, nec ponendum l. 3. §. ſtu-
19 deant ff. eod. † Huc pertinet actio de deiectis, & effuſis, po
ſito, & ſuſpenſo, & interdictum ne quid in via, vel itinere
20 publico fiat, & ne quid in loco publico fiat ff. † Sunt enim
publicæ viæ aperiendæ, reficiendæ, atq. purgandæ, vt mu-
nus publici curſus poſſit expleri, & vt peregrini ire, & redi
re, & mercatores, & negociatores merces, & annonas trãſ-
21 uehere poſſint l. 1. in prin. ff. de via publica, & §. 1. † Viã au
tem aperire, eſt ad veterem altitudinem, & latitudinem
reſtituere. Sed & purgare, refectionis portio eſt. Purgare
autem propriè dicitur ad libramentum proprium redige-
re, ſublato eo, quod ſupra eam eſſet. Reficit enim, & qui a-
perit, & qui purgat, & omnes omnino, qui in priſtinum ſta
tum reducunt d. l. 1. §. 1. l. 3. § reficere ff. de itinere actuque
priuato. Si quis ſub ſpecie refectionis deteriorem viam fa
cit, impunè vim patietur. Propter quod neq. altiorem, neq.
humiliorem viam ſub nomine refectionis is, qui interdicit,
põt facere: vel in viam terrenam glaream inijcere: aut ſter
nere viam lapide, quæ terrena ſit: vel contra lapide ſtratã
22 terrenam facere d. l. 1 §. ſi quis † Sed & qui vias publicas
muniunt, ſine damno vicinorum id facere debent l. q vias
31. ff. de damno infecto. Viam autem munire, id eſt, lapidi-
bus ſternere, teſte Liuio lib. 10. & Plinio lib. 34. Sed ſi alius
magis idoneè reficere viam publicam velit, non habebit lo
23 cum interdictum, de quo in d. l. 1. in prin. † Quod quidem
interdictum aperiendæ, reficiendæ, & purgandæ viæ publi
cæ eſt perpetuum, competit omnib. & in oẽs, & habet cõ-
demnationem in id, quod actoris intererat d. l. 1 §. fin. ff. de
24 via publica. † Sed quiſq. ante ſuas ædes publicas vias con-
ſternere, & reficere tenetur l. 3. §. conſtruat ff. eod Bart. in l.
per Bithiniam C. de immunit. nemini conceden. lib. 10. leg.
ædiles §. ſtudeant ff. de loca. publ. fun. & ſi quid in ea. Niſi
fortè dominus non ſit ſoluendo. Hoc enim caſu onus incũ
bit alijs vicinis. Romanus in ſingul. incipien. Via verſ. nota
25 quod viam per gl. in l. ſi. §. fin ff. de via publica. † Sed non
inquilinus. ſeu conductor tenetur de ſuo, ſed de penſionib.
domino ceſſante d. l. ædiles § ſtudeant vbi. Bart. in 3. nota-
bili. Florianus in l. ſi pendens §. ſi quid ff. de vſufructu. Imo
ſi penſiones non habeat, vel gratis habet, & ſoluat, repetet
26 à Domino. Bart. & Florianus vbi ſupra. † Si in agrum vici-
ni viam publicam, quis deiecerit, in tantum in eum viæ re-
iectæ actio dabitur, quantum eius interest, cuius fundo in-
iuria irrogata eſt, l. ſi in agrum 4. ff. de via publica Bald. in l.
cum talis C. de ſeruitut. l. per agrum, & ibi Bald. C. eodem.
27 † Sed ſi via publica ſit amiſſa, tunc enim vicinus per agrũ
ſuum illam ſibi ſoluto precio præſtabit l. ſi locus 14 § ſi ff.
quemadm. ſeruit. amittat. vbi Bald. & Florian. & Caſtren.
Bart in l. 1. ff. de ſeruit. legat. & in l. 2. in prin. & in l. 4. in fine.
ver. ſecundo caſu ff. ſolu. matrimo. Cepolla de ſeruit. Vib.
28 c. 24. † Sed & via publica poſtquam intrat publicam pla-
team, vel alium publicum locum, non dicitur ampliùs via,
ſed amittit nomen, vt faciunt flumina poſtquam intrant
mare l. fina. § fin. vbi Bartol. & Floria. ff. de ſeruit. prædior.
Bartol. in fi. ff. de loco, & itinere publico. Cepolla vbi ſupra
de via. Qui autem vici, viæ, vel cliui præcipuè Romæ fue-
rint, & vnde nomina originem ſumpſerint, & quib. finibus
quaq. menſura iter, actus, aut via conſtent, & quid pes, cu-
bitus, palmus, iugum, diplethrũ, ſtadiumue ſit docet præ-
clarè Alex. ab Alex. libr. 2. Genial. dierum c. 18. & c. 24. Is. n.
non ſine iuſta cauſa, vt in lib. 6. c. 7. & 16. promit. relicta Cu
ria Romana, à qua nec vnum panem prudentia iuris, qua
pollebat cõſequi potuit, intermiſſo cauſarum ſtudio, in mi
tionib. ſtudijs oblectatus, clarus factus eſt, atq. viuit fama
variæ, ac recõditæ eruditionis, & hęc, quoad conſeruationẽ
29 publici viarum curſus dicta ſufficiant. † Pro conſeruando
verò munere nauiculario, non eſt ignorandum quod Noe
centum annos ante diluuium, cum anno ætatis ſuæ quingẽ
teſimo mandatum à Deo accepiſſet, primus arcam con-
ſtruere cępit, pro reparãdo genere humano à diluuio, quo
omnes, ſuis in arca receptis exceptis ſubmergerentur. To-
ta autem arca myſtica materia & forma materiam, & for
mam præcipuè noſtræ ſalutis Crucis inſtrumenti exhibẽt.
Nam latera extenſa figuram Crucis reddunt. Inferiora or-
dines, & gradus Eccleſiæ. In ea animantes oĩs generis præ-
ter ſerpentes, &c. Sic Eccleſia ex omnib. nationib. congre-
gatur: & in ea boni verſantur pariter, & mali. Sed hi in infe
rioribus tabulatis. Homines autem & aues, id eſt boni, in ſu
perioribus. Deniq. arca, quam fecit & in qua cum ſuis eua-
ſit, prophetia noſtrorum temporum fuit, qua Eccleſia di-
citur Nauis Petri, vt per D. Auguſtinum de Ciuitate Dei
c. 15 26. & 38. Hinc duxere originem. Naues, triremes, qua
driremes, & aliæ huius generis Cymbę, lintres & ſimiles, nõ
à Neptuno, neq à Dauno, vt fabulantur Poetæ, & aſſerunt
alij nonnulli. Hi enim longè poſt diluuium extitere; Fue-
30 runt tamen hominum nauigationibus commodæ. † Ex his
Romani conſtituere Claſſes perpetuas in mari ſcilicet qua
tuor, in fluminibus tres, quibus & piratas cohiberent, &
hoſtes excluderent, & ſuis tranſitum etiam, aut tranſue-
ctionem. cum opus eſſet, ſtatim darent, & nauigantes, &
nauiculanos ſecuros cuſtodirent. Primæ duæ claſſes maio-
res Prætoriæ dictæ ſunt, Miſenenſis ſcilicet, & Rauennas,
ita dictæ dignitatis cauſa, & vt inter alias minores Præto-
ria aliqua Nauis emineret. Hoc quoque ab Auguſto teſte
Suetonio inſtitutum. Claſſem Miſeni, & alteram Rauennę
ad tutelam ſuperi, & inferi maris collocauit, & Tacitus de
ijſdem lib. 4 annal. Italiam vtroq. mari duæ Claſſes, Miſe-
num apud, & Rauennam præſidebant. Sed diſtinctiſſime.
Vegetius mihi apertus à R. P. D. Alexandro Camerino
familiari de hac re collatione habita cum eo lib. 4 numerũ
& plura aperit, his verbis. Apud Miſenum, & Rauennam
ſingulæ legiones cum Claſſibus ſtabant, ne longius à tute-
la Vrbis abſcederent, & cum ratio poſtulaſſet, ſine mora,
ſine circuitu, ad omnes mundi partes peruenirent. Nã Mi-
ſenatium Claſſis Galliam, Hiſpanias, Mauritaniam. Affri-
cam, Aegyptum, Sardiniam, atq. Siciliam habebat in proxi
mo. Claſſis autem Rauẽnatium Epiron Macedoniã. Acha
iam, Propontidem, Pontum, Orientem Cretam. Cyprum
petere directa nauigatione cõſueuerat. Sed profectò & ſi
locus iſte Vegetij pulcherrimus, & diſtinctiſſimus ſit, Tñ
in eo, quod dicit ſingulas legiones in ſingulis fuiſſe, id non
ſemper perpetuum fuit, & ſi aliquando à Claſſiarijs mili-
tia legionaria vti honeſtior petita & impetrata aliquando
fuerit, non ideo ſemper habebant. Nam exteri milites ple-
riq. erant, nec erant Ciues, vt ex Tacito de Claſſe Rauenna-
te loquente: Ambiguos, inquit, militum animos quod ma-
gna pars Dalmatæ, Pannonijq. erant, & ex Tabula, quæ Ve-
netijs adſeruatur conſtat. Legitur. n. in ea ita ſcriptũ. Ha-
drianus Imp. ijs. Qui. militauerant. in Claſſe. Prætoria. Miſe-
ni. ſex. & viginti ſtipendijs. Emeritis. Dimiſſis. Honeſta miſ-
ſione. Ipſis liberis. Poſteriſq. eorum. Ciuitatem. dedit. Si ve-
31 dit ergo non habebant. † Clara & vera hæc ſunt, ac nauali s
militia; vſus ſemper, & vilium apud Romanos fuit. De Mi
ſeni igitur Claſſe, liquet apud Miſenũ, pulcherrimo ſinu,
eam ſtetiſſet, & Vergilius hoc indicauit, cum Miſenum il-
lic ſepelit Aeneas, nam poſtquam cecinit laudes in 5. ibi.

Miſenum Aeoliden quo non præſtantior alter
Aere ciere viros, Martemq. accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes: Hectora circum
Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta.
Poſtquam illum victor vita ſpoliauit Achilles.
Dardanio Aeneæ ſeſe fortiſſimus Heros
Addiderat ſocium non inferiora ſecutus.

Tandem infertur ſubdit.

At Pius Aeneas ingenti mole ſepulchrum
Imponit, ſuaq. arma viro remumq. tubamque
Monte ſub aerio, qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, æternumq. tenet per ſecula nomen.

Nam Vergilius, & remum, & tubam dat, pręſignificans lo
cum hunc futurum vbi Remiges, & milites in Claſſe eſsẽt
32 milites quos tuba, remiges quos remus notat. † In his item
portub. præter Caſtra, Pharos, ſiue Turres quaſdã ad præ-
lucen-

lucendũ noctu fuiſſe dicit Plinius, qui fuit Claſſis Miſena-
tiũ Præfectus, dum inquit. Vſus Phari, nocturno nauiũ cur
ſui ignes oſtendere, ad vada prænũcianda, portusve introi
tum: ſicut compluribus iam locis flagrãt, vt Puteoli, & Ra
uennæ. Illæ duæ claſſes maritimæ minores, vna ſtabat in
Gallia Colonia ex portu Foroiulienſi teſte Tacito lib 4. an-
nal. inquiens. Galliæ proximum litus Roſtratę naues in Op
pidum Foroiulienſe miſerat, valido cum remige. Altera
33 Oſtiæ. † Sed & claſſes fluminũ habebant, & prima in Rhe
no, altera in Danubio. de prima Panegyricus, Tacitus, &
Hegeſippus ex Ioſepho ita ſcribit. Rhenus itaque iam non
Germanorũ copijs repletur, ſed Romanorum Liburnis, q
pererrantes totu ſq. ad mare bicornis amnis fluẽta, quon-
dam liberas gentes ſeruitio premunt. De ſecunda Danubij
Tacit. li. 12 inquit, Vannius funditur prælio, & ad claſſem
in Danubio operientem perfugit. Sed & tertiã in Euphra-
te habuiſſe credit Ammianus. Hinc maria, & flumina à pi-
ratis, & latronibus erãt cuſtodita, non erat impeditus illo-
34 rum publicus vſus, prout iure cautum eſt. † Nã aqua pro-
fluens, mare, flumina, & portus publica ſunt §. & quidem
naturali inſt. de rerum diuiſ. l. 2. & 4. ff. eod. §. flumina, inſt.
eod. l. flumina. 3. ff. de fluminib. Item littora maris, d. l. a. in
35 fine, & §. littorum, inſt. de rerum diuiſ. † Littus enim ma-
ris eſt, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit, §. flu
mina, inſt. eod. l. littus. 96. in princ. ff. de verbor. ſignif. l. lit-
tus 112. ff. eod. Et ſunt publica littora maris, non autem in
alicuius proprietate, ſed omnium in vſu, d. l. 2. in fine, d. §.
littorum, l. ſi epiſtolam. 65. §. littora, ff. de rerum diuiſ. l. 3.
ff. ne quid in loco publico. & ideo ad ea nemo accedere ꝓ-
hibetur, §. & quidem inſt. de rerum diuiſ. l. nemo. 4. ff. eod.
Et in eis quiſque omnia facere poteſt, quæ illorum publi-
cum vſum non impediant, d. §. littorum, l. riparum. 5. §. fi-
nal. cum l. ſequen. ff. eod. l. in littore. 4. ff. ne quid in loco pu
36 blico. † Sed & Ripæ fluminum publicorum, vti flumina
ipſa publicæ ſunt, §. riparum. inſt. de rerum diuiſ. l. riparũ.
5. ff. eod. l. flumina 3. ff. de fluminib. Ripa autem definitur,
37 in d. l. 3. §. ripa. † Proprietas verò riparum illorũ eſt, quo-
rum prædijs ripæ adhærent, vſus autem earum publicus
eſt, l. riparum, inſt. de rer. diuiſ. l. riparum, ff. eod. l. ergo. 30.
§. 1. ff. de rer. diuiſ. & ideo naues ad ripas fluminum appel-
lere cuique licet, d. §. riparum, & d. l. riparum. 5. & l. 1. ff. vt
38 in flumine publico. † Sunt & muniendæ, & reficiendæ, vt
publicæ viæ, l. 1. §. 1. & per totum, ff. de ripa munienda. Qd
idem procedit in ripis lacus, foſſæ, ſeu ſtagni, d. l. 1. §. fin. &
interdictum eſt, ne quid in ripa fiat, quo ſtatio iter nauigij
deterius fiat, vel quo aqua aliter fluat, quam priore æſta-
39 te fluxit, l. 1. in princ. ff. de fluminib. † Sed & flumen à ri-
uo magnitudine diſcernendum eſt, l. 1. §. 1. ff. eod. Et flumi
na quædam ſunt perennia, quædam torrentia. Perenne eſt,
quod ſemper fluit. Torrens, quod hyeme. Si tamen aliqua
æſtate exaruit, quod alioquin perenne fluebat, non ideo
40 minus perenne eſt. d. l. 1. §. item. † Et fluminum quædam
41 publica ſunt, quædam non. † Publicum flumen Caſſius eſ
ſe definit, quod perenne ſit. Hæc ſententia Caſſij, quã Cel-
42 ſus probat videtur eſſe probabilis, d. l. 1 §. fluminum. † Flu
minum itaque publicorum communis vſus eſt, ſicuti via-
rum publicarum, & littorũ. In his igitur publicè licet cuili
bet ædificare, & deſtruere: dum tamen hoc ſine incommo
do cuiuſque fiat, l. flumina. 24. ff. de damno infecto. Et Cel
ſus ait, maris etiam eſſe communem vſum omnibus homi
nibus, vt aeris: iactaſque in id pilas eſſe eius, qui iecerit; ſed
id concedendum non eſſe, ſi deterior littoris marisve vſus,
quo eo modo futurus ſit, l. littora. 3. ff. ne quid in flumine
publ. Et ideo ius nauigandi per maria, & flumina publica
omnibus eſt commune, vt tamen nauigatio nemini obſit,
43 l. 1. ff vt in flumine publico, d. l. 3. † Item & ius piſcandi, d.
l. 1. & §. flumina inſt. de rer. diuiſ. l. 2. §. ſi quis, ff. ne quid in
loco publico, l. iniuriarum. 13. §. ſi quis me, ff. de iniurijs, l.
in mari 6. ff. de rer diuiſ. Item & ius pecoris appellendi, d.
l. 1. §. final. Sed & vt hæc omnia pacificè fieri poſſent erant
neceſſariæ, maximè in remotis propoſitæ claſſes, vt demon
ſtrant vſus, ideoque conſtructæ fuerũt, & per loca oppor
tuna diuiſæ, ac collocatæ, vt omnes continerent in officio,
fuerunt etiam pro omnibus perſonis, rebus, actibuſque pu
blicis contra oẽs etiã publicas perſonas, res, & acta introdu
cta iudicia, & actiones, vt ſingulariter ſupra in toto libro
ſuis locis fuit oſtenſum, ſed quia vltra actiones ꝓpriias an-
tedictas adſunt etiam populares, quib. vnuſquiſque in ſuo
e g. Rempublicam continetur officio, de illis etiam pro
fine, & complemento operis inſtituti eſt differendum.

S V M M A R I V M.

1 *Actio popularis, quæ & ad quid introducta.*
2 *Actio popularis, quibus competat.*
3 *Sententia in actione populari afficit omnes de populo.*
4 *Actio popularis competit Eccleſiæ*
5 *Actio popularis datur contra Clericos.*
6 *Clerici non poſſunt abuti rebus Eccleſiæ.*
7 *Oeconomus Epiſcopis cur datus.*
8 *Clerici de criminibus commiſſis poſſunt accuſari.*

De actionibus popularibus. Tit. 49.

1 POpularem † actionem eam dicimus, quæ ſuũ ius po-
pulo tuetur, l. 1. ff. de popularibus actionibus. ideoq;
introductæ ſunt populares actiones, vt illis populo ꝑ
2 quemlibet ius ſuũ magiſtratus Imperio vindicetur. † Cuili
bet enim in publicum permittendum eſt petere id, quod
ad vſum omnium pertinet, veluti vias publicas, itinera pu
blica, & alia omnia, de quibus ſupra l. 1. ff. de locis publicis
Bart. Alberic. & alij in rubr. ff. de actionibus popularibus.
Quæ quidem non niſi integræ perſonæ viro permittũtur,
hoc eſt cui per edictum poſtulare non eſt interdictũ, l. po-
pularis. 4. ff. eod. ideoque à muliere, pupillo, excommunica
to, vel aliter prohibito non poteſt exerceri, l. mulieri. 6. ff.
eod. Felin. in c. dilecti ſub nu. 5. propè medium. de maiorit.
& obedien. Nec minus exerceri poteſt per procuratorem,
l. qui populari. 5. ff. de popularib. actionib. Quamquam ea
Conuentus ad ſe defendẽdum poſſit procuratorem dare,
d. l. 5. Si enim plures hac populari actione agere velint in ſi-
mul, Prætor omnibus alijs excluſis idoneiorem eligere de-
bet, qui ea experiatur, l. 2. ff. eodẽ. Qui ex eo, quod hanc a-
ctionem habeat, illaque experiatur, & obtineat, nõ ideo lo
cupletior intelligitur, pro populo enim eſt expertus, & ob-
3 tinuit, l. populares 7. ff de popularib. action. † Et ſententia
lata in hac populari actione, in qua agitur de publico iure,
& intereſſe, afficit omnes etiam non citatos, conſtituitque
ſtatum rei perpetuum quoad omnes de populo, l. 3. ff. de
popularib. actio. l. eum, qui. §. in popularibus, ff. de iureiurã
do glo. per ea iura in l. a. C. quibus res iudic. Alex. in l. ſæpè,
nu. 33. ff. de re iud. gl. in c. cum dilecti, in verbo iudicatum,
4 de elect. † Et ſicut actio hæc popularis pro intereſſe Eccle
ſiæ poteſt exerceri, à quolibet nõ prohibito, nec interdicto
de Clero contra Eccleſiaſticas, ſeu ſæculares perſonas, pu-
blicum ius Eccleſiæ perturbantes, vt multorum authorita
te probat Felin. in c. dilecti, nu. 2. ver. quilibet de Clero, de
5 maiorit. & obedien. † Ita & etiam poteſt per ſæculares e-
xerceri contra perſonas Eccleſiaſticas in foro tamen Eccle
ſiaſtico pro ſacris, quibus debent miniſtrandis debitis tem
poribus, gl. & ibi Doct. in diſt. 1. c. ius publicum. tt. Ancha-
ran. in conſ. 155. nu. 4. in fi. Steph. Aufrer. de poteſtate ſæcu
lari in Eccleſiaſticos, & de poteſtate Eccleſiaſtica in ſęcula-
6 res. Felin. vbi ſup. † Et ne diſſipent bona, & iura Eccleſiæ,
quæ conſeruari totius Reipublicæ Chriſtianæ intereſt, &
ne illis abutantur. Ita enim Ioas Rex Iudæ Conſilio Sacer
dotis Ioiadæ prohibuit ſacerdotibus accipere pecuniam in
templum Dei per Sanctos, & tranſeuntes conſecratam, &
à populo oblatam, donec refectum fuiſſet templum, ne-
que ex Gaſophilacio pecunia ad illa opera accipiebatur,
quin adeſſet ſcriba Regis, & Pontifex in numeratione pe-
7 cuniæ, vt 4. Regum 12. & 2. Paralipp. 24. † Sic & aliquan-
do Concilium generale Calcedonen. c. 26. & Carthaginen.
4. dum viderent Epiſcopos abuti diſpenſatione bonorum
ſibi Commiſſorum, ſtatuerunt Epiſcopatibus Oecono-
mos pro bonis temporalibus regendis, adempta admini-
ſtratione Epiſcopis, quod & firmatum eſt in Concilio 7.
generali viuente Iuſtiniano I. & probatur in 9. q. 3. ca. cum
ſimus, & diſtin. 89 c. Diaconum, c. volumus, ca. quia in qui-
buſdam, & de accuſationib. cap. vltimo. & in Nouella con-
8 ſtitut. 6. 7. & 133. † Sed & vltra actionem hanc popula-
rem etiam pro intereſſe totius Reipublicæ Chriſtianæ con
tra Clericos ſunt vlterius introductæ ꝓ publicis criminib.
publicæ accuſationes, & q̃relæ ꝓ cõmiſſis, admiſſis, omiſ-
ſis atq. neglectis, quæ contra eos per quemlibet de populo
poſſunt exerceri, vt 2. q. 1. per totam, & c. 1. & toto titu. de
accuſationib. & c. 1. & toto ti. eod. in 6. & in tit. de exceſſib.
prælat. & ſupra li. 1. ti. 12. & ſeq. & lib. 3. tit. 120. n. 29. & ſeq.
nu. 41.

Digitized by Google

nu.41.& ſeq.& ti.121.per totum: fiunt.n.ſingulis annis per
ordinarios cõcilia diœceſana, & viſitationes ad eorum cor
rectionem, qñ illa opus eſt. Hactenus de munerib.& hono
ribus, nec non de vniuerſo iure publico Eccleſiaſtico, & ſe-
culari, oĩa ſemper correctioni, ac determinationi Sanctæ
Matris Romanæ Eccleſiæ ſubmittens. Nã ſicut errare, vel
minus capere eſt cõmunis humanitatis infirmitas, ſic in er
rore perſiſtere præcipitium eſt horrendæ iniquitatis, & ita
poſt lõgas vigilias, ſũmoſq. labores ſit impoſitus finis hui⁹
tractationis ad honorẽ, laudẽ, & gloriã omnipotentis Dei,
ac eius Matris ſemp Virg. Mariæ. S. Michelis Archãgeli vni
uerſæ Romanę Eccl. Protectoris, ac totius Galganettæ Do
mus in Cęleſti Curia Aduocati, Sãctorũ oĩum, i quorũ ma
nus nũc ſemp, & in mortis articulo cõmẽdo ſpiritũ meum.

LAVS DEO.

Cui Soli Gloria cum Matre Sancta Eccleſia Romana.

FINIS QVARTI LIBRI.

SVMMARIVM QVAESTIONIS.

1 *Clerici ſeculares curas ſuſcipere prohibentur.*
2 *Curas ſeculares ſuſcipere quis dicitur pluribus modis.*
3 *Clerici poſtulare, & aduocare cauſa lucri prohibentur.*
4 *Clerici coniugati poſtulare, & aduocare lucri cauſa non prohibentur.*
5 *Clerici cauſam propriã proſequi poſſunt, & alias cauſas, vt ibi.*
6 *Clerici patrocinantes cauſas in caſibus non exceptis deponũtur.*
7 *Conſuetudo quod clerici patrocinia ſecularia exerceãt nõ valet.*
8 *Oprobrioſum eſt clericos in caſibus non exceptis patrocinari.*
9 *Leges Clerici, & regulares diſcere prohibentur.*
10 *Monachus pro monaſterio Abbate imperante cauſas agit.*
11 *Monachi & regulares non poſſunt cauſa lucri patrocinari.*
12 *Clerici Monachi, & regulares pro Eccleſia agere, ſeu excipere non poſſunt niſi Prælato imperante.*
13 *Syndicus potius, vel procurator laicus à Clericis, Monachis, & regularibus conſtituenatus.*
14 *Clerici Monachi & Regulares diuino, & humano iure poſtulare in cauſis ſecularib. cauſa lucri prohibẽtur. & aduocare.*
15 *Clerici ad poſtulandum cauſa lucri non poſſunt diſpenſari.*

Clerici an poſtulare, ſeu Aduocationis munus poſſint exercere?

INter Sanctorum Apoſtolorum canones adeſt ſextũ in
1 ordine, ita his diſertis verbis diſponẽs. † Epiſcopus aut
Præsbyter, aut Diaconus ſeculares curas non ſuſcipito;
aliàs deponitur, & octuageſimum his verbis. Dicimus qđ
non oporteat Epiſcopũ, aut Præsbyterũ publicis ſe admini
ſtrationib. intromittere; ſed vacare, & cõmodũ ſe exhibere
vſib. Eccleſiaſticis. Animum igitur inductio hoc nõ f cere,
aut deponitor. Nemo.n. põt duob. Dominis ſeruire, iuxta
præceptum Dominicum. Hoc idem diſponunt q̃ plures ſũ
morum Pontificum canones infra citandi, Concilia, & le-
2 ges Ciuiles. † Suſcipere aũt ſeculares curas, ac publicis ſe
adminiſtrationib. immittere dr̃, quis plurib. modis, vt ex-
plicat gl. per illum, & alios canones, quos citat in verbo qđ
3 aũt 21.q.3.c.1. † Et ſignanter qñ, quis agit cãs ſeculares, il-
las perſequendo nomine alieno lucri cupiditate, vt ſolent
facere procuratores, & aduocati d.ca.1. ibi pp turpis lucri
gratiam, & ſeculares cauſas ſuſcipiunt, & ſe ipſos quidem
miniſterijs Sanctis per deſidiam ſeparant: ad domos autẽ
ſecularium concurrunt, & ſubſtantiarum eorum guberna
tiones auaritiæ cã ſuſcipiunt, & in c.1. Ne clerici, vel mona-
chi, poſtquam dictũ fuit multa eſſe negocia ſecularia, ſub-
dit, inter ea numerando procurationem, & aduocationẽ,
prohibendo munera iniuſta accipere, contentiones, vel li-
tes, vel rixas amare, in palatijs ſecularibus diſputare, & in
c.2. eod. tit. legitur. Sacerdotibus & clericis ius denuncies
publice; ne miniſtri laicorũ fiant, nec in reb. eorũ procura-
tores exiſtant, & 11.q.1.c. te quidem 29 cum alijs allegatis
in tract. de iure publico lib.3.tit 5.nu.39. Dicitur ẽt ſuſcipe
re ſeculares curas qñ, quis inſeruit iuriſdictioni ſeculari,
vel Villæ; Nam & procuratores Villarum, aut iuriſdictio-
nes etiam ſeculares exercentes dicuntur ſeculares curas ſu
ſcipere, & negocijs ſecularib. ſe implicare cõtra ſupra de-
ſignatos Apoſtolicos canones, vt diſponitur in cap. ſed nec
procurationes 4. Ne clerici, vel monachi, & in Concilio Tri
dentino ſeſſ. 25. de reformatione c. non poteſt 17. & in ſeſſ.
22. de reformat. c.1. l. plures 17. l. repetita 36. C. de Epiſc. &
cleric. leg. conſulta 23. C. de teſtamen. §. ſed neq. Nouella c.
123. Hinc ideo fit, quod prohibitiones factæ clericis ne gra
tia lucri muneris ꝓcurationis, aduocationis, ſeu iuriſdictio-
nis ſecularis ſuſcipiant, per ſummos Pontifices Concilia, &
Imperatores in citatis locis aliud nihil plus diſponant, quã
allegati Sanctorum Apoſtolorum canones faciant. Petrus
.n. apud Matth. 19. in conformitatem canonum citatorum
Chriſto pro omnib. loquens dixit. Ecce nos reliquimus om
nia, & ſecuti ſumus te, & ita omne ſeculare munus, & hoc
procurationis, & aduocationis per Clericos relinquendum
eſſe intellexerunt Imperatores in legib. iam citatis & Pon-
tifices etiam in c.1. & fi. de poſtulando, & in diſt. 88. c. forni
cari c. per latum, & c. conijciens in diſt. 91. c. penult. §. fin. &
11.q.1.c. te quidem, & 14.q.4.c canonum & c. ſi quis obli
tus, & 16.q.1.c. de præſentium c. ſunt nonnulli verſi neque
enim beatus c. monachi q.7.c. & hoc, & 21.q.3.c. in olim ijs,
4 & c hi qui. † Et quamuis ex decretis ſummorum Pontifi-
cum prædictæ prohibitiones non intelligantur de clerico
coniugato, qui beneficium Eccleſiaſticum non habet cap.
5 Ioannes 7. verſic. quia cum eum, de cleric. coniug. † Nec de
clerico perſequente cauſam ſuam d.c.1. ver. niſi propriam
cauſam, & d.c. fin. verſi. niſi pro ſe ipſo de poſtulando. Vel
defendente cauſam Eccleſiæ d.c.1 & vlt. & 11 q.1.c. clericũ
§. illud autem 12.q 1.c. expedit, & diſt. 88.c.1. vel ſibi coniũ
ctis d.c. vlt. verſi. pro perſonis coniunctis. Vel miſerabilium
perſonarum d.c. vlt. ver. aut miſerabilibus diſtin. 87.c.1. &
ſeq. diſt. 88.c.1. vel tandem nec de clerico defendente reum
publici iudicij 5.q.3.c. fi. ver. excepto. Tãdem non ideo põt
dici, quod ante dictæ prohibitiones canonum, legum, &
conciliorum ſint abrogatæ, & antiquatæ, quia iuſtiſſimũ
erat, quod pro ſe, pro Eccleſia, pro coniunctis, pro miſera-
bilib. perſonis, ac pro reis publici iudicij poſſent omnia or-
dinatæ charitatis officia explere. Non ideo exinde depręhẽ
ditur, quod lucri cupiditate munera illa pro aliquo poſ-
ſint exercere. Illis enim caſibus exceptis, in quibus ſine ſpe
aliqua lucri patrocinium ſuum præſtare poſſunt. Eſt cleri-
cis in omnibus alijs caſib. prohibitum Sacroſanctis ſupra
citatis canonibus, Concilijs, & legibus, ex quibus ita ẽt di-
6 cunt Patres, & D. Th. in 2.2.q.187. artic.2. † Immo ſi fuerit
compertum, quod munera hæc pro quocunq. lucri cupidi
tate pp pecuniam expleuerint, etiam omni Eccleſiaſtica
ſubuentione indigni, cũ ita conſtet per eos in Eccleſia ſcan
dalum generari c. ſacerdotibus §. quod ſi poſtmodum, vbi
glo. in verbo Eccleſia. Ne clerici, vel monachi. Obſeruãdũ
.n. decretum legitur, ne qs Sacerdotum, vel clericorũ, mo-
re ſecularium pro impenſis patrocinijs munera audeat ac-
cipere, & c. Quod ſi quis iſta probatur accipere, veluti exa
ctor fenoris, aut vſurarum poſſeſſor, ſecundũ ſtatuta Pa-
trum, de quib. in princ. ſe nouerit degradandum 15.q.2.c.
obſeruandum, & q̃uis gl. ibi in verbo pro impenſis poſita
poſt caſus figurationem, & in d.c 1 in verbo ſtipendijs, de
poſtulando, faciat diſtinctionẽ inter clericũ in minorib. or-
dinib. conſtitutum, & conſtitutum in maiorib. non benefi-
ciatum ad ſufficiẽtiã. Quod. ſ. eis liceat aduocare, & patro-
cinari pro ſalario more ſecularium coram iudice Eccleſiaſti-
7 co, tñ id nulla authoritate probat, † ſed dicit eam illo cano-
ni derogatum eſſe p cõſuetudinem contrariam, & nõ ad-
uertit, quod conſtat de cõtrario p alios canones poſtea ꝓ-
mulgatos in decretalib. vt in d.c.1. & 2. Ne clerici, vel mo-
nachi. & in d. capitulo 1. & vltimo de poſtulando, & tan-
dem in Concilio Tridentino vbi ſupra. Præterea inſtituta
Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum omni contrariæ
conſuetudini ſunt præferenda, maximè cũ reperiantur in-
ter canones ſcripta, vt diſt. 11.c.1. & ſeq. & c. nolite 3. Tãdẽ
vtraq gl. concludit in Sacerdote ſtare firmũ, qđ in d. cano-
ne obſeruandum 15.q.2. continetur, nec eſſe ei derogatum
& gl. illius canonis in fine, pro eo, quod in Sacerdote nõ ſit
contraria conſuetudine derogatum adducit tex. in d.c. vlt.
de poſtulando, qđ idem facit gl. in d.c.1. in verbo ſtipendijs
in fine remittendo ſe totaliter quoad ſacerdotẽ ad diſpoſi
tionem d.c. fi. de poſtulan. cuius tenor totalis eſt. Cũ ſacer-
dotis ſit officium nulli nocere, omnib. aũt velle prodeſſe.
Non niſi pro ſe ipſo, vel Eccleſia ſua. vel (ſi neceſſitas imm
neat) pro perſonis coniunctis, aut miſerabilib. ſ. ſibi licitum
eſt poſtulare, vbi gl. in verbo nulli nocere, & in verbo ꝓ ſe
ipſo. Innocen. Baſ. Abb. Butr. & alij. Non aũt dicit lucri gra
tia pp pecuniam, & glo. ipſa pro illo canone adducit c.1. &
ſe-

Digitized by Google

ſeqq.vſq;ad finem ex diſt.88.vbi non ſolum Clerici prohi-
bent cã cupiditatis,& auaritiæ negocia ſecularia ſuſcipere,
Epiſcopi,& Prælati c.1.& ſeq.vſq.ad c.11.Sed & laici ea nõ
ſuſcipere exortantur d.c.11.& ſeq.vſq.in finem d.diſt.88
Pro eadem diſt.gl.in d.c.1.& vlt.faciunt ibidẽ.Ioan.Andr.
8 Abbas Butr.Boich.& cæteri omnes.† Immo oprobriũ eſſe
clericis,& multo magis Sacerdotib.quod cã lucri, & cupi
ditatis pecuniæ ſe peritos forenſium diſceptationum oſtẽ
dere velint,dicunt gl.in d.c.1.in verbo ſecularibus,de po-
ſtulando,Ioan.Andr.nu.8.vbi dicit auaritiæ cã id fieri pſſu
mi.Henric.Boich.nu.8.verſ.nam oprobrium.Innocent.in
prin.& Imperatores in legib.& cõſtitutionib.allegatis pau
lo ſuperius ſub num.3.Ideoq.canones prohibentes clericis
patrocinia,& aduocationes,illis hanc licentiam retribuũt
ſolum pro ſe ipſis,pro ſua Eccleſia, pro coniunctis, ac pro
miſerabilib.perſonis, vt exerceant charitatem , non vt ali-
q̃d lucri capiant,vt notant oẽs,& quidem pro coniunctis,
ex cã neceſſitatis,quia fortè pauperes ſint, vel aduocatum
non inueniunt,vt dicit tex.in d.c.vlt.ibi,ſi neceſſitas immi
neat,vbi gl.1.& pro miſerabilibus perſonis habitu,& actu
pariter ex cauſa neceſſitatis,vt ex illo textu notant gl.præ-
dicta.Io.Andr.nu.7.Abb.n.2.Inno.in prin.& alij ibidem.
Ita vt tales clerici, hæc agere præſumentes in caſibus non
permiſſis,& in permiſſis gratia quæſtus, veniant,vt opro-
brioſi deponendi,& degradandi,vt 15.q.2.c.1.cum allega
tis in prin.& hæc fuit ſententia D.Thomæ in 2.2.q.187.ar
9 tic.2.† Regulares verò in aliqua religione profeſſi non ſo-
lum præmiſſa agere prohibentur, ſed & leges audire, ne
ea munera perſequi diſcant,c.non magnopere 3.vbi glo.&
Doctores.Ne clerici,vel monachi,& in c.ſuper ſpecula.10.
eod.tit.c.vt periculoſa 2.eod.titu.in 6.& ipſi audientes,&
docentes leges ſcienter regulares ſunt excommunicati d.
c.vt periculoſa 2.§.Doctores vbi glo.& Gemi.& in d.c.ſu
per ſpecula per totum.Et hoc vt Theologiæ ſtudium am-
plietur, vt dilatato ſui tentorij loco, funiculos ſuos faciat
lõgiores,vt ſit fides catholica circumcincta muro inexpu-
gnabili bellatorum, quibus reſiſtere valeat aſcendentibus
exaduerſo,vt in d.c.ſuper ſpecula §.quia verò. Hac itaq;
ratione in Francia, & in alijs prouincijs, in quibus laici le-
gibus Ciuilibus non vtuntur Papa interdicit ne Pariſijs,ſeu
in Ciuitatibus vicinis quiſquam clericus doceat,vel audiat
ius Ciuile,in c.ſuper ſpecula.28.de priuilegijs, vbi gl.Hinc
Dantes in Paradiſo cantilena 9.in fine inuehit contra cleri-
cos,qui dimiſſo Thologiæ ſacræ ſtudio cupiditate lucri iu-
ri operam nauant ibi.

Per queſto l'Euangelio,e i Dottor magni
Son derelitti,e ſolo a i decretali
Si ſtudia ſi,che pare à lor viuagni.
A queſto intende il Papa,e i Cardinali,
Non vanno i lor penſieri a Nazzaret
La doue Gabriello aperſe l'ali.

Et in cantilena 11.ibi

O inſenſata cura de mortali
Quanto ſon difettiui ſilogiſmi
Quei,che ti fanno in baſſo batter l'ali
Chi dietro à iura &c.

Quare cum leges ediſcere non poſſint,minus poterunt mu
nus procuratoris,& aduocati exercere,quod ſine legũ ſciẽ
tia expleri nõ põt, & Pelagius Papa amariſſimum habuit,
quod fuerit requiſitus à quadam muliere, vt ei concede-
ret clericum in ſuis negocijs deſenſorẽ, vt 16.q.1.c.de præ-
10 ſentium 20.vbi gl.† Verum monachi pro vtilitate mona-
ſterij Abbate id imperante poterunt pro ſua Eccleſia. hoc
munus exercere d.q.1.c.monachi 25.vbi gl. in verbo vtili-
tas,& in verbo Abbate. Et hoc vt Abbati imperanti obe-
diendo mereantur argumento c.quid ergo 99. vbi gl. 11.q.
3.& diſt.5.c.non oportet,& d.q.1.c.qui verè 12. & diſt.86.
c.peruenit 26.gl.in c.2.in verbo imperante,de poſtulando.
Idem iudicium eſt de canonicis regularib.quod de mona-
chis. Nam nec ipſi,niſi fortè id monaſterij expoſcat vtili-
tas, Abbate nihilominus imperante poſſunt pro monaſte-
rio procuratores,vel aduocati exiſtere d.cap.ex parte 2.de
poſtulando,vbi gloſſ.1.2.& 3.pariter,vt Abbati imperanti
obediendo mereantur,vt in d.gl.3.Neceſſe enim eſt,quod
hæc duo coniunctim concurrant tam in monachis, quam
in canonicis regularibus,vt poſſint hoc munus procurato-
ris,& aduocati exercere,vtilitas ſcilicet monaſterij,& præ-
ceptum Abbatis,aliàs illud ſubire non poterunt,vt expreſ
ſe dicit tex.in d.c.2.vbi glo.Ioan.Andr.Abbas Butr.Boich.
11 & cæteri omnes.† Propter lucrum verò extrinſecus mona
ſterio quantumuis indigenti applicandũ nullo modo man
dante etiam Abbate munus illud ſubire poſſunt,vt notant
ibidem Ioan.Andr.nu.3.Abbas nu.3.& alij, & D.Thomas
vbi ſupra. An autem illud ſubire poſſint gratis pro miſe-
rabilibus,vel coniunctis Abbate imperante?& ſecundum
Ioan.Andr.ibi nu.7.& Abbatem nu.5.poſſunt. Non tamẽ
vti coniuncta perſona Prælati poteſt monachus, ſiue cano
nicus regularis ſine mandato Prælati agere pro monaſte-
rio,neq.aliàs vti eiuſdem ordinis glo.in d.c.monachi 35.in
verbo Abbate ver.ſed hæc ratio.16.q.1.Ioan Andr.Abb.&
Butr.in d.c.2.de poſtulando.Nec minus nomine Eccleſiæ,
vel monaſterij agere,vel excipere ſine authoritate Præla-
ti c.cauſam,quæ 9.de iudicijs,vbi gloſ.in l.omnes §.nihilo-
minus C.de Epiſ.& cleric.argumento 12.q.2.c.ſi qua, &
cap.1.de procurator.l.aut Prætor.ff.de iure deliber.l.aut fa
cta vbi Barto.ff.de pœnis.Anchar.in conſi.57.nume.1.et 2.
12 † Quod idem erit in clerico,vel Sacerdote volẽte agere no
mine Eccleſiæ,quia nec ipſe poterit ſine eiuſdem Eccleſiæ
Prælati authoritate agere,vel excipere pro ea,vt colligitur
13 ex mox allegatis,& ex d.c.1.de procurator.† Conſilium. iñ
eſt,vt potius conſtituatur Syndicus,ſeu procurator laicus,
qui cauſas Eccleſiæ,& monaſterij agat,& excipiat,illi con-
ſtituto Salario,& ita clericos,& monachos à litigijs foren-
ſibus ſubmouere. Expedit enim pro paruo incommodo,à
ſtrepitu cauſarum ſeruos Dei eſſe quiete in c.1.vbi gl.& Do-
ctor.de Syndico,& ita fieri mandat.D.Gregorius lib.1.epi
ſto.67.vt diximus etiam nos in tractatu de iure publico lib.
14 4.titu.26. † Diuino enim iure conſtitutum eſt,militantes
Deo ſe negocijs ſecularibus non poſſe implicare. Teſte A-
poſtolo 2.Timoth.2.inquit enim ibi. Labora ſicut bonus
miles Chriſti Ieſu. Nemo militans Deo implicat ſe nego-
cijs ſecularibus,vt ei placeat,cui ſe probauit, & tales fuiſſe
Apoſtolos perſpicuum eſt ex illis verbis Matth.19.ecce nos
reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te,ſuper quibus D.
Bernardus,& ex illis Act.6.Nõ eſt æquum nos derelinque-
re verbum Dei,& miniſtrare menſis;colligitur etiam ex re
latis per Cardinalem Bellarminum de Gemitu Columbæ
15 lib.2.c.5.& ex allegatis in prin.† Ex quibus credimus non
poſſe diſpenſari, niſi in caſibus antea expræſſis, non ad lu-
crum captandum. Tales enim teſte D Bernardo in ſermo.
33.in cantica,& in q.42.quærentes,quæ ſua ſunt, miniſtri
Chriſti ſunt,& ſeruiunt Antichriſto. De quibus Sanctus
Cyprianus in ſermo.de lapſis ſpecificè dicit, atq.illis attri-
buit cauſas cur Deus permiſiſſet perſecutionem. Quia cu-
piditate cumulandi aurum,& argentum,& augendi patri
monia,& redditus, et coniungendi, vt loquitur Iſaias 5. a-
gros ad agros,& domos ad domos,quaſi nulli ſint in mun-
do pauperes,quibus ſuperflua dari poſſint,arant cum Bo-
ue,et Aſino,pro temporalibus,volunt eſſe Eccleſiaſtici,Ec
cleſiarum præpoſiti,Decani,Archidiaconi, Epiſcopi et Ar
chiepiſcopi,et horum plurimi,quos et hortamento eſſe o-
portet cæteris,et exemplo, diuina procuratione contẽpta,
procuratores rerum ſecularium fieri, derelicta cathedra,
plebe deſerta,per alienas prouincias oberrantes, negocia-
tionis quæſtuoſæ nundinas aucupari: & eſurientibus in Ec
cleſia fratribus non ſubuenire; habere argentum largiter
velle,fundos inſidioſis artibus rapere, vſuris multiplican-
tibus fænus augere, vt exclamant Diui Bernardus,et Cy-
prianus in citatis locis,quos recenſent pro deploranda Ec-
cleſiæ amaritudine amariſſima Cardinalis Bellarminius de
Gemitu Columbæ lib.2.c.4.quibus accedit Concilium Tri
dentinum in ſeſſ.25.de reformatione cap.non poteſt 17.et
alij ſupra citati,ex quibus &c.

FINIS. 1·91

Angelus Cantinius I.V.D.Florentinius Corrector.

Art 131:225

Digitized by Google

F 50.

Digitized by Google

Digitized by Google